~~C. 22. a.~~
c. 12. d.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. F.
GESVALDI
DE BONONIIS
PANORMITANI CAPVCCINI

S. Theol. Profeſſoris, Eminent.^mi S. R. E. Cardinalis Columnæ Theologi, ac S. Officij Regni Siciliæ Qualificatoris:

OPERVM MORALIVM
Tomus Secundus.

DE { INDVLGENTIIS, SVFFRAGIIS, } { PVRGATORIO, & CENSVRIS.

Tractatus perutiles omnibus Confeſſarijs, ac Pœnitentibus, omnibuſque Theologis.

Cum duplici Indice: Altero Tractatuum, & Capitulorum: Altero Materiarum Copioſiſſimo.



VENETIIS, *Apud Iuntas, & Baba.* M.DC.XLIX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Eminentiſs.mo ac Reuerendiſs.mo Domino

D. HIERONYMO

S. EVSTACHII DIACONO CARDINALI COLVMNA, PALIANI, ET MARINI DVCI:

Paliani & Sonnini Principi: Cauarum Marchioni: Ceccani Comiti, Patriarchalis Lateranenſis Baſilicæ Archipresbytero, Bononiæ Archiepiſcopo: Germaniæ & Aragoniæ Protectori: Sac. Rom. Imperij Principi Domino ac Patrono ſuo Colendiſsimo.

F. Geſualdus de Bononijs Capuccinus Panormitanus.

S. P. D.

IN rerum natura Princeps Eminentiſſime cauſæ principes ſic influunt in ſubdita corpora, vt hæc nil habeant, quod refundant ſibi largienti. Hinc ſacrificia, quibus nos Mortales immortalem Deum veneramur: Quid enim erat, quod Genus humanum retribueret Deo, pro omnibus, quæ ille in nos contulit? Sanè nil non acceptum à creante: nil quod non maneat in Creatoris poteſtate. Ergo ne erit nihil, quod Largitori munificen-

Digitized by Google

tiſſimo ex nobis obueniat in grati animi teſtificationem? Eſt aliquid: Qui donat ſibi adimit, quod ſubit alterius poteſtatem. Poſſumus quippiam nobis ſubtrahere, licet nil non Dei Deo poſsimus acquirere. Mactamus ergo victimam, quatenus illa nobis deſit, & Deo gratulamur beatitudinem bonorum noſtrorum non indigam.

Sunt ex hominibus Heroes nonnulli, quorum virtus non quidem pari, ſed ſimili cultu adoratur. Plurimos conſpicias, qui pugnaces in bello immolant ſuo Principi vitam ipſam, quæ, licèt non obueniat illi terreno numini, detrahitur tamen viro ſubdito geſtienti dare, quod cùm nequeat, ſibi perdit, quod daret, ſi quiret.

Opella hæc fateor, Cardinalis ampliſsime, mihi conſiſtit multis vigilijs, ſtudio ac labore multo; quæ ſum perpeſſus animo alacri, quod diſponerem eam tuo nomini ſacrare, tametſi intelligerem, non ceſſurum tibi ad delicias, quod mihi ſubtraxeram commodæ quietis: placebat tamen, vel ſic tibi comprobare meam tui nominis venerationem, & grati animi obſequium, quod eo titulo tibi vendicas, quem in priore tomo mearum lucubrationum ſum præfatus D. Marco Antonio Columnæ Principi excellentiſsimo, ac fratri tuo: hiſce enim duabus Columnis meum, alioquin labans, bipertitum opus eo ſuffultum: quodue deliteſceret planè, ſi veſtra liberalitate non prodiret in lucem.

Porrò diuinum redolet, acceptare obſequium, licèt inutile, deuotum tamen; ac proindè non dubito, hanc animi mei erga te ſignificationem deuotiſsimam tibi placituram, qui ſciam te eſſe Diuinitatis æmulum. Vale Princeps Eminentiſsime.

Dabam in Vrbe Anno

HIE-

HIERONYMVS
COLVMNA
ANAGRAMMA.

Heros Incolumi Manu.

Nomine mens ſancta eſt, virtus cognomine fixa
HEROEM ſignant vtraque magnanimum;
Maior at Heroe eſt, reddit quem Purpura talem
Conſilij INCOLVMI, vt cernat vtrumque MANV.

AVTHORI.

Palladis effigiem ſublimi ex arce dedére
Spectandam veteres grandis, vt artis opus:
Quam benè, quæ ſcribis Romanæ ex arce Columnæ
Orbi terrarum conſpicienda locas!
Eſt acies tanta ingenij, calamique facultas
Vt ſcripta hæc dextera Palladis eſſe rear.

Digitized by Google

F A C V L T A S
REVERENDISSIMI PATRIS MINISTRI
GENERALIS.

Nos F. Innocentius à Calatayerone Vniuerſi Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum Generalis Miniſter licet immeritus.

CVM opus titulum habens (*Tomus ſecundus Theologia Moralis continens Tractatus vigintiquinque, in quibus agitur de Indulgentijs, Suffragijs, ac Purgatorio, &c.*) per R.P. Fratrem Geſualdum de Bononijs, Capuccinum Panormitanum, Sacræ Theologiæ Profeſſorem compoſitum, à Theologis noſtri Ordinis, quibus id commiſimus, relectum, & approbatum fuerit; vt typis mandetur, quo ad nos ſpectat, licentiam, & facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes manu propria ſubſcriptas, & ſigillo maiori Officij noſtri munitas dedimus: In Loco noſtro Immaculatæ Conceptionis de Vrbe die 7. Aprilis 1645.

F. Innocentius Miniſter Generalis.

Locus ✠ *Sigilli.*

Approbatio Theologorum Religionis Approbatio R. P. Simplicij Romani S. Theologiæ Profeſſoris.

EGo Frater Simplicius Romanus S. Theologiæ Profeſſor, ex commiſſione ſpeciali Adm. R. P. noſtri Generalis, vidi & legi Tractatus R.P. Geſualdi Panormitani Capuccini, de Indulgentijs, Iubilæo, Suffragijs, & Purgatorio, ac tandem de Cenſuris Eccleſiaſticis; & in his nihil reperi contra fidem, & bonos mores, ſed ſanam, & bonam Doctrinam, communem tamen, à pluribus, & grauioribus Doctoribus hauſtam: & Ex his capitibus dignam iudicaui, vt impreſſioni mandetur.

F. Simplicius Romanus Capuccinus S. Theologia Profeſſor.

Approbatio R. P. Angeli à Calatayerone, S. Theologiæ Profeſſoris, & Socij Reu.^mi P. Generalis.

EX præſcripto D. Patris Innocentij à Calatayerone Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum Miniſtri Generalis facto R. P. Io. Baptiſtæ à Nettunno Prouinciali Prouinciæ Romanæ, Ex cuius mandato ego accuratè, diligenterque vidi, & perlegi Tomum ſecundum Theologiæ Moralis, continentem Tractatus vigintiquinque, compoſitum à R.P. Fratre Geſualdo de Bononijs Capuccino Panormitano S. Theologiæ Profeſſore: in quibus agitur de Indulgentijs, Suffragijs, ac Purgatorio, & de omnibus Cenſuris pœniſque Eccleſiaſticis, in nulloque fidei, aut bonis moribus aduerſatur, ſed habet ſanam, & animis conuenientem Doctrinam, Auctore quidem dignam, & ab omnibus communiter receptam, procedit enim admirabili Claritate, & Sapientia, tum verborum profunditate, pondere, & claritate: vt igitur tam egregium opus ad omnium manus perueniat, dignum cenſeo, vt imprimatur, ſi ità videbitur Reu.^mo Patri Miniſtro Generali: Quod in maximam Dei gloriam, & Chriſtianæ Reipublicæ emolumentum, ac animarum fidelium Salutem ceſſurum ſpero Datum Romæ nonis Aprilis 1645.

Frater Angelus à Calatayerone Capuccinus S. Theologia Profeſſor, & ſocius Reu.^mi Patris Generalis.

Imprimatur
Si Reuerendiſſimo Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici videbitur.
Alphonſus Sacratus Epiſcopus Com. Vicegerens.

Approbatio facta per Adm. R.P. Melchiorem Inchofer Societatis Ieſu Sacræ Theologiæ Profeſſore, Sanctæque Rom. Eccl. Congregationis Indicis Conſultorem.

Reuerend.^me Pater.

VIdi & hanc alteram partem Theologiæ Moralis, de Indulgentijs, Suffragijs, Purgatorio, & Cenſuris. R. P. F. Geſualdi de Bononijs Capuccini Ordinis Minorum, in qua cum nihil offenderim non conſentaneum ſanæ doctrinæ, & bonis moribus, ſi Reuerendiſs. P.T. videatur, cuius auctoritate cognoui, cenſeo ad communem vtilitatem typis poſſe mandari. Romæ 3. Iunij, in Vigilia

Melchior Inchofer S.C.I.C.

Imprimatur.
Frater Iacobus Cioſanus Lector, & ſocius Reu.^mi Patris Fratris Michaelis Mazzarini, S. Palatij Apoſtolici Magiſtri Ordinis Prædicatorum.

A V-

Digitized by Google

AVCTOR AD LECTOREM.

TRibus circiter ab hinc elapſis annis, certo certius, (Amice Lector) pollicitus fueram, vniuerſam Moralis Theologiæ, in tres Tomos digeſtam, diſciplinam tibi proponere. Cùm igitur, Diuina protegente gratia, Venetijs hiſce diebus abſoluerim, quod Panormi inceperam, ne diuerſis prelorum characteribus fatigeris, opere pretium duxi, ſub eodem Veneto prelo, tum primum, quem iam ſub Panormitano excuderam, tum ſecundum, & tertium Tomum Venetijs abſolutum, ac ſubinde, ne à promiſſis aberraſſe videar, totam Moralem Theologiam typis mandare. Iam optimè noſti, me in primo, ea, qua potui, maiori indagine pertractaſſe, quæ ad Sacramenta nouæ legis ſpectare videbantur, à quibus ex Sacro- Cõcil. Trid. ſancti Trident. Concilij Decreto *iuſtificatio noſtra, vel initium ſumit, vel certè augetur, vel tandem reparatur amiſſa*. Verùm enim verò, cùm à Chriſto Domino, priuſquam ad cœlos aſcendiſset, tradita fuerit Apoſtolis, nec non eorumdem pro temporum ratione ſucceſsoribus fidelium animas ligandi, atque ſoluendi omnimoda facultas, vt habetur Matth. c. 16. & 18. *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis,* Matth. c. 16. & 18. *& quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis*, quod equidem per clauium miniſterium Diuina auctoritate perficitur, vt patet ex eo. Tibi dabo claues Regni Cœlorum; propterea mihi in animum induxi, vt, qua maiori licebit, diligentia, in hoc ſecundo Tomo de Clauibus ſermonem texerem. Quia verò Summi Eccleſię Pontifices virtute Clauium in Sacramentali Confeſſione, quod & alijs Sacerdotibus conceſsum fuiſſe, nemo inficiatur, fidelium animas non tantùm à peccatorum labe detergunt, verùm etiam pœnas pro eorumdem nexibus contractas, vel omninò dimittunt, vel ſaltem aliqua ex parte relaxant, per Indulgentiarum elargitionem infinita Chriſti merita, aliorumque Sanctorum in Eccleſiæ Theſauro recondita, communicantes; ideò de eiſdem Indulgentijs dilucidiorem, quam potero lucubrationem ediſſere conabor. Quarum quidem cùm aliæ ſimplices ſint, alię verò in forma Iubilæi concedantur, quarum virtute quandoque Sacerdotes omnes Chriſti fideles vel maiorum peccatorum laqueis irretitos, nec non excommunicationum, aliarumque cenſurarum vel ipſo omnium Summo Antiſtiti reſeruatarum, vinculis implicatos, à quibus aliàs, non niſi in extrema vitæ periodo, in libertatem vindicare poſsent, abſoluendi facultatem conſequuntur, propterea non alienum à rectæ rationis tramite iudicaui, vt huiuſmodi ſiuè ſimplices, ſiuè in forma Iubilæi conceſsas Indulgentias; pro viribus explicarem, non interim prætermittendo ſuffragia, orationes, ſiuè cuiuſcumque generis opera, quibus fideles ſibi inuicem ſuffragantur. Quæ quidem omnia, ac ſingula, cùm non ſolùm fidelibus in hac vita degentibus, verùm etiam in Purgatorij carceribus detentis pro-

deſſe

deſſe certum ſit, non incongruum exiſtimaui, & de ipſo Purgatorij igne, à quo, & quomodo torqueantur, & quanam ratione, tum fidelium ſuffragijs, tum Indulgentijs, ab huiuſmodi pœnis liberentur, ſermonem habere, quæ omnia ad primam Clauem, quæ ſoluendi facultas nuncupatur, ſpectare pro certo tenendum eſt.

Cùm autem contumaces fideles vinculis quibuſdam, cenſuris ſcilicet, alijſque pœnis colligare, quandoque neceſſarium ſit, vt huiuſmodi pœnis concuſſi reſipiſcant, quod equidem per alteram Clauem, quam ligandi facultatem vocitarunt, completur omninò, non immeritò de ipſis Cenſuris tum in genere, tum in ſpecie, nempè de Excommunicationibus tam non reſeruatis, quàm reſeruatis, ſiuè à iure, ſiuè ab homine, item de Suſpenſionibus, & Interdicto, quæ propriè cenſuræ nuncupantur, nec non de Irregularitate, Ceſſatione à Diuinis, Depoſitione, ac Degradatione, quas minus tamen propriè cenſuras appellandas non dubitarunt, inſuper de illis Excommunicationibus, quæ ſingulis annis à Summis Pontificibus ſolemni quodam ritu, tum legi, tum reuocari ſolent in Curia Feria quinta Cœnæ, tractatus edere, neceſſarium duxi. Harum etenim exactam cognitionem non modo Confeſſarijs, ne earumdem ignorantia laborantes mittant falcem, vt aiunt, in alienam meſſem, & ne pœnis, abſoluentibus à caſibus non conceſſis, inflictis, maximè excommunicatione lata in clauſula dictæ Bullæ Cœnæ vexentur, ſed etiam omnibus Chriſti fidelibus, vt eas tandem Summo ſtudio, totoque animi conatu euitare valeant, omninò neceſſariam cenſeo: Nec te ab huiuſmodi vel repetita lectione auertant tractatus ab alijs tum Theologis, tum Canoniſtis ſummo labore, elegantique eruditione, nec non longa verborum ſerie congeſti, ego enim breuiori quadam methodo, & dilucidiori, qua mihi datum fuerit, claritate hæc omnia ſignificare contendam, deguſtatis ſummis tantummodò labijs difficilioribus quæſtionibus ſatis obſcura contentionum caligine in ſcholis exagitatis.

Nec ſequar, vt optimè noueris opiniones, quæ laxatis habenis ad latam viuendi normam animos inducunt, nec eas itidem, quæ grauioribus ſolicitudinibus premere, arctioribuſque vinculis mentes hominum deuincire videntur; imò potius mediam quandam ſemitam tenebo, Theologorum, ac Canoniſtarum, quorum cenſuris, quemadmodum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, me in omnibus, ac ſingulis libenti animo ſubmitto, doctrinam ſectando, rationibus tamen, Canonibuſque ſatis, ſuperque ſuffultam. Quæ verò ad complementum totius Moralis Theologiæ ſupereſſe videntur, nempè de Legibus Diuinis, & humanis, de Votis, Horiſque Canonicis, de Virtutibus, & Vitijs, non multos ad hinc dies, Diuino fauente numine tertius tibi Tomus ſuppeditabit. Valeas.

INDEX

INDEX TRACTATVVM, ET CAPITVLORVM.

Quæ in hoc Secundo Tomo continentur.

Tractatus I.

De Indulgentiis.

Procemium pag. 1

Cap. I. Quid, & quotuplex ſit Indulgentia. pag. 3

Cap. II. De illis, qui Indulgentias concedere poſſunt. pag. 5

Cap. III. De cauſa finali pro Indulgentijs concedendis. pag. 6

Cap. IV. De forma ſeruanda in concedendis Indulgentijs. pag. 7

Cap. V. De his, quæ requiruntur in ſubiecto ad Indulgentias lucrandas. pag. 9

Cap. VI. De Indulgentijs pro Defunctis. pag. 11

Cap. VII. De effectibus, valore, & duratione Indulgentiarum. pag. 12

Tractatus II.

De Iubilæo, & Suffragijs.

Procemium. pag. 15

Cap. I. Quid, & quotuplex ſit Iubilæum, & quæ ad ipſum lucrandum requiruntur, pag. ibid.

Cap. II. De confeſſione facienda tempore Iubilæi. pag. 17

Cap. III. De alijs requiſitis ad conſequendum Iubilæum. pag. 22

Cap. IV. De Suffragijs Eccleſiæ. pag. 25

Tractatus III.

De pœnis Purgatorij.

Procemium. pag. 29

Cap. I. De Purgatorij exiſtentia ſitu, & loco. pag. ibid.

Cap. II. De pœnis, quibus defunctorum animæ cruciantur in purgatorio. pag. 31

Cap. III. De pœna ignis, & quomodo ſpiritus cruciantur ab igne materiali. pag. 34

Cap. IV. De acerbitate pœnarum Purgatorij, & de duratione ipſarum. pag. 37

Cap. V. De ſtatu gratiæ animarum Purgatorij, ac de certitudine futuræ gloriæ. pag. 39

Tractatus IV.

Et de Cenſuris in genere Tractatus Vnicus.

Procemium. pag. 42

Cap. I. Quid, & quotuplex ſit Cenſuræ nomen in genere. pag 42

Cap. II. De cauſa efficiente cenſurarum, & de conditionibus ad eas requiſitis. pag. 45

Cap. III. De cauſa finali, & de effectibus cenſurarum in genere. pag. 47

Tractatus V.

Et de Excommunicatione Maiori Tractatus I.

Procemium. pag. 49

Cap. I. Quid, & quotuplex ſit excommunicatio. pag. ibidem.

Cap. II. De cauſa materiali remota excommunicationis. pag. 51

Cap. III. De cauſa materiali proxima, ſeu ſubiectiua excommunicationis. pag. 53

Cap. IV. De forma ſubſtantiali ſeruanda in excommunicatione ferenda. pag. 57

Cap. V. De forma accidentali ſeruanda in excommunicationibus ferendis. pag. 59

Cap. VI. De cauſis efficiente, & finali excommunicationis. pag. 61

Tractatus VI.

De effectibus excommunicationis Maioris Tract. II.

Procemium. pag. 64

Cap. I. De primo effectu Maioris excommunicationis. pag. ibid.

Cap. II. De ſecundo effectu excommunicationis Maioris. pag. 68

Cap. III. De tertio effectu Maioris excommunicationis. pag. 69

Cap. IV. De quarto effectu Maioris excommunicationis. pag. 73

Cap. V. De effectu Maioris excommunicationis. pag. 75

Cap.

Digitized by Google

Cap. VI. De ſexto effectu Maioris excommunicationis. pag. 77

Cap. VII. De ſeptimo, & octauo effectu excommunicationis Maioris. pag. 80

Cap. VIII. De cauſis excuſantibus ab effectibus excommunicationum incurrendis. pag. 83

Cap. IX. De cæteris cauſis excuſantibus ab effectibus excommunicationis. pag. 86

Tractatus VII.

Et de abſolutione ab excommunicationibus. Tract. III.

Prooemium. pag. 89

Cap. I. De his, qui ab excommunicatione poſſunt legitimè abſoluere. pag. ibid.

Cap. II. De ijs, qui abſolui poſſunt ab excommunicationibus maioribus, pag. 93

Cap. III. De forma, & modo obſeruando in abſolutione excommunicationis. pag. 96

Tractatus VIII.

Et de Minori excommunicatione. Tract. IV.

Prooemium. pag. 99

Cap. I. De natura, & quidditate Minoris excommunicationis. pag. ibid.

Cap. II. De effectibus Minoris excommunicationis. pag. 101

Cap. III. De abſolutione Minoris excommunicationis. pag. 104

Tractatus IX.

Et de excommunicationibus in iure communi. Tract. V.

Proemium. pag. 106.

Cap. I. De excommunicationibus iuris, nemini reſeruatis, quæ in Decretis, & Decretalibus continentur. pag. 107.

Cap. II. De excommunicationibus non Reſeruatis in ſexto libro Decretalium. pag. 108

Cap. III. De excommunicationibus non Reſeruatis, quæ in Clementina, & Extrauagant. continentur. pag. 110

Cap. IV. De excommunicationibus non reſeruatis, quæ in Tridentino Concilio continentur. pag. 112

Tractatus X.

Et de excommunicationibus in iure reſeruatis extra Bullam Cœnæ. Tract. VI.

Prooemium. pag. 114

Cap. I. De excommunicationibus contra omnes perſonas communiter Papæ reſeruatis. pag. ibidem

Cap. II. De excommunicationibus Papæ reſeruatis contra Clericos. pag. 117

Cap. III. De excommunicationibus Summo Pontifici reſeruatis contra Regulares. pag. 119

Cap. IV. De excommunicationibus Papæ reſeruatis contra Perſonas publicas. pag. 120

Catalogus excommunicationum prædictarum omnium reſeruatarum contra omnes. pag. 122

Tractatus XI.

Et de quinque excommunicationibus ſpecialiter Summo Pontifici reſeruatis. Tract. VII.

Prooemium. pag. 123

Cap. I. De violatione Immunitatis Eccleſiaſticæ. pag. ibid.

Cap. II. De violatione Clauſuræ Monialium ad malum finem. pag. 125.

Cap. III. De excommunicatione propter ingreſſum fœminarum in clauſuram Religioſorum. pag. 127

Cap. IV. De pugnantibus, ſeu Prouocantibus in duellis. pag. 129.

Cap. V. De Simonia Reali, & confidentia beneficiali, ſcienter contracta. pag. 132

Cap. VI. De excommunicatione, incurrenda ob percuſſionem Clericorum peccaminoſam. pag. 137

Tractus. XII.

De excommunicatione ab homine Tract. VIII.

Prooemium. pag. 142.

Cap. I. De excommunicationibus latis ab homine ad reſtitutiones faciendas. pag. ibidem

Cap. II. De excommunicationibus latis contra detinentes, ſcientes, & non reuelantes aliorum crimina, & ſcripturas. pag. 145

Tractatus XIII.

Et de excommunicationibus Bullæ Cœnæ in ordine Cenſurarum. Tract. X.

Prooemium. pag. 149

Cap. I. De expoſitione inſcriptionis Prooemij. pag. ibidem

Cap. II. De Prooemio Bullæ, ſiue Proceſſus litterarum Cœnæ Domini. pag. 152

Cap. III. De quibuſdam præcognoſcendis, ſpectantibus ad notitiam, & intelligentiam huius Bullæ. pag. 154

Tractatus XIV.

De excommunicationibus reſeruatis in Bulla Cęnę Tract. II. in ordine Cenſurarum. Tract. X.

Prooemium pag. 157

Cap. I. De excommunicatione prima contra Hæreticos, & ſchiſmaticos. pag. 157

Cap. II. De excommunicatione Secunda contra Appellantes ad futurum Concilium. pag. 161.

Cap. III. De excommunicatione tertia contra Piratas, & Curſarios. pag. 164

Cap. IV. De excommunicatione Canonis IV. contra Raptores bonorum Chriſtianorum naufragantium.. pag. 167

Cap.

Cap. V. De excommunicatione Canonis V. contra imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes. pag. 170

Cap. VI. De excommunicatione Canonis VI. contru falſificantes litteras Apoſtolicas. pag. 173

Cap. VII. De excommunicutione Canonis VII. contru uſportantes armu, aliaque vſui bellico idonea ad infideles. pag. 175

Cap. VIII. De excommunicatione Canonis VIII. contra impedientes deferre victualia, aliaque neceſſaria ad Vrbem. pag. 179

Cap. IX. De excommunicatione Canonis IX. contra vexantes, morantes, venientes, & recedentes à Romana Curia. pag. 181

Cap. X. De excommunicatione Canonis X. contra vexantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem venientes, vel recedentes. pag. 183

Cap. XI. De excommunicatione Canonis XI. contra offendentes Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, alioſque Prælatos. pag. 186

Cap. XII. De excommunicatione Canonis XII. contra offendentes recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs. pag. 189

Cap. XIII. De excommunicatione Canonis XIII. contru appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem. pag. 191

Cup. XIV. De excommunicatione Canonis XIV. contru officiales, alioſque iudices, qui cauſas Eccleſiaſticas auocant ab Eccleſiaſticis iudicibus. pag. 193

Cap. XV. De excommunicatione Canonis XV. contru Iudices ſæculares, trahentes ad ſua tribunalia perſonas Eccleſiaſticus. pag. 197

Cap. XVI. De excommunicatione Canonis XVI. contra impedientes Prælatos Eccleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur. pag. 200

Cap. XVII. De excommunicatione Canonis XVII. contra vſurpantes iuriſdictionem, aut fructus, pertinentes ad Eccleſiaſticus perſonas. pag. 202

Cap. XVIII. De excomminatione Canonis XVIII. contra imponentes, ac exigentes decimas, collectas, aliaque onera à perſonis Eccleſiaſticis. pag. 203

Cap. XIX. De excommunicatione Canonis XIX. contru Iudices ſæculares interponentes ſe cauſis criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas. pag. 206

Cap. XX. De excommunicatione Canonis XX. contru vſurpantes, inuadentes, & occupantes terras Romanæ Eccleſiæ ſubiectas. pag. 207

Tractatus XV.

De Clauſulis huius Bullæ Cœnæ. Tract. XI.

Procemium. pag. 209

Cap. I. De duratione Bullæ Cœnæ, ac de Abſolutione cenſurarum, quæ in Canonibus infliguntur, & de Pœnis contru abſoluentes à caſibus Bullæ cœnæ. pag. ibidem

Cap. II. De Iis, quæ in abſolutione excommunicationum Bullæ Cœnæ ſunt obſeruandu, & Priuilegiorum reuocatione. pag. 213

Cap. III. De publicatione Bullæ, & de obligatione retinendi apud ſe tranſumptum ipſius legendi, & percipiendi, fidem habendi, eamque non violandi. pag. 215

Tractatus XVI.

De ſuſpenſione ſecunda cenſurarum ſpecie Tract. I.

Procemium. pag. 219

Cup. I. Quid, & quotuplex ſit ſuſpenſio. pag. ibidem

Cap. II. De ſpeciebus ſuſpenſionis ab officio, ſiue à beneficijs. pag. 222

Cap. III. De cauſis ſuſpenſionis cenſuræ. pag. 225

Cap. IV. De effectibus cenſuræ ſuſpenſionis. pag. 230

Cap. V. De abſolutione cenſuræ ſuſpenſionis. pag. 233

Tractatus XVII.

De ſuſpenſione Tract. II.

Procemium. pag. 236

Cap. I. De ſuſpenſionibus in iure latis, quæ contrahuntur à Clericis in ipſa ordinatione peccantibus. pag. ibidem

Cap. II. De ſuſpenſionibus latis in Iure contra Clericos, peccantes in executione ſuorum ordinum. pag. 240

Cap. III. De ſuſpenſionibus contru Epiſcopos, alioſque maiores Prælatos in iure latis. pag. 246

Cap. IV. De ſuſpenſionibus in iure latis contra Regulares, & Capitula. pag. 249

Tractatus XVIII.

De Interdicto Tract. I.

Procemium. pag. 254

Cap. I. Quid, & quotuplex ſit Interdictum. pag. ibidem

Cap. II. De ſpeciebus cenſuræ interdicti, Localis videlicet, & perſonalis. pag. 256

Cup. III. De cauſis Interdicti. pag. 260

Cap. IV. De effectibus Interdicti, & primo de Sacramentorum priuatione. pag. 264

Cap. V. De ſecundo effectu Interdicti, qui eſt Diuinorum officiorum priuatio. pag. 269

Cup. VI. De tertio effectu Interdicti, qui eſt priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & ingreſſus Eccleſiæ. pag. 273

Tractatus XIX.

De Interdicto Tract. II.

Procemium. pag. 277

Cap. I. De peccatis, ac Pœnis contra violantes Interdicti cenſuram. pag. ibidem

Cup. II. De Relaxatione, ſeu Abſolutione cenſuræ Interdicti. pag. 280

Cap. III. De caſibus, in quibus incurritur Interdictum ſecundum iura. pag. 284

Tractatus XX.

De Irregularitate. Tract. I.

Procemium. pag. 287

Cap. I. De Nomine, Definitione, diuiſione, ad differentia Irregularitutis à cenſuris, cæteriſque Eccleſiaſticis pœnis. pag. ibidem.

Cap. II. De cauſis Irregularitatis. pag. 289

Cap.

Cap. III. De effectibus irregularitatis. pag.292

Tractatus XXI.

De ſpeciebus Irregularitatis. Tractatus II.

Procemium. pag. 296

Cap. I. De Irregularitate proueniente ex defectu, reſpectu animæ circa perſonam ordinandam. pag. ibidem.

Cap. II. De Irregularitatibus, prouenientibus ex defectu corporis vitiati. pag. 298.

Cap. III. De Irregularitate proueniente ex parte originis, ſiue generationis illegitimæ. pag. 302

Cp. IV. De Irregularitate proueniente ex defectu libertatis. pag. 305.

Cap. V. De alijs duabus ſpeciebus Irregularitatis, vna proueniente ex bigamia, altera ex defectu lenitatis. pag. 307

Tractatus XXII.

De Irregularitatibus prouenientibus ex delicto. Tractatus III.

Procemium. pag. 310

Cap. I. De Irregularitate, quæ contrahitur ex infamia. pag. ibidem.

Cap. II. De Irregularitate, quæ contrahitur propter Sacramenti Baptiſmi reiterationem. pag. 313

Cap. III. De Irregularitate, quæ contrahitur in mala receptione Ordinum contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum. pag. 316

Cap. IV. De Irregularitate, quæ contrahitur propter indebitum Ordinum exercitium. pag. 318

Cap. V. De Irregularitate, quæ contrahitur mediante peccato hæreſis. pag. 320

Tractatus XXIII.

De Irregularitate. Tract. IV.

Procemium pag. 323

Cap. I. De Irregularitate ex homicidio voluntario, & mutilatione membrorum. pag. ibidem.

Cap. II. De homicidio, ſeu mutilatione membrorum caſuali. pag. 327

Cap. III. De homicidio impunè facto ob defenſionem propriam, vel aliorum rerumvè ſuarum. pag. 330

Cap. IV. De Irregularitate ex defectu lenitatis contracta mediante homicidio punitiuo. 333

Tractatus XXIV.

De Irregularitate. Tract. V.

Procemium. pag. 339

Cap. I. De illis, qui facultatem habent à iure tollendi, & diſpenſandi Irregularitatem. pag. ibidem.

Cap. II. De pluribus modis, quibus Irregularitas tolli poteſt, & de conditionibus requiſitis in obtinenda, & concedenda diſpenſatione ipſius. pag. 342

Tractatus XXV.

De cæteris Eccleſiaſticis pœnis. Tractatus Vnicus.

Procemium. pag. 345

Cap. I. De pœna ceſſationis à Diuinis. pag. ibidem

Cap. II. De Depoſitione, & Regradatione. pag. 349

INDEX RERVM COPIOSISSIMVS,

EORVM, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

Primus Numerus indicat Paginam, Poſterior Paragraphum.

AB.

ABBAS, ET ABBATISSA.

ABBATES, alijque Prælati Regularium habẽt poteſtatem ferendi cenſuras in ſuoa ſubditos. pag.45. nu. 9
Abbates excommunicati, exercendo Pontificalia incidunt in irregularitatem, & mortaliter peccant. pag.71.nu.24
Abbates: An poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitatibus? pag. 342. nu.11
Abbates Regulares concedentes dimiſſorias Clericis ſæcularibus ad Ordines, ſuſpenſionem incurrunt.pag.450. n.9
Abbatiſſa Moniales excommunicare non poteſt, & quare. pag.47.nu.25

ABSOLVTIO.

Abſolutio reſeruatorum obtenta tempore Iubilæi eſt valida, licèt poſtea Iubilæum non lucretur. pag. 19.nu.26
Abſolutio excommunicationis ad cautelam, quare ſemper addatur in Bullis Pontificijs? pag.82. nu.20
Abſolutio excommunicationis à quo, & quomodo ſit largienda. pag.89. num.4
Abſolutio excommunicationis facta ſub pœna reincidentiæ, quomodo ſit intelligenda? pag.91.n.17
Abſolutio excommunicationis indirecta poſt mortem excommunicati largienda eſt à Prælato, vel ex commiſſione illius, & quare.pag.94.nu.5
Abſolutio excommunicationis poteſt dari in abſentia perſonæ excommunicatæ. pag.94.nu.6
Abſolutio excommunicationis in abſentia non eſt largienda ſine neceſſitate.pag.94.nu.7
Abſolutio excommunicationis per ſcriptum, quomodo fieri poteſt, & quare? pag.94.nu.7
Abſolutio excommunicationis extorta per vim, & metum: An ſit valida? pag.95.nu.21. & 23
Abſolutio excommunicationis dari poteſt extra confeſſionem, & ſine contritione excommunicati. pag.94.nu.13
Abſolutio excommunicatiónis non habet determinata verba formæ. pag.96. num.1
Abſolutio excommunicationis per ſigna ſolummodo à Papa largiri poteſt. pag.96.nu.2
Abſolutio excommunicationis per verba. *Abſoluo te.* intelligitur prius natura abſolutione ſacramentali. pag.96. nu.5
Abſolutio excommunicationis: An debet dari cum explicatione cauſæ, propter quam ſit incurſa? pag 96. n.7
Abſolutio publicè excommunicati quomodo ſit largienda, & cum quibus cæremonijs. pag.96.nu.8
Abſolutio ſacramentalis, & excommunicationis, in quo differant.pag.97.nu.19
Abſolutio excommunicationis: An poſſit dari ad cautelam, dicendo. *Si teneris, &c.* pag.98. nu.24
Abſolutio excommunicationis ad cautelam, quare præmittitur ante ſacramentalem abſolutionem pag.98.n.25
Abſolutio generalis cenſurarum, quare Prælati tempore viſitæ dant ſuis ſubditis. pag.98.nu.29
Abſolutio excommunicationis obtenta mediante mendacijs, an ſit valida? pag.98.nu.29
Abſolutio excommunicationis in foro conſcientiæ tantùm, quid valeat.pag.99.nu.31
Abſolutio generalis excommunicationis ſufficit etiam pro minori, cæteriſque cenſuris. pag.101.nu.6
Abſolutionem excommunicationis incurſæ per Clerici percuſſionem, quis dare poteſt.pag.140.nu.31
Abſolutionis facultas conceſſa Prælatis abſoluendi à reſeruatis Papæ intelligitur non ſolùm de Prælatia maioribus, ſed etiam minoribus. pag.91.nu.23
Abſolutionis excommunicationis forma verborum, quæ ſit, & quomodo dari poteſt.pag.96.nu.6
Abſolutionis forma ab excommunicatione ad cautelam, quæ ſit. pag.98.nu.24
Abſolutionis formæ excommunicationis ſolemniter, & ſimpliciter dari poſſunt, & quomodo.pag.214. nu.7

ABSOLVO.

Abſoluo te poteſt ſignificare abſolutionem à peccatis, & cenſuris, & quomodo. pag.96.nu.5
Abſoluendi facultas à cenſuris abſolutè conceſſa intelligitur in vtroque foro.pag.99.nu.32
Abſoluere ab excommunicatione: An poſſit laicus in mortis articulo? pag. 90.nu.9
Abſoluere ab excommunicationibus Papæ reſeruatis, in quibus caſibus poſſunt Epiſcopi, alijque Prælati? pag.140, num.32
Abſoluere ab excommunicationibus Bullæ Cœnæ, quis poteſt.pag.210. nu.4
Abſolui quomodo poteſt inuitus à cenſuris.pag.94. n.14
Abſolui licitè poteſt vna excommunicatio, remanente altera non abſoluta. pag.94.num.14
Abſoluens ab excommunicationibus Bullę Cœnæ ſine facultate eſt excommunicatus.pag.213.nu.27
Abſoluens fictè à caſibus Bullæ Cœnæ propter metum grauem ſine intentione abſoluendi non eſt excommunicatus. pag.213.nu.30
Abſoluens ſacramentaliter cum intentione concedendi Indulgentias, quas poterit eſt ſufficiens ſine alia expreſſione. pag.8. num.8

Digitized by Google

ABSOLVTVS.

Abſoluti ab excommunicatione Bullæ Cœnæ, ſine propoſito amplius non relabendi non ſunt verè abſoluti. pag. 214. num. 6

Abſoluti à reſeruatis ante notitiam reuocationis Iubilæi cõceſſi, remanent verè abſoluti. pag. 13. nu. 12

Abſolutus ab excommunicatione per impotentiã reſtituendi, factus potens, incurrit iterum excommunicationem, niſi reſtituat. pag. 86. num. 40

Abſolutus ſacramentaliter à peccatis, poteſt deindè abſolui à cenſuris etiam in abſentia. pag. 94. nu 8

Abſolutus indefinitè, an cenſeatur abſolutus ab omnibus cenſuris? pag. 95. nu. 16

Abſolutus ab excommunicatione hæreſis ex cauſa falſa: An verè ſit abſolutus? pag. 95. nu. 23

Abſolutus ab excommunicatione per vim, & metum, aut dolum: An ſit verè abſolutus? pag. 95. num. 25

AC.

Acæphalum Concilium Indulgentias concedere non poteſt, & quare. pag. 5. nu. 4

Accolytus miniſtrans ſcienter Sacerdoti rebaptizanti irregularitatem incurrit, & quare. pag. 315. nu. 20

Acerbitas pœnarum Purgatorij, quæ, & quanta ſit. pagin. 37. num, 1

Accidentalis forma, & modus ſeruandus in excommunicationibus ferendis triplex. Antecedens, Concomitans, & ſubſequens. pag. 59. nu. 1

Actrices partes, quæ ſint, & quare ità dicantur. pagina 195. num. 17

ACTIO, ACTIONES, & ACTVS.

Actio contra Clericos duplex principalis, & acceſſoria, & quæ ſint. pag. 137. nu. 5

Actiones agentium non operantur præter eorum intentionem. pag. 193. num. 13. & pag. 217. nu. 14

Actiones prohibitæ in Canone quarto decimo Bullæ Cœnę, quæ ſint. pag. 193. num. 15

Actiones ſunt ſuppoſitorum. pag. 258. nu. 18

Actus finitus applicatus ad plura minuitur, & quare. pagin. 10. num. 21

Actus interni: An præcipi poſſint ab Eccleſia, & quomodo. pag. 51. nu. 16

Actus prædicandi non eſt actus Ordinis. pag. 232. n. 22

Actus agentium non operantur vltra intentionem ipſorum. pag. 217. nu. 14

AD.

ADMINISTRANS, & ADMONITIO.

Adminiſtrans ſacramenta excommunicato vitando, quas pœnas incurret. pag. 69. nu. 7

Admonitio debet præcedere excommunicationem ferendam ab homine. pag. 59. nu. 2

Admonitio excommunicationis, quando fieri poterit ad domum excommunicandi, ſiuè in Eccleſia. pagina 61. num. 17

Admonitiones quot præcedere debent ante ſententiam excommunicationis ferendæ. pag. 60. num. 6

ADORATIO.

Adoratio quid ſit, & vndè dicatur, & quotuplex. pagin. 150. num. 10. & 11

Adoratio triplex Latriæ, Duliæ, & Hyperduliæ, & quæ ſint. pag. 150. nu. 11

Adoratio Latriæ duplex abſoluta, & reſpectiua. pagin. 150. num. 11

Adoratio Latriæ ſoli Deo competit, & quare. pagina 150. num. 11

Adoratio reſpectiua Latriæ competit Ligno Crucis, cęteriſque rebus, quæ carnem Chriſti tetigerunt in hac vita exiſtentis. pag. 150. num. 12

Adoratio Duliæ, quæ ſit, & quibus competat talis adoratio. pag. 150. num. 15

Adoratio Hyperduliæ, quæ, & hac adoratione adoratur Beata Virgo Maria. pag. 150. nu. 14

Adoratione Duliæ adorantur Sancti, & Summus Pontifex. pag. 150. nu. 13

Adorare Dæmones eſt peccatum Idolatriæ, & inducit irregularitatem propter hæreſim. pag. 321. nu. 10

ADVENI, & ADVOCATI.

Adueni, Peregrini, & Incolæ: An ligentur cenſuris latis ab Epiſcopo loci vbi tranſeunt. pag. 64. num. 26

Aduocati, & Procuratores non tenentur, nec poſſunt reuelare ſecreta ſuorum Clientulorum. pag. 147. nu. 15

Aduocati, qui dicantur, & quales ſint, qui gaudeant priuilegio Bullæ Cœnæ Can. 12. pag. 191. nu. 14

Aduocati, & Procuratores agentes contra reum in criminalibus, ſecuta morte proſecuti efficiuntur irregulares. pag. 337. nu. 35

Aduocati, & Procuratores, quando excuſantur ab irregularitate incurrenda. pag. 338. nu. 36

Aduocati, & Procuratores defendentes reum in criminalibus, ſi per eorum negligentiam, & imperitiam reus veniat condemnatus, efficiantur irregulares. pag. 338. num. 37

AE.

Æthiops Sacerdos; An poſſit licitè celebrare extra ſuam patriam propter deformitatem vultus, & coloris. pagina 302. num. 4

AF.

Affines, & conſanguinei: An poſſint conſtringi ad teſtificandum contra ſuos conſanguineos. pag. 145. nu. 27

Afflictio afflictis non eſt addenda. pag. 168. nu. 7

AG.

Agentes in negotijs. qui ſint, & quomodo differant à Procuratoribus. pag. 191. num. 15

Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. pag. 326. num. 29

AL.

Altaria quinque viſitanda pro conſequenda Indulgentia ſtationum, quomodo ſint intelligenda, & viſitanda. pagin. 10. num. 17

AM.

Amentes, Ebrij, & Infantes non contrahunt irregularitatis pœnam ex homicidio. pag. 290. numer. 11. & pagin. 328. num. 3

Amentes, inſani, & infantes non poſſunt legitimè ordinari, & quare. pag. 297. num. 13

Amentes Sacerdotes, iam ordinati, quomodo poſſunt diſpenſari ad celebrandum elapſo anno ab amentia. pagin. 297. num. 15

AN.

Anabatiſtæ hæretici, qui ſint, & quare ita dicti. pagina 158. num. 15

Anathema quid ſit, & vndè dicatur. pag. 49. num. 4

Anathema, & excommunicatio, in quo conueniant, & differant. pag. 50. nu. 6

Anathema maranatha quid ſignificet, & quare ità dicatur. pag. 50. num. 7. & 8

Anathematis verba quomodo ſint intelligenda. p. 115. nu. 18

Angaria, & perangaria, quæ ſint, & quare ità dicantur. pag. 171. num. 14

Angeli mali non amiſerunt potentias naturales, ſed ſolùm ſupernaturales virtutes. pag. 35. nu. 10

Angelus non poteſt dici albus, aut niger, & quare. pagina 35. num. 12

ANIMA, & ANIMALIA.

Anima rationalis ſeparata eſt capax pœnæ, & triſtitiæ, etiam acerbiſſimæ, & quare, pag. 37. n. 5

Anima ſeparata, nec Angeli mali ſunt capaces excommunicationis. pag. 63. nu. 3

Animæ ſeparatæ ſunt extra forum Eccleſiæ. pag. 11. nu. 13

Animæ ſeparatæ quomodo poſſunt eſſe capaces Indulgentiarum conceſſarum ab Eccleſia. pag. 11. nu. 4

Animæ ſeparatæ non tranſeunt de extremo ad extremum niſi per medium. pag. 31. num. 16

Animæ exiſtentes in Purgatorio diligunt ardentiſſimè, & cupiunt videre Deum quantò citiùs. pagina 31. numero 3
Animæ in Purgatorio exiſtentes quomodo affliguntur à carentia viſionis beatificæ. pag.31. n.5. & 6
Animæ in Purgatorio exiſtentes: An crucientur pœna vermis? pag.32. num.11
Animæ Purgatorij affliguntur de dilatione beatitudinis propter affectum iuſtitiæ. pag.32. num.12
Animæ in Purgatorio: An crucientur à Dæmonibus? pag.33. num.20
Animæ defunctorum quomodo deducantur ad locum Purgatorij. pag.33. num.24
Animæ in hora mortis quomodo, & vbi iudicentur à Chriſto Domino. pag.33. nu.24
Animæ ſeparatæ per ſpeciem impreſſam poſſunt intelligere ſententiam datam à Chriſto in Cœlo, & quomodo. pag. 34. nu.25
Animæ defunctorum non deducuntur in Purgatorio à Dæmonibus, ſed ab Angelo Cuſtode conſolationis gratia. pag.34. num.28
Animæ quomodo crucientur in Purgatorio ab igne materiali realiter, & ſine miraculo. pag.36. nu.21
Animæ, & Spiritus Dæmonum cruciantur à detenſione in igne, tanquam noſita. pag.36. nu.29
Animæ, & Spiritus Dæmonum cruciantur ab igne in quocumque loco, & quomodo. pag.39. nu.20
Animæ Purgatorij: An poſſint ad tempus exire de loco illo, & quomodo quandoque hominibus apparere ſolent. pag. 39. num.19
Animæ, quæ plenè in hac vita pro commiſſis peccatis ſatiſfecerunt, ſtatim ingrediuntur gloriam poſt mortem. pag. 39. num.2
Animæ, quæ non plenè ſatisfecerunt in hac vita pro peccatis commiſſis, cruciandæ ſunt in Purgatorio, donec ſatiſfaciant. pag. 39. nu.2
Animæ Purgatorij carent omni culpa, ſed non pœna, & quare. pag.39. nu.1
Animæ in Purgatorio non purgant culpam, ſed pœnam culpæ debitam. pag.39. nu.1
Animæ Purgatorij ſunt in Dei gratia confirmatæ. pagin.40. num.5
Animæ Purgatorij ſunt certiſſimæ de gloria conſequenda, & de tempore pœnandi. pag.40. num.8
Animæ in hora mortis vident Chriſtum Dominum iudicantem, & quomodo. pag.40. num.9
Animæ in Purgatorio exiſtentes: An cognoſcant opera noſtra pro illis facta? pag.41. nu.16
Animæ in Purgatorio exiſtentes: An poſſint pro nobis Deũ orare, & quomodo? pag.41. num.17
Animæ in Purgatorio exiſtentes: An intelligant noſtras orationes, & quomodo poſſumus eas deprecari. pagina 41. num.19
Animalia irrationalia excommunicari non poſſunt, ſed maledici, & quomodo. pag.53. num.7
Annus Sanctus quis ſit, & quomodo, & quibus temporibus Romæ celebratur. pag.15. num.4

AP.

Apolexi, ſiuè paralytici: An ſint irregulares? pagina 301. num.37
Apoſtata à fide, in quo differat ab Hæretico. pagina 160. num.27
Apoſtata à fide, etiam fictus non excuſatur ab excommunicatione. pag.321. nu.5
Apoſtata à Religione recipiens Ordines, incidit in irregularitatem. pag.249. nu.2
Apprehenſione falſa nullus poteſt dici verus fœlix, vel miſer. pag.35. num.9

APPELLATIO.

Appellatio interpoſita ſuſpendit effectum excommunicationis ſententiæ. pag.61. num.26
Appellatio ab excommunicatione, quæ ſit. pag.85. num.36
Appellatio requirit cauſam ſufficientem, & rationabilem appellandi, vt ſit licita. pag.85. nu.6
Appellatio legitima ſuſpendit excommunicationem, non verò quando non eſt legitima. pag.86. nu.16
Appellatio debet fieri in ſcripto, & in tempore determinato à iure. pag.85. num.27
Appellatio ab excommunicatione lata ſub conditione ſuſpendit effectum durante conditione. pag. 85. nu.32
Appellatio ſuſpendit ſententiam declaratoriam, & quomodo. pag.85. num.32
Appellatio quando delictum eſt manifeſtum non ſuſpendit effectum ſententiæ latæ. pag.86. num.34
Appellatio legitima interpoſita in termine conceſſo in iure impedit effectum ſententiæ latæ. pag. 144. nu. 17
Appellatio facienda eſt ab inferiori iudice ad Superiorem, non autem è contra. pag.192. num.2
Appellatio friuola, & vana, quæ ſit. pag.192. nu. 5
Appellari non poteſt à ſententia Summi Pontificis, & quare. pag.150. nu.8
Appellari non poteſt à ſententia lata à Papa, etiam ſi ſit iniuſta. pag.162. nu.4
Appellare, & ſupplicare differunt inter ſe. pagina 162. numero 10
Appellantes ab Ordinationibus Apoſtolicis ad futurum Concilium ſunt excommunicati. pag. 162. nu. 1
Appellantes ad Concilium præſens congregatum, vel Prouinciale: An ſint excommunicati. pag.172. num.9
Appellantes à ſententijs aliorum Prælatorum, excepto Summo Pontifice non ſunt excommunicati. pagin.162. num.9
Appellantes ab executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem ſunt excommunicati. pagina 192. numer.1

AR.

Archiuium quid ſit, vt quid pro eo veniat ſignificatum. pag. 214. num.8
Arma, aliaque vſui bellico deſeruientia miniſtrantes infidelibus ſunt excommunicati. pag.175. num.1
Articulus mortis quis, & qualis ſit, & dicatur. pagina 90. numero 12

ARCHIDIACONVS, ARCHIEPISCOPVS, & ARCHIPRESBYTER.

Archidiaconi: An poſſint dici Prælati? pag.218. num.22
Archiepiſcopus quis ſit, & quare appellatur Metropolitanus. pag.188. num.24
Archiepiſcopus quomodo in irregularitatibus poſſit diſpenſare. pag.340. num.10
Archiepiſcopus poteſt concedere quadraginta dies indulgentiarum per totam ſuam Prouinciam. pagina 6. numero 8
Archiepiſcopus non poteſt excommunicare ſuffraganeos. pag.64. num.25
Archipresbyteri, & Archidiaconi non poſſunt ferre pœnas cenſurarum. pag.45. num.10

AS.

Aſſaſſinij ſecundum Canones, qui intelliguntur. pagin.110. num.25
Aſſaſſinij non gaudent immunitate Eccleſiæ, facta declaratione à Iudice Eccleſiaſtico. pag. 198. nu. 13

AV.

Auditores cauſarum, qui ſint, & à quo ſint conſtituendi in tali officio. pag. 191. nu.16
Auctor legis poteſt deſtruere legem, & poteſt in ſuis legibus diſpenſare. pag.196. num.24
Auocare cauſas ſpirituales, quid ſit. pag.194. nu.9
Auocatio cauſarum à perſonis Eccleſiaſticis tripliciter fieri poteſt. pag.195. num.9
Auocatio cauſarum Eccleſiaſticarum, qua auctoritate facienda ſit ad incurrendam excommunicationem. pag. 195. num.10

Auriculis carentibus: An ſint irregulares? pag. 301. nu. 26
Auxilium dare alicui, quid ſit. pag. 187. nu. 16
Auxilium, & conſilium dare, in quo differant. pag. 202. n. 18

BA.

BAlbi, ſiuè bleſis, ideſt qui habent loquelam impeditam: An ſint irregulares? pag. 301. nu. 32
Bannire propriè, quid ſignificet. pag. 207. num. 13

BAPTISMVS, ET BAPTIZATI.

Baptiſmi carentia reddit hominem incapacem ad reliqua Sacramenta. pag. 296. nu. 2.
Baptiſmi vſus duplex, actiuus, & paſſiuus. pag. 313. nu. 1
Baptiſmus, quas irregularitates tollat. pag. 312. nu. 21
Baptiſmus, an tollat irregularitates contractus propter infamias incurſas ex determinatione Iuris ciuilis. pag. 312. num. 23
Baptiſmus non tollit illegitimationem. pag. 343. num. 5
Baptiſmus non aufert irregularitatem contractam ex defectu corporis apparente. pag. 343. nu. 5
Baptiſmus tollit omnem infamiam contractam ex delicto commiſſo ante Baptiſmum. pag. 343. num. 6
Baptiſmi ſacramentum reiterans, efficitur irregularis, & quare. pag. 313. num. 3. & 4
Baptiſmum reiterans facit iniuriam Sacramento Baptiſmi ante ſuſcepti. pag. 313. nu. 4
Baptizans ſub conditione, non incurret irregularitatem, quando talis perſona fuiſſet antea baptizata, & quare. pag. 316. num. 26
Baptizans infantes expoſitos in hoſpitalibus, exiſtimans illos non fuiſſe baptizatos, irregularitatem non incurret. pag. 316. nu. 28
Baptizati omnes, & quicumque excommunicari poſſunt ab Eccleſia. pag. 55. num. 20
Baptizans ſiue ſolemnitate tempore neceſſitatis, ſi eſſet excommunicatus non ſit irregularis. pag. 316. nu. 28

BE

Beatificæ viſionis carentia ad tempus, quomodo ſit volita, aut nolita, ab omnibus purgatorij. pag. 31. nu. 5
Beatitudo conſiſtit in viſione beatifica. pag. 31. nu. 3
Benedicentes ſecundas nuptias ſuſpenſionem incurrunt Sacerdotes. pag. 343. nu. 30
Beneficia Eccleſiaſtica, & Prælatura mediante pecunia conferri non poſſunt Simonia. pag. 135. nu. 25
Beneficij nomine quid veniat, & an Prælaturæ Religionum ſub nomine beneficij veniant? pag. 135. nu. 29
Beneficialis confidentia, quæ ſit in Simonia? pag. 136. n. 33
Beneficium collatum excommunicato etiam occulto eſt ipſo iure nullum. pag. 37. n. 1. & pag. 75. n. 10
Beneficium Eccleſiaſticum ſine titulo retineri non poteſt. pag. 73. nu. 8

BELLVM.

Bellum diſtinguitur à duello, & quomodo. pag. 131. nu. 17
Bellum ſingulare ad ſedandas diſcordias exercituum non eſt duellum. pag. 131. num. 17
Bellum ſingulare, in quibus caſibus poteſt eſſe licitum, vel illicitum. pag. 131. nu. 18

BIGAMIA.

Bigamia, quæ ſit, & quotuplex, & vndè dicatur tale nomen. pag. 307. nu. 2. & 3
Bigamia quare irregularitatem inducit in bigamo. pag. 307. num. 5
Bigamia triplex: Realis, Similitudinaria, & Interpretatiua. pag. 307. num. 3
Bigamia Realis, quæ ſit. pag. 307. nu. 3
Bigamia non tollitur per ſuſceptionem Baptiſmi, & quare. pag. 308. nu. 9. & pag. 343. nu. 3
Bigamia Interpretatiua quæ, & quare ità dicta, & quare induit irregularitatem. pag. 308. nu. 10
Bigamia, an contrahatur mediante Matrimonio nulliter cõtracto cum vidua? pag. 308. nu. 14. & 17
Bigamia Similitudinaria, quæ & quare inducit irregularitatem. pag. 309. nu. 22. & 23
Bigamia non contrahitur per multiplicationem fornicationum cum quacumque fœmina. pag. 309. nu. 29
Bigamia dicit defectum in Sacerdote reſpectu carentiæ ſignificationis. pag. 343. num. 3
Bigamiæ irregularitas contracta, à quo poſſit diſpenſari. pagin. 309. nu. 26
Bigamiæ irregularitas quando, & quomodo contrahitur. pag. 309. nu. 28
Bigami, quare ſunt irregulares. pag. 308. nu. 11. & 13

BO.

Bona Eccleſiæ iniuſtè occupantes ſunt excommunicati. pag. 243. num. 30
Bona fides, ignorantia, & inaduertentia excommunicationis incurſæ excuſat à nullitate Sacramenti nulliter recepti. pag. 101. nu. 4
Bona quæcumque naufragantium ſurripi non poſſunt ſine incurſione cenſuræ. pag. 168. num. 7
Bona hæreticorum, ſiuè infidelium naufragantium ſurripiẽtes non ſunt excommunicati. pag. 168. nu. 18
Bona naufragantium quando exiſtimari poſſunt pro derelictis. pag. 169. nu. 16
Bona naufragantium recipiẽtes in cuſtodiam tradita ab alijs ſubrepta: An ſint excommunicati? pag. 168. nu. 8

BR.

Breuia, ſiuè Bullæ, ſiuè litteræ Apoſtolicæ, quæ ſint, & quare ità dictæ, & differant. pag. 173. nu. 4
Bruta animalia excommunicari non poſſunt, ſed maledici, & quare. pag. 53. nu. 7

BV.

Bulla Cœnæ, quæ ſit, & quare ità ſit appellata. pagina 149. num. 4
Bulla Cœnæ non multiplicat excommunicationes per repetitionem ipſarum factam ſingulis annis. pag. 56. nu. 39
Bulla Cœnæ, quare ſignatur Sigillo plumbeo Summi Pontificis. pag. 149. num. 4
Bulla Cœnæ, quibus cæremonijs, & ſolemnitatibus publicatur quolibet anno pag. 154. nu. 5
Bulla Cœnæ obligat omnes poſt eius promulgationem ſolemniter factam, quamuis non adhuc ſit affixa locis conſuetis. pag. 216. nu. 3
Bulla Cœnæ obligat omnes fideles, vbique exiſtentes. pag. 216. nu. 4
Bulla Cœnæ ſingulis annis promulgatur, & promulganda eſt à Prælatis in ſuis iuriſdictionis locis. pag. 216 nu. 7
Bulla Cœnæ promulganda eſt quolibet anno in quacumque ciuitate, aut loco fidelium. pag. 217. n. 10
Bulla Cœnæ publicanda eſt etiam à Cardinalibus in ſuis Eccleſijs extra Vrbem. pag. 217. nu. 12
Bulla Cœnę pluribus nominibus denominari ſolet, & quibus. pag. 218. num. 23
Bulla Cœnæ quot modis contemni poteſt. pag. 218. nu. 24
Bullæ Pontificiæ, quare ſcribantur: *Ad futuram rei memoriam*. pag. 151. num. 36
Bullæ Cœnæ antiquitas, & Origo qualis ſit. pag. 154. nu. 1
Bullæ Cœnæ excommunicationes: An ſint ab homine? vel à Iure. pag. 154. num. 7
Bullæ Cœnæ duratio, quæ ſit. pag. 210. num. 2
Bullæ Cœnæ tranſumpto, quæ fides ſit præſtanda. pagina 216. num. 2

CA.

CÆcus, an poſſit miniſtrare Ordinem ſacrum? pagina 300. nu. 21
Cæcus, & Surdus ordinatus: An quandoque ex diſpenſatione celebrare poſſit, & quomodo? pag. 300. nu. 21
Caluiniſtæ hæretici, qui ſint, & quare ità dicti. pagina 158. num. 13
Campanarum pulſatio: An ſit prohibita tempore Interdicti,

Digitized by Google

dicti, & quomodo? pagin.270. numer. 10
Cancellaria quæ ſit, & quare ità dicta? pag.201. num.12
Canones Bullæ Cœnæ pro Eccleſia ſunt numero quinque, & qui ſint.pag. 152. nu.6
Canones Bullæ Cęnæ pro Apoſtolica Sede ſunt numero ſex, & qui ſint. pag. 152. num. 7
Canones Bullæ Cœnæ pro Eccleſiaſtica Hierarchia ſunt ſeptem, & qui ſint. pag. 152. nu.8
Capere aliquem carceratum, quid ſit. pag. 207. nu.14
Carenæ, & Quadragenæ pœnitentia, quæ erat apud Canones pœnitentiales. pag 5.nu.22
Carcerare Prælatos quid ſit, & quomodo differat à capere. pag. 186.nu.4
Caſtrantes ſe ipſos, ſiue alios pro conſeruatione vocis peccant mortaliter. pag. 325.num.21

CAPITVLVM.

Capitulum Epiſcopale Sede vacante non poteſt concedere Indulgentias, & quare. pag.6. num.18
Capitulum Sede vacante poteſtatem habet ferendi cenſuras. pag. 45.num. 8
Capitulum Cathedralis Eccleſię, Sede vacante poteſt interdicere ſuos Diœceſanos.pag.265. nu.6
Capitula, & Communitates interdici poſſunt, & quomodo. pag. 262. nu.22
Capitula, Cõuentus, & Collegia, quid ſignificẽt. pag. 198.n.16
Capituli, ſeu Collegij perſonæ appellantes à ſententia Papæ ſunt excommunicatæ. pag. 163.n.15

CARDINALES.

Cardinales, & Epiſcopi ligantur cenſuris generalibus latis à Summo Pontifice. pag. 55. nu.26
Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui ſunt, & quomodo creantur à Summo Pontifice? pag.188.nu.21
Cardinales S.R.E. quare ità dicantur. pag.188. nu.22
Cardinales Compoſtellanæ Eccleſiæ, & Rauennenſis: An ſint veri Cardinales? pag. 188 nu.22
Cardinales, an teneantur quolibet anno facere publicare tranſumptum Bullæ Cœnæ in ſuis Eccleſijs extra Vrbem, pag.217.nu.12
Cardinales offendentes ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ. pag. 186.nu. 1.

CASVS.

Caſus Bullæ Cœnæ non intelliguntur conceſſi, niſi illorum fiat expreſſa mentio. pag. 92.n.27

CAVSA.

Cauſa efficiens principalis potens Indulgentiam peccatorũ concedere eſt Deus. pag.5. nu.1
Cauſa materialis dupl. proxima, & remota. pag. 51.n.2
Cauſa excommunicationis remota, quæ ſit. pag. 53. nu. 1
Cauſa finalis proxima Bullæ Cœnæ triplex, & quæ. pag. 125. num.3.4 & 5
Cauſa Iudicium, & Iuſtitia, quæ ſint, & in quo differant inter ſe. pag 190. nu.11
Cauſa efficiens ſuſpenſionis quæ. pag. 226. nu. 2
Cauſa materialis ſubiectiua excommmunicationis, quę. pag. 227. num. 12
Cauſa adæquata, & principalis ferẽs cenſuras, quæ ſit. pag. 235. nu.12
Cauſa materialis Interdicti duplex remota, & ſubiectiua, & quæ ſint. pag.261. nu.9
Cauſæ quatuor materialis, formalis, efficiens, & finalis. pag. 51.num.21
Cauſæ excuſantes ab excõmunicatione reducuntur ad octo, & quæ ſint. pag 83. num.2
Cauſæ, quæ excuſant ab excommunicatione Canonis, quæ ſint. pag. 139. nu.21
Cauſæ capitales, & criminales, quæ ſint. pag. 206. nu. 3.
Cauſę ciuiles, & criminales quomodo differũt. pag.206. n.10

CENSVRA, ET CENSVS.

Cenſura eſt neruus Eccleſiæ diſciplinæ. pag.40. in Procem.
Cenſura tripliciter ſumi poteſt latè, ſtrictè, & propriiſſimè. pag.42. num.1

Cẽſura eſt pęna inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate. p 44. n.16
Cenſura eſt vinculum diſſolubile. pag. 44. nu.22
Cenſura duplex à Iure, & ab homine. pag 44. nu. 23
Cenſura, vna latæ ſententiæ, alia ferendæ. pag. 44. nu.25
Cenſura quandoque eſt iuſta, quandoque iniuſta, & quomodo. pag.44. nu.28
Cenſura, alia valida, alia inualida. pag. 44. nu.29
Cenſura ad hoc, vt ſit valida quatuor debet habere conditiones ex parte ferentis, & quæ? pag.47.nu.21
Cenſura tribus bonis ſpiritualibus priuare ſolet. pag.47.nu.4
Cenſura non priuat bonis omnibus ſpiritualibus, ſed aliquibus, & qualia ſint. pag 47.nu.5
Cenſura priuat temporalibus bonis tantùm per accidens, & quomodo. pag. 48. nu.6
Cenſura trahit immediatè ſuam executionem, quò ad ſpiritualia. pag.48. nu.7
Cenſura ſuſpenſionis, & Interdicti infligi poſſunt proptee culpam commiſſam. pag.52.n.19
Cenſura vna ligatus: An ſit capax alterius cenſuræ eiuſdem ſpeciei? pag. 55. nu.28
Cenſura lata ſub forma diſiunctiua, dicendo *excommunico; vel interdico, vel ſuſpendo:* An ſit valida. pag. 59.nu. 22
Cenſuræ nominis Etymologia quæ? pag.42.nu. 1
Cenſuræ deſcriptio quæ? pag. 42. num. 2
Cenſuræ definitio, & eius explicatio, quæ? pag.43. nu. 13
Cẽſuram ferens quatuor debet habere conditiones, & quas. pag. 46. num. 16
Cenſurarum cognitio habet quamdam affinitatem cum Sacramento Pœnitentiæ. pag.42. in Procem.
Cenſurarum cognitio eſt maximæ vtilitatis. pag.42. ibi.
Cenſurarum ſpecies propriæ dictæ tres. Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti. pag.43 nu.5
Cenſurarum effectus per accidens ſunt quinque, & qui ſint. pag 48. nu.9
Cenſurarum effectus non ſunt perpetui poſitiuè, ſed negatiuè. pag 48. nu.14
Cenſus quid ſit, & quid intelligitur. pag. 171. nu. 10

CESSATIO A DIVINIS.

Ceſſatio à Diuinis: An comprehendatur ſub Interdicto? pag. 345.num.1
Ceſſatio à Diuinis, quæ & quare ità dicta. pag. 346. nu. 2
Ceſſatio à Diuinis duplex generalis, & ſpecialis. pag. 346. n. 2
Ceſſatio à Diuinis in quo differat ab Interdicto. pag. 346. n. 7
Ceſſatio à Diuinis eſt quid facti, Interdictum eſt, quid iuris. pag. 346. num. 7
Ceſſatio à Diuinis non eſt cenſura, ſed pœna. pag. 346. nu.8
Ceſſatio à Diuinis quibus perſonis, vel locis infligi poteſt, & à quibus. pag. 346. nu. 10
Ceſſatio à Diuinis, ex quibus cauſis poteſt infligi, & quare. pag. 346. nu. 11
Ceſſatio à Diuinis, ſub qua forma eſt intelligenda. p. 347. n. 11
Ceſſatio à Diuinis, cum quibus conditionibus eſt intelligenda. pag. 347. nu. 14
Ceſſatio à Diuinis, pro quo fine intelligitur. pag. 347. nu.18
Ceſſatio à Diuinis, quos effectus habet. pag. 347. nu. 19
Ceſſatio à Diuinis ad omnes, tam Clericos, quàm laicos, quàm Regulares ſe extendit. pag. 348 nu.22
Ceſſatio à Diuinis non afficit locum abſolutè, ſed perſonas in ordine ad locum. pag. 348. num.28
Ceſſatio à Diuinis quomodo, & ſub qua forma, & à quo auferri debet. pag. 349. nu.21
Ceſſationis à Diuinis definitio, & eius expoſitio, quæ? pagin. 346. nu. 3
Ceſſationis à Diuinis cauſa efficiens, quæ ſit. pag. 345. nu.9
Ceſſationis à Diuinis effectus: An poſſint ab Epiſcopo ſuſpendi? pag. 347. nu. 19
Ceſſationis à Diuinis tempore, nec Miſſæ, nec officia Diuina celebrari poſſunt. pag. 347. n. 20
Ceſſationis à Diuinis tempore celebrari poteſt vna Miſſa pro renouatione Sanctiſſimi, & dici Diuina officia priuatè. pag. 348. num.23

Ceſſationis à Diuinis tempore, Baptiſmus etiam ſolemniter miniſtrari poteſt cuilibet.pag.348. n.24
Ceſſationis à Diuinis tempore poteſt confici Oleum Sãctum Chriſmatis, & cathumenorum.pag.348.nu.25
Ceſſationis à Diuinis tempore cadauera fidelium poſſunt ſepeliri in Eccleſia, ſed ſine officio conſueto,& quomodo. pag.348.nu.26
Ceſſationem à Diuinis non ſeruantes, quas pœnas incurrũt. pag.349.nu.29.

C H.

Character impreſſus in Ordinibus Eccleſia auferre non poteſt.pag.349. nu.2
Chriſtus Dominus poteſt eſſe in pluribus locis in eodem inſtanti per eſſe replicatum.pag.34.num.26 & pag. 40.n.14
Chriſti Domini merita, ſanctorumque omnium conſeruantur in theſauro Eccleſiæ.pag.4.nu.12
Chriſti merita ſunt infinita. & quomodo.pag.4. nu.14
Chorus Religioſorum quando eſt clauſura,& reputetur clauſtrum.pag.128.nu.8

C I.

Ciuitas, vel Collegium, aut Communitas excommunicari non poſſunt, ſed interdici.pag.54.nu.20
Ciuitas, in quo modo aliquando excommunicari poteſt.pagin.54.nu.22.

C L.

Claudi quando, & quomodo poſſint, vel non poſſint celebrare Miſſam.pag.302. num.36
Claues Eccleſiæ pertinent ad vtrumque forum internum, & externum.pag.42. in Procem.
Clauſulæ Bullæ Cœnæ Domini, quæ in fine ipſius adduntur, & publicantur, quæ ſint.pag.209. in Canone.

C L A V S V R A.

Clauſura Monialium quid ſit, & vndè dicantur. pag.125.n.1
Clauſura Monialium non eſt de Iure Diuino, ſed Eccleſiaſtico. pag.125.nu.2
Clauſura Monialibus, quare præcepta ſit.pag.126.n.4
Clauſula Monaſterij qualis intelligitur, & in quo conſiſtat. pag.126.num.7

C L A V S T R A.

Clauſtra, domus, & officina, & horta Religioſorum gaudent immunitate Eccleſię. pag.123.num.7
Clauſtra Religioſorum virorum non ſunt adeò ſtrictè prohibita, ſicut clauſtra Monialium. pag.129.nu.14
Clauſtri nomine Conuentus, quid veniat. pag.126.nu.6
Clauſtrum Religioſorum. quid ſit.pag.125.nu.1
Clauſtrum Monialium nemo ingredi poteſt ſine Prælati licentia, aliter excommunicationem incurret.pag.126.n.6

C L E R I C I.

Clerici publicus percuſſor eſt vitandus tanquam publicus excommunicatus. pag.66.nu.21
Clerici nomine. quid veniat. pag.138.nu.11
Clerici priuilegium amittitur per bigamiam contractam à Clerico in minoribus, non autem in maioribus Ordinibus ordinato.pag.138. nu.11
Clerici vtentes veſtibus coloratis ſuſpenſionem incurrunt, & quomodo. pag.241.nu.15
Clerici publici peccatores ſcandaloſi: An ſint ipſo iure ſuſpenſi? pag.243. nu.32
Clerici Sodomitici publici: An ſint irregulares, vel ſuſpenſi? pag.244.nu.39
Clerici ſimoniaci: An ſint ab Ordinibus ſuſpenſi, & excommunicari? pag.245.nu.45
Clerici iurantes de tenendo ſchiſmate: An ſint ab Ordinibus ſuſpenſi? pag.245.nu.47
Clerici conſentientes, & adiuuantes ad raptum mulieris: An ſint ab Ordinibus ſuſpenſi? pag.245. nu.50
Clerici, & Regulares, Interdicti tempore poſſunt ſepeliri in ſepultura Eccleſiaſtica.pag.274.nu.4
Clerici, an poſſint eſſe Conſiliarij Principum, & quomodo? pag.306.nu.15
Clerici quomodo poſſunt defendere cauſas pauperum,& pupillorum. pag.306.num.15
Clerici, & Regulares miſſi à Summo Pontifice ad pugnandum in bello non efficiuntur irregulares. pag. 339. n.45
Clerici, quæ licitè facere poſſunt in bello. pag.339. n.46
Clerici, an poſſint licitè artem medicinæ exercere, & quomodo. pag.339.nu.49
Clerici ordinati quare degradantur ab Epiſcopo, vt tradantur brachio ſæculari? pag.351.nu.21
Clericum verberans pluribus ictibus ſucceſſiuè quot excommunicationes incurret. pag. 55. nu.31
Clericum verberans etiam ipſo conſentiente, eſt excommunicatus. pag.138.nu.10
Clericus ſeipſum percutiens eſt excommunicatus, & quomodo.pag.137.nu.9
Clericus permittens ſe percuti ab altero non eſt excommunicatus, ſed excommunicari poterit, & quare. pagin.137. num.9
Clericus coniugatus reſumens habitum clericalem eſt verè Clericus, & gaudet priuilegio. pag.138. nu.12
Clericus licèt ſuſpenſus, ſiuè interdictus, ſiuè irregularis eſt verè Clericus, & gaudet priuilegio Canonis. pag.138.n.12
Clericus per excommunicationem contractam, non amittit Clericatum, nec priuilegium, niſi ſit degradatus. pag.138. num. 12
Clericus, in quibus caſibus poteſt amittere priuilegium fori. pag.198.num.7
Clericus pugnans in duello: An incidat in cenſuram ſuſpenſionis. pag.245. nu.48
Clericus aſtringi non poteſt apud Iudicem ſæcularem ad teſtificandum in cauſa ſanguinis. pag.337. nu.34
Clericus, etiam in minoribus poteſt degradari, & quare.pag. 351. nu.20
Clericus Prælatus, etiam ſola prima tonſura initiatus poteſt excommunicare, aliaſque cenſuras infligere in ſuos ſubditos. pag.46.nu.17

CO.

Cœmiterium quid ſit, & vndè dicatur.pag.274. nu.4
Collegium, & Capitulum, in quo conueniant, & differant. pag.163.nu.13
Collecta, quæ ſit, & quare ita dicta? pag.171. nu.13
Concionator proferens verba imprudenter dicta contra fidem: An ſit denunciandus? pag.148.nu.18
Concionatores taxantes opinionem Beatæ Mariæ Virginis Conceptionis Immaculatæ, quam cenſuram incurrunt. pag.245. nu.52
Confidentia beneficialis, quæ ſit. pag.136. nu.33
Concubinarij publici: An ſint ſuſpenſi, ſiuè alia cenſura affecti. pag.244. nu.34
Coniuges excommunicati poſſunt ſimul inter ſe communicare in humanis. pag.79.nu.22
Correptio fraterna quomodo præmittenda eſt ante denunciationem.pag.148 nu.22
Conſanguinei, & affines: An teneantur teſtificari cõtra ſuos conſanguineos. pag.145. num.27
Conſiliarius non tenetur releuare ſecreta, quæ ipſis manifeſtata fuerunt à conſulentibus. pag.147.num.15
Conſulere propriè, quid ſit.pag.188. num.17
Conſuetudo præſcripta, in quo caſu excuſat ab excommunicatione lata pag.196. num.29
Coronatio Papæ non eſt de eſſentia, ſed fit pro ſolemnitate. pag. 112. num.14
Continentia, & ſuburbia ciuitatis, quæ ſint, & quid pro illis ſignificetur. pag.259.n.30. & 31

C O M M V N I O.

Communio ſacramentalis pro conſequendo Iubilæo, in quo die hebdomadæ ſit facienda. pag.24.nu.17
Communio pro conſequendo Iubilæo debet eſſe ſacramentalis, non autem ſpiritualis. pag.24.nu.23
Communionem ſacramentalem in Paſchate indignè recipiens: An ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ? pag.51.nu.7
Communio ſanctorum, quæ ſit. pag.25. nu.7

COMMVNICANS.

Communicans in humanis cum excommunicato vitando peccat venialiter, & incurrit excommunicationem minorem pag.52. nu.10.& pag.78.nu.5
Communicans in Diuinis cum excommunicato vitãdo peccat mortaliter. pag.78.nu.6

COMMVNITAS.

Communitas dupliciter conſiderari poteſt, collectiuè, & diſtributiuè. pag.227.nu.22
Communitas collectiuè ſumpta excommunicari nõ poteſt, & quare. pag.54.nu.20
Communitas, ſiuè collegium ſuſpendi, & interdici poteſt, & quomodo.pag.227.nu.21

CONCILIVM, ET CONSILIVM.

Concilium acephalum quid ſit, & quare non poteſt Indulgẽtias concedere. pag.5.nu.4
Concilium generale Sede vacante poteſt Indulgentias concedere. & quare.pag.5.num.4
Concilium etiam generale non eſt ſupra Papam. pagin.162. num.3
Conſilium diſtinguitur à facere. pag.166.nu. 13
Conſilium debet eſſe efficax ad excommunicationem incurrendam, & quomodo pag.188. nu.18

CONDITIO.

Conditiones, quæ requiruntur in ſubiecto excommunicando, ſunt quinque, & quæ.pag.53.nu.1
Conditiones, quæ requirunt ad incurrendam excommunicationem Canonis. *Si quis ſuadente Diabolo*, quæ ſint. pag. 139.nu.20
Conditionalis nihil ponit in eſſe pag.316. nu.26

CONFESSIO, ET CONFESSARIVS.

Confeſſio ſacramentalis, quæ facienda eſt pro conſequendo Iubilæo, & qualis debet eſſe. pag.17.n.1
Confeſſio, & Communio ſacrilegè facta temporè Iubilæi: An ſit ſufficiens pro opere præſcripto? pag.24. nu.18
Confeſſarius ſimplex nullo modo poteſt abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ. niſi in mortis articulo.pag.202.nu.20
Confeſſarij approbatio pro conſequẽdo Iubilæo, à quo Prælato ſit facienda? pag.19.n.31.& pag.51.nu.5
Confeſſarij, an teneantur tranſumptum Bullæ Cœnæ apud ſe habere, & quomodo? pag.217.nu.14
Confeſſarius approbatus pro aliquo genere perſonarum tãtùm: An poſſit eligi pro Confeſſario tempore Iubilæi tanquam Confeſſarius approbatus ſimpliciter? pag.22.n.52
Confeſſarius quomodo, & quando poterit dilatare tempus ad conſequendum Iubilæum pro pœnitentibus in altera hebdomada? pag.17.nu 8

CONTVMACIA.

Contumacia non eſt totalis cauſa cenſuræ. pag.253.nu.12
Contomacia quid ſit, & vndè dicatur. pag.262.num.17
Contumacia duplex, vna coniuncta cum peccato. altera ſine peccato, & quæ.pag.272. nu.18.

CORPVS.

Corpus idem poteſt eſſe ſimul in pluribus locis per Diuinam potentiam ſecundùm Scotum.pag.34.n.16
Corpus defuncti non eſt capax excommunicationis, quamuis poſſit declarari fuiſſe excommunicatum. pag.53.nu.4
Corpus defuncti, quomodo aliquando abſoluitur ab excõmunicatione indirectè. pag.53.nu.5

CR.

Credentes hæreticorum erroribus ſunt excommunicati, & quomodo.pag.160.num.28
Crimen criminoſum quid ſit. & quale dicatur. pag.78.nu.11. & pag.230. nu.6
Crimen læſæ Maieſtatis quando, & quomodo eſt reuelandum ſine præuia correptione.pag.145.nu.28.& 29

CV.

Culpa remiſſa, non ſemper remittitur pœna tota,& quare. pag.3.num.4
Culpa etiam venialis non remiſſa non conſequitur remiſſio pœnæ illi debita, & quare.pag.4.n.9

DA.

DÆmones; An cruciari poſſint animas hominum in Purgatorij pœnas exiſtentes?pag.33,nu.30
Dæmones per peccatum non amiſerunt dona naturalia infuſa.pag.35.num. 10
Dæmones; An poſſint animas hominum deducere de loco ad locum, & quomodo pag.39.nu.21
Damni pœna: An mitigetur in animabus exiſtentibus in Purgatorio ſpe videndi Deum? pag.32.nu.7
Damni pœna amiſſionis viſionis beatificæ eſt maxima. pag. 37.nu.7

DE.

Debilitatio membri, quæ ſit. & qualis. pag.325. num.14
Decernere propriè, quid ſit. pag.202.nu.15
Declamationes, & Detellationes, in quo differant inter ſe. pag.214. nu.5
Defenſio propria eſt de iure naturæ. pag.81.nu,11
Definitiuè formaliter eſſe in loco, quid ſit.pag.39
Defuncti corpus quomodo abſoluendum eſt ab excommunicatione incurſa, quando erat viuens. pag.97. nu.16
Defunctus interdici non poteſt directè, ſed indirectè, & quomodo pag.263. nu.30
Dei voluntas duplex antecedens, & conſequens. pag.32.n.6
Delictum, pro quo imponendum eſt interdictum debet eſſe commiſſum. pag.262. nu.17
Delegatus extendens ſuam iuriſdictionem in caſibus non conceſſis ſuſpenſionem incurrit.pag.243. nu.29
Delictum commiſſum duplex materialiter,& formaliter poteſt eſſe publicum. pag.341.nu.15
Denunciatio, facta emendatione non eſt amplius facienda. pag. 148.nu.22
Denunciatio excommunicationis: An in quibuſdam caſibus poſſit prætermitti? pag.61.nu.25
Denunciationem non faciens tempore præfixo non eſt liber ab excommunicatione lata contra non denunciantes in tali tempore. pag.148.nu.29
Denuncians delinquentem cum proteſtatione, vt non procedatur ad ſanguinis effuſionem contrà denunciatum: An incidit in irregularitatem? pag.336.nu.25
Denunciantes hæreticos ad tribunal Sancti Officij non incidunt irregularitatem.pag.336.nu.23
Deſtruere quid ſit.pag.208. nu.6
Detinere aliquem in carcere, quid ſignificet.pag.186.n.14
Depopulatores, & deſtructores agrorum, & vinearum non gaudent priuilegio immunitatis. pag.124.n.16

DEGRADATIO.

Degradatio realis, & verbalis non ſunt cenſuræ, ſed pœnæ. pag.43.n.11
Degradatio, ſeu depoſitio realis, quæ ſit.pag.349. nu.4
Degradatio eſt pœna perpetua ſine ſpe.pag.350.nu.7
Degradatio, & depoſitio quomodo differant à cenſura ſuſpenſionis.pag.350. nu.10
Degradatio, & depoſitio quomodo inter ſe differant. pag. 350. nu.11
Degradatio quomodo ſit facienda, & à quo, & cum quibus cæremonijs. pag.350.nu.14
Degradatio tollit omne priuilegium clericale. pag.351. n.16
Degradatio, pro quibus criminibus fieri poteſt. pagin. 351. num.22
Degradationis actus non eſt cooperatio ad mortem delinquentis, & quare.pag.336. nu.22
Degradationis effectus, qui ſint.pag.350.nu.7
Degradationis ſententia quomodo ſit facienda, & à quibus. pag.350.nu.13
Degradationis cauſa efficiens, & ſubiectiua, quæ. pag. 351. num.19
Degradationis, & Depoſitionis effectus, in quo differunt. pag.352.nu.25
Degradari. an poſſit Clericus ſolis minoribus Ordinibus initiatus.

tiatus. pagin. 351. num. 20
Degradatus quomodo tradatur brachio ſæculari à Prælato? pag. 351. n. 17
Degradatus realiter non gaudet amplius priuilegio Canonis. pag. 189. nu. 26
Degradatus quomodo reſtitui poterit ab Epiſcopo, vel Papa. pag. 352. nu. 26 & 27
Degradatus poteſt validè conſecrare, ſed illicitè, & ſacrilegè. pag. 352. nu. 30
Degradatus remanet obligatus ad perſoluenda Diuina officia, ſicut antea, & quare. pag. 350. nu. 9

DEPOSITIO.

Depoſitio duplex, vna verbalis, altera realis, & quomodo inter ſe differant. pag. 349 nu. 1
Depoſitio verbalis, quid ſit. pag. 349. num. 3
Depoſitio verbalis, quibus cauſis, & conditionibus eſt infligenda. pag. 350. nu. 12
Depoſitionis pœna, quare infligitur à Prælatis contra Clericos. pag. 349. nu. 12
Depoſitionis effectus verbalis qualis ſit. pag. 352. num. 28

DI

Diabolo ſuadente in percuſſione Clerici quid intelligatur in Canone. pag. 139. nu. 20
Diaconi, & Subdiaconi fraudulenter ordinati cantantes Euangelium, ſiuè Epiſtolam in actu ordinationis: An efficiantur irregulares? pag. 232. nu. 22
Dicta aliorum quando, & quomodo ſunt reuelanda. pagin. 147. nu. 19
Diffidatus ab aliquo ad duellum quomodo reſpondere poteſt ad hoc, vt non incurrat cenſuram. pag. 132. nu. 22
Dignitates ſæculares non tolluntur directè per excommunicationem, ſed indirectè, eò quod remaneant ſuſpenſæ. pagin. 81. nu. 8
Dignitates antea collatæ ſine iuriſdictione non tolluntur per excommunicationem, ſed remanent ſuſpenſæ. pag. 81. num. 9
Dilatio gloriæ, & viſionis beatificæ cauſat magnam triſtitiã in animabus Purgatorij. pag. 38. nu. 10
Diſtractus internè voluntariè; An ſatisfaciat obligationi Diuini officij? pag. 51. num. 8
Diuina officia prohibita tempore Interdicti, quæ ſint. pagin. 269. nu. 4
Diuinum officium tempore Interdicti Clerici priuatim recitare tenentur, & quomodo. pag. 271. nu. 23
Diuinæ viſionis fruitio eſt ſummum bonum appetibile. pag. 38. num. 8

DO.

Dolor graduum gloriæ non cõſecutorum quantus, & qualis ſit. pag. 78. nu. 29
Dominus vobiſcum, quare dicere non licet tempore interdicti ante orationem. pag. 272. nu. 28
Domus, clauſtra, officina, & horta Regularium gaudẽt immunitate. pag. 123. nu. 7
Domus Epiſcopi, ſiuè Palatium gaudet immunitate. pagin. 124. nu. 8
Domus Parochi, & Archipresbyteri non gaudet priuilegio immunitatis, & quare. pag. 123. nu. 7
Dormientes, amentes, aut ebrij, quomodo incidere poſſunt in excommunicationes. pag. 54. nu. 14
Dormientes, vel amentes; An effici poſſint irregulares, & quomodo? pag. 290. nu. 11
Dotes Monialium pro ſuſtentatione illarum ſine ſimonia licitè petuntur ſolui. pag. 136. n. 36

DV.

Duellantes, in quibus caſibus ſunt excommunicati, & incidunt in pœnas iuris. pag. 131. nu. 16. 20. & 21
Duellantium ſpectatores: An ſemper ſint excommunicati, & quomodo? pag. 132. nu. 25
Duellum quid ſit, & vndè dicatur. pag. 130. nu. 5
Duellum propriè dictum quomodo definiri poteſt. pag. 230. num. 7
Duellum ad hoc, vt ſit tale quale debet eſſe ad excommunicationem incurrendam. pag. 131. nu. 20
Duellum propriè dictum tres conditiones debet habere, & quas. pag. 130. nu. 8
Duellum omni iure eſt prohibitum. pag. 130. nu. 9
Duliæ adoratio, quæ ſit, & quibus competat, & licitè fieri poteſt. pag. 150. nu. 13

EC.

ECCLESIA.

Eccleſia habet poteſtatem ferendi cenſuras. pag. 49
Eccleſia mediantibus cenſuris priuat homines vſu rerũ ſpiritualium ſecundariò, & conſecutiuè. pag. 44. n. 19
Eccleſia non habet iuriſdictionem directam in non baptizatos, & quare. pag. 53. num. 9
Eccleſia poteſt excommunicare hæreticos, & ſchiſmaticos, & quare. pag. 54. num. 13
Eccleſia quare orat pro publicis excommunicatis in feria ſexta Paraſceues. pag. 65. nu. 8
Eccleſia non iudicat de internis. ſed de externis. pag. 133. n. 7
Eccleſia quandòque ſupplet effectus miniſtri carentis iuriſdictione, ſiuè ſuſpenſi. pag. 233. num. 28
Eccleſię viſitatio pro conſequendo Iubilæo, quomodo ſit facienda. pag. 16. nu. 20
Eccleſiæ quot ſunt viſitandæ pro conſequendo Iubilæo. pag. 16. num. 14
Eccleſiæ libertas, & communitas, in quo conueniunt, & differant. pag. 121. nu. 3
Eccleſiæ nomine, quid veniat. pag. 123. nu. 6
Eccleſiaſtica hierarchia quintupliciter offendi poteſt, quò ad eius libertatem. pag. 194. num. 2

EF.

Effectus immediati excommunicationis impediri non poſſunt. pag. 48. nu. 15
Effectus mediati cenſurarum poſſunt quandoque impediri, & quomodo. pag. 48. num. 15
Effectus faciunt peruenire ad ſignificationem cauſæ. pagin. 292. nu. 18

EL.

Electio facta ab excommunicato eſt valida, quando eſt toleratus, ſi verò eſſet non toleratus eſt nulla. pag. 76. n. 13
Electio Summi Pontificis fieri poteſt, etiam ab excommunicatis vitandis. & quare. pag. 76. nu. 18
Electio facta in perſonam excommunicati, etiam occulti eſt nulla, & non poteſt coaleſcere poſt abſolutionem. pagin. 77. num. 23
Electio quæcumque facta in perſonam excommunicati eſt ipſo iure nulla. & tenetur electus renunciare. pag. 77. n. 21
Electio Prælati indigna, quæ, & qualis ſit. pag. 242. nu. 22
Electio facta in perſonam excommunicati eſt irritanda. pag. 103. num. 23
Electores ſcientes, eligendo excommunicatum mortaliter peccant. pag. 408. nu. 28
Electores quando ſunt excommunicati, quid faciendum, pag. 76. nu. 14
Eligentes ſcienter indignum in Epiſcopum ſuſpenſionem incurrunt. pag. 242. nu. 20. & 21
Eleemoſyna pro conſequenda Indulgentia Iubilæi quanta debet eſſe. pag. 9. nu. 12. & pag. 23. nu. 9
Eleemoſynam, an teneantur facere pauperes pro conſequendo Iubilæo, & quomodo? pag. 24. nu. 13
Eludere quid ſit, & ſignificet. pag. 201. nu. 13
Eludere Eccleſiaſticum iudicium. quid ſit. pag. 201. nu. 13

EIICERE, ET ENERGVMENI.

Eijcere Prælatus, & non admittere, in quo differunt, pagin. 187. nu. 7
Eijcere Prælatos è terris ſuis dupliciter fieri poteſt, & quomodo. pag. 187. nu. 9. & 11
Energumeni ſunt irregulares, & quare. pag. 298. nu. 18

Epiſco-

E P.

Epiſcopus qualnam Indulgentias concedere poteſt, & quomodo. pag.6.num.6
Epiſcopus electus, & confirmatus, quamuis non conſecratus poteſt Indulgentias concedere.pag.6. nu.10
Epiſcopus excommunicatus tolcratus poteſt Indulgentias concedere. pag.6. nu.11
Epiſcopus concedendo Indulgentias extra gratiam nō peccat, & quare. pag.6.nu.13
Epiſcopus poteſt concedere Indulgentiam etiam pro Regularibus exemptis.pag.6. nu. 15
Epiſcopus Indulgentias ab ipſo pro alijs conceſſas ſibi ipſi lucrari poteſt. & quomodo. pag.6. nu.16
Epiſcopus concedens Indulgentias abſque vlla cauſa, an peccet? pag.7. nu.6
Epiſcopus ordinario iure excommunicare nō poteſt Reges, Imperatores, & Cardinales. pag.55.n.27
Epiſcopus excommunicatus: An careat iuriſdictione? pag. 76. nu.12
Epiſcopus, An aliquando poſſit abſoluere ab excommunicationibus publicis Summo Pontifici reſeruatis? pag. 93. num. 37
Epiſcopus, ſiuè eius Vicarius debet declarare, quando Clerici percuſſio fuit leuis, aut grauis. pag.141. nu.39
Epiſcopus, in quibus caſibus abſoluere poteſt ab excommunicatione reſeruata, etiam in foro externo. pagin. 141. num.41.
Epiſcopus interpretatur, Vigilans, & ſpeculator, & quare. pag. 152. num.2
Epiſcopus quis ſit, & quare ita dicatur. pag.188. nu.25
Epiſcopus depoſitus tantummodò verbaliter, ſiuè excommunicatus gaudet adhuc priuilegio Canonis. pagin.189. num.26
Epiſcopus realiter degradatus non gaudet amplius priuilegio Canonis. pag.189. nu.26
Epiſcopus, An poſſit abſoluere in conſcientiæ foro ab excō-municationibus Bullæ Cœnæ? pag.210.nu.6
Epiſcopus, An in aliquo caſu poſſit abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ propter aliquod impedimentum pœnitentium? pag.211.n.14. & 17
Epiſcopus confirmatus à Papa licèt adhuc conſecratus non ſit gaudet priuilegio Epiſcopi. pag.227. nu.18
Epiſcopus ſuſpenſus ab Ordine non eſt ſuſpenſus à iuriſdictione. pag.231. num.16
Epiſcopus conferens Ordines ſimoniacè ſuſpenſionem incurrit. pag.246. num.2
Epiſcopus ſcienter Ordines conferens indignis peccat mortaliter, & eſt ſuſpendendus. pag. 146. nu.6
Epiſcopus conferens duos ſacros Ordines in eodem die vni, & eidem ſuſpenſionem incurrit. pag. 246. nu.7
Epiſcopus conferens Ordines alienis ſine dimiſſoria ſuorum Superiorum ſuſpenſionem incurret. pag.246. nu.8
Epiſcopus ordinans infantes, ſiuè inſufficientes ſuſpenſionem incurrit. pag.247. num.9
Epiſcopus ſcienter ordinans perſonam infamem ſuſpendēdus eſt per annum à celebratione Miſſæ. pag.247.nu.11
Epiſcopus ordinans in ſacris Regulatem nouitium ante profeſſionem incurrit ſuſpenſionem. pag.247.num.12
Epiſcopus Ordinem ſacerdotalem conferens indigno incurrit ſuſpenſionem. pag.247. nu.14
Epiſcopus quomodo poſſit diſpenſare cum excommunicato, quò ad beneficium, & fructus. pag.74.n.10
Epiſcopus Ordinans Subdiaconum cum pacto Simoniaco, ſuſpenſionem incurrit. pag.247. num. 15
Epiſcopus ſubijciens bona Eccleſiæ laicis incurrit ſuſpenſionem ab officio. pag.247. num.17
Epiſcopus vſurpans ſibi bona alienæ Eccleſiæ ad ipſum non ſpectantia ſuſpenſionem incurrit. pag.248.nu.21
Epiſcopus Regulares communiter interdicere non poteſt, niſi in quibuſdam caſibus. pag. 263. nu. 25
Epiſcopus ſcienter ordinans in ſacris ſeruum alicuius, tenebitur ſoluere pretium ſerui, qui conſequitur libertatem. pagina 305. numero 7
Epiſcopus degradans Sacerdotem, & tradens illum brachio ſæculari non incidit irregularitatem. pag.336.n.22
Epiſcopus, in quibus irregularitatibus poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis. pag.340. num.8
Epiſcopus, vt poſſit diſpenſare in quibuſdam irregularitatibus debent concurrere quatuor conditiones. pag. 340.n.9
Epiſcopus, An poſſit cum extraneis diſpenſare in irregularitatibus? pag.340. num.10
Epiſcopus quomodo cum Regularibus alijſque Prælatis exemptis poſſit in irregularitatibus incertis diſpēſare. pag. 341.num. 13
Epiſcopus extra ſuam Diœceſim diſpenſare non poteſt in irregularitatibus. pag. 341. num. 14
Epiſcopus poteſt in conſcientiæ foro diſpenſare cum ſuis ſubditis in omnibus irregularitatibus occultis, præterquā in homicidio voluntario. pag.341. num. 15
Epiſcopus quomodo, & à quo diſpenſandus ſit in irregularitatibus occultis. pag.341.num. 18
Epiſcopus confirmatus, licèt non conſecratus poteſt in irregularitatibus diſpenſare. pag.341.nu.19
Epiſcopus excommunicatus exercendo actus Pontificales peccet mor. & ſit irregularis. pag.71.nu.4

E P I S C O P I.

Epiſcopi concedere non poſſunt Indulgentias pro defunctis, & quare. pag.6. nu.9
Epiſcopi, & Cardinales: An ligentur cenſuris latis à Summo Pontifice? pag.55. num.26
Epiſcopi iuriſdictione extincta, extinguitur in eius Vicario. pag.76. num.12
Epiſcopi, An poſſint abſoluere ab excommunicatione hæreſis in conſcientiæ foro? pag 91. num.35
Epiſcopi habent facultatem abſoluendi in conſcientiæ foro ab omnibus cenſuris Summo Pontifici reſeruatis. pagin. 92. num.31
Epiſcopi per Edictum vniuerſale; An cenſeantur ſuſpenſi. pag.227. num.18
Epiſcopi, aliique Prælati concedentes vſurarijs domus ad exercendas vſuras ſuſpenſionem incurrunt. pag.248.n.23.
Epiſcopi abutentes iuriſdictione Sancti Officij incurrunt ſuſpenſionem. pag. 248. nu. 24
Epiſcopi, aliique Prælati adminiſtrationem ſuſcipientes ante confirmationem Apoſtolicæ Sedis ſunt ſuſpenſi. pagin. 248.num.27
Epiſcopi concubinarij publici ſuſpenſionem incurrunt, niſi ſe emendauerint. pag.248.nu.29
Epiſcopi non punientes incendiarios publicos ſunt ſuſpenſi. pag.249. num.31
Epiſcopi ſine neceſſitate ingredientes clauſura Monialium incurrunt pœnam ſuſpenſionis. pag.249. nu.35
Epiſcopi contumaces poſſunt eſſe cauſa, vt clerus interdicatur. pag.262.num.14
Epiſcopi non comprehenduntur in edicto interdicti generalis, niſi illorum fiat ſpecialis mentio. pag.262.nu.21

EPIIKEIA, EPILECTICI, EQVITES, & EREMITÆ.

Epijkeia quando excuſat ab incurrenda excommunicatione Canonum. pag.178. num.29
Epilectici, ſiuè Lunatici patientes morbum caducum ſunt irregulares, & quare. pag.297. nu.16
Equites militares gerentes cruces: An gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici? pag.138. num.18
Eremitæ, An gaudeant priuilegio Canonis, & quomodo? pag.138. nu.17

E X C O M M V N I C A T I O.

Excommunicatio eſt cenſurarum omnium pœnarum maxima. pag.49. in Proœm.
Excommunicatio quomodo dicatur à Græcis. pag 94. nu. 3.
Excommunicatio pluribus nominibus denominatur à Patribus. pag.49. n.1

Excom-

Digitized by Google

Excommunicatio priuat pluribus ſpiritualibus bonis,& quare.pag.49 num.2
Excommunicatio, & Anathema, in quo conueniant, & differant. pag.50.nu.6
Excommunicatio appellatur gladius, ſiuè mucro, ſiuè culpis Prælatorum, & quare. pag.50. num.9
Excommunicatio dicitur virga ferrea,ſiuè Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ.pag.50.nu.9
Excommunicatio dicitur Mors ſpiritualis,& quare. pag.50. num.10
Excommunicatio duplex maior, & minor.pag.50.nu. 11
Excommunicatio in genere quomodo definiri poteſt. pag. 50. num.11
Excommunicatio maior quid ſit. pag.50. nu. 14
Excommunicatio minor quid ſit.pag.50.num.15
Excommunicatio duplex à Iure, & ab homine. pag.51.n.17
Excommunicatio duplex, vna generalis, altera particularis, & quæ.pag.51.nu.17
Excommunicatio vna latæ ſententiæ, altera ferendę.pag.51. num.17
Excommunicatio poteſt eſſe iuſta, vel iniuſta.pag.51.nu.17
Excommunicatio alia reſeruata, alia non reſeruata.pag.51. num.17
Excommunicatio, vt ſit valida ſupponit culpam in ſubiecto excommunicando. pag.51. nu.3
Excommunicatio non eſt imponenda in communitatem, ſed in delinquentem, & quare.pag.51.nu.4
Excommunicatio non cadit ſuper actus internos, ſed externos, & quare.pag.51.n.5. & pag.52.nu.14
Excommunicatio maior ſemper ſupponit peccatum mortale in ſubiecto excommunicando. pag.52.nu.7
Excommunicatio minor etiam per peccatum veniale incurri poteſt. pag. 52.nu.9
Excommunicatio minor contrahitur ab illo, qui communicat cum excommunicato vitando in humanis. pagin.52. num.10
Excommunicatio lata ab Epiſcopo, & Inquiſitoribus multiplicatur in tranſgreſſoribus. pag. 56. n.41
Excommunicatio iuſta, vel iniuſta tribus modis eſſe poteſt talis. pag.57.nu.4
Excommunicatio ab homine, quæ ſit.pag.57.nu.3
Excommunicatio formaliter iniuſta, eſt inualida. pagin.57. num.6
Excommunicatio materialiter iniuſta, quæ ſit,& an ſit valida? pag.57. nu.8
Excommunicatio, An quandoque poſſit eſſe valida, & iniuſta, & quomodo? pag.58. nu.13
Excommunicatio quando dicitur continere errorem intolerabilem. pag.58. nu.13
Excommunicatio lata ſignificanda eſt aliquo ſigno externo, & quare. pag.58. nu.17
Excommunicatio lata ſub forma diſiunctiua, dicendo: *Excommunico, vel Interdico, vel ſuſpendo*: An ſit valida? pag. 59.num.23
Excommunicatio, An poſſit fieri in genere ſub ratione cenſuræ? pag. 59. num.20
Excommunicatio lata ſub forma copulatiua, dicendo. *Excommunico, & abſoluo*: An ſit valida? pag.59.n.26
Excommunicatio Anathematis cum ſolemnitatibus reſeruata eſt Epiſcopis. pag.62.nu.8
Excommunicatio duobus modis fieri poteſt,vel per modum ſtatuti, vel ſententiæ. pag.62.nu.11
Excommunicatio per modum ſententiæ reſpicit perſonas ſecundum ſe, non in ordine ad locum.pag.62. n.11
Excommunicatio per modum ſtatuti non ligat extra territorium exiſtentes. pag.63.nu.16
Excommunicatio non contrahitur quando peccatum prohibitum ſub cenſura commiſſum ſit extra territorium.pag. 63. num.22
Excommunicatio lata per ſententiam ligat perſonas, vbicumque exiſtentes. pag.63. nu.23
Excommunicatio abſolutè lata, intelligenda eſt de excommunicatione maiori. pag.64. in Procem.
Excommunicatio maior priuat excommunicatum Eccleſiæ ſuffragijs. pag.64. nu.1.& 2
Excommunicatio non impedit validam Sacramenti ſuſceptionem, ſed licitam. pag.68. num.4. & 5
Excommunicatio priuat excommunicatum voce actiua, & paſſiua in electionibus. pag.75. nu.1
Excommunicatio maior priuat communicatione ciuili, etiam in humanis cum alijs fidelibus, & quomodo. pagin. 77. num.1
Excommunicatio contrahitur per peccatum externum coniunctum cum interno. pag.68. nu.20
Excommunicatio; An incurratur per conſcientiam erroneā? pag.85. num.24
Excommunicatio dupliciter ferri poteſt abſolutè, & ſub conditione. pag.85. nu.29
Excommunicatio abſolutè lata non ſuſpenditur per appellationem. pag.85. num.32
Excommunicatio incurrenda aliquando excuſatur propter prolongationem factam à patre. pag.87.nu.9. & 11
Excommunicatio iniuſtè lata caret ſuo effectu.pag.88. n.18
Excommunicatio quotupliciter poteſt eſſe nulla ex parte ferentis. pag.88. num.25
Excommunicatio non tollitur, niſi mediante abſolutione. pag.89. nu.1
Excommunicatio reſeruata, à quo abſolui poteſt. pagin.89. num.7
Excommunicatio non reſeruata abſolui poteſt à quocumque Confeſſario iuriſdictionem habente.pag.89.nu.4
Excommunicatio etiam reſeruata in mortis articulo abſolui poteſt à quocumque Sacerdote.pag.90.nu.8
Excommunicatio eſt maius vinculum, quam vinculo cæterarum cenſurarum. pag.90. nu.14
Excommunicatio, an ceſſet per mortem excommunicati? pag.91. num.2
Excommunicatio quomodo indirectè poſſit abſolui poſt mortem excommunicati. pag.91. num.2
Excommunicatio occulta non eſt abſoluenda poſt mortem excommunicati, & quare. pag.94. nu.4
Excommunicatio quomodo eſt abſoluenda poſt mortem publici excommunicati. pag.94.nu.5
Excommunicatio poſt mortem excommunicati publici ſolummodò abſoluenda eſt à Prælato, vel ex commiſſione Prælati, & quare. pag.94.n.6
Excommunicatio abſolui poteſt in abſentia perſonę excommunicatæ, ſed non ſine cauſa. pag.74.nu.7
Excommunicatio abſolui poteſt per ſcriptum, & quomodo eſt intelligenda. pag.94.nu.7
Excommunicatio abſolui poteſt extra ſacramentalem confeſſionem, etiam ſine contritione excommunicati. pag. 94.num.13
Excommunicatio vna abſolui poteſt, remanente altera, & quomodo. pag.94.num.14
Excommunicatio abſolui poteſt à Summo Pontifice per ſigna ſine verbis. pag.96. nu.2
Excommunicatio eſt genus ad maiorem, & minorem excommunicationem. pag.99. nu.3
Excommunicatio per prius intelligitur de maiori, quam de minori excommunicatione. pag. 99. num. 3
Excommunicatio minor, quare ita ſit appellata. pag.99. n.2
Excommunicatio minor: An poſſit eſſe diuerſæ ſpeciei, vel ſemper ſit eiuſdem ſpeciei? pag.100. nu.4
Excommunicatio minor quid ſit ſecundum ſuam definitionem.pag.100. nu.6
Excommunicatio maior, & minor, in quibus conueniant,& differant. pag.100. nu.8.9. & 10
Excommunicatio minor contrahi poteſt, etiam per culpam venialem. pag.100.nu.11
Excommunicatio maior, & minor vtraque eſſe poteſt, vel à Iure, vel ab homine. pag.100.nu.14

Excommunicatio minor priuat paſſiua receptione Sacramentorum. pag.101. nu.1
Excommunicatio minor priuat licita receptione Eccleſiaſtici beneficij, & quomodo. pag.102.nu.21
Excommunicatio minor ab homine non eſt amplius vſu recepta, & quare. pag.104.nu.2
Excommunicatio minor quomodo contrahitur. pagin. 104. num.2
Excommunicatio minor ab homine, à quo abſolui poteſt. pag. 104. nu.3
Excommunicatio reddit excommunicatum inhabilem ad quodcumque beneficium Eccleſiaſticum recipiendum. pag. 73. nu.1
Excommunicatio contra Iudices non reddentes ius Eccleſiaſticis. pag.107.nu.1
Excommunicatio contra inobedientes præceptis S. R. Ec. quæ ſit. pag.107. nu.3
Excommunicatio lata contra Pontificem non legitimè electum in Summum Pontificem auctoritatem exercentem. pag.107. nu.5
Excommunicatio lata contra Regulares audientes artem magnam Medicinæ, aut leges ciuiles contra obedientiam ſuorum Prælatorum. pag.107. nu.7.
Excommunicatio contra Sacerdotes habentes officium ſæculare, qui admoniti, vt deſerant, non deſiſtunt. pag. 107. num.8
Excommunicatio lata contra violantes Eccleſiaſticam libertatem. pag. 107. nu.9
Excommunicatio lata contra mittentes litteras Cardinalibus in conclaue exiſtentibus pro electione Summi Pontificis. pag.108.nu.1
Excommunicatio lata contra dominos temporales, nō obſeruantes, quæ præcepta ſunt poſt mortem Summi Pontificis. pag.108. nu.2
Excommunicatio lata contra vexantes perſonas Eccleſiaſticas. pag.108.nu.3
Excommunicatio lata contra directores Monialium impedientes Canonicam electionem Abbatiſſæ legitimè faciēdam. pag.108.n.5
Excommunicatio lata contra iudices conſeruatores vſurpātes iuriſdictionem ſibi non competentem. pag. 108.n.8
Excommunicatio lata contra illos, qui per vim, & metum extorquent abſolutionem indebitam cenſurarum. pagin. 108.nu.7
Excommunicatio lata contra Iudices euntes cum fraude ad fœminas, fingendo ſe velle eas interrogare. pag. 109. nu.8
Excommunicatio contra laicos adſtringentes Eccleſiaſticos Prælatos ad ſubijcienda bona Eccleſiæ poteſtati ſæculari. pag.109. nu.9
Excommunicatio contra inſtituentes nouum Ordinem ſine licentia Apoſtolicæ Sedis. pag.109.nu.10
Excommunicatio contra exigentes pedagia, & gabellas ab Eccleſiaſticis. pag.109. nu.11
Excommunicatio contra compellentes perſonas Eccleſiaſticas ad litigandum coram iudice ſæculari. pag.109.n.13
Excommunicatio contra Regulares temerè habitum Religionis dimittentes. pag. 109. num.16
Excommunicatio contra concedentes Eccleſiaſticam ſepulturam corporibus hæreticorum, ſiuè excommunicatorum publicorum. pag.109. nu.19
Excommunicatio contra officiales, præſumentes cognoſcere cauſas hæreſum ſine facultate Inquiſitorum. p.110.n.20
Excommunicatio contra concedentes repræſalia aduerſus Eccleſiaſticos. pag.110. nu.21
Excommunicatio contra Eccleſiaſticos Prelatos permittentes vſurarios in ſuis terris. pag.110.nu.23
Excommunicatio contra mandantes interfici fideles per aſſaſſinos. pag. 110.nu.24
Excommunicatio contra impedientes ſequeſtrum Eccleſiaſticum circa beneficia. pag.110.nu.1
Excommunicatio lata contra ſepelientes in loco ſacro excōmunicatos, vel interdictos publicos, vel alios tempore Interdicti, vel vſurarios publicos. pag.110.num.2
Excommunicatio contra appropriantes decimas Eccleſiaſticas ſibi in caſibus non conceſſis. pag. 110. nu.3
Excommunicatio contra Regulares petentes aulas Principum animo nocendi ſuos Prælatos. pag.111. nu.4
Excommunicatio contra Monachos tenentes arma intra Monaſterium ſine licentia Abbatis. pag.111. nu.5
Excommunicatio contra impedientes viſitatores Monialium. pag.111. nu.6
Excommunicatio contra contrahentes Matrimonium ſacrilegè in caſibus prohibitis. pag.111. n.7
Excommunicatio contra illos, qui prætextu Sancti Officij confiſcant bona Eccleſiarum. pag.111. nu.8
Excommunicatio contra facientes ſtatuta, vt ſoluantur vſuræ, vel ea exequentes. pag.111. nu.9
Excommunicatio contra auertentes, ne ſoluantur decimæ Eccleſiæ debitæ. pag.111.nu.10
Excommunicatio contra Regulares non ſeruantes Interdicta generalia, & Ceſſationes à Diuinis. pag.111.n.12
Excommunicatio contra impugnantes litteras Papales, licèt non adhuc coronatus ſit Pontifex. pag.111. nu.13
Excommunicatio contra alienantes Eccleſiaſtica bona. pag. 112.num. 15
Excommunicatio lata contra non recipientes, vel impediētes legatos Summi Pontificis. pag.112. nu.16
Excommunicatio contra profitentes Religionem fraticellorum. pag.112. nu.17
Excommunicatio contra impreſſores librorum ſine debita facultate Superiorum, ad quos ſpectat. pag.112. n.1
Excommunicatio contra publicantes libros ſcriptos adhuc non impreſſos, & approbatos. pag.112. nu.3
Excommunicatio contra docentes Confeſſionem ſacramētalem non eſſe neceſſariam ante ſacramentalem communionem. pag.112.num.4
Excommunicatio contra raptores fœminarum, eoſque adiuuantes, & conſulentes. pag.113. nu.5
Excommunicatio cōtra impedientes libertatem Matrimonij. pag. 113.nu.6
Excommunicatio contra cogentes directè, vel indirectè ad Matrimonium contrahendum contra voluntatem ipſorum contrahentium. pag.113.n.7
Excommunicatio contra cogentes fœminas ad ingrediendū Monaſterium in caſibus non conceſſis. pag.113. n.8
Excommunicatio contra diſſuadentes aliquos, ne fiant Religioſi. pag.113. nu.12
Excommunicatio contra officiales non præſtantes auxilium Prælatis Eccleſiaſticis, quando opus fuerit. pag.113.n.13
Excommunicatio contra ingredientes clauſuras Monialium ſine debita facultate. pag.113. nu.14
Excommunicatio contra interpretantes Decreta Tridentini Concilij ſine debita facultate. pag.114. nu.15
Excommunicatio lata contra Clericorum percuſſores, ſuadente Diabolo. pag. 115. nu.1
Excommunicatio contra perſeuerantes per annum in excōmunicatione lata à Delegato Papæ. pag.114.nu.2
Excommunicatio contra falſificantes litteras Apoſtolicas. pag.114. nu.3
Excommunicatio contra habentes apud ſe litteras Apoſtolicas falſificatas, & non eas deſtruentes. pag.114. n.4
Excommunicatio lata contra incēdarios excommunicatos ab homine, & denunciatos. pag.114. nu.5
Excommunicatio contra communicantes cum excommunicato à Papa in crimine crimino ſo. pag.115. nu.7
Excommunicatio contra eligentes aliquem in Senatorem Romanum contra voluntatem Papæ. pag.115. nu.8
Excommunicatio contra perſonas vexantes illos, qui excōmunicationem iuſtè tulerunt. pag.115. num.10
Excommunicatio contra illos, qui abſoluti fuerunt cum onere ſe præſentandi, non adimplentes onus ſibi impoſitum. pag.115. num.11

Excommunicatio contra offendentes perſonas Cardinalium. pag.115.nu.12
Excommunicatio contra exigentes tributa à perſonis Eccleſiaſticis. pag.115.nu.14
Excommunicatio contra violantes Interdictum.p.115.n.15
Excommunicatio contra falſificantes monetam Regis Francorum. pag.115. num. 16
Excommunicatio contra exenterantes defunctorum corpora ſine facultate. pag.115. nu.17
Excommunicatio contra non obſeruātes Interdictum Apoſtolicæ Sedis. pag. 115. nu.18
Excommunicatio contra conſpirantes in Romanum Pontificem. pag.115. num.19
Excommunicatio contra dantes, aut recipientes pecuniam ob ingreſſum alicuius in Religionem.pag.115.n.20
Excommunicatio contra Simoniacos in ordine ad beneficia.pag.115.nu.21
Excommunicatio contra taxantes opinionem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis. pag.115.nu.22
Excommunicatio contra dantes, & recipiētes pecuniam iniuſtè pro Iuſtitia Sedis Apoſtolicæ. pag.116. nu.23
Excommunicatio contra offendentes Magiſtratus Prouinciæ Marchiæ. pag. 116. nu.24
Excommunicatio contra ſoluentes pecuniam nunciantibus vacantiam Beneficiorum Eccleſiaſticorum. pag.116. n.25
Excommunicatio contra occupantes bona Cardinalium, exiſtentium in Conclaui pro electione Pontificis. pagina 116. nu.26
Excommunicatio cōtra fingentes ſe eſſe Cardinalium nepotes. pag.116. nu.27
Excommunicatio contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum.pag.116. nu.28
Excommunicatio contra ſupponentes ſe in examine, mentito nomine, vt Beneficia impetrent.pag.116. nu.26
Excommunicatio contra ambientes Papatum, mediante ſimonia. pag.116. num.30
Excommunicatio contra facientes contractum innominatū pro futura electione Pontificis. pag.116.n.31
Excommunicatio contra deferentes alumina ex partibus infidelium ad fideles. pag.116.nu.33
Excommunicatio contra mittentes litteras, aut Nuncium Cardinalibus in Conclaui exiſtentibus.pag.116. n.34
Excommunicatio contra occupantes bona Montis Pietatis, & locorum piorum.pag. 116. num.35
Excommunicatio contra fœminas ingredientes Monaſteria, & Conuentus Religioſorum.pag.116.nu.36
Excommunicatio contra captiuantes Chriſtianos exiſtentes in terris Infidelium.pag.117. num.40
Excommunicatio contra omnes ſimoniacos. pag.116. n.41
Excommunicatio contra non reuelantes conſpiratores contra Cardinales. pag.117. nu.42
Excommunicatio contra proponentes populo Indulgentias falſas. pag.117. nu.43
Excommunicatio contra accipientes fructus primi, vel ſecūdi anni beneficij Eccleſiaſtici. pag.117.nu.44
Excommunicatio contra impugnantes inſtitutum Societatis Ieſu. pag.117.nu.45
Excommunicatio contra facientes iurare illicita, & contraria libertati Eccleſiaſticæ. pag.117. nu.46
Excommunicatio contra diripientes animalia in ſtatu Romanæ Eccleſiæ. pag.117.nu.47
Excommunicatio contra violantes Eccleſiaſticæ libertatem. pag.117.num.48
Excommunicatio contra docentes dari poſſe ſacramētalem abſolutionem per litteras in abſentia pœnitentis.pag.117. num 49
Excommunicatio contra extrahentes frumenta, & legumina è ſtatu S. R. E. pag.117.nu.50
Excommunicatio contra admittētes in Diuinis excommunicatos à Summo Pontifice.pag.118. nu.2
Excommunicatio contra inducentes ad eligendam ſepulturam in ſuis Eccleſijs, eamque non mutandam. p.118. nu.8
Excommunicatio contra procurantes fraudulenter alienationes Eccleſiarum in earum detrimentum. pag.118. n.6
Excommunicatio contra procurantes poſt mortem Pontificis eligi in ſucceſſorem eius.pag.118. nu.8
Excommunicatio contra prædicantes ea, quæ prohibētur in Concilio Lateranenſi, & quæ ſint. pag.118.nu.9
Excommunicatio contra Parochos non adimplentes Iuramentum de Reſidentia.pag.118. nu.11
Excommunicatio contra accipientes, vel retinentes beneficia in confidentiam. pag.118.nu.12
Excommunicatio contra abſoluentes à reſeruatis prætextu priuilegiorum reuocatorum. pag.118.n.13
Excommunicatio contra Regulares admittentes ſæculares ad ſacramenta ſine licentia proprij Parochi. pag.119.n.3
Excommunicatio contra Regulares euntes vltra mare ſine ſuorum ſuperiorum licentia. pag.119.nu.3
Excommunicatio contra Mendicantes tranſeuntes ad non Mendicantes ſine licentia Papæ.pag.119.nu.4
Excommunicatio contra detinentes ſcienter Apoſtatas Dominicanorum.pag.119. nu.6
Excommunicatio contra non reuelantes Confeſſarios ſollitantes ad turpia in ſacramentali Cōfeſſione.pag.119.n.10
Excommunicatio contra Fratres minores recipientes fratres Ordinis Prædicatorum ſine licentia Papę.pagina 119. num.11
Excommunicatio contra ſubornantes in electionibus faciēdis ante ſex menſes, & ſcientes, & non reuelantes. pagin. 120.num. 12
Excommunicatio contra Superiores Religionum recipiētes fratres Minimos ſine licentia Papæ.pag.120.nu.14
Excommunicatio contra Tertiarios Eremitas, portantes formam habitus fratrum Minorum.pag.120.num.15
Excommunicatio contra fratres Minimos ſubtrahentes ſe ab Obedientia Correctorum. pag.120. nu.16
Excommunicatio contra Fratres Minores admittentes Tertiarios in Diuinis tempore Interdicti.pag.120. nu.17
Excommunicatio contra recipientes in Religione aliquem profeſſum Societatis Ieſu ſine ſui Superioris licentia. pag. 120. nu.18
Excommunicatio contra Prælatos vexantes ſuos ſubditos, qui pro ſeruitio Papę Romæ commorantur.pag.120. nu.2
Excommunicatio contra Cardinales eligentes Papam mediante Simonia. pag.120.nu.3
Excommunicatio contra Cardinales reuelantes ſecreta, quę in Conciſtorio ſub ſecreto audierunt.pag.120. nu.4
Excommunicatio contra Epiſcopos, qui in ſuſpenſione conferunt beneficia. pag.121. nu.15
Excommunicatio contra Cardinales ambientes Papatum, cuius cauſa committunt ſimoniam.pag.121.nu.6
Excommunicatio contra Cardinales ſimoniacos in ordine ad beneficia conferenda. pag. 121. num.7
Excommunicatio contra Prælatos, qui traxerint Eccleſiaſticos ad forum ſæcularem, niſi in caſibus permiſſis. pagina 121. num.8
Excommunicatio contra Dominos temporales cogentes aliquem Sacerdotem ad celebrandum tempore Interdicti. pag. 121.num.9
Excommunicatio contra Dominos temporales prohibentes ſuis ſubditis, ne aliquid Eccleſiaſticis vendant, aut ab eis emant. pag.121. nu. 10
Excommunicatio contra dominos temporales bannientes, vel relegantes perſonas Eccleſiaſticas.pag.121.nu.11
Excommunicatio contra permittentes, & cōcedentes Duellum in terris ſuis. pag.121. nu.12
Excommunicatio cōtra Inquiſitores malè procedentes contra Hæreticos. pag.121. nu.13
Excommunicatio contra officiales Curiæ non reddentes cōputa integrè Cameræ Apoſtolicæ. pag. 121. nu.14
Excommunicatio contra officiales Pœnitēciariæ expediētes, aut concedentes ea, quæ ſibi nō ſunt conceſſa.p.121.nu.15

Excommunicatio contra officiales Curiæ recipientes munera à litigantibus contra iuramentum prçſtitum. pagin. 121. num.13
Excommunicatio contra receptatores, & defendentes aſſaſſinos, & Bannitos ſtratarios. pag.121. nu. 17
Excommunicatio contra omnes violantes immunitatem Eccleſiaſticam. pag.122. num. 1
Excommunicatio contra violantes clauſuram Monialium ad malum finem. pag.123. num. 1
Excommunicatio contra omnes, & ſingulos pugnantes, & prouocantes ad Duellum, eoſque aſſiſtentes. pagin.129. num. 4
Excommunicatio lata contra ſimoniacos, quæ, & qualis ſit. pag.132. num.5
Excommunicatio Canonis contra Clericos percutientes, ſuadente Diabolo. pag.137. num.3
Excommunicatio à Iure, & ab homine, in quo conueniant, & differant. pag.142. in Procem.
Excommunicatio ab homine duplex vel contra perſonas in particulari, vel in communi. pag.142. in Procem.
Excommunicatio ab homine pro reſtitutione facienda quæ. pag.142. nu.1
Excommunicatio, an licitè fieri poſſit ad teſtitutionem faciendam pro furtis rerum temporalium. pag. 142. nu. 1
Excommunicatio ab homine, à quo ſit infligenda. pagina 142. num.3
Excommunicatio Generalis, & ſpecialis, quando ſint faciẽdæ, & quomodo differant. pag.143. nu.8
Excommunicatio lata, in quibus caſibus non incurritur. pagin.143. num.9
Excommunicatio lata contra non reuelantes furta, quas perſonas obliget, vel non obliget. pag.145. nu.25
Excommunicatio maior non incurritur, niſi mediante culpa mortali. pag.148. num.31
Excommunicatio ab homine, à quo abſolui poteſt. pag.149. num.31
Excommunicatio à Iure, & ab homine, in quo differant. pagin.155. num.9
Excommunicatio lata contra totam communitatem: An ſit valida? pag.163. num.10
Excommunicatio lata contra communitatem, quas perſonas comprehendat. pag. 164. num. 18

EXCOMMVNICATIONIS.

Excommunicationis deſcriptio, & effectus eius proponuntur. pag.42. in Procem.
Excommunicationis notitia eſt maximæ vtilitatis. pag. 49. in Procem.
Excommunicationis etymologia nominis quæ. pag.49. n.2
Excommunicationis forma, & modus duplex, ſubſtantialis, & accidentalis. pag.57. num. 1
Excommunicationis forma quomodo conſideratur. pagina 57. num. 1
Excommunicationis cauſa materialis proxima eſt peccatum, quo deficiente non incurritur excommunicatio. pagin. 57. num.8
Excommunicationis forma accidentalis triplex antecedens, concomitans, & ſubſequens. pag.59. nu. 1
Excommunicationis ſententia, quibus ſolemnitatibus eſt facienda. pag.61. num.18
Excommunicationis ſententia dãda eſt excommunicato in ſcriptis, ſaltem infra menſem, & quare. pag.61. n. 19. & 20
Excommunicationis ſententia: An ferenda ſit in proprio loco, vbi Prælatus habet iuriſdictionem? pag.62. nu. 10
Excommunicationis ſententia quando, & quomodo extra territorium Iudicis fieri poteſt. pag.61. nu. 14
Excommunicationis effectus qui ſint, & reducuntur ad octo principales. pag.64. in Procem.
Excommunicationis effectus primus: eſt priuare excommunicatum communibus Eccleſiæ ſuffragijs. pagina 64. num. 1
Excommunicationis effectus ſecundus eſt: priuatio actiua, & paſſiua ſacramentorum. pag. 68. num. 1
Excommunicationis effectus tertius eſt priuatio communis in Diuinis, & humanis. pag. 69. num. 1
Excommunicationis effectus quartus eſt: reddere excommunicatum inhabilem ad omnia Eccleſiaſtica beneficia recipienda. pag.73. nu. 1
Excommunicationis effectus quintus eſt: priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ quò ad electiones. pag.75. num. 1
Excommunicationis effectus ſextus eſt priuatio communicationis cum alijs fidelibus in humanis. pag. 77. num. 1
Excommunicationis ignorantia non facit electionem factã, vt ſit valida, & quare. pag.77. nu. 22
Excommunicationis effectus ſeptimus eſt priuare excõmunicatum omni forenſi iuriſdictione. pag.80. nu. 1
Excommunicationis effectus octauus eſt reddere gratias, & priuilegia Apoſtolica facta in perſona excommunicati nulla, & irrita. pag.82. nu. 19
Excommunicationis ſententia ſecundum iura tribus modis inualida eſſe poteſt. pag.88. num. 22
Excommunicationis abſolutio dari aliquando poteſt etiam inuito, & abſenti, etiam non contrito. pag.94. nu 9
Excommunicationis forma abſoluendi non habet determinata verba. pag.96. num. 1
Excommunicationis abſolutio publica, quibus cæremonijs eſt facienda. pag 97. num.12
Excommunicationis cauſa materialis diſpoſitiua eſt culpa delinquentis, ſiuè venialis, ſiuè mortalis. pagina 100. num. 11
Excommunicationis cauſa finalis eſt emendatio delinquentis, vt reſipiſcat à contumacia. pag.101. num.18
Excommunicationis menſura eſt contumacia delinquentis, quæ non auſertur, niſi mediante abſolutione. pag.101. num.18
Excommunicationis minoris effectus, qui ſint. pagina 101. num. 1
Excommunicationis finis principalis intentus, qualis debet eſſe in ferente. pag.142. num.2. & pag. 143. nu.6
Excommunicationis abſolutio ſolemnis, & ſimplicis, quæ, & quales ſint. pag. 214. n. 7
Excommunicatione vna ligatus: An ſit capax alterius excõmunicationis? pag.55. num. 28

EXCOMMVNICATIONES.

Excommunicationes quot incurri poſſunt ex eadem actione pluribus cenſuris prohibita. pag.55. num.30
Excommunicationes quot incurret percutiens plures Clericos vnica actione. pag.55. num.32
Excommunicationes duas incurrit percutiens Religioſum Clericum. pag.56 num.35
Excommunicationem tãtum vnam incurrit percutiens Clericum in ſactis, & quare. pag.56. nu. 37
Excommunicationes, An multiplicentur per diuerſos Superiores, qui talem excommunicationem inflixerunt contra facientes talem actionem? pag.56. num.38
Excommunicationes Bullæ Cœnæ non multiplicantur per earum reperitionem ſingulis annis. pagina 56. numero 39
Excommunicationes non incurrunt mandantes, & conſulentes fieri contra cenſuras. pag. 56. nu.42
Excommunicationem incurrunt, qui ſcienter dant ſepulturam Eccleſiaſticam publico excommunicato. pagin. 72. num.32
Excommunicationem incurrit ille, qui percutit Clericum neſciens talem eſſe Clericum, ſi habebat animum percutiendi Clericum. pag. 84. num.21
Excommunicationem latam ab homine quis abſoluere poteſt. pag.89. num.6
Excommunicationes reſeruatæ in Bulla Cęnæ quomodo abſolui poſſunt in mortis articulo. pag.90. nu. 15
Excommunicationes in iure communi non reſeruatæ, quæ. pag.107. à num. 1. & infrà.

Excommunicationes non reſeruatæ, quæ continentur in Clementinis, alijſque extrauagantibus. pagin. 110 à num. 1. & infra.
Excommunicationes non reſeruatæ latæ in Tridentino Cōcilio, quæ ſint. pag. 112. nu. 1. & infra.
Excommunicationes Sūmo Pontifici reſeruatæ in iure communi, quæ. pag. 114. à nu. 1. & infra.
Excommunicationes Summo Pontifici reſeruatæ latæ contra Clericos, quæ. pag. 117. à num. 1. & infra.
Excommunicationes latæ contra Regulares Summo Pontifici, quæ pag. 119. à nu. 1. & infra.
Excommunicationes latæ contra perſonas publicas Summo Pontifici reſeruatæ, quæ. pag. 120. à nu. 1. & infra.
Excommunicationes Bullæ Cœnæ: An ſint à Iure, vel ab homine? pag. 154. num. 7
Excommunicationes Bullæ Cœnæ, quare mortuo Summo Pontifice non extinguuntur. pag. 155. nu. 10
Excommunicationes Bullæ Cœnæ, quas perſonas afficiunt. pag. 155. num. 14
Excommunicationes Bullæ Cęnæ: An multiplicentur ex noua publicatione in quolibet anno? pag. 155. num. 17
Excommunicationes Bullæ Cœnæ quotupliciter quandóque multiplicari poſſunt. pag 156. nu. 21
Excommunicationes Bullæ Cœnæ: An ſint latæ ſententiæ, vel ferendæ? pag. 156. nu 27
Excommunicationes Bullæ Cœnæ, quæ, & quot ſint. pagina 157. num. 1
Excommunicationes Bullæ Cœnæ, in quo differant ab alijs excommunicationibus. pag. 20?. nu. 14

EXCOMMVNICO.

Excommunicans ſine facultate excommunicandi peccat mortaliter, & quare. pag. 62. num. 9
Excommunicamus, & anathematizamus in primo Canone Bullæ Cœnæ, quid ſignificet. pag 157. nu. 1
Excommunicātur decem perſonarum genera in primo Canone Bullæ Cœnæ. pag. 158. nu 6
Excommunicantur omnes, vniuſcuiuſque ſectæ hæreticorum, ex quibus abſque ſpecialiter ſunt denominatæ, & quare. pag. 157. num. 7

EXCOMMVNICATI, & EXCOMMVNICANDI,

Excommunicatus quomodo ſit extra Dei gratiam, & quare. pag. 47. num, 5
Excommunicatus quare dicatur traditus in poteſtate Dæmonum. pag. 50. num. 5
Excommunicatus toleratus, & non toleratus quis ſit, & dicatur. pag. 66. num. 15
Excommunicatus dum non ſit publicè, & ſpecialiter declaratus non eſt vitandus. pag. 66 num. 16
Excommunicatus ſolummodò nominaliter declaratus eſt vitandus. pag. 66. num. 19
Excommunicatus contritus: An gaudeat ſuffragijs Eccleſiæ in conſcientiæ foro? pag. 67. nu. 27
Excommunicatus vitandus non poteſt nominari in Canone Miſſæ, nec in publicis orationibus. pagina 68. numero 33
Excommunicatus priuatus eſt actiua, & paſſiua receptione ſacramentorum. pag 68. num. 1
Excommunicatus recipiens aliquod ſacramentum Eccleſiæ peccat mortaliter, ſed non contrahit irregularitatem, niſi recipiat Ordinis ſacramentum. pag. 68. num. 2
Excommunicatus etiam occultus, recipiens Ordinem ipſo facto eſt ſuſpenſus ab Ordine malè ſuſcepto. pagina 68. num. 21
Excommunicatus, in quibus caſibus excuſari poterit à peccato mortali recipiendo ſacramentum aliquod in excommunicatione. pag. 68. num. 3
Excommunicatus, an poſſit aliquando validè ſacramentalem abſolutionem recipere? pag. 68. nu. 5
Excommunicatus non poteſt ſine peccato mortali participare in Diuinis. pag. 69. nu. 2
Excommunicatus audiens, aut ſeruiens Sacerdoti celebranti peccat mortaliter toties quoties. pag. 69. num. 3
Excommunicatus non tenetur in diebus feſtiuis audire Miſſam, quia audiens mortaliter peccaret. pag. 70. nu. 4
Omnes, & ſinguli participantes ſcienter cum excommunicato vitando. p. m. pag. 70. num. 5
Quando excommunicatus ſit toleratus non peccant participantes cum eo, quamuis excommunicatus peccet. pag. 70. num. 6
Quando excommunicatus vitandus aſſiſtit in Diuinis officijs, quid faciendum. pag 70. num. 7
Excommunicatus vitandus, quando Miſſa eſt incepta, & non poteſt expelli, quid faciendum? pag. 70. num. 8
Excommunicatus etiam vitandus licitè poteſt priuatim in Eccleſia Deum orare. pag. 70. nu. 10. 12. & 14
Excommunicatus vitandus non poteſt intereſſe proceſſionibus publicis, neque in Diuinis officijs. pag. 70. nu. 13
Excommunicatus tenetur priuatim recitare horas Canonicas quando eſt in ſacris. pag. 71. num. 14
Excommunicatus non debet dicere: *Dominus vobiſcum* ante orationem, & quare. pag. 71. num. 15
Excommunicat, An poſſet dicere Diuinum officium alternatim cum ſocio? pag. 71. nu. 17
Excommunicatus poteſt licitè intereſſe concioni, & eam audire vna cum alijs. pag. 71. num. 20
Excommunicatus poterit quandoque licitè prædicare, & quomodo. pag. 71. num. 21
Excommunicatus benedicens aquam ſanctam p. m. & ſit irregularis. pag. 71. num. 22
Excommunicatus, An poſſit licitè in Eccleſia ſignare ſe in fronte aqua benedicta? pag. 72. nu. 25
Excommunicatus vitandus poſt mortem in loco ſacro ſepeliri non poteſt, & quare. pag. 72 nu. 27
Excommunicatus poteſt accipere beneficium ei collatum, antequam eſſet excommunicatus, ſed non è contra. pag. 73. num. 8
Excommunicatus iniuſtè fructus beneficij non amittit, & quare. pag 74. num. 17
Excommunicatus iuſtè amittit fructus diſtributionem. pag. 74. nu. 18
Excommunicatus excommunicatione maiori, priuatus eſt in foro conſcientiæ vſu licitæ iuriſdictionis. pag. 75. num. 2. & 8
Excommunicatus toleratus validè eligit, ſed illicitè, & quare. pag. 76. num. 11
Excommunicatus participans in Diuinis peccat mortaliter toties quoties. pag. 77. num. 1
Excommunicatus participans in humanis ſolummodo peccat venialiter. pag. 77. num. 2
Excommunicatus in quibus caſibus participando in humanis nullum peccatum committet. pag. 77. nu. 3
Excommunicatus participans cum infidelibus non peccat, & quare. pag. 78. num. 4
Excommunicatus iudex proferens ſententiam peccat mortaliter, & ſententia lata nulla eſt. pag. 80. nu. 2
Excommunicatus in cauſa propria poterit ſe defendere in iudicio ſine peccato. pag. 81. nu. 11
Excommunicatus non poteſt alium in iudicio conuenire, ſed ipſe conueniri poteſt. pag. 81. num. 12
Excommunicat vitandus non poteſt licitè teſtificari in iudicio, & quare. pag 82. nu. 14. & 15
Excommunicatus in cauſa fidei, & Matrimonij admitti poteſt ad teſtificandum. pag. 82. num. 16
Excōmunicatus; An poſſit eſſe aduocatus, & tutor? p. 82. n. 18
Excommunicatus celebrans pro euitanda infamia, aut ſcandalo non peccat. pag. 87. num. 6
Excommunicatus quando tenetur præſtare iuramētum, aut cautionem, antequam abſoluetur. pag. 97. num. 11
Excommunicatus, An abſolui poſſit ſub conditione, & quomodo? pag. 97. num. 18
Excommunicatus minori excommunicatione ſcienter Sacramenta recipiens peccat mortaliter. pag. 101. nu. 1

Excom-

Excommunicatus minori excommunicatione poteſt licitè exercere actus Ordinum. pag. 101. nu.9
Excommunicatus minori excommunicatione, celebrando peccat, ſed non fit irregularis. pag.102. nu.9
Excommunicatus minori excommunicatione miniſtrando ſacramenta alijs: An peccet? pag.102. num.13
Excommunicatus minori excommunicatione non eſt priuatus iuriſdictione, & electione actiua. pag. 104. num.19
Excommunicatus, An poſſit aliquem excommunicatum ab excommunicatione abſoluere, & quomodo? pag.106. num.15
Excommunicatus recipiens Ordinem ſacrum fit irregularis, & quare. pag.316. num.2
Excommunicatus minori excommunicatione recipiens ordines non fit irregularis. pag.317. nu.7
Excommunicatus miniſtrans ſacramenta fit irregularis, & quare. pag.320. num.14
Excommunicatus celebrans ad euitandum ſcandalum excuſatur ab irregularitate, & peccato. pagina 320. numero 18
Excommunicati quomodo traduntur Satanæ. pag.65. nu.5
Excommunicati cadauer, quando fuiſſet ſepultum in Eccleſia, quid faciendum. pag.72. nu.28
Excommunicati cadauer concomitantes ad ſepeliendum in Eccleſia peccat mortaliter, ſed non ſunt excommunicati. pag.72. nu.34
Excommunicati cadauer publici, quo loco ſepeliendum eſt. pag. 72. num.31
Excommunicati coniuges poſſunt inter ſe communicare ſine peccato, & quare. pag.79. nu.22
Excommunicatis toleratis poſſunt miniſtri Eccleſiæ ſacramenta miniſtrare. pag.69. num.8
Excommunicatis non toleratis ſacramenta miniſtrare non licet. pag.69. num.7
Excommunicati, quas pœnas incurrunt. pag.82. num.23
Excommunicatum vitandum quomodo, & in quibus caſibus reſalutare non ſit inhibitum. pag.79. num.16
Excommunicati quomodo, quandoque poſſunt ad inuicem ab excommunicatione abſoluere. pag.106. nu.17
Excommunicati per Bullam Cœnæ: An ſint vitandi, antequam ſint nominati excommunicati? pag.156. nu.28

EXECVTIO, & EXTENSIO.

Executio ſententiæ latæ contra Clericos ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum. pag.198. num.12
Extenſio in pœnalibus non eſt facienda. pag.165. nu.9

FA.

Facultas, quæ concedi ſolet Confeſſarijs tempore Iubilæi, quæ, & quanta ſit? pag.25. nu.27
Facultas ferendi cenſuras Eccleſiæ data eſt à Chriſto Domino, & quomodo. pag.45. num.3
Facultas conceſſa abſoluendi à reſeruatis Summo Pontifici, intelligitur etiam à reſeruatis alijs Prælatis. pagina 95. numer.23
Flagellatio excommunicati publici, quare facienda ſit quando abſoluitur. & quomodo ſit facienda. pag.97.nu.12
Flagellatio perſonæ excommunicatæ non eſt de eſſentia, ſed de congruentia. pag.97. num.15
Falſa apprehenſione nullus poteſt eſſe verè fœlix, aut miſer. pag.35. num.9
Fama bona quæ ſit, & vnde dicatur. pag.310. nu.3
Fauere quid propriè ſignificet. pag. 188. num.19. & pagina 202. num.19
Fauorem præbere ad appellandum contra ſententiam Summi Pontificis, quid ſignificet, & quomodo. pagina 164. nu.22
Fauor, & conſilium habent diuerſas rationes, & effectus diuerſos. pag.164. num.23

F I.

Fides qualis ſit habenda in tranſumpto Bullæ Cœnæ, & quomodo. pag.218. nu.20
Fideles ſe inuicem ſuffragijs adiuuare poſſunt, & quomodo. pag.25. nu.4
Filiatio ſpiritualis Religionum quid ſit, & quid proſit illis, quibus talis filiatio conceditur à Prælatis. pag.26. nu.13
Filiationis nomine, quid veniat. pag. 227. num.17
Finalis cauſa ferendi cenſuram ſuſpenſionis qualis debeat eſſe in Prælatis. pag.229. nu.40
Finis concedendi Indulgentias, qualis debet eſſe. pag.6. n.1
Finis, in quibuſcumque rebus agendis qualis debeat eſſe. pag.47. num.1
Finis duplex intrinſecus, & extrinſecus, & qui ſint. pagina 47. num.2
Finis intrinſecus duplex immediatus, & mediatus. pag. 47. num. 4
Finis formalis ferendi cenſuras, qualis debet eſſe. p.143. nu.6

F O.

Fœmina excommunicare non poteſt, & quare. pag.46. n.17
Fœmina incapax eſt poteſtatis Clauium ligandi, atque ſoluendi. pag.46. num.20
Fœmina poteſt ingredi clauſtrum Religioſorum ad lactandum, ſeu medendum Religioſum. pag.129. num.15
Fœmina irregularis dici non poteſt, & quare. pag.289. num.23. & pag.291. num.19
Fœmina eſt incapax Ordinum Eccleſiæ, & quare. pag. 291. num.20
Fœmina, An quandoque poſſit denenire maſculus, & quomodo? pag.300. num.13
Fœminæ, & adoleſcentes, quando abſoluuntur ab excommunicatione publica non ſunt flagellandi, nudatis humeris, & quare. pag 97. nu.15
Fœminæ ingredi non poſſunt clauſtra Religioſorum virorum, & quare. pag.127. num.1
Fœminæ, in quibus caſibus poſſunt ingredi Religioſorum clauſtra ſine incurſione excommunicationis. pag.128. nu.11. & pag.129. num.14
Fœminæ habentes priuilegium ingrediendi clauſtra Religioſorum poſſunt ingredi ſociatæ ab alijs fœminis propter decentiam. pag.128. num.13
Fœminæ tempore proceſſionis poſſunt ingredi, & tranſire per clauſtra Religioſorum cum proceſſione. p.129. n.18
An ſi Prælatus Conuentus faciat proceſſionem pro tali fine peccet? pag.129. num.18
Fœminæ, & homines prouocantes ſe ad pugnam cum manibus ſine armis non incidunt in excommunicationem duellantium, & quare. pag.132. num.24
Fœminæ, & adoleſcentes quomodo poſſunt abſolui à caſibus publicis Bullæ Cœnæ. pag.212. nu.18
Fœmineus ſexus non eſt capax Eccleſiaſtici muneris, quò ad Claues, & Ordines. pag.46 num.20

F R.

Fraticellorum Religio hodie deſtructa eſt, & quare. pagin. 112. num.18
Fruitio beatifica eſt ſummum bonum appetibile. pagin. 38. num.8

F V.

Fures non tenentur ſe ipſos reuelare in iudicio, quando lata ſit excommunicatio contra furantes. pag.145. nu.25
Furantes bona Eccleſiæ, in quam excommunicationem incidunt. pag.203. nu.9 & 12
Furantes bona Eccleſiæ poſt mortem Epiſcopi ſuſpenſionem incurrunt. pag.242. num.18
Fures tenentur reſtitutionem facere rerum furatarum, & quomodo. pag.245. num.25

G A.

Gabella propriè dicta quid ſit, & quotuplex. pag. 170. num.7

Gabella latè ſumpta, quid importet. pag. 170. num. 8
Gabellas ſoluere non tenentur perſonę Eccleſiaſticæ,& quare. pag. 173. num. 30
Gabellas,ſeu Pedagia noua imponentes quando, & quomodo ſint excommunicati. pag. 171. nu. 9
Gabellas imponentes quando, & quomodo excuſentur ab excommunicatione. pag. 171. num. 10
Gabellas, qui poſſunt licitè imponere,& quomodo, & cum quibus conditionibus. pag. 172. num. 23. & 24
G E.
Geſtatores, & procuratores qui ſint, & quomodo inter ſe differant. pag. 191. num. 13
in Generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veriſimiliter conceſſurus. pag. 196. num. 25. & pagin. 207. num. 19
G I. & L
Gigantes ſtatura magna: An poſſint legitimè ordinari Sacerdotes? pag. 300. num. 19
Gloriæ gradum amiſſio cauſat magnam triſtitiam animabus in Purgatorio exiſtentibus. pag. 38. num. 8
G R.
Grana benedicta, aut Medaliæ, &c. accommodari poſſunt alteri perſonæ pro conſequenda Indulgentia, & quomodo. pag. 12. num. 3
Græci coniugati poſſunt initiari in ſacris, & quomodo. pag. 238. num. 33
G V.
Guardiani Capuccinorum non vtuntur facultate ferendi cēſuras. pag. 46. num. 12
Guidagium quid ſit, & vndè dicatur. pag. 170. nu. 6
Guidagia exigentes tenentur cuſtodire territorium, & quare. pag. 170. num. 6
H A.
HAbitus Religionis dimiſſio, quæ, & qualis ſit. pag. 109. num. 17
Habitus Religionis expoliatio per aliquod tempus, vel capiendum ſomnum, vel pro aliqua neceſſitate ad breue tempus non eſt peccaminoſa. pag. 109. nu. 17
Habitus Religionis dimiſſio, quas conditiones requirit ad incurrendas cenſuras. pag. 109. nu. 18
Haſtiludium, ſchrima, ſiue ludus Troianus non ſunt duella prohibita. pag. 132. num. 23
H Æ R E S I S.
Hæreſis ore tantum prolata ſine intentione non inducit excommunicationem. pag. 52. nu. 17
Hæreſis formalis non poteſt abſolui virtute Iubilæi etiam in foro conſcientiæ. pag. 92. num. 29
Hæreſis quid ſit, & vndè dicatur. pag. 159. nu. 17. & 18
Hæreſis quas conditiones requirit ad hoc, vt ſit hæreſis formalis. pag. 159. num. 19
Hæreſis eſt error intellectus practici cum pertinacia. pagina 159. nu. 19. 21. & 22
Hæreſis ſuſpecti ſunt irregulares propter infamiam, qua ceſſante, ceſſat talis irregularitas. pag. 321. num. 3
Hæreſis ſuſpectus dicitur ille, qui per annum perſeuerat pertinaciter in excommunicatione. pag. 321. nu. 3
Hæreſim exterius tantum materialiter proferens ſine animo formali hæreticus verè dici non poteſt, & quare. pagina 321. num. 4
H Æ R E T I C I.
Hæretici, & ſchiſmatici baptizati excommunicari poſſunt ab Eccleſia. pag. 54. num. 12
Hæretici formales non gaudent priuilegio immunitatis Eccleſiæ. pag. 124. num. 16
Hæretici, qui ſint, & quare ità dicti. pag. 159. nu. 17
Hæretici, & ſchiſmatici, in quo differant. pag. 161. nu. 41.
Hæretici omnes ſunt infeſtiſſimi hoſtes Catholicorum. pag. 177. num. 19
Hæreticus formalis quis ſit. pag. 159. num. 22
Hæreticus internos non eſt excommunicatus, niſi faciat aliquod ſignum externum de hæreſi interna. pagina 159. num. 24
Hæreticus materialis, & non formalis non eſt excommunicatus. pag. 159. num. 23
Hæreticus materialis quando ſperatur emendatio monendus eſt, vt deſipiſcat. pag. 148. nu. 27
Hæreticus formalis denunciandus eſt ante correptionem, & quare. pag. 148. num. 26
Hæreticus formalis ſectetus per accidens non ſolùm eſt excommunicatus, ſed etiam irregularis. pag. 320. nu. 1
H Æ R E T I C O R V M.
Hæreticorum erroribus credentes, qui, & quomodo ſint excommunicati. pag. 160. num. 28
Hæreticorum defenſores, & receptatores in cauſa hæreſis ſunt excommunicati. pag. 160. nu. 31
Hæreticorum fautores ſunt excommunicati, & qui ſint tales fautores. pag. 160. num. 33
Hæreticorum defenſores, & fautores, in quo differant. pag. 160. num. 34. 38. & 39
Hæreticorum libros de Religione tractantes, imprimentes, tenentes, aut legentes ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ. pag. 160. nu. 35
Hæreticorum libri, qui ſint, & quales dicantur. pag. 161. n. 37
Hæreticorum librorum deſcuſores ſunt excommunicati. pa. 161. num. 39
Hæreticorum filij qui, & quomodo ſint irregulares. pag. 304. num. 22. & pag. 322. num. 12
Hæreticorum fautores, & defenſores non ſolùm ſunt excōmunicati, ſed etiam irregulares. pag. 321. num. 2
H E, & I
Hermaphroditi, qui ſint, & vndè dicantur. pag. 299. nu. 9
Hermaphroditi à Græcis appellantur Androgeni, & quare ità dicti. pag. 299. num. 9
Hermaphroditus quando ſit irregularis. pag. 299. nu. 10
Hierarchia Eccleſiaſtica quotupliciter offendi poteſt, quò ad eius libertatem. pag. 194. n. 2
H O M.
Homo viator quis ſit, & vndè dicatur. pag. 53. num. 2
Homines plurimi ſinguli ſurripientes parua, quæ ſimul ſumpta faciant quantitatem notabilem: An peccent mortaliter? pag. 144. num. 20
Homicidium quid ſit, & vndè dicatur. pag. 323. num. 1
Homicidium duplex voluntarium, & caſuale, & quæ ſint. pagin. 324. num. 6
Homicidium voluntarium duplex directè volitum, & indirectè volitum. pag. 324. num. 6
Homicidium caſuale quid ſit. pag. 324. num. 7
Homicidium voluntarium inducit irregularitatem, in qua ſolus Papa diſpenſat. pag. 323. nu. 2
Homicidium caſuale duplex ſimpliciter, & ſecundum quid. pag. 327. num. 1
Homicidium caſuale ſimpliciter non inducit irregularitatē, & quare. pag. 327. num. 2
Homicidium caſuale ſecundum quid non excuſat ab irregularitate. pag. 328. num. 7
Homicidium ſecutum ex aliqua actione periculoſa facta ab aliquo, quando inducit irregularitatem. pag. 328. nu. 8
Homicidium defenſiuum eſt licitum, & quomodo, & in quo caſu. pag. 330. num. 1
Homicidium fieri conſulentes quando efficiuntur irregulares. pag. 316. num. 29
Homicidium attentatum, & non ſecutum non inducit irregularitatem. pag. 52. nu. 15
Homicidium ſacrilegum factum in loco ſacro, vel apoſtatum non gaudent immunitate. pag. 124. nu. 16
H O R.
Hora mortis quomodo, & in quo loco ſit Iudicium particulare à Chriſto Domino. pag. 33. num. 24
Horæ Canonicæ recitatæ cum diſtractione mentis voluntaria: An ſint ſatisfactæ. pag. 51. num. 8

Horæ

Index Rerum.

Horæ Canonicæ tempore Interdicti recitandæ ſunt priuatè ab illis, qui tenentur Diuinum Officium recitare. pag. 271. num. 23

Horta, clauſtra, Domus, & officina Religioſorum gaudent priuilegio immunitatis. pag. 124. nu. 8

HOS.

Hoſpitalia, & ſeminaria Clericorum gaudent priuilegio immunitatis. pag. 124. nu. 8

Hoſpitia, & Infirmariæ Religioſorum diſtincta è Monaſterijs non ſunt clauſuræ. pag. 128. num. 7

Hoſtes, & Pyratæ, in quo differunt. pag. 165. num. 3

Hoſtes Chriſtianorum certiores facientes de ijs, quæ in terris Chriſtianorum agitur contra Infideles hoſtes ſunt excommunicari. pag. 176. num. 11

Hoſtiliter proſequi Prælatos Eccleſiæ, quid ſit. pagina 186. num. 5

HV. & Y.

Huſſitæ hæretici, qui ſint, & quare ità dicantur. pagina 157. num. 9

Hyperduliæ adoratio quid ſit, & vndè dicatur, & cui competat talis adoratio. pag. 150. nu. 14

I

IDolatria quæ, & quando irregularitatem inducit, & quare. pag. 321. num. 9

IEIVNIA.

Ieiunia pro conſequendo Iubilæo omnia tria ſunt facienda in eadem hebdomada. pag. 22. nu. 2

Ieiunia pro conſequendo Iubilæo: An in aliquo caſu poſſint commutari à Confeſſario? pag. 23. nu. 3

Ieiunia pro Iubilæo poſſunt fieri etiam tempore Quadrageſimæ, ſiuè alterius obligationis. pag. 23. num. 4

Ieiunium nō frangitur ab illo, qui ſemel in die comedit lautiſſimè vſque ad plenam ſacietatem. pag. 23. num. 8

Ieiunium frāgens propter metum mortis non peccat, & quare? pag. 86. num. 4

IGNIS.

Ignis Inferni, & Purgatorij eſt verus ignis materialis, & realis ardentiſſimus. pag. 34. num. 1

Ignis materialis quomodo agere poteſt in ſpiritus, & tormentate Dæmones, & Animas eſt maxima controuerſia. pag. 34. num. 4

Ignis Inferni, & Purgatorij non eſt diſconueniens ſecundum ſe naturæ intellectus intelligentis. pag. 35. nu. 9

Ignis Purgatorij, & Inferni cruciat per detentionem effectiuam tanquam nolitam, & cauſat pœnam triſtitiæ acerbiſſimam. pag. 36. nu. 23

Ignia detentio cauſat magnam triſtitiam in intellectu, & voluntate ſpirituum, & animarum ibi exiſtentium contra ipſorum voluntatem. pag. 36. nu. 24

Ignis Purgatorij, & Inferni ſunt eiuſdem ſpeciei. & cruciant acerbiſſimè. & quare. pag. 37. nu. 1

IGNORANTIA.

Ignorantia triplex iuris, facti. & pœnæ. pag. 83. nu. 6

Ignorantia iuris duplex communis iuris, & particularis. pag. 83. num 6

Ignorantia facti, quæ ſit. pag. 83. num. 7

Ignorantia pœnæ, quæ ſit. pag. 83. nu. 8

Ignorantia facti duplex inuincibilis, & vincibilis, & quæ ſint. pag. 83. num. 9

ignorantia vincibilis duplex craſſa, & ſupina, vel affectata, & quæ. pag. 84. num. 11

ignorantia triplex Antecedens, concomitans, & ſubſequens. pag. 84. num. 13

ignorantia inuincibilis antecedens ſemper excuſat à peccato, & cenſura. pag. 84. nu. 16

ignorantia iuris non excuſat. ſed facti aliquando excuſat. pag. 84. nu. 18. & 19. & pag. 189. nu. 32

Ignorantia excommunicationis non facit electionem validā quando electus erat excommunicatus. pag. 77. nu. 22

ignorantia facti, vel inaduertentia excuſat ab excommunicatione Canonum. pag. 139. num. 24

ignorantia iuris, vel facti quomodo aliquando excuſare poſſunt ab excommunicatione incurrenda. pag. 237. nu. 13

Ignorantia iuris excuſat aliqualiter, & non totaliter. pagina 237. num. 11

ignorantia facti excuſat totaliter, & quare. pag. 237. nu. 11

ignorantia affectata, ſeu malitioſa nullo modo excuſat. pag. 237. num. 12

ignorantia quando excuſat ab irregularitate propter reiterationem Baptiſmi. pag. 314. nu. 5. & 9

ignorantia inuincibilis: An excuſet ab irregularitate incurrenda? pag. 295. num. 26

ignorantes grammaticam non ſunt ordinandi in ſacris, & quare. pag. 298. num. 22

ILLEGITIMI.

Illegitimi, alij dicuntur Illegitimi naturales, alij ſpurij. pag. 303. num. 4

illegitimi naturales qui ſint, & quare ità dicti. pag. 303. nu. 4

illegitimi naturales, alij Nothi, alij Manzeri. pag. 303. nu. 5

illegitimi Manzeri, & Nothi qui ſint, & qui ità dicuntur, & quare. pag. 303. num. 5

illegitimi ſpurij, qui dicuntur. pag. 303. num. 7

illegitimi ſpurij, alij Adulterini, alij Inceſtuoſi, alij ſacrilegi. pag. 303. nu. 8. 9. & 10

illegitimi, quare ſint irregulares. pag. 302. nu. 2. & 3

illegitimi remanent tales, etiam poſt Baptiſmi receptionem, & quare. pag. 343. num. 5

illegitimorum irregularitas quomodo auferri poteſt. pagin. 303. nu. 13

IMMVNITAS.

Immunitas Eccleſiæ quid ſit, & vndè dicatur. pag. 122. n. 2

immunitas Eccleſiæ qualis, & quotuplex ſit. pag. 199. n. 18

immunitas Eccleſiæ triplex Localis, Realis, & Perſonalis. pag. 199. num. 18

immunitas Eccleſiæ localis, quæ. pag. 199. nu. 18

immunitas Eccleſiæ Realis, quæ. pag. 199. nu. 19

immunitas Eccleſiæ Perſonalis quæ, & hæc propriè appellatur libertas Eccleſiaſtica. pag. 199. nu. 20

immunitas, & libertas Eccleſiæ, in quo conueniunt, & differant. pag. 123. nu. 3

immunitas reſpicit locum, Libertas reſpicit perſonas. pagin. 123. num. 3

immunitas Eccleſiæ, quibus locis eſt conceſſa. pag. 123. nu. 5

immunitas Eccleſiæ eſt de iure poſitiuo humano, & quare. pag. 123. num. 1

immunitatis priuilegium, in quibus caſibus amittitur, & quare. pag. 123. nu. 5. & pag. 124. n. 16

immunitatis priuilegio, quæ perſonæ gaudere poſſunt. pag. 124. nu. 10

immunitatis Eccleſiæ priuilegio non gaudent infideles, & Hæretici, & quare. pag. 124. num. 11

immunitatis Eccleſiæ priuilegio: An infideles, & hæretici conuerſi ad fidem gaudere poſſint priuilegio immunitatis, & quomodo? pag. 124. num. 12

immunitatis Eccleſiæ effectus qui ſint. pag. 124. nu. 14

immunitatem Eccleſiæ violantes ſunt ſacrilegi, & excommunicari. pag. 124. num. 17

immunitatem Eccleſiæ violantes, quibus pœnis puniuntur in iure. pag. 125. num. 19

IMPEDIENTES, IMPEDIRE, & IMPEDIMENTVM.

Impedientes victualia deferri ad Curiam Romanam, tā per ſe, quam per alios ſunt excommunicati. pag. 181. nu. 17

impedientes huiuſmodi victualia deferri poſſe ad Curiam, in quibus caſibus excuſari poſſint ab excommunicatione incurrenda. pag. 181. nu. 21

impedientes huiuſmodi victualia deferri ſine vi, & metu non incidunt in excommunicationem Canonis. pagina 201. num. 9

impedire quid ſit, & vndè dicatur. pag. 201. num. 7

Impedire per vim, & metum quid ſit. pag. 201. num. 10
Impedimentum excuſans excommunicationem eundi ad Curiam triplex. Impedimentum Canonicum, Impotentię, & Iuris beneficijs, & quæ ſint. pag. 141. nu. 42
Impedimentum Canonicum quale ſit. pag. 141. nu. 45
Impedimentum impotentiæ corporalis quale ſit. pagin. 141. num. 42
Impedimentum Iuris beneficij quale ſit.

IMPOTENTIA, IMPOSSIBILE.

Impotentia moralis reſtituēdi excuſat ab excommunicatione lata contra non reſtituentes. pag. 144. n. 15
Impotentia non reſtituendi debet eſſe realis, & actualis ad hoc, vt excuſet. pag. 144. nu. 16
Impotentia voluntaria, aut ficta, ſeu palliata non excuſat à reſtitutione non facienda. pag. 144. nu. 16
Impotentem voluntariè ſe faciens non excuſatur à reſtitutione facienda, & quare. pag. 186. nu. 38
Impoſſibilium non eſt obligatio. pag. 86. nu. 36

IMPERATORES, IMPONENTES, IMPVGNANTES.

Imperatores, & Reges quomodo adorari poſſunt ab hominibus, & quare. pag. 150. nu. 13
Imponentes decimas, ſeu gabellas perſonis Eccleſiaſticis ſunt excommunicati. pag. 203. nu. 1
Impugnantes electioni Prælati legitimè factæ ſuſpenſionis cenſuram incurrunt. pag. 242. nu. 24

INADVERTENTIA, INDEFINITA, INDIGNVS.

Inaduertentia, & iuſta cauſa excuſat à peccato, & quare. pag. 218. nu. 24
Indefinita propoſitio æquiualet vniuerſali. pag. 13. n. 15
Indefinitè dictum generaliter eſt intelligendum. pagin. 139. num. 19
Indignus electione Prælaturæ, quis dicatur. pag. 242. nu. 22. & pag. 252. nu. 22

INDVLGENTIA.

Indulgentia quid ſit, & vndè dicatur. pag. 3. nu. 3
Indulgentia ſumi poteſt, vel in bonam, vel in malam partē, & quare. pag. 3. nu. 1
Indulgentia plura ſignificata in ſe continet, & quæ. pagin. 3. num. 2
Indulgentia non remittit culpam, ſed pœnam culpæ debitam. pag. 3. nu. 5
Indulgentia pæna, & culpa quomodo ſit intelligenda. pagin. 3. num. 6
Indulgentia duplex plenaria, & non plenaria. pag. 4. n. 15
Indulgentia plena plenaria, & pleniſſima, & in forma Iubilæi, in quo differant. pag. 4. num. 16
Indulgentia conceſſa in certo genere, quid ſit. pag. 4. n. 17
Indulgentia quatuor modis concedi, & limitari poteſt, & quomodo. pag. 4. nu. 19
Indulgentia tertiæ partis peccatorum, aut tot annorū, quæ, & qualis ſit, & quomodo intelligatur. pag. 4. nu. 19
Indulgentia quadragenæ, aut Carenæ, quid ſignificet, & cōcedat. pag 4. nu. 21
Indulgentia compoſita quæ, & qualis ſit. pag. 5. nu. 24
Indulgentia de pœnitentijs iniunctis, quæ, & qualis ſit, & quid ſignificet. pag. 5. nu. 26
Indulgentia lata, & ferenda quæ ſint, & in quo differant quò ad modum. pag. 7. num. 2
Indulgentia lata ſtatim conſequitur effectum ſuum immediatè abſque vlla applicatione Confeſſarij. pag. 8. n. 3
Indulgentia ferenda eſt applicanda à Confeſſario virtute abſolutionis, & quomodo. pag. 8. nu. 5
Indulgentia eadem conceſſa: An conſequi poſſet pluries ab eodem in eodem die? pag. 10. nu. 23
Indulgentia ſimpliciter conceſſa non intelligitur pro defunctis, niſi illorum fiat expreſſa mentio. pag. 11. n. 9
Indulgentia cōceſſa pro defunctis per modum ſuffragij quomodo ſit intelligenda. pag. 11. nu. 2. & 6
Indulgentia conceſſa pro defunctis non eſt neceſsè, quod opera præſcripta fiant in gratia à lucrante. pag. 12. n. 11
Indulgentia peccatorum conſequi poteſt pro alio, etiam illo neſciente. pag. 12. nu. 12
Indulgentia conceſſa pro defunctis non ſemper habet effectum infallibilem, ſed per modum ſuffragij. pag. 12. nu. 15
Indulgentia conceſſa in Medalijs, aut Coronis conſequi poteſt à quocumque qui huiuſmodi Medalia haberet ſiuè data, ſiuè accommodata. pag. 12. nu. 3
Indulgentia conceſſa ſine limitatione perpetuò durat, niſi reuocetur. pag. 13. nu. 9
Indulgentia ferenda pluries conſequi poteſt, & quomodo. pag. 13. nu. 14
Indulgentia lata ſemel conſequitur in mortis articulo, & quomodo. pag. 13. nu. 16
Indulgentia conceſſa poteſt habere effectum ſuum, ſublata fictione mediante actu contritionis ſubſequente, & quomodo. pag. 14. nu. 18
Indulgentia plenaria, & Iubilæum, in quo conueniant, & differant. pag. 15. in Prooem.
Indulgentia conceſſa habet effectum ſuum ex opere operato, & quomodo. pag. 27. nu. 29
Indulgentiæ nominis etymologia, quæ? pag. 3. nu. 1
Indulgentiæ tantummodò concedi poſſunt à Papa, vel Epiſcopis, & quare. pag. 4. nu. 11. & pag. 5. nu. 3
Indulgentiæ definitio quiditatiua, quæ ſit. pag. 3. nu. 3
Indulgentiæ conceſſæ abſque vlla cauſa rationabili: An ſint validæ? pag. 7. nu. 5
Indulgentiæ concedi poſſunt à Prælatis quibuſcumque verbis, ſiuè ſignis exponentibus voluntatem concedentis. pagin. 7. num. 11
Indulgentiæ non requirunt verborum formas in earum conceſſione. pag. 7. nu. 1
Indulgentiæ habent rationem donationis liberæ, & quomodo. pag. 8. nu. 9
Indulgentiæ plures in eodem die conceſſæ quomodo ſint intelligendæ. pag. 8. nu. 11
Indulgentiæ conceſſæ, vt ſint validæ tres conditiones habere debent, & quæ. pag. 8. nu. 12
Indulgentiæ plures, an conſequi poſſint vnica actione facta à lucrante, & quomodo. pag. 11. nu. 28
Indulgentiæ pro animabus Purgatorij quomodo conceduntur ab Eccleſia. pag. 11. nu. 1
Indulgentiæ conceſſio pendet ex intentione concedentis, & & quare. pag. 13. num. 8
Indulgentiam conſecuturi debent eſſe in ſtatu gratiæ, ſaltem per contritionem, & quare. pag. 9. nu. 3
Indulgentiam conſequi non poteſt, niſi quis faciat omnia præſcripta pro ea conſequenda. pag. 9. n. 10
Indulgentia plenaria quando quis eſt conſecutus, ſtatim ingredietur Cœlorum Regnum, ſi tunc moreretur, & quare. pag. 12. nu. 2
Indulgentiarum effectus qualis ſit. pag. 12. nu. 1

INFAMIA, & INFAMES.

Infamia quid ſit, & vndè dicatur. pag. 311. num. 4
Infamia duplex, vna ex culpa, altera ſine culpa, & quæ ſint. pag. 310. n. 1
Infamia orta ſine propria culpa quæ. pag. 311. nu. 5
Infamia duplex Iuris, & facti. pag. 311. nu. 6
Infamia iuris quæ, & ex quibus criminibus contrahitur. pagin. 311. nu. 6
Infamia iuris, quæ per Ius Canonicum non eſt abrogata cenſetur approbata. pag. 311. num. 7
Infamia facti, quæ ſit. pag. 311. nu. 8
Infamia iuris, vt incurratur requirit ſententiam iudicis declaratoriam. pag. 311. nu. 10
Infamia iuris duplex ciuilis, & Canonica, quæ ſint. p. 311. n. 9
Infamia facti quando inducit irregularitatem. pag. 312. n. 16
Infamia Canonica à Principe ſæculari tolli non poteſt, & quare. pag. 312. nu. 20
Infamia Iuris Ciuilis: An tollitur per Baptiſmum poſtea ſuſceptum? pag. 312. nu. 23

Infa-

Infamia contracta à fœmina mediante arte infami contrahitur à marito. pag. 313. nu.30
Infamia delicti legitimè purgata, poterit deindè Epiſcopus in tali irregularitate contracta propter infamiam talis delicti diſpenſare. pag.341.nu.17
Infames ſunt irregulares, & quare. pag.310.n.30. & pag.311 num.14. & pag.302. nu.3
Infames infamia iuris ſemper ſunt irregulares, vbique ſe inueniant. pag.313. num.27
Infamis, an efficiatur quis per Confeſſionem delicti factam in iudicio? pag.311.num.13
Infamiæ irregularitas duobus modis tolli poteſt, & qui ſint. pag.312. num.18

INFANTES, INFIDELIS, INFIRMARIA, INFIRMI.

Infantes, inſani, & Ebrij excommunicari non poſſunt, & quare. pag.54. nu.13
Infantes ante vſum rationis admitti poſſunt intra clauſuram Monaſterij. pag.126. num.9
Infantes, dormientes, & amentes non incidunt in irregularitatem ex delicto. pag.290. num.11
Infantulus in ventre matris quo tempore cenſetur eſſe animatus. pag.326. num.25
Infidelis non baptizatus excommunicari non poteſt, & quare. pag.53. nu.10. & pag.168. num.4
Infidelis non baptizatus percutiens Clericum non eſt excõmunicatus. pag.53. num.11
Infideles, & Hæretici conuerſi ad fidem quomodo poſſunt gaudere immunitate Eccleſiæ. pag.124. num.12
Infidelis non poteſt dici eſſe irregularis, & quare. pag. 289. nu.23. & pag. 291. nu.19
Infirmariæ, & Hoſpitia Regularium non comprehenduntur ſub clauſura, & quare. pag.128. num.7
Infirmi pauperes, ac debiles abſolui poſſunt ab Epiſcopo à caſibus Bullæ Cœnæ, & quare. pag.212. num. 18

INGREDI, INGRESSVS, & INQVISITORES.

Ingredi Monaſterij clauſtra, quibus perſonis, & in quibus caſibus concedi poteſt aliquando ab Epiſcopo loci. pag.126. num.8
Ingreſſus Monaſterij Monialium inhibitus eſt quibuſcumque perſonis, & quare. pag.126.num.7
Inquiſitores Sancti Officij: An poſſint abſoluere crimen hæreſis in conſcientiæ foro? & quomodo. pag.211.nu.11
Inquiſitores Sancti Officij tradentes hæreticos, & relapſos brachio ſæculari ad puniendos nõ efficiuntur irregulares, & quare. pag.336. nu.22

INTERDICTVM.

Interdictum quatenus eſt cenſura Eccleſiaſtica, quid ſit, & vndè dicatur. pag.254. nu.4
Interdictum poteſt infligi contra communitatem, & quare. pag.51. nu.4
Interdictum violantes ſuſpenſionem incurrunt. pag.239. n.2
Interdictum multipliciter ſumi poteſt. pag.254. nu.1
Interdictum duplex ciuile, & Eccleſiaſticum. pag.254. n.1
Interdictum ciuile quid ſit, & ſignificet. pag.254. nu.1
Interdictum Eccleſiaſticum duplex latè ſumptũ, & propriè, & quæ ſint huiuſmodi interdicta. pag. 254. nu.3
Interdictum triplex locale, perſonale, & mixtum. pag. 255. num.11
Interdictum totale comprehendit locale, & perſonale. pag. 255. nu.12
Interdictum locale, quid ſit. pag. 255. nu.13
Interdictum perſonale, quid ſit. pag.255. nu.14
Interdictum mixtum quale ſit. pag.255. num.15
Interdictum duplex generale, & ſpeciale. pag.256. nu.16
Interdictum ſpeciale locale, quid ſit. pag.256. nu.18
Interdictum totale, & particulare quid. pag.256. nu.19
Interdictum duplex à iure, & ab homine. pag.256. nu.20
Interdictum locale quid ſignificet. pag. 256. nu.2
Interdictum locale, & perſonale, in quo differant inter ſe. pag.256. num.2
Interdictum locale generale, quid ſit. pag.257. nu.6
Interdictum generale, quas conditiones habere debet. pag. 257. num.7
Interdictum generale extenditur ad omnia loca, vbi lata eſt cenſura interdicti. pag.257. nu.9
Interdictum ſpeciale, quid ſit. pag.257. nu.11
Interdictum perſonale duplex generale, & ſpeciale. pag 257. num.13
Interdictum generale, & ſpeciale, in quo differant. pag. 257. num.15
interdictum perſonale ſpeciale ſequitur perſonam interdictam in quocumque loco ſit. pag.258. num.16
interdictum locale alicuius Ciuitatis comprehendit etiam ſuburbia illius Ciuitatis. pag.259. nu.29
interdictum locale latum ab homine: An comprehendat etiã ipſum iudicem, qui tulit cenſuram? pag.260. nu.33
interdictum generale locale comprehendit etiam Regulares illius loci. pag.260. num.37
interdictum ſine culpa imponi non poteſt. pag. 261. nu.8
interdictum ſupponit culpam grauem. pag. 261. nu.9
interdictum perſonale ſpeciale ſupponit culpam perſonæ interdictæ. pag.261. num.11
interdictum perſonale in foro conſcientiæ non ligat innocentes. pag.261. num.11
interdictum leue poteſt aliquando imponi pro culpa leui, non autem graue. pag.261. nu.12
interdictum generale requirit culpam grauem, ſaltem officialium principalium illius loci, & quare. pag.261. nu.13
interdictum vniuerſale non eſt ferendum pro delicto particulari, niſi in tribus caſibus. pag.262. nu. 19
interdictum, quibus conditionibus, & modis ferri ſolet. pag. 264. nu.34
interdictum Diuinorum omnes tres ſpecies interdicti comprehendit. pag.264. nu.11
interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ quid ſit. pag.264. nu.2
interdictum priuat fideles Eccleſiaſtica ſepultura, & quomodo. pag.273. nu.1
interdictum ſpecialiter ſepelientes in loco ſacro, quas pęnas incurrunt. pag.280. nu.9
interdictum latum in pœnam delicti duplex abſolutum, & terminatum ad tempus. pag. 280. nu.2
interdictum abſolutè latum, non tollitur niſi mediante abſolutione. pag.280. nu.3
interdictum temporaneum, tranſacto tempore præſcripto, ceſſat cenſura talis interdicti. pag.280. nu.2
interdictum latum pro contumacia, ceſſante contumacia: An ceſſet ex ſe cenſura lata? pag.280. nu. 4
interdictum locale non ceſſat deſtructa Ciuitate interdicta. pag.281. num.8
interdictum perſonale non tollitur, niſi mediante abſolutione. pag.281. nu.7
interdictum Ambulatorium quid ſit, & quomodo tollitur. pag.281. num.9
interdictum ſpeciale perſonale, à quo abſolui poteſt. pagina 282. num.15
interdictum reſeruatum Summo Pontifici, quomodo, & à quo abſolui poteſt. pag. 282. nu.21
interdictum ſuſpendi poteſt quò ad effectum, vel in totum, vel in partem. pag.282. nu.23
interdictum quomodo relaxari poteſt ad cautelam. pagina 282. nu.25
interdictum locale generale nõ poteſt relaxari ad cautelam, & quare. pag.283. num.26
interdictum ſpeciale poteſt relaxari ad cautelam, & quomodo. pag.283. num.27. & 28
interdictum ſpeciale perſonale obligat in conſcientiæ foro, etiam ante declarationem. pag.286. nu.37

INTERDICTI.

interdicti cenſuræ definitio quæ, & eius explicatio. pag.254. num.6
interdicti cenſura quomodo differt ab alijs cenſuris. p.255. n.8

Inter-

Interdicti cauſa materialis duplex vna remota, altera ſubiectiua, & quæ. pag.261. nu.8
interdicti cauſa efficiens quis eſſe poteſt. pag. 260. nu.2
interdicti cenſura non eſt imponenda pro cauſa pecuniaria, & quare. pag.262. num. 16
interdicti cauſa motiua duplex, contumacia videlicet, & peccatum delinquentis. pag.262. nu.17
interdicti cauſa ſubiectiua, quæ. pag.262. num. 20
interdicti cenſura, ſub qua forma ferri poteſt à Prælato. pag. 263. num.31
interdicti forma communis, quæ. pag.264.num.32
interdicti ſolemnitas triplex antecedens, concomitans, & ſubſequens. pag.264. num.34
interdicti denunciatio vniuerſalis, quomodo ſit facienda. pag.264. num.36
interdicti effectus ſunt tres Diuinorum, Sacramentorumque priuatio, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ. pag.264.nu.1
interdicti tempore licitè poteſt miniſtrari ſacramentum Pœnitentiæ pro omnibus. pag. 265. nu.5
interdicti tempore poſſunt Diuina officia, & Miſſæ celebrari ianuis clauſis, & ſubmiſſa voce, excluſis perſonibus ſpecialiter interdictis. pag.265. num.5
interdicti tempore in quatuor ſolemnitatibus præcipuis poſſunt Diuina officia, & Miſſæ celebrari alta voce, & apertis ianuis. pag.265. nu.5
interdicti tempore Baptiſmi Sacramentum, etiam ſolemniter miniſtrari poteſt. pag 265. nu.7
interdicti tempore poteſt fieri benedictio fontis aquæ baptiſmalis, & quare. pag. 265. num.9
Interdicti tempore poteſt etiam ſacramentum Confirmationis omnibus miniſtrari, & confici Oleum Sanctum Chriſmatis. pag.266. nu. 14. & 15
Interdicti tempore ſacram communionem miniſtrare non licet, niſi per modum viatici in mortis articulo.p.267.n.23
Interdicti tempore miniſtrari licitè non poſſunt Sacramenta Ordinis, & Extremæ Vnctionis.pag.267. nu.27. & 30
Interdicti tempore Extrema vnctio permittitur miniſtrari Clericis, & Regularibus ex conceſſione. pag.267. n.29
Interdicti tempore, an Matrimonia celebrari liceat, & quomodo? pag.268. nu.34
Interdicti tempore ſponſi in Eccleſia benedici non poſſunt. pag.268. nu.39
Interdicti tempore ſponſalia, & denunciationes Matrimonij licitè fieri poſſunt, & quare. pag.268.nu.38
Interdicti tempore Diuina officia publicè celebrari non licèt in Eccleſia pag.269.num.1
interdicti tempore, quæ conditiones ſint ſeruandæ, quando celebratur Miſſa. pag.270. à nu.12. ad 19
interdicti tempore priuatim à Clericis dicendæ ſunt Horæ Canonicæ, & quomodo. pag. 271. nu.23
interdicti tempore, quæ actiones ſpirituales ſint licitæ. pag. 272. num.27
interdicti tempore, non licèt dicere *Dominus vobiſcum*, & quare. pag.272. nu.28
interdicti tempore, quæ perſonæ admitti poſſunt ad Diuina officia, & quomodo. pag.272.nu.31
interdicti tempore priuilegiati: An teneantur in diebus feſtiuis audire Miſſam? pag.273. nu. 34
interdicti tempore Clerici, & Regulares poſſint habere Eccleſiaſticam ſepulturam, & quomodo. pag.274.nu.4
interdicti tempore, quo in loco corpora defunctorum ſepeliri poſſunt. pag. 275. nu.17
interdicti cenſuram violantes peccant mortaliter, & in quibus caſibus aliquando excuſari poſſunt.pag.277. nu.2
interdicti corpus ſepultum in loco ſacro quando abſtrahendum.pag.280. num.30
interdicti cenſura non eſt pœna perpetua, ſed amouibilis. pag.280. nu.1
Interdicti cenſura, à quo eſt abſoluenda. pag.282. nu.15
interdicti cenſura, ſub qua verborum forma eſt abſoluenda. pag 283 nu.30
interdicti cenſura tolli poteſt à Papa per ſimplicem voluntatis actum. pag. 283.num.32
interdicti cenſura, quibus cauſis inferri licitè poteſt. pagina 284.num.2
interdicti cenſura quotupliciter incurri poteſt, & quomodo. pag.284. num. 3
interdicti cenſuræ latæ in Iure communi, quæ, & quot ſint. pag.284. à nu.3. ad finem.

INTERDICTO, INTERDICTA, & INTERDICTVS.

Interdicto populo, non cenſetur interdictus Clericus, neque è contra, & quare. pag.258.nu.19
interdicto Clero, non ſunt interdicti Religioſi. pag.258. n.20
interdicto populo alicuius Ciuitatis: An ſint interdicti extranei, qui tunc erant ibi? pag.259.nu.26
interdicto populo alicuius loci intelliguntur interdicti etiam pueri, & amentes illius Ciuitatis, & quare.pag.259. n.28
interdicto ſublato poſſunt deinde corpora defunctorum reduci in ſepulturam Eccleſiaſticam. pag.275. nu.18
interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, quæ ſint illi inhibita, & quæ licita. pag.276. num.23
interdicta perſona deſtructa, deſtruitur, & cenſura, & quare. pag.281, num.11
interdicta familia Prælati interdicti ſunt Clerici eiuſdem familiæ. pag.258.num.21
interdicta aliqua Ciuitate: An ciues illius ciuitatis abſentes cenſeantur interdicti? pag.258. nu.24
interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ: An poſſit in Cœmeterio audire Diuina officia? pag.277. nu. 32
interdictus Clericus exercens ſacrum Ordinem ſit irregularis, & quare.pag.279. nu.16
interdictus, pœnitens moriens: An poſſit habere Eccleſiaſticam ſepulturam? pag. 281.nu.12
interdictus à Iure: An teneatur ſe abſtinere ante ſententiam declaratoriam? pag.286. n.37

INTERSTITIÆ, INTERNVS, INTENTIO, INTRVSVS.

Interſtitiæ tempora in ordinibus recipiendis, quæ, & quomodo ſint computandæ. pag.238. num.18
internus actus, an aliquando præcipi poſſit ab Eccleſia ſaltem indirectè, & quomodo? pag.51. num. 8
intentio virtualis ſufficit ad conſequendam Indulgentiam, faciendo opus præſcriptum. pag.13. nu.5
intentio Prælati obligandi per modum ſtatuti ſola non ſufficit. pag.63.nu.17
intruſus ad beneficium non poteſt illud tuta conſcientia retinere, & quare. pag.76.nu.10

INVADERE, & IRRATIONALIA.

Inuadere quid ſit, & quomodo intelligitur in Canone Bullæ Cœnæ. pag.208.nu.4. & pag.180.nu.6
inuaſus ab aliquo, an poſſit licitè præuenire, & occidere inuaſorem, & quomodo? pag.330. nu.7
irrationalia animalia excommunicari non poſſunt, ſed maledici, & quare. pag.53.nu.7

IRREGVLARITAS.

Irregularitas non eſt cenſura, ſed pœna.pag.43. nu.8
irregularitas non abſoluitur, ſed diſpenſatur. pag.48. nu.10
irregularitas quibus modis incurritur per interdicti violationem. pag.279. num.22
irregularitas differt à cenſuris, & quomodo.pag.209.num. 16
irregularitas quomodo differt à pœnis Eccleſiaſticis Depoſitionis, & Degradationis. pag.289. n.17
irregularitas, an impediat receptionem primæ tonſuræ? pag. 289. num.19
irregularitas non eſt de Iure Diuino, ſed Canonico.p.289.n.2
irregularitas, nec inſtitui, nec infligi poteſt ab Epiſcopo, ſed à Papa. pag.290. num.3
irregularitas incurri non poteſt, niſi illa ſit in iure expreſſa. pag.290. nu.4
Irregularitas incurritur ipſo facto abſque vlla iudicis declaratione. pag.290. num.5
irregularitas ex delicto quomodo incurritur.pag.290. nu.8

Irregu-

Irregularitas ſtatim incurritur ſine præuia monitione,& quare. pag.290. num. 12

Irregularitas non contrahitur per ſimplicem actum internũ, ſed requirit opus conſummatum.pag.291. nu.13

Irregularitas infamiæ non incurritur, niſi infamia ſit publica. pag. 291.num.15

Irregularitas ex delicto incurritur etiã per peccatum ſecretum commiſſum. pag.291. nu.16

Irregularitas non irritat Ordines, ſed impedit,ne licitè exequi poſſint. pag.293. num.4

Irregularitas non priuat iuriſdictione. pag.294.nu.19

Irregularitas duplex vna reſpectu animæ,altera reſpectu corporis, & quæ ſint. pag.296. num.1

Irregularitas ex defectu intellectus, quæ.pag.298.nu.21

Irregularitas ex defectu corporis vitiati,quæ.pag.299.n.4

Irregularitas contracta ex infamia, quæ. pag.310. nu.30

Irregularitas ex defectu lenitatis quæ, & quare ſit inflicta in iure. pag.310.nu.32

Irregularitas, quæ contrahitur ex infamia facti, facta delicti emendatione,ceſſat. pag.312.n.16

Irregularitas inſtituta in Iure Canonico non contrahitur ab infidelibus. pag.312.num.22

Irregularitas contracta ex actione infami,quæ.pag.313.n.29

Irregularitas, quæ contrahitur per reiterationem Baptiſmi multiplicatur, quoties reiteratur Baptiſmum. pagin.313. num.3

Irregularitas non contrahitur per reiterationem Sacramenti Ordinis, aut Confirmationis. pag.314. nu.17

Irregularitas ex defectu lenitatis, à quibus perſonis contrahi poteſt, & quare. pag.334. nu. 22

Irregularitas, à quibus Prælatis poſſit diſpenſari, & quomodo. pag.340.nu.2

Irregularitas non abſoluitur, ſed diſpenſatio. pag.344. n. 17

Irregularitas non impedit gratiam, nec conſecutionem Indulgentiæ. pag.344. nu.17

Irregularitas, vt tollatur, quæ conditiones debent concurrere, & licitè diſpenſetur in ea. pag. 344. nu.18

IRREGVLARITATIS, & IRREGVLARITATES.

Irregularitatis pœna quando, & quomodo contrahitur ex violatione cenſuræ. pag.48. nu.10

Irregularitatis diſpenſatio validè obtineri non poteſt ſine explicatione cauſæ. pag.279.nu.21

Irregularitatis etymologia nominis quæ, & quomodo dicatur à Græcis. pag.287. num.1

Irregularitatis definitio quæ, & eius explicatio, quæ ſit. pag. 287. nu.3

Irregularitatis deſcriptio, quæ.pag.288.num.9

Irregularitatis finis qualis ſit. pag.288. num.11

Irregularitatis cauſa efficiens, quæ. pag.289. nu. 1

Irregularitatis cauſa materialis duplex remota, & ſubiectiua. pag.290. num.6

Irregularitatis cauſa remota duplex ex defectu, vel ex delicto. pag.290. nu.7

Irregularitatis ſubiectum debet eſſe capax illius, & quare. pag.291. nu.19

Irregularitatis capaces,quæ perſonæ eſſe poſſunt.p.291.n.22

Irregularitatis pœna, ſub qua verborum forma eſt infligenda. pag.292.num.26

Irregularitatis cauſa finalis, quæ. pag.292. nu. 32

Irregularitatis effectus, qui ſint. pag.292. n.2

Irregularitatis pœna, in quibus caſibus non incurritur à delinquente. pag.295. num.25

Irregularitatis pœna, à quibus Prælatis diſpenſari poteſt. pag.339.nu.31

Irregularitatis lege ſublata, ceſſat irregularitas contracta per talem legem.pag.340.num.3

Irregularitatis pęna abſolutè lata, non tollitur ceſſante cauſa, pro qua fuit lata. pag.343. num. 11

Irregularitatis violator peccat mortaliter, ſed non incurrit nouam irregularitatem, nec cenſuram. pag.289. nu.16

Irregularitates,quæ tolluntur per Baptiſmũ,quæ. p.312.n.21

Irregularitatem incurrit, qui permitti ſe baptizari ab hæretico niſi neceſſitas eſſet in cauſa,& quare. pag.314.nu.13

Irregularitatem incurrit, qui aliquem baptizatum, iterum rebaptizet ſcienter. pag.315. num. 19

Irregularitatem, An incurrat qui in ſuſpẽſione recipit ſacros Ordines? pag.317. num.8

Irregularitatem, An incurrat, qui concelebrat Epiſcopo in actu ordinationis, ſi in eodem actu incurriſſet pœnam, ſiuè cenſuram ſuſpenſionis? pag.313. nu.11

Irregularitatem non incurrit, qui cantat Epiſtolam ſine manipulo. pag.319. nu.10

Irregularitatem incurrit,qui eſt cauſa, vt mulier faciat abortum. pag.326. num.25

Irregularitatem, an incurrat, qui mandat grauiter aliquem vulnerari, ſi deindè taliter vulneratus moriatur? pag. 326. num.28

Irregularitatem, an incurrat reuoluens infirmum, vel præbens illi potionem, ſi infirmus per accidens mediante tali actione moriatur? pag.329. nu.15

Irregularitatem incurrit mittens ſagittam animo occidendi vnam perſonam,ſed caſum occidit alteram. pag.329. n.19

Irregularitatem non incurrit, qui clamat auxilium pro defenſione ſua. pag. 329. num. 21

Irregularitatem incurrunt Iudices, omneſque miniſtri iuſtitiæ,qui cooperantur ad mortẽ alicuius perſonæ delinquentis. pag.334. nu.3

Irregularitatem, an incurrant illi, qui comitantur reum ad mortem, vel aſſiſtunt in actu iuſtitiæ cauſa curioſitatis? pag.334. num.7

Irregularitatem, an incurrant Fabri fabricantes furcam, vel ſcalam pro actu iuſtitiæ? pag.335. num. 10

Irregularitates diſpenſari non poſſunt virtute Iubilæi,& quare. pag.344. num. 16

Irregularitates poſſunt eſſe, vel eiuſdem, vel diuerſæ ſpeciei, & quomodo in illis fiat diſpenſatio.pag.345. num.23

Irregularitates, ſub qua forma verborum ſunt tollendæ. pag. 345. nu.25

Irregularitates, quibus modis tolli poſſunt à Prælatis. pag. 342. nu.1

Irregularitatum diuiſiones, quæ. pag.288. nu. 12

Irregularitates prouenientes ex defectu diſpenſari non poſſunt,niſi à Papa.pag.340. num.6

IRREGVLARIS.

Irregularis fœmina dici non poteſt, ne infidelis, & quare. pag.289. nu.23

Irregularis priuatur potẽtia recipiendum quemcumque Ordinem, etiam primam tonſuram. pag.293. nu.3

Irregularis recipiens aliquem Ordinem peccat mortaliter, ſed non contrahit nouam irregularitatem.pag.293.nu.5

Irregularis priuatur omni actu ordinum, ne poſſit licitè in illo miniſtrare. pag.293. num.7

Irregularis, quas functiones, & actiones facere licitè poteſt, vel non poteſt. pag.293. num.9

Irregularis eſt inhabilis ad quodcumque beneficium Eccleſiaſticum recipiendum. pag. 293. nu. 10

Irregularis non eſt priuatus fructibus beneficij antea obtenti, ſed poteſt illis priuari. pag.294. nu.16

Irregularis Prælatus poteſt excommunicare,& Indulgentias concedere, & quare. pag. 294.num.19

Irregularis Prælatus poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare in irregularitatibus occultis. pag. 294. nu. 20

Irregularis non eſt prohibitus iure eligendi, & confirmandi electiones. pag.294. num.20

Irregularis etiam denunciatus non eſt vitandus.p.295. nu.24

Irregularis celebrans conficit Sacramentum, ſed mortaliter peccat. pag.295.num.24

Irregularis quando ad euitandum ſcãdalum poteſt licitè aliquando celebrare. pag.295. nu. 29

Irregularis recipiens Ordinem non incurrit nouam irregularitatem, ſed mortaliter peccat. pag.318. nu. 12

Irregularis, an efficiatur ille, qui aliquem priuat potentia viſiua.

viſiua, ſiuè vulneret? pagina 325. num. 17
Irregularis, an efficiatur, qui dat mulieri venenum ſterilitatis, ne deinceps poſſit concipere? pag. 325. nu. 18
Irregularis efficitur ille, qui ſibi proprium membrum amputet. pag. 325. num. 19
Irregularis, an efficiatur ille, qui corpus ſui inimici defuncti membratim decidit? pag. 326. nu. 24
Irregulares, an ſint illi, qui virilibus membris carent? pag. 299. num. 5
Irregulares ſunt omnes monſtruoſi, & quare. pag. 300. n. 17
Irregulares, an ſint monoculi, aut carentes auriculis, ſiuè naribus? pag. 301. num. 28. 29. & 30
Irregulares, an ſint balbi, bleſi, qui loquelam habent aliqualiter impeditam? pag. 301. nu. 32
Irregulares quomodo ſint filij hæreticorum, & quales, & qui ſint. pag. 304. num. 22
Irregulares, an ſint filij Proditoris? pag. 304. num. 23
Irregulares, an ſint filij expoſiti in hoſpitalibus tamquam illegitimi? pag. 304. num. 24

IVBILÆVM.

Iubilæum quid ſit, & vndè dicatur, & quid ſignificet. pag. 15. num. 1
Iubilæi annus, quid ſignificabat apud Hæbreos, & apud nos adpræſens. pag. 15. num. 2
Iubilæum, ſiuè Iubilæus, ſiuè Iobilæum idem ſignificant, & quolibet modo appellari poteſt. pag. 15. nu. 1. 2. & 6
Iubilæum aliquando ſignificare poteſt indultum generale. pag. 15. num. 5
Iubilæum, an conſequantur illi, qui voluntariè peccāt animo conſequendi Iubilæum conceſſum? pag. 16 n. 8
Iubilæi notitia quæ, & qualis requiritur ad Indulgentiam cōſequendam Iubilæi? pag. 16. num. 7
Iubilæum, quibus operibus concedi, & lucrari ſolet. pagina 16. num. 11
Iubilæum lucrari poteſt etiam ante publicationem factam, aſſignatis tamen illi Eccleſias viſitādas cum operibus præſcriptis. pag. 16. nu. 7
Iubilæum, an ſi quis non haberet commoditatem confitendi poſſit illud lucrari cum ſola contritione? pag. 17. nu. 6
Iubilæum, an conſequi poſſit duabus vicibus in prima, & ſecunda hebdomada? pag. 18. num. 12
Iubilæi facultas, an etiam poſſit abſoluere à Iuramentis, ſicut à votis? pag. 22. num. 20
Iubilæi opera præſcripta facta extra gratiam: An ſint ſufficientia pro conſequendo Iubilæo? pag. 24. nu. 18

IVDEX, IVDICIVM.

Iudex, ſiuè Prælatus non ſeruans ſolemnitates in ferendis cenſuris, quas pœnas incurrat. pag. 61. num. 21
Iudex excommunicatus ferens ſententiam peccat mortaliter. & ſententia redditur nulla. pag. 80. nu. 2
Iudex quot irregularitates incurret ex multiplicatione actuū eiuſdem ſententiæ. pag. 336. num. 20
Iudex vnica ſententia plures homines condemnans ad mortem vnicam irregularitatem incurrit. pag. 336. nu. 21
Iudex quis ſit, & quare ità appelletur. pag. 195. num. 17
Iudices ſæculares trahentes ad ſua tribunalia perſonas Eccleſiaſticas excommunicationem incurrunt in Bulla Cœnæ, & quare. pag. 197. in Can. 15
Iudices ſæculares vſurpantes iuriſdictionem contra Clericos in cauſis criminalibus ſunt excommunicati, & quare. pag. 206. num. 1
Iudices Eccleſiaſtici facientes ſcienter contra iuſtitiam propter proprium intereſſe ſunt ſuſpenſi. pag. 203. nu. 28
Iudicium particulare quomodo, & in quo loco fiat in hora mortis. pag. 33. num. 24
Iudicium quid ſit, & quomodo differat à cauſa, & iuſtitia. pag. 190. nu. 11

IVRISDICTIO, & IVS.

Iuriſdictio exercetur dupliciter gratiosè, & iudicialiter, & quomodo differant inter ſe. pag. 62. num. 12
Iuriſdictionem Apoſtolicæ Sedis vſurpantes ſunt excommunicati. pagin. 206. numero 1
Ius dicendi quid ſit, & an ſit in Eccleſia Dei militante? pag. 45. num. 1
Ius dicendi non paratur impunè extra territorium: quomodo ſit intelligendum. pag. 63. num. 16
Iuris patronatus præſentatio facta ab excommunicato eſt nulla. pag. 76. num. 19

L A.

LActicinia in diebus ieiuniorum extra Quadrageſimam non ſunt inhibita. pag. 23. num. 6
Laicus non poteſt iuriſdictionem ſpiritualem Eccleſiaſticam exercere virtute clauium. pag. 46. num. 17
Laicus, an poſſit ex conceſſione Summi Pontificis excommunicare, & quomodo? pag. 46. num. 18
Laicus adminiſtrans Sacramenta, quando irregularitatem incurrit, & in quibus pag. 319. nu. 3
Lapidem, ſiuè quodcumque aliud mittens contra Clericum, ſi non tangat illum non eſt excommunicatus, & quare. pag. 52. nu. 14
Lata culpa non excuſat ab irregularitate incurrenda. pagin. 328. num. 12
Latrunculi maritimi, in quo differant à Piratis, & qui ſint. pag. 165. num. 4
Latrunculi maritimi, an ſint excommunicati in Canone Bullæ Cœnæ? pag. 165. num. 4

L E.

Legati à latere, & legati miſſi, aut nati, qui ſint, & quare ità ſint appellati. pag. 189. num. 27
Legati à latere, & Nuncij Papæ: An habeant facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ? pag. 213. nu. 26
Legitimario, & Diſpenſatio, in quo conueniant, & differant. pag. 304. num. 16
Legitimatio filiorum facta per Matrimonium contractum à parentibus quomodo fiat. pag. 304. num. 17
Legitimatio per profeſſionem Religioſam quomodo fiat. pag. 304. nu. 19
Legitimatus à Papa non ſolùm ad Ordines, ſed etiam ad beneficia intelligitur. pag. 302. num. 38
Legitimatus à Rege, vel Principe quomodo intelligitur. pag. 303. nu. 15
Leproſi, an ſint irregulares, & quomodo. pag. 302. nu. 38
Leuis materia ſecundum ſe excuſat à peccato mortali, & excommunicatione. pag. 52. num. 13

L I.

Libertas Eccleſiaſtica, & Immunitas, in quo conueniant, & differant. pag. 123. num. 3
Libertas Eccleſiaſtica reſpicit perſonas, Immunitas reſpicit locum. pag. 123. nu. 3
Libertas Eccleſiaſtica, quæ ſit, & quomodo lædi poteſt. pag. 199. num. 17
Libertas Eccleſiaſtica eſt de Iure Diuino, Canonico, & Ciuili. pag. 199. num. 21
Libertas Eccleſiaſtica quatuor modis violari poteſt. pagina 199. num. 23
Libertatis defectus impedit licitè aliquem licitè initiari poſſe. pag. 305. num. 1
Libertatis impedimenta ad Ordines licitè conferendos ſunt tria, ſeruitus, Matrimonij vinculum, & obligatio ad ratiocinia. pag. 305. num. 2
Libertate Eccleſiaſtica gaudent Clerici, & Regulares omnes, & ſinguli. pag. 199. nu. 21
Leuis materia ſecundum ſe excuſat à peccato mortali, & ab excommunicatione incurrenda. pag. 52. no. 13
Limbus puerorum, & Purgatorium quomodo ſint ſituata verſus Infernum. pag. 30. nu. 14
Limbus duplex Sanctorum Patrum, & puerorum. pagin. 30. num. 10
Lippi, & perpetuò lacrymabiles: An ſint irregulares? pagin. 301. num. 23

LITTERÆ.

Litteræ Apoſtolicæ,quare appellantur Bullæ Pontificiæ. pag. 149. num. 1
Litteræ Pontificiæ quando, & quomodo appellantur proceſſus Bullæ Cœnæ. pag.149. nu.1
Litteræ Apoſtolicæ, quæ ſint, & vndè dicantur. pag.173. n.3. & pag.171. num.7
Litteræ, ſeu Bullæ Pontificiæ, quare appellantur Apoſtolicæ? pag.173. nu.2
Litteræ Apoſtolicæ quot, & quibus modis dici poſſunt eſſe falſificatæ. pag.173. nu. 8. & pag.174.nu.10
Litteræ particulares Summi Pontificis non includuntur in Canone excommunicationis Bullæ Cœnæ,pag. 174.n.16
Litteræ Sacræ Congregationis Cardinalium dicuntur Apoſtolicæ, & quare. pag.192.nu.8
Litteras Apoſtolicas falſificantes ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ. pag.173. num.1
Litteras aliorum Prælatorum, excepto Papa falſificantes nõ ſunt excommunicati. pag.173.num.6
Litteras falſificatas Apoſtolicas apud ſe retinere, vel illis falſificatis ab alijs vtentes non ſunt excommunicati per Canonem Bullæ Cœnæ. pag.175. num.18
Litteras Apoſtolicas ſubreptitias impetrantes non includũtur in Canone Bullæ Cœnæ. pag.175. nu.19
Litteræ Apoſtolicæ falſificatæ, & ſubreptitiæ ſunt ipſo iure nullæ, & nullius valoris in conſcientiæ foro, & quare. pag. 175. num.21
Litterarum Apoſtolicarum executionem impedientes ſunt excommunicati per Canonem Bullæ Cœnæ. pag.193. n.1

L O.

Loca ſubterranea quatuor, Limbus Sanctorum Patrũ, Puerum, Purgatorium, & Infernum. pag. 30. nu.11
Loca Purgatorij duo, vnum commune, alterum particulare. pag. 32. nu.16
Loca, & Ciuitates, quæ proteguntur ab Apoſtolica Sede, ne iniuſtè ab alienis vſurpentur, quæ ſint. pag.209. numer.16. 17. & 18
Locus Purgatorij, & ſecus Infernum in centro terræ, & quomodo ſit collocatum. pag.30. num.10
Locus excommunicari non poteſt, ſed interdici, & quomodo. pag.53. nu.8
Locus ſacer quis intelligatur, vt in eo non poſſit ſepeliri cadauer excommunicati. pag. 72. num.30
Locus quomodo poteſt eſſe capax cenſuræ interdicti. pagin. 255. num.13
Locus interdicitur directè, perſonæ autem ibi habitantes indirectè. pag.255. num.13
Locus non interdicitur in ordine ad ſe, ſed in ordine ad perſonas. pag.256. num. 3
Locale interdictum non includit perſonas per ſe, ſed indirectè. pag.256. num.5
Locale interdictum generale, quid ſit. pag.257.nu.6

L V.

Ludus Troianus, ſiuè Haſtiludium, ſiuè Scrima non ſunt duella, & quare. pag.132. num.2
Lutherani hæretici qui ſint, & quare ità ſint appellati. pagin. 158. num.11

M A.

MAgi, an ſint excommunicati per Bullam Cœnæ. pag. 159. nu.6
Magi, & Venefici; An ſint irregulares. pag.321. nu.9
Mancipia Turcarum remigantia contra Chriſtianos propter metum flagellorum non peccant. pag.87. n.4
Mancipium non poteſt licitè ſuſcipere ſacros Ordines, non conſentiente ſuo domino. pag.305. num.5
Mancipium recipiens ſacros Ordines ſine conſenſu domini ſui, ad quid tenebatur. pag.306. nu.7. & 9
Mandantes, aut conſulentes quando incidunt in excommunicationem. pag.56. nu.43.44. & pag.137. nu. 4
Manus violentas contra Clericos, quid ſignificat in Canone. pag. 137. num. 4
Manzeri illegitimi qui ſint, & quare ità ſint appellati. pagin. 303. num.5
Mare Apoſtolicæ ſedis quale ſit, & quid proeo intelligatur in Canone. pag. 165. nu.8
Maritus, & vxor excommunicati poſſunt inter ſe communicari in humanis. pag.79. nu.22
Materia leuis ſecundum ſe excuſat à culpa mortali, & ab excommunicatione. pag.52. num.13
Matrimonium conſummatum ſignificat vnionem Chriſti cum Eccleſia. pag. 309. num.5

M E.

Medicinæ artem, an licitè poſſint Clerici exercere, & quomodo? pag.339.num.49
Medicus, aduocatus, & conſiliarius reuelare non poſſunt, quæ in ſecreto ex officio illis reuelata fuerunt. pagin. 147. num.15
Medicus chirurgicus ſecans membrum putridum non efficitur irregularis. pag.339. num. 47
Medici exercentes artem medicinæ: An ſint irregulares? pagin.338. nu. 43
Membrum præciſum, quid intelligatur? pag.324. nu.10
Membrum alicuius perſonæ debilitans: An efficiatur irregularis? pag. 325. num.14
Membri debilitatio, quæ ſit. pag.325. nu.14
Merita Chriſti, & Sanctorum conſeruantur in theſauro Eccleſiæ, & quomodo. pag.4. num.12
Merita Chriſti ſunt infinita ex Diuina acceptatione. pag. 4. num.14
Meritum eſt operantis, & alteri dari non poteſt, & quare. pag.26. num.9
Metus grauis quando, & quomodo excuſet ab excommunicatione incurrenda. pag.86. num.1
Metus licèt non excuſet à Diuino præcepto, excuſat tamen aliquando ab excommunicatione. pag.86.nu.2
Metus, vt excuſet à peccato, & excommunicatione debet eſſe grauis, & ineuitabilis. pag.87. num.8
Metus grauis, an excuſet etiam ab irregularitate incurrenda, & quomodo? pag.295. num.29

M I.

Milites in primo actu coleræ diffidantes, & concertantes inter ſe: An incidunt in excommunicationem duellantium? pag.131. num.19
Milites pugnantes in bello, quando efficiuntur irregulares, pag.338. num.38
Milites pro ipſorum defenſione occidentes hoſtes eos inuadentes non efficiuntur irregulares. pag.338. num.43
Miſſæ ſacrificium habet effectum ex opere operato. pag.27. num.19

M O.

Monitiones, quæ debẽt præcedere excommunicationis ſententiam, quot eſſe debent, & cum quibus interuallis. pag. 60. num.6
Monitiones excommunicationis ferendæ faciendæ ſunt perſonaliter, & quomodo. pag.60. num.15
Monitiones cenſurarum, cuius auctoritate, & nomine ſint faciendæ. pag.60. nu.13
Monitio excommunicationis vna pro tribus quomodo, & quando fieri poteſt. pag.60. num.11
Monomachia quid ſit, & vndè dicatur. pag.130. num. 5
Monomachia accipitur duobus modis largè, & ſtrictè, ſiuè propriè. pag.130. num.6
Monomachia propriè dicta, quæ ſit. pag.130. num.6
Monoganus quis ſit, & vndè dicatur. pag.307. nu.2
Monopolium quid ſit, & quare ità dictum. pag.171. nu.16
Monopolia, an veniant ſub nomine gabellæ? pag.171. nu.19
Monoculi, an ſint capaces Ordinum, & an ordinati poſſint Ordines exercere? pag.301. nu. 19
Monoculi, an ſint irregulares? pag. 301. nu.22
Monſtruoſi omnes, an ſint irregulares? & quare, & qui

ſint

ſint monſtruoſi . pagin.300. numer. 17
Monſtruoſorum genera, quæ, & quot ſint. pag.300. nu.17
Mors alterius attentata, & non conſecuta non inducit irregularitatem, & quare. pag.324. nu.8
Mortis articulus, qualis ſit, & dicatur? pag.90. nu.12
in Mortis articulo nulla eſt reſeruatio cenſurarum, & quare. pag.90. num.12
Mors corporalis eſt terminus vitæ hominum. pag.39.nu.14

MONIALES, MONACHVS. & MONASTERIA.

Moniales, an tempore Iubilæi poſſint ſibi eligere quemcunque voluerint Confeſſarium ſine Epiſcopi licentia, & quomodo. pag.21. nu.45
Moniales quare faciunt votum clauſuræ . pag.119. nu. 9
Moniales tenentur ſtare ſub clauſura Monaſterij, & quare. pag. 125.nu.2
Moniales, in quibus caſibus poſſint è clauſura Monaſterij egredi ad tempus, & quomodo. pag. 126. nu.5
Moniales introducentes in clauſura Monaſterij inſanos, & amentes: An incidãt in excommunicationem? p.126.n.11
Moniales, & ſorores Monaſterij pro eodem accipiuntur. pagin.127. nu.16
Moniales etiam conuerſæ, & nouitiæ gaudent priuilegio Canonis. pag. 138. num.14
Monialium nomine quæ perſonæ intelligantur. p.127. nu.16
Monialiũ Prælati quomodo poſſunt aliquando ingredi clauſtra Monialium. pag.127. nu.15
Monialium dotes quare ſoluuntur. pag.136.nu.36
Monachus bigamus, an amittat priuilegium? pag.138. n.13
Monachi nomine, quid veniant pag.138. nu.13
Monachi Benedictini expoliando ſe forma habitus Religionis pro aliquo breui tempore: An peccent mortaliter? pagin.252. num.25
Monachi attendentes ad venationem ſuſpenſionem incurrunt. pag.252. num. 27
Monaſteria ingredientes cum licentia, expedita cauſa, tenentur ſtatim egredi, & quomodo. pag. 127. nu.17
Monaſterijs ſeruientes tanquam tertiariæ oblatæ gaudent priuilegio tanquam Religioſæ. pag.138. nu.14

M V.

Munus à manu, à lingua, & ab obſequio, quæ ſint, & quomodo inter ſe conueniant, & differant. pag.134. n.12
Munus ab obſequio quale ſit, & quid requirat, vt habeat rationem ſimoniæ. pag.134. num. 14.& 15
Multa pauca faciunt vnum ſatis. pag.144. nu.22
Mulieres ingredientes Religioſorum clauſtra, & eas admittentes incidunt in excommunicationem. pag. 126. n.12
Mulieres omnes, & quæcomque poſt annos diſcretionis non poſſunt ingredi clauſtra Regulariũ, & quare. pag.127.n.2
Mutilans membrum alicuius perſonæ quando efficitur irregularis. pag.324. num.19

N A.

NAribus carentes, an ſint irregulares? pag.301. nu.28
Naſum diſtortum nimis habentes: An ſint irregulares? pag.301. nu.29
Naturalia Dæmones non amiſerunt, ſed remanſerunt in eis integra. pag.35. num.10
Naues naufragium paſſæ, quæ intelliguntur in excommunicatione Bullæ Cœnæ. pag. 168. num.6

N E.

Neophyti qui ſint, & vndè dicantur. pag. 296. nu.4
Neophyti quare non admittuntur ad Ordines Eccleſiaſticos. pag.296. nu.5
Neophyti ad quos Ordines promoueri non debent. pagina 297. num.9
Neophytus eſt inhabilis, & inconueniens, ne promoueatur ad ſacerdotium. pag.296. num.3
Neophytus quando quis non amplius ſit talis. pag.296 nu.6
Negationes intelliguntur per poſitiuum oppoſitum, & quomodo. pag.310. nu.2

N O.

Nobilis vir, an teneatur fugere ab inuaſore ne eum occidat, vel poſſit illum occidere? pag.331. nu.9
Nominum rerum cognitione ignorata, ad rerum cõtemplationem perueniri non poteſt. pag 42. nu.1
Notorius percuſſor Clerici quis dicatur. pag. 66. nu.21
Notorius excommunicatus per propriam Confeſſionem factam in iudicio non eſt vitandus, niſi ſit declaratus à Iudice. pag. 66.nu.23
Notorius facti quis dicatur, & quomodo. pag.67.nu.23
Notorium duplex Iuris, & facti. pag.66. nu.22
Notorium facti, quot teſtes requirat ad euidentiam facti. pagina 67. nu. 24
Nothi illegitimi qui ſint, & quare ità ſint appellati. p.303. n.5

N V.

Nullitas ſententiæ excuſat ab excommunicatione incurrenda? pag.88. nu.20
Nullitas excommunicationis ſententię tripliciter contingere poteſt. pag.88. nu.22
Nuncij Papæ, & Legati à latere: An habeant facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ? pag.213. num.26

O B.

OBlationes in Eccleſia tripliciter fieri poſſunt. p.240. n.5
Obligatio ad ratiocinia impedit, ne quis legitimè poſſit ordinari, & quare. pag.306. num.10
Obligatio ad ratiocinia, quæ ſit, & quid pro ea intelligatur, pag.306. num.11
Obligati ad ſoluenda debita, an poſſint ordinari? pag. 306. nu.13. & pag.107. nu.18
Obſequia, vt habeant rationem ſimoniæ debent fieri ex pacto conuentionali. pag.134. num. 16

O C.

Occidens perſonam aliquam pro defenſione ſui, vel alterius honoris cum moderamine inculpatæ tutelæ, non efficitur irregularis. pag.333.num.28
Occidentes Chriſtianos mediante pecunia per Aſſaſſinos infideles ſunt excommunicati. pag.110.num.25
Occultum duplex materialiter, & formaliter. pag. 341. n.15
Occupantes bona Eccleſiæ Romanæ ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ. pag.207. nu.1

O F.

Officia Diuina prohibita perſolui interdicti tempore, quæ ſint. pag.269. nu. 3. & 4.
Officia Diuina, quæ inhibentur tempore interdicti ſunt quatuor. & quæ. pag.269. num.5
Officialis Curiæ ſæcularis extrahere non poſſunt ab Eccleſia delinquentem ſine licentia Epiſcopi. pag. 125. nu. 24
Officium Diuinum diſtractè recitantes: An ſatisfaciant? pagina 51. num.8
Officium Eccleſiaſticum collatum excommunicato etiam occulto eſt ipſo iure nullum. pag.73. nu.1. & 9
Officina, horta, & domus Regularium gaudent priuilegio immunitatis. pag.123. num.7

O P.

Opera extra gratiam facta pro Indulgentia lucranda informantur per gratiam, deindè acquiſitam, & quomodo. pag. 14. num.20
Opera præſcripta pro lucrando Iubilęo, ſi quis nõ adimpleat poſt abſolutionem, an peccet? pag.18. nu.22
Opera præſcripta pro conſequendo Iubilæo: An poſſint adimpleri partim in vna hebdomada, & partim in altera? pagin. 22. num.2
Opera præſcripta pro conſequendo Iubilæo quomodo, & quando poſſunt commutari à Confeſſario? pag.33. nu.3
Opera, quæ præcipiuntur pro Iubilæo conſequendo poſſunt applicari, etiam ſi ſint opera aliàs præſcripta. pag.23. nu.5
Opera, quæ facienda ſunt pro conſequendo Iubilæo, ſufficit quod fiant ſiuè in gratia, ſiuè extra gratiam, & quare. pag. 27. num. 18

Digitized by Google

Index Rerum.

Opera extra gratiam ſacta dicuntur mortua priuatiuè. pag. 27. num.18

Opus etiam leuiſſimum ſufficiens eſt ad concedendam, & lucrandam Indulgentiam. pag.7. num.8

Opus finitum pluribus applicatum minus prodeſt ſingulis, & quare. pag.26. num.12

Opus ad hoc, vt ſit meritorium debet eſſe bonum ſecundum ſe, ſaltem moraliter. pag.27. num. 23

O R.

Orans publicè pro excommunicato vitando peccat mortaliter, niſi in feria ſexta Paraſceues. pag.65.num.7

Orare cum excommunicato priuatim in Eccleſia non eſt prohibitum, nec peccatum mortale, ſed veniale, & quare. pag.78. num.14

Orationes, quæ ſint faciendæ pro conſequendo Iubileo. pag. 16. num.17

Orationes factæ à communitate efficaciores ſunt, quam ſi fieret in particulari, & quare. pag.26.num.14

Orationes priuatæ, an proſint excommunicatis, & quomodo? pag.67. num.29

Originali peccato non correſpondet pœna temporalis, ſed culpa. pag.4. num.8

ORDO, ORDINANS, & ORDINATVS.

Ordo iuris dupliciter violari poteſt, ſubſtantialiter, & accidentaliter. pag.57. nu.5

Ordines recipiens extra Diœceſim ſine dimiſſorijs duas ſuſpenſiones incurret. pag.236. num.6

Ordines ſcienter recipiens ab Epiſcopo, carente iuriſdictione ſuſpenſionem incurret. pag.236. num.1

Ordines recipiens ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſorijs eſt ipſo facto ſuſpenſus ab Ordine malè ſuſcepto, & quare. pag. 236.num.5

Ordines recipiens ab Epiſcopo ſuſpenſo, vel excommunicato duas ſuſpenſiones incurret. pag.237. num. 7. & pagina 318.num.16

Ordines ſacros recipientes extra tempora ſunt ipſo facto ſuſpenſi. pag.237. num.14

Ordines duos ſacros in eodem die recipere eſt inhibitum. pag.237. num.16

Ordines recipiens, non ſeruatis interſtitijs ſine diſpenſatione peccat, ſed non eſt ſuſpenſus. pag.238. num. 19

Ordines furtiuè ſuſcipientes ſunt ipſo iure ſuſpenſi. pag. 238. num.22

Ordines ſuſcipiens excõmunicatus fit irregularis. p.238. n.23

Ordines ſacros coniugatus recipiens fit ipſo facto irregularis. pag.318. num. 15

Ordinem ſacrum adminiſtrans non ordinatus fit irregularis. pag.319. num.2

Ordinatus fraudulenter concelebrando Epiſcopo in actu ordinationis: An incurrat irregularitatem? pag.232.num.20

Ordinati ante legitimam ætatem ſuſpenſionem incurrunt. pag.237 num.9

Ordinati per ſaltum ſunt ipſo iure ſuſpenſi. pag.238. nu.20

Ordinati ſine vero titulo fraudulenter ſunt ipſo facto ſuſpẽſi. pag.238. num.24

Ordinatus infra annum tempore ſedis vacantis ſine diſpenſatione eſt ſuſpenſus. pag.238. n.35

Ordinatus per fraudem: An incurrat irregularitatem? & quomodo. pag.318. num.13

Ordinatus fraudulenter contra excommunicationem latam ab Epiſcopo excommunicatione incurrit etiam, ſi ſit Regularis, & incurrit irregularitatem, pag.318. num.14

OS, & OVA.

Os Inferni eſt ſicut puteus, & quomodo. pag.31. num. 17

Oua, & lacticinia in ieiunijs Iubilæi ſunt licita, ſicut in alijs ieiunijs per annum. pag.23. num.6

P A.

PAlatium, ſiuè domus Epiſcopi gaudet priuilegio immunitatis. pag.124.num.8

Par in parem non habet imperium. pag.163. num.8

Paralytici, & Apoplexi: An ſint irregulares? pag. 302. nu. 37

Participans cum excommunicato vitando in humanis peccat venialiter, & incurrit excommunicationem minorem. pag.52. nu.10. & pag.78. num. 5

Participans in Diuinis cum excommunicato vitando peccat mortaliter, & quare. pag.78. num. 6

Participans in crimine criminoſo incurrit eamdem excommunicationem maiorem. pag.79. num.19. & 20

Participare in crimine criminoſo, quid ſit. pag.230. nu.6

Patrocinari propriè, quid ſit. pag.202. num . 19

Pauperes, an teneantur facere Eleemoſynam pro conſequendo Iubilæo. & quomodo? pag.24. num.13

Participatio cum excommunicatis in humanis, in quibus caſibus non eſt inhibita. pag.79. num.19. & 20

P A P A.

Papa electus, & adoratus, quamuis conſecratus adhuc non ſit poteſt Indulgentias concedere. pag. 5. num.5

Papa concedere poteſt alijs etiam laicis facultatem concedendi Indulgentias. pag.6. num.5

Papa habet facultatem abſolutè ferendi cenſuras immediatè à Chriſto Domino. pag.45. num.5

Papa eligitur ab hominibus, & Chriſtus dat illi poteſtatem. pag.45. nu.5

Papa diſpenſare poteſt in omni iure Canonico, & quare. pagin.46. num.18

Papa poteſt cenſurarum effectus impedire, non autem alij Prælati inferiores. pag.48. num.16

Papa non eſt capax cenſurarum, & quare. pag. 54. num.24

Papa electus, & adoratus accipit poteſtatem Clauiũ à Chriſto Domino. pag. 112. num.14

Papa quare dicatur Sanctiſſimus. pag.150. num.5

Papa quare dictus ſit Dominus noſter. pag.150. num.7

Papa habet poteſtatem ſpiritualem ſuper omnes Reges, & Principes, & Imperatores, & quomodo. pag. 150. nu.7

Papa quare adoratur in terris ab hominibus, & quomodo. pag.150. num.9

Papa ſolummodò adoratur adoratione Duliæ cauſa honoris, & venerationis. pag.150.num.13

Papa quid ſit, & vndè dicatur. pag.151.num.17.& 18

Papa quare ipſemet mutat, & imponit ſibi nomen. pag. 151. num.22. & 25

Papa, qui primò mutauit ſibi nomen quis fuit, & quare hoc fecit. pag.151. num.24

Papa quare appellatur Summus Põtif. Romanus. p.151. n.31

Papa quare dicitur ſeruus ſeruorum Dei. pag 151. nu.33

Papa non habet ſuperiorem in terris. pag.162. nu.3

Papa, vt homo poteſt errare, non verò, vt Papa reduplicatiuè, & quare. pag.163. num.11

Papa ſi aliquando inciderit in amentiam quid ſit faciendum, pag.210. num.5

Papa viuente eligendus eſt aliquis tanquam eius curator, & quomodo. pag.210. num.5

Papa poteſt quandocumque voluerit facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cenæ alijs committere. pag.212.num.25

Papa de abſoluta poteſtate poteſt totam Eccleſiam interdicere, ſed hoc facere non debet ſine vrgentiſſima neceſſitate, & quare. pag.260.num.3

Papa pro quocumque crimine etiam veniale poteſt infligere irregularitatis pœnam. pag.290. nu.12

Papa ſolummodò diſpenſare poteſt in omni, & quacumque irregularitate. pag.340. num.2

Papa diſpenſare poteſt in irregularitatibus etiam ſine cauſa. pag.343. num.20

Papæ coronatio non eſt de eſſentia, ſed fit pro ſolemnitate. pag.112. num.14

Papæ nomen ſolummodò competit Romano Pontifici, & quare. pag.151. num.16

PAROCHVS, & PAROCHIA.

Parochus de iure ordinario non habet poteſtatem ferendi cenſuras, & quare. pag.46. num.13

Parochus etiam non Sacerdos poteſt abſoluere ab excommunicatione non reſeruata, & quare. pag.105.num.8
Parochus non prohibens Matrimonia clandeſtina ſuſpenſionem incurret. pag.238. num.7
Parochus irregularis poteſt licitè Matrimonijs aſſiſtere, quamuis non poſſit ſponſos benedicere ſolemniter.pagin. 295. num.21
Parochi, Archipresbyteri, & Archidiaconi: An poſſint excommunicare? pag.143. num.7
Parochi non ſunt Prælati propriè dicti. pag.27.nu.13
Patriarchæ, & Primares Eccleſiæ, qui dicuntur, & ſunt, & quare ità appellentur. pag.188. nu.23

P E.

Pedagium quid ſit, & vndè dicatur. pag.170. nu. 5
Penſio quid ſit, & quare ità dicta. pag.171.num.10
Perangaria quæ ſit, & quare ità dicatur. pag.171. nu.14
Perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ gaudent priuilegio fori, quæ ſint. pag.198. nu.15. & pag.139. nu.19
Perturbare quid ſignificet, & quid intelligatur in Canone Bullæ Cœnæ. pag.180. num. 8
Perſona inſignis quomodo abſolui poteſt ab Epiſcopo in foro conſcientiæ à caſibus Bullæ Cœnæ.pag.142.num.50

PECCATVM, & PECCANS.

Peccatum originale non punitur pœna temporalis in Purgatorio, & quare. pag.4. nu.8
Peccatum veniale quando eſt cauſa cenſuræ omitti non poteſt in Confeſſione. pag.102. num.8
Peccata reſeruata oblita in Confeſſione tempore Iubilæi remanent indirectè abſoluta. pag.19. num.17
Peccata, quæ impediunt exercitium Ordinum, quæ, & qualia ſint. pag.312. num.17
Peccans voluntariè, eò quod ſcit conceſſum eſſe Iubilæum, vt faciliter abſolutionem abſtineat: An grauius peccet? pag.16. num.9

PERCVSSIO, & PERCVTIENS.

Percuſſio Clerici grauis, & publica eſt reſeruata Summo Pōtifici. pag. 140. num.31
Percuſſio triplex grauis, leuis, & mediocris, & quæ ſint. pag. 141. num.37.38. & 39
Percuſſio Prælatorum quæcumque reſeruata eſt Summo Pontifici. pag.142. num.49
Percutiens ſeipſum Clericus ſuadente Diabolo, eſt excommunicatus. pag.137. num.9
Percutiens Clericum etiam illo conſentiente, eſt excommunicatus, & quare. pag. 138. num.10
percutiens Clericum pro ſua defenſione vitæ, vel honoris nō eſt excommunicatus. pag.139. nu. 21
Percutiens Clericum inaduertenter, vel ioci cauſa non incidit in excommunicationem. pag.139. num.23
percutiens Clericum cauſa correctionis talem habens poteſtatem non eſt excommunicatus. pag. 139. num.25
Percutiens Clericum carceratum animo cuſtodiendi, ne fugiat non eſt excommunicatus. pag.139. nu. 26
Percutiens Clericum inuentum in flagranti crimine, agendo turpia cum ſuis conſanguineis non eſt excommunicatus, & quare. pag.140. num.28
Percutiens Clericum, qui amiſerat priuilegium clericale non eſt excommunicatus. pag. 140. nu.30

PERICVLVM.

Periculum mortis, an diſtinguatur ab articulo mortis? pag. 202.num.21
Periculum mortis duplex vnum proximum, alterum remotum, & qualia ſint. pag.212. num.22
in Periculo, ſiuè mortis articulo quilibet ſacerdos poteſt abſoluere quoſcumque etiam à reſeruatis. pag. 212. nu.23

P I.

Pigmei ſtatura puſilli, an ſint capaces Ordinum, & poſſint licitè initiari? pag. 300. num.19
Piratæ qui ſint, & vndè dicantur. pag. 164. nu.2
Piratæ, vt tales ſint, & dicantur, quas conditiones debent habere. pagin. 165. numer. 3
Piratæ, & hoſtes, in quo differant. pag.165.num.3
Piratæ à latrunculis maritimi, in quo differant inter ſe. pag. 165. num.4
piratæ in mari pro delicto faciendo, ſed de facto nihil furantes: An ſint excommunicati. pag.166.nu.15
Piratæ deprædantes hæreticos ſiuè infideles, aut alios piratas: An ſint excommunicati? pag. 167. nu. 22
piratæ deprædantes Christianos in fluminibus, vel in terra: An ſint excommunicati? pag.167.nu.25
piratorum fautores, & defenſores, qui ſint, & dicantur. pag. 165. num.10

P O.

Pœna non remittitur ante remiſſam culpam, & quare. pagin. 28. num. 31
pœna ſpiritualis Purgatorij appellatur pœna damni. p.31.n.2
pœna damni carentiæ viſionis beatificæ: An ſit pœna maxima? pag 31.nu.4
pœna ignis Purgatorij eſt acerbiſſima, & quomodo. p.32.n.13
pœna frigoris, an ſit in Purgatorio? pag.32. num.14
pœna cruciatus Animarum Purgatorij, & damnatorum, in quo differant quò ad modum. pag.36. nu.29
pœna ignis Purgatorij minuitur quò ad extenſionem, & durationem, non quò ad intenſionem. pag.38.n.19
pœnæ non ſunt ampliandæ, ſed reſtringendæ. pag.56.nu.42
pœnitentia quomodo ſit iniungenda pœnitentibus à Confeſſario tempore Iubilæi. pag.25. nu.25
pœnitentiæ ſacramentales iniungendæ à Confeſſario ad præſens ſunt arbitrariæ, & quomodo. pag.25. num.26
Pontificis nomen, quare inſcribitur in principio Bullarum. pag.151. num.25
Pontificis tolerantiam non inducit priuilegium, & quare. pag.196. num.27
poteſtas ferendi cenſuras data eſt Eccleſiæ à Chriſto Domino. pag 45. num.1
poteſtas ordinaria, & delegata ferendi cenſuras, in quo differant. pag 46. num.15
portorium quid ſit, & quare ità dicatur. pag.171.num.11

P R Æ.

PRÆCIPIENS, PRÆCEPTVM, & PRÆDICATORES.

Præcipiens ſub excommunicatione, præcipit ſub culpa mortali, & quare. pag.52. num.12
præcipiens aliquod propter finem, præcipit media ad illum finem. pag.52. num.12
præcepta Eccleſiæ benignè ſunt interpretanda. pag 86.nu.1
præcepta quando, & quomodo imponi poſſunt de rebus indifferentibus. pag.217. num.16
præceptum de rebus indifferentibus obligare poteſt ratione finis vtilis, & neceſſarij. pag.217. nu.16
prædicationis actus non eſt Ordinis actus, ſed officij. pagin. 232. num.26

PRÆLATI, & PRÆLÀTVRA.

Prælati Religionis, an ſine alia approbatione Epiſcopi tempore Iubilæi poſſint audire Confeſſiones ſæcularium? pag. 20. num.32
prælati Religionum æquipatantur Parochis. pag.20. nu.32
prælati, an poſſint applicare pro alijs partem ſatisfactoriam ſuorum ſubditorum, illis nolentibus? pag.26. num.15
prælati, qui habent poteſtatem ferendi cenſuras, qui ſint. pagin.45. num. 7
prælati Religionum quomodo poſſint ferre cenſuras contra ſuos ſubditos. pag.45.num.11
prælati minores Conuentus vij non ſolent facultate iſta ferendi cenſuras erga ſubditos. pag.46.num.12
prælati Regularium vbique poſſunt excommunicare ſuos ſubditos. pag.63. num.15
prælati domorum, ſiuè Conuentuum: An poſſint excommunicare ſuos ſubditos? pag.62. num.5
prælati Regularium abſoluere poſſunt ſuos ſubditos à Papæ reſeruatis in foro conſcientiæ, ſicut Epiſcopus ab ex conceſſionibus? pag.140. num.35

Præla-

Digitized by Google

Prælati Regulatium poſſunt hanc facultatem committere alijs ſacerdotibus. pag.141. num. 36
Prælati qui ſint, & verè dicantur tales.pag.217. num.13
Prælati alij maiores, alij minores, & qui ſint, & dicantur tales. pag.218. nu.21
Prælati ſunt illi, qui habent iuriſdictionem in vtroque foro in ſuos ſubditos. pag.218. num.22
Prælati Eccleſiæ poſſunt interdicere ſuos ſubditos, & loca illis ſubiecta. pag.261. num.4
Prælatus non incidit in cenſuram ab ipſo latam.pag.47. n.23
Prælatus quomodo poteſt excommunicare perſonas particulares. pag.143. num.7
Prælatus, an poſſit obligare ſubditos ſub mortali in materia leui? pag.149. num.23
Prælatos, ſiue Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vexantes ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ. pag.186. nu.1
Prælatos eijcere ex ſuis terris, & non admittere, in quo differunt. pag.187. num.9
Prælatos, aliosque iudices Eccleſiaſticos impedientes à ſua iuriſdictione ſunt excommunicati. pag.200. nu.1
Prælatura collata excommunicato etiam occulto eſt ipſo iure nulla, & quare. pag.73. num.1.& 9
Prælaturæ, & beneficia vendi non poſſunt ſine labe ſimoniæ. pag.135. nu.25

PRÆSENTATIO, & PRÆSTANTIA.

Præſentatio iuris patronatus facta ab excommunicato eſt nulla, & quare. pag.76. num. 19
Præſtantia, collectæ, & taxæ, ſiue Tallia, quæ ſint. & quare ità dicta. pag. 171. num.13

PRI.

Prima ſedes à nemine iudicatur, & quare. pag.150. num.8
Prima tonſura non eſt Ordo, ſed principium Ordinis. pagin. 223.num.10
Prima tonſura, in qua ætate poſſint licitè Clerici initiari. pagin.237. num.10
Principes ſæculares quomodo purgare poſſunt ſuos ſubditos ab infamia contracta. pag. 312. nu.19
Priuatio viſionis beatificæ eſt Summum malum.pag.38. n.18
Priuilegia omnia abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ ſunt derogata per clauſulam eiuſdem Bullæ.pag.214.n.14
Priuilegia tantum valeot, quantum ſonant, & quare. pag.99. num.31
Priuilegium Principis amplè eſt interpretandum, & quare. pag.91. num.24

PRO.

Proditores non gaudentes priuilegio Eccleſiæ immunitatis, & quare. pag.124. nu.16
Proditoris filij, an ſint irregulares? pag.304. nu.23
Proceſſiones tempore Iubilæi: An ſint neceſſariæ, & quomodo? pag.16. num.17
Proceſſus Bullæ Cœnæ quotupliciter fieri poteſt, & quomodo. pag. 149. num.3
Proceſſus quid ſit, & quid ſub nomine ipſius veniat denotatum. pag.207. num.12
Proceſſare quid ſit, & ſignificet. pag. 207. num.11
Procurator, & Aduocatus in cauſis criminalibus, quando excuſantur ab irregularitate. pag.338. nu.36
Procuratores, & Aduocati contra aliquam perſonam in cauſa ſanguinis efficiuntur irregulares ſecuta morte profecuti. pag.337.num.35
Procuratores, & Aduocati non benè defendentes ſuum clientulum, ſi veniat condemnatus efficiuntur irregulares. pag.338. num.37
Profeſſio Religioſa tollit illegitimationem quò ad Ordines ſuſcipiendos. pag.343. num.8
Prohibere quid ſit, & vnde dicatur. pag. 190. nu.7
Propoſitio indefinita æquiualet vniuerſali. pag.223.num.9

PV.

Pueri, qui non ſunt capaces recipiendi ſacram communionem, vt conſequi poſſint Iubilæum debent petere commutationem communionis. pag.24. num. 22
Pueri poſt annos pubertatis, qui ſunt capaces peccati, ſunt etiam cenſurarum capaces. pag. 54. nu.17
Purgatorij veritas tenenda eſt de fide, & pluribus rationibus probari poteſt. pag.29. num.2
Purgatorij locus, & Limbus puerorum quomodo ſe habeãt, quo ad ſitum verſus Infernum. pag.30. nu.14
Purgatorij pœna duplex materialis, & ſpiritualis, idest damni, & cruciatus. pag.31. num.1
Purgatorij pœnæ ſunt acerbitas, & quæ. & quãtæ ſint. p.37. n.1
Purgatorij loca duo, communia, & ordinaria, & particularia, & quæ. pag.32. nu. 16
Purgatorij pœnæ non ſunt æternæ, neque vltra diem Iudicij, ſed temporales. pag.38. num.10
Purgatorij pœnæ ſunt inæquales, quò ad durationem ſecundum magis, aut minus iuxta peccatorum commiſſorum quantitates, & qualitates. pag.38. nu. 11
Purgatorij pœnæ, an minuentur quò ad gradus, vel quò ad durationem? pag.38. nu.16
Purgatorij ignis cruciat animas in quocumque loco ſint. pagin.39 num.20
Purgatorij pœnas quantum temporis eſſe durandas pro quacumque anima ibi deſtinata eſt nobis ignotum. p.38. n.11
Purgatorij pœna non eſt pro culpa, ſed pro reatu pœnæ ſoluendæ. pag.39. num.1
Purgatorij ignis quomodo cum ſit materialis cruciari poteſt animas ſpirituales ibi detentas, eſt diuerſitas opinionum. pag.34. num.3
Purgatorij pœnæ ſunt acerbiſſimæ, & non poſſunt à nobis plenè explicari, & intelligi. pag.37. n.2
Purgatorij animæ, an poſſint per Diuinam diſpenſationem exire ad tempus de loco illo? pag.39. num.18
Purgatorij animæ quomodo ſint certiſſimæ de futura gloria, & de ſtatu gratiæ ipſarum. pag.39. num.1

QVA.

Quadragenæ, & Carenæ Indulgentiarum, quæ ſint, & quomodo ſint intelligendæ. pag.5. nu.22
Qualitas ſupernaturalis eſſe non poteſt in igne materiali Inferni, vel Purgatorij. pag.36. num.20

QVI.

Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur. pag.25. n.23
Qui altari ſeruit de fructibus illius viuere poteſt licitè. pagina 136. nu.38
Qui ſint homines commorantes in Romana Curia, qui proteguntur in Canone à Pontifice Romano. pag. 182. nu.5
Qui ſint homines, qui dicuntur venientes ad Curiam, & protecti ſunt à Papa, ne offendi poſſint. pag. 182. num.6
Qui veniunt ad Curiam ratione recreationis, aut curioſitatis non proteguntur in Canone. pag.182. n.7
Qui dicuntur accedere Romam cauſa deuotionis. p.185. n.16
Quid intelligitur ſub nomine Apoſtolicæ Sedis in Bulla Cœnæ Domini. pag.181. num.8

RA.

Raptores bonorum naufragãtium in littore repertorum ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ. pag.168. n.1
Ratam actionem aliquam habere, quid ſignificet. p.187. n.14

RECVRRENTES, REGES.

Recurrentes ad Romanam Curiam, qui ſunt, & quomodo proteguntur in Canone Bullæ Cœnæ. pag.190. nu.10
Reges, & Imperatores quare, & quomodo adorantur ab hominibus in terris. pag. 150. num.13
Reges, & Reginæ interdici non poſſunt ab Epiſcopis, & quare. pag.263. num.27

REGVLARES.

Regulares, an tempore Iubilæi poſſint confiteri Confeſſario approbato à ſuo tantum Superiori? pag.20. nu.36
Regulares, an poſſint tempore Iubilæi confiteri extra Ordinem? pag.21. num.43

Regulares, an debeant facere Eleemoſynam pro conſequẽdo Iubilæo, & quomodo eam facere poſſint? pag.24. n.16
Regulares approbati in Confeſſarios poſſunt abſoluere ab omnibus excommunicationibus non reſeruatis. pag. 106. num. 13
Regulares ad inuicem ſe percutientes, à quibus abſolui poſſunt ab excommunicatione. pag. 142. nu.48
Regulares ſuſpendi non poſſunt ab Epiſcopo ordinario iure. pag.227. num.15
Regulares, an ſub nomine Clericorum comprehendantur, & quomodo. pag.227. num. 19
Regulares quando, & in quo caſu comprehenduntur in Edicto generali ſuſpenſionis. pag.227. num. 19
Regulares eiecti è Religione tanquam incorrigibiles intelliguntur ſuſpenſi ab Ordinibus ſacris, quibus ordinati fuerunt, in Religione exiſtentes. pag.250. nu.4
Regulares admittentes ad profeſſionem aliquem ante completum annum nouitiatus ſunt ſuſpenſi. pag.250. n.6
Regulares recipiẽtes ſactos Ordines ante profeſſionem ſunt ſuſpenſi ab Ordinibus receptis pag. 250. nu.8
Regulares recipientes Eccleſiarum ſæcularium adminiſtrationem ſine approbatione Apoſtolicę Sedis ſuſpenduntur. pag.250. num.10
Regulares vſurpantes decimas ſibi non debitas ſuſpenſionẽ incurrunt. pag.250. num.11
Regulares publicantes Indulgentias falſas propter lucrum ſuſpenſionem incurrunt. pag.251. num.16
Regulares introducentes mulieres intra clauſtrum Conuentuum ſunt excommunicati, & ſuſpenſi. pag.251. nu.18
Regulares coniungentes ſponſos, ipſoſque benedicentes ſine Parochi licentia ſuſpenſionis cenſuram incurrunt. pag. 251. num.19
Regulares alloquentes cum Monialibus, alijſque in Monaſterio exiſtentibus mortaliter peccant, & ſuſpenſionem ipſo facto incurrunt. pag.251. num.20
Regulares poſſunt quatuor vices in quolibet anno alloqui cum Monialibus conſanguineis in primo, & ſecundo gradu cum licentia Ordinarij loci. pag.252. nu. 22
Regulares ſuſpenſi in foro cõſcientiæ propter allocutionem cum Monialibus: An teneantur ſtatim officium, & vocem in electionibus renunciare? pag.252. num. 24
Regulares perturbantes ſe ipſos ad inuicem, ne aliquis ipſorum poſſit exercere liberè munus Sanctæ Inquiſitionis ſuſpenſionem incurrunt. pag.252. num.28
Regulares recipientes ad Ordinem aliquam perſonam propter lucrum incidunt in cenſuram ſuſpenſionis propter peccatum ſimoniæ. pag.253. num.35
Regulares poſſunt licitè celebrare feſta ſuorum Ordinum cum ſolemnitate tempore Interdicti, & quomodò. pagin. 263. num.29
Regulares quando tempore interdicti in eorum Conuentibus celebratur aliqua Miſſa in diebus feſtiuis tenentur illam audire. pag.273. nu.37
Regulares tempore interdicti poſſunt ſepeliri in loco ſacro ex conceſſione. pag.274. nu.4
Regulares non ſeruantes interdictum quando obſeruatur à Matrice excommunicationem incurrunt. pag.279. nu.19
Regulares, & Clerici tribus modis poſſunt violare interdictum. pag.279. num.20
Regulares, an poſſint eſſe cõſiliarij Principum? pag.306. n.15
Regulares in foro conſcientiæ diſpenſati eſſe poſſunt ab irregularitatibus occultis. pag.342. num.21
Regulares non ſeruantes ceſſationem à Diuinis quando obſeruatur à Matrice excommunicationem incurrunt. pag. 349. num.29
Regularium Prælati, an teneantur facere admonitiones cõſuetas ante ſententiam excommunicationis? pag.60. n.12
Regularium Prælati vbique excommunicari poſſunt ſuos ſubditos. pag.63. nu.15
Regularium nouitij, & tertiarij ſeruientes Conuentibus viuentes ſub obedientia Prælatorum gaudent priuilegio immunitatis. pagin. 138. numero 14
Regularium Prælati non moderantes exceſſus ſuorum ſubditorum contra Clementinam de Priuilegijs, ſuſpenſionem incurrunt. pag.251. num.13
Regularium Prælati poſſunt interdicere ſuos ſubditos, non autem locum, & quare. pag.261. num.8
Regularium Prælati poſſunt diſpenſare etiam in irregularitate homicidij voluntarij ſuorum ſubditorum in foro conſcientię. pag.342. nu.23

RELIGIO, & RELIGIOSI.

Religionis habitus dimiſſio qualis ſit, & dicatur. pag.109. n.17
Religioſi permittentes fœminas ingredi in eorum clauſtra ſunt excommunicati. pag. 129. num.21
Religioſi nomine, quid veniat. pag.138. num. 13
Religioſi legitimantur, quò ad Ordines ſuſcipiendos mediãte profeſſione ſolemni in Religione. pag.343. n.8
Religioſus percutiens ſe ipſum ſuadente Diabolo incidit in excommunicationem. pag.137. nu. 9
Religioſus conſentiens, vt ab altero percutiatur eſt excommunicandus. pag. 137. num.9
Religioſus biganius non amittit priuilegium Canonis, & quare. pag.138. num.13

REMIGANTES, REPRÆSALIA, RESCRIPTA, & RESTITVTIO.

Remigantes contra Chriſtianos propter metum flagellorum excuſantur ab excommunicatione pag.87. num.4. & pag. 178. num.26
Repræſalia quæ ſint, & dicantur. pag.110. num. 22
Reſcripta impetrata ab excommunicato ab Apoſtolica Sede ſunt nulla. pag.82. num.19
Reſtitutio delinquentis quando non gaudet immunitate Eccleſiæ quomodo ſit facienda. pag.125. num.23

R I.

Rixantes, & concertantes inter ſe pugnis non incidunt in excommunicatione duellantium. pag.132. nu.24

R O.

Romana Curia quæ ſit, & quid ſub eius nomine veniat ſignificatum in Canone Bullæ Cœnæ. pag.180. num.12. & pag. 190. num.9
Romana Curia quando dicitur eſſe in duobus locis, & quomodo. pag.180. num. 12
Romipeta, an aliquando poſſit eſſe infidelis? pag. 185. nu. 21
Romipeta in plus ſe habet, quam peregrinus. pag. 185. nu.14
Romipetæ, & peregrini qui dicuntur. pag.185. nu.14
Romipetam, ſeu peregrinum occidens, aut vulnerans in flagranti crimine excuſatur ab excommunicatione incurrenda. pag.186. nu.24
Romipetas, & peregrinos accedentes ad Curiam, & recedentes ab ea vulnerantes ſunt excommunicati, & quare. pag.183. num.1
Romipetas offendentes, quando poſſunt excuſari ab excommunicatione Canonis. pag.185. num. 22

S A.

SAnctorum communio, quæ ſit. pag. 25. num. 7
Sacrilegia Regularium, an & quando includitur ſub clauſura Conuentus? pag.127. num.9
Saraceni qui ſint, & vndè dicantur. pag.177. num. 15

S A C E R D O S.

Sacerdos iniuſtè excõmunicatus celebrans ſecretè ſine ſcandalo non efficitur irregularis. pag.58. num. 10
Sacerdos in Memento Miſſæ poteſt orare etiam pro excommunicato vitando. & quomodò. pag.63. num.32
Sacerdos adminiſtrans ſacramenta excommunicato vitando, quas pœnas incurret. pag.69. num.7
Sacerdos non approbatus, an poſſit abſoluere ab excommunicatione minori? pag.105. num.9
Sacerdos excommunicatus etiam occultus adminiſtrans Sacramentum aliquod ſine extrema neceſſitate ſit irregularis. pag.69. num. 10

Sacer-

Sacerdos relinquens ſacrificium Miſſæ incompletum ſuſpenſionem incurrit. pag.241. num.8
Sacerdos celebrans non recipiens ſacramentum ſub vtraque ſpecie ſuſpenſionem incurrit. pag.241.num.12
Sacerdos benedicens ſecundas nuptias ſcienter ſuſpenſionē incurret, & quare. pag. 241. num.13
Sacerdos in Miſſa repræſentat perſonā Chriſti. pag.291.n.20
Sacerdos debet eſſe Monogamus non bigamus, & quare. pag.207. num.2
Sacerdos celebrans, an poſſit occidere inuaſorem pro defenſione ſuæ vitæ ſine irregularitate? pag.331. nu.15
Sacerdos dicens illi, qui occidendus eſt à iuſtitia. *Aſcende gradum ſcalæ, ſiuè perge iter*, an efficiatur irregularis? pag. 334. num.9
Sacerdos Prælatus conſtituens iudicem criminalem, an incidat irregularitatem? pag.335. num. 14
Sacerdos quomodo reſpondere poteſt iudicibus petentibus, an delinquens ſit reus mortis? pag.335. num.16
Sacerdos ſuſpenſus à Diaconatu celebrans. an fiat irregularis? pag. 224. num.18
Sacerdos dans conſilium ſuo pœnitenti. vt fateatur veritatem delicti commiſſi, an incidat irregularitatem, ſi talis reus veniat condemnatus pro tali Confeſſione facta? pag. 336. num.19
Sacerdotes, qui adhortantur milites in bello ad fortiter dimicandum contra hoſtes. non efficiuntur irregulares. pagin.338. num.44

SACRAMENTA, & SACRAMENTALIA.

Sacramenta recepta ab excommunicato ſunt valida ſubſtāliter, ſed non quò ad effectum gratiæ, & quare. pag.68.n.4
Sacramenta adminiſtrata ab excommunicato ſunt valida. pag.69. num.11. & pag.101. num.2. & 4
Sacramenta adminiſtrata à Sacerdote irregulari ſunt valida. pag.295. num.23
Sacramentum Pœnitentiæ, an aliquando receptum ab excommunicato ſit validum? pag.68.nu.5.& 6
Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtratum ab excommunicato vitando eſt ſacrilegum, niſi in articulo mortis. pagin. 60. num.12
Sacramentum petens adminiſtrari à ſacerdote excommunicato tolerato non peccat. niſi eſſet vitandus. pag.69. num. 12. & 13
Sacramentalia quæ ſint, & quid ſub eorum nomine intelligatur. pag.271. num.24

S C.

Schiſmatici omnes ſunt excommunicati. pag.161.n.41
Schiſmatici, & Hæretici, in quo differant. pag.161. nu.41
Scientes, & non reuelantes incidūt in excommunicationem latam contra eos. pag.146. num.10
Scientia qualis requiritur in Clericis initiandis. pag.298.n.25
Scrima, Haſtiludium, & Ludus Troianus non ſunt duella, & quare. pag.132. nu.2
Scripturæ alterius partis litigantis quando, & quomodo ſint reſtituendæ, & reuelandæ, quando ſit lata excommunicatio. pag.145. num.26. & pag.146. n.3

S E.

Secreta habita ex conſilio, an quis teneatur reuelare quando lata eſſet excommunicatio contra ſcientes, & non reuelantes? pag.147. num.15
Seminarium Clericorum, & Hoſpitalia gaudent immunitate Eccleſiaſtica. pag.124. num.8
Senes, debiles, & infirmi non valentes ire Romam poſſunt abſolui ab Epiſcopis in caſibus Bullę Cœnæ in conſcientię foro. pag.212. nu.18
Sententia iudicialis ferēda eſt in proprio loco iuriſdictionis, non extra. pag.62. nu.13
Sententia indefinita æquiualet vniuerſali. pag.214.nu.22
Sententiæ executio latæ contra Clericos ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. pag.198. num.12
Sepulturam concedentes interdicto publico ſuſpenſionem, & excommunicationem incurrunt. pag.240. nu. 4
Sepultura Eccleſiaſtica quæ ſit. & quid ſub eius nomine veniat ſignificatum. pag.275. num.16
Sequeſtrantes prouentus Eccleſiaſticos per Curiam ſæcularem ſunt excommunicati. pag.202. nu.4
Sequeſtrum fieri non poteſt niſi ex auctoritate Iudicis proprij. pag.203. num.7
Sequeſtrare propriè quid ſit, pag.203. nu. 15
Serui, qui dicuntur, & an legitimè poſſint initiari ſacris Ordinibus? pag.305. num.3
Seruus ordinatus, conſentiente domino illius conſequitur libertatem, non autem non conſentiente domino. pagina 305. num.4. & 5
Seruus ordinatus Sacerdos ſine conſenſu domini ſui, quid facere debeat. pag.306. num.7

S I.

Simonia quid ſit, & vndè dicatur. pag.132. num.2
Simonia triplex Realis, Conuentionalis, & Mentalis, & quæ ſint. pag.133. num.6
Simonia Realis, quæ ſit. pag.133. num.10
Simonia realis requirit pactum conuentionale realiter factum. pag.133. num.10
Simonia Mentalis quæ, & qualis ſit. pag. 133. num.6
Simonia Mentalis nō ſubijcitur pœnis Eccleſiaſticis, & quare. pag.133. nom.7
Simonia conuentionalis quæ, & quot modis fieri poteſt, vt ſit talis. pag.133.num.8
Simonia ſine peccato eſſe non poteſt, & quare. pag.134.n.16
Simonia eſt ſacrilegium commiſſum contra res ſacras. pag. 134. nu. 18
Simonia ſupponit pactum ſaltem tacitum, & interpretatiuum. pag.136. num.34
Simonia publica eſt Summo Pontifici reſeruata. p.136. nu 31
Simoniæ peccatum, quam graue ſit. pag.133. num.4
Simoniæ peccatum quomodo, & quando committitur. pag. 133. num.5
Simoniæ peccatum non admittit materiæ paruitatem, & quare. pag. 133. nu.5
Simoniæ peccatum tribus modis fieri poteſt mediante manu, lingua. & obſequio. pag. 133. num. 11
Simoniæ peccati materia, quæ ſit. pag.134. num.18
Simoniæ mediatores etiam ſunt excommunicati ſicut principalis. pag.136. num.32
Simoniæ crimen propter Religionis ingreſſum quomodo cōmitti poteſt, & puniatur in iure. pag. 136. n.34
Simoniæ crimen, in quibus caſibus non committitur. pagina 136. nu.37
Simoniæ peccatum, in quo actu contrahitur. pag.135.nu.26
Simoniacè beneficia conferentes, quibus pœnis ſunt puniendi. pag.135. num. 29
Simoniacè recipientes Ordines ſunt excommunicati. pagin. 136. nu.31. & pag.135. nu. 28
Simoniaci quare ita ſint appellati. pag.132. num.3
Simoniaci in collatione Ordinum, quibus pœnis puniuntur in iure. pag.135. num.27
Simoniaci Clerici. an ſint ab Ordinibus ſuſpēſi. pag.245.n.45
Simonis Magi peccatum quale fuit, & quam graue. pagina 132. num.2

S O.

Sodomitici publici Clerici, an ſint ſuſpenſi ab Ordinibus ſacris. pag.244. num.39
Socius criminis, an teneatur reuelare, ne incidat in excommunicationem latam contra ſcientes, & non reuelantes furtum? pag.145. nu.26. & pag.147. nu. 14
Solemnitates concomitantes ſententiam excommunicationis, quæ, & quales ſint. pag. 61. nu.18

S P.

Spes, quæ differtur affligit animam. pag.31. num. 3
Spiritus non tranſeunt de extremo ad extremum, niſi per medium. pag.31. num. 16
Spirituales res tribus modis poſſunt conſiderari eſſentialiter, cauſaliter, & effectiuè. pag. 134. nu.19. 21. & 22

Spiri-

Spirituales res quomodo dicantur vendi ab hominibus. pag. 134. nu.19
Spirituales res habent triplicem connexionem antecedẽter, concomitanter, & effectiuè. pag.158 nu.22
Spiritualium rerum commutatio tripliciter fieri poteſt, In abſtracto, In concreto, & quò ad actum. pag.134.nu.2
Spurij illegitimi qui, & quotuplex ſint. pag.303. nu.8.9. & 10
Spurij, alij Adulterini, alij Inceſtuoſi, alij Sacrilegi, & qui ſint. pag.303. num.8.9. & 10

S T.

Statuta ordinare contra Eccleſiaſticam libertatem, quid ſit. pag.199. num.26
Statuta, ſeu Decreta contra Eccleſiaſticam libertatem, quæ, & quare ſint. pag.200. num.29
Statutum reſpicit territorium directè. pag.63.nu.17
Stipendium Miſſæ ratione laboris, ſinè Eleemoſynæ licitè recipi poteſt. pag.135. num.25
Stratarij publici non gaudent priuilegio immunitatis. pagin. 124. num.16

S V.

Suadente Diabolo quomodo intelligatur in Canone. pag.189. num.20
Suburbia, & continentia quæ ſint, & quæ intelligantur. pag. 259. num.30. & 31
Suburbia alterius territorij, à quo Epiſcopo cenſeantur interdicta. pag.259. num.33
Subtrahentes ſe ab obedientia Romani Pontificis ſunt excommunicati. pag. 161. num.42
Superiores Religionum poſſunt applicare Eleemoſynam pro ſubditis tempore Iubilæi. pag.24.nu.27
Superiores Religionum poſſunt abſoluere ſubditos ſuos ab omnibus reſeruatis in foro conſcientiæ, & hanc facultatem poſſunt alijs delegare. pag.140.nu.35. & 36
Supplicationes Sedis Apoſtolicæ, quæ dicantur. pag.173.n.5
Surdi, vel ſurdaſtri, an ſint irregulares? pag.301. n.24 & 25
Surripientes bona Eccleſiæ poſt mortem Epiſcopi cenſuram ſuſpenſionis incurrunt. pag.242. nu.18

S V F F R A G I A.

Suffragia tribus modis applicari poſſunt pro alijs, & quomodo. pag.25. nu.5
Suffragia fidelium applicantur pro viuis, & defunctis ex opere operantis. pag.25. num.6
Suffragia pro alijs fidelibus oblata, quomodo prodeſſe poſſunt etiam ipſis offerentibus. pag.26. num.9
Suffragia quò ad meritum proſunt ipſis offerentibus. pagina 26. nu.9
Suffragia quò ad ſatisfactionem proſunt illis, pro quibus applicantur. pag.26. num.10
Suffragia, quæ applicantur mediante filiatione conceſſa à Prælatis Religionum, quid illis proſint. pag.26. nu.12
Suffragia fidelium tres habent partes ſatisfactoriam, impetratoriam, & meritoriam, & quem effectum habeant. pag. 26. nu.13
Suffragia pro alijs offerens, quas conditiones habere debet. pag.26. num.18
Suffragia communia nomine Eccleſiæ habent effectum ex opere operato. pag.27. num.20
Suffragia applicari non poſſunt pro futuro tempore quò ad ſatisfactionem, & quare. pag.28. num.29
Suffragia Eccleſiæ communia, quæ ſint, & quomodo communicantur fidelibus. pag. 64. num.1
Suffragia Eccleſiæ communia ad tria reducuntur capita, & quæ. pag.64. num.4
Suffragia publica, & priuata, in quo differant. pag.64.n.5
Suffragia fidelium priuata, an proſint excommunicatis, & quomodo? pag.67. num.29
Suffragijs adinuicẽ fideles inter ſe adiuuare poſſunt, & quomodo. pag.25. num.4
Suffragij definitio, quæ ſit. pag.25. num.4
Suffragijs communibus Eccleſia duobus modis priuat excõmunicatos. pag. 64. num.6
Suffragium quid ſit iuxta etymologiam vocis. pag.25. n.3
Suffragium ſine intentione ſaltem virtualis offerentis nihil prodeſt alijs. pag.27. nu.22
Suffragium applicatum illi, qui non indiget, cui proderit. pag.27. num.26
Suffragium oblatum pro anima defuncti, quæ non eſt capax talis ſuffragij, conuertitur in vtilitatem ipſius operantis. pag.27. nu.28
Suffragiorum effectus confertur ſine cognitione, pro quibus offeruntur ſuffragia. pag.28. nu. 32

S V M M V S P O N T I F E X.

Summus Pontifex non eſt cenſurarum capax, & quare. pag. 54. num.24
Summus Pontifex, quare appellatur *Sanctiſſimus Dominus noſter*. pag.150. num.7
Summus Pontifex quare, & quomodo adoratur in terris ab hominibus. pag.150. num.9. & 13
Summus Pontifex quare appellatur Papa. pag.161. nu.15
Summus Pontifex dicitur à poſſe omnia facere. pag.151. n.19
Summus Pontifex electus, quare nomen ſuum mutat, ipſeque ſibi nomen imponat. pag.151. nu. 22

S V S P E N S I O.

Suſpenſio, & interdictum infliguntur propter culpam commiſſam. pag.52. num.19
Suſpenſio quid ſit, & vndè dicatur. pag.219. num.1
Suſpenſio quotupliciter ſumi poteſt. pag.219. nu.2
Suſpenſio quomodo differat ab alijs cenſuris, alijſque Eccleſiaſticis pœnis. pag. 220. num.10
Suſpenſio quatenus eſt cenſura quotuplex ſit. pag.220. nu.15
Suſpenſio duplex latæ ſententiæ, & ſententię ferendæ. pagin. 221. num.17
Suſpenſio duplex vna abſoluta, alia limitata, & quæ ſint. pag. 221. num.19
Suſpenſio, an ſine expreſſione materiæ ſit valida, & quem effectum habeat? pag.221. nu.20
Suſpenſio leuis, an pro peccato veniali imponi licitè poſſit? pag.222. nu.29
Suſpenſio ab officio quæ, & qualis ſit. pag.222. nu.2
Suſpenſio ab officio, & ordine non priuat quò ad habitum, ſed quò ad vſum. pag.223. num. 4
Suſpenſio ab Ordine, quid ſignificet. pag.223. nu.9
Suſpenſio ab Ordine ſacerdotali, quid comprehendat, & quę ſignificat. pag.223. num.14
Suſpenſio à celebratione Miſſæ, quæ includat, & ſuſpendat. pag.223. num. 15
Suſpenſio iuriſdictionis non ſuſpendit ab Ordine. pagin. 224. num.20
Suſpenſio modificata ab aliqua iuriſdictione, quomodo ſit intelligenda. pag.224. num.22
Suſpenſio à beneficio quo tempore durat, & quibus priuat ſuſpenſum. pag.224. nu.25
Suſpenſio ab Officio includit beneficium. pag.225. n.27
Suſpenſio à beneficio non includit officium. pag.225. nu.28
Suſpenſio duplex à Iure, & ab homine. pag. 226. num.8
Suſpenſio facienda eſt à ſuo legitimo Prælato, & non ab alio. pag.227. num.15
Suſpenſio, an aliquando imponi poſſit ſine culpa ſuſpenſi, ſed non ſine aliqua cauſa? pag.228. nu.26
Suſpenſio propriè dicta, quatenus eſt cenſura ſine culpa non eſt infligenda. pag.228. num.30
Suſpenſio ab homine quomodo infligi poteſt, & quare. pag. 229. num.25
Suſpenſio quando infligitur propter culpam, non requirit monitionem præuiam. pag.229. num. 36
Suſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ, quæ ſit, & quæ comprehendat. pag. 231. num.14
Suſpenſio, an ceſſet completa conditione, vel cauſa? pagin. 233. nu.31
Suſpenſio lata ab homine durante tempore pœnæ à nemine auferri poteſt niſi à Iudice, qui eam tulit. pagin.234. num.8

Digitized by Google

Suſpenſio reſeruata Papæ ſecreta diſpēſari poteſt ab Epiſcopo, publica autem ſolùm à Papa. pag. 237. nu. 12

SVSPENSIONIS.

Suſpenſionis definitio quæ, & eius explicatio. pag. 219. nu. 3
Suſpenſionis cenſura infligi poteſt vel propter culpam, vel propter contumaciam. pag. 221. nu. 18
Suſpenſionis cenſura, an infligi poſſit propter culpam aliorum? pag. 221. num. 23
Suſpenſionis cenſura, an propter peccatum veniale infligi poſſi.? pag. 221. nu. 26. & pag. 228. n. 31
Suſpenſionis cenſura eſt pœna grauior, quam excommunicatio minor. pag. 222. num. 28
Suſpenſionis tempore fructus beneficij beneficiarij ſuſpenſi, cui ſint applicandi. pag. 205. num. 32
Suſpenſionis cenſuræ cauſa efficiens, quæ. pag. 226. nu. 20
Suſpenſionis cenſuræ ferens quis debeat eſſe, & quas conditiones habere debet. pag. 226. num. 10
Suſpenſionis cenſuræ, qui poſſunt eſſe capaces. pag. 227. n. 14
Suſpenſionis cenſura, ſub qua verborum forma ſit infligenda. pag. 229. num. 32
Suſpenſionis ſententiæ tranſumptum dandum eſt ſuſpenſio infra menſem. pag. 229. nu. 38
Suſpenſionis ſententiæ forma communis, quæ. pag. 229. n. 39
Suſpenſionis cenſura, propter quem finem inferri debet. pag. 229. num. 40
Suſpenſionis cenſuram violantes quomodo peccent. pagina 230. num. 1
Suſpenſionis cenſura, in quo differat à cenſura excommunicationis. pag. 230. num. 4
Suſpenſionis cenſuram violantes, quas pœnas incurrunt. pagin. 230. num. 8
Suſpenſionis effectus, qui ſint. & quanto tempore duret. pagina 233. num. 29
Suſpenſionis cenſura, ad quæ loca, & perſonas ſe extendat. pag. 233. num. 33
Suſpenſionis cenſura tribus modis auferri poteſt, vel lapſu temporis, vel diſpenſatione, vel abſolutione. pag. 234. n. 4
Suſpenſionis tempus, quando incipit currere. pag. 234. nu. 9
Suſpenſionis cenſuræ ligatus poteſt etiam ligari alia cenſura ſuſpenſionis. pag. 234. num. 10
Suſpenſionis cenſura, an abſoluenda ſit ſub aliqua verborum forma determinata? pag. 235. nu. 14
Suſpēſionis abſolutio poteſt dari in ſcripto, & abſenti, etiam neſcienti, & inuito. pag. 235. num. 17
Suſpenſionis abſolutio generalis, ad quid valeat, & quem effectum habeat. pag. 235. num. 18
Suſpenſiones latæ in iure contra Clericos quæ, & quot ſint. pag. 239. à nu. 1. & infra.
Suſpenſiones latæ in Iure contra Epiſcopos, alioſque Prælatos maiores, quæ, & quot ſint. pag. 246. à nu. 1. & infra.
Suſpenſiones in Iure latæ contra Regulares, & Capitula, quæ? pag. 249. à num. 1. & infra.
Suſpenſionem incurrit Sacerdos coniungens, aut benedicens coniuges alterius Parochiæ. pag. 240. num. 6
Suſpenſiones abſolutè latæ a iuriſdictione quid ſignificent, & ſuſpendant. pag. 224. num. 20

SVSPENSVS.

Suſpenſus ab officio Clericali poteſt recipere ſacramenta, & alia non ſpectantia ad Ordinem. pag. 222. n. 5
Suſpenſus ab Ordine inferiori, & ſuſpenſus à ſuperioribus, nō tamen è contra. pag. 222. num. 5. & pag. 239. nu. 32
Suſpenſus à Prelatura non eſt ſuſpenſus à Vicariatu Conuentus. pag. 223. num. 6
Suſpenſus à Prælatura inferiori, & ſuſpenſus etiam à ſuperiori Prælatura, non tamen è contra. pag. 223. num. 8
Suſpenſus ab Ordine pontificali non eſt ſuſpenſus ab alijs ordinibus. pag. 223. num. 12. & 13
Suſpenſus à beneficio: An poſſit recipere fructus ad ſui ſuſtentationem? pag. 225. num. 29
Suſpenſus in Iure, an teneatur in foro conſcientiæ abſtinere ſe à tali munere ante declarationem? pag. 225. nu. 31
Suſpenſus ab Ordine faciens aquam Sanctam, aliaſque functiones ſacerdotales efficitur irregularis. pag. 231. num. 10
Suſpenſus in minoribus Ordinibus miniſtrans non fit irregularis, & quare. pag. 231. num. 13
Suſpenſus ab Ordine Epiſcopali, in quibus caſibus talē cenſuram violans efficiatur irregularis pag. 231. num. 16
Suſpenſus ab Ordine Epiſcopali non eſt ſuſpenſus à iuriſdictione. pag. 231. num. 18
Suſpenſus celebrans, ſiuè exercens Ordinem, à quo eſt ſuſpenſus fit irregularis. pag. 237. nu 9
Suſpenſi actiones, an ſint validæ? pag. 232. num. 27

SVSPENDENDI.

Suſpendendi poteſtas duplex, Ordinis, & iuridictionis. pag. 226. num. 4
Suſpendendi poteſtatem ordinariam, qui habeant. pag. 226. num. 4
Suſpendendi facultatem, an habeant Prælati minores Conuentus? pag. 226. num. 5

T A.

TAllia, ſeu taxa, ſeu collecta, quæ ſint, & quid ſignificēt. pag. 171. num. 13

T E.

Telonium quid ſit, & vndè dicatur. pag. 170. num. 7
Terminus vitæ hominum eſt mors. pag. 39. num. 4
Terminus reſtituendi incipit à die ſcientiæ excommunicationis latæ pag. 144. num. 14
Terminus reſtituendi non præſcribitur ad finiendum tempus, vel denunciandi. ſed ad ſollicitandum, ne vltra talem terminum retardetur. pag. 148. nu. 29. & pag. 88. nu. 16
Termini prolongatio reſtituendi conceſſa à parte excuſat ab excommunicatione incurrenda. pag. 144. nu. 18
Tertiarij, & Tertiariæ ſeruientes Monaſterijs viuentes ſub obedientia illorum Superiorum gaudent priuilegio Canonis. pag. 138. num. 14. & 15
Tertiarij, aut Tertiariæ viuentes in proprijs domibus non gaudent tali priuilegio. pag. 138. num. 16
Teſtes interrogari à Iudice quando, & quomodo teſtificari tenentur. pag. 148. num. 25
Teſtes deponentes contra hæreticos in tribunali Sancti Officij non efficiuntur irregulares, ſi tales hæretici veniant condemnati ad mortem. pag. 336. num. 23
Teſtis in cauſa ſanguinis, vel mortis efficitur irregularis, etiā ſi faciat proteſtationem. pag. 337. nu. 38
Teſtes, ſiuè virilia amputata, non tenentur Eunuchi ſecum ferre deſicata, vt puſſint celebrare, vt aliqui exiſtimant. pag. 299. num. 5
Teſtificantibus non eſt conceſſa proteſtatio, ſicut conceditur denunciantibus. pag. 337. nu. 33

T H.

Theſaurus Eccleſiæ quis, & qualis ſit, ex quibus conſtat. pagina 4. nu. 12
Theſaurus Eccleſiæ eſt copioſiſſimus, & quare. pag. 4. n. 13.

T O.

Tonſura prima, in qua ætate poteſt legitimè initiando conferri. pag. 237. num. 10
Tonſura prima nō eſt Ordo, ſed principium Ordinis, & quare. pag. 227. num. 10

T R.

Trahere Eccleſiaſticas perſonas ad poteſtatem ſæcularem, quid ſit. pag. 197. num 5
Tranſumptum Bullæ Cœnæ apud ſe habere, quid ſignificet. pag. 218. nu. 17
Tranſumptum Bullæ Cœnæ ſufficit, quod ſit in loco publico cuiuſcumque Conuentus affixum. pag 218. nu. 17
Tranſumpto Bullæ Cœnæ, quæ fides ſit præſtanda ab hominibus. pag. 218. num. 20
Tranſumptum interdicti dandum eſt cēſurato. pag. 264. n. 37
Triſtitia, & afflictio damnatorum, & Animarum Purgatorij, in quo differant. pag. 36. num. 29

Digitized by Google

Triſtitia, & afflictio graduum gloriæ non conſecutorum, in quo conſiſtit, & qualis ſit. pag.38.num.9
Triſtitia maxima cauſatur in animabus Purgatorij ex dilatione viſionis beatificæ. pag.38. num.9

T V.

Turcæ qui ſint, & quare ità appellentur. pag.177. num.16

V E.

VEctigal quid ſit, & vndè dicatur. pag.170. num.7
Verba hæreſis materialiter tantùm dicta, & non formaliter non inducunt excommunicationem. pag.52. n.17
Verba indifferentia ad conſilia, & præcepta non ſunt ſecundum ſe obligatoria, niſi aliud addatur. pag.217.nu.9
Verba imperatiua in lege ſunt obligatoria. pag.217. nu. 15
Verba indifferẽtia poſſunt eſſe obligatoria ratione finis præcepti. pag.217. num.16
Veſtes ſacræ quomodo vendi poſſunt. pag.135. num.25
Veſtes Pontificiæ pertinent potius ad dignitatem, quam ad Ordinem. pag.231.num. 19
Vexantes, morantes, & venientes ad Romanam Curiam, & ab ea recedentes malitiosè ſunt excommunicati. pagina 181. num.1
Venefici, & Magi, quando irregularitatem incurrunt. pagin. 321. num.9

V G.

Vgonotti hæretici qui ſint, & quare ità appellentur. pagina 158. nu.14

V I.

Viſio beatifica eſt ſummum bonum appetibile. pag.38.nu.8
Viſionis beatificæ priuatio eſt ſummum malum. pag.38.nu.8
Vitæ hominis terminus eſt mors. pag.39.num.4
Vim vi repellere licet cum moderamine &c. pag.47. num.24. & pag.139. num.21. & pag.330.num.1
Violatores immunitatis Eccleſiæ, & mandantes, & conſulentes, quibus pœnis puniuntur in iure. pagina 125. num. 19. & 20
Violare Monialium clauſura, quid ſit. pag.127. num.17
Violare clauſuram, & ingredi clauſuram pro eodem ſumuntur, & quare. pag.127. num.17
Vicarius Generalis facit vnum tribunal cum Epiſcopo, & poteſt abſoluere, ſicut Epiſcopus. pag.140. num.34
Victualia deferentibus infidelibus quomodo, & quando incidant in excommunicationem. pag.139. num.34
Victualia impedientes, ne ferantur ad vrbem ſunt excommunicati. pag.179. num.1
Victualia quæ ſint, & quid ſub eorum nomine intelligatur. pag.180.num.9
Vinum qui deguſtari non poſſunt, cuiuſmodi ſunt abſtemij: An poſſint celebrare? & quomodo. pag.301.num.33
Viſitatores recipientes munera ſunt ab officio ſuſpenſi, & quare. pag.243. num.26

V N.

Vnitas percuſſionem deſumitur ab obiecto. pag.55.nu.34

V O.

Voluntas Dei duplex antecedens, & conſequens. pag.32. n.6
Vota quomodo commutari poſſunt tempore Iubilæi, & quid de oblitis. pag.19. num. 30
Voluntariè diſtractus, an ſatisfaciat horas Canonicas? pag. 51. num.8

V S.

Vſurpare aliquam iuriſdictionem, quid ſit. pag. 203. nu.8

V T.

Vtenſilia quæ ſint, & quid ſub tali nomine veniat ſignificatum. pag.180.nu. 10

V V.

Vuiclephitæ hæretici qui ſint & vndè dicantur. pag.158. n. 10

V X.

Vxor, & vir excommunicati poſſunt ſimul communicare in humanis. pag.79. num.22
Vxorem ducere ab altero cognitam irregularitatem inducit, & quare. pag.309. num.30

Z

ZVingliani hæretici qui ſint, & quare ità dicti. pagin.158. num.12

F I N I S.

THEOLOGIÆ MORALIS PARS SECVNDA

IN QVA DE INDVLGENTIIS, Iubilæo, Suffragijs, Peniſq; Purgatorij, ac de Cenſuris alijſq; Pœnis Eccleſiaſticis Tractatus vtiliſſimi continentur, atq; explicantur.

PROOEMIVM.

MOralis Theologiæ, Prima parte iam peracta, in qua de Eccleſiæ nouæ legis Sacramentis tamquam de ſeptem columnis, in quibus ipſamet Eccleſia Sancta Dei militans eſt fundata, quibus quaſi ſeptem lucidiſſimis ſtellis, & gemmis prætioſiſſimis mirabiliter reſplendet: Hic eſt enim miſticus ille liber ſignatus intus,& foris ſigillis ſeptem; continens theſauros illos prætioſiſſimos infiniti valoris meritorum Chriſti Ieſu, Domini noſtri, ex cuius latere in cruce pendentis Sacramenta iſta emanauerunt, veluti ſeptem aquarum vberrimi fontes, quibus mediantibus animæ fidelium ſanctificantur, provt in Proęmio primæ partis noſtræ Theologiæ moralis plenius explicatum eſt.

Accedimus modo,ope Diuina fræti,imploratoque auxilio ipſius Dei, Deiparęq; Virginis, ac Seraphici Patriarchæ Franciſci interceſſione, quibus labores meos, hic, vbique, & ſemper libentiſſimè conſecrabo, ad ſecundam in ordine partem ipſius moralis Theologiæ pertractandam,in qua de Indulgentijs,& peccatorum remiſſionibus, (quæ à Summis Pontificibus virtute Clauium Regni Cęlorum, quæ à Chriſto Domino D. Petro, tamquam ipſius Chriſti Vicario in terris, cum pleniſſima poteſtate diſpenſandi theſauros ipſius Eccleſiæ, conſtantes meritorum ipſius Chriſti, Beatæque Virginis ac omnium Sanctorum pro ſalute fidelium,quando dixit illi:*Paſce oues meas:Ioan.21.n.18. Et tibi dabo claues Regni Cęlorum, vt quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in Cęlo: Matt.16.n.18.* traditæ fuerunt:ex quibus alijſque locis Euangelij eliciunt ſacri Theologi,tunc collatam fuiſſe Petro pleniſſimam poteſtatem regendi Dei Eccleſiam, remittendique fidelium peccata, non modò, quò ad culpas, verum etiam, quò ad pœnas peccatis debitas,etiam extra ſacramentalem confeſſionem,applicando merita,

Introductio.

Ioan c.21.

Matt c.16.

& ſatisfactiones Chriſti,& Sanctorum,virtute indulgentiarum pro pęnis luendis poſt abſolutionem culparum, quorum merita, & ſatisfactiones in theſauris ipſius Eccleſiæ conſeruantur, cuius Petrus, tamquam immediatus Chriſti Vicarius in terris factus fuit Paſtor, & Rector: quæ quidem auctoritas collata fuit illi in præmium ſuæ confeſſionis,quando dixit:*Tu es Chriſtus filius Dei viui;* quare dixit ei Dominus; *Beatus es Simon Bar-Iona,& propterea: Ego dico tibi,quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,tibique dabo Claues Regni Cęlorum, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in Cęlo.* Matt. 16. De quibus clauibus, quo ad Indulgentias concedendas in hoc primo in ordine tractatu dicturi ſumus.Deindè de Iubilęo,quod quandoque in pleniſſima forma à ſummis Pontificibus pro grauiſſimis cauſis concedi ſolet Chriſti fidelibus: Ità etiam de ſuffragijs, quibus ipſi fideles inter ſe ſuffragari poſſunt, quæ quidem ſuffragia, & indulgentiæ applicari quandoque poſſunt per modum ſuffragij pro Animabus fidelium defunctorum in Purgatorio exiſtentibus: vnde hac occaſione habita, etiam de Pęnis ipſius Purgatorij tractatum ſpecialem faciemus: Poſtmodum de Cenſuris,alijſque pęnis Eccleſiaſticis, quibus Eccleſia Dei militans etiam virtute clauium ligandi habet facultatem,vt talibus cenſuris, & pęnis præteriti peccatores reſipiſcant,& emendentur:vt ſuo loco videbitur.

Diuiſio tractatuũ huius ſecundæ partis.

Auctores, qui de Indulgentijs ſcripſerunt.

Diſputant autem Theologi omnes cum Magiſtro in 4.lib. ſent. D.20. & 21. de Indulgentijs:& D.Thom.cum Caiet.& Nugno in addit. 3.p.q.25. Summiſtæ omnes in Verbo Indulgentia: Canoniſtæ Tit. de Pęnit. & remiſ. tam in Decret. quam in Clement. & extrauag. Nauar. in Coment. ſ. in Leuit. ſeu de Indulgentijs:copioſiſſimè Pater Suarez tom.4. de pęnit. D.49. Bellarm. tom.3.lib.1.& 2. de Indulg.Filliuc.tom.1. tr.8.c.3.Valentia tom.4.D.7.q.20.Henriq.in ſum.lib.7. de Indulg.Tolet.lib.6.c.21. Bonac. de Sacr.D.6. Coninch.tom.2.D.12. alijque quamplurimi: Nos autem hoc ordine procedemus: Primò enim videndum eſt: quid,& quotuplex ſit Indulgentia: Secundò quis illam concedere poterit; Tertiò de cauſis,quæ requiruntur ad Indulgentias concedendas: Quartò de Forma ſeruanda in concedendis Indulgentijs: Quintò de ijs, quæ requiruntur in ſubiecto ad lucrandas indulgentias.Sextò An,& quando Indulgentiæ prodeſſe poterunt Animabus fidelium defunctorum,& Septimò de valore,& effectibus indulgentiarum, ac earum duratione, de quibus omnibus in ſequentibus capitulis ſpecialiter eſt dicendum.

Diuiſio capitulorum huius tractatus.

TRA-

TRACTATVS PRIMVS DE INDVLGENTIIS.

Quid, & Quotuplex ſit Indulgentia.

CAP. I.

1 *Etymologia Indulgentię.*

INdulgentiæ nomen, vt ab eius etymologia incipiamus, eſt nomen Latinum, deriuatum à verbo Indulgeo, quod propriè ſignificat, gratioſè, & liberaliter voluntati alicuius condeſcendere, & plus ęquo illi concedere, quapropter à ſcriptoribus latinis aliquandò accipitur in bonam partem, quatenus connotat lenitatem, & clementiam alicuius ſuperioris; Aliquandò autem accipitur in malam partem, quatenus connotat blandam, & pernicioſam permiſſionem contra ius debitum. Ex quo ſequitur Indulgentiam eſſe vocem æquiuocam; plura enim ſignificata ſub eadem voce continentur: Ne igitur in æquiuocis laboremus, oportet prius vocem iſtam in ſua ſignificata diſtinguere.

Indulgentia accipitur vel in bonam partem vel malam.

Indulgentiæ eſt vox æquiuoca.

2 *Prima ſignificatio nominis Indulgentiæ.*

Quapropter ſciendum eſt: Indulgentiæ nomen plura ſignificare poſſe: Primò enim accipi quandoq; ſolet, pro quadam lenitate, ſiue licentia, & facili permiſſione impunè agendi contra ius debitum, & ità accipitur in malam partem. Secundò ſignificare poteſt moderatam alicuius debiti, ſiuè pœnæ remiſſionem ex libertate, & benignitate concedentis, & ità accipitur in bonam partem, ſecundum illud Apoſt. 1. Cor. c. 7. dicentis: Hoc dico ſecundum indulgentiam, condeſcendens fragilitati veſtræ, & ità ſignificat gratiam, & diſpenſationem. Tertiò, vt plurimum ſignificat condonationem gratuitam alicuius delicti, qua Deus dicitur remittere, ſiue indulgere peccata hominum, ſecundum illud Iſaiæ: c. 61. *Prædicare indulgentiam, & remiſſionem*: Quartò tandem ſignificat condonationem, & remiſſionem pœnæ temporalis, quæ gratis relaxatur lucranti indulgentias; & in hoc ſenſu accipitur in hoc pręſenti noſtro tractatu: provt dicitur in c. quod autem de Pęnit. & remiſſ. Ità Suarez tom. 4. de Pęnit. D. 49. in princip. & Summiſtæ: in Verbo Indulgentia, & alij ſupra cit.

Secunda ſignificatio. *1. Corint. c. 7.* *Tertia Significatio.* *Iſaia c. 6.* *Quarta ſignificatio.* *Suarez. Summiſtæ.*

3 *Diffinitio Indulgentię.*

Indulgentia ergo in hac vltima ſignificatione accepta, ità poteſt diffiniri, ſecundum mentem Theologorum in 4. lib. Sent. D. 21. *Indulgentia eſt relaxatio pęnę temporalis debita pro peccatis actualibus, quò ad culpam remiſſis conceſſa homini exiſtenti in gratia, à Prælato facultatem habente per applicationem theſauri Eccleſię*: Ità colligitur ex doctrina Dom. Soti in 4. D. 21. q. 1. A. 2. & Suarez d. tom. 4. D. 50. ſect. 11. & Greg. de Valent. tom. 4. D. 7. q. 10. p. 1. & Nauar. in Comment. §. In leuit. de Iubilæo: not. 10. n. 12.

Soto. *Suarez. Valentia. Nauar.*

Explicatur diffinitio.

4 *Relaxatio.*

Dicitur itaque primo (*Indulgentia eſt relaxatio pęnæ*) quia per indulgentiam homo peccator ſoluitur à pœna, quam pro peccatis commiſſis luere debebat, vel in hac vita per pęnitentiam voluntariam, vel ſaltem in Purgatorio poſt mortem grauiſſimas pœnas, iuxta qualitatem, & quantitatem delictorum commiſſorum ſuſtinendo: Nam remiſſa culpa, non ſemper remittitur tota pœna temporalis, ſed remanet luenda, vel in hac vita, vel in pœnis Purgatorij, vſque ad vltimum quadrantem, niſi mediantibus indulgentijs, & piorum ſuffragijs Animæ ibi exiſtentes liberentur, provt nos diximus ſupra in p. p. noſtræ Theol. mor. tract. 6. de Pęnit. c. 4. n. 12. & melius infra explicabitur.

Remiſſa culpa non ſemper remittitur tota pęna.

5 *Pęnæ. Indulgentia non remittit culpas ſed pœnas.*

Dicitur etiam *Pęna* ad denotandum, per indulgentiam non remitti culpam mortalem, ſiuè venialem, ſed pęnam dictis peccatis debitam: Nam ſi per indulgentias remitterentur peccata, quò ad culpam, ſequeretur Indulgentiam eſſe Sacramentum, remittens peccata ex opere operato, quod non eſt admittendum, cùm Eccleſia non cognoſcat, niſi ſeptem Sacramenta, in quibus Indulgentia minimè eſt numerata.

6 *Indulgentia pęnæ & culpæ quid ſignificet.*

Quando autem in conceſſione aliquarum indulgentiarum, dicitur Indulgentia pęnæ, & culpæ, provt eſt illa in Clement. prima de Indulg. vbi dicitur: Concedimus Indulgentiam plenariam pęnę & culpæ: ſenſus eſt, quod per talem Indulgentiam conceditur facultas eligendi confeſſarium, qui abſolutionem Sacramentalem conferat à culpis commiſſis, non autem, quod per ipſam indulgentiam immediatè peccata, quò ad culpam dimittantur: Ità Suarez d. tom. 4. D. 50. ſect. 1. n. 11. Valent. tom. 4. D. 7. q. 10. p. 3. Em. Sà Verbo Indulgentia: Nauar. de Indulg. loc. ſupra cit.

Suarez. Valentia. Eman. Sà. Nauar.

7 *Pœnæ temporalis.*

Dicitur etiam *pęnę temporalis*, nam per indulgentias non remittitur æterna pœna, ſed temporalis, in qua commutata fuit pęna ęterna per remiſſionem mortalis culpæ virtute abſolutionis Sacramentalis, vel contritionis perfectæ, ſicuti plenius explicatum eſt à nobis ſupra in tract. 3. de Pęnit. c. 5. & 6. c. 4. loquendo de effectibus contritionis, & abſolutionis: in p. p. noſtræ Theolog. mor. & alibi.

8 *Debitæ peccatis actualibus.*

Dicitur etiam *debita pro peccatis actualibus*; Nam cum peccatum originale totaliter deletum ſit per gratiam baptiſmalem, non eſt amplius circa illud indulgendum: vndè per indulgentiam aufertur pęna

Originali peccato non correſpondet pęna ſenſus. Graffius.

temporalis, quæ luenda erat pro peccatis actualibus comiſſis,& abſolutis,quò ad culpam: Originali autem peccato non correſpondit pęna ſenſus,ſed damni,quæ conſiſtit in carentia Diuinæ viſionis, vt infrà explicabitur in tit. de Purgat. Ità Graff. de Indulgent. nu.31.

9 Iam remiſſis.

De culpa veniali non remiſſa nõ cõſequitur indulgentia.

Suarez. Viualdus.

Additur etiam, *iam remiſſis*, ad denotandum, per indulgentias non poſſe auferri pęnam, nondum ablata culpa, in qua fundatur pęna: ex quo ſequitur hominem iuſtum, ſi peccatum aliquod habeat veniale, nondum remiſſum,quo ad culpam, non poſſe remiſſionem pęnę illius culpę non remiſſę obtinere, donec tale peccatum,quò ad culpam deleatur,prout dicunt Suarez d.tom.4. D.52.ſect.2.nu.4. & Viuald. in Candel.aur.lib.5.de Indulg.p.2.q.8.

10 Conceſſa à Prælato. Homo extra gratiam non conſequitur Indulgentiã.

D. Thomas.

Dicitur *conceſſa homini exiſtenti in gratia*, quia ſi homo exiſtat in peccato mortali nullo modo indulgentiam temporalis pęnę conſequi poteſt: & Ratio huius eſt, quia homo exiſtens in culpa mortali indignus eſt huiuſmodi remiſſione, eò quia cum ſit Dei inimicus, dignuſque ęterna pęna, impoſſibile eſt in tali ſtatu remiſſionem pęnę temporalis per indulgentiam obtinere: Ità D. Thom. in addit. 3.p.q.27.

11 Tantùmodò Prælati poſſunt indulgentias concedere.

Ioan. c. 21.

Math. c. 16.

Additur etiam, *conceſſa à Prælato*, ad denotandum: Indulgentias, non à quolibet ſacerdote concedi poſſe, ſed ſolùm ab illo, qui poteſtatem habet illas concedendi, cuiuſmodi ſunt Prælati maiores Eccleſiæ virtute clauium theſauri ipſius Eccleſiæ, quæ Apoſtolo Petro, & ipſo mediante ſucceſſoribus ipſius à Chriſto Domino traditæ fuerunt, illis verbis: *Paſce oues meas, & tibi dabo claues Regni Cęlorum Ioan. 21. & Matt. c. 16.*

12 Per applicationem theſauri Eccleſiæ.

Theſaurus Eccleſiæ quid ſit.

Extra Vnigenitus de Pęnit. & remiſ.

Dicitur tandem *per applicationem theſauri Eccleſiæ*, quod dicitur ad inſinuandum: Eccleſiam concedere Chriſti fidelibus indulgentias ex theſauro ipſius, conſtante ex collectione meritorum Chriſti Beatæque Virginis omniumque Sanctorum: prout habetur ex extrauag. Vnigenitus; de Penit. & Remiſſ. vbi dicitur *Chriſtum Dominum per effuſionem ſui ſanguinis infiniti valoris, Eccleſiam militantem theſaurum acquiſiuiſſe, ad cuius theſauri cumulum, & adminiculum etiam præſtare merita Beatę Mariæ Virginis, aliorumq; ſanctorum:* opera enim & paſſiones ſanctorum, quatenus ſatiſfactoria erant, non omnia fuerunt illis neceſſaria, ergo, quod ſuperfluit remunerandum, repoſitum eſt in theſauro Eccleſiæ fidelibus diſpenſandum; & præcipuè ipſius Beatæ Virginis: Ipſa enim numquam, nec venialiter peccauit, & tamen maximè meruit, & perpeſſa eſt multos dolores: vndè omnis eius ſatisfactio meritoria reponi debuit in hoc theſauro.

Merita Chriſti & Sanctorum conſeruãtur in theſauro Eccleſiæ.

13 Theſaurus Reipublicæ qui reſeruatur pro neceſſitate ciuium.

Theſaurus Eccleſię, quibus conſtat.

Et quemadmodum in qualibet Republica ſeruatur theſaurus: hoc eſt multa pecuniarum copia ciuibus diſtribuenda, iuxta neceſſitatem Reipublicæ: Ità in acceptatione Dei conſeruatur theſaurus pro neceſſitatibus ſpiritualibus ipſius Eccleſiæ, cõſtans non ſolum ex infinitis meritis ipſius Chriſti Ieſu, qui datus eſt in ſanctificationem, & redemptionem pro multis: verum etiam ex ſanctorum ſatisfactionibus ipſis ſuperfluis, quibus ipſi, quo ad ſatisfactionem non indigebant, ideòque reponendæ erant in theſauro Eccleſię cuius diſtributio ad Eccleſiaſticos Paſtores ſpectat.

14 Theſaurus Eccleſiæ eſt copioſiſſimus.

Merita Chriſti infinita ſecũdum acceptationem diuinam.

Eſt autem copia huius theſauri abundantiſſima, & ſuper abundat quaſcumque pęnas hominibus debitas, eò quod tanta eſt pręſtantia, & excellentia ſanguinis Chriſti effuſi, vt vna ipſius guttula ſufficiat ad delenda omnia peccata, ac penas illis debitas: quapropter licèt abſorberentur ſanctorum ſatisfactiones, numquam tamen per indulgentias aſſumetur Chriſti Domini ſatisfactio, quam eſſe conſtat valoris infiniti, ſaltem ſecundum Diuinam acceptationem, ſecundum Scotum in 3. ſent. omniumque Theologorum, vnanimiter, dicentium: *Merita Chriſti fuiſſe, & eſſe infiniti valoris*. Ità Suarez tom. 4. de Pęnit. D. 49. ſect. 1. & D. 51. ſect. 1 Henriq. lib. 7. c. 2. num. 2. Regin. lib. 7. n. 98. Sanctarellus de Iub. c. 3. d. 3. Filliuc. tom. 1. tit. 8. c. 3. q. 4. & 8. & colligitur ex Trid. ſeſſ. 21. c. 9. & ſeſſ. 25. & hęc de quiditate Indulgentię.

Scotus.

Suarez. Henriquez. Reginaldus Sanctarellus. Filliucius. Concil. Trid.

15 Quotuplex ſit indulgentia.

Indulgentia duplex Plenaria, & non plenaria.

Indulgentia pleniſſima, an differat à plenaria.

Secundo videndum eſt: quotuplex ſit indulgentia, Ideò dicimus: Indulgentiam aliam eſſe Plenariam, aliam non plenariam: Indulgentia plenaria eſt, quãdo remittitur tota pęna temporalis, luenda, vel in aliquo certo genere: Illa dicitur remittere totam pęnam ſimpliciter, quę conceditur ſine additione illius particulę (de pęnitentijs iniunctis) quę non differt à plenariori, & pleniſſima: quę verba addi ſolent ad maiorem commendationem: idem tamen important, ſicuti eſt plenaria indulgentia ſimpliciter conceſſa: Ità Suarez d. tom. 4. D. 50. ſect. 4. nu. 5. & 7. Soto in 4. D. 21. q. 2. A. 1. & Corduba. q. 11. de Indulgentijs alijque communiter.

Suarez. Soto. Corduba.

16 Iubilęum in quo differt à plenaria indulgentia.

Toletus. Valentia. Graffius. Bonacina.

Ex quo ſequitur: etiam Iubilęum non differre, quo ad plenariam indulgentiam pleniorem, & pleniſſimam: idem enim valent, & appellantur, ita ſolummodò ampliationis gratia adduntur verba iſta non quod differant inter ſe. Iubilęum autem ſolum differt à plenaria, quod in Iubilęo concedi ſolet facultas commutandi vota, & abſoluendi à caſibus reſeruatis etiam Summo Pontifici: Ità Tolet. lib. 6. c. 24. num. 2. Valent. tom. 4. D. 7. q. 20. p. 3. Graff. in Appendic. lib. 12. c. 1. nu. 14. Bonac. tom. 1. D. 6. de Indulg. p. 2. q. 1. num. 5.

17 Indulgentia plenaria in certo genere quid ſit.

Illa autem dicitur: Remittere totam pęnam in certo gradu, ſeu genere, quæ conceditur cum additione illa (de pęnitentijs iniunctis) cum enim indulgentiæ tantum valeant, quantum ſonant, ſequitur Indulgẽtiam, ſimpliciter conceſſam ſine additione illa, prodeſſe ad dimittendam totam pęnam ſimpliciter: conceſſam verò cum additione illa (de pęnitentijs iniunctis) valere ad delendas pęnas tantum pęnitentiarum iniunctarum, & conſequenter remittere pęnas, non ſimpliciter, ſed in certo genere, prout explicatum eſt.

18 Indulgentia non plenaria.

Quatuor limitari ſolet.

Indulgentia temporalis, ſeu non plenaria dicitur illa, quæ non remittit totam pęnam luendam pro peccatis, ſed tantum, quantum à concedente in Bullis exprimitur: & talis Indulgentia quatuor modis concedi ſolet, ſecundum verba limitantia in conceſſione Indulgentiarum.

19 Prima limitatio.

Indulgentia tertiæ partis.

Prima itaque limitatio, eſt quandò dicitur conceditur Indulgentia tertiæ, ſiuè quartæ partis peccatorum commiſſorum: & tunc ſenſus eſt per talem indulgentiam concedi remiſſionem pęnę, quæ tertiæ, ſiue quartæ partis pro peccatis commiſſis debetur ſolui à peccatore in Purgatorio, iuxta taxationem factam ab ipſo Deo, cui ſoli cognitum eſt, quanta pęna cuilibet peccato mortali reſpondeat, cuius tertia, ſiuè quarta pars per talem indulgentiam condonatur.

Secunda limitatio.

20 Indulgentia centum annorum.

Secunda limitatio eſt, quo ad tempus e.g. mille, vel bis mille annorum, & tunc ſenſus eſt: Remitti per talem indulgentiam totam illam pęnam, quæ remitteretur, ſi homo ſecundum Canones pęnitentiales pęnitentiam egiſſet toto illo tempore, & conſequenter remitteretur etiam pęna Purgatorij illi tempori correſpondens.

21 Tertia limitatio.

Quarantena ſiue carena quid.

Tertia limitatio eſt, quando additur numerus quadragenæ, ſiuè quarantenæ, ſiuè carenæ, vel ſeptennæ, per quam formam ſignificatur duratio ſatisfactionis pęnitentialis, quæ in hac vita exhibenda eſſet pro

pecca-

Digitized by Google

peccatis, iuxta taxationem canonum, ſecũdum quos pro peccatis mortalibus grauioribus imponebantur ſeptem anni penitentię, & talis penitentia dicebatur ſepcenna, ſiué ſeptennis penitentia, vt cuius pęnitens tenebatur ſingulis ſextis ferijs ieiunare totieſque recitare Pſalmos pęnitentiales, vel ter in qualibet hebdomada, vel alio modo, provt imponebatur à confeſſario, ſecundum quantitatem, & qualitatem delicti commiſſi.

Pęnitentia ſeptennis quid.

22 Carena quid erat.

Aliquandò etiam imponebatur quarantena, & erat ieiunium quadraginta dierum, & quidem ſi erat ieiunium commune, ita appellabatur: Si verò erat rigidius, vt in pane, & aqua, & cum ſeparatione à conſortio hominum, ſolis autem Dominicis diebus permittebatur comedere paucos piſciculos, & legumina cum modico vino: & talis pęnitentia tunc appellabatur Carena per Syncopen, quaſi quarantena, vel à carendo cibis, vel conſortio hominum dicebatur carena, provt colligitur ex Decreto Gratiani in fine Canonum penitentialium: Can. Accuſaſtis: D.50.& c.de ſponſa duorum de Accuſat. videatur Gloſſa ibi: & can. Presbyter. D.82. Ità Henriq. de Indulg. cap. 15. Sanctarellus de Iubil. c.15. d.10. Tolet. lib. 6. c.24. n.4. Filliuc. tom. 1. tit. 8. c.7. q.78. & 9. num. 190. & Bonac. tom. 1. D.6. q.1. p.2. n.1. de Indulg.

Quare dicebatur carena. Pęnitentiæ canonum pęnitentialiũ. Can. Accuſaſtis. Can. De ſpõſa duorum. Can. Presbyter. Henriquez. Sanctarellus. Toletus. Filliucius. Bonacina.

23 Senſus, & interpretatio dictarum indulgentiarũ.

Senſus ergo erat, quod per huiuſmodi Indulgentiam tollebantur talis pęna, quæ ſoluenda erat, vel eſſet in Purgatorio pro peccatis commiſſis, correſpondens ſatisfactioni, quam pęnitens facere debebat in hac vita, ſi tot annis pęnitentiam cum tot quarantenis, & carenis peractus fuiſſet, ità, vt quarantenæ debeantur computari inter tempus prædictorum annorum: Ità Doctores ſupra citati.

24 Quarta limitatio.

Quartus modus limitationis, eſt quando Indulgẽtiæ tot annorum, vel centum, vel mille adiungitur etiam remiſſio tertiæ, ſiue quartę partis peccatorum: & tunc eſt indulgentia quædam cōpoſita: vltra enim pęnam, quæ remittebatur, ſiue remitteretur tot annorum, etiam additur remiſſio tertiæ, ſiue quartæ partis; Ità vt remiſſio annorum tantum cadat ſuper alias duas, vel tertias partes remanentes peccatorum.

Indulgentia compoſita quæ.

25 Indulgentia plenaria, & tot annorum quomodo intelligitur.

Quando autem in aliquibus indulgentijs plenarijs reperiuntur conceſſi tot dies, vel quadragenæ indulgentiarum: Talis additio referenda eſt ad diuerſa tempora, vt ab vno Pontifice conceſſa ſit talis indulgentia, ſiue tales dies, vel quadragenæ, iam conceſſæ fuerant, & ab altero ſucceſſore poſtea conceſſa eſſet indulgentia plenaria: vnde in caſu, quando quis lucratus eſſet plenariam indulgentiam, & poſtea iterum in peccatum reincidiſſet, poterit iterum lucrari dies illos, ſiue annos, ſiue quadragenas additas, provt notauit, & aduertit Filliuc. d. tom. 1. tit. 8. c.7. n.188. citans Cordub. de Indulg. q. 11.

Filliucius. Cordubæ.

Dubitatio. 26

Supereſt tandem, ſoluendum dubium: quare olim conſuetum erat apponere particulam illam (De pęnitentijs iniunctis.)

Indulgentia de pęnitẽtijs iniũctis, quæ.

Reſpondetur; Appoſitã fuiſſe ad declarandos dies illos ſiue annos, qui concedebantur, non eſſe intelligendos de annis Purgatorij, ſed de annis Eccleſiaſticę pęnitentiæ impoſitæ: ideòq; quia in principio non ſatis conſtabat de illo ſenſu apponebatur illa forma cum tali additione: De Pęnitentijs iniunctis. Poſtea verò cępit omitti, creſcente vſu, & conceſſione indulgentiarum: vnde ad præſens conceduntur indulgentiæ tot annorum ſimpliciter, quia iam manifeſtè conſtat, de quibus annis fiat ſermo. Ita Nauar. in Comment. de Iubilęo notab. 11. n.9. Reginald. lib. 7. n.150. Bonac. D.6. p.2. nu.3. Filliuc. tom. 1. tit. 8. c.7. q.10. nu. 195. & alij.

Quare non additur amplius illa particula. Nauar. Reginaldus. Bonacina. Filliucius.

DE ILLIS, QVI INDVLGENTIAS concedere poſſunt.

CAP. II.

Cauſa efficiens principalis concedendi peccatorum remiſſiones, & Indulgentias eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui tanquam inſtrumentum coniunctum Diuinitati habet pleniſſimam poteſtatem excellentiæ dimittendi peccata hominum, non ſolum quoad culpas, verum etiam, quo ad pęnas illis debitas: Ipſe enim Dominus habet theſaurum infiniti valoris, repletum meritorum ſui prætioſiſſimi ſanguinis, effuſi in remiſſionem omnium peccatorum, cui data eſt poteſtas in Cęlo, & in terra aperiendi librum vitæ ſignatum ſigillis ſeptem intus, & foris. Quare poteſtas conferendi indulgentias eſt in ipſo Chriſto Domino Agno immaculato, qui tollit peccata mundi, & habet plenam poteſtatem dimittendi peccata hominum. 1

Cauſa efficiens principalis indulgentiæ eſt Deus.

Hanc autem poteſtatem ipſemet Dominus priuſquam tranſiſſet de hoc mundo ad Patrem, tradidit Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, deditque plenam poteſtatem Petro Apoſtolo ſuo Vicario in terris, & per ipſũ ſucceſſoribus eius concedendi indulgentias, quando dixit ei: *Paſce oues meas*: *Ioan.* 21. licet enim ipſe Dominus ſit principalis auctor beneficij, noluit tamen immediatè per ſe ipſum munus hoc exercere de lege ordinaria, ſed voluit facere medijs hominibus, quibus contulit facultatem ligandi, ſoluendique peccata, aperiendique credentibus Regnum Cęlorum. 2

Hæc poteſtas tradita eſt Petro, & ſucceſſoribus eius. Ioãnes c. 21.

Quapropter ſolummodo Summus Pontifex poteſt primariò concedere indulgentias: Alij verò Prælati, quatenus ipſis conceditur à Summo Pontifice: & Ratio huius eſt, quia Papa in terris eſt veluti fons omnis iuriſdictionis Eccleſiaſticæ: quapropter habet plenam auctoritatem concedendi indulgentias in vniuerſa Eccleſia, eò quod totam ſibi ſubiectam habet; tum quia facultas diſpenſandi bona publica ex theſauro Eccleſiæ conuenit ſupremo Principi, & vniuerſalis Eccleſiæ Rectori, qualis eſt Summus Pontifex, qui cuſtos eſt, & diſpenſator theſauri: Ipſi enim Pontifici dixit Dominus verba illa, *Paſce oues meas*, quibus verbis explicatur etiam conceſſio indulgentiarum, quarum fideles Chriſti indigent, prout dicunt communiter Theologi, & D. Tho. in addit. 3. p. q.26. Suarez D.49. ſect. 1. num. 13. Bellarm. lib. 1. de Indulg. c.55. Coninch. tom. 2. de Sacr. D.12. d.1. nu.8. Tolet. in ſumma lib. 6. c.25. num. 1. Filliuc. tom. 1. tit. 8. c.4. q.1. num. 80. 3

Papa ſolus poteſt primario indulgentias concedere. Ratio aſſertionis. Quoniã iſta facultas conceſſa fuit à Chriſto. D Thomas. Suarez. Bellarminius. Coninck. Toletus. Filliucius.

Ex quibus conſtat Concilium generale, quod dicitur Acęphalum: ideſt ſine capite ideſt Summo Pontifice, non habere poteſtatem concedendi indulgentias, quia nullibi conſtat, huiuſmodi facultatem collatam fuiſſe Concilio Generali abſque ſpeciali facultate Summi Pontificis: quamuis ſecundum opinionem probabiliorem plurimorum Theologorum exiſtimo: Concilium Generale, Sede Apoſtolica vacante, poſſe ex iure Diuino indulgentias concedere, quia tunc tale Concilium repræſentat totam Eccleſiam: provt dicunt Henriq. d. lib. 7. de Indulg. c.31. n.1. Nauar. in Com. de Indulg. Notab. 31. Filliuc. d. to. 1. tit. 8. c.4. q.3. n.84. & alij. 4

Concilium Acęphalum nõ poteſt indulgentias concedere. Conciliũ Generale ſede vacante poteſt. Henriquez. Nauar. Filliucius.

Hinc ſequitur: Summum Pontificem poſſe, ſi ità expedire iudicauerit facultatẽ hanc concedendi indulgentias alijs committere, & delegare, etiam ſi adhuc aliquis ex illis non ſit conſecratus: & Ratio huius eſt, quia indulgentiarum conceſſio eſt actus iuriſdictionis, non ordinis, & ideò electus Pontifex, 5

Papa electus licet non cõſecratus poteſt indulgẽtias concedere.

& adoratus poteſt , ipſo facto indulgentias concedere,provt dicunt Suarez d.tom.4. D.49.ſect.3. num.3. Regin.lib.7. n.114.& n.193. Filliuc.d.tit.8.c.3.nu.65. & Sylu. in Verbo Indulgen. nu. 13. & talem facultatem concedendi indulgentias poterit idem Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis delegare etiam laico:Nulla enim includitur repugnãtia in hoc;provt dicunt Bonac.tom.1.de Indulg.D.6.q.1.p.3.num.13. Filliuc.Suarez,cum alijs ſupra citatis.

Suarez. Reginaldus. Filliucius. Sylueſter.
Papa poteſt cõcedere laicis facultatẽ concedendi indulgentias.
Bonacina. Filliucius. Suarez.

6 Dico ſecundo Epiſcopos , alioſque Prælatos inferiores Summo Pontifici non habere primario Iure Diuino hanc facultatem concedendi indulgentias , ſed eam accipere à Summo Pontifice; & conſequenter tantum indulgentiæ concedere poſſe,quantum illis permiſſum fuerit à Summo Pontifice : ſicut enim mediante Papa accipiunt poteſtatem circa ſuos ſubditos,ità etiam accipiunt poteſtatem indulgentiarũ, & quemadmodum poteſt limitare poteſtatem , quò ad abſolutionem,& reſeruationem,ità etiam,quò ad indulgentias concedendas.

Epiſcopi quomodo poſſunt indulgentias concedere.

7 Quamobrem facultas concedendi indulgentias conceſſa eſt Epiſcopis cum limitatione, & reſtrictione ; vt patet in dedicatione , & conſecratione Eccleſiæ,in qua Epiſcopi concedunt Indulgentiam tantũ vnius anni,& in anniuerſario dedicationis , aut alias concedere poſſunt tantummodò indulgentiam quadraginta dierum , vt dicitur in Sacris Canonibus ; c. cum olim: & c.cum eo,de Pęnit. & remiſſ.

Facultas cõcedendi indulgentias conceſſa eſt Epiſcopis limitatiuè.
c.cum olim c.cum eo,de pęnit. & remiſſ.

8 Archiepiſcopi etiam eãdem facultatẽ habent:Verũ eſt tamen, quod Archiepiſcopi poſſunt concedere indulgentias per totam ſuam Prouinciã ſiue Archiepiſcopatum,etiam ſi non ſint in actu viſitationis;provt dicunt Corduba:de Indulg.q.14.Suarez,Bonac.& Filliuc. loc. ſupra cit. & colligitur ex c. A noſtro de Pęnit. & remiſſ. Quapropter ſi dicti Prælati plus concederint indulgentiæ,quam habent facultatem,& vltra limites,ſibi præſcriptos,Indulgentia non valeret, niſi ſecundum ſuam facultatem,quam habent.

Archiepiſcopus poteſt concedere in tota Prouincia.
Corduba. Suarez. Bonacina. Filliucius.
c. A noſtro: de Pęnit. & remiſſ.

9 Non poſſunt autem Epiſcopi,neque Archiepiſcopi indulgentias concedere pro defunctis, eò quod ipſorum facultas videtur reſtricta à Sede Apoſtolica, tantum ad ſubditos ipſorum Epiſcoporum,degentes in hac vita:Nam indulgentia,ex regula generali,non videtur pro defunctis conceſſa,niſi Summus Pontifex expreſsè hoc in Bullis conceſſerit,& explicauerit : Ità Bellarm.de Indulg.lib.1.c.11.Regin.lib.7. nu.114. & nu.193.Filliuc.d.tit.8. nu.89.& Nauar.in Com.de Indulg. Notab.22.n.4.& alij.

Non poſſunt cõcedere indulgentias pro defunctis.
Bellarminus. Reginaldus. Filliucius. Nauar.

10 Sic etiam dicimus : Epiſcopum electum, & confirmatum , quamuis adhuc conſecratus non ſit , poſſe indulgentiam ſecundum ſuam facultatem ſuis ſubditis concedere, ſicut ſupra diximus de Summo Pontifice electo , & non adhuc conſecrato : quia poteſtas concedendi indulgentias non pertinet ad ordinem , ſed ad iuriſdictionem,provt ſupra explicatum eſt.

Epiſcopus electus & nõ conſecratus poteſt indulgentiam cõcedere.

11 Sed hic occurrit vna difficultas , ſtatim ſoluenda : An Epiſcopus excommunicatus poſſet adhuc indulgentias concedere ?

An Epiſcopus excommunicatus poſſit indulgentias concedere.

Reſpondetur diſtinguendo : vel Epiſcopus eſt excommunicatus vitandus , vel non , ſi non eſt publicè declaratus nominatim , valida eſt conceſſio indulgentiæ ab ipſo conceſſa : & Ratio huius eſt , quia excommunicati non vitandi non adhuc carent ſua iuriſdictione in ſubditos , & ideo valida ſunt eius acta: ſecus autem, ſi eſſet declaratus excommunicatus , tunc enim non eſſet valida propter carentiam iuriſdictionis : ex quo enim eſt declaratus vitandus priuatur iuriſdictione in ſubditos, qua propter Indulgentias illis concedere non poteſt.

Si non eſt vitãdus poteſt. Ratio aſſertionis.
Si eſt vitandus non poteſt.

12 Ex quo ſequitur: Epiſcopum non peccare mortaliter , concedendo indulgentias etiam in ſtatu peccati mortalis : nam actus concedendi indulgentias non eſt actus ordinis,ſed iuriſdictionis:Ità Suarez tom.4. de Pęnit.D.55.ſect.3.nu.20. Em. Sà Verbo Indulgentia.n.16.Regin.lib.7.n.18.cum alijs multis.

Concedens indulgẽtiam contra gratiã non peccat.
Suarez. Eman.Sà. Reginaldus.

Secundo quæritur : An Epiſcopus poſſet delegare alicui , vt poſſit concedere indulgentiam ſecundum ſuam facultatem,quam habet ? 13

An poſſit Epiſcopus delegare facultatem concedendi indulgentias.

Reſpondetur affirmatiuè : & Ratio huius eſt, quia facultas concedendi indulgentias ſpectat ad Epiſcopos iure ordinario , iuxta reſtrictionem Sedis Apoſtolicæ, quæ poteſt alijs delegari : vt dicunt Graff.lib. 2.c.2.in Appendic.num.21. Bellarm. lib.1.de Indulg. c.11.& Cordub.q.12.de Indulg.propoſit.2.& alij.

Reſolutio eſt affirmatiua.
Graffius. Bellarminus. Corduba.

Verum eſt tamen , quod hæc poteſtas non poteſt ab Epiſcopo concedi laico, ſed clerico bene concedi poteſt , licet ordinatus non adhuc ſit , & Ratio huius eſt , quia laicus in Iure remouetur à muneribus Eccleſiaſticis , provt dicit Bonac. d.tom.1.de Sacr.d.6. de Indulg.q.1.p.4.n.12. 14

Non poteſt delegare laico, ſed Clerico poteſt.
Bonacina.

Quæritur tertio an Epiſcopus poſſit Regularibus exemptis indulgentias concedere? 15

An Epiſcopus poſſit Regularibus cõcedere Indulgentiam.

Reſpondetur etiam affirmatiuè : nam Regulares exempti in hac parte poſſunt ſe ſubijcere Epiſcopis , & frui gratijs ab ipſis conceſſis , eò quod exemptio Regularium non ſit ipſis conceſſa in damnum, ſed in fauorem:Ità Sanctarellus de Iubileo. c.3. d.2. lit.I. & Palud.in 4.D. 20.q.4.A.4.

Sanctarellus. Paludanus.

Quæritur quartò , an Epiſcopus ipſe poſſit frui indulgentijs , quas ipſe conceſſit pro ſuis ſubditis, faciendo opera ab ipſo perſcripta ? 16

An Epiſcopus poteſt lucrari indulgentiam à ſe conceſſã.

Reſpondetur etiam affirmatiuè : Epiſcopus enim non debet eſſe deterioris conditionis , quàm alij , & quamuis ſecundum probabiliorem ſentẽtiam Theologorum non poſſit ſibi indulgentiam immediatè concedere , poteſt tamen ſecum diſpenſare in opus perſcriptum , faciendo aliud opus pium loco illius operis ab ipſo perſcripti ad lucrandas indulgentias. Nam impoſitio talis operis dependet ab ipſius concedentis voluntate; ſicut ergo concedens poteſt cum alijs diſpenſare,aliud opus pium perſcribendo , ità & ſecum in hac parte poteſt diſpenſare , ſi voluerit . Ita D.Tho.in 4.D.20.q.5.A.5. q.4. Corduba lib.5. de Indulg.q.31.alijque communiter.

Non poteſt ſibi indulgẽtiam immediatè concedere.
D.Thomas. Corduba.
Concluſio.

Concludimus tandem. Neminem inferiorem Epiſcopo poſſe aliquo modo indulgentias concedere abſque Summi Pontificis,aut Epiſcopi facultate iuxta poteſtates ſuas : quod etiam intelligitur de Abbatibus inferioribus Epiſcopis , etiam ſi pontificalia in ſuis locis exerceant, niſi ipſi facta fuerit facultas ſpecialis concedendi aliquas indulgentias : provt dicit Filliuc.d.tit.8.q.6.nu.90.& colligitur ex c. Accedentibus de exceſſibus Prælat. 17

Non poſſunt cõcedere indulgentias niſi Pontifices.
Filliucius.
c.Accedentibus de exceſſ. prælat.

Neque capitulum Eccleſiæ cathedralis ſede vacante poteſt indulgentiam aliquam concedere, quia capitulum non ſuccedit in diſpenſando theſaurum Eccleſiæ pro indulgentijs concedendis , quia hoc reſeruatum eſt dignitati Epiſcopali: Ita Graff.in Appẽdic.lib 2.c.2.n.9.Henriq. lib.7. c.31. Sylu.verbo capitulum n.10.Suarez. d.tom.4.D.55.ſect.4.Bonac.D.6. q.1.de Indulg.p.3.n.23.& alij. 18

Capitulum ſede vacante non poteſt.
Graffius. Henriquez. Syluester. Suarez. Bonacina.

DE CAVSA FINALI PRO *Indulgentijs concedendis.*

CAP. III.

Locutis de cauſa efficienti Indulgentiæ, nempè de ijs , qui habent hanc facultatem concedendi indulgentias ex theſauro Eccleſiæ : Rectus doctrinæ 1

Finis concedendi Indulgentias.

petit

petit ordo, vt in hoc præſenti capitulo; tertio in ordine de cauſa finali concedendi indulgentiam tractemus; An videlicet requiratur aliqua cauſa propter quã moueatur Prælatus ad concedendas Indulgentias fidelibus, ad hoc, vt ſit valida?

2 *Requiritur cauſa pro cõcedenda indulgentia. Ratio aſſertionis.* Reſpondetur affirmatiuè: Indulgentia enim concedenda eſt à Prælato propter aliquam piam, & honeſtam cauſam Deo honorificam, ſiue pro Eccleſiæ vtilitate: & Ratio huius eſt, quia Pontifex nõ eſt Dominus abſolutè, ſed fidelis diſpenſator, & prudens diſtributor theſauri indulgentiarum: quapropter non debet, neque licite poteſt pro ſua voluntate rem ſibi commiſſam diſtribuere, ſed iuxta voluntatem domini rationabilem, provt communiter dicunt omnes ferè Theologi infra citandi,

3 *Intentio Chriſti circa theſaurum Eccleſiæ. Cauſæ concedendi indulgentias quæ ſint. c. Vnigenitus de Pœnit. & remiſſ. Innocentius III. c. cũ eo.* Intentio enim Chriſti Domini, ſanctorumque eius fuit, & eſt, vt theſaurus Eccleſiæ non diſpenſetur, niſi propter honorem Dei, & Eccleſiæ vtilitatem: ex quo ſequitur: Non poſſe Summum Pontificem niſi ob rationabilem cauſam indulgentias concedere, qualis cauſa eſt honor Dei, vtilitas Eccleſiæ, bonum commune, ſiue etiam particulare, ſiue priuata aliqua, & honeſta cauſa, provt colligitur ex ſacris Canonibus c. vnigenitus de Pœnit. & remiſſ. vbi dicitur *Theſaurũ indulgentiarum conceſſum fuiſſe Eccleſiæ a Chriſto Domino diſpenſandum per Summum Pontificem iuſtis, & rationabilibus cauſis*. Et Innocent. in c. cum eo, damnat indulgentias indiſcretas, quales cenſentur, quæ ſine cauſa conceduntur: Ita Suarez d. to. 4. D. 54. ſect. 1. Coninch. tom. 2. de Sacr. D. 12. d. 6. concl. 1. num. 30. Corduba lib. 5. de Indulg. q. 20. Filliuc. d. tit. 8. c. 5. nu. 105. Regin. lib. 7. c. 12. n. 26. Valent. tom. 4. D. 7. q. 20. *Suarez. Coninck. Corduba. Filliucius. Reginaldus. Valentia.*

4 *Concedens indulgentias ſine cauſa peccat. Ratio aſſertionis.* Quapropter dicunt Doctores ſupra citati, ex communi Theologorum conſenſu: concedentem indulgentiam ſine cauſa peccare mortaliter: & Ratio eſt, quia talis conceſſio pertinet ad diſpenſationem theſauri: Diſpenſare autem non eſt diſſipare, ſed iuſta de cauſa bona publica diſtribuere, provt dicit Apoſt. 1. Cor. c. 10. *Habentes poteſtatem in ædificationem, & non in deſtructionem* & c. 4. dicit *ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei: Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, nam fidelis debet eſſe ſeruus, & prudens, quem conſtituet dominus ſuper familiam ſuam*, prout ipſe Dominus dixit in Euang. Matt. c. 14. ſi ergo ſine cauſa theſaurum ſibi commiſſum diſpenſet, non eſſet fidelis diſpenſator, & prudens, & cum res ſit in materia graui à peccato mortali non excuſabitur, ſi ſecus fecerit: Ita Suarez, & Filliuc. cum alijs ſupra citatis. *1. Cor. c. 10. Matt. c. 14. Suarez. Filliucius.*

5 *An indulgẽtia conceſſa ſine cauſa ſit nulla. Affirmatiue reſpõdit Corduba.* Corduba autem lib. 5. de Indulg. q. 20. verſ. ſecunda pars exiſtimat: Prælatum concedentem indulgentias ſine cauſa, non ſolùm peccare mortaliter, verum etiam conceſſionem eſſe inualidam, quia cum Pontifex ſit tantummodò diſpenſator, & nõ dominus theſauri Eccleſiæ, facultas ipſius non amplius extenditur niſi ſecundum volũtatem Domini, & ideò dicit, quod concedens indulgentias abſque vlla iuſta cauſa, facit conceſſionem inualidam.

6 *Dubitatio.* Sed ſi quæras: An quando dubitatur: An Pontifex, quando conceſſit indulgentiam habuiſſet cauſam rationabilem concedendi indulgentiam exiſtimãdum ſit iuſtam habuiſſe cauſam?

7 *Præſumendũ eſt Prælatum habuiſſe iuſtam cauſam. Molina. Graſſius. Reginaldus. Suarez. Corduba. Iuſta cauſa quæ.* Reſpondetur affirmatiuè: Nam in facto Principis præſumenda eſt cauſa iuſta, ſaltem quando non vergit in præiudicium tertij, provt dicunt Molina lib. 1. de Primogenijs. n. 32. Graſſius lib. 2. c. 6. nu. 26. Regin. lib. 7. n. 134. Suarez D. 56. ſect. 3. n. 7. Corduba lib. 5. de Indulg. q. 22. & alij: Dicimus ergo iuſtam cauſam cõcedendi indulgentias eſſe honorem Dei, Eccleſiæ vtilitatem, bonum commune, ſiue particulare, & ideò in quocunque pio actu inueniri poſſe iuſtam cauſam ad concedendam indulgentiam.

Quapropter: valida cenſenda eſt indulgentiarum conceſſio facta à Summo Pontifice per quodcunque opus etiam leuiſſimum: v. g. ſi concedatur Indulgentia plenaria recitanti ſalutationem Angelicam, vel Dominicam, ſiue inuocantem nomen Ieſu. & Ratio huius eſt, quia Summus Pontifex in concedenda tali indulgentia iuſtam reſpexit cauſam, vel ad bonum ſubditorum, & Dei honorem, & indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, & conſuetudo ad præſens eſt etiam pro opere leuiſſimo indulgentias concedere, & conſuetudo de facili non eſt damnanda. 8 *Opus leuiſſimum pium ſufficit pro indulgentia concedenda. Conſuetudo de facili non eſt damnanda.*

Nam ſicut Deus ipſe per vnum breuiſſimum actũ contritionis pœnam, & culpam peccatorum omniũ, quantuncunque ingentium condonat: Ita etiam condonare poteſt reatum pœnæ temporalis per quemcunque actum bonum a ſuo Vicario præſcriptum ad conſequendam indulgentiam: Tum quia fruſtra concederentur Indulgentiæ, ſi ad ipſarum valorem, & conſequutionem neceſſarium eſſet pium opus æquiualens indulgentiæ, quæ cõceditur: I. à Valentia to. 4. D. 7. q. 20. p. 4. Em. Sa verbo Indulgentia, nu. 1. Bonac. tom. 1. de Sacr. D. 6. p. 4. nu. 5. quamuis Suarez & Filliuc. contrarium exiſtimare videantur. 9 *Valentia. Eman. Sa. Bonacina. Contrarium exiſtimant. Suarez & Filliuc.*

Imò addo: Poſſe aliquando Pontificem indulgentias abſolutè concedere, nullum opus requirendo, vt ſi defuncto optimè de Eccleſia merito indulgentiam concedat, vt alios hoc pacto trahat ad ſimilia merita, tunc enim exiſtimatur cauſa rationabilis pro indulgentia concedenda: quod etiam ipſemet Suarez D. 52. ſect. 4. n. 3. fatetur. 10 *An poſſit aliquando cõcedi abſque vllo opere? Suarez.*

Vltimò tandem: Quæritur: An Indulgentia concedi debeat ſub aliqua verborum forma præſcripta? 11 *An requiratur forma ad concedendas indulgẽtias? Reſolutio eſt negatiua. Ratio aſſertionis.*

Reſpondetur negatiuè: Indulgentiæ enim concedi ſolent, poſſunt concedi ab habente facultatem, quibuſcunque verbis indulgentiæ conceſſionem exprimentibus; vt ſi dicatur. *Concedo tibi indulgentiam*. & Ratio huius eſt, quia non eſt in Iure præſcripta, & determinata forma aliqua verborum ad concedendas indulgentias, provt dicunt Bonac. D. 6. p. 8. q. 1. n. 14. & Corduba. lib. 5. q. 38. & 39. ſed de hoc fuſius in ſequenti capitulo eſt dicendum. *Bonacina. Corduba.*

DE FORMA SERVANDA in concedendis Indulgentijs.

CAP. IV.

QVamuis ad concedendam indulgentiam, fidelibus Chriſtianis non teneantur Prælati vti certis verbis determinatis, vt ſupra tetigimus: cum enim Indulgentiæ non ſint Sacramenta, quæ confici debẽt ſub certa verborum forma, iuxta Chriſti Domini inſtitutionem. Requirunt tamen aliqua ſigna externa, ſiue per verba, ſiue per aliquod ſignum exterius exhibitum ad declarandam mentem concedentis, prout dicunt Suarez d. tom. 4. D. 56. ſect. 1. & Filliuc. d. tit. 8. q. 1. nu. 221. 1 *Indulgentia non requirũt formam verborum ſpecialem. Suarez. Filliucius.*

Notandum ergo, pro maiori notitia huius materiæ: Duplici modo, ſiue forma concedi poſſe Indulgentias à Summo Pontifice, vno modo concedendo ipſo facto, latam, vt quando Pontifex concedit indulgentiam plenariam alicui, ſiue alij eo ipſo, quod morte intercedente ex hac vita decedit in gratia: talis indulgentia dicitur lata, quia ex vi illius moriens abſoluitur a pœnis luendis pro peccatis commiſſis, hoc ipſo, quod in ſtatu gratiæ moriatur. 2 *Notandum. Indulgentia duplex lata, & ferenda. Indulgentia lata quæ.*

Alio modo, quando conceditur indulgentia ferenda: vt cum Pontifex concedit alicui, quod in articulo 3 *Indulgentia ferenda quæ.*

mortis

Diſcrimen inter vtramque Indulgentiam.

mortis abſolui poſſit à confeſſario à totâ pęna. Tunc ex vi conceſſionis huius, Pontifex non abſoluit immediatè, ſed concedit alteri, vt poſſit talem abſoluere, applicando indulgentiam conceſſam, & ita ferrè quodammodo indulgentiam: vnde quælibet dictarum indulgentiarum requirit diuerſam, & ſibi accõmodatam formam: quælibet enim habet diſtinctum effectum proximum: Nam vna dat immediatè ipſam remiſſionem; Altera verò licet immediatè det potestatem, actum verò, ſiue pęnæ remiſſionem dat mediatè, vt in indulgentia ferenda: quod prouenire non poteſt, niſi ex diuerſitate formæ: voluntate nimirum expreſſa aliquo ſigno externo: non tamen eſt neceſſe, vti verbis determinatis (vt dixi) ſed ſufficiunt litteræ, ſiue alia quæcunque ſigna externa.

Lata dat indulgentiam immediate ferenda verò mediate.

4 Indulgentia lata ſtatim conſequitur effectum. Indulgentia conditionata quæ.

Ex quo patet: formam indulgentiæ ipſo facto latę, non requirere nouam formam abſolutionis, quæ ab aliquo poſtea proferatur, ſed ipſamet conceſſio eſt quædam abſolutio, vel diſpenſatio theſauri Eccleſiæ: quando autem eſt conditionata, non ſtatim operatur, ſed quando adimpleta erit conditio: Nam indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant: Ita Suarez d.D.56.ſect.1.n.4.Filliuc.d.tit.8.c.9.n.220.

Suarez. Filliucius.

5 Indulgentia ferenda requirit applicationem.

Quantum verò ad ſecundum modum, quo conceditur indulgentia ferenda per applicationem miniſtri; Dicimus, quod vltra priorem conceſſionem factam à Pontifice, concedente, requiritur applicatio indulgentiæ per aliquam formam verborum à miniſtro prolatam: & Ratio huius eſt, quia per illam conceſſionem tantummodò fuit data poteſtas, non autem applicata, ergo opus erit alia applicatio, eò quod in caſu ſolum voluntas concedentis non eſt ſufficiens ſine applicatione.

Ratio aſſertionis.

6 Aliquorum ſententia: D. Thomæ D. Anton. Felini, & Syluestri. Auctoritate tibi cõceſſa, & mihi commiſſa.

Quapropter plurimi Doctores, vt D.Ant.1.p. ſum. tit.10.cap.3.& Felin.de Indulg.n.16.& Syluest.verbo Indulgentia:q.5.nu.5. cum alijs dicunt: Sacerdotem abſoluentem in forma abſolutionis, vti debere illis verbis. *Auctoritate Sedis Apoſtolicæ tibi cõceſſa, & mihi commiſſa concedo tibi talem, ac tantam indulgentiam.*

7 Non ſunt ſimpliciter neceſſaria. Abſoluo te cum intẽtione applicandi indulgentiam eſt ſufficiens.

Et quamuis hoc ſit valdè, & ſanum conſilium, & multum conueniens pro maiori ſecuritate: exiſtimo tamen verba illa particularia non eſſe ſimpliciter neceſſaria, ſed ſufficere poſſe verba abſolutionis Sacramentalis, dicendo: *Abſoluo te.* Vbi duplici intentione, altera faciendi Sacramentum, altera concedendi, & applicandi indulgentiam vtrumque efficiet: Nam ſicut ly verbum Abſoluo, de ſe eſt indifferens ad peccata, & ad cenſuras, & indulgentias, & ad alia, Ita dicendo confeſſarius, *Abſoluo te, ſeu Remitto tibi* cum intentione, ſaltem implicita, applicandi indulgentiã, quam poteſt, eſt ſufficiens ad vtrunque effectum; prout benè aduertit Suarez tom.4.de Pęnit.D.56. ſect.1. nu.6.Filliuc.d.tit.8.c.9.nu.222.

Suarez. Filliucius.

8 Abſoluens ſufficit habere intentionem concedendi indulgentiam quã poſſet.

Imò addo: Poſſe confeſſarium huiuſmodi indulgentiam concedere per verba abſolutionis Sacramentalis, etiam ſi nihil ſciat de priuilegio pęnitentis, neque ipſe pęnitens recordetur: Modo habeat intentionem ſaltem implicitam, non ſolam abſoluendi à culpa, verum etiam à pęna, quantum poteſt, & quocunque titulo id habeat: ſufficit enim abſolutio data cum tali intentione, ſaltem implicita, vt dixi: Ità Nauar.in com.de Indulg.Notab.30.n.12.Cordub. lib.5. q.38.& 39. Nugn. in addit. 3. p. q. 25. art.4. Bonac. tom.1.de Sacr.D.6.q.1.p.8.n.14.de Indulg. Suarez, & Filliuc.locis citatis.

Nauar. Corduba. Nugnus. Bonacina. Suarez. Filliucius.

9 Quæ verba requiruntur ad concedẽdam indulgentiam.

Quæritur autem modò: quænam forma requiritur ad declarandam voluntatem ſuperioris concedendi indulgentias?

Reſpondetur non ſufficere verba communia, & generalia: vt concedo tibi facultatem meam ad remittenda peccata; tunc enim non intelligitur de indulgentijs largiendis ex theſauro Eccleſiæ: Nam in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie veriſimiliter conceſſurus: prout dicitur in c.2.de Pęnit.in 6.vbi dicitur: *In Generali conceſſione iuriſdictionis, vel adminiſtrationis Eccleſiaſticæ non veniunt liberæ donationes niſi exprimatur*: Indulgentia autem habet rationem cuiuſdam donationis liberæ, ergo non comprehenditur in verbis generalibus: prout etiam dicitur in c.3.de officio Vicarij in 6.Ita Suarez d.tom.4.de Pęnit.D.56.cum alijs ſupra citatis.

In generali conceſſione nõ veniunt, & quæ non eſſet conceſſurus. Indulgentia habet rationem donationis liberę. c.3. de offic. Vicar. in 6. Suarez.

Si verò in forma dicatur à Pontifice: *Concedo tibi facultatem concedendi Indulgentias*: Intelligenda eſt talis facultas limitatè, prout habent Epiſcopi, concedendi tantum quadraginta dies indulgentiæ: Interpretanda eſt ergo talis facultas, iuxta eam, quam habent ordinarij Paſtores ſub Pontifice, vt ſupra dictum eſt: Non intelligitur ergo de plenarijs indulgentijs, niſi in forma conceſſionis expreſſe exprimantur, prout declaratum eſt in Regulis Cancellariæ: quod etiam probatur ex ſtylo Eccleſiæ Romanę, per quem habemus: Indulgentiam abſolute conceſſam alicui Eccleſiæ pro tali feſto ſingulis annis reſtringi ad 20. dies, aut 40. niſi aliter expreſſè in dicta forma exprimatur; prout dicit Suarez ſupra ex Reg. Cancellar.57. 10

Intelligentia ſimpliciter intelligitur limitatè.

Indulgentia plenaria debet eſſe expreſſa.

Regul. Cancellar. Suarez.

Sic etiam dicimus: Indulgentiam conceſſam alicui loco tali die, qui aliam eodem die habeat, nullam eſſe, ſi in impetratione poſterioris non fuit facta mẽtio prioris indulgentiæ: quod colligitur ex Reg. Cancell.58.Ita Nauar.in Com.de Indulg.not.9.num.8.& Filliuc.d.tit.8.c.9.q.4.n.227. 11

Duæ Indulgentiæ in eodẽ loco quomodo intelliguntur. Regula Cancellariæ. Nauar. Filliucius.

Vltimò tandem quæritur: quomodò intelligendum eſt illud commune, & vulgare dictum: *Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant?* 12

Indulgentiæ tantum valent, quantũ ſonant. Indulgentiæ vt valeãt tria requirũt Poteſtatem diſpoſitionẽ, & pietatem.

Reſpondetur ex communi ſententia Theologorum: Tria requiri ad veritatem indulgentiarum: Poteſtatem videlicet in concedente, Diſpoſitionem in recipiente, & Pietatem in cauſa finali: Concurrentibus igitur tribus iſtis conditionibus Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, & totum effectum conferunt eum, videlicet quem ex vi ſuæ ſignificationis promittunt: Suppoſitis enim conditionibus requiſitis conferunt infallibilem effectum, qui in forma exprimitur, ſecundum propriã ſignificationem verborum: Nam aliter eſſet deceptio in conceſſione indulgentiarum, quod non eſt dicendum: eſſet enim error intollerabilis contra pietatem, & dignitatem Eccleſiæ à Chriſto Domino virtute clauium traditam.

Suppoſitis tribus cõditionibus habẽt effectum infallibilem.

In particulari autem non poſſumus eſſe certi: An verè indulgentiam conceſſam lucrati ſimus propter aliquam circumſtantiam deficientem ex tribus ſupra dictis, vel propter indiſpoſitionem recipientis, quia non erat in ſtatu gratiæ, quæ neceſſaria eſt ad conſequendam indulgentiam, vt infra videbitur, vel quia non aderat cauſa, pro qua conceſſa fuerat indulgentia. 13

Quare non ſumus certi de Indulgẽtia acquiſita.

Verum eſt tamen, quod quando non conſtat expreſſè cauſam non fuiſſe legitimam, exiſtimandum eſt indulgentiam valere quãtum ſonat: ſemper enim preſumendum eſt ſuperioris factum legitimum, & validum: quod maximè locum habet in Summo Pontifice propter prudentiam, & ſanctitatem ipſius, & ſpeciale auxilium ipſi à Deo præſtitum: præcipuè cum omnes indulgentiæ concedantur cum aliquo reſpectu ad piam cauſam, quæ à Pontifice eſt examinanda: Ità Filliuc.d.tit.8.c.9.n.230.& alij. 14

Cauſę indulgentiæ à Põtifice ſunt examinandæ. Filliucius.

DE

DE IIS, QVAE REQVIRVNTVR in ſubiecto ad Indulgentias lucrandas.

CAP. V.

1 Introductio capituli.

EXplicatis, & declaratis cauſis requiſitis ad indulgentiam concedendam, opere pretium eſt, vt conſequenter de ſubiecto, qui indulgentiam eſt conſecuturus, quæ neceſſaria ſunt dicamus, talis enim doctrinæ petit ordo, vt poſt efficientem formalem, & finalem cauſam de ſubiecto conſecuturo indulgentiam tractemus, ne propter indiſpoſitionem, & incapacitatem ipſius Indulgentia conceſſa non habeat effectum.

Aſſertio Prima.

2 Indulgentia cōſecuturus debet eſſe in gratia. Ratio aſſertionis.

Quapropter dico primo: *Illum, qui conſecuturus eſt indulgentiam oportere eſſe in ſtatu gratiæ*: hoc eſt non habere conſcientiam peccati mortiferi, de quo non ſit legitimè abſolutus per ſacramentalem confeſſionem, vel ſaltem ſufficienter contritus: & Ratio huius eſt, quia non poteſt remitti pena peccatis debita, nōdum remiſſa culpa: Nam obligatio ad ęternam pęnam remanet in peccatore quandiu culpa mortalis in ipſo manet, eò quod peccator in tali ſtatu ſemper dignus eſt ęterna pęna: Ita Nauar. in Com. de Indulg. lib. 5. q. 23. Tolet. lib. 6. c. 27. n 2. Bonac. D. 6. de Indulg. q. 1. p. 5. nu. 4. (Nauar. Toletus. Bonacina.)

3 Limitatio. Sufficit eſſe in gratia per contritionē.

Verum eſt tamen: Non eſſe neceſſarium illum, qui lucraturus eſt indulgentiam, etiam plenariam debere eſſe in gratia per confeſſionem Sacramentalem, niſi quando de tali confeſſione præmittenda fiat ſpecialis mentio in conceſſione: Nam indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, iuxta intentionem ipſius Pontificis concedentis.

4 Exiſtens in gratia per cō tritionē capax eſt indulgentiæ.

Quapropter quando in Bullis non ſit explicata confeſſio, ſed ſimpliciter dicatur. Qui hoc, ſiue illud opus fuerit conſequatur talem, ac talem indulgentiam: tunc quicunque eſſet extra culpam mortalem, vel ſi talem culpam haberet, & perfectè de ipſa contritionis actum eliciat conſequitur dictam indulgentiam: cuius ratio eſt, quia exiſtens in gratia per contritionem indulgētiarum eſt capax, quando ſuperior concedens indulgentiam non fecit expreſſam mentionem de confeſſione præmittenda.

5 Quando in Bulla exprimitur confeſſio tūc eſt neceſſaria.

Si verò in Diplomate exprimatur confeſſio, vt ſi dicatur: *Contritis, & confeſſis concedatur talis indulgentia*, tunc non ſufficit ſuſceptorem ſimpliciter eſſe in gratia per contritionem, quia tunc neceſſariò præmittenda eſt Sacramentalis confeſſio, ſaltem ſi ſuſceptor indulgentiæ commiſit aliquod peccatum mortiferum poſt vltimam confeſſionem, de qua non ſit adhuc per Sacramentalem abſolutionem abſolutus; provt dicit Gloſſa in extra. c. vnigenitus de Penit. & remiſſ. Graff. de Indulg. c. 5. nu. 5. & Bonac. cum alijs ſupra citatis. & Ratio huius eſt, quia Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, cum ergo in Bulla conceſſionis exprimatur confeſſio Sacramentalis ad lucrandam indulgentiam, tunc in caſu ipſa Sacramentalis confeſſio eſt neceſſaria pro indulgentia conſequenda. (Gloſſa loc. Vnigenitus. Graffius. Bonacina.)

6 Exiſtens in gratia nō tenetur confiteri pro indulgentia.

Quod intelligendum eſt (vt dixi) quando ſuſceptor indulgentiæ commiſit aliquod peccatum mortale poſt vltimam ſuam confeſſionem: Nā ſi nullū crimen mortale poſt vltimam confeſſionem commiſiſſet: tunc ſecundum probabilioren ſententiam, ſuſceptor indulgentiæ non tenebitur confiteri de venialibus, ſiue de mortalibus, aliàs ritè abſolutis, etiam quod in Bulla dicatur, quod Indulgentia conceditur contritis, & confeſſis: Ità Nauar. de Indulg. notab. 17. nu. 2. Coninch. §. 12. d. 7. n. 38. Em. Sà verbo Indulgentia nu. 3. D. Ant. 1. p. tit. 20. c. 3. num. 5. & Bonac. D. 6. q. 1. de Indulg. p. 5. nu. 6. (Nauar. Coninck. Eman. Sà. D. Antonin. Bonacina.)

7 Limitatio. Communio quando eſt neceſſaria pro indulgentia.

Hoc tamen intellige: quando Summus Pontifex aliter non declaraſſet: Nam indulgentiarum conceſſio vim habet à voluntate concedentis, quæ tantum valent, quantum ſonant: quando autem ad conſequendam indulgentiam etiam requiratur communio, tunc talis Sacramentalis communio eſt omnino neceſſaria, cum ſit conditio ſine qua non.

8 An opera præſcripta debeat fieri in gratia. Reſolutio. Sufficit quod in vltimo inſtanti ſit in gratia.

Quæritur ſecundò. An opera, quæ ad indulgentiā conſequendam ſunt pręſcripta debeant fieri in gratia, ità vt omnia illa opera fiant in ſtatu gratiæ?

Reſpondetur negatiuè: ſufficit enim quod in gratia exiſtat, dum facit vltimum opus, quo poſito indulgentiam conſequitur: vndè ſi quis ieiunauerit, Eccleſiam viſitauerit, eleemoſinā fecerit in peccato mortali, dum tamen poſtea facit vltimum opus, communicando ſe in ſtatu gratiæ conſequitur indulgentiam, iuxta formam præſcriptam in Iubilæo: Ità Suarez D. 52. ſect. 2. n. 7. & ſect. 5. n. 8. Nauar. in Com. de Indulg. notab. 19. n. 17. & notab. 32. n. 47. Graſſius de Indulg. c. 4. n. 48. & Bonac. D. 6. q. 1. de Indulg. p. 5. n. 10. (Suarez. Nauar. Graffius. Bonacina.)

9 Aſſignatur ratio concluſionis.

Ratio autem huius eſt, quia cùm iſte talis perficiat opus vltimum præſcriptum in gratia cenſetur impleuiſſe conditiones, ſub quibus conceſſa fuit indulgentia; Tum quia Summus Pontifex nō requirit gratiam in operante opus ad indulgentiam conſequendam, niſi in vltimo inſtanti, in quo indulgentiam eſt conſecuturus: prout dicunt Suarez ſupra n. 9. Fillinc. tom. 1. tit. 8. de Indulg. cap. 6. q. 6. nu. 139. cum alijs ſupra citatis. (Suarez. Fillincius.)

10 Quæſtio tertia. Quid faciendum ſit pro conſequenda Indulgentia. Reſolutio.

Quæritur tertiò, quid opus ſit, aliquem facere pro conſequenda indulgentia?

Reſpondetur neceſsè eſſe, vt ille, qui indulgentiam conſequi cupiat præſtet fideliter, & integrè omnia, quæ præſcripta ſunt à Pontifice in conceſſione indulgentiæ: quapropter ſi opus præſcriptum non adimpleatur non obtinetur illa indulgentia: ſunt enim cōditiones, quibus non adimpletis non poteſt lucrari indulgētiam: Ita Henriq. in ſum. lib. 7. de indulg. c. 10. n. 3. Graff. de Indulg. c. 5. nu. 32. Corduba lib. 5. c. 23. & Toletus lib. 6. c. 22. n 2. & alij. (Henriquez. Graffius. Corduba. Toletus.)

11 Adoleſcens nō eximitur à ieiunio pro Iubilæo conſequendo. Niſi diſpenſetur à confeſſario.

Ex quo ſequitur primò: quod adoleſcens ante vigeſimum primum annum ætatis ſuæ ſi non faciat ieiunia in Iubilæo præſcripta non lucratur indulgentiā dicti Iubilæi, eò quod non adimpleuit omnia opera præſcripta, niſi quando à confeſſario commutata fuerint ieiunia in aliud opus pium, iuxta formam Bullæ dicti Iubilæi præſcriptam, quia Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant.

12 Quæcunque eleemoſyna ſufficit pro Iubilæo. Ratio aſſertionis.

Secundo ſequitur, quod: quando ad cōſequendam aliquam indulgentiam facienda eſt Eleemoſyna ſufficit, quod fiat dicta eleemoſyna in quacunque quantitate etiam minima cuicūque pauperi etiā in extrema neceſſitate exiſtēti, ſiuè non, & hoc ſiuè per ſe, ſiuè per interpoſitā perſonam: & Ratio huius eſt, quia Pōtifex non determinat (vt ſupponitur) quantitatem eleemoſynæ faciendæ, ſed ſimpliciter dicit (faciant eleemoſynam) quæ adimpletur in quacumque quantitate: Ità Suarez d. D. 52. ſect. 7. & ſect. 8. n. 5. & 6. (Suarez.)

13 Limitatio. Quando ponitur iuxta facultatē. Sanctarellus. Corduba. Suarez.

Secus autem eſſet, ſi in Diplomate diceretur: Iuxta cuiuſcunque facultatem, tunc enim maiorem eleemoſynam largiendam eſſe à diuitibus, quam à pauperibus, alioquin non adimplerent opus præſcriptū, ſiue conditionem ſub qua conceſſa fuit indulgentia: Ità Sanctarellus de Indulg. c. 5. d. 6. & Corduba lib. 5. de Indulg. q 29. quod etiam ipſe Suarez concedit.

Quæſtio quarta. 14 An materia leuis prætermiſſa impediat indulgentiam à

Quæritur quartò. An prætermittens leuem partem operis iniuncti conſequatur fructum indulgētiæ: e. g. vt ſi quis in die Ieiunij præſcripti aliquod modicum

eum deguſtaret, quod non ſit ſufficiẽs ad fractionem Ieiunij, vel aliquam partem orationis faciendæ, modicam omitteret?

Reſolutio.

15 Modica pars excuſat in quacunque materia.

Reſpondetur, quod: cum parum pro nihilo reputetur, & modica quantitas excuſet à peccato, etiam in rebus de præcepto, interpetranda eſt benignitas intentionis Pontificis; Nolle defraudare fideles de fructu indulgentiæ propter leue opus, non totaliter adimpletum, quando eſt modica quantitas, modo pars ſit leuis in ſe, & reſpectu operis iniuncti, & ideo exiſtimo, ſecundum probabiliorem ſententiam, quod in caſu indulgentia conſequatur, provt dicunt Bonac. D.6. de Indulg. q.1. p.5. n.21. Suarez D.52. ſect.1. n.3.

Bonacina. Suarez.

16 Limitatio.

Dixi autem (ſi ipſa res in ſe ſit leuis, reſpectu totius operis præſcripti, vt exemplificatum eſt ſupra) ſecus autem dicendum eſt, quando omittitur totum opus præſcriptum à Pontifice ad conſequendam indulgentiam, quamuis opus in ſe ſit minimum, & parui quãtitatis: e. g. ſi concẽſſa eſſet indulgentia cuique recitanti ſalutationẽ Angelicã, ſiue inuocanti nomen Ieſu poſt communionem, ſiue in articulo mortis, tunc omittens illam paruam orationem non haberet fructum indulgentiæ conceſſæ: nam licet res omiſſa in ſe ſit leuis, & parui momenti, eſt tamen totum opus præſcriptum à Pontifice, quod ad conſequendam indulgentiam, eſt conditio ſine qua non. Ita Suarez, cum Bonacina, & alijs ſupra citatis.

Omittens opus totũ minimum non conſequitur Indulgentiã. Suarez. Bonacina.

Quæſtio quinta.

Quæritur quinto. An quando pro conſequenda aliqua indulgentia viſitanda ſint quinque altaria, debeat lucraturus indulgentiam quinquies ſe ſurgere, & reſurgere, & genuflectere pro quolibet altari viſitando? An poſſit ex eodem loco dirigere intentionem ad viſitanda omnia quinque altaria, ſtando vel ſedendo, ſiue genuflexus in eodem loco Eccleſiæ?

17 De viſitatione quinque altarium.

Reſolutio.

18 Poſſunt viſitare in eodẽ loco Eccleſiæ ſine motu locali.

Reſpondetur non eſſe de neceſſitate pro conſequenda indulgentia ad ſingula altaria cũ motu corporis accedere, ſed poſſe dum exiſtit in eadem Eccleſia, & in eodem loco, orando verſus quinque altaria. Ita enim ſufficienter adimplet opus præſcriptum de viſitatione quinque altarium, & ideò indulgentiã conſequetur, provt dicunt Graffius de Indulg. c.5. nu. 54. Em. Sà verbo Indulg. nu.6. & Bonac. D.6. q.1. p.5. nu.25. de Indulg.

Graffius. Eman. Sà. Bonacina.

Quæſtio ſexta.

Quæritur ſextò. An vno, & eodẽ actu, ſiue eadem oratione conſequi poſſumus indulgentias, diuerſis vijs conceſſas: e.g. ſi quis habens diuerſa grana benedicta, in diuerſis benedictionibus, & in ſingulis conceſſæ ſint diuerſæ indulgentiæ recitanti ſalutationem Angelicã, ſiue Dominicã, An videlicet ſemel recitãs dictas orationes conſequatur omnes indulgentias, juxta numerum benedictionum, quas apud ſe habet?

19 An plures indulgentias conſequantur vnico opere.

Reſpondetur in hac quæſtione: Duas eſſe opiniones, vnam affirmatiuam, quam tuentur Cordub. lib. de Indulg. q.35. & Graffius d. c.5. nu.55. Em. Sà verbo Indulgentia nu.18. qui exiſtimant in caſu lucrari omnes illas indulgẽtias per illud opus ſemel exhibitum, & Ratio iſtorum eſt, quia ſimpliciter fit in illo actu, quod vnaquæque exigit, & non eſt magis ratio cur vna magis, quam alia obtineatur: Ità Henriq. lib.7. c.17. nu.5. Fauſtus de Iubilęo. lib.2. q.39. & Sanctarellus c.15. d.1. quæ opinio probabilitate non caret.

20 Prima opinio. Corduba. Graffius. Em. Sà. Ratio iſtius ſententiæ. Hẽriquez de Sancto Fauſto. Sanctarellus.

Verum eſt tamen, quod oppoſita opinio videtur probabilior, dicens: Non poſſe vno, & eodem actu obtineri plures indulgentias diuerſis vijs conceſſas: & Ratio huius eſt, quia non videtur talis fuiſſe intentio concedentis, ſed vt pro qualibet indulgentia conſequenda ſinguli actus, & ſingula opera præſtentur, cùm opus bonum pro conſequenda indulgentia, vt plurimum adiungi ſoleat pro iuſtitia, & cauſa indulgentiæ, qui finis non ita obtinetur, ſi vno opere exhibito plures indulgentias ſimilibus rebus promiſſas lucrari liceret: nam idem actus finitus, applicatus ad multa minor eſt in ſingulis: ergo ſic operans tantùm lucrabitur vnam indulgentiam, ad quam dirigat intentionem, vel ſi nullam determinauerit, ratione omnium ſimul eamdem quantitatem lucrabitur: Ità Suarez tom.4. de Pœnit. D.52. ſect.8. nu.10. Gabr. in 4. D.45. q.3. nu.3. Sanchez in Sum. lib.1. c.14. nu.8. Coninch. de Sacr. D.12. d. 9. nu. 42. Filliuc. tom.1. tit.8. c.6. q.14. n.168. Villalob. in Sum. tom.1. tit.26. Diffic. 19. nu. 2. Bonac. D.6. q.1. p.5. nu.29. Fraxinellus: de obligat. Sacerd. ſect.6. arg.6. ſequitur Diana: p. 5. tr.12. reſol.11.

21 Secunda ſententia negatiua. Ratio iſtius ſententiæ.

Actus finitus applicatus ad plura minuitur.

Auctores huius ſententiæ. Suarez. Gabriel. Sanchez. Coninch. Filliuc. Villalob. Bonacina. Fraxinellus. Diana.

22 Limitatio.

Verum eſt tamen, quod quando opus pro pluribus indulgentijs requiſitum determinato loco, & tempore adſtrictum fuerit, ità quod ſemel tantum fieri poſſet illud ſufficiet ad omnes indulgentias: e.g. ſi diuerſis vijs conceſſæ fuerint diuerſæ indulgentiæ, qui poſt communionem in certis Eccleſijs orauerit, vna communio ſufficiat ad illas conſequendas, ſi alia opera impleantur per actuum repetitionem: Ita Ioan. Præpoſit. in 3. p. q.14. de Indulg. d.10. nu.95. Iacob. de Granado: de ſacris controuerſ.12. tr.6. D.2. nu.8. Philip. à Cruce in theſaur. Eccl. tr. 1. §.12. nu.12. & Paulus Layman. lib.5. tr. 7. c.5. n.6.

Io. Præpoſit. Granado. Philippus à Cruce. Layman.

Quæſtio ſeptima.

Quæritur ſeptimo: An aliquis poſſet iterum, atque iterum lucrari indulgentiam conceſſam viſitantibus Eccleſiam alicuius ſancti, de quo celebratur ſolemnitas, ſi plures in eodem die dictã Eccleſiam viſitaret?

23 An eadẽ indulgẽtia plures conſequi poſſit.

Reſolutio.

Reſpondetur diſtinguendo, quod: quotieſcumque indulgentia conceſſa eſt indeterminatè, & quaſi perpetuo ſub hac forma: vid. quicumque viſitauerit talem Eccleſiam, vel altare conſequetur hanc, vel illam indulgentiam, tunc poteſt vnuſquiſque eam lucrari toties, quoties, ex quo ſequitur, quod qui ſæpius eodem die viſitet dictam Eccleſiam, toties indulgentiam illam conſequetur, quoties prudenter, & deuotè adeat Eccleſiam, ità vt dicatur verè illam viſitare: Ità Angelus verbo Indulgentia §.4. Roſella §.12. Nauar. de Indulg. notab.32. num.46. & 47. Ludouicus à Cruce in Bullam Cruc. D.1. c.8. d.13. num.10. Bonac. D.6. q.1. de Indulg. p.5. nu.32. Nugn. 3. p. tom.2. tr. de Bulla §.10. Villalob. in ſum. tr. 27. tom.1. caſu 8. nu.8. Rodriq. in Bulla Cruc. §.8. nu.15. ſequitur Diana 1. p. tr. 11. reſol.4 & p.5. reſol.45. tr.12. & Ratio iſtorum eſt, quia cum poſſet quis ſępius eodem die opus præſcriptum præſtare, ſequitur eodem die poſſe indulgẽtiam lucrari, & nouiſſimè hanc ſententiam tuetur Aegidius TrullencK in Bulla Cruc. lib.1. §.6. d.4. n.2.

24 Indulgentia abſolutè cõceſſa poteſt cõſequi pluries.

Auctores. Angelus. Roſella. Nauar. Ludouicus à Cruce. Bonacina. Nugnus. Villalobos. Rodriq. Diana. Ratio iſtorũ Doctorum. TrullencK.

Limitatio.

25 Hoc tamen intelligendum eſt dummodò iteratio viſitationum non cedat in irriſionem; & reuera cederet, ſi quis viſitaret eamdem Eccleſiam continuò ingrediendo, & egrediendo, quia tunc non videretur verè, & propriè dictam Eccleſiam viſitare, & non eſt veriſimile de prudentia Pontificis illo modo reiterandi viſitationem multiplicari indulgẽtias: Ità Nauar. ſupra n.36. Corduba lib.5. q.33. Tolet. lib.6. c.28. Filliuc. d. tr. 8. q.2. c.8. nu.197. Bonac. D.6. p.5. nu.32. Diana loc. cit. cum alijs.

Nauar. Corduba. Toletus. Filliucius. Bonac. Diana.

26 Si verò indulgentia conceſſa fuiſſet ad tempus determinatum, vt viſitantibus tali die, & hora, tunc ſemel tantum poterit illam indulgentiam lucrari, & Ratio huius eſt, quia breue tempus præſcribitur ad oſtendendum non poſſe ſępius eamdem indulgentiam obtinere: Ità Bonacina loc. ſupra citato; qui plurimos Doctores citat pro ſua ſententia concordat: Ludouicus à Cruce: in Bulla Cruc. D.1. c.8. d.13. n.10. cum alijs.

Indulgentia conceſſa limitate ſemel tantum conſequitur. Bonacina. Ludouicus à Cruce.

27 Ex quo ſequitur, quod, cum ſtationes Romæ ſignatæ concedantur in Bulla Cruciatæ viſitantibus quinque

De Indulgẽtijs ſtationũ.

que

Digitized by Google

que altaria certis determinatis diebus inde eſt, quod ſemel tantum poterit quis illas lucrari, niſi aliud expreſſum fuerit a Pontifice. Ita Ludouicus a Cruce, loco ſupra citato: quamuis Trullench in d. Bulla Cruciatę: loc. cit. contrarium ſentiat; putat enim ipſe indulgentias Stationum poſſe in die multoties lucrari, multiplicando viſitationes, vt ſupra, eo quod Bulla id non reſtringit nec limitat, ſed abſolutè eā cōcedit: vtraque opinio eſt probabilis, ſed prior videtur probabilior.

Ludouicus à Cruce. Opinio oppoſita Trullench. Concluſio.

28 Quæritur Octauo: An aliquis poſſit, vno, & eodem tempore diuerſis actionibus conſequi plures indulgentias? e. g. recitando officium, & ſimul audiens miſſam etiam de pręcepto eodem tempore, in quibus operibus conceſſę ſunt plures indulgētię cōpoſſibiles.

Queſtio octaua. An eodem tempore plures indulgentiæ conſequi poſſent.

29 Reſpondetur Affirmatiuè, quoties vnus actus non impedit alterum, ſed vtrumque ſimul ſubſiſtere poteſt. & Ratio huius eſt, quia ſicut aliquis poteſt tempore Miſſę in die feſto recitare preces, ad quas tenetur ratione voti, ſiuè pręcepti Regulę, ſiuè confeſſarij, ſiue alterius cuiuſcunque obligationis, & poteſt eodem tempore plures Miſſas audire ſimul in eadem Eccleſia, & omnibus obligationibus ſimul ſatisfacere, ſicuti nos plenius probauimus in tract. de ſatisfactione: c. 5. q. 9. n. 37. in p. p. Ita etiam poterit eodem tempore conſequi plures indulgentias pluribus actibus reſpondentes, ſi eodem tempore plures actus pręſtet: Dicitur enim pręſtare opera pręſcripta ad plures indulgentias conſequendas, quia ſicut ſe habet vnum opus ad vnam indulgentiam, ita duo ad duas, neque obſtat circumſtantia eiuſdem, vel diuerſi temporis, cum hęc ſit extrinſeca actibus qui pręſtantur: Ita Bonac. d. D. 6. q. 1. p. 5. n. 31. de Indulgentijs.

Reſolutio eſt affirmatiua. Ratio aſſertionis noſtrę. Tom. p. Theol. moral. de ſatisfact. c. 5. Temporis circumſtantia eſt extrinſeca. Bonacina.

DE INDVLGENTIIS PRO DEFVNCTIS.

CAP. VI.

1 QVoniam theſaurum Eccleſię ex Chriſti Domini meritis Sanctorumque conſtans, quantum eſt ex ſe ſufficiens eſt pro ſatisfactione pęnarum, quę pro peccatis commiſſis ab hominibus debentur, non modo pro viuentibus, ſed etiam pro defunctis in Purgatorio exiſtentibus ſi à Summo Pontifice legitimè diſpenſatum fuerit, quod diſpenſatur per applicationē, & conceſſionem indulgentiarum extra ſacramentum, & ſacrificium: Vndè Eccleſia militans ſuccurrere poteſt animabus fidelium defunctorum, in pœnis Purgatorijs exiſtentibus, quod hodie certiſſimum eſt ex communi conſenſu omnium Theologorum, & ex vſu antiquiſſimo, & traditione totius Eccleſię: pro vt refert Gabriel lect. 57. in Can. Miſſę: cum ergo Animę defunctorum, quæ ſunt in Purgatorio, iam ſint in termino, & ſtatu, in quo non poſſunt ampliùs mereri, ideò indigent ſuffragijs viatorum, & etiam Eccleſia ipſa poteſt illis indulgentiam concedere per modum ſuffragij.

Theſaurum Eccleſiæ. Quando diſpenſetur à Pontifice. Eccleſia quomodo concedit indulgentiam pro defunctis. Gabriel.

2 Quapropter indulgentię, quę conceduntur à Summo Pontifice ex theſauro Eccleſię, etiam plenarię pro animabus fidelium defunctorum proſunt illis per modum ſuffragij, non autem per modum abſolutionis iudicij, & auctoritatis. (Dixi à ſummo Pontifice) quia inferiores Prælati vt Epiſcopi, & alij non poſſunt indulgentias pro defunctis concedere; pro vt dicunt Innocentius: in c. quod autem de Pœnit. & remiſſ. Ita Suarez d. D. 55. ſect. 3. n. 9. Nauar. de Indulg. notab. 22. n. 4. Regin. lib. 7. n. 193. Tolet. lib. 6. c. 26. n. 1. Graff. de Indulg. c. 4. n. 75. & alij.

Indulgentiæ conceduntur defunctis per modum ſuffragij. Epiſcopi non poſſunt concedere indulgentiam pro defunctis. Innocen. III. Suarez. Nauar. Reginaldus. Toletus. Graffius.

3 Sed ſi quæras quare dicitur: Per modum ſuffragij, & non per modum iudicij, & abſolutionis.

Quid ſit per modum ſuffragij.

Reſpond. quia Eccleſia non poteſt animas in Purgatorio exiſtentes per modum iudicij abſoluere, eo quod non habet iudiciariam poteſtatem in animas in Purgatorio exiſtentes, cùm ſint extra forum Eccleſiæ: Tum quia, ſicut Eccleſia non poteſt amplius animas defunctorum directè ligare, ita neque poteſt per modum iudicij, & directè ſoluere: cuius ratio eſt, quia abſolutio iudicialis tantum dari poteſt in ſubditos: ſed animæ in Purgatorio non ſunt amplius ſubditæ Summo Pontifici in terris, quia Chriſtus Dominus tradens Petro poteſtatem ligandi, & ſoluendi, dixit: *Quodcunque ligaueris ſuper terram, non autem dixit, & ſub terram*, ergo non habet poteſtatem illos directè ſoluendi.

Animæ ſeparatæ ſunt extra forum Eccleſiæ. Quodcunque ligaueris ſuper terram non autem ſub terram.

Eſt autem Purgatorij locus verſus centrum terræ ſupra Infernum, vt ſuo loco videbitur, & ideo non habet Eccleſia auctoritatem animas illas ligandi, & ſoluendi, ſed ſolum reſpectu perſonarum, quæ ſunt viatrices in hac vita degētium, pro vt declaratur à Theologis, & colligitur ex illis verbis Domini: *Paſce oues meas*, in quibus tantum includuntur homines viatores, qui ſunt ſuper terram: Cùm ergo animæ in Purgatorio exiſtentes non ſint capaces indulgentiarum per modum abſolutionis, ſequitur tantùm modò eſſe capaces per modum ſuffragij: Non enim ſupereſt alius modus. 4

4 Locus Purgatorij eſt ſub terra. Animæ ſeparatæ quomodo ſint capaces indulgentiæ.

Et quamuis iſta conceſſio indulgentiæ non ſit abſolutio, eſt tamen legitima ſolutio, & ideò ſatis eſt, vt facta in terris rata habeatur in Cœlis: Sicut enim homo iuſtus poteſt ſatisfactionem ſuam per modum ſuffragij alteri applicare, ita & poteſt indulgentiam: ideſt ſatisfactionem Chriſti, & Sanctorum repoſitam in theſauro Eccleſiæ applicare defunctis, iuxta intentionem ipſius applicantis. Ita Tolet. lib. 6. c. 27. n. 1. Suarez D. 53. ſect. 1. n. 3. Nauar. de Indulg. notab. 22. n. 23. Valentia tom. 4. D. 7. q. 10. p. 1. Regin. lib. 7. n. 152. & n. 193. Filliuc. d. tr. 8. c. 8. n. 202. & Sanctarellus de Iubilæo c. 3. d. 6. 5

Toletus. Suarez. Nauar. Valentia. Reginaldus. Filliucius. Sanctarellus. quæſtio ſecunda.

Quæritur ſecundò: Quid ſit Indulgentia concedi per modum ſuffragij? 6

Quid ſit indulgentia concedi per modum ſuffragij.

Reſpond. Hoc triplici modo declarari ſolere à Theologis: Dicunt enim primò, quod: Indulgentia per modum ſuffragij, non eſt omnino infallibilis, ſed pendet ex libera acceptatione Dei: Ita Caiet. tom. 1. opuſ. tr. 6. q. 5. & 6.

Prima expoſitio. Caietanus.

Secundò Dicunt, indulgentiam per modum ſuffragij non concedere remiſſionem pœnarum directè, & immediatè animabus Purgatorij, ſed indirectè concedendo viuentibus, vt poſſint applicare defunctis indulgentias conceſſas per modum ſuffragij, quia ſuffragium eſt applicatio ſatisfactionis ex theſauro Eccleſiæ, applicando pro defunctis, vt à pœnis ſoluantur. Ita D. Thom. in 4. D. 45. q. 2. A. 2. 7

Secunda expoſitio. Suffragium quid. D. Thomas.

Tertius modus dicendi eſt: Per modum ſuffragij intelligi per modum auxilij, & adiutorij Eccleſiaſtici, ex theſauro Eccleſiæ illis applicato: Vnde vt ſic ſolum differt, quò ad modum cauſandi moraliter illum effectū remiſſionis pœnæ. Nam quando eſt per modum abſolutionis, qui eam concedit, immediatè remittit pœnam tanquam miniſter Chriſti, & iudex eius, locum tenens. Quando verò eſt ſolū per modum ſuffragij, concedens non remittit pœnam, ſed offert Deo pretium æquiualens vt ipſe Deus ſua benignitate, & clementia remittat pœnas illis debitas: Et iſte modus videtur rationabilior clariorque, magiſque rationi conſentaneus, quem amplectuntur, & ſequuntur Suarez D. 54. ſect. 3. n. 15. & Filliuc. d. tr. 8. q. 6. n. 20. & Bonac. D. 6. q. 1. p. 6. n. 6. de Indulg. 8

Tertia expoſitio. Differentia inter modum ſuffragij, & abſolutionis. Tertius modus amplectitur. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Ex quibus ſequitur, quod quando Summus Pontifex concedit indulgentiam pro animabus fidelium, non comprehenduntur Defuncti, quia nomine fidelium ſemper veniunt viuentes. Quapropter, quando indulgentia conceditur pro defunctis apponi debent 9

Indulgentia ſimpliciter conceſſa non intelligitur pro defunctis.

ver-

Digitized by Google

Debet fieri expreſſa mentio defunctorum. Ratio aſſertionis.

verba illa: Pro viuis,& defunctis: Vnde quando in forma conceſſionis indulgentiæ non exprimitur,vt applicari poſſet pro defunctis, non valet pro illis, & Ratio huius eſt, quia nemo poteſt lucrari pro alio indulgentiam, niſi id exprimatur in forma, ergo neque pro defunctis: Nam cùm tales animæ per ſe ipſas non poſſint facere opus, pro quo indulgentia conceditur, ſolum poſſint participes eſſe fructus mediantibus operibus viuentium: Indulgentiæ enim tantum valent, quantum ſonant, cùm pendeant ex intentione concedentis.Ità D.Thom. in 4. D. 45. Bonacina ſupra n. 7. & Filliuc. ſupra n. 201.

D.Thomas Bonacina Filliucius Quæſtio tertia.

10 An pro conſequenda indulgentia pro defunctis oporteat eſſe in gratia? Prima ſententia.

Quæritur tertiò. An qui vult indulgentias pro defunctis lucrari debeat eſſe in gratia quando facit opus præſcriptum pro indulgentia conſequenda? & ratio dubitandi eſt, quia cùm indulgentiæ applicentur defunctis per modum ſuffragij, ſuffragia autem piorum hominum præter Miſſæ ſacrificium ſolum habent effectum ex merito operantis, nam peccatores Deus non exaudit, ergo videtur, quod opera, facta à viuentibus pro conſequenda indulgentia pro defunctis oportet, quod ipſi ſint in gratia, ſaltem in vltimo inſtanti operis, pro conſequenda indulgentia. Ità videntur dicere Angel. in verb. Indulg. n. 21. & Cardinal.in clem.2.de Penit.& remiſſionibus.

Angelus Zabarella.

Secunda ſententia.

11 Non requiritur exiſtens in gratia ad conſequendam indulgentiam pro defunctis.

His tamen non obſtantibus abſolutè Reſpond. Negatiuè: Non enim neceſſe eſt,quod ille, qui facit opus præſcriptum ad lucrandam indulgentiam conceſſam pro defunctis,quod ipſe operans ſit in gratia: Quamuis enim exiſtens extra gratiam non poſſit ſuis operibus ſatisfacere, nec pro ſe, nec pro alijs, eo quod opera exiſtentis in peccato appellentur mortua: Nihilominus poterit indulgentiam conceſſam pro defunctis lucrari, quia tunc non dicitur ipſa ſatisfacere; ſed facere opus præſcriptum, quo poſito Summus Pontifex applicat defunctis indulgentiam ex theſauro Eccleſiæ, conſtante ex meritis Chriſti, atque Sanctorum: Nam indulgentia valorem habet ex opere operato, & non dependit à gratia illius, qui pro defunctis indulgentiam eſt lucraturus. Ità Suarez D.53. ſect.4.n.5.Tolet.lib.6.c.26.n.5.Cordub.lib. 5.q. 17. n. 3. & q.26. propoſit.7.Coninch.D.12. d. 7. n. 39.Henriq.d.lib.7.c.9.n. 6. Nauar. de Indulg. not. 17. n. 4. & not.19.n.6.Filliuc.d.tr.8.c.8.q.9.n.213.Graffius c.4.n. 21.de Indulg.& Bonac.D.6.q.1. p. 6.n. 11. de Indulg.

Suarez Toletus Corduba Coninch Henriq. Nauarrus Filliucius Graffius Bonacina Quæſitum quartum.

Quæritur quartò. An indulgentia poſſit pro alijs viuentibus applicari?

12 An indulgentia conſequi poſſit pro alio viuenti. Reſolutio

Reſpond.abſolutè loquendo. Non poſſe,niſi quando in Bullis ità conceſſerit Summus Pontifex, vt talis indulgentia poſſit pro alijs viuentibus applicari: Cum enim Summus Pontifex poteſtatem habeat concedendi huiuſmodi indulgentias, tam pro viuis, quam etiam pro defunctis nihil obſtat quo minus poſſint huiuſmodi indulgentiæ applicari alijs viatoribus,dum tamen ipſi ſint in gratia,ità concedente Summo Pontifice: Et hoc verum eſt etiam ſine notitia illius, cui applicantur, quia cum hic paſſiuè ſe habet, non eſt illius conſenſus neceſſarius, vel notitia, vt patet à ſimili de animabus Purgatorij: Ita Suarez D. 52. ſect. 7.num.6.& D.53.ſect. 4.num.10. Coninch D.12.d. 7. num.47.& alij.

Indulgentia conſequitur etiam ſine notitia recipientis. Suarez Coninch

Quæſitum quintum.

Quæritur quintò. Quantum pœnarum remittitur defuncto pro indulgentia conſecuta?

13 Quanta pœna remittitur defuncto pro indulgentia conſecuta.

Reſpond.Tantum illi prodeſſe, quantum prodeſſet accipienti, ſi eam pro ſe ipſo accepiſſet, quia Indulgentiæ tantum valent,quantum ſonant: Quapropter ſi indulgentia eſt plenaria, quæ accipitur pro defuncto, ſufficiens eſt ad remiſſionem totius pœnæ luendæ (modo Deus illam acceptet) ſi verò ſuit indulgentia tertiæ ſiuè quartæ partis peccatorum eodem met modo remittetur pœna facta pro portione:vt ſupra.

Quæritur ſextò. Quæ eſt cauſa quare plures indulgentiæ plenariæ pro vno defuncto ſæpè ſæpius applicantur à fidelibus, ſi vna plenaria indulgentia eſt ſufficiens ad liberandam animam illius defuncti? 14

Quæſitum ſextum. Quare accipiuntur plures plenariæ Indulgentiæ pro defunctis?

Reſpond.Non poſſe nos eſſe certos: An defunctus indulgentiam ſit conſecutus: Nam indulgentia applicata pro vna anima defuncti, applicatur per modum ſuffragij, & non abſolutionis, & ideò non ſemper habet infallibilem effectum, ſed liberum eſt Deo illam acceptare.Nam licèt Summus Pontifex cupiat defuncti Animam per indulgentiam plenariam ab omnibus pœnis liberare, offerendo ipſi Deo æquiualens ex theſauro Eccleſiæ. Tamen ſupremo Principi Deo liberum eſt indulgentiam pro defuncto acceptare, & fieri poteſt, vt illam non acceptet, vel ex defectu concedentis, eo quod non ſuit conceſſa ex cauſa rationabili, vel ex defectu accipientis indulgentiam pro defuncto, quia non adimpleuit benè opera præſcripta pro conſequenda indulgentia, vel propter aliquem alium defectum indulgentiam non conſequitur: Cum ergo nos non ſimus certi de liberatione talis Animæ ſæpè ſæpius applicantur, vt illis repetitis ſuffragijs à pœnis talis Anima eruatur.Ità Corduba de Indulg. q. 16.d.3.Henriq.lib.7.c.7.n.4.Regin. l.b. 7. n. 198. Nauar.de Indulg. notab. 22. nu. 50.

15 Reſolutio. Applicatur per modum ſuffragij, & non abſolutionis. Indulgentiæ defunctorum non ſemper habent effectum infallibilem. Defectum non conſequendi indulgentiam eſt triplex.

Corduba Henriq. Reginald. Nauar.

Quæritur tandem Vltimò. An Animæ in Purgatorio exiſtentes cognoſcant ſibi ſuffragia, & Indulgentias applicari a fidelibus, & quomodo? 16

Quæſitum ſeptimum. Animæ Purgatorij quomodo ſciunt opera pro illis oblata.

Reſpond. Affirmatiuè, nam per Angelos cuſtodes certiores ſiunt de ſuffragijs pro ſe oblatis. Nec non memores exiſtunt accepti beneficij, orando Deum pro benefactoribus,& interceſſoribus,non ſolùm poſt quam Cœleſtem patriam poſſidebunt, verum etiam dum in Purgatorio commorantur: prout fuſius dicetur loco ſuo, agendo de Purgatorio in tract. 3. Ità D. Thom.in 4.D.15.q.4.Henriq.c. 8. n.4.Graff. c.4.n.26. Coninch.D.10.q.7. n.46. Filliuc. Suarez,& Bonacina: locis ſupra citatis.

D.Thomas Henriquez. Graffius Coninch Filliucius Suarez Bonacina.

DE EFFECTIBVS, VALORE, ET DVratione indulgentiarum.

CAP. VII.

Diximus in præcedentibus: Indulgentias tantum valere, quantum forma conceſſionis ſonare, Ideò dicimus: Effectus indulgentiæ,quando eſt plenaria, remittere totaliter totam pœnam, luendam in Purgatorio pro peccatis ante indulgentiam conſecutam commiſſis:Nam Pontifex habet facultatem concedendi indulgentias ad remittendam tantam pœnam, quantum verba conceſſionis ſonant, alioquin ſequeretur,eos peccare, qui dicunt per indulgẽtias nõ tantum pœnæ remitti,quantum in Bullis exprimitur.

1 Effectus plenariæ indulgentiæ quis ſit.

Ex quo ſequitur. Eum, qui moritur, ſtatim obtenta indulgentia plenaria in Cœlum euolare abſque vlla dilatione, & mora, eò quod virtute indulgentiæ plenariæ conſecutæ anima illius liberata eſt ab omni pœna, quæ luenda erat in Purgatorio: Ità enim ſonant verba Indulgentiæ plenariæ.Ità Suarez D.56.ſec. 3.& Coninch D.12.d.6.Graff.de indulg.c.7.n.3.Cord. lib.5.c.23.Filliuc.d.tr.8.c.9.q.5.n.230.

2 Conſequens indulgentiam plen. in morte ſtatim ingreditur Cœlum. Suarez Coninch. Graffius Filliuc.

Dico ſecundò. Eum,qui habet alterius Coronam, ſiuè granum benedictum, vel ſibi accommodatum poſſe eam conſequi indulgentiam, quam dominus illius Coronæ, vel grani benedicti obtinere poſſet: & Ratio huius eſt, quia iſte talis habet apud ſe id, cui tale priuilegium conceſſum eſt, & præſtat opus præſcriptum ad conſequendam indulgentiam.

3 Corona, & grana benedicta accommodata ſufficiunt.

Hoc tamen intelligendum eſt,vt ille,qui lucraturus eſt indulgentiam, quando facit opus præſcriptum re ipſa

4 Debet eſſe apud perſonam lucrantem.

ipſa habeat apud ſe talem Coronam, ſiuè granum benedictum, ſiue imaginem Sancti cui conceſſa eſt benedictio ad lucrandam indulgentiam, non verò domi tantum habeat, quia Summus Pontifex concedit indulgentiam habenti apud ſe tale inſtrumentũ: Is autem propriè habere dicitur, qui apud ſe retinet. Ita Sanctarelius de Iubil.p.1.c.15.& Pinellus.c.11.

Sanctarellus. Pinellus.

5 Dico tertiò. Ad conſequendum effectum indulgentiarum non eſſe neceſſarium, quod lucraturus indulgentiam habeat intentionem actualem, illam lucrandi, ſed ſufficere intentionem virtualem, ſiuè ſaltem interpretatiuam, & habitualem: Quapropter ſi quis facit opus præſcriptum; quo poſito conceſſa eſt à Pontifice aliqua indulgentia etiam plenaria, ſi tale operans ſit in gratia conſequitur indulgentiam, conceſſam à Pontifice, etiam ſi nullam habeat notitiam talis indulgentiæ conceſſæ: & Ratio huius eſt, quia Summus Pontifex concedit indulgentiam cuicumq; in gratia exiſtenti, facienti tale opus præſcriptum: Et applicatio indulgentię nõ prouenit à ſcientia, ſiue intentione præſtantis opus præſcriptum, ſed à Pontifice concedente: Ità Sanctarellus de Iubilæo. c.15. d.4. Portella in addit. ad dub. Regul. verb. Indulgentia nu.7. qui dicit hanc doctrinam audiuiſſe ore proprio à Ludouico Molina, & nouiſſime ſequitur Diana.p.4.tr.4. Miſcell.reſol.24.

Intentio virtualis ſufficit ad lucrãdam indulgentiã. Ratio aſſertionis. Sanctarellus. Portella. Molina. Diana.

6 Quamuis Ægidius Trullenck: in Bull. Cruc. lib. 1. §.6.d.2.nu.5. & Rodriq. in eadem Bulla §.8.n.9.cum nonnullis alijs contrariũ exiſtiment, putantes, quod lucraturus indulgẽtiam debeat habere intentionem actualem, vel ſaltem virtualem eam lucrandi, quando facit opera præſcripta pro lucranda indulgentia.

Oppoſita ſententia Trullẽk. & Rodriq.

7 Hoc tamen non obſtante, exiſtimo primam ſententiam eſſe probabiliorem: non enim eſt neceſſaria intentio operantis ad conſequendam indulgentiam, ſed Pontificis, concedentis: quapropter cõcludendo dico, quod ſi in aliqua Eccleſia eſſet conceſſa aliqua indulgentia, intranti illam, recitãdo aliquas præces: ſi quis exiſtens in gratia intrauerit dictam Eccleſiã, & recitauerit orationes præſcriptas pro illa indulgẽtia lucranda, quamuis nullam cognitionem habeat de tali indulgentia illo die, ſiuè loco conceſſa: hoc non obſtante lucratur dictam indulgentiam conceſſam: vt ſupra iam probatum eſt: quod etiam dicit Gratianus in tr. de Iubilæo. p.1.c.25.& alij.

Reijcitur, & concluditur pro prima ſententia. Concluſio. Gratianus.

8 Secundò dicendum eſt de Duratione Indulgentiæ conceſſæ: An videlicet, expirent per mortem concedentis, vel per reuocationem?

De duratione Indulgentiæ.

Reſpondetur Indulgentias tamdiù durare, quamdiu concedens illas durare voluerit, & nõ vltra: Gratiæ enim, & indulgentiæ dependẽt ex voluntate concedentis, & ipſius voluntate verbis expreſſa, ſiuè in diplomate declarata: Nam actus agentium nõ operantur vltra intentionem ipſorum: Ità Gloſſa in c. Noſtro de Pœnit. & remiſſionibus, Graff. in addit.c. 8.Cordub.lib.4.q.36.propoſit.2.Bonac.D.6.q.1.p.8. n.1.& alij.

Pendet ex intentione concedentis. Actus agẽtiũ non operãtur vltra intẽtionẽ. Gloſſa in c. Noſtro. Graffius. Bonacina.

9 Ex quo ſequitur, quod quando indulgentia abſolutè fuerit conceſſa ſine temporis limitatione perpetuò durat, niſi aliter à concedente, ſiue à ſucceſſore fuerit limitata, ſeu reuocata: Neq; ſpirat per mortẽ concedentis, vt habetur ex Reg.Iuris.in 6.in Regula vbi dicitur: *Beneficium conceſſum à Principe ſine limitatione non expirare per mortem concedentis*: Si verò fuerit conceſſa ad tempus tamdiù durat, quo durat tempus præfixum, quo deficiente, ceſſat etiam indulgentiarum conceſſio, quæ pendet ex voluntate concedentis: prout dicunt Suarez, D.57.ſect.2. n.2. Reginald.lib.7.n.159.Conink D.12. nu.12. Fillinc. d.tr. 8.c.9. q.6. & Bonac. D.6. quæſt.1.par.8. num.2. Nugnus in addit. 3.part. quæſt.27. A.4. difficultat.3.

Indulgentia conceſſa ſine limitatione perpetuò durat. Regula Iuris. Suarez. Reginaldus. Conink. Fillinc. Bonacina. Nugnus.

10 Sed quæritur modò: An quando Summus Pontifex indulgentiam conceſſam reuocet ſtatim extinguatur antequam talis reuocatio perueniat ad aures eorum, quibus talis indulgentia conceſſa fuit?

An ceſſet ante reuocationis notitiam.

11 Reſpondetur Negatiuè, & Ratio huius eſt, quia non præſumitur Pontificem habuiſſe intentionem reuocandi talem indulgentiam, donec cognitio reuocationis perueniat, ſiuè moraliter peruenire poſſet ad aures eorum, quibus talis indulgentia conceſſa fuerat: Alioquin ſequeretur, quod multi fideles defraudarentur præſtantes opera præſcripta ad conſequendam indulgentiam abſq; conſecutione ipſius, quod non eſt credendum, non enim ſupponitur Pontificem talem habuiſſe intentionem: Ita Syluеſter in verb. Indulgentia.nu.9.Graff.d.c.8.n.18.& Suarez d. tom.4.D.57.ſect.2.cum alijs ſupra citatis.

Reſolutio eſt negatiua. Syluester. Graffius. Suarez.

12 Ex quo ſequitur: Eum, qui bona fide de peccatis reſeruatis confeſſus eſt virtute Iubilæi cõceſſi remanere abſolutum virtute indulti conceſſi, quamuis tunc temporis, ipſo ignorante, tale indultum à concedente, ſiuè ſucceſſore reuocatum fuiſſet, in quo indulto continebatur facultas abſoluendi à reſeruatis, ſiuè cenſuris virtute Iubilæi conceſſi: Ità Bonacina D. 6. quæſt.1. p.8. num.8. de Indulgentijs, cum alijs ſupra citatis.

Abſolutus à reſeruatis ante notitiã reuocationis remanet abſolutus. Bonacina.

13 Inſuper quæritur: An indulgentiam pro mortis articulo cõceſſam ſemel tantum accipi poſſe, ità quod, poſtquam ſemel fuerit accepta non amplius duret, ſi ſuperuixerit?

De Indulgẽtia pro mortis articulo.

14 Reſpondetur, Diſtinguendo, quod ſi in conceſſione indulgentiæ requiritur miniſterium confeſſarij ad applicandam indulgentiam huiuſmodi indulgẽtiam conſequi poteſt non tantum ſemel, ſed in quocumq; manifeſtò mortis articulo, vt quandò infirmus Medicorum iudicio communicaturus eſt per modum viatici, vel iudicatur eſſe in articulo mortis, tunc poterit cõfeſſarius virtute facultatis conceſſę, illũ abſoluere, cõcedendo, & applicando indulgentiam cõceſſam in mortis articulo, alioquin ſequeretur, qđ ſæpè ſæpius redderetur inanis huiuſmodi conceſſio, cùm ſæpè ſæpius mors ſuperueniat, antequam conſtare poſſet de vero mortis articulo, & ità multi defraudarentur vti tali priuilegio.

Reſolutio. Indulgentia ferẽda pluries conſequi põt.

15 Talis enim videtur eſſe pia mens Summi Pontificis: Nam in propoſitione indiffinita includitur vniuerſalis: At conceſſio indulgentiæ ſimpliciter facta pro mortis articulo videtur indiffinita, & ideo vniuerſaliter valet pro quocũq; mortis articulo, & quẽadmodum facultas abſoluẽdi à reſeruatis in articulo mortis nõ ſpirat per vnum actum, & articulũ mortis: Ità etiam dicendum eſt de indulgentia, quando eſt ferenda per applicationem Miniſtri abſoluentis; Ità Nauarr.de Indulg.notab.30.n.3. Reginald.lib.6. n.159.Nugnus.in addit.3.p.q.27.A.4.diffic.2.Bonac. D.6.q.1.p.8.n.12.de Indulgentijs.

Propoſitio indiffinita æquiualet vniuerſali. Nauarrus. Reginaldus. Nugnus. Bonacina.

16 Si verò indulgentia eſſet conceſſa ipſo facto in articulo mortis ſine applicatione alicuius miniſtri, tũc in caſu nõ ſequitur niſi in illo inſtanti, quo egreditur anima è corpore morientis, quia tunc intentio conſcedentis fuit, vt infirmus decidat ex hac vita ſine onere ſoluendi pœnas Purgatorij, & ideò tunc conſequitur, quando infirmus realiter moritur, & ità intelligendus eſt Suarez tom.4.de Pœnit.D.57.ſect.2.

Indulgentia lata ſemel tãtũ conſequitur in morte. Difficultas.

17 Quæritur inſuper: An qui facultatem habet eligẽdi confeſſarium, qui vigore indugentiæ, poteſt ipſum abſoluere in mortis articulo ſit capax abſolutionis, & indulgentiæ, ſi ſenſibus deſtitutus ſit, adeò, vt nullo modo poſſit confiteri peccata ſua.

De Senſibus deſtituto, qui confiteri non poteſt.

Reſpondetur affirmatiuè, ſicut enim in tali euẽtu

Reſolutio.

eſt capax abſolutionis Sacramentalis, ſaltem ſub conditione, ità etiam, & indulgentiæ: adhuc.n.cenſetur viator, & cæteras habet conditiones ad conſequendas indulgentias: Ità Nauar.cum alijs citatis.

Nauarrus.

18 An Indulgentia fictione ſublata conſequatur.

Supereſt tandem ſoluenda vna difficultas in calce huius capituli,cuius reſolutio erit ſatis grata,& conſolatoria omnibus Chriſti fidelibus: An videlicet Indulgentia etiam plenaria, ſublata fictione conferat effectum ſuum quando confeſſio, & communio factæ fuerint informes propter inaduertentiam recipientis?

19 Reſolutio eſt affirmatiua. Paludanus. Syluester. Henriq. Granado. Diana.

Reſpondetur: Affirmatiuè ſecundum probabiliorem ſententiam, quam tenuit Palud.in 4.D.20.q.4. art.3.& Sylu.verb. Indulgentia nu.20. & 32. Henriq. lib.7. de Indulg.c.9.n.3. & ſequuntur alij, vt Iacobus de Granado in 3.p.de Sacramentis:controuerſia 12. nu.5.& Diana p.5. tr.12.de Indulg.reſol.4.dicentes: Indulgentias, fictione ſublata peccati ſortiri ſuum effectum eo modo, quo confeſſio, & communio informis ſublata fictione per contritionem ſubſequentem.

20 Opera pro Indulgentia lucranda facta extra gratiâ informantur per cõtritionem ſubſequentem.

Vndè qui tempore præſcripto à Pontifice facit omnia requiſita pro conſequenda indulgentia, & propter defectum verę diſpoſitionis in actu communionis nõ recipit gratiam propter confeſſionem informem, inaduertenter factam,ſi deinde verè conteratur recipit gratiam; Et ſicut confeſſio,& communio factæ informes informantur per ſubſequentem gratiam, infuſam per actum contritionis: Ità etiam recipit effectum indulgentiæ, eò quod reliqua pia opera præſtitit, & Morale ius acquiſiuit ad illam ſatiſfactionem, quam Pontifex diſpenſauit ex theſauro Eccleſiæ ijs, qui talia opera præſcripta ad indulgentiam conſequendam fecerunt bona fide, cum illa ſatisfactio ſit quaſi in actu primo diſpenſata, ſolumq; expectat ablationem obicis peccati, vt in actu ſecundo communicetur.

21 Filliuccius,& Suarez.

Hanc etiam opinionē probabilem exiſtimat Filliucius d.tom. 1. tr.8.c.9.num.40. quamuis ipſe magis adhæreat opinioni oppoſitæ,quam tenuit Suarez tom.4.de Penit.D.52.ſect.2.n.12.cum alijs, quos refert Diana: loc.cit.ſed ipſe eſt cum prima ſententia.

22 Concluſio.

Quapropter Prima ſententia exiſtimatur ſatis probabilis, & magis pia, quia credendum eſt de pietate Eccleſiæ, illi homini, qui propter aliquod peccatum occultum, & inculpabilem defectum non recepit gratiam propter confeſſionem informem, in tali caſu, recedente fictione diſpenſaſſe theſaurum, vt poſſit cum primum fuerit iuſtificatus conſequi indulgentiam conceſſam, quod non eſt impoſſibile ex vi operis operati; Et hæc de Indulgentijs dicta ſufficiant,



TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS II.

DE IVBILÆO, ET SVFFRAGIIS.

PROOEMIVM.

EXplicatis, ac declaratis ijs, quæ de Indulgentijs erant neceſſaria, opere pretium eſt, vt conſequenter pro maiori notitia ipſarum indulgentiarum de Iubilæo ſpecialiter tractemus; Licet enim Iubilæum, quo ad indulgentiam nihil differat ab ipſa, quando eſt plenaria: In vtroque enim conceditur totalis remiſſio omnium peccatorum, quo ad pœnas luendas, differt tamen Iubilæum, quo ad facultatem, quæ virtute Iubilæi conceditur Chriſti fidelibus eligendi ſibi confeſſarium ſimpliciter ab Ordinario approbatum, ſiuè ſemel admiſſum ad audiendas confeſſiones, qui poteſtatem habeat abſoluendi omnes, & quoſcumque pœnitentes ab omnibus, & quibuſcumque exceſſibus, & peccatis quantumcumque grauiſſimis, & cenſuris, etiam ſummo Pontifici reſeruatis, cui etiam committitur facultas commutandi vota, (quibuſdam tamen exceptis.) Quapropter appellatur tale indultum Iubilæum, quod aliquando pro grauibus Eccleſiæ cauſis concedi ſolet à Pontifice maximo, vt fideles ſpecialiter orent pro Eccleſiæ neceſſitatibus, & ideò de ipſo Iubilæo in præſenti ſecundo in ordine tractatu dicere aliquid opus eſt: Quapropter primo loco declarandum eſt, quid, & quotuplex eſt Iubilæum, & quæ ad ipſum lucrandum requiruntur: Deindè de confeſſione facienda tempore Iubilæi, & de facultate, quæ confeſſarijs conceditur à Pontifice in dicto Iubilæo: Poſtremò de alijs rebus faciendis à fidelibus, quæ præſcribi ſolent à Pontifice pro lucrando Iubilæo, videlicet de Ieiunijs, Eleemoſynis, oratione, & communione facienda: & tandem in calce huius tractatus, dicendum eſt breuiter de ſuffragijs, quibus fideles inter ſe iuuare poſſint offerendo Deo ſuffragia, tam pro viuis, quam pro defunctis: de quibus omnibus in quatuor capitibus dicetur.

Indulgentia plenaria, & Iubilæum, in quo differãt.

Diuiſio totius Tractatus.

QVID, ET QVOTVPLEX SIT Iubilæum, & quæ ad ipſum lucrandum requiruntur.

CAP. I.

1 Iubilæus quid ſit, & vndè dicatur.

IVbilæum, (ſiuè, vt alij dicunt Iubilæus) vtroque enim modo dici poteſt ſecundum ethymologiam nominis, vt aliqui volunt deriuatur à Verbo Iubilo, quod ſignificat ingentem animi lætitiam, quæ verbis exprimi non poteſt, & quaſi quadam voce confuſa datur intelligi cordis lætitia: ita D. Thom. in Pſal. 97. & 99. & Gloſſa in clement. 1. §. Intelleximus de Reliq. & venerat. Sanct. Quapropter Eccleſia multiplicare ſolet notas in eadem dictione.

D. Th. Gloſſa in Clement.

2 Deriuatur ab Hæbrea voce Iobal ſecundum Ioſeph hæbr. Quid ſignificabat apud Hæbreos, & quomodò promulgabatur.

Aliqui verò volunt, vt Ioſeph hæbreus: lib. 3. Antiquit. c. 10. quod vox iſta deriuetur à voce Hæbrea Iobal, quæ denotat gaudium, & lætitiam vniuerſalem, quę mediante ſonitu tubę, ſiuè buccinæ promulgabatur, quo indicabatur annus germinans, & fructuoſus, reddens fructus terræ vberrimos ſine labore, qui annus quinquageſimo quoq; anno apud Hæbræos incidebat, in quo anno remittebantur ab Hæbreis agriculturæ ſuppeditante domino ex frugibus anni præcedentis ad triplam menſuram, & ideò in eo agrorum cultiuatio ceſſabat, & omnes poſſeſſiones venditæ prioribus dominis reſtitui ſolebant, & ſerui reſtituebantur libertati, prout ex lib. Leu. c. 25. & 27. & Num. 36. colligitur, qui annus mediante ſonitu tubæ promulgabatur à Sacerdotibus indicantibus lætitiam vniuerſalem totius populi, quapropter talis annus communiter annus Iubilæi dicebatur. Ita Nauar. in com. de Iubil. not. 1. 2. 3. & 4. Suarez to. 4. de Pęnit. D. 50. ſect. 4. n. 8. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 247. & alij.

Lib. Leuit. & Numeri.

Nauarrus. Suarez. Filliucius.

3 Iubilęus figurabat legem gratiæ.

Vndè per talem annum Iubilæi figurabatur lex gratiæ, in qua fideles Chriſti recipiunt peccatorum commiſſorum pleniſſimam remiſſionem, ſine magno labore per applicationem factam à Pontifice Meritorum Chriſti, & Sanctorum, quæ in theſauro Eccleſiæ conſeruantur; & ità liberantur à ſeruitute Diaboli ad recipiendã Paradiſi poſſeſſionem, & ſicut ille annus ſonitu buccinæ promulgabatur ad denotãdam cordis lætitiam, ita iſte voce Apoſtolica pronunciatur pro conſolatione animarum fidelium: Ità Bellarm. lib. 1. de Indulg. tom. 3. c. 1. Corduba de Indulg. q. 11. Nauar. & Suarez cum alijs loc. ſupra cit.

Cõparatur ad legem gratiæ.

Bellarminus. Corduba. Nauarrus.

4 Iubilęus accipitur pro anno Sancto Iubilæi.

Quapropter modo in Eccleſia Sancta Dei per Iubilæum intelligitur non ſolum annus Sanctus, qui Romæ celebrari ſolebat centeſimo quoq; anno ex antiqua traditione Summorum Pontificum vſq; ad Pontificatum Clementis VII. à quo ad quinquageſimum annum ampliatus fuit, deindè Paulus ſecundus ad vigeſimum quintum annum redegit, & ità ad præſens hodie ſeruatur, qui annus Iubilæi appellari ſolet, & celebratur Romæ cum maxima ſolemnitate, & populi concurſu, qui incipit à vigilia Natiuitatis Domini, vſq; ad ſequentem annum.

Annus Sanctus quando celebratur.

5 Iubilæus etiã ſignificat indultum generale. Iubilęus quid concedat.

Verum etiam intelligitur plenarium indultũ, quod in pleniſſima forma per totam Eccleſiã conceditur, vt pęnitentes eligant ſibi confeſſarium, qui eos abſoluat ab omnib. criminibus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, & cenſuris, cum poteſtate commutandi vota, mediante quo conſequuntur Indulgẽtiam plenariam, quo ad culpam, & pœnam omnium peccatorum poſt Baptiſmum commiſſorum, & talis etiã appellatur Iubilęum, ſiuè Iubilæus, prout dicunt Nauar. Suarez, Bellarm. Filliuc. Corduba, cum alijs ſupra citatis. Et hoc quantum ſpectat ad diſtinctionem, & ethymologiam nominis.

Nauarr. Suarez. Bellarm. Filliuc. Corduba.

6 Iubilæus quomodo deſcribitur.

Deſcribi autem poteſt Iubilæum in hac vltima ſignificatione acceptum tali pacto: Iubilæum eſt Indulgentia pleniſſima culpę, & pœnæ, quæ à Summo Pontifice aliquando concedi ſolet Chriſti fidelibus, cum pleniſſima facultate eligendi ſibi confeſſarium, vt à cenſuris, & caſibus etiam Summo Pontifici reſeruatis abſoluat, & quamuis à quibuſdam appelletur Iubilæus, ſiuè Iobeleus, ab alijs autem Iubilæum, communiter autem dicitur Iubilæus, quam denominationem nos in præſenti tractatu ſequemur.

Iubilæus, Iubilęum, & Iobileus dici poteſt.

Quæſitum 1.

7 Quæ notitia requiratur pro conſequendo Iubilæo.

His ergo poſitis, & declaratis: Quæritur Primò. Quæ, & qualis notitia ſit neceſſaria ad Iubilæum conſe-

conſequendum: An videlicet, ſatis ſit ea, quæ habetur de illo antequam publicetur ab ordinario loci.

Reſpondetur In Vrbe Romæ, expectandam eſſe publicationem, factam, ſiuè faciendam à Summo Pontifice: In alijs verò locis, quando notitia certa aliundè eſt habita in vigore ſatis eſt ad conſequendũ Iubilæum, ſed in caſu oportet peti ab Ordinario, vt pro illis, qui voluerint ante publicationem conſequi Iubilæum aſſignentur Eccleſiæ viſitandæ, iuxta formam Bullæ, ſed ſecurius eſſet expectare publicationem faciendam: ex cauſa tamen poterit eo modo, quo dictum eſt. Ita Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 10. quæſt. 10. num. 267.

Poteſt conſequi ante publicationem, aſſignatis tamen Eccleſijs viſitandis.

Filliucius.

Quæſitum 2.

8 Quæritur ſecundò. An facta publicatione Iubilæi, ſi aliquis ſpe lucrandi Iubilæum voluntariè peccata reſeruata committeret poſſet nihilominus de talibus ſceleribus abſolui a confeſſario virtute facultatis conceſſæ, non obſtante malitia illius pœnitentis, qui occaſionem peccandi ſumpſit dictæ facultatis conceſſæ?

Peccans ſpe lucrandi Iubilæum an poſſit abſolui à reſeruatis.

9 Reſpondetur. Affirmatiuè, ſi enim poſtea pœniteat de ſua malitia, & de peccato commiſſo conſiteatur in tempore præſcripto poterit conſequi Iubilæum. Non enim qui peccat ſpe veniæ, grauius peccat, quam qui peccat ſine illa prout dicit Nauar. de Iubil. not. 34. n. 6. niſi tamen in Bulla Iubilæi eſſet facta talis exceptio, quod videlicet, peccantes poſt publicationẽ dicti Iubilæi, accipiendo occaſionem peccandi, vt poſſint faciliter poſtea abſolui virtute facultatis conceſſæ a Pontifice, quia priuilegia tantum valent, quantum ſonant.

Reſolutio.

Peccans ſpe veniæ nõ peccat grauius. Nauar.

Limitatio reſolutionis.

10 Verum eſt tamen, quod talis clauſula rariſſimè apponi ſolet à Pontifice. Vndè quando non eſt facta expreſſa talis exceptio poterunt liberè vti tali facultate non obſtante tali malitia: Ità Nauar. loco citato; Ledeſm. de priuileg. concl. 10. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 10. q. 4. n. 262.

Nauar.

Ledeſma.

Filliucius.

Quæſitum 3.

11 Quæritur tertio. Quæ opera communiter facienda ſunt pro conſecutione Iubilæi conceſſi?

De operibus pro conſecutione Iubilæi.

Reſpondetur in hoc attendenda eſſe verba Diplomatis, quia Indulgentiæ, tantum valent, quantum ſonant, cum pendeant ex intentione Pontificis concedentis, quæ explicantur per Bullam conceſſionis, ſunt enim opera præſcripta conditiones, ſine quibus non conſequitur gratiam conceſſam, vt eſt communis ſententia omnium Theologorum, & Canoniſtarum.

12 Communiter autem ſex opera determinari ſolent in Bullis pro lucrando Iubilæo, quarum prima eſt viſitatio Eccleſiarum, deſignatarum ab Ordinario loci. Secunda Orationes, quæ in dictis Eccleſijs deſignatis ſunt faciendæ. Tertia eſt Sacramentalis confeſſio facienda tempore præſcripto: Quarta ieiunia trium dierum: Quinta eleemoſyna facienda, & Sexta eſt Communio Sacramentalis cum reliquis circumſtantijs, & conditionibus in Diplomate exquiſitis.

Sex opera ſolent communiter aſſignari à Pontifice.

13 Proceſſiones etiam publicæ faciendæ ſunt in qualibet Ciuitate cum Litanijs, alijſque precibus ad implorandum Diuinum auxilium pro neceſſitatibus Eccleſiæ: ſed ſufficit, quod tales proceſſiones fiant in qualibet ciuitate a Clericis, non eſt tamen neceſſè, vt vnuſquiſque illius ciuitatis interſit proceſſionibus, ſiuè recitet Litanias, ſed ſufficit, quod Eccleſias determinatas viſitent pro opportunitate temporis. Ità Filliuc. d. tr. 8. c. 10. nu. 263.

Proceſſiones tempore Iubilæi, an ſint neceſſariæ?

Filliucius.

Quæſitum 4.

14 Quò autem ad viſitationem Eccleſiarum quæritur: Quot Eccleſiæ viſitandæ ſint à quolibet fideli, & quoties in hebdomada dictæ Eccleſiæ ſint viſitandæ pro lucrando Iubilæo?

De viſitatione Eccleſiarum.

Quot Eccleſiæ ſunt viſitandæ.

Reſpondetur ſufficere ſemel vnam tantum, vel duas Eccleſias ex illis deputatis viſitare, niſi aliter in Diplomate eſſet exquiſitum: Ità Nauar. lib. conſ. de Priuileg. conſ. 9. & de Oratione nu. 128. Filliuc. d. tr. 8. c. 10. nu. 174. Alphonſus de Leone de Iubil. p. 2. nu. 131. & Diana p. 5. tr. 12. reſol. 55.

Nauarrus.

Filliucius.

Alphonſus de Leone.

Diana.

15 Verum eſt tamen, quod in caſibus contingentibus conſideranda ſunt verba, quæ in Bulla Iubilæi continentur, illaque ſunt ſeruanda, quantum ſonant: Nam quando Pontifex iniungit fidelibus, vt viſitent omnes tres Eccleſias, tunc in caſu quælibet eſt viſitanda: Nam vt ſæpè dictum eſt Iubilæi tantum valent, quantum ſonant: Quando autem ſimpliciter dicitur: Viſitent, ſiuè viſitando Eccleſias, tunc ſufficit vnam, aut alteram viſitare: prout dicunt Angelus Boſſius de Iubil. ſect. 4. caſu 16. nu. 6. & Diana tr. 12. p. 5. de Iubil. reſol 45.

Attendenda ſunt verba Diplomatis quantum ſonant.

Angelus Boſſ.

Diana.

16 Notandum autem, quod quando in Bulla Iubilæi Summus Pontifex ordinauerit, quod fideles debeant viſitare omnes Eccleſias deputatas, vel deputandas ad conſequendum Iubilæum: Tunc ſi Epiſcopus deputaret plures Eccleſias, quam fuerunt a Papa deputatæ in Vrbe, tunc exiſtimo ſufficere, ſi tot viſitentur, quot fuerunt in Vrbe aſſignatæ: Nam Ordinarius onerare non poteſt priuilegium à Papa conceſſum, & præſumendum eſt ſolum ob maiorem populi commoditatem, & non ad neceſſitatem imponendam, plures Eccleſias deputaſſe: Si verò pauciores Eccleſias ſiue vnam tantum Ordinarius deputaret, vt fit in oppidis, tunc ſufficiet illam viſitare: Ità Angel. Boſſius loc. cit. quem ſequitur Diana d. p. 5. tr. 12. reſol. 45.

Notandum quando Epiſcopus aſſignaret plures Eccleſias.

Angelus Boſſ.

Diana.

Quæſitum 5.

17 Quæritur quintò quænam oratio facienda ſit in Eccleſijs deputatis pro lucrando Iubilæo?

De oratione facienda in Eccleſijs deputatis.

Reſpondetur ſufficere quamcumque orationem etiam minimam, ſiuè vocalem, ſiuè mentalem quomodolibet fiat, ſiuè flexis genibus, ſiuè ſtando, ſiuè ſedendo, ſiue etiam operto capite, ſiuè alternatim cum ſocio: Imò ſatis eſt fundere preces, alias debitas cum intentione, ſiue actuali, ſiuè virtuali ſecundum intentionem Summi Pontificis: Ità Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 52. ſect. 8. nu. 5. Alphon. de Leone de Iubil. p. 1. c. 18. nu. 8. Angel. Boſſ. de Iubil. ſect. 4. caſu 17. nu. 15. Filliuc. d. tr. 8. c. 6. nu. 164. & Diana d. p. 5. de Iubil. tr. 12. reſol. 33.

Quæcumque oratio etiam minima eſt ſufficiens.

Suarez.

Boſſius.

Alphonſus de Leone.

Filliucius.

Diana.

18 Secus autem eſſet, quando numerus precum, ſiuè orationum eſſet determinatus, vt in qualibet Eccleſia recitentur tales, ac tales orationes, tunc enim ſecundum taxationem Bullæ eſſet orandum, nam Indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, vt ſæpe iam dictum eſt.

Limitatio.

Quæſitum 6.

19 Quæritur ſextò: An quando præ hominum multitudine aliqua perſona viſitando Eccleſiam deputatam, ſecundum ordinem Iubilæi ianuam illius Eccleſiæ ingredi non poſſet, ſufficiat in caſu foris ante ianuam illius Eccleſiæ preces fundere ad lucrandam Indulgentiam Iubilæi, ſiue alterius Indulgentiæ.

An ſufficiat orare ante ianuam Eccleſiæ.

20 Reſpondetur affirmatiuè: Talis enim exiſtimatur eſſe pia intentio Pontificis, qui non intendit præcipere impoſſibilia, ſeu nimis difficilia: moraliter enim Eccleſiarum viſitatio exiſtimanda eſt: Vndè quando quis præſentiam ſuam exhibet moraliter quantum poteſt intelligitur Eccleſiam illam viſitaſſe: Vndè etiam cæmeterium nomine Eccleſiæ poteſt intelligi. In fauorabilibus enim verba late ſunt interpretanda: Ità Io. Præpoſit. in 3. p. q. 14. de Indulg. d. 10. nu. 87. Bonac. D. 6. de Pœnit. q. 1. p. 5. nu. 26. Suarez D. 52. ſect. 1. Sanctarellus de Iubil. c. 4. d. 3. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 6. q. 3. nu. 133. Philippus à Cruce in theſaur. Eccleſ. tr. 1. §. 19. num. 4. Ludouicus à Cruce in Bulla Cruciatæ D. 1. c. 8. d. 23. nu. 5. Nugnus in 3. p. tom. 2.

Reſolutio.

Eccleſiæ viſitatio exiſtimanda eſt moraliter.

Io. Præpoſit.

Bonacina.

Suarez.

Sanctarellus.

Filliucius.

Phil. à Cruce.

Lud. à Cruce.

Nugnus.

tr. de

Digitized by Google

Villalobos. Diana.

tr. de Bulla §.10. Villalob.in ſum. tom.1.tr.27. caſu 8.nu.7.quos nouiſsimè ſequutus eſt Diana in p.1. tr. 11.reſol.103.& p.5. tr.12.de Iubilæo reſol.19. & alij, quos ipſe citat.

DE CONFESSIONE FACIENDA tempore Iubilæi.

CAP. II.

1 Confeſſio facienda pro Iubilæo eſt omnino neceſſaria.

TErtium opus faciendum à fidelibus pro conſecutione Iubilæi eſt Sacramentalis confeſsio,quę primò, & principaliter intenta eſt à Pontifice, quapropter concedit facultatem confeſſarijs ſimpliciter ab ordinario,ſemel approbatis, vt poſsint abſoluere omnes,& quoſcumque pœnitētes, etiam Regulares cuiuſcumque Ordinis, aut Religionis ab omnibus peccatis, & exceſsibus quantumcumque grauiſsimis, etiam ſi eorum abſolutio eſſet reſeruata Summo Pontifici,etiam in Bulla Cœnæ,& Ratio eſt,quia Pontifex omninò intendit, quod omnes fideles legitimè confiteantur pro conſequendo Iubilæo conceſſo.

Quæſitum 1.

2 An qui non habent mortalia teneantur confiteri pro Iubilæo.

Quæritur ergo primo: An quando quis tempore Iubilæi non habeat conſcientiam peccati mortiferi, de quo non fuerit antea legitimè confeſſus, & abſolutus, teneatur nihilominus pro conſequendo Iubilæo confeſſionem facere Sacramentalem, vel de peccatis venialibus, vel de mortalibus aliàs ritè confeſſis,& abſolutis, & ratio dubitandi eſt, quia Iubilæus tantum valet, quantum ſonat, cùm ergo vna ex operibus præſcriptis ſit Sacramentalis confeſſio, videtur eam omninò eſſe faciendam eo modo, quo poterit.

3 Concluſio eſt negatiua.

Reſpondetur tamen, (ſecundum probabiliorem Theologorum ſententiam.) In caſu propoſito: Non eſſe neceſſariam confeſſionem facere de peccatis venialibus, quando quis conſcientiam peccati mortalis non habet pro lucrando Iubilæo:Nam Eccleſia non eſt ſolita præcipere confeſſionem Sacramentalem de materia non neceſſaria,& ideò confeſſio abſolute accepta ſumenda eſt de confeſſione mortalium: Pontifex igitur exquirendo confeſſionem in Iubilæis loquitur ſuppoſitiuè: ideſt ſi lucraturus Indulgentiam indiget confeſſione: Ità Regin. tom. 1. lib.7.c.vltimo nu.147. Henriq.lib.7.c.12.num.2. Ludouicus à Cruce in Bulla Cruc.D.1.c.8.d.7.num.12. Filliuc.tom.1. tr.8.c.6.nu.145. Sanctarellus de Iubil. c.14.d.2.& 4.Suarez D.52.ſect.3. num.5.Portella de Dub.Reg. Verb. Iubilæum nu.6.alijque, quos ſequitur, & citat Diana p.5. tr.12. de Iubil. reſol.30. licet aliqui contrarium teneant.

Confeſſio intelligitur de materia neceſſaria.

Reginaldus. Henriq. Lud.à Cruce. Filliucius. Sanctarellus. Suarez. Portella. Diana.

Quæſitum 2.

4 De illo, qui confiteri non poteſt.

Quæritur ſecundò: An qui tempore Iubilæi per aliquam impotentiam phyſicam,ſiuè moralem non potens confiteri,faciendo reliqua opera præſcripta, & cum actu contritionis ſumat Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ per communionem poſsit lucrari Iubilæum.

5 Prima ſententia affirmatiua.

Reſpondetur in hac re: Duas eſſe ſententias Doctorum,ambas probabiles, quarum vna eſt affirmatiua, quia dum Sacramentalis confeſsio eſt moraliter impoſsibilis præſumitur piam intentionem Summi Pontificis eſſe, vt in tali caſu ſufficiat contritio cum voto confeſsionis, dummodò alia omnia opera in Iubilæo præſcripta adimpleantur: tum quia in Iubilæis confeſsio non præcipitur, tamquam actus, propter quem conceditur Iubilæus, ſed vt ſecurior diſpoſitio ad Indulgentiam lucrandam,& dum confeſsio Sacramentalis eſt impoſsibilis præſumitur in tali caſu intentionem Pontificis eſſe, vt lucraturus Iubilæum præparet ſe ad gratiam per contritionem, adimplendo reliqua opera præſcripta. Ità Henriquez in ſum.lib.7.c.10.c.12. nu.6. & 12. Reginald.tom.1. lib.7.c.vltimo:q.2.nu.172. Fernandez in medulla: p. 3.c.7.§.8.nu.3.Zerola de Iubil.lib.1.c.15.d.13.

Henriq. Reginaldus. Ant.Fernand. Zerola.

6 Secunda ſententia negatiua.

Altera opinio oppoſita eſt Negatiua,dicens:Non eſſe licitum in caſu recipere Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ cum actu contritionis habenti conſcientiam peccati mortiferi,& talis caſus non eſt talis, vt quis habens peccatum mortale communionem Sacram ſumere poſſet ſine præuia confeſſione, niſi ſcandali periculum immineat, aut eſſet in articulo mortis,& ideò quia iſte talis non adimplet omnia opera in Iubilæo præſcripta, non eſt recurrendum ad mentem Pontificis,quia ſumus in claris. Ità Suarez tom.4.de Pœnit.D.52. ſect.3. num.6. Filliuc. tom.1.tr.8.c.6.nu.144. & 146.Sanctarellus de Iubil. c.14.d.13.Lauorius de Iubil.p.2.c.14.nu.80.Vterque Leo Alphonſus,videlicèt,& Frāciſcus, iſte in theſaur. fori Eccleſiæ p.1.c.7.nu.26.Ille tr.de Iubil.p.1.nu.69. & p.2.nu.168.Bart.de Sancto Fauſto. tr.de Iubil.lib. 4.q.41. alijque quos ſequitur Diana p.5. tr.12. reſol. 29. quamuis in 3.p. tr.4. reſol. 150. primam opinionem probabilem exiſtimaſſet,probabiliorem modo exiſtimauit ſecundam ſententiam.

Suarez. Filliucius. Sanctarellus. Lauorius. Alphonſus de Leone. Franciſcus de Leone. Bartol. de S. Fauſto. Diana.

7 Quæſitum 3.

Quæritur tertiò. An ſi quis ex malitia non fecit opera præſcripta pro Iubilæo,& tamen in vltimo die Sabbati poſterioris hebdomadæ ad confeſſarium accedat ad confitendum pro conſequendo Iubilæo, poſſet in caſu confeſſarius talem pœnitentem à reſeruatis abſoluere,commutando in ſequenti hebdomada opera præſcripta pro Iubilæo lucrando.

Reſolutio.

8 De illo, qui malitioſe nō fecit opera præſcripta.

Reſpondetur, Affirmatiuè: poteſt enim in caſu confeſſarius electus in vltimo die, ſiuè etiam vltima hora antequam tempus determinatum tranſierit cum tali pœnitente diſpenſare, vt adimpleat omnia opera præſcripta in ſequenti hebdomada: ſicuti diſpenſare poterat cum infirmo.Nam quamuis ex ſua malitia opera præſcripta non feciſſet tempore conſtituto,tamen quando ad pœnitentiam accedit,verè dicitur impotens, & facultas data confeſſarijs commutandi opera Iubilæi ſe extendit ad prætèrita opera,non ſolùm ob legitimam cauſam ægritudinis, alteriuſque impotentiæ,verum etiam ex malitia omiſſa, prout communiter dicunt Doctores ſtatim citandi.

Poterit confeſſarius in vltimo die diſpenſare.

9 Reſpondetur rationi contrariorum.

Nec obſtat, quod voluntariè omittens non dicitur impotens impeditus:Nam in caſu non diceretur impedimentum amplius voluntarium, ſed neceſſarium ex ſuppoſitione, cum de ta i malitia, & impotentia pœnitens ſit verè contritus,vt ſupponitur.Neque obſtat,quod ſit elapſum tempus præſcriptum ad ieiunium,quia datur regulariter facultas confeſſarijs differendi ſingula,& omnia opera,quę facultas nondum expirauit.Ità Filliuc.tom.1.tr.8. c.10.nu.268.& 273.Alphonſ.de Leone:de Iubil.p.2.nu.286. Sanctarellus de Iubil.c.7. nu.1. Polacchus de Iubil. ſect.42. num.65.& Diana p.5.tr.12. de Iubil.reſol.26. Quidquid dicat Io. Præpoſitus: in 3.p. D.Thom. q.14. de Indulg.d.10.nu.88.contrarium exiſtimans;prima tamen ſententia videtur probabilior.

Filliuc. Alphonſus de Leone. Sanctarellus. Polacchus. Diana. Io.Præpoſitus contrariū exiſtimans.

Quæſitum 4.

10 De illo, qui poſt dilatationem Iubilæi incidit in nouos caſus reſeruatos.

Quæritur quartò. An ſi aliquandò ex iuſta cauſa fuit dilatata abſolutio à confeſſario poſt tempus à Iubilæo definitum, ſi talis pœnitens inciderit in nouos caſus reſeruatos, vel noua vota emitteret, poterit confeſſarius talem pœnitentem de talibus reſeruatis commiſſis poſt tempus elapſum abſoluere virtute Iubilæi, & vota commutare, quandò eſt abſoluendus,ſecundum temporis dilatationem?

11 Reſolutio.

Reſpondetur, Affirmatiuè: poterit enim in caſu

talis pœnitens quandò conſecuturus eſt Iubilæum abſolui virtute dicti Iubilæi ab omnibus criminibus etiam reſeruatis commiſſis ante confeſſionem, & abſolutionem, & ſimiliter impetrare commutationem votorum, quæ ante confeſſionem emiſit (ſupponimus enim talem nondum obtinuiſſe Iubilæum, & iuſta de cauſa eidem a confeſſario tempore debito faciendam, prolongatam fuiſſe confeſſionem, & Iubilæi conſecutionem,) & Ratio huius eſt, quia quandò Bulla Iubilæi concedit confeſſario electo facultatem differendi abſolutionem, & conſecutionem Iubilæi vltra tempus præfixum, & præfinitum ſecundum Bullam concedit etiam prolongationem abſoluendi a reſeruatis omnibus commiſsis ante conſecutionem Iubilæi. Ita Angel. Boſsius de Iubil. ſect. 1. c. 39. Sanctarellus de Iubil. c. 8. d. 7. Alphon. de Leone de Iubil. p. 2. nu. 189. quos ſequitur Diana d. p. 5. tr. 12. reſol. 27. & alij quamuis nonnulli aliud exiſtiment.

Ratio reſolutionis affirmatiuæ. Boſsius. Sanctarellus. Alphonſus de Leone. Diana.

12 Quæſitum 5. An Iubilæum lucrari poſſit in duabus hebdomadis?

Quæritur quintò. An qui lucratus eſt Iubilæum in prima hebdomada, iterum in ſecunda poſſet iterum lucrari, & iterum abſolui a peccatis reſeruatis de nouo commiſsis; faciendo iterum in ipſa ſequente hebdomada, in qua adhuc durat tempus lucrandi Iubilæum omnia opera præſcripta, tanquam ſi Iubilæum in prima hebdomada non eſſet lucratus?

13 Duplex opinio. Prima affirmatiua. Henriq. Reginaldus. Nauar. Graſſius. Alphonſus de Leone. Vega. Sanctarellus. Molfeſius. Lauorius. Zerola. Fernandez. Naldus. Diana. Ratio primæ ſententiæ.

Reſpondetur in hac re maximam eſſe controuerſiam inter Doctores: Aliqui enim affirmatiuè reſpondent: Ità Henriq. in ſum. lib 7. de Indulg. c. 11. nu. 1. & de Pœnit. lib. 6. c. 15. nu. 3. Regin. tom. 1. lib. 8. c. 5. ſect. 2. num. 64. Nauar. in com. de Indulg. not. 22. nu. 46. Graſſ. in Append. Deciſ. lib. 2. c. 5. num. 23. Alphon. de Leone de Iubil. p. 2. nu. 183. Vega in ſum. tr. 3. c. 3. caſu 19. Sanctarellus de Iubil. lib. 5. c. 15. d. 4. Molfeſius in ſum. tom. 1. tr. 7. c. 16. num. 45. Lauorius de Iubil. p. 1. c. 21. nu. 65. Zerola de Iubil. lib. 1. c. 16. q. 20. Ferdinand. in medul. p. 3. c. 7. §. 8. nu. 4. Naldus in ſum. verbo Indulgentia nu 4. & 5. cum alijs, quos ſequitur Diana: p. 2. tr. 17. miſcel. reſol. 49.

14 Rationes Doctorum iſtius ſententiæ.

Fundamentum autem iſtorum Doctorum eſt, quia verſamur in materia fauorabili nulli pernicioſa, & ideò latam interpretationem admittit: Gratiæ enim, & fauores ſunt ampliandæ: Deindè abſolutio reſeruatorum poteſt iterum, atque iterum obtineri ante conſecutionem Iubilæi, ſi tamen non ſit tranſactum tempus, ergo etiam poterit obtineri poſt conſecutionem Iubilæi, durante tempore duarum hebdomadarum, ſiue trium, iuxta conceſſionem factam in Bulla Iubilæi.

15 Alia ratio.

Inſuper eſt valdè probabile: indulgentiam tempore limitato conceſſam, (modo in ea nõ limitetur, vt ſemel tantum acquiratur) poſſe, pluſquam ſemel comparari, faciendo iterum, atq; iterum opera præſcripta, ergo ita dicendum eſt in Iubilæis, in quibus conceduntur duæ hebdomadæ ad conſequendum Iubilæum.

16 Obiectio de propoſitione disiunctiua.

Et quamuis in Bullis Iubilæi communiter apponi ſoleat propoſitio illa diſiunctiua videlicet. *In Prima, vel in ſecunda hebdomada*, non verò copulatiuè, & indiſtinitè, ideoq; non videtur currere eadem ratio, nam talis diſiunctiua limitat tempus conſequendi Iubilæum in vna videlicet, aut altera, ſi in prima non fuerit conſecutum.

17 Solutio.

Reſpondent tamen prædicti Doctores: Illam particulam diſiunctiuam reſpicere commoditatem ipſorum fidelium, vt qui non poſſet, ſiue noluerit in prima hebdomada opera præſcripta adimplere, poſſet in ſecunda. Non autem ſequitur excluſio, vt non poſſit duabus vicibus quis indulgentiam Iubilæi obtinere, & abſolui a reſeruatis, ſi opera præſcripta iterum faciat in ſecunda hebdomada præſcripta, in qua etiam durat terminus conſequendi Iubilæum.

18 Secunda ſententia negatiua.

His tamen non obſtantibus multi alij Doctores oppoſitum tenent, dicentes: Non poſſe eundem Iubilæum bis à fidelibus obtineri: Vnde ille, qui lucratus eſt Iubilæum in prima hebdomada non poteſt iterum in ſecunda lucrari, propter particulam illam diſiunctiuam, quæ ſemper, & quaſi communiter apponi ſolet in Diplomatibus, quando dicitur; In prima, vel ſecunda hebdomada: nam talis particula reſtringit tempus, quod tantùmodo in altera hebdomada conſequi poteſt Iubilæum, in prima videlicet, aut ſecũda: non enim loquitur copulatiuè, aut indefinitè, pro vt prima ſententia videtur præſupponere, Patet hoc in formis Iubilæorum conceſſorum a Paulo V. vſq; ad Vrbanum VIII. incluſiuè, in quibus ſemper videtur addita particula illa diſiunctiua: & Indulgentiæ tantum valent, quantum verba ſonant.

19 Rationes ſecundæ ſententiæ. Suarez. Sanchez. Bonacina. Paulus Laymano. Raph. de Torres. Bart. à S. Fauſto. Filliuc. Declaratio Cardinalium.

Deinde facultas abſoluẽdi a reſeruatis tẽpore Iubilæi conceditur per ordinem ad obtinendum Iubilæum, ſed iubilæum iam fuit obtentum in prima hebdomada, (vt ſupponitur,) & tale peccatum commiſſum eſt poſtquam iam Iubilæum obtinuit, ergo tale peccatum reſeruatum nõ poteſt amplius abſolui virtute dicti Iubilæi. Ita Suarez tom. 4. de Relig. lib. 6. c. 16. nu. vltimo, Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 4. c. 34. nu. 30. Bonac. de Pœnit. D. 5. q. 7. p. 5. §. 1. num. 17. Paulus Layman in Theolog. mor. lib. 5. tr. 7. c. 8. nu. 9. Raph. de Torres 2. 2. tom. 1. q. 88. art. 2. d. 6. nu. 8. Bart. de S. Fauſto in Theſaur. reſol. lib. 4. q. 61. & Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 10. n. 261. qui refert, ita declaraſſe Sacram Cardinalium Congregationem Romæ die 20. Menſis Maij anno 1620. *Iubilæum non poſſe conſequi à fidelibus niſi ſemel in vna ex duabus hebdomadis, & ita tantum in altera hebdomada poſſe abſolui a reſeruatis:* Quapropter, obtento ſemel Iubilæo non poteſt iterum illo vti priuilegio, quare huic declarationi videtur ſtandum eſſe.

20 Reſpondet iterũ pro prima ſententia. Declaratio Cardinalium non conſtat authenticè.

His tamen non obſtantibus iterum reſpõdit Diana p. 5. tr. 12. de Iubilæo reſol. 28. quod talis declaratio Sac. Congregationis nõ conſtat authenticè, quod ſi conſtaret tali declarationi omnino ſtandum eſſet.

At quia non ſumus certi: An talis declaratio ſit verè emanata, & authenticè publicata, ideo probabiliter exiſtimat ipſe Diana poſſe pœnitentes, & confeſſarios in praxi adhuc affirmatiuam ſententiã tenere, cum ſit etiam valde probabilis ex doctrina tot eruditiſſimorum, & Claſſicorum Doctorum in prima ſententia citatorum.

21 Prima ſententia non eſt reijcienda.

Quod etiam idem met Filliuc. loc. cit. fatetur, Dum ergo talis declaratio non conſtet authenticè: prima ſententia non omnino eſt reijcienda, cum ſit pia, & fauorabilis pro conſolatione fidelium, & præcipue cum quis non poſſit eſſe certus: An vere conſecutus ſit Indulgentiam Iubilæi propter aliquem defectum ipſius recipientis, & ideò ad maiorem cautelam vult iterum in ſecũda hebdomada adimplere opera præſcripta ad conſequendum Iubilæum, & interpretanda eſt pia mens Summi Pontificis talis eſſe pro ſalute fidelium: Vnde vtraq; opinio eſt probabilis, niſi aliter a Sacra Congregatione declaratum fuerit.

22 Quæſitum 6. An qui poſtea non adimplet opera præſcripta peccet?

Quæritur ſextò: An qui tempore Iubilæi abſolutus fuit a reſeruatis, & obtinuit commutationem votorum, ſi poſtea mutata intentione non adimplet reliqua opera præſcripta ad lucrandum Iubilæum, peccet mortaliter, & abſolutio reſeruatorum ſit legitimè facta, vna cum votorum commutatione?

23 Prima ſententia.

Reſpondetur. Eſſe aliquos Doctores exiſtimantes huiuſmodi pœnitentem grauiter peccare etiam mortaliter, eo quod non adimpleat opera præſcripta in

Iubi-

Ratio iſtius ſententiæ.

Suarez. Filliucius. Coriolanus.

Iubilæo, virtute cuius obtinuit reſeruatorum abſolutionem, & votorum commutationem: & Ratio iſtorum eſt, quia hoc eſſet in fraudem, & contra pactum, ſaltem virtuale incluſum in tali facultate, conceſſa a Pontifice: Ita Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. c. 6. nu. 11. & tom. 4. de Relig. D. 31. ſect. 4. n. 5. ſequitur Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 10. q. 9. n. 309. & Coriolanus lib. de Caſib. reſer. p. 1. ſect. 3. art. 17.

24 Secunda ſententia probabilior.

His tamen non obſtantibus oppoſita ſententia videtur probabilior, abſolute dicens: Non peccare mortaliter illum, qui Iubilæum lucrari intendens, eaq; de cauſa abſolutionem obtinuit a reſeruatis, & cenſuris, votorumq; commutationem: Et poſtea retrocedens Iubilæum non lucratur, non adimplendo cætera opera præſcripta pro conſecutione Iubilæi: (ſi tamen dolus non fuit.) & Ratio huius eſt, quia talis retrocedens nihil promiſit, neq; confeſſarius illi talem obligationem impoſuit, neq; poterat abſoluere conditionate, ſub conditione de futuro dicendo: ſi adimpleueris opera præſcripta: Ego te abſoluo, quia talis forma abſolutionis dari non poteſt; Neq; conſtat de tali Pontificis intentione: ſi enim hoc Papa intendiſſet poterat faciliter explicare; quod non fecit, ergo &c. Ita Portella in dub. Reg. verb. Indulgẽtia n. 10. Sanctarellus de Iubil. c. 22. nu. 4. Sanchez in ſum. to. n. 1. lib. 4. c. 54. n. 94. Henriq. in ſum. lib. 6. c. 16. n. 6. Naldus in ſum. verb. Indulgentia n. 4. Florentius de caſib. reſer. p. 1. c. 6. §. 6. n. 2. Bonac. de Pœnit. D. 5. q. 7. p. 5. §. 1. n. 18. & de cenſ. D. 1. q. 3. p. 6. nu. 13. quos ſequitur Diana p. 5. tr. 12. reſol. 42.

Ratio ſecundæ ſententiæ.

Portella. Sanctarellus. Sanchez. Henriquez. Naldus. Florentius. Bonacina. Diana.

25 Aduertentia. Abſolutio cõditionata de futuro euentu.

Aduertendum tamen eſt, vt ſupra notauimus, nõ debere, nec poſſe licitè confeſſarium tempore Iubilæi abſoluere penitentes à reſeruatis ea conditione, vt penitens Iubilæum lucretur, faciendo reliqua opera præſcripta in eadem hebdomada. Nam Sacramentalis abſolutio peccatorum ſine aliqua conditione de futuro largienda eſt. Imò nec à cenſuris ſub tali conditione, niſi id à Summo Pontifice expreſſum quandoq; fuerit: Ita Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 49. cum omnibus ſupra citatis, & patet per ea, quæ nos diximus in 1. tom. noſtræ Theolog. mor. de Sacramentis in genere.

Sanchez.

26 Abſolutio reſeruatorũ tenet, etiã quod non fiant opera præſcripta in Iubilæo.

Sic etiam dico, quod taliter abſolutus, quando bona fide confeſſus eſt animo perficiendi cætera neceſſaria pro conſecutione Iubilæi, remanet verè abſolutus ab omnibus reſeruatis, & non tenetur amplius peccata illa reconfiteri, quia abſolutio data fuit independenter, & ſine conditione, (vt ſupponitur.) & ideò ſi poſt abſolutionem conſecutam, voluntariè prætermittat opera præſcripta abſolutio fuit omninò legitima, & valida. Ita Sanchez de matr. lib. 8. D. 55. n. 25. Vaſq. de Pœnit. q. 91. art. 7. d. 6. nu. 5. Henriquez lib. 6. c. 16. Regin. lib. 8. n. 59. Ema. Sa verb. Abſolutio nu. 18. & verb. Indulgentia, circa finem, & in hoc concordat Suarez de Pœnit. D. 35. ſect. 4. nu. 24. cum Filliuc. d. tr. 7. c. 10. n. 309. quos ſequitur Diana p. 2. de Sacr. tr. 4. reſol. 145.

Sanchez. Vaſquez. Henriquez. Reginaldus. Em. Sà. Suarez. Filliucius. Diana.

27 Quæſitum 7. An poſſit abſolui de oblitis?

Quæritur ſeptimo: An taliter abſolutus, vt ſupra, qui poſtea Iubilæum non lucretur de peccatis oblitis reſeruatis poſſit poſtea abſolui à quocumq; confeſſario?

Reſolutio affirmatiua.

Reſpondetur Affirmatiuè, & Ratio noſtra eſt, quia cum valida fuerit illa confeſſio facta animo lucrandi Iubilæum, (vt ſupponitur) confeſſarius ab omnibus peccatis, tum directè expoſitis, tum indirectè oblitis abſoluit: Nam quando confeſſarius penitentem abſoluit ſemper habet, ſicut habere debet intentionem abſoluendi penitentem à quacumq; reſeruatione peccatorum, ſecundum ſuam facultatẽ, quam habet virtute Iubilæi conceſſam ſibi à Pontifice. Ita Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 45. & de Matr. tom. 2. lib. 8. D. 15. nu. 21. Portella in addit. ad dub. Reg. verb. Iubilæum n. 10. Alphonſ. de Leone p. 2. n. 203. de Iubil. & alij, quos ſequitur Diana 3. p. tr. 4. de Sacr. reſol. 145. quamuis Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 31. ſect. 4. nu. 23. appoſitum exiſtimat, ſed immeritò, cum noſtra ſententia ſit probabilior.

Indirectè etiã abſoluitur ab oblitis.

Sanchez. Portella. Alphonſus de Leone. Diana. Opinio Suarez oppoſita.

28 Quæſitum 8. An eadem ratio ſit de votis oblitis?

Quæritur Octauò: An qui tempore Iubilæi obtinuit commutationem aliquorum votorum, aliorumq; oblitus fuerit, tranſacto eo tempore, poſtea poſſet à dictis votis oblitis commutationem petere, non obſtante, quod non lucratus ſit Iubilæum?

Prima opinio. Alphonſus de Leone.

Reſpondetur. In hac re duas eſſe opiniones, vnam affirmatiuam, quam docet Alphonſus de Leone de Iubil. p. 2. nu. 103. exiſtimat enim eodem tenore concedi à Pontifice per Bullam Iubilæi facultatẽ abſoluendi à reſeruatis, & commutandi vota: cum ergo coniunctorum eadem ſit diſpoſitio, ſequitur, quod ſicut quando, quis confeſſus eſt tempore Iubilæi animo illud lucrandi remanet liber ab omnibus peccatis etiam reſeruatis, tam confeſſis, quam etiam oblitis, quamuis etiam nullum peccatum reſeruatum in tali confeſſione per obliuionem fuiſſet confeſſus, etiam quod deinde Iubilæum non lucretur, vt ſupra in præcedenti caſu dictum eſt: Ita remanet libera reſeruatione votorum, etſi nullius voti commutationem petierit, & obtinuerit.

Rationes iſtius ſententiæ.

29 Secunda ſententia negatiua.

His tamen non obſtantibus: Reſpondendo dicimus: Negatiuam ſententiam eſſe veriorem, & magis rationi conſentaneam, quam docent Sanctarellus de Iubilæo c. 12. d. 3. Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 4. c. 54. nu. 52. Boſſius de Iubil. ſect. 2. caſ. 45. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 279. Philippus a Cruce in theſaur. Eccl. tr. 1. §. 20. nu. 3. Portella in dub. Reg. de Iub. nu. 19. Diana p. 5. tr. 12. de Iubil. reſol. 41. & Ratio iſtorum eſt, quia non eſt eadem ratio de votis oblitis, & de peccatis reſeruatis: Illa enim peccata oblita in confeſſione facta, fuerunt indirectè abſoluta. Vota autem non commutantur indirectè: quapropter quandò, quis non obtinuit Iubilæum, non poteſt poſtea, eo tranſacto commutationem votorum oblitorum petere.

Sanctarellus. Sanchez. Boſſius. Filliucius. Philippus à Cruce. Portella. Diana. Ratio aſſertionis. Differentia inter vota, & caſus reſeruatos. Vota non cõmutantur indirectè.

30 Vota commutata legitime fuerunt commutata.

Verum tamen eſt, quod in caſu, vota commutata à confeſſario virtute Iubilæi, quamuis poſtea penitens illud non lucretur, talia tamen vota remanent verè commutata: Secus autem dicendum eſt de votis oblitis in illa confeſſione facta, non lucrato Iubilæo: Nam hæc non poterunt commutari tranſacto Iubilæo, & nõ obtento, ſi vero Iubilæum obtinuit poſſet poſtea vota ante Iubilæum emiſſa, non ſolum oblita, verum etiam, quæ tunc noluit commutari: Nam quando penitens conſecutus eſt Iubilæum obtinuit ius illius conceſſionis commutandi vota omnia emiſſa ante Iubilæi conſecutionem. Ita Portella cum omnibus ſupra citatis.

Vota oblita quando commutari poſſunt. Portella.

31 Quæſitum 9. De confeſſarijs approbatis.

Quæritur Nonò: An Regularis, approbatus à ſuo Prouinciali ad audiendas confeſſiones fratrum ſuæ Religionis poſſit eligi in confeſſarium à ſæcularibus, ſiuè à Presbyteris ſæcularibus tempore Iubilæi, ſiuè per Bullam Cruciatæ.

Confeſſarius approbatus à ſuperiore regulari non eſt approbatus ab Ordinario.

Reſpondetur Negatiuè: Non enim Prælati Regularium ſunt Ordinarij Prælati, ideoq; non poſſunt approbare confeſſarios pro ſæcularibus: Quapropter ſi Regularis Sacerdos non ſit approbatus ab aliquo Epiſcopo ad audiendas confeſſiones non poteſt eligi in confeſſarium ab aliquo ſæculari, etiam Sacerdote, neq; virtute Bullæ Cruciatæ, neq; Iubilæi: Ita Filliuc. d. tom. 1. tr. 8. c. 10. q. 14. num. 275. qui teſtatur ita fuiſſe declaratum Romæ in Sacra Penitentiaria, quod etiam docuit Suarez to. 4. de Pœnit. D. 28. ſect. 6. nu. 11.

Filliucius. Declaratio Penitẽtiariæ, & Suarez.

6.nu.11. Nam Ordinarius intelligitur Epiſcopus, & non Prælatus Regularium.

32 Quæſitũ 10. An Prælati Regulariũ indigeât approbatione ab ordinario?

Quæritur Decimò: An ſaltem Prælatus alicuius Religionis, qui adhuc non fuiſſet aliquandò approbatus ab aliquo Epiſcopo ad confeſſiones ſæculariũ audiendas poſſit eligi à ſæcularibus in confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ, ſiue tempore Iubilæi.

Prima opinio. Suarez, Fagundez.

Reſpondetur, quòd licèt de hac re ſit aliqua controuerſia inter Doctores: Nam Pater Suarez de Pœnit.D.28.ſect.8.n.2.& Fagundez lib.de præcept.Eccl. p.2.lib.6.c.12.n.39. cum alijs quibuſdam exiſtimant partem negatiuam: nam Trid. Concil. expreſsè dicit: Nemo audiat audire confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, niſi prius admiſſus ſit ab ordinario. Cum ergo iſte talis nunquam fuiſſet admiſſus ab ordinario, (vt ſupponitur) ſequitur non poſſe eligi etiam virtute Iubilæi, in quo ſemper additur illa clauſula, vt Sacerdos eligendus debeat eſſe approbatus ab Ordinario.

33 Secunda ſententia. Ratio aſſertionis ſecundæ.

His tamen non obſtantibus eſt opinio oppoſita affirmatiua valdè probabilis, dicens: Prælatos Regularium etiam non approbatos ab Epiſcopo poſſe eligi in confeſſarios à fidelibus virtute Bullæ Cruciatæ, ſiue Iubilæi, & Ratio huius eſt, quia Prælati æquiparantur Parochis, eò quod habeant curam animarum ex officio Prælaturæ, atq; ideò ſunt Parochi ſuæ Religionis, ergo iuxta Trid. ſunt ſufficienter idonei, vt poſſint proximè eligi vbiq; terrarum virtute Iubilæi, ſiue Bullæ Cruciatæ, cuiuſmodi ſunt omnes Maiores Prælati Regularium, vt Generales, Prouinciales, ſiuè etiam Minores Prælati, vt Abbates, Priores, Guardiani; Non enim alia de cauſa Conc. Trid. admittit tamquam idoneos, & ſufficienter approbatos illos, qui habent parochiale beneficium, niſi quia ipſis commiſſa ſit ab Epiſcopo, ſiuè à quolibet alio facultatem habente committẽdi officium curatum: Nam eo ipſo, quod alicui committitur cura animarum declaratur ſufficienter idoneus: Cum ergo Prælatis Regularium ex vi ſui muneris ſit demandata animarum cura; ſequitur, quod habentur tamquam idonei.

Prælati Regularium æquiparantur Parochijs. Non ſolum Prælati maiores, ſed etiam minores. Aliæ rationes ſecundæ ſententiæ.

34 Confirmatur ratio à fortiori.

Inſuper dicimus confirmando noſtram aſſertionẽ: quia in Prælatis Regularium ſupponitur eſſe Maiorem idoneitatem, & ſufficientiam ad audiendas cõfeſſiones, quam in Parochis ſæcularibus, præſertim, quia ipſi Prælati Regularium communiter probatiores eſſe ſolent, & digniores, tam in litteris, quam in moribus, quam plures ex ſæcularibus habentibus ſimplex beneficium curatum. Hæc ſecunda ſententia eſt Henriq.in ſum.lib.6.c.6.n.2.in Gloſſa. lit.E. & Io: Valerius in diff. vtriuſq; fori verb. Nullitas different. 5.Ludouici à Cruce in Bulla Cruciatæ D 1.c.2. d.11. n.8. & Angeli Boſſij de Iubil.ſect.3.caſu 2.§.2.nu.35. quos ſequitur Diana.p.5.tr.12.reſol.51.

Doctores iſtius ſententiæ. Henriquez. Io. Valerius. Lud. à Cruce. Boſſius. Diana.

35 Aduertentia notanda.

Notandum autem: Hoc intelligendum eſſe de illis Prælatis, qui adhuc ſunt in officio prælaturæ, non autem de illis, qui aliquandò fuerunt Prælati, & habuerunt curam animarum, & nõ ſunt amplius in tali officio, nam officia Regularium ſunt temporalia, & non perpetua, ideoq; ceſſante officio, ceſſat animarum cura: Trid. autem expreſsè dicit, *Niſi habeant parochialem beneficium*, hoc eſt de præſenti. Ità benè aduertit Diana p.1.tr.11. de Bulla Cruciatæ reſol.8.

Diana.

36 Quæſitũ 11. Regulares, an confiteri poſſint approbato à ſuo Prælato tantum?

Quæritur vndecimò: An Regulares tempore Iubilæi ad conſequendum Iubilæum poſſint confiteri Sacerdoti approbato a Prælato Religionis, qui adhuc non approbatus ſit à nullo Epiſcopo?

Reſpondetur. Controuerſiam eſſe inter Doctores circa hanc quæſtionem, alij enim affirmant, alij negant: qua propter operæ pretium eſt ſingulorum opiniones explicare, vt veritas ipſa cognoſcatur.

Eſt ergo. Prima ſententia Patris Suarez tom.4.de Pœnit. D.28. ſect.6. nu.11. Regin.tom.1.lib.1.c.15. ſect.2.nu.278.Henriq.lib.6.c.6.num.4. & lib.7.c.22. nu.5.Fagund.tom.2.lib.7.c.2.nu.12. Fauſti de Iubil. lib.4.q.83.& Naldi in ſum.V.Indulgentia,nu.9. aliorumque exiſtimantium: Regulares tempore Iubilæi ſi velint gaudere priuilegio in dicto Iubilæo contento debere obſeruare verba in dicto Diplomate contenta: Vbi dicitur: *Abſolui poſſe à quocumque peccato reſeruato à confeſſario, approbato ab Ordinario*, quod intelligi debet de Epiſcopo, & non de Prælato Religionis, & ideò non poſſunt excipi Regulares: Si ergo vti velint illo priuilegio eamdem conditionem obſeruare tenentur: qua propter dicunt iſti Doctores in caſu tenentur eligere confeſſarium approbatum ab Ordinario. 37

Prima opinio. Suarez. Reginaldus. Henriquez. Fagundez. Fauſti. Naldi.

Rationes iſtorum Doctorum.

Vndè ſi Regulares confiteantur de caſibus reſeruatis alijs Sacerdotibus Ordinis, qui ab Epiſcopo numquam fuiſſent approbati non poſſunt lucrari Iubilæum, niſi peccata ſua reſeruata confiteantur alicui Sacerdoti approbato ab Epiſcopo: Non enim in caſu nomine Ordinarij intelligitur Prouincialis, ſiuè alius Prælatus Religionis: Nam licèt fortaſſe in alijs caſibus, ſiue reſcriptis nomine Ordinarij poſſet intelligi, & fieri extenſio ad Prælatos Religionis, cum proportione, & diſtributione accommodata: In præſenti tamen nullo modo poteſt, quia in Iubilæis ſermo eſt de actione propria Epiſcoporum, qualis eſt approbatio idonei confeſſarij, iuxta formam Concilij Tridentini. 38

Concluſio iſtius opinionis.

Hæc tamen ſententia non admittitur ab alijs Doctoribus infra citandis, qui dicunt, *Poſſe Regulares tempore Iubilæi confiteri cuicumque Sacerdoti approbato à quocumque Prælato, ſiuè fuerit Epiſcopus, ſiuè alius Religionis Prælatus*: Nam verba illa in Bullis Iubilæi appoſita, quod Regulares poſſint eligere confeſſarium approbatum ab Ordinario, non ſunt intelligenda priuatiuè, quaſi Summus Pontifex velit priuare Regulares ſuo iure, quo poſſunt confiteri Sacerdoti ab Ordinario ſuo, qui eſt Prælatus ſuæ Religionis, ſed potius intelligenda ſunt ampliatiuè, & cumulatiuè in fauorem ipſorum pœnitentium, ità vt non ſolum confiteri poſſint tempore Iubilæi confeſſario ſui Ordinis, verum etiam alijs quibuſcumque confeſſarijs ab Ordinario approbatis, quamuis extra Iubilæum hoc illis non liceret. 39

Secunda ſententia.

Verba diplomatis non intelligenda ſũt priuatiuè, ſed ampliatiuè.

Imò ſi contraria ſententia eſſet ſequenda ſequeretur: Multos Regulares defraudari fructu indulgentiæ, & Iubilæi cùm multa exiſtent Religioſorum Monaſteria, in quibus nullus confeſſarius ab Epiſcopo loci approbatus reperiatur: aut ſaltem ſequeretur cogi Religioſum è clauſtris exire ad emendicandum ſibi confeſſarium extra Ordinem: Quod non videtur iuxta piam, & benignam mentem Pontificis, tum quia Prælatus Regularium appellatur, & eſt Ordinarius reſpectu ipſorum Regularium: Excepta cauſa ordinationis: ergo Religioſi poſſunt eligere ſibi confeſſarium approbatum tantummodò à ſuo ſuperiore: Nam ſuperior Regularium eſt Ordinarius ipſorum, & ità approbatus ab illo eſt approbatus à proprio ſuo Ordinario. 40

Reijciuntur rationes primæ ſententiæ.

Ordinarius Regulariũ eſt ſuus Prælatus.

Hæc ſententia videtur eſſe probabilior, & verior, magiſque rationi conſentanea, quam docent multi grauiſſimi Doctores, vt Alphonſus de Leone. tr. de Iubil.ſect.3.caſu 3.num.10.citans, Sorbum, Coriolanum, & Sanctarellum, quos ſequitur Diana: p.5. tr. 12.de Iubil.reſol.33.& p.2.tr.17. in miſcell. reſol.47. Angelus Boſſius de Iubil.ſect.3.caſu 3.nu.10.Ioan.à Cruce de ſtatu Religio. lib.1. c.6. concl. 2. in fine, & Fillíuc. 41

Doctores iſtius ſententiæ. Alphonſus de Leone. Sorbus. Coriolanus. Sanctarellus. Diana. Boſſius. Io. à Cruce.

Digitized by Google

Filliucius.

Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 10. q. 14. num. 275. qui ait, ita reſponſum fuiſſe ſæpè Romæ in Sacra Pœnitentiaria.

42 Concluſio pro ſecunda ſententia.

Concludunt ergo omnes illi Doctores cum alijs, ab ipſis citatis, quod quando in Bullis dicitur, quod Sacerdos ſit approbatus ab Ordinario; Verba illa (*ab Ordinario*) intelligenda ſunt ſecundum expoſitionem accommodam, ita vt nomine Ordinarij intelligatur Epiſcopus, ſi agatur de approbatione confeſſarij pro audiendis confeſſionibus ſecularium: Si verò agatur de approbatione confeſſarij pro audiendis confeſſionibus Regularium intelligitur Prælatus ipſorum: Et hanc opinionem procedere etiam quo ad nouitios, nondum profeſſos, quam ſententiam ſequitur Bonacina tom. 1. de Pœnit. D. 5. q. 7. p. 4. §. 1. nu. 25. & varijs rationibus probat.

Bonacina.

43 Regulares poſſunt confiteri extra Ordinem tempore Iubilæi.

Notandum autem: Regulares poſſe ſi voluerint tempore Iubilæi eligere ſibi confeſſarium extra ſuum Ordinem, approbatum ab Ordinario, dummodò in Diplomate Iubilæi adſit generalis facultas eligendi confeſſarium, quemcumque ſimpliciter approbatum ab Ordinario ſpecificè comprehendens etiam Regulares: etiam ſi in Bulla Iubilæi non contineatur clauſula derogatiua priuilegiorum ipſorum: Ita Boſſius, cum Leone, & Diana, locis ſupra citatis concordat Coriolanus lib. de Caſib. reſer. p. 1. ſect. 3. A. 13. qui dicit. Hoc fuiſſe declaratum Romæ in Congregatione Cardinal. de mente Summi Pontificis anno 1581. die 19. Nouembris, & eſt communis ſententia attendendo ad verba Diplomatum.

Boſſius. Alphonſus de Leone. Diana. Coriolanus. Declaratio Cardinalium. Concluſio.

44 Superiores Regularium nõ poſſunt prohibere, ne ſui ſubditi extra Ordinem confiteantur tempore Iubilæi.

Quapropter concluditur. Non poſſe ſuperiorem tempore Iubilæi prohibere ſuis ſubditis, ne confiteantur extra Ordinem: & ideo poſſunt, ſi velint ipſi Regulares ſine ſui ſuperioris licentia confiteri peccata ſua etiam reſeruata ſuis ſuperioribus cuicumque Sacerdoti ſimpliciter à quocumque Ordinario approbato: Ita enim concedit expreſsè Summus Pontifex, qui ſupremam habet facultatem: Ita omnes ſupra citati Doctores: Quidquid dicant nonnulli aliter opinantes.

45 Quæſitum 12. De Monialib. An poſſint eligere quemcunque confeſſarium?

Quæritur duodecimò: An Sanctimoniales tempore Iubilæi poſſint eligere quoſcumque confeſſarios, ſiue Regulares, ſiue ſeculares, etiamſi in particulari non ſint ad earundem monialium confeſſiones audiendas ab Ordinario deputati?

46 Duplex opinio. Prima opinio negatiua. Io. Suarij. Molfeſij. Barthol. de S. Fauſto. Alphonſus de Leone. Pollachij.

Reſpondetur etiam in hac difficultate eſſe duas oppoſitas opiniones, vnam negatiuam, alteram affirmatiuam. Prima ergo opinio eſt: Io: Suarij in ſum. lib. 5. Verbo Indulgentia. §. Tempore Iubilæi, & Molfeſij in ſum. tom. 1. tr. 7. c. 16. nu. 31. & Fauſti de Iubil. lib. 4. q. 78. Alphonſi de Leone de Iubil. p. 2. q. 9. num. 25. & Georg Pollachi in Bull. Iubil. Vrbani VIII. ſec. 4. nu. 8. Vbi ſic ait. Aduertendum hic eſt, confeſſiones Sanctimonialium, nec hoc tempore ampliſsimi Iubilæi nullum confeſſarium etiam Regularium audire poſſe, licèt quo ad alios fideles ſit approbatus, ſine expreſſa, & particulari licentia Ordinarij ipſarum Sanctimonialium. Imò addit idem Pollachus. Hoc ita fuiſſe declaratum Romæ in Sacra Cardinalium Congregatione.

47 Rationes iſtius opinionis.

Ratio autem iſtorum eſt, quia Acceſſus ad Monaſteria Monialium prohibitus eſt cuicumque confeſſario abſque expreſſa licentia ſpeciali Ordinarij ipſarum: Quapropter Papa non intendit dare iuriſdictionem illis Sacerdotibus, qui habent aliquod impedimentum, cuiuſmodi eſt iſtud de acceſſu ad Monaſteria: Vnde tempore Iubilæi ſolent Abbatiſſæ in quolibet Monaſterio congregare ſuas Moniales, & ab illis petere; Quos nam confeſſarios habeant gratos, & ita dicit, Moniales nominare tres, quatuor, ſiuè plures confeſſarios, quorum nomina mittuntur ad Ordinarium ipſarum, vt ab illo omnes, vel vt pro ei libuerit approbentur, & impertiatur eis licentia ad Monaſterium accedendi, ne prætextu confeſſionis aliqua inconuenientia ſequerentur in deſtructionem ſacræ obſeruantiæ: Ita Pollachus cum alijs ſupra citatis.

Praxis pro Monialib. tẽpore Iubilæi.

48 Secunda ſententia affirmatiua.

Secunda Sententia eſt Affirmatiua, dicens: Poſſe Sanctimoniales virtute Iubilæi pleniſſimi eligere ſibi confeſſarium, ſemel approbatum ab aliquo Ordinario ad audiendas confeſſiones fidelium ſine ſpeciali licentia Epiſcopi: & Ratio huius eſt, quia Summus Pontifex concedit liberè omnibus fidelibus vtriuſque ſexus etiam Regularibus hanc facultatem: Nam in Iubilæo conceditur gratia ampliſſima pro omnibus fidelibus, nullis exceptis, quam facit Summus Pontifex theſaurum Eccleſiæ aperiens omnibus Chriſti fidelibus, pro conſolatione animarum ſuarum: Cum ergo inter Chriſti fideles connumerari debeant etiam Moniales, & Papa illas non excludat, non eſt cur nos eas excludere debeamus: Gratiæ enim non ſunt reſtringendæ, ſed ampliandæ, & vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.

Ratio ſecundæ ſententiæ.

49 Reſpondetur obiectioni de conſtitutione Greg. XV. & declaratione Cardinalium.

Nec obſtat conſtitutio Gregorij XV. & Declaratio Cardinalium: Non enim loquuntur in hoc caſu Iubilæi, ſed ſolùm in caſibus Ordinarijs, & de Iubilæo nihil dicunt: Vndè manifeſtè patet, quod de Iubilæo non loquitur Gregorius in dicta conſtitutione, quaſi ſic: Iubilæus quò ad hunc caſum eligendi confeſſarium nihil Monialibus prodeſſet: Ita Laurentius de Peyrinis in Priuileg. Min. tom. 3. c. 4. ſuper conſtitutionem Leonis X. num. 4. & Angel. Boſſius tr. de Triplici Iubilæo ſect. 3. caſu 5. nu. 2. quod idem ſentit Bonacina de Pœnit. D. 5. q. 7. p. 4. §. 1. nu 22. ſequitur Diana p. 5. tr. 12. reſol. 12.

Laurẽtius de Peyrin. Boſſius.

Bonacina. Diana.

50 Concluditur pro Monialibus. Bulla Vrbani VIII. Pontificia ſollicitudo.

Imò noſtris temporibus non eſt amplius aliqua difficultas circa hanc quæſtionem poſtquam emanata eſt Bulla Papæ Vrbani VIII. quæ incipit: *Pontificia ſollicitudo*, quæ habetur regiſtrata in tom. 4. Bullarij in eius conſtit. 16. §. 5 pag. 249. Vbi *Summus Pontifex concedit expreſſè Monialibus, vt tempore Iubilæi poſſint ſibi aſſumere confeſſarium, approbatum ab Ordinario loci, qui poſſit eas abſoluere ab omnibus exceſſibus, & peccatis, etiam reſeruatis*: legite Peyrinum loc. cit.

Quæſitum 13. 51 A quo Ordinario ſit approbatus confeſſarius? Reſolutio.

Quæritur tertiodecimò. A quo Epiſcopo debeat eſſe approbatus confeſſarius, eligendus virtute Iubilæi, ſiue Bullæ Cruciatæ?

Reſpondetur ſecundum probabiliorem, & ſecuriorem Theologorum ſententiam, quòd quotieſcumque Pontifex concedit, vt fideles tempore Iubilæi poſſint abſolui à confeſſario approbato ab Ordinario: Quilibet Sacerdos, ſiuè ſecularis, ſiuè Regularis, cuiuſcumque Religionis, ſemel approbatus ab Epiſcopo, ſiuè originis, ſiuè beneficij, ſiuè domicilij, ſiue ſit Epiſcopus pœnitentis, ſiue confeſſarij, ſiue loci, vbi audiuntur confeſſiones, & conſequenter à quocumque Epiſcopo, ſiue Ordinario, ſimpliciter ad audiendas confeſſiones poterit vbique terrarum eligi ab habente facultatem eligendi confeſſarium approbatum ab Ordinario, licèt non ſit approbatus ab Epiſcopo pœnitentis, ſiuè illius loci vbi audit cõfeſſiones: Ita Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 28. ſect. 6. num. 10. & ſect. 7. num. 3. & 8. Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 9. num. 260. Fagund. præcep. 2. Eccl. c. 2. nu. 29. Portella in dub. Reg. verb. confeſſor. nu. 4. Regin. tom. 1. lib. 6. c. 16. q. 4. nu. 188. Fernandez p. 3. c. 9. §. 8. nu. 4. Angel. Boſſius de Iubil. ſect. 3. caſu 2. §. 7. nu. 215. & Diana, p. 5. tr. 12. reſol. 52. & p. 1. tr. 11. de Bulla Cruc. reſol. 7. citans plures alios Doctores: quorum ratio eſt, quia Iubi-

Suarez. Filliucius. Fagundez. Portella. Reginaldus. Fernandez. Boſſius. Diana. Ratio iſtorũ Doctorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iubilæum, ſiuè Bulla non requirit aliud, niſi, quod confeſſarius elegibilis ſit tantùmmodo approbatus ab Ordinario, quia in caſu iuriſdictionem concedit Summus Pontifex per Bullam, ſiuè per Iubilæum.

52 Quæſtio 14. An cōfeſſarius approbatus limitatè ſit eligibilis ab omnibus?

Quæritur quarto decimò: An Sacerdos approbatus ab Ordinario limitatè, pro vno tantum genere perſonarum, videlicet ruſticorum, ſiuè puerorum ſit eligibilis ab omnibus quibuſcumq; virtute Iubilæi, ſiue Bullæ Cruciatæ.

Prima opinio Negatiua. Filliuc. Alphonſ. de Leone. Nugn.

Reſpondetur. In hac re tres eſſe opiniones, quarū. Prima eſt Negatiua. Filliuc. tom. 1. tr. 7. c. 9. n. 262. Alphon. de Leone tr. de Iubil. p. 2. q. 9. n. 20. Nugn. in in 3. p. tom. 2. q. 8. art. 5. d. 9. & aliorum, dicentium: Talem approbationem limitatam pro certis perſonis dumtaxat non eſſe ſufficientem, vt talis Sacerdos poſſet ab omnibus eligi virtute Iubilæi, quia talis approbatio non eſt abſoluta, & ſimpliciter, ſed tantum, ſecundum quid: Nam approbatio facta eſt ſecundum intentionem Epiſcopi approbantis, & ideo non plus valet, niſi ſecundum intentionem ipſius.

53 Secunda opinio affirmatiua.

Secunda opinio affirmat talem Sacerdotem approbatum pro aliquibus tantum perſonis poſſe tempore Iubilæi, ab omnibus eligi: & Ratio iſtorum eſt, quia talis Sacerdos approbatus eſt ab Ordinario, quod tantum requiritur per Bullam, ſiue per Iubilæum, ergo, vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, cum gratiæ ſint ampliandæ, & non reſtringendæ. Ità Fagund. d. 2. præcept. Eccl. tr. 2. lib. 7. c. 2. n. 18. Fernand. p. 3. c. 9. §. 8. nu. 6. cum alijs. Non enim (inquiunt illi Doctores) Summus Pontifex exprimit talem Sacerdotem eligibilem per Bullam debere eſſe approbatum illimitate pro tota Diœceſi, vel ciuitate, ſed tantum requirit, ſemel fuiſſe approbatum ab Ordinario, ergo ſufficit quæcumque approbatio, licèt ſit limitata.

Fagundez. Fernandez.

54 Tertia opinio media.

Tertia opinio diſtinguit, dicens: vel talis Sacerdos eſt approbatus limitatè pro aliquibus tantum perſonis ex defectu ſcientiæ ipſius confeſſarij, vel non, ſi primo modo, ab illis dumtaxat, & non ab alijs poteſt eligi in confeſſarium virtute Iubilæi: & Ratio huius eſt, quia non poteſt quis eligi in confeſſarium, niſi ſit ab Ordinario ſimpliciter approbatus, ſed qui ad vnum genus perſonarum: videlicet ruſticorum, ſiuè puerorum ex defectu ſcientiæ non eſt ſimpliciter approbatus, imò potius reprobatus eſt ad omnes alias perſonas, igitur ab illis tantum eſt eligibilis virtute Bullæ, ſiuè Iubilæi, & non ab alijs: Ità Rodriq. in Bulla Cruciat. D. 1. c. 2. d. 19. Angel. Boſſius de Iubil. ſect. 3. caſu 2. §. 10. n. 245. Ledeſma in ſum. tom. 1. de Pœnit. c. 13. d. 9. Diana: p. 5. tr. 12. reſol. 48. & hæc 3. ſententia videtur eſſe probabilior.

Quando limitatio facta eſt ex defectu ſcientiæ.

Rodriquez. Boſſius. Ledeſma. Diana.

55 Quādo limitatio facta eſt ex defectu ætatis.

Si verò limitatio non fuiſſet facta ex defectu, ſed propter aliquam aliam cauſam, tunc admittunt iſti Doctores ſententiam affirmatiuam dicentem. Poſſe eligi in confeſſarium virtute Iubilæi, ſiuè Bullæ Cruciatæ ab omnibus fidelibus vbiq; terrarum, quia verum eſt dicere: Talem Sacerdotem eſſe approbatum ab Ordinario iuxta formam Concilij Tridentini ſeſſion. 22. c. 15. & hoc credo voluiſſe dicere Doctores ſecundæ opinionis.

56 Quæſtio 15. de Iuramētis, & votis iuratis.

Quæritur tandem: Vltimò: An confeſſarius virtute Iubilæi, ſiuè Bullæ Cruciatæ poſſit non ſolum commutare vota, ſed etiam iuramenta Deo facta, vel vota iurata?

Prima ſententia negatiua.

Reſpondetur. Duas eſſe ſententias: alij enim exiſtimant Iuramenta Deo facta virtute Iubilæi, non poſſe abſolui, eò quod ſint diuerſæ rationis à votis: alia enim eſt ratio voti, alia iuramenti; Votum enim eſt ſimplex promiſſio facta Deo. In Iuramento autem inuocatur Deus tanquam teſtis, & iudex, & ideò videtur eſſe maioris obligationis, quandò ergo ſimpliciter per Iubilæum conceditur facultas commutandi vota, non intelligitur de Iuramentis: quando enim Pontifex vult concedere facultatem ad diſpenſanda Iuramenta ſolet explicare, cùm ergo in Iubilæo, non ſit talis explicatio, non intelligitur facta; Nam priuilegium gratis conceſſum non eſt latè interpretandum, & in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet, quis ſimiliter conceſſurus: Ita Azor. to. 1. lib. 11. c. 10. quæſt. 2. Leſſ. de Iuſtit. lib. 2. cap. 42. dist. 12. num. 60. Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 4. caſu 53. num. 20. Valentia tom. 3. D. 6. quæſt. 6. p. 4. & alij aſſecli.

Azorius. Leſſius. Sanchez. Valentia.

57 Secūda ſententia affirmatiua.

Secunda ſententia tenet, quod quando Summus Pontifex concedit per Iubilæum facultatem diſpenſandi, & commutandi vota, intelligit etiam de Iuramentis factis Deo in confirmatione votorum, nam iurans nihil aliud intendit, niſi votum factum confirmare, & ſicut votum multipliciter confirmatum poteſt commutari, ita etiam, & iuramento firmatum. Quapropter delegata poteſtas in votis diſpenſandis, illaque commutandi extenditur etiam, tum ad iuramenta pia abſolute facta, tum ad vota iuramento ex propoſito confirmata, tum etiam ad vota iurata: Ità Suarez: tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 14. à nu. 9. ſequuntur Filliuc. tom. 1. tr. 26. c. 9. num. 255. Baſil. Pontius: de matr. lib. 8. c. 11. nu. 5. & Diana p. 5. tr. 12. de Iubil. reſol. 57. Et hæc de facultate confeſſariorum virtute Iubilæi dicta ſufficiant.

Suarez. Filliucius. Pontius. Diana.

DE ALIIS REQVISITIS AD CONſequendum Iubilæum.

CAP. III.

1 De alijs operibus requiſitis pro Iubilæo.

EXplicatis tribus operibus, quæ requiruntur pro conſecutione Iubilæi, quæ conſiſtunt in viſitatione Eccleſiæ, ſiuè Eccleſiarum ab Ordinario deputatarum, & Oratione in eis facienda à fidelibus, ac de confeſſione Sacramentali facienda tempore Iubilæi iuxta formam, quæ in Bullis præſcribi ſolet à Pontifice: Reliquum eſt, vt de alijs tribus operibus, quæ communiter exquiri ſolent à Pontifice pro conſequendo Iubilæo: communiter autem vltra præcedentia præſcribi ſolent: Ieiunium vnius, vel trium dierum in aliqua hebdomada, Eleemoſynam, & Sacram communionem per Euchariſtiæ ſumptionem, iuxta formam Bullarum cuiuſcumque Iubilæi, & ideò quò ad Ieiunium quandò eſt trium dierum.

De Ieiunio.

Quæritur primo: An omnia ieiunia ſint facienda in eadem hebdomada: videlicet Feria 4. 6. & Sabbato eiuſdem hebdomadæ?

2 Quæſitū primum. An opera exſequi poſſent ī duobus hebdomadis? Reſolutio eſt affirmatiua.

Reſpondetur, quod quandò in Iubilæo præſcribuntur duæ hebdomadæ: videtur aliquod opus exequi poſſe in priori hebdomada, & aliud in poſteriori, & hoc procedit ex ſola libera volūtate fidelium abſque vlla confeſſarij diſpenſatione, & abſque vlla ſpeciali cauſa, & conceſſione confeſſarij: ſufficit enim, quod tempore Iubilæi omnia opera præſcripta à fidelibus adimpleantur: Secus autem dicendum eſt de Ieiunijs: Nam Ieiunia quæ præſcribuntur à Pontifice videntur adimpleri debere intra eamdem hebdomadam, quia talis videtur eſſe Pontificis intentio ad maiorem carnis macerationem, quapropter Ieiunia aſſignātur in diebus determinatis, & expreſſis videlicet feria 4. 6. & Sabbatho vnius hebdomadæ, & ideò transferri non poſſunt pro voluntate Pœnitentis, niſi ex cauſa iuſta aliter aliquandò confeſſarius diſpenſauerit. Ità Io. Præpoſitus in 3. p. D. Thom. q. 14. de Indulg. d. 10. num. 87. Llamas lib. 5. tr. 7. c. 8. num. 10.

Ieiunia in vna hebdomada ſunt adimplenda.

Io. Præpoſitus. Llamas. Naldus. Diana.

d. 4.

d.4.Naldus in ſum. verbo Indulg.num.14. & Diana p.5.de Iubilæo tr.12. reſol.24.

3 Quæſitum 2. De commutatione ieiunij.

Quæritur ſecundò: An confeſſarius poſſet mutare Ieiunia Iubilęi,aliaque opera præſcripta etiam in vltimo die ſequentis hebdomadæ, in quo terminatur tempus lucrandi Iubilęum?

Commutatio poteſt aliquando fieri etiam in vltimo die.

Reſpondetur. Affirmatiuè,& Ratio huius eſt,quia facultas confeſſarij commutandi opera Iubilæi non ſolum ſe extendit circa opera faciēda, verum etiam circa opera præterita non ſolum ob legitimam cauſam ægritudinis, impotentiæ. Sed etiam ex negligentia, ſiuè etiam ex malitia omiſſa: prout plenius dictum eſt ſupra in præcedenti capitulo q. 3. num.8. Vndè concludimus: Talem commutationem fieri poſſe a confeſſario etiam die Dominicę vltimę hebdomadę,quia tunc ſe habet pœnitens tamquam impotens ad illa adimplenda tempore præſcripto: Ita Filliuc.tom.1.tr.8.c.10. nu.265. & 273. Sanctarellus de Iubil.c.7.d.1. Alphonſ.de Leone de Iubil. p.2. nu.186.Pollachus de Iubil.ſect.42.nu.65.Angel.Boſſius de Iubil.ſect.1. caſu 38. & Diana p.5. tr.12. de Iubil. reſol. 26. Qui affirmat Romæ ita fuiſſe deciſum, & declaratum.

Filliucius. Sanctarellus. Alphonſus de Leone. Polacchus. Boſſius. Diana.

4 Quæſitum 3. An ieiunia pręcepta poſſint applicari pro Iubilæo? Concluſio eſt affirmatiua.

Quæritur tertiò. An quis poſſit lucrari Iubilæum, præſtando opera alias debita ex præcepto?

Reſpondetur.Affirmatiuè,& Ratio huius eſt,quia non repugnat quominus vnico actu pluribus obligationibus quis ſatisfaciat, dummodò natura talium actuum, ſiuè obligationum id patiatur, prout eſt in caſu noſtro: Quapropter tempore Iubilęi ſufficit facere ieiunia præſcripta etiam tempore Quadrageſimæ, ſiuè Quatuor temporum, ſiuè Vigiliarum: patet hoc ex praxi: nam dictis temporibus etiam publicantur Iubilæa.

5 Omnia opera præſcripta pro Iubilæo applicari poſſunt etiam quod ſint aliàs pręcepta.

Similiter etiam dicimus; ſufficere dare eleemoſynam cuicumque pauperi, etiam in extrema neceſſitate exiſtenti: ſimiliter etiam preces effundere, quas aliàs ex voto,ſiuè præcepto tenetur recitare,ſiue pęnitentiam iniunctam à confeſſario. Ita etiam faciendo confeſſionem, & communionem tempore Paſchatis:Quapropter in caſu vna,& eadem confeſſione,& communione adimplebit pręceptum Eccleſiæ, & adimplebit opera præſcripta pro Iubilęo lucrando:Ita Sanctarellus de Iubil.c.4.d.10.& c.7.d.1. Fernandez in med.p.3. c.7. §.10.nu.2. Comitulus in reſponſ.mor.lib.1.q.30. Pollachus de Iubil.p.1.num. 12.& p.2. num.147. cum alijs citatis in tr.de ſatisfactione.

Sanctarellus. Fernandez. Comitulus. Pollachus.

6 Quæſitum 4.

Quæritur quartò. An in ieiunijs Iubilęi poſſit quis liberè ſine Bulla Cruciatæ comedere oua, & lacticinia?

Oua, & lacticinia in ieiunijs non ſunt prohibita,niſi in quadrageſima.

Reſpondetur affirmatiuè, & ratio eſt, quia in omnibus ieiunijs per annum extra quadrageſimam non eſt prohibitum comedere lacticinia,& oua, ſiuè talia ieiunia ſint adimplenda pro pœnitentia iniuncta a confeſſario, ſiue pro voto,ſiuè pro Iubilęo, ſiuè ex præcepto Regulæ promiſſæ: ſine priuilegio Bullæ Cruciatæ: ſolum enim ieiunium Quadrageſimale ſtrictiori modo eſt obſeruandum. in quo ſolum prohibetur eſus lacticiniorum, quæ ſine Bulla Cruciatæ dicto tempore Quadrageſimæ,comedi non poſſunt: In alijs verò ieiunijs, quęcumque ſint illa non ſunt prohibita lacticinia:Ita Sanchez in ſum.tom.1.lib.4. c.11.nu.4. Nugnus in 3.p.tom.2.tr. de Bulla Cruciatæ.§.8.d.3.Henriq.lib.7.c.11.nu.4.& c.13.nu.13. Filliuc.tom.2.tr.27.c.3.nu.59.Sancius in ſelect.D.4.nu. 19.Leſſius de Iuſt.lib.4.c.2.d.2.num.8.Alphonſus de Leone de Iubil. p.2.q.14.ſect.3.num.142.Portella in dub.Reg.verbo ieiunium nu.7.& Diana p.1.tr.11.de Bulla Cruc.reſol.4.& tr.9.de ieiunio reſol.6.

Sanchez. Nugnus. Henriquez. Filliucius. Io. Sancius. Leſſius. Alphonſus de Leone. Portella. Diana.

Inſuper ſupradicti Doctores aſſerunt: Neque de conſuetudine introduci in diebus ieiuniorum extra quadrageſimam comeſtionem lacticiniorum eſſe illicitam.Et quamuis aliqui Doctores limitent dicentes: Niſi adſit conſuetudo in aliquibus Prouincijs in contrarium, vt in Hiſpania, & quibuſdam partibus Gallię:Sed reſpondent alij Doctores;Talem conſuetudinem modo non extare pręcipuè in Regno Siciliæ vbi eſt Bulla Cruciatæ, prout aduertit Diana p.1. tr.9.de ieiunio reſol.6. 7

Neque ſunt illicita ratione conſuetudinis.

Diana.

8 Quæſitum 5. De illo, qui in diebus ieiunij comedit vſque ad ſaturitatem.

Quæritur quintò. An qui in ieiunijs Iubilęi, ſiuè aliorum de pręcepto ſiuè Eccleſię, ſiuè confeſſarij, ſeruata ciborum qualitate ventrem ſuum adeò immoderatè replet, vt ieiunij difficultatem non ſolum non ſentiat; nec carnis vitia comprimat, ſed potius libidinem excitet, & foueat, ſatisfaciat pręcepto ieiunij?

Adimpletur forma ieiunij etiamſi comedat ſemel in die vſque ad ſatietatem.

Reſpondetur ſatisfacere,& formam ieiunij adimplere,iuxta pręceptum Eccleſiæ, modo a cibis in die ieiunijs vetitis abſtineat, nec plures refectiones ſumat, non enim amplius pręcipit Eccleſia, quam abſtinere à cibis prohibitis, & pluribus refectionibus in eodem die:Ità Medina C. de Ieiunio q. 6. Couar. 4.var.c.20.nu.11. Bonac.tom.2.de Pręcept. Eccl. D. 11.q.1.p.2.num.7.Regin.lib.4.num.163. Talis enim ſeruat finem obiectiuum ieiunij,quamuis non ſeruet finalem intentum.

Io. Medina. Couarr. Bonacina. Reginaldus.

9 Quæſitum 6. De eleemoſyna.

Quæritur ſextò: circa Eleemoſynam faciendam pro conſequendo Iubilęo iuxta formam requiſitam in Bullis: An videlicet, quælibet Eleemoſyna quantumcumque minima ſufficiat, an facienda ſit iuxta qualitatem perſonæ largientis?

Quæcumque eleemoſyna, etiam minima largiatur eſt ſufficiens.

Reſpondetur ſecundum probabiliorem ſententiam: ſufficere quamcumq; paruam eleemoſynam, etiam vnius oboli ad lucrandum Iubilęum, dum tamen in Diplomate non fuiſſet determinata quantitas eleemoſynæ faciendæ,quod numquam aut rariſſimè fieri ſolet; Quandò autem abſolutè dicitur, & indeterminatè:*faciant eleemoſynam*,tunc ſufficit quæcumque illa ſit,iuxta arbitrium largientis:Ita Suarez tom.4.de Pœnit.D.52.ſect.8. Filliuc.tom.1.tr.8. c.6. nu.166.Rodriq.in Bulla Cruciat.§.7.nu.4.Sanctarellus de Iubil.c.7.d.1. Alphonſus de Leone de Iubil.p. 2.nu.132.& Ratio illorum eſt,quia eleemoſyna ſimpliciter dicta per quamcumq; eleemoſynam etiam minimam adimpletur. Ità Diana p.5.de Iubil.tr.12. reſol.14.

Suarez. Filliucius. Rodriq. Sanctarellus. Alphonſus de Leone. Diana. Ratio aſſertionis.

10 Difficultas quando dicitur in Bullis: Iuxta facultatem largientium eleemoſynas.

Sed maius dubium eſt: Quando in Bullis pręcipitur: Eleemoſynam faciendam eſſe iuxta facultatem cuiuſcumque perſonæ largientis?

Prima ſententia.

Reſpondetur in hoc caſu multos Doctores exiſtimare, quod ſi diuites darent eleemoſynam minimam,non conſequerentur indulgentiam conceſſam per Iubilęum,quia talis minima eleemoſyna non eſſet, ſecundum propriam facultatem: Ita Nauar. de Iubil.not.31.num.34.Corduba de Indulg.lib.5.q.22. Regin.tom.1.lib.7.c.vltimo q.4.num.187. cum alijs aſſeclis.

Nauar. Corduba. Reginald.

11 Secunda ſententia.

Alij verò hoc non placet, vndè dicunt: ſufficere, etiam in caſu quamcumque eleemoſynam ad arbitrium dantis, prout melius in Domino expediri videbitur,etiam ſi eleemoſyna ſit in parua quantitate; & Ratio iſtorum eſt, quia ſi non ſufficeret quęlibet eleemoſyna, ſed eſſet facienda proportionate,iuxta qualitatem facultatum perſonarum, fideles numquam poſſent ſcire ſe lucraturos eſſe Iubilęum,& ità ſemper remanerent dubij de conſecutione,cum difficillimum eſſet ſcire quanta quantitas eleemoſynæ ab vnoquoque eſſet facienda, & ità Reges,& Principes tenerentur dare eleemoſynam in magna quantitate,

Ratio ſecundæ ſententiæ.

Digitized by Google

titate, ſaltem millium, ſiue duorum millium ducatorum iuxta facultates ſuas, & ità multum difficilis redderetur conſecutio Iubilæi: Non enim videtur eſſe talis pia intentio Summi Pontificis.

12 Concluſio. Sufficit ſēper Eleemoſyna ad arbitrium largientis.

Quapropter concludunt: ſemper Eleemoſynam faciendam eſſe ad libitum largientis: Non enim quātitas Eleemoſynæ menſuranda eſt Mathematice calamo, & menſura, ſed moraliter iuxta prudentis viri arbitrium, & ideò in caſu ſufficiet, vt detur Eleemoſynam, quam homines tales, & talis ſtatus communiter ſoliti erant facere extra tempus Iubilæi: Ità Angel. Boſſ. de Tripl. Iubil. ſect. 4. caſu 21. n. 29. 32. & 35. & Bottinus in obſeruat. ſuper Bullam Sixti V. pag. 196. & ſequitur Diana p. 5. tr. 12. de Iubil. reſol. 14. Quæ ſententia videtur magis rationi conſentanea, ſecundum piam mentem Pontificis.

Boſſius. Bottinus. Diana.

13 Quæſitum 7. Pauperes an teneantur facere Eleemoſynam pro Iubilæo.

Quæritur ſeptimò: An pauperes, qui propter eorum paupertatem non poſſunt facere Eleemoſynam præſcriptam in Iubilæo egeant commutatione in aliud opus pium pro ipſo Iubilæo lucrando?

Prima opinio.

Reſpondetur etiam in hac re Duas eſſe ſentētias: Vnam affirmatiuam dicentium: Omnino ſeruādam eſſe formam in Bulla Iubilæi, præſcriptam: Nam indulgentiæ tantum valent, quantum ſonant, cùm autem vna ex operibus requiſitis ſit Eleemoſyna, quādò aliquis facere non poteſt oportet petere commutationem a confeſſario in aliud opus pium, iuxta ipſius confeſſarij arbitrium: Ità Sanctarellus de Iubil. c. 7. d. 1. Alphonſ. de Leone de Iubil. p. 2. num. 72. Laporius de Iubil. c. 19. num. 6.

Sanctarellus. Alphonſus de Leone. Lauorius.

14 Secunda opinio.

Altera ſententia docet: In caſu non eſſe neceſſariam commutationem Eleemoſynæ in aliud opus, quia mens Summi Pontificis talis eſſe videtur: Nam cum ipſe pauper egeat Eleemoſyna propter ſuam paupertatem non tenetur alijs facere, quia ad impoſſibile nemo eſt obligatus: Ità exiſtimant Nauar. in Miſcell. 94. num. 2. Graff. in Append. lib. 2. c. 5. nu. 58. Henriq. in ſum. lib. 7. c. 10. num. 6. Fauſtus de Iubil. lib. 4. q. 55. & Fernandez in medul. p. 3. c. 7. §. 8. nu. 3.

Nauar. Graffius. Henriquez. Fauſtus. Fernandez.

15 Deciſio quæſtionis.

Quid ego ſentiam dicam breuiter: Vtraque ſententia eſt probabilis: exiſtimo tamen pro maiori ſecuritate: vel ſufficere dare quamcumque Eleemoſynam minimam ſaltem vnius oboli, quia ſic adimpleretur opus præſcriptum de Eleemoſyna, vel ſaltem petere commutationem à confeſſario, vel ſi velit aliquis facere Eleemoſynam pauperibus, vel alicui pauperi pro ipſo, dicendo alteri, volenti illi dare Eleemoſynam, vt det alteri nomine ipſius.

16 Regulares quomodo poſſunt facere Eleemoſynā pro Iubilæo? Boſſius.

Vndè Regulares habentes intentionē, quod Eleemoſyna illa, quæ largitur pauperibus in ianua conuentus ſit etiam applicata nomine ipſorum, ſatisfaciunt opere præſcripto a Pontifice de Eleemoſyna largienda pro conſequendo Iubilæo: Ità Angel. Boſſius de triplici Iubilæo ſect. 4. caſu 2. num. 4. & ità ſuperior debet habere talem intentionem applicandi Eleemoſynas, quæ fieri ſolent pauperibus a ianitori conuentus fiant nomine omnium fratrum conuentus pro conſequendo Iubilæo.

Superior religionis poteſt applicare Eleemoſynam pro fratribus.

17 Quæſitum 8.

Quęritur octauò de vltimo opere pręſcripto, quod adimpletur faciendo Sacramentalem communionem: An talis communio poſſit fieri quocumque die hebdomadæ præſcriptæ?

De communione Sacramentali. Communio pro Iubilæo, poteſt fieri in quocūq; die hebdomadæ.

Reſpondetur: Affirmatiuè de mente omnium cōmuniter etiam ſi in Diplomate pręſcriptum ſit, quod communio ſit facienda in dominico die, qui ieiunia proximè ſequitur. Non enim aſſignatur dies pro communione facienda in tali die præceptiue, ſed conſultiuè, tamquam tempus magis accommodum, & ideò conuenientius communio Sacramentalis fit vltimo die ſuo loco, præmiſſis cæteris operibus, tamquam præuijs diſpoſitionibus, non tamen eſt de eſſentia: quapropter in quocumque die eiuſdem hebdomadæ ſumatur Sancta communio adimpletur ſufficienter opus præſcriptum. Ità Boſſius de Iubil. ſect. 4. caſu 20. & Diana p. 5. tr. 12. reſol. 17.

Ratio Aſſertionis. Boſſius. Diana.

Quæſitum 9. 18 De cōmunione facta in peccato mortali.

Quæritur nonò: An communio in peccato mortali facta ſufficiat ad ſatisfaciendum oneri communionis iniuncto pro lucrando Iubilæo, ſi talis communio non ſit vltimum opus in Iubilæo præſcriptū?

Omnia opera præſcripta in Iubilæo ſunt ſufficientia, etiam extra gratiam.

Reſpondetur. Affirmatiuè: Non enim eſt neceſſe, vt quis ſit in ſtatu gratiæ toto tempore, quo ſingula opera præſcripta facit pro conſequendo Iubilæo, ſed ſufficit, vt in vltimo inſtanti, in quo vltimum opus perficitur ſit in gratia, ſaltem per contritionem: Ità Henriq. in ſum. lib. 7. c. 9. num. 5. Fauſtus de Iubil. lib. 4. q. 46. & Fernandez in Theolog. mor. p. 3. cap. 7. §. 8. num. 1. Boſſius de Iubil. ſect. 4. c. 20. num. 17. & Diana p. 3. tr. 4. de Sacramentis reſol. 148. & p. 5. de Iubil. tr. 10. reſol. 17. cum alijs.

Henriquez. Fauſtus. Fernandez. Boſſius. Diana.

19 Concluſio. Sufficit, quod in vltimo inſtanti ſit in gratia ſaltē p contritionem. Ratio concluſionis.

Dicendum igitur eſt, quod ſi in die Dominico in ipſo Iubilæi termino talis ſaltem per contritionem rediret in gratiam obtineret quidem Indulgentiam Iubilæi conceſſam, non obſtante, quod confeſſio fuiſſet inualida propter indiſpoſitionem, & communio in peccato mortali facta: & Ratio eſt, quia vere dicitur iſte talis perfeciſſe opera pręſcripta pro lucrando Iubilæo, & in vltimo inſtanti, quo conſecuturus eſt indulgentiam ſit in gratia per actum veræ contritionis.

20 Occurritur obiectioni, quando dicitur. Deuotè, & reuerenter. Dicuntur cōſultiuè, & nō præceptiuè.

Et quamuis in Diplomate aliquandò dicatur: ſumāt Euchariſtiam reuerenter, & deuotè: Reſpondet Boſſius. loc. cit. quod illæ particulæ poſſunt intelligi adhortatiuè, & non pręceptiue, ità vt Pontifex ſolum adhortetur fideles ad reuerenter, & deuotè ſuſcipiēdam Euchariſtiam, conſulendo id, quod decentius eſt, & ſecurius, atque conuenientius.

21 Deciſio quæſtionis.

Verùm eſt tamen, quod ſunt nonnulli alij Doctores oppoſitum exiſtimantes, & dicentes: Summum Pontificem exigere confeſſionem, & communionem validam, & ritè factam, non autem ſacrilegam: Vnde vtraque opinio videtur eſſe probabilis, quarum prior eſt Henriq. Bart. de S. Fauſto, Fernandez Boſſij, & Dianæ loc. ſupra cit. num. 18. Poſterior verò eſt: Sanctarelli de Iubilæo c. 7. d. 2. & Alphonſ. de Leone de Iubil. p. 2 ſect. 1. n. 168. Zanardi p. 1. de penit. c. 21. q. 28. cum alijs, & rationes valdè probabiles ſunt pro vtraque parte, neque prior ſententia eſt reijcienda.

Vtraq; opinio eſt valdè probabilis. Secunda ſententia eſt Sāctarelli. Alphonſ. de Leone. Zanardi. Quæſitū 10.

22 De pueris, qui ſūt Sacramēti Euchariſtię incapaces.

Quæritur decimò: An pueri, qui ex defectu ætatis non ſunt capaces communionis poſſint lucrari Iubilæum, faciendo cætera opera præſcripta abſq; ſumptione Euchariſtiæ cuius ſunt incapaces.

Tenentur petere commutationē a cōfeſſario ſi velint indulgētiā conſequi.

Reſpondetur, quod in caſu huiuſmodi pueri, ſi velint lucrari indulgentiam Iubilæi tenentur petere commutationem a confeſſario in aliud opus pium, aliter Iubilęum non lucrarent, eſt enim communio vnum ex operibus in Iubilęo pręſcriptis, & indulgentię tantum valent, quantum ſonant: Ità Barth. de S. Fauſto lib. 4. de Iubil. q. 45. Henriq. in ſum. lib. 7. c. 10. num. 8. Sanctarellus de Iubil. c. 7. d. 1. Graff. in Append. lib. 2. c. 5. num. 50. & Diana: p. 5. tr. 12. de Iubil. reſol. 17.

Bartol. de S. Fauſto. Henriquez. Sanctarellus. Graffius. Diana.

23 Communio ſpiritualis nō ſufficit. Fernandez. Zanardus.

Non ſufficit autem, quod in caſu tales pueri faciant communionem ſpiritualem tantum prout volunt: Fernandez in med. p. 3. c. 8. §. 8. num. 3. & Zanardus in Direct. confeſſ. p. 1. c. 11. q. 28. non enim eſt ſufficiens ſpiritualis communio, ſed requiritur omninò realis communio, & in caſu impoſſibilitatis requiritur commutatio cōfeſſarij in aliud opus pium, iuxta formam in Bulla Iubilęi pręſcriptam; prout dicunt Doctores prioris ſententiæ numero pręcedēti citati.

Quod

24 Idem dicendū eſt de alijs impedimētis ſuperuenientibus.

Quod idem dicendum eſt de illo, qui in vltimo die præſcripto, quando facienda erat communio factus eſt impotens ad recipiēdam Euchariſtiam, eò quod poſt mediam noctē aliquod deguſtaſſet, vel bibiſſet ratione inaduertentiæ, vel quid ſimile, tunc enim in caſu poterit confeſſarius transferre communionem in alium diem, ſiuè facere commutationem ſecundum facultatem ſibi traditam à Pontifice iuxta formam Bullæ Iubilæi præſcriptam.

Quæſitum 11.
25 An imponēda ſit pœnitentia in cōfeſſione tempore Iubilæi.

Vltimò tandem quæritur; An tempore Iubilæi, ſit iniungenda grauis pœnitentia ſecundum delictorum quantitatem, & grauitatem, ſtante Indulgentia à Pontifice conceſſa?

Concluſio eſt affirmatiua. Imponenda eſt ſemper pœnitentia ſalutaris.

Reſpondetur; Debere confeſſarios electos imponere pœnitentias ſalutares in peccatorum vindictā, & ipſorum pœnitentium vtilitatem, & medicinam, iuxta arbitrium prudentis confeſſarij, prout melius in Domino videbitur expedire, ne pœnitentes leuia peccata putantes, iterum ad vomitum redeant, theſaurizantes ſibi iram in die Iudicij. Ità enim docent omnes cōmuniter, quod etiam, vt plurimum etiam in Bullis explicari ſolet à Pontifice. Ità Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 10. q. 18. num. 281.

Filliucius.

26 Pœnitentiæ imponendæ ſunt arbitrariæ.

Verùm eſt tamen, quod quantitas, & qualitas pœnitentię iniungendę in Sacramentali confeſſione ſēper relinquitur arbitrio prudentis confeſſarij, qui habita ratione perſonarum, & culparum, atque ipſorum pœnitentium diſpoſitionibus ſalutarem pœnitentiam iniungant; prout in Domino expedire iudicauerint: Poſſent tamen aliquantulum mitigare pœnitentias ſatisfactorias ratione Iubilæi pleniſſimi: prout notauit Filliuc. loc. ſupra citato.

Poſſunt aliquando minui virtute Iubilæi. Filliucius.

27 Quæ autem facultas concedatur confeſſarijs per Iubilæum circa peccata reſeruata, atque cenſuras, & commutandi vota: Attendēda ſunt verba Diplomatis ipſius Iubilæi, quæ aliquandò ſecundum magis, & minus concedi ſolent à Pontifice, quæ tantum valēt, quantum verba ſonant iuxta Pontificis conceſſionē.

Facultas, quæ conceditur tēpore Iubilæi.

28 Communiter autem concedi ſolet facultas abſoluendi pœnitentes ab omnibus, & quibuſcumque peccatis etiam grauiſſimis, & Summo Pontifice reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ excepto peccato hæreſis formalis, quod communiter concedi non ſolet, conceditur etiam ipſis confeſſarijs virtute Iubilæi facultas commutandi vota, ac iuramenta, quibuſdam tamen exceptis, daturque etiam pœnitentibus facultas eligendi ſibi confeſſarium abſque alterius Prælati cuiuſcumque Ordinis licentia, dummodo talis confeſſarius aliquandò fuiſſet approbatus ab aliquo Ordinario pro confeſſionibus audiendis, iuxta formam Concil. Trid. vt ſupra iam explicatum eſt. Et hæc de Iubilæo dicta ſufficiant.

DE SVFFRAGIIS ECCLESIÆ.

CAP. IV.

1 Introductio huius tractatus.

HActenus iam de Indulgentijs, & Iubilæo, quæ neceſſaria erant breuiter, Diuino protegente lumine, à nobis pro viribus fuerunt explicata: Supereſt, vt pro huius materiæ complemento nonnulla de ſuffragijs, quibus fideles inter ſe iuuare poſſunt pro pœnarum ſatisfactione, quæ luendæ remāſerunt poſt abſolutionem culparum explicentur: Non enim criminum pęnæ expiantur ſolum per Indulgentias, quæ à Pontifice cōceduntur fidelibus per applicationem meritorum Chriſti, & Sanctorum ex theſauro Eccleſiæ: Verum etiam mediantibus operibus bonis ſatisfactorijs, quæ non ſolùm ab ipſis pœnitentibus, verum etiam ab alijs fidelibus viatoribus applicari ſolent, tam pro viuentibus, quàm etiam pro Defunctis: Et hæc communiter ſuffragia appellari ſolent.

Suffragia piorum adiuuāt ad ſatisfactiones.

2 Doctores, qui de hac materia tractant. Theologi in 4. D. 45. Suarez. Conink. Io. de Lugo. Bonacina. Summiſtę omnes.

Quapropter in calce huius præſentis tractatus, in quo de Indulgentijs actum eſt de ipſis ſuffragijs nonnulla explicanda opere pretium eſſe duxi, de quibus ſuffragijs diſputant Theologi omnes cum Magiſtro: in 4. lib. ſent. D. 45. Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 48. Conink de Sacramentis D. 10. de ſatisfact. d. 7. Lugo de Pœnit. D. 26. ſect. 1. Bonac. tom. 1. de Pœnit. D. 6. q. 2. Summiſtæ omnes in Verbo ſuffragium, & alibi multique alij Doctores: antiqui, & recentiores.

Quæſitum 1.
3 Quid ſit ſuffragium.

Quæritur ergo primò: in hoc præſenti capitulo; Quid ſit ſuffragium, & vndè hęc vox deriuetur ſecundum Etymologiam nominis?

Etymologia vocis. Suffragij nomen plura ſignificat.

Reſpondetur ſuffragium eſſe vocem Latinam, quę à ſuffragando deriuatur, quod idem eſt, quod auxilium, ſiue fauorem ferre in alicuius vtilitatem: Quapropter aliquandò ſignificat votum, quod in fauorem alicuius ſuffragatur, vt accidit in electionibus ad officia, ſiuè beneficia conferenda. Vnde vota, ſiuè voces electorum ſuffragia appellantur; communiter autem accipitur hic à Theologis pro ſatisfactionibus, quæ applicantur à fidelibus, tam pro viuentibus, quàm pro Defunctis, vt à pœnis peccatis debitis liberentur, & de iſtis in præſenti nos agimus.

Suffragium communiter accipitur pro ſatisfactione.

4 Diffinitio ſuffragij communiter accepta.

Suffragium itaque de quo loquimur, ſecundum D. Thomam in 4. D. 45. omneſque Theologos: *eſt auxilium quoddam, quod vnus fidelis præbet alteri ad obtinēdam à Deo remiſſionem pœnæ temporalis peccatis debitæ, vel aliquid huiuſmodi*: Fideles enim viatores, dum in hac vita exiſtunt ſatisfacere poſſunt de congruo pro pœnis peccatis debitis, tam pro ſe ipſis, quàm pro alijs fidelibus, in gratia exiſtētibus, ſiue viuis, ſiuè defunctis, applicando opera ſatisfactoria pro illis: Et hæc eſt Sanctorum communio, quam confitetur Eccleſia in ſymbolo fidei, quæ ex pluribus locis Sacræ Scripturæ colligitur: prout dicunt Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 48. ſect. 1. & 2. & Conink D. 10. d. 7. nu. 59. Bonac. D. 6. q. 2. p. 1.

Fideles ſe inuicem ſuffragijs iuuare poſſunt.

Hæc dicitur Sāctorū communio. Suarez. Conink. Bonacina.

5 Quæſitum 2.

Quæritur ſecundò: Quomodò, & quibus modis ſuffragia iſta à fidelibus pro alijs applicari poſſunt, quò ad ſatisfactionem pœnarum?

Suffragia tribus modis applicari poſſunt.

Reſpondetur ſuffragia aliorum tribus modis alijs prodeſſe poſſe. Primò ex opere operato. Secundò per Indulgentiarum applicationem, quæ etiam iuuant per modum operis operati: & Tertiò ex opere operantis: De duobus prioribus nihil in præſenti capitulo occurrit dicendum: Nam effectus ex opere operato ſolùm confertur virtute ſacrificij Miſſæ, & Sacramentorum, ſiuè per applicationem indulgentiarum, quæ conceduntur ex theſauro Eccleſiæ, de quibus in ſuperioribus ſatis iam dictum eſt: Supereſt, vt de tertio modo, qui dicitur ex opere operantis dicamus.

Solum de tertio modo eſt dicendum.

6 Suffragia piorum applicantur pro viuentibus & defunctis ex opere operantis. Suarez.

Dicimus ergo: Poſſe fideles viatores ſe inuicem iuuare ſuffragijs, ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis, cæteriſq; operibus meritorijs ſaltem de congruo, applicando pro alijs fidelibus viuis, atq; defunctis, vt à pęnis debitis à Diuina clementia liberentur, quæ eſt communis ſententia omnium Theologorum: ſupra citatorū, vt videre eſt apud Suar. & alios in 4. D. 45.

7 Probatur P. P. aſſertionis. Sanctorum communio quid ſit.

Aſſertio iſta, quò ad primam partem patet ex illo articulo in Symbolo Apoſtolorum, vbi confitetur Eccleſia: *Sanctorum communionem*, cuius articuli ſenſus eſt. In Eccleſia militante eſſe communicationem bonorum operum inter homines iuſtos, quatenus vnus alteri prodeſſe, & auxiliari poteſt. Cuius ratio eſt, quia homines iuſti ſunt membra vnius corporis Eccleſiæ ſub vno capite Chriſto vnita principaliter mediante charitate. Vndè ſicut vnum membrum alteri præbet auxilium, ità poteſt vir iuſtus alteri

Pſalm. 118. Ad Roman. c. 15. Suarez. Io. de Lugo. Conink. Bonacina.

opem ferre per ſuffragia, & opera ſatisfactoria, ſecundum illud Dauidis Pſalm. 118. dicentis: *Particeps ſum ego omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua:* Et Apoſt. ad Rom. c. 15. dicebat, *Obſecro vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus veſtris:* Ita Suarez d. tom. 4. de pœnit. D. 48. ſect. 1. & 2. Ioan. de Lugo de Pœnit. D. 26. ſect. 1. Conink de Pœnit. D. 10. d. 7. nu. 59. Bonac. D. 6. q. 2. p. 1. & alij.

8 Probatur ſecundam partem. Aſſertionis de Defunctis. Lib. 2. Mach. Iob c. 19.

Quò verò ad ſecundam partem de Animabus Purgatorij habemus ſcripturam in lib. 2. Machab. c. 12. vbi dicitur, *Sancta ergo, & ſalubris cogitatio eſt orare pro Defunctis, vt à peccatis ſoluantur:* Quapropter non ceſſant Defunctorum Animæ in Purgatorio exiſtentes clamare quotidie vna voce dicentes; *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei*, mediante Iob c. 19. Vnde Eccleſia Sancta Dei in Miſſis Defunctorum orat, dicens: *Libera Domine Animas fidelium Defunctorum de pœnis Inferni*, & ideo concedit Indulgentias pro illis applicando Chriſti merita ex theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragij mediantibus operibus viuorum pro illis applicatis, ſicut in tract. de Indulgentijs a nobis plenius explicatum eſt: Et in Concilio Florent. in literis vnionis dicitur; *Prodeſſe Defunctis, vt a pœnis releuentur viuorum ſuffragia, ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, aliaque operis pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs viuentibus, atque Defunctis fieri conſueuerunt.* Ità Soto in 4. D. 45. q. 2. A. 1. concl. 2. Io. de Lugo de Pœnit. D. 26. ſect. 1. nu. 6. alijque ſupra citati.

Conc. Flor. Soto. Io. de Lugo.

9 Quæſitum 3. An ſuffragia proſint etiam offerentibus.

Quæritur tertio: An ſuffragia, quæ a fidelibus in hac vita fiunt, & applicantur pro alijs, ſiue viuis, ſiuè Defunctis proſint etiam ipſis offerentibus, & facientibus?

Suffragia quatenus ſunt meritoria proſūt offerentibus. Meritum eſt operantis. Pſalm. 34.

Reſpondetur. Suffragia dupliciter conſiderari poſſe, vel vt ſunt meritoria, vel vt ſunt ſatisfactoria: Si conſiderentur primo modo proſunt ſine dubio ipſis offerentibus: Nam meritum ſemper eſt perſonę operantis, & alteri applicari non poteſt, iuxta illud Pſal. 34. v. 13. *Oratio mea in ſinum meum conuertetur, & dignus eſt operarius mercede ſua.*

10 Suffragia quò ad ſatisfactionem proſunt illi cui applicantur. Applicanti proſunt quo ad meritum.

Si verò conſideretur, Secundo modo, quatenus ſunt ſatisfactoria, non poſſunt prodeſſe offerenti, prout alijs applicantur; & Ratio huius eſt, quia opera noſtra non habent ſatisfactionem infinitam, ſed finitam, atque limitatam, cum procedant a cauſa finita; Quandò ergo ſatisfactio finita alteri applicatur prodeſt illi, cui applicatur, non verò facienti, niſi quo ad meritum, mediante quo Deus ſua benignitate remittit pœnas debitas ipſi offerenti: Vndè pars ſatisfactoria tantum valet alteri (formaliter loquendo) quantum prodeſſet ipſi applicanti, ſi eam ſibi applicaret.

11 Opus finitum applicatum pluribus minus prodeſt ſingulis.

Ex quo patet; Opus finitum applicatum pluribus minus prodeſſe ſingulis, quam ſi totum vni eſſet applicatum quilibet enim recipit partem ſuam ſecundum portionem limitatam, quã habet apud Deum. Verum eſt tamen, quod meritum ſemper eſt ipſius operantis, & tanto maius, quanto ipſe ex charitate, ſiuè obedientia applicat ſatisfactionē ſuam alijs. Ita Suarez D. 48. ſect. 6. nu. 8. & ſect. 8. nu. 23. D. Thom. in 4. D. 45. q. 2. A. 4. Richard. A. 2. q. 3. Palud. q. 2. Gabr. A. 3. d. 6. & Bonac. de Pœnit. D. 6. q. 2. p. 1. nu. 2. & alij.

Suarez. D. Thomas. Richardus. Gabriel. Bonacina.

12 Quæſitum 4. De illis, qui habent filiationem Regularium.

Quæritur quartò. An ſuperior Regularium poſſit alios participes efficere orationum aliorumque bonorum operum, quæ fiunt in ſua Religione, dando illis cōceſſionem filiationis, prout ad præſens mos eſt huiuſmodi filiationem concedere benefactoribus à Prælatis, ſecundum conceſſiones Pontificias, & quid illis concedatur, & applicetur virtute huiuſmodi filiationis?

Reſpondetur. In ſuffragijs, tria conſiderari poſſe, iuxta tres partes ipſorū ſuffragiorum; Pars videlicet meritoria, impetratoria & ſatisfactoria; Pars itaque meritoria (vt dixi) ſemper eſt ipſius operantis, & non poteſt alteri applicari: Quando igitur Prælati Religionum concedunt benefactoribus filiationem ſpiritualem ipſius Religionis, iuxta conceſſiones Pontificias, tātummodò faciunt illos participes ſuffragiorum per modum meriti de congruo, & impetrationis, quia tūc Deus propter pia opera totius Religionis ſpecialiter benefacit membris eius, & ideò omnibus etiam ſpecialiter cum tali Religione coniunctis confert beneficia ſpecialia propter eadem opera: & præſertim habebunt efficaciam, ſi talis perſona, quæ habet filiationem petat aliquod a Deo propter merita talis Religionis, cuius ipſe per filiationem factus eſt particeps. Ita Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 48. ſect. 8. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 4. de Indulg. & Bonac. to. 1. de Pœnit. D. 6. q. 1. p. 3. nu. 19. 13

Suffragia tres partes habent pars meritoria, ſatisfactoria, & impetratoria. Pars meritoria ſemper eſt operantis. Filiatio ſpiritualis in Religionibus q̄ſ concedit. Modus obtinēdi impetrationem à benefactoribus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Ex quo ſequitur: Duobus modis conſequi poſſe à benefactoribus prædictum fructum impetratorium ex participatione ſuffragiorum, quorum per filiationem ſunt participes; Vnum per modum meriti de congruo, & indirectę impetrationis; Alterum per impetrationem directam, quatenus ſuffragia adiuncta ſpeciali intentione offerentium efficacius valent pro perſona coniuncta, quam pro extranea; Et in Religione etiam probabile eſt, quod quandò oratio fit a tota Religione, ſeu communitate, & quaſi nomine Religionis ſufficere intentionem Prælatorum, etiam ſi accedente intentione particularium ſint efficaciora ad impetrationem obtinendam. 14

Impetratio conſequi poteſt dupliciter directè, & indirectè. Oratio totius comunitatis eſt efficacior.

Quò ad tertiam partem, quæ dicitur; ſatisfactoria: Probabiliſſimum eſt poſſe Prælatos præcepto, & intentione reſeruare partem ſatisfactionis ſubditorum conferendam ijs, quos ipſi deſignant. Sicut enim quilibet poteſt ſuas ſatisfactiones, cui voluerit applicare antequam reconſtituantur in theſauro Eccleſiæ, cùm quilibet ſit Dominus ſuæ ſatisfactionis. Ita ſuperior Religioſorum poteſt ſatisfactiones ſuorum ſubditorum antequam in theſauro Eccleſiæ reponantur, cui voluerit applicare. Ita Nauar. in com. de Indulgent. not. 31. num. 8. Corduba de Indulg. q. 42. Suarez de Pœnit. D. 48. ſect. 8. num. 26. Soto in 4. D. 21. q. 1. A. 4. Bonac. tom. 1. de Indulg. D. 6. quæſt. 1. num. 19. & Graff. in Append. de Indulg. lib. 2. cap. 2. num. 18. 15

De tertia parte ſatisfactoria. An Prælati poſſint applicare alijs ſatisfactiones ſubditorum? Nauar. Corduba. Suarez. Soto. Graffius. Bonacina.

Verum eſt tamen: Non debere Prælatos, nec licitè poſſe ſatisfactiones neceſſarias ſuorum ſubditorum alteri applicare. Non enim videtur conueniens Prælatum poſſe damnum ſubdito inferre in ſpiritualibus, niſi ſubditus ipſe voluntariè conſentiat. Ita Nugnus in addit. 3. p. q. 25. A. 3. diffic. 1. & q. 26. A. 1. concl. 6. Corduba de Indulg. q. 42. & Bonac. d. D. 6. q. 1. p. 3. num. 21. 16

Non ꝗ benè, nec licitè hoc facere poſſūt. Nugnus. Corduba. Bonacina.

Sic etiam dicimus, quod ſi ſubditus applicet ſuam partem ſatisfactoriam vni, & Prælatus alteri, ſatisfactio proderit illi, cui ſubditus applicat: Nam ſubditus in hac parte videtur primum locum habere circa ſuas ſatisfactiones, non enim Prælatus videtur abſolutus Dominus actus, merè interni principaliter, prout nos plenius explicauimus, & probauimus in noſtro primo tomo Theolog. Mor. tr. 14. c. 4. n. 41. agendo de effectu Sacrificij Miſſæ; ex doctrina Suarez tom. 3. de Sacr. D. 79. ſect. 4. quam multi recentiores ſunt ſecuti. 17

Si ſubditus nō applicet ſuam ſatisfactionē non valet applicatio Prælati. Tom. 1. tr. 14. c. 4. Suarez.

Quæſitum 5. 18 De conditionibus requiſitis in offerente ſuffragia.

Quæritur quintò. Quæ conditiones requiruntur in eo, qui ſuffragia, & ſatisfactiones pro alijs applicat.

Reſpondetur. Tres conditiones requiri in perſona offeren-

Digitized by Google

Primò operãs debet eſſe in gratia.

offerente ſuffragia,& orationes,quæ tantum habent effectum, & valorem ex merito operantis, Primò enim operans debet eſſe in gratia, quandò efficit opus, mediante quo vult alteri ſuffragari, & Ratio huius eſt, quia exiſtens extra gratiam per peccatum mortale indignus eſt, vt exaudiatur, & obtineat remiſſionem pœnarum, quæ debentur culpis,nondum remiſſis, non ſolum pro ſe, ſed nec etiam pro alijs;

Opera extra gratiam facta dicuntur mortua. Ad Corint. 1. cap. 11. Concil. Trid. Suarez.

Tum quia opera extra gratiam facta dicuntur mortua, & nihil prodeſſe poſſunt apud Deum, quatenus opera ipſius operantis ſunt, dicente Apoſt. 1. Cor. c. 11. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam extra charitatem nihil mihi prodeſt:* quod etiam clare patet ex doctrina Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & docet Suarez d. tom. 4. D. 48. ſect. 8. nu. 3. & alij.

19 Limitatur aſſertio de effectu ex operato.

Hoc tamen intelligendum eſt de effectu ex merito operantis: nam quando opus habet effectum ex opere operato, ſecus dicendum eſt: Tũc enim etiam ſi miniſter offerens ſit extra gratiam, ſuffragium oblatum prodeſt alijs, pro quibus applicatur: quia valor illius ſuffragij, cùm non dependeat ex probitate, & bonitate offerentis non poteſt impediri per illius improbitatem; Hoc tamen ſolummodo admittitur in ſuffragio ſacrificij Miſſæ, & indulgentiarum, quæ proſunt Defunctis etiam, ſi ille, qui celebrat, vel facit opus præſcriptum pro indulgentia,

Miſſa, & Indulgentiæ habẽt effectum ex operato.

quæ applicatur Defunctis ſit in peccato mortali: ſufficit enim in caſu, quod Defuncti Anima, quæ conſecutura eſt indulgentiam per modum ſuffragij ſit in gratia, vt ſunt Animæ exiſtentes in Purgatorio. vt dictum eſt ſupra in 1. 2. p. noſtræ Theol. mor. c. 6. nu. 10. de Indulgentijs.

20 Suffragia communia nomine Eccleſiæ habent efficaciã etiam extra gratiam offerentium.

Sic etiam dicimus quandò ſuffragium factum ſit nomine Eccleſiæ: tunc enim applicatum pro Defunctis habet valorem, quapropter Miſſa celebrata à Sacerdote extra gratiam exiſtente non ſolum valet, quò ad ſacrificium ex opere operato, verum etiam, ſi conſideretur, ſecundum preces, quatenus proferuntur a Sacerdote celebrante in perſona Eccleſiæ; Inſuper valet in ſuffragijs publicis, quæ fiunt à miniſtris nomine Eccleſiæ; & Ratio huius eſt, quia malitia miniſtri non nocet operi bono auctoris, ità dignitas orationis in caſu conſideranda eſt ſecundum gratiam, & dignitatem Eccleſiæ, cuius nomine offeruntur, non iuxta dignitatem, ſiuè indignitatem miniſtri. Ità Nauar. de orat. c. 19. conſ. 4. nu. 59. Suarez d. D. 48. ſect. 8. Soto in 4. D. 45. quæſt. 2. A. 1. D. Thom. ibi quæſt. 2. A. 1. & Graffius lib. 2. Deciſ. c. 10. num. 10.

Malitia miniſtri non nocet Eccleſiæ.

Nauar. Suarez. Soto. D. Thom. Graffius.

21 Quandò miniſter dicatur orare nomine Eccleſiæ.

Si quæras autem: Quandò miniſter dicitur orare nomine Eccleſiæ?

Reſpondetur. Tunc miniſter dicitur orare nomine Eccleſiæ, quandò preces,& orationes inſtitutas ab Eccleſia recitat, vt Miniſter deputatus ad hoc ex præcepto, vel ordinatione ipſius Eccleſiæ, vt quandò funduntur preces publicæ in choro in Proceſſionibus publicis, & ſimilibus: ſi verò per ſe tamquam propria perſona oret, tunc non dicitur orare nomine Eccleſiæ, ſed vt perſona particularis: Ità Bonac. d. tom. 1. D. 6. q. 2. p. 2. nu. 7. & hæc de prima conditione offerentium ſuffragia.

Bonacina.

De ſecunda conditione.

22 Requiritur intentio ſaltem virtualis offerentium. Ratio aſſertionis.

Secunda conditio eſt, vt offerens ſuffragium intentionem habeat, ſiuè actualem, ſiuè virtualem offerendi pro eo, quem ſuffragare intendit, & Ratio huius eſt, quia ſi ſatisfaciens non dirigat intentionem ſuam in alterum retinet ſibi ſuffragium, cùm ſit opus ipſius, vt ergo alteri proſit requiritur, vt per intentionem operantis dirigatur ſuffragium in alterum, illique intendatur ſuffragium applicari. Ità Conink de Sacramentis D. 11. d. 8. num. 62. Nugnus in addit. 3. p. q. 20. A. 3. Em. Sà verbo Indulgentia in fine.

Conink. Nugnus. Em. Sà.

De tertia conditione.

23 Opus ſuffragij debet eſſe bonum ſecundũ ſe ſaltem ex intentione offerentis.

Tertiò requiritur, vt opus in ſe ſit bonum, ſaltem ratione intentionis, ſiuè ſit opus internum, ſiuè externum; opus enim niſi bonum ſit, Deo placere non poteſt, & conſequenter non poteſt habere vim reconciliandi nos Deo, & obtinendi remiſſionem pœnæ, tam pro nobis, quàm pro alijs: Cum enim ſatisfactio ſit effectus Diuinæ gratiæ acceptantis per Chriſtum noſtras ſatisfactiones, ſequitur Deum non acceptare id quod malum eſt ad vllum effectum gratiæ. Ità Suarez d. D. 48. ſect. 8. num. 10. Filliuc. tom. 1. tr. 8. cap. 1. num. 11. Conink de ſatisfactione D. 10. d. 4. num. 27. Bonac. D. 6. q. 2. p. 2. num. 5.

Suarez. Filliuc. Conink. Bonacina.

24 Non ſupernaturaliter, ſed moraliter.

Verum eſt tamen, non eſſe neceſſarium, vt tale opus ſit in ſe formaliter ſupernaturale, ſed ſatis eſt, vt imperetur ab actu ſupernaturali, & ideò non oportet, vt procedat ex formali intentione ſatisfaciendi, ſed ſatis eſt, vt procedat ex voluntate quacumque placendi Deo, aut pro ſua ſalute, ſiuè aliorum. Nullus enim eſt, qui virtualiter ſaltem non intendat conſequi apud Deum ſuis operibus omnem ſpiritualem effectum ſibi neceſſarium, & proportionatum; prout bene notauit, & aduertit Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 1. num. 12.

Sufficit voluntas implicita placẽdi Deo.

Filliucius.

25 Quæſitum 7. De conditionibus illorũ pro quibus offeruntur ſuffragia.

Quæritur ſextò: Quæ conditiones requiruntur in illis, pro quibus offertur ſuffragium, vt effectum recipiant?

Prima conditio eſt, quod indigeat tali ſatisfactione tũc temporis.

Reſpondetur ex communi conſenſu omnium Theologorum: Tres conditiones requiri in illis, pro quibus offeruntur ſuffragia; quarum Prima eſt, vt talis perſona indigeat tali ſuffragio, quapropter ſuffragia, quæ applicantur alicui tunc temporis, quo non indigeat tali ſuffragio illi non proderunt, non ſolum pro eo tempore, verum etiam pro futuro tempore quandò indigebit.

26 Ratio aſſertionis.

Quomodo enim poteſt aliquis ſoluere debitum, quod nondum contraxit: Vndè in caſu talis ſatisfactio, applicata alicui perſonæ, quæ tunc temporis non indigeat conuertitur in vtilitatem ipſius offerentis ſi indigeat, ſecundum Dauidicum illud in Pſalmo 34. *Oratio mea in ſinum meum conuertetur*, aut reponitur in theſauro Eccleſiæ, quandò ipſemet non indigeat, neque habuit intentionem alteri applicandi ſuffragium ab ipſo factum: prout dicunt Suarez d. D. 48. ſect. 7. nu. 5. & Valentia tom. 4. D. 7. q. 20. p. 5. & alij ſupra citati.

Quandò non indiget, cui confertur ſuffragium? Pſalm. 34.

Suarez. Valentia.

27 Secunda conditio eſt quod ſit in gratia.

Secunda conditio eſt, vt talis perſona, pro qua ſuffragium offertur ſit in gratia Dei, quia ſi ſit extra gratiam, quamdiù perſeuerat in tali ſtatu dignus eſt æterna pœna,& ita non poteſt pœnæ temporalis remiſſionem obtinere mediantibus ſuffragijs, pro ipſo oblatis, cuius remiſſionis eſt incapax: Tunc etiam, quia quamdiù exiſtit extra gratiam non cenſetur membrum vnius corporis vnitum per charitatem, & conſequenter non poteſt recipere influxum ab altero membro, cui non eſt coniunctum. Quod intellige, quò ad ſatisfactionem: Nam quò ad impetrationem conuerſionis, vel ad bona temporalia in hac vita conſequenda poſſunt habere effectum per meritum offerentis, quandò ipſe eſt in gratia. Ità dicunt Suarez d. D. 48. ſect. 3. nu. 3. Valentia d. tom. 4. D. 7. q. 20. p. 5. Nugnus in addit. 3. p. q. 20. A. 4. diffic. 5. & Bonacina d. D. 6. q. 2. p. 3. nu. 5. cum alijs.

Ratio aſſertionis.

Aſſertio intelligitur quoad ſatisfactionẽ, non quo ad impetrationẽ conuerſionis.

Suarez. Valentia. Nugnus. Bonacina.

28 Quãdò offertur pro Defunctis, qui ſunt incapaces ſuffragij, conuertitur in vtilitatẽ offerẽtis.

Si verò ſuffragium offeratur pro Anima alicuius defuncti, quæ tunc non ſit in Purgatorio, ſed in Inferno damnata: tunc illa ſatisfactio conuertitur in vtilitatem ipſius offerentis, cùm damnati non poſſunt eſſe capaces fructuum ſuffragiorum. Si verò Ani-

Quãdo offertur pro anima defuncti, quæ non indiget ſatisfactione illa.

ma illa ſit in Gloria, & non indigeat ſatisfactione, tunc etiam ſatisfactio talis applicata pro tali Anima Beata conuertitur in vtilitatem ipſius offerentis, vel aliarum Animarum in Purgatorio exiſtentium, ſecundum intentionem ipſius offerentis: Ac etiam erit ipſi Animæ exiſtenti in Gloria ad gaudium quoddam accidentale, quatenus ratione ipſius Deus extitit honoratus, & glorificatus, aliæque Animæ Purgatorij ſuffragatæ: Ita Conink de Pœnit. D. 11. d.8.num.60. Suarez, Filliuc. & Bonac, cum alijs, locis citatis.

Conink. Suarez. Filliucius.

29 Suffragia non valent pro futuro tempore.

Hinc infertur: Suffragiâ, quò ad ſatisfactionem, non prodeſſe pro futuro tempore: Non enim conſtat hujuſmodi ſuffragia acceptari à Deo pro tempore futuro; nam effectus ſtatim confertur, & non remanet ſuſpenſus: prout eſt communis omnium Theologorum ſententia: Prodeſſe autem pro peccatis, iam deletis, quò ad culpam, quorum pœna ſoluenda erat, vel in hac vita, vel in Purgatorio, vt ex ſupradictis clarè patet, & docent communiter omnes Doctores ſupra citati; Legite Suarez d. D. 48. ſect.2. cum alijs.

Suarez.

30 De tertia conditione recipientis.

Tertia conditio eſt, vt peccata, pro quibus exhibetur ſatisfactio ſint iam remiſſa quò ad culpam; Si enim culpa adhuc remiſſa non ſit, non poteſt remiſſio pœnæ illorum peccatorum obtineri.

Requiritur quod culpa iam fuerit dimiſſa.

31 Non remittitur pœna ante culpæ remiſſionem.

Ex quo ſequitur, quod ſatisfactio exhibita ab homine exiſtente in gratia, habente culpam venialem, ſiuè pro alio habente item venialia peccata nondum quò ad culpas remiſſâ non poteſt pro pœnis luendis pro illis etiam venialibus, nondum condonatis ſatisfacere; Non enim remittitur pœna antequam culpa remittatur, cum manente culpa ſemper remaneat obligatio ad pœnam: prout dicunt Filliuc. d.tr.8.c.1.q.3.nu.6. Graff.d.lib.2.c.10.nu.14. & Suarez d.D.48.ſect.2.

Filliucius. Graffius. Suarez.

Vltimò tandem infero: Non oportere, vt ille, prò quo ſatisfactio applicatur ſatisfactionem acceptet, ſeu cognoſcat illam pro ſe exhiberi; Sufficit enim, quod talis ſatisfactio ſit illi applicata, & ipſe ſit capax talis ſatisfactionis; & Ratio huius eſt, quia cum iſte talis paſſiuè ſe habeat, non poteſt afferri ſufficiens ratio ad oſtendendum requiri formalem aliquam voluntatem accipiendi, & acceptandi ſuffragium, mediante quo recipitur pœnarum remiſſio mediante ſatisfactione ab alio pro ipſo facta. 32

Non requiritur cognitio illius, pro quo ſuffragia offeruntur. Ratio aſſertionis.

Quapropter ab Eccleſia quotidie offeruntur ſacrificia, & ſuffragia pro fidelibus amicis abſentibus, & ignorantibus, ſibi ſuffragia offerri, & tamen conſequuntur fructum talium ſuffragiorum, & talis eſt, & ſemper fuit communis conſuetudo, & praxis totius Eccleſiæ: patet etiam de ſuffragijs, quæ offeruntur quotidie pro Animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus, pro quibus in hac vita degentes ſæpè ſæpius ſatisfactiones offerunt, vt à pœnis liberentur. Ita Suarez d.tom.4. de Pœnit. D. 48 ſect.7. num.7. Bonac. tom.1. de Pœnit. D.6.q.2. p. 3. num. 11. cum omnibus alijs ſupra citatis communiter. 33

Praxis. & communis cõſuetudo Eccleſię hoc probat.

Suarez. Bonacina.

Et hæc de ſuffragijs breuiter dicta ſufficiant, in quantum ſpectat ad præſentem materiam, de qua agimus.



TRA-

TRACTATVS III.

DE POENIS PVRGATORII.

PROOEMIVM.

QVemiam in duobus præcedentibus tractatibus dictum eſt de Indulgentijs, Iubilæo, & Suffragijs, quibus mediantibus ſoluuntur pœna debita peccatis, iam abſolutis, quò ad culpas, non tamen totaliter quò ad pœnas, non ſolum pro viatoribus in hac vita degentibus, verum etiam pro animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus, quæ cum ſint in termine, non poſſunt amplius merere, niſi ſatiſpatiendo in illo ardentiſſimo igne, de quo non exient, niſi plenè ſatiſfaciant pœnas peccatis debitas, ſatiſpatiendo vſque ad vltimum quadrantem, niſi mediantibus Sacrificijs, pijſque fidelium ſuffragijs, quæ pro illis à fidelibus Deo offerantur, vt Diuina clementia dignetur à tantis pœnis per modum ſuffragij eas liberare; de quibus ſuffragijs, & Indulgentijs hucuſque dictum eſt: Quapropter opere pretium eſſe duxi, vt conſequenter in hoc tertio in ordine tractatu de ipſo Purgatorio aliquid tractare ea tamen breuitate, & claritate, qua poterimus, ſecundum propoſitum noſtrum, & ideò: Primò loco de Purgatorij exiſtentia, Situ, & loco. Secundè de Pœnis, quas animæ ibi detentæ patiuntur. Tertiò de Acerbitate, & duratione dictarum pœnarum. Quartò de modo, quo Animæ ibi deducantur, & Quintò tandem de ſtatu illarum Animarum, & quomodo ab illo igne liberentur mediantibus Indulgentijs, pijſque fidelium ſuffragijs, pro illis oblatis. Diuiſio Tractatus.

DE PVRGATORII EXISTENTIA Situ, & loco.

CAP. I.

1 SVpponimus Primo ſecundum veritatem Catholicæ fidei dari de facto Purgatorij locum, in quo detinentur, & cruciantur temporaliter Animæ fidelium Defunctorum, quæ non plenè, & totaliter cum eſſent viatrices Deo ſatisfecerunt pro peccatis ab ipſis commiſſis, de quibus licet, quò ad culpas obtinuiſſent remiſſionem, non tamen totaliter, quò ad pœnas, & quia cum eſſent in hac vita non curauerunt pro illis ſatisfacere, iuſtiſſimè à Diuina iuſtitia detinentur in Purgatorio, donec perſoluant pœnas peccatis debitas, & ab omnibus inquinamentis purgentur: non enim in illo Beatitudinis Regno aliquod immundum, & aliqua macula coinquinatum ingredi poteſt: Conſtat hoc ex communi conſenſu totius Eccleſiæ, quæ ſemper intellexit eſſe Purgatorij locum, in altera vita, in quo Animæ fidelium purgantur tamquam aurum in igne, ideòque ſemper conſueuit, & intellexit pro fidelium Defunctorum Animabus orare, vt à peccatis ſoluantur, & à pœnis peccatis debitis per modum ſuffragij liberentur: Vndè dicebat Apoſt. 1. Corinth. c. 3. num. 14. *Vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit: Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem.*

In Regno Beatitudinis nihil coinquinatum ingredi poteſt.

1. Corinth. c. 3.

2 Ex quo loco Apoſtoli conſtat poſt tempus huius vitæ noſtra opera in Purgatorio per ignem eſſe probanda, futurumque erit, vt aliquorum opera ardeant, vt ipſi detrimentum patiantur (ſiuè vt in textu Græco legitur multentur, & puniantur) ità tamen, vt ipſi deindè ſalui fiant, quod nullo modo poteſt intelligi de Damnatis in Inferno, qui nullibi in Sacris Litteris dicuntur poſſe ſaluari, cùm debeant æternaliter puniri, iuxta maledictionem Domini: *Ite maledicti in ignem æternum.* Quare neceſſariò doctrina Apoſtoli intelligenda eſt de Pœnis Purgatorij, quæ temporales ſunt, poſt quarum purgationem Animæ ſaluabuntur eruntque Beatæ: ergo ſequitur manifeſtè dari locum Purgatorij, in quo aliquorum iuſtorum peccata poſt hanc vitam temporali pœna puniantur.

Veritas Purgatorij colligitur ex doctrina Apoſtoli, loc. cit.

Item in lib. 2. Machab. cap. 12. dixit Iudas Machabeus: *Sanctam, & ſalubrem eſſe cogitationem pro Defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur,* ex quibus multiſque alijs auctoritatibus, & locis Sacræ Scripturæ colligunt omnes Theologi cum Magiſtro ſent. in 4. lib. ſent. D. 21. D. Thom. D. 20. Soto D. 19. Bellarmin. lib. 2. de Purgat. cap. 14. Suarez tom. 4. de Pœnitent. D. 45. ſect. 1. Conink de Pœnitent. D. 11. d. 1. Valentia tom. 4. tract. 10. num. 2. & alij: Dari de facto Purgatorij locus, in quo Animæ fidelium Defunctorum quaſi per ignem purificantur, iuxta Dauidicum illud: Pſalm. 65. num. 12. *Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* 3

3 Ex lib. 2. Machab. c. 12. Auctoritate Doctorum.

Magiſter. D. Thom. Bellarm. Suarez. Conink. Valentia.

Pſalm. 12.

Ità enim ratio Diuinæ iuſtitiæ poſtulare videtur, vt Animæ fidelium hominum non intrent in Cœli gloriam cum obligatione ad pœnam: Cùm ergo remiſſis peccatis, quò ad culpam non ſemper tollatur obligatio, ſeu reatus ad pœnam temporalem, in qua fuit commutata virtute clauium æterna pœna: & ideò ratio Diuinæ iuſtitiæ, & prudentiæ exigit, vt qui pro reatu pœnæ non totaliter ſatisfecerunt, dum eſſent viatores puniantur, & purgentur in Purgatorio, de quo non exient donec reddant nouiſſimum quadrantem, vel mediantibus piorum ſuffragijs, & Indulgentijs pro illis lucratis liberentur: Vndè de veritate Purgatorij inter Catholicos Doctores nulla eſt dubitatio, cum apertiſſimè diffinitum ſit de fide in multis Concilijs, & præcipuè in Florentino ſeſſ. vltima in Decreto fidei, & in Trident. ſeſſ. 6. can. 30. Vbi dicitur: *Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti culpam ità remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna Cœlorum aditus patere poſſit, Anathema ſit.* 4

4 Ratio Diuinæ iuſtitiæ exigit vt detur Purgatorij locus.

De veritate Purgatorij nulla eſt dubitatio.

Conc. Flor. Concil. Trid.

5 De ſitu, & loco Purgatorij.

Difficultas verò eſt ad explicandum vbi nam ſit iſte Purgatorij locus, & de ſitu illius: & an tantum ſit vnus locus vbi Animæ fidelium Defunctorum purgantur: An plures?

Circa hanc difficultatem multi multa dicunt, & diuerſæ ſunt inter Theologos opiniones: Nam cum de hoc nullus expreſſè in Sacra Scriptura habeatur textus, neque ab Eccleſia Catholica, adhuc diffinitum ſit, quæſtio adhuc verſatur in diſputatione: Ita Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 45. ſect. 1. Conink de Pœnit. D. 11. d. 1. num. 49. & Fauent. tom. 4. de Pœnit. D. 19. D. 26. num. 23.

Suarez. Conink. Fauentinus.

6 Purgatorij locus eſt materialis, & verus.

Verum eſt tamen omnes conuenire dicentes: Purgatorium eſſe locum aliquem materialem, in quo Animæ nonnullæ fidelium Defunctorum detinentur, tamquam in carcere, donec pœnas peccatis debitas integre perſoluant; Nam licet Animæ ſeparatæ è corporibus non requirant locum corporeum, cùm ſpiritus ex natura ſua ſit extra quodcumque corpus: Nihilominus, cùm intra hunc mundum creatum côtineantur, neceſſariò ſunt in aliquo loco phyſico, ſaltem ſecundum præſentiam ſubſtantialem purgandæ, & puniendæ: Videmus enim Diuinam prouidentiam Angelis ipſis pro diuerſo eorum ſtatu determinatum locum determinaſſe: Nam bonis Angelis in Empyreo: Dæmonibus autem in Tartara, & Geheuna deſtinauit: Cùm ergo aliquæ Animæ non ſint adhuc in Cœlo, neque in Inferno, neceſſariò debent eſſe in aliquo loco tamquam in carcere, donec perſoluant vniuerſum debitum, quo ſoluto poſſent inde omni macula purgatæ Regnum Dei introire: In hoc enim omnes Doctores conueniunt.

Ratio aſſertionis.

7 Locus Purgatorij eſt plenus igne ardentiſſimo. D. Gregorius. D. Auguſtin.

Qui quidem locus communiter dicitur eſſe plenus acerbiſſimo igne eiuſdem rationis cum illo infernali: Nam (vt ait D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 29.) *Eodem Inferni igne, ac illi purgantur quo damnati cremantur*: Quod etiam dicit D. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 13. & Ratio huius eſt, quia cùm ſit proprium munus ignis purgare, ideò Animæ fidelium, quæ in hac vita degentes non plenè ſatisfecerunt debitum peccatorum ſuorum, purgentur illo ardentiſſimo igne priuſquam intrent in Regnum Dei, in quo nihil ſordidum, aut coinquinatum poteſt introire, quemadmodum aurum purificatur igne.

Proprietas ignis eſt purgare.

8 Purgatorij locus duplex ordinarius, & extraordinarius.

Verum eſt tamen, quod ſecundum opinionem multorum Doctorum non omnes defunctorum Animæ in Purgatorio torquentur igne: Cum Purgatorij locus duplex ſit, vnus ſecundum legem ordinariam, alter ſecundum legem extraordinariam ſecundum Diuinam diſpoſitionem: Quorũ vnus à Theologis communiter cenſetur eſſe pars quædam ſuperior Inferni verſus centrum terræ, plena ex eodem igne Inferni: Secundus eſt ille locus, qui à Deo deputatur aliquandò pro Purgatorio aliquarum Animarum: Deus enim interdum ad loca extraordinaria conſtituit aliquas Animas, non ſolum, vt ibi purgentur, verum etiam ad viuentium inſtructionem, vel ad vtilitatem ipſorum Defunctorum, vt mediantibus pijs fidelium ſuffragijs citius liberentur, prout aiunt D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 29. D. Thom. in 4. D. 21. q. 1. A. 1. q. 2. D. Bonau. D. 20. p. 1. dub. q. vltima. Suarez to. 4. de Pœnit. D. 45. ſect. 1. & 2. Conink D. 11. d. 1. num. 49. Graff. in Append. c. 5. nu. 12. & Bonac. tom. 1. D. 6. q. 1. p. 6. num. 1.

Ordinarius eſt prope Infernum plenus eodem igne.

Quare dantur alia loca extraordinaria ad purgandas Animas.

D. Gregorius. D. Thomas. D. Bona. Suarez. Conink. Graffius. Bonacina.

9 Purgatorij locus iuxta centrum terræ. Senſus Eccleſiæ in Miſſa Defunctorũ.

Quod autem locus iſte Purgatorij ordinarius ſit ſubterraneus iuxta locum Gehennæ videtur ſentire Eccleſia in illis verbis, quæ dicuntur in Offertorio Miſſarum Defunctorum, quando orat Sacerdos, dicens: *Libera Domine Animas fidelium Defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu, ne abſorbeat eas Tartarus.* Petit enim Eccleſia liberationem Animarum, exiſtentium in Purgatorio, & non illarum, quæ ſunt in Inferno, pro quibus Eccleſia nullatenus orat; Ità Fauentinus tom. 4. de Pœnit. nu. 26. c. 2. nu. 25.

Fauentinus.

10 Difficultas de ordine iſtius.

Sed maior difficultas eſt ad explicandum, quem ordinem ſeruet locus iſte Purgatorij ad alia receptacula Animarum, quæ ſub terra exiſtunt: Et difficultas eſt de comparatione loci Purgatorij ad Limbum puerorum: Nam de Gehenna omnes fatentur eſſe in infimo loco in centro terræ per modum circuli concaui, pleni acerbiſſimo igne, & æterno, cruciante omnes damnatos ſine fine, & remiſſione; Similiter etiam de Limbo Sanctorum Patrum in ſinu Abrahæ, vbi detinebantur Animæ Sanctorum ante Chriſti mortem; Iſte enim ſecundum omnes Theologos eſt in ſuperiori, & digniori loco ſupra Purgatorium, & Limbum puerorum; prout dicunt D. Tho. in 4. D. 22. q. 2. A. 1. q. 2. & Suarez tom. 2. in 3. p. D. Thom. D. 42. ſect. 2. in fine.

Locus inferni eſt in centro terræ.

Limbus Sanctorum Patrũ erat in vltimo idest ſupremo circulo ſubterraneo. D. Thomas. Suarez.

11 Diuerſitas opinionum eſt de Purgatorio, & Limbo puerorum.

De alijs ergo duobus locis, Purgatorio, videlicet, & Limbo puerorum, quo ordine ſint collocati eſt diuerſitas opinionum.

Prima opinio. Quatuor aſſignat loca Infernum, Purgatoriũ, Limbum puerorũ & Limbũ Sanctorum Patrũ omnia per modum circuli. Soto. Palud. Maior. Petrus de Tarantaſia.

Quidam enim aſſerunt; Purgatorium eſſe inſra Limbum puerorum, & Gehennam, ità vt ſupra Gehennam ſit alius circulus plenus eodem igne Inferni, vbi purgantur Animæ fidelium Defunctorum, ſupra quem ſit Limbus puerorum, & poſtea in alio circulo ſuperiori ſit Limbus Sanctorum Patrum; adeò, vt quatuor ſint circuli ſubterranij; Infernus videlicet, deindè Purgatorium: poſtea Limbus puerorum: Poſtmodum tandem Limbus Sanctorum Patrum in ſupremo loco; Ità Soto in 4. D. 45. A. 2. q. 1. Palud. D. 45. q. 3. & Maior. D. 44. q. 3. quos ſequitur Petrus de Tarantaſia problem. 1. A. 3.

12 Ratio, & explicatio iſtius opinionis.

Ratio autem iſtorum Doctorum eſt, quia Infernus, & Purgatorium conueniunt in pœnarum qualitate: in vtroque enim eſt ignis eiuſdem rationis, quapropter oportet eſſe contigua, adeò vt exiſtiment iſti Doctores nullo interiecto alio corpore denſo, ac ſolido ſeparari, ſed habere potius eumdem ignem continuum eodem numero, & ſolum diſtingui, quo ad partes illius ignis per terminum à Deo præfixum.

13 Secunda opinio. Ponit Limbũ puerorum ſecus Infernũ, deinde Purgatorium.

Secunda opinio exiſtimat Limbum puerorum eſſe propinquiorem Inferno, & ratio iſtorum eſt, quia talis locus eſt deputatus pro quibuſdam Dei inimicis, quapropter maiorem conuenientiam habet cum Gehenna, quam cum Purgatorio; nam Animæ, quæ ſunt in tali Limbo, & Inferno veluti in ratione eſſentiali culpæ conueniunt, quæ eſt auerſio a Deo: Vnde etiam conueniunt in eſſentiali pœna damni, & in æternitate pœnæ; quare maior conuenientia eſt inter ſtatus Animarum vtriuſque loci, quam inter animas purgandas in Purgatorio, & ideò illa duo loca debent eſſe coniuncta, & inter ſe viciniora; quapropter pueris cum culpa originali decedentibus debetur inferior locus. Ita exiſtimant D. Thom. in 2. ſent. D. 22. q. 2. A. 1. q. 2. Gabriel in 4. D. 45. A. 1. & Richardus D. 21. q. 3. & D. 45. A. 1. q. 2. cum alijs citatis.

D. Thomas. Gabriel. Richardus.

14 Tertia ſententia eſt media. Exiſtimat vtraque loca facere circulũ vnum perfectum circumdantem Infernum.

Tertia vero ſententia eſt media inter iſtas duas, quæ exiſtimat probabilius eſſe: Hæc duo loca; Purgatorium; videlicet, & Limbum puerorum non ſeruare ordinem circularem perfectum inter ſe, ſed æquè à Gehenna diſtare, & æque illi eſſe propinqua, ſecundum diuerſas eius partes. Dicunt ergo iſti Doctores probabilius videri, vt proximè ſupra Gehennam ſit Limbus puerorum, & Purgatorium in modum circuli, locum Inferni circumdantis, ità tamen, vt vnuſquiſque iſtorum locorum ſemicirculum

tantum occupet, ſintque inter ſe contigua, & ſuper locum Inferni æquali propinquitate verſus diuerſas huius mundi partes collocata, ſupra illa vero erat Limbus Sanctorum Patrum in ſinu Abrahæ, ſiue in modum alterius circuli, ſiuè alio modo prout placuit ipſi Deo: Et hanc ſententiam probabiliorem exiſtimatur Suarez tom.4. de Pœnit. D.45. ſect.2.num. 15. ſequitur Faber Fauent. de Pœnit. lib.4. D.19. q. vnica c.2.D.46.num.28.

Suarez. Faber.

15 Quod autem inter Limbum Patrum, & Gehennã ſit aliquis locus medius, neque ſint inter ſe contigua colligitur ex illa parabola de Diuite, & Lazaro, prout refertur in Euang. Luc.c.16. nam (vt ibi dicitur) *Diues ille exiſtens in Inferno eleuauit oculos ſuos, & vidit Abraham a longe*, quaſi in ſuperiori, & diſtincto loco exiſtente: cui reſpondet Abraham: *Inter vos, & nos magnum chaos poſitum eſt*. Ex quo patet aliquam intercapedinem eſſe inter duo illa loca, quæ non videntur eſſe, niſi per Limbum puerorum, & Purgatorium, vel vtrumque ſimul eo modo, vt ſupra explicatum eſt.

Confirmatur tertia ſententia. Ex Euang. Luc. c.16.

16 Quod indè probatur, quia ſecundum communiorem Theologorum ſententiam Purgatorium eſt iuxta Infernum, cum vterque ignis ſit in vtroq; & ideò debet eſſe contiguus: Non videtur autem veriſimile totum illud circumdari Limbo puerorum, adeò vt neceſſe ſit Animas purgandas per Limbum puerorum tranſire ad Purgatorium, & inde exeuntes, iterum pertranſire per eundem locũ ad Cœlum, quod non videtur conueniens, maximè, quia ſecundum communiorem ſententiam Theologorum: Spiritus non pertranſeunt de extremo ad extremum niſi per medium, prout dicit Suarez d.to.4.D.45. ſect.2.n.12.

Probatur iterũ ratione, & conuenientia. Spiritus non pertranſeunt de extremo ad extremũ, niſi per medium.

17 Similiter etiam è contrario, quod Limbus puerorum ſit vndique circumdatus igne Purgatorij non eſt admodum veriſimile: Rectè ergo loca illa hoc ordine collocantur: Ne autem neceſſe ſit Animas quæ ad Infernum deſcendunt per Purgatorium tranſire: Veroſimile eſt locum Purgatorij non integrè ex omni parte totam circumferentiam Inferni occupare, ſed in aliqua mundi parte relictum eſſe aliquod ſpatium, in quo ſit velut os putei Infernalis ſupra quã partem nullus alius locus pęnalis collocatus ſit, prout dicit D. Anſelmus lib. de Imag. mundi c.21. dicens: *Infernum eſſe inferius dilatatum, & ſuperius coanguſtatum*, ſcilicet quò ad foramen illud, quod eſt velut os putei Inferni, ſecundum illud, quod dixit Ioan. in Apoc. cap.9. *Vidi ſtellam, cadentem de Cœlo in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi, & aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ*: quod etiam exiſtimant Palud. in 4.D.45.A.3. & Pet. de Tarantaſio Problema p.A.3. & Suarez, cum Fabro locis ſup. cit. cum alijs.

Os Inferni eſt ſicut puteus. D. Anſelmus. Apoc. c.9. Palud. Pet. de Tarantaſ. Suarez. Faber.

18 Verum eſt tamen, quod inter has ſententias non poteſt certum, & determinatum iudicium ferri, cum res ſit occulta, & nondum reuelata, neque ab Eccleſia ſit diffinita: potuit enim Deus ſecundum beneplacitum ſuum, iuxta prouidentiam ſuæ infinitæ ſapientiæ, vel his, vel alijs modis hæc loca conſtituere, prout ipſi placuit, & placet, cui omnia poſſibilia ſunt: *Omnia enim quæcumque voluit fecit in Cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*, & ideo de ſitu Purgatorij, aliorumque locorum pœnalium nihil aliud dici poteſt determinate, niſi tantum probabiliter, iuxta ea, quæ diximus ſecundum noſtrum modum intelligendi.

Concluſio.

DE POENIS, QVIBVS DEFVNCTORUM *Animæ cruciantur in Purgatorio.*

CAP. II.

1 Quoniam præcipuus finis Purgatorij eſt, vt Animæ, quæ illic mittuntur, ibique exiſtunt pœnam ſuis peccatis debitam patiantur: Ideò in hoc ſecundo capitulo in ordine huius pręſentis tractatus de quantitate, & qualitate pœnarum, quibus Animæ in dicto loco purgantur, dicere opus eſt: Quare communiter dicunt Doctores: Animas e corporibus ſeparatas, quæ adhuc in Dei Gloriam introire non poſſunt, duplici pœna cruciari in Purgatorio, quarum vna à Theologis appellatur pœna damni, altera ſenſus, ſiuè vt dicit Scotus in 4. D.50. vna eſt ſpiritualis, corporalis altera, non quod Animæ ibi detentæ habeant corpora, ſed quia realiter cruciantur à rebus corporeis, tanquam inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ, vt in ſequenti capitulo explicabitur.

Duplex pœna Purgatorij Damni, & ſenſus. Siuè, vt dicit Scotus ſpiritualis, & materialis.

2 Pœna igitur Spiritualis, eſt in Intellectu, & voluntate Animarum ibi exiſtentium, quæ conſiſtit in priuatione diuinę viſionis totiuſque æternę Beatitudinis, ſaltem pro illo tempore, quo Animę illę detinentur in Purgatorio, tanquam exules à Cęleſti Patria in pœnam ſuorum delictorum: & hęc carentia Diuinę viſionis cauſat magnam triſtitiam, & afflictionem in Intellectu, & voluntate Animarum, & iſta eſt pœna ſpiritualis, ſecundum Scotum, quę communiter a Theologis appellatur: Pœna Damni.

Pœna ſpiritualis appellatur Pœna Damni, & in quo cõſiſtat. Hæc pœna causat maximam triſtitiã in Intellectu, & Voluntate.

3 Nam talis priuatio, ſiue carentia Diuinę viſionis, in qua conſiſtit vera Beatitudo, & omne bonum, & Priuatio huius Diuinę viſionis licet ſit ad tempus, reuera eſt magnum damnum, & incommodum, & vt tale apprehenditur efficaciſſimè ab illis Animabus, quę totis viſceribus, (vt ita dicam) diligunt ipſum Deum, eiuſque aſpectum ardentiſſime cupiunt videre, in quo conſiſtit omne bonum: Vndè de tali mora maximè triſtantur, ſecundum illud Prouer.c.3. *Spes, quæ differtur affligit animam*: Certum enim eſt, quamdiu Animas illas eſſe in Purgatorio carere viſione beatifica, cùm nullus poſſit Deum videre, niſi ſit totaliter purgatus, quapropter pœna iſta magna eſt in Purgatorio ex communi omnium Theologorum conſenſu.

Beatitudo cõſiſtit in viſione beatifica. Animæ Purgatorij diligũt, & cupiunt ardentiſſime videre ipſum Deum. Spes, quę differtur affligit Animam.

4 Diſputant autem Theologi: An talis afflictio, & cruciatus Animarum ſit maximus inter omnes afflictiones, & dolores, quę in Purgatorio ſuſtinentur: Nam D.Thom. in 4.D.21.q.1.A.1.q.3. & Richardus D.20.q.1.A.2. Soto D.19.q.2.A.2. Durand. in 3. ſent. D.22. q.4. Bellarm. lib.2. de Purgat. c.4. & Suarez to. 4. de Pœnit. D.46. ſect.1. & 2. cum alijs volunt, hanc pœnam, quæ dicitur Damni illis Animabus eſſe præcipuã, & acerbiorem, quàm ſint vllæ aliæ pœnæ, tam huius vitæ, quàm Purgatorij: & Ratio iſtorum eſt, quia cum Animæ illę Sanctæ perfecte apprehendant Beatitudinem, quæ conſiſtit in viſione Beatifica eſſe ſummum bonum vehementiſſimè appetunt, & conſequenter ſummè dolent, ſe ea priuari propter eorũ demerita, licèt ad tempus: Vnde continuo clamant, & dicunt cum Pſalmiſta; *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei, fuerunt lacrymæ meæ die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi eſt Deus tuus*. Pſalm.41.

An talis afflictio ſit maxima? Affirmant. D. Thomas. Richardus. Soto. Durandus. Bellarm. Suarez. Ratio iſtorum DD. Pſalm. 41.

5 Et quamuis talis carentia temporalis Diuinæ viſionis ab illis voluntariè ſit acceptata ex ſuppoſitione, quod Deus ita vult, quodque ad ſatisfaciendum pro peccatis neceſſaria illis eſt ante ingreſſum Gloriæ: poteſt tamen aliquo modo dici Inuoluntaria, quatenus

Quomodò talis carentia Diuinę viſionis ſit illis voluntaria, & inuoluntaria.

quatenus eſt contra inclinationem propriæ charitatis, & contra naturale deſiderium Beatitudinis, & ità valdè triſtantur de tali mora, conſiderando, quod ipſorum negligentia in ſatisfaciendo dum erãt viatores fuit, & eſt cauſa talis dilationis temporis ad fruendum ipſum Deum ſicuti eſt, in quo ſumma Beatitudo, & gaudium conſiſtit.

Triſtātur propter eorũ negligentiam, & dementia.

6 Voluntas Dei prior, & poſterior.

Et licet Animæ illæ Sanctæ reſpiciendo Dei poſteriorem voluntatem illi omnino conformentur, conſiderando tamen priorem ipſius Dei voluntatem, quod homo iuſtus, exutus corpore ſtatim videat ipſum Deum: Ideò enim (ait Auguſt.) *Deus creauit hominem, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & frueretur:* At, quia talis Dei voluntas propter ipſorum culpam non eſt adhuc adimpleta in ipſis, valde triſtantur, & conſequenter maximè dolent de cauſa illius, quæ ab ipſis, & non à Deo exorta fuit, & iſta pœna à Theologis appellatur ſpiritualis, ſiuè Damni, quæ ſecundum iſtos Doctores ita vehemens eſt, quod ſi alia pœna ſenſus in Purgatorio non eſſet, ſufficientiſſima eſſet ad eorum triſtitiam, & afflictionem maximam, quæ à nobis intelligi, & explicari non poteſt.

Quare Animæ illæ crucientur vehementer de taſi carentia.

7 Secunda opinio exiſtimat pęnam iſtam mitigari ſpe videndi Deũ. D. Bona. Caietanus. Faber. Rationes iſtorũ Doctorũ.

Verum eſt tamen, quod D. Bonau. in 4. D. 20. q. 2. A. 1. & Caiet. tom. 1. Opuſc. tr. 4. q. 4. & Faber de Pœnit. lib. 4. D. 19. cap. 3. D. 46. num. 38. cum alijs aſſeclis exiſtimant talem dolorem nõ eſſe ita vehementem, & Summum: Primò, quia licèt Beatitudo perfectè ab illis cognita excitet in ijs ſummum deſideriũ, citius illam poſſidendi, ità vt mallent quoduis ferri, & pati, quam ea diutius carere, atque ità talis dilatio ſit apta excitare magnam triſtitiam: Hæc tamen in illis Animabus Sanctis multò mitigatur ſpe certiſſima, & gaudio, quod percipiunt ex ſecuritate, quam habent illam obtinendi: ſunt enim certiſſimæ de ſua futura Beatitudine, cum iam ſint in termino, & in gratia confirmati, & ideò non poſſunt aliquo modo illam omittere.

8 Ratio Secunda Secundæ ſententiæ.

Secundò, Animæ illæ Sanctæ habent omnes ſuas potentias perfectè domitas, & compoſitas, quare cũ poſſent faciliter talem triſtitiam vitare, non eſt ratio neceſſitans cur eas ſponte aſſumant præſertim, cùm hòc videatur repugnate illi ſummæ animæ æquitati, quę ſe totaliter Diuinæ voluntat. conformãt, & in eius diſpoſitione conquieſcunt: Vndè Sancti Patres, qui dicunt: Pœnam Purgatorij eſſe maximam, non loquuntur de carentia Diuinæ viſionis, ſed de pœna afflictiua, & ſenſitiua per ignem acerbiſſimũ: At ſi in Purgatorio eſſet pœna Damni ita vehementior debuiſſent dicere: Hanc pœnam damni eſſe pręcipuam, quia communiter pœna damni in damnatis dicitur eſſe maior, quam pœna ſenſus; Ità etiam tenet Coninck de Pœnit. D. 11. d. 3. de Purgat. num. 33. cuius etiam opinionis videtur eſſe Scotus in 4. D. 50, q. 4. §. ad primam quæſtionem.

Tertia ratio illius ſententiæ.

Coninck, Scotus.

9 Concluſio, & reconciliatio vtriuſq; ſententiæ.

Concludimus ergo vtramque opinionem eſſe valdè probabilem; Negari enim non poteſt, quod talis dilatio beatificæ viſionis non ſit valde afflictiua, maximè cum proueniat ex propria culpa, & negligentia: Quare, etſi credibile ſit; Animas illas triſtitiam accipere propter peccata ab ipſis commiſſa, non tamen exiſtimo, ſe ita vehementer adeò affligi, quia patienter tolerant, conformando ſe Diuinæ voluntati; Non enim remurmurant aliquo modo contra Deum, vt Damnati, qui omninò carentiam illam odio habent, quapropter non ceſſant ſemper blaſphemare ipſum Deum: At Animæ illæ Sanctæ, quæ in Purgatorio exiſtunt voluntarie illam ſuſtinent, tamquam pœnam, à Deo inflictam in remiſſionem peccatorum ſuorum.

Niſi forte dicamus: illas Animas à Deo neceſſitari ad tantam, ac talem vehementem triſtitiam, ſicut neceſſitantur damnati, vt continuò vehementiſſime doleant, ſe priuatos eſſe beatitudine, atque ita triſtitia iſta haberet rationem pœnæ, & minueret debita ſupplicia, & tempus exiſtendi in Purgatorio, quod probabiliter credi poteſt, licèt certò probari non poſſet. 10

Limitatio pro prima ſententia.

11 Dubitatio. An in Purgatorio ſit pœna Vermis? Prima ſententia. Suarez.

Dubitari inſuper hic ſolet à Theologis: An Animæ quæ ſunt in Purgatorio habeant pœnam illam, quæ dicitur, Vermis conſcientiæ: Nam Suarez D. 46. ſect. 1. num. 7. videtur etiam pœnam vermis admittere, etiam in Animabus exiſtentibus in Purgatorio, ſicut in damnatis, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur: Diuerſo tamen modo, nam in damnatis talis cruciatus eſt perpetuus, in Animabus verò Purgatorij eſt temporalis, quamdiu in illis pœnis purgantur: Qui dicit: Hanc eſſe opinionem Scoti, quatenus in 4. D. 50. q. 1. A. 4. §. Ad primam quæſtionem: Diſtinguit pœnam Purgatorij in ſpiritualem, & corporalem: & illam, quæ dicitur ſpiritualis ſubdiſtinguit in pœnam Damni, & vermis: Vndè non ſolum habent triſtitiam de carentia, ſiue dilatione Diuinæ viſionis, de qua valdè triſtantur: Verùm etiam remorſum conſcientiæ, qui in illis animabus non deeſt ſpiritualiter torquere.

Citatur Scotus.

12 Scotus contrarium videtur dicere. Pęna vermis quæ.

Verum eſt tamen, quod talis pœna vermis, ſecundum Scotum, non videtur eſſe in Animabus illis: Nam pęna vermis ſecundum Scotum, alioſq; Theologos eſt quædam triſtitia, & remorſus continuus conſcientiæ propter ammiſſionem boni commodi, quæ eſt æterna fælicitas: In illis autem animabus nõ erit continuus huiuſmodi remorſus conſcientiæ propter amiſſionem talis boni, ſed deſinet poſt completam ſatisfactionem: Quando autem exiſtunt in illis flammis Purgatorij, & triſtantur de carentia Beatitudinis, talis triſtitia eſt propter affectum iuſtitiæ, quæ eſt Sancta, & pia triſtitia, & eſt idem, quod contritio, in qua certè eſt diſplicentia, & quodammodo remorſus conſcientię propter offenſam factam Deo, propter quam offenſam conſequenter amittunt bonum beatitudinis, quo ad tempus. Non eſt tamen talis triſtitia (proprie loquendo) pœna vermis, quæ eſt pœna damnatorum, eò quod illa pœna & triſtitia nuda, & pręcisè eſt propter afflictionem commodi, & nullo modo propter Dei offenſam: quare in Animabus Purgatorij talis remorſus non videtur propriè eſſe pœna vermis, ſed contritio. Ita Faber. de Pęnit. lib. 4. D. 19. c. 3. q. Vnica, & Scotus D. 46. nu. 46. & alij: Et hæc de pœnis ſpiritualibus.

Triſtantur de dilatione Beatitudinis propter affectũ iuſtitiæ.

Pęna vermis eſt pœna dãnatorum.

Faber, & Scotus.

13 De Pęna materiali ſenſitiua, & cruciatus. Pœna ignis acerbiſſima.

Altera pœna, qua cruciantur Animæ Purgatorij appellatur Pœna ſenſus, ſiuè ſenſitiua: Nam propter pœnam damni, & triſtitiam illi adiunctam datur Animabus illis in Purgatorio exiſtentibus propria, & peculiaris pœna ſenſitiua: Cruciantur enim Animæ illæ ab ardentiſſimo illo igne modo ineffabili, tamquam inſtrumento diuinæ iuſtitiæ, iuxta illud Apoſt. 1. Corinth. c. 3. dicentis: *Vnuſquiſque opus quale ſit ignis probabit*, de quo non exient niſi plenè ſatisfacient, de qua pœna ignis, & quomodo Animæ ab illo cruciantur dicetur plenius in ſequenti capitulo.

14 De alijs pœnis, & cruciatibus. An ſit pœna frigoris. Iob. c. 24. Sap. c. 16. Beda.

An verò propter ignẽ ſint etiã in Purgatorio alia inſtrumenta diuinæ iuſtitiæ ad purgandas Animas, vt aqua frigidiſſima glaciei, & niuis iuxta illud Iob: c. 24. num. 19. vbi dicitur: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad Inferos peccatum eorum:* & in lib. Sap. c. 16. num. 22. dicitur. *Nix, & glacies ſuſtinebunt vim ignis, & non tabeſcebunt:* Refert etiam Beda in Hyſt. Angliæ c. 13. Viſum ſæpe eſſe animas Purgatorij ſæpe mutari à nimio calore ad rigidiſſimum frigus,

Digitized by Google

D. Anſelmus. frigus, & è conuerſo: quod etiam refert D. Anſelmus in Elucid. vbi enumerat has pœnas ſub diuiſione: Alıæ cruciationes. Quod etiam affirmant multi contemplatiui tales viſiones ſæpe vidiſſe.

15 Concluſio. De hoc tamen non poteſt certum iudicium ferri; An vere, & realiter tales viſiones intelligantur realiter, ſiuè per metaphoram ad declarandam acerbitatem dolorum, qui ibi erunt: eſt tamen valde probabile, quod Animæ ibi ſimilibus, alijſque inſtrumentis à Deo inflictis crucientur, prout dicunt Theologi, vt Suarez d. D. 46. ſect. 2. num. 2. & Faber de Pœnit. d. 19. c. 20. D. 46. num. 30. & alij. Suarez. Faber.

16 Duo loca Purgatorij, commune, & particulare. Sunt etiam nonnulli Doctores, qui dicunt: Duo eſſe loca Purgatorij: Vnum ſecundum legem ordinariam circa Infernum, vbi cruciantur, & purgantur Animę eodem Inferni igne, ſimilibuſque inſtrumentis, vt ſupra explicatum eſt, excepta æternitate illorum: Alterum particulare à Deo conſtitutum in diuerſis locis vbi purgantur Animæ illę ante ingreſſum gloriæ per ſolam priuationem Deificæ viſionis, ſiuè alijs pœnis à Deo inflictis, ſecundum ſuum Diuinum beneplacitum.

17 In priori loco quæ animæ purgantur. In priori loco dicunt, purgari Animas, quæ diù in peccatis vixerunt, & tandem in fine vitæ iuſtificatę, à culpis fuerunt abſolutæ, ſoluunt tamen illorum pęnas in Purgatorio per ignem, aliaque inſtrumenta Diuinæ iuſtitiæ. Quæ in ſecundo. In alio verò particulari animæ aliquæ Sanctæ, quæ tamen imperfecte vixerunt: Quæ ſententia fundatur in quibuſdam viſionibus, habitis à quibuſdam viris contemplatiuis, quibus in viſione oſtenſum eſt, (prout refert Beda d. lib. 5. Hyſt. Angliæ c. 13.) Locum quendam amænum, in quo Animæ quædam nondum aptæ ad videndum Deum detinebantur, & per illam detentionem purgabantur per ſolam dilationem Glorię abſque alia pęna ignis, & huiuſmodi. Fundantur in viſionibus reuelatis. Beda in Hyſt. Angl.

18 Quomodo intelligēda ſint iſtæ reuelationes ſecundum Suarez. Pater Suarez totaliter viſiones tales impugnare non audet maximè propter Sanctitatem eiuſdem Bedæ, qui fuit vir doctiſſimus, magnaque Sanctitate famoſus, qui talibus reuelationibus fidem adhibuit, & pro veris enarrauit: Non tamen præſtat veram fidem huiuſmodi reuelationibus, & viſionibus, neque confictas, & mendaces eſſe exiſtimat, ſed dicit, vel non eſſe ſimpliciter ad literam intelligendas, vel ſub aliqua metaphora, ità vt per illa loca, quæ, vt diſtincta viſa ſunt, non oportere ſignificari loca Purgatorij diſtincta, ſed diuerſos ſtatus Animarum eiuſdem Purgatorij, & per locum amænum denotantur ſpirituales conſolationes, quibus aliquæ Animæ conſolantur.

19 Alia intelligentia. Vel certè dicendum eſt, quod licèt pœnæ ſenſus taceantur, in illo loco non excluduntur, ſicut neque ab alio excluduntur ſpirituales conſolationes licèt taceantur: ſed in vtroque explicatur, quod magis confert ad viſionis finem, videlicet, vt homines pœnitentiam non differant, & in bonis operibus exerceantur: Ita Suarez d. tom. 4. de Pœnit. D. 46. ſect. 1. num. 13. & ſect. 2. num. 2. Faber de Pœnit. D. 46. num. 30. c. 2. & alij. Suarez.

20 An Dęmones crucient Animę in Purgatorio? Dubitari autem hic ſolet: An Animæ, exiſtentes in Purgatorio affligantur à Dæmonibus tamquam à miniſtris Diuinæ iuſtitiæ?

D. Bona. reſponſio. Reſpondetur ex doctrina D. Bona. in 4. D. 20. p. 1. diſt. 1. A. 1. q. 4. aliorumque Doctorum: In hac materia nihil temerè aſſerendum eſſe: ſed communiter ea exiſtimantur, quæ magis probabilia eſſe videntur: Vndè ad propoſitum dicimus, quod non videtur probabile: Dæmones torquere poſſe animas illas Sāctas à Deo ad Purgatorium deſtinatas, quæ amplius iam peccare non poſſunt. Dæmoneſque vſque ad vltimum vicerunt, quare non videtur congruere Diuinæ iuſtitiæ pręmittere, vt ab eis torqueantur: Ita Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 46. ſect. 3. num. 8. & 9. ſequens D. Thom. in 4. D. 21. D. Bona. D. 20. Palud. & Richar. & Soto D. 19. alioſque Theologos. Reſolutio exiſtimatur negatiua. Suarez. D. Thom. D. Bona. Palud. Richard. Soto.

21 Confirmatur ratione potiſſima. Neque etiam videtur probabile, quod Dæmones ex ſe ipſis permiſſione Diuina illas torqueant: cognoſcunt enim illas iam eſſe confirmatas in gratia, quare non ſperant aliquo modo illas ad peccandum prouocare, illaſque lucrari: Imò cognoſcunt vexationem illā potius profuturam animabus illis, quia per talem pęnam additam citius ab illis pęnis liberentur, & ad Cęli gloriam tranſire: Vnde quantum ex coniectura conijcere poſſumus, niſi a Deo Dęmones cogantur ſponte non aſſumerent tale miniſterium effecturi: Ita omnes ſupra citati Doctores.

22 Quomodò poſſent Dæmones cruciare animas in Purgatorio. Difficilè etiam eſt explicare, quomodo Angeli ſiuè mali, ſiue boni Animas Purgatorij torquere poſſint. Non enim videtur hoc poſſe facere per ſe, ſed ſolum applicando ignem, ſiuè alia inſtrumenta Diuinæ iuſtitiæ, quibus poſſent cruciari: Hoc autem non eſt neceſſarium, quia (vt dicetur in ſequenti capitulo) hoc fit à ſolo Deo, applicante ignem ad illarum afflictionem: Non videtur ergo alio modo poſſe affligere, niſi eas deducendo, & violenter detinendo in illo igne, eaſque conuitijs, & aſpectu ſuo horribili afficiendo: At aſpectus illi horribiles, aliaque actiones pęnales non videntur competere Animabus illis iuſtis: & ita videtur non eſſe neceſſarium miniſterium Dęmonum ad illas Animas cruciandas: Vndè certè hec omnia ſunt valdè probabilia: Ita Suarez locis ſupra citatis. Difficilè eſt explicare. Explicatur difficultas.

23 Pendet hoc ex reuelationibus. Attamen, quia notitia ſtatus illarum Animarum pendet ex reuelatione, & ex multis reuelationibus Sanctorum habetur: Dæmones aliquandò illas Animas cruciari, neque hoc eſt impoſſibile ideoque Theologi communiter dicunt: Hoc non eſſe congruum, non autem aſſerunt eſſe impoſſibile: Dicimus ergo, poſſe aliquandò Dęmones, (Deo ità præcipiente) aliquas Animas purgādas aſpectu ſuo horribili, ſiuè alijs modis cruciari: Vnde in vita D. Bernardi lib. 1. c. 10. refertur, Religioſum quemdam poſt mortem apparuiſſe Diuo Bernardo, qui quatuor Dęmonibus dilacerandus ſe traditum eſſe querebatur, a quibus affligebatur crudeliter, qui poſtea precibus eiuſdem Diui Bernardi liberatus fuit: Beda etiam d. lib. 3. de Hyſt. Angl. c. 19. & Carthuſianus de Iudicio particulari multas alias huiuſmodi viſiones referunt: Quare faciliter credi poteſt: In aliquibus caſibus particularibus, hoc Deum permiſiſſe, & permittere poſſe. Ita Faber de Pœnit. D. 46. c. 5. num. 97. & Suarez cum alijs Theologis, loc. cit. Concluſio. Quedam reuelatio Diui Bernardi. Beda. Carthuſianus. Faber. Suarez.

24 Quomodo Animę deductæ ad Purgatorium? Reſolutio. Vltimò tandem pro complemento huius præſentis capituli: videndum eſt: Quomodo Animæ, egreſſæ è corporibus deducantur in Purgatorium?

Reſpondetur ſecundum probabiliorem Theologorum ſententiam: Anima cuiuſcumque hominis, ſtatim ac egreditur ex ſuo corpore ſine vlla mora ad locum deſtinatum peruenire; ſed non ante Iudicis ſententiam. Quapropter in illo tunc iudicatur à *Chriſto Domino, qui conſtitutus eſt à Deo Patre iudex viuorum, & mortuorum, cui data eſt poteſtas in Cælo, & in terra iudicium facere, quia Filius hominis eſt: Non enim Pater iudicat quemquam, ſed omne Iudicium dedit Filio:* prout dixit ipſa veritas infallibilis: in Euang. Io: c. 5. & Matt. c. vltimo: Nam, vt ait Eccleſiaſticus, *Facilè eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas,* & infrà: *In fine hominis denudatio operum ipſius.* Hoc eſt per Diuinum Iudicium, quo quid ipſe meritus ſit, vel demeritus oſtenditur: Vndè Iudicium particulare in hora mortis. Ioan. c. 5. Matt. c. vltimo. Eccleſiaſticus.

Digitized by Google

D. Chryſ. Conink. Bellarm. D. Thomas.

de D.Chryſoſt.Hom.57.in Matt.dicit: *Poſtquam diem tuum obieris iudicium, & pœna conſequetur*. Ità Conink de Purgat. D.11.d.5.num.39. Bellarm.lib.2.de Purgat.c.4.D.Thom.3.p.q.59.A.5.ad primum.

25 Sed Difficultas eſt ad explicandum: Quomodo,& quando, & in quo loco fiat tale iudicium a Chriſto Domino?

In quo loco fiat iudicium particulare. Quorundam opinio.

Reſpondetur. Nonnullos Doctores exiſtimaſſe, Angelos bonos, & malos in ipſa hora mortis deducere Animas morientium ante tribunal Chriſti, vt ibi à Domino iudicentur: Sed hoc non videtur eſſe veroſimile,quod damnatorũ Animæ ingrediãtur Cęlũ empyreũ,vt ibi iudicētur: Quapropter probabilius alij dicũt; Tale Iudicium fieri in eodem loco,& tempore, quãdo Anima egreditur è corpore: Tunc enim dicunt aliqui Animam corporis ergaſtulo exutam per ſpeciem infuſam ab ipſo Deo intelligere ſuam diffinitiuam ſententiam latam in Celo: Siuè, vt melius alij exiſtimant in ipſo inſtanti ſeparationis Animæ ipſemet Chriſtus diuina virtute in humana forma videre ſe facit illi Animæ, ibique dat ſententiam diffinitiuam, iuxta meritum, ſiue demeritum ipſius Animæ. *Omnia enim nuda, & aperta ſunt oculis eius, qui reddit vnicuique ſecundum opera ſua: Opera enim illorum ſequuntur illos*, quæ omnia fiunt in inſtanti.

Reijcitur.

Aliorum ſententia.

Anima ſeparata per ſpeciem impreſſam intelligit ſuam ſententiam datam in Celo.

Aliorum ſententia probabilior, quod iudicentur à Chriſto in eodem loco.

26 Hoc enim faciliter fieri poteſt, cum Chriſtus per diuinam virtutem, & potentiam etiam in maxima diſtantia Animabus apparere poteſt ſine ſui mutatione per eſſe replicatum. Non enim ſecundum Scotum implicat contradictionem, vnum, & idem corpus poſſe eſſe per Diuinam potentiam ſimul in pluribus locis diſcontinuis, prout in Phyſicis, & alibi plenius a nobis explicatum eſt; & ideo poteſt Chriſtus Dominus abſque motu locali eſſe in Cęlo, & in eodem inſtanti eſſe in pluribus locis,& iudicare omnes, & quaſcumque Animas egredientes è corporibus in hora mortis.

Probatur ſecunda ſententia.

Chriſtus poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, & quomodo.

Scotus.

Nõ implicat idem corpus per diuinã potẽtiam poſſe eſſe ſimul in eodẽ inſtanti in pluribus locis diſcontinuis.

Et confirmatur nam Chriſtus in vltimo iudicio palam omnibus videbitur, & vnuſquiſque in eodem

27 inſtanti audiet ſententiam Iudicis clarè, & diſtinctè, licèt homines iudicandi ſint quaſi innumerabiles, & diſtantes à Iudice: ergo vero ſimile eſt idem in iudicio particulari fieri poſſe abſque vlla repugnantia mediante Diuina virtute: Ità Conink de Purgat. D.11. d.5.concl.3. nu.42. Innocent. III. de contemptu mundi lib.2.c.43. Scotus cum alijs. Quare, audita ſententia, ſtatim Anima ipſa ad locum deſtinatum ſe confert abſque vlla mora, & appellatione.

Confirmatur ratio.

Conink. Innocentius. Scotus.

28 Quapropter probabilius eſt: Dæmones non deducere Animas ad Purgatorium: Non enim Deus in his puniendis vtitur illis miniſtris; Neque hoc opus eſt, cum Animæ ſeparatæ per ſe ſubmittantur Diuino iudicio, & voluntati Diuinæ, & ſponte locum ſibi deſtinatum adeant: ſed probabiliter credi poteſt Angelos Sanctos, ſiuè Angelum Cuſtodem Animas purgandas. conſolationis, & honoris gratia in Purgatorium comitari ſicut in Euangelio legimus: Angelos deduxiſſe Animam Lazari in ſinum Abrahæ: Ità Conink loc. cit. Soto in 4. D.45. q.1. A.3. Luca Pinelli tr.de Purgat.c.10. §.3.& alij.

Dæmones nõ deducũt Animas ad Purgatorium.

Angelos Cuſtos deducit Animam in Purgatorium conſolationis gratia. Conink. Soto. Luca Pinelli.

DE POENA IGNIS, ET QVOMODO *Spiritus cruciantur ab igne materiali.*

CAP. III.

1 CErtiſſimum, indubitatumque eſt ſpiritus Dæmonum in Inferno, & Animas hominum in Purgatorio cruciari, & affligi igne materiali, atque hunc ignem eſſe corporeum: Quare Apoſt.1.Corint. c.3.loquens de Purgatorio apertè dixit: *Animas hominum ſaluas fieri quaſi per ignem*: Neque obſtat ly verbum (*quaſi*) nam particula illa non eſt diminuens veritatem ignis, ſed explicat modum, & viam; per quam illæ ſaluantur mediante videlicet illo inſtrumento ignis, vt ſit ſenſus, quod: *Ille ignis eſt cauſa inſtrumentalis diuinæ iuſtitiæ, mediante, quo Animæ purgantur, ſatis patiendo, & ſaluantur, ingrediendo Regnum Cælorum*.

Ignis Purgatorij,& Inferni eſt corporeus.

1. Corint.c.3.

Ly quaſi per ignem quomodo intelligitur.

2 Quapropter inter Theologos, præcipuè Latinos nulla eſt controuerſia, quod talis ignis ſit corporeus. Vndè D.Aug.lib.21. de Ciuit.Dei c.10.hoc ſignificauit,dicens: *Cur enim non dicamus igne corporeo cruciari Animas, quamuis miris tamen veris modis etiam ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporali ignis affligi. Adhærebunt ergo licèt incorporei ſint corporeis ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam*: Et D.Greg.lib.4.Dialog.c.29.ait. *Ex igne viſibili ardor, & dolor inuiſibilis traditur, & per ignem corporeum mens incorporea etiam corporea flamma cruciatur: Non enim ſolum videndo, ſed etiam experiendo patitur.* Hęc Gregorius,& eſt communis Theolog.ſententia.

Concordant omnes Theologi Latini.

D.Aug. auctoritas notãda.

D. Greg. alia auctoritas notanda.

3 Sed maxima difficultas eſt ad percipiendum, & explicandum, quomodo ignis corporeus poſſit agere in ſpiritum, & cruciare Animas ſeparatas, cum vulgata ſit ſententia omnium Philoſophorum, communiter dicentium: *Non poſſe, (ſecundum veram Philoſophiam) Agens materiale habere actionem in ſpiritum, niſi præter ordinem naturæ, & miraculosè, quæ miracula ſine neceſſitate ſecundum Theologos multiplicanda non ſunt ſicut nec entia ſine neceſſitate*: In hac ergo difficultate,quo ad modum explicandi diuerſę ſunt Theologorum ſententiæ, & multi multa dicunt: Nos autem præcipuas ſententias ad breuem ſummam reducemus.

Difficultas. Quomodo ignis materialis agere poſſet in ſpiritũ.

Miracula ſine neceſſitate non ſunt multiplicanda.

Multæ ſunt opiniones.

4 Sunt ergo multi Patres,& Theologi, qui breuiter, & faciliter de hac difficultate ſe expediunt,dicentes: Modum illum eſſe nobis occultum, & nondum reuelatum, de fide tamen tenendum eſt ità eſſe, cùm ſit veritas Catholica, ſecundum ſcripturam, quamuis modus ſit ignotus nobis: Ità Becanus in ſum. Theolog.de Peccato Angel.c.5.Bellarm.lib.2.de Purgatorio c.12. Durand.in 4.D.44.q.Vltima, quos ſequitur Bonac.tom.1. D.6. de Indulg.q.1. p.6.num.3.& alij. Fundantur enim illi Doctores in verba illa D.Greg. lib.4.Dialog.c.29.dicentis: *Ex igne viſibili ardorem, & dolorem inuiſibilem trahi*, inuiſibilem dicit, quia nobis eſt occultus, & inexplicabilis.

Prima ſententia.

Modus eſt verus, & ignotus nobis.

Becanus. Bellarminus. Durandus. Bonacina.

Fundantur in auctoritate Diui Gregorij.

5 Sed licèt hoc verum ſit, non poſſe nos explicare hunc modum totaliter ſicuti eſt: Nihilominus pro maiori intelligentia veritatis tentandum nobis eſt aliquid de illo modo inueſtigare, vel ſaltem, qualis non ſit explicare, eſt de inde per aliquam ſimilitudinem, ſecundum noſtrum modum intelligendi percipiamus, Ita Suarez tom.4. de Pęnit.D.46.ſect.2.nu.3.Quod etiam ijdem D.Greg. & D.Auguſt.hũc modum declarari conati ſunt, vt patet ex eorum libris, plurimis in locis: Nec Gregorius vocauit ardorem, & dolorem inuiſibilem, quia nobis omnino imperceptibilis ſit, ſed quia ſpiritualis dolor eſt, & non materialiter ſenſibilis.

Inueſtigandũ eſt quomodo hoc aliquo modo poſſet intelligi.

Suarez.

D. Greg. & Auguſt. quomodo ſunt intelligendi.

6 Alij verò dixerunt,quod talis ignis verè,& realiter cruciat Animas, ac ſpiritus Dæmonum miris modis, tamquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, quia Deus omnipotens ità voluit, & vult, cui nihil impoſſibile eſſe poteſt: *Omnia enim quæcumque voluit fecit in Cælo, & in terris, in mari, & in omnibus abyſſis*. Non enim implicat contradictionem, potuiſſe Deum facere, quod materialis ille ignis, tamquam inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ cruciet Animas per qualitatem

Secunda ſententia Thomiſtarum.

Tamquã inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ.

Per qualitatẽ ſuper naturalem igni additam.

tatem ſupernaturalem illi additam: Quare non omnes cruciat eodem modo, quo ad intenſionem, ſed ſecundum delicti qualitatem, iuxta illud Apoc.c.18. vbi dicitur. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Ita videntur dicere multi Thomiſtæ, & ita faciliter de tali quæſtione ſe expediunt, recurrendo ad miracula per Dei omnipotentiam, & voluntatem.

Apoc.c.18.

7 Tertia ſententia. Sub ratione diſconuenientiæ per quãdã alligationẽ.

Alij autem conati ſunt declarare talem modum: Vndè D.Thom.in 4.D.45.q.1.& Ægidius Romanus, cum alijs aſſeclis dixerunt: Ignem illum cruciare Animas ac ſpiritus Dæmonum in quantum apprehendunt eum ſub ratione diſconuenientiæ, per quamdam alligationem ſpiritus ad ignem, ſibi inuoluntariam, de qua alligatione valde triſtantur: Et addunt non ſolum alligari ſpiritus igni, ſed etiam cogi ad intuendum ſemper illum, & cogitare de illo, ſiue per ſpeciẽ impreſſam, ſiuè per ipſammet cognitionem à Deo, vel immediate, vel igni impreſſam, quod etiam videntur dicere D. Bonau. Gabriel, & Durand.in 4. D.44.& idem D.Thom.p.1.q.64.A.3.& lib.4.contra Gent.c.90.& alij.

Per ſpeciem impreſſ. Ita D. Thom. Ægidius Ro. D. Bona. Gabriel. Durandus.

8 Impugnatur.

Sed iſta opinio non admittitur ab alijs, eo quod aliud ſonare videantur verba Sacræ Scripturæ, & præcipuè verba illa diuitis, de quo in parabola Euãgelij dicitur: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Et D. Auguſt. loc.cit. expreſsè dixit: *Adhærebunt ſpiritus incorporei ignibus corporeis cruciandi, accipientes ex ignibus pœnas, non dantes vitam:* Et D.Greg.lib.4.Dialog.c.29.ait: *Ex dictis Euangelicis colligere poſſumus, quia incendium Anima non ſolum videndo, ſed etiam experiendo patitur: Ex igne enim viſibili ardor, & dolor inuiſibilis traditur.*

D.Auguſt.

D. Gregorius.

9 Impugnatur à Scoto. Vel illa apprehenſio eſt vera, aut falſa.

Deindè arguit Scotus contra D.Thomam, alioſq; aſſeclos ita: aut Anima, ſiue ſpiritus apprehendit ignem vera apprehenſione, vt ſibi diſconuenientem, aut falſa: ſed vera eſſe non poteſt, quia in re non poteſt eſſe tale diſtemperamentum, & dolor in Anima ex tali apprehenſione: nam ignis ille, vt eſt obiectum Intellectus, & voluntatis nullam habet rationem diſconuenientiæ, quoniam, vt obiectum non eſt contrarium corruptiuum Animę, ſed conueniens, & ideò vere non poteſt apprehendi, vt diſconueniens: Si talis apprehenſio eſt falſa, ſequeretur primò, quod non ab igne, ſed à ſua exiſtimatione crucietur, quod eſt incõueniens, quia ſicut nullus eſt falſa opinione beatus, ita nullus eſt falſa opinione vere miſer.

Ignis, vt eſt obiectum intellectus non eſt illi diſcõueniens.

Nullus eſt falſa apprehenſione miſer, vel beatus.

10 Aliud argumentum contra D. Thomã. Dionyſius. Naturalia Dæmones non amiſerũt, ſed integrè retinent. Naturalia in Angelis malis remanſerunt integra.

Deinde talis falſa exiſtimatio non eſt à Deo, quia tunc Deus eſſet cauſa immediata deceptionis, quod eſt abſurdum: Non ab ipſa Anima, ſiue ab ipſo Spiritu, quia ſecundum Dionyſium lib. de diuinis nominibus: *Naturalia Dæmones non amiſerunt, ſed remanſerunt integra, & ſunt ſplendida, ſicut prius*, & Anima ſeparata habet Intellectum purificatum: ergo poſſunt naturaliter apprehendere, quod ignis non ſit eis diſconueniens.

11 Quarta ſententia Henrici. Exiſtimat animos habere formam corpoream.

Alia opinio tribuitur: Henrico quod lib. 8. q.38. quatenus aſſerit, quod datur ſpiritui quidam habitus ſuper naturalis propter demeritum peccati, & per illum habitum ſubijcitur corporali agenti, vt poſſit ab eo cruciari, & affligi: Ita Henricus loco ſupra citato.

12 Reijcitur à Scoto.

Sed iſte modus non placet: Vndè arguit Scotus contra Henricum. Ita: Vel ille habitus eſt corporalis, vel ſpiritualis: Non poteſt eſſe corporalis, quia talis habitus non minus repugnat ſpiritui, quam albedo, aut nigredo: Sicut ergo Deus non poteſt facere Angelum album, ſiuè nigrum, quia implicat repugnantiam; ita nec poteſt facere, vt Spiritui inhæreat habitus corporalis: Neque poteſt eſſe ſpiritualis, quia non minus eſt improportionatus talis habitus actioni ignis, quam ipſa Anima, & Spiritus, cum ambo ſint ſpirituales, & ignis ſit corporeus: ergo.

Implicat cõtradictionem Angelus eſſe album vel nigrum.

Quidam autem dixerunt, quod ille ignis agat in Animas ſeparatas eo modo, quo ageret in eas, ſi eſſent vnitæ corporibus: Ita quod virtute diuina ignis cauſat in ſpiritus triſtitiam, & dolorem illum, quem cauſaret ſi eſſent vnitæ corpori per informationem; ſicut enim ſenſus tactus ſentiret dolorem, ſeu doloriferam qualitatem prouenientem ex læſione, ſeu diſtemperamento corporis facto ab igne, ita Anima ſeparata, ab illo igne corporeo ſentit ſibi infligi illam doloriferam qualitatem, & dolorem, quæ afficere poterant ſenſum tactus, & ſic cruciantur realiter ab igne Diuina virtute: Ita Dominicus à Soto in 4.q.vnica A.2.conc.2.cum alijs aſſeclis. 13

Quinta ſententia Dominici à Soto. Exiſtimat per vnionẽ inſeparabilem ab igne.

Soto.

Probatur autem iſta ſententia ita; quia Non implicat contradictionem poſſe Deum talem impreſſionem Animæ ſeparatæ infundere, quæ non ſit minus efficax, quam ſi reuera corpus cremeretur: Quapropter poſt diem Iudicij damnatorum Animæ ita cruciabuntur igne, & non augebitur illa pœna ſenſus, nec mutabitur, nec duplici modo ab igne cruciabuntur. 14

Ratio in qua fundatur iſta ſententia.

Fit ergo virtute diuina, vt Anima ſeparata abſque ſenſu tactus, ſit in intellectu eadem apprehenſio illius qualitatis, & eadem fuga eius in voluntate, quæ eſſe ſolet in Anima coniuncta, & ita per diuinam virtutem ſentit eãdem afflictionem, & dolorem, quem in corpore ſentit, quando corpori eſt vnita, ſecundum illud D. Auguſt.lib.12.de Ciuit.Dei c.10. dicentis: *Sicut Anima iungitur corpori, dans ei vitam, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus, ſic ligatur igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctione concipit dolorem, horrorem, & cruciatus.* Ad cuius confirmationem adducitur illud Euangelij de Epulone, dicente in Inferno: *Mitte Lazarum, vt intingat linguam meam, quia crucior in hac flamma.* 15

Declaratur Soti ſententia, & probatur.

D.Auguſt.

Exemplũ diuitis in Inferno.

Hæc autem opinio Soti impugnatur à Suarez to. 4.de Pœnit. D.46. ſect.2. num.8. & Fabro tom.4.de Penit.D.19.c.4.D.36.num.62.dicentibus, quod: Talis modus non videtur ſufficiens ad explicandam acerbitatem illius pœnæ ſenſibilis, quam Sancti affirmant, & exagerant, & nos in ſequenti capitulo declarabimus. Dicunt enim communiter Doctores: Purgatorij pœnas eſſe longè acerbiores, quam ſit ignis combuſtio in hac vita, eſſeque alterius rationis. 16

Impugnatur à Suarez, & Faber.

Deindè modus ille multum videtur minuere de veritate illius pœnæ dicente D. Auguſt. *Ignem illum cruciare miris, ſed veris modis:* Vnde ſi apprehenſio illa, quæ ponitur à Soto in Animabus illis, vt triſtentur, non habet verum obiectum, quod in re ipſa ſubſiſtat, non eſſet vera pęna, & cruciatus, cauſatus ab igne, quod eſt contra ſententiam Sanctorum Patrũ, & ideo non placet iſta explicatio Dominici à Soto. 17

Secunda ratio cõtra Sotum.

Quapropter: Suarez tom.4.de Pęnit.D.46.ſect.3. num.17. exiſtimat: Ignem illum Purgatorij, ſiuè Inferni, tamquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ agere in ſpiritum rem aliquam poſitiuam diſconuenientẽ, quæ ſit obiectum doloris cruciatus, & triſtitiæ: Nam virtute diuina datur illi igni quædam qualitas ſpiritualis, & ſupernaturalis, vt poſſit agere in ſpiritum: Non enim poteſt eſſe qualitas corporalis, quia corporalis qualitas non poteſt verè inhærere, & afficere ſpiritum, ergo debet eſſe qualitas ſpiritualis, quæ eſt magis proportionata ad excitandum vehementiorem dolorem, ſiuè triſtitiam: Nam ſicut delectationes ſpirituales, ideſt ex obiectis ſpiritualibus, prouenientes maiores ſunt; ita exiſtimandum eſt de dolore, 18

Sexta ſententia Suarez. Exiſtimat eſſe per quãdã qualitatẽ ſpiritualem impreſſam in igne.

Digitized by Google

opem ferre per ſuffragia, & opera ſatisfactoria, ſecundum illud Dauidis Pſalm. 118. dicentis: *Particeps ſum ego omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua:* Et Apoſt. ad Rom. c. 15. dicebat, *Obſecro vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus veſtris:* Ita Suarez d. tom. 4. de pœnit. D. 48. ſect. 1. & 2. Ioan. de Lugo de Pœnit. D. 26. ſect. 1. Conink de Pœnit. D. 10. d. 7. nu. 59. Bonac. D. 6. q. 2. p. 1. & alij.

Pſalm. 118. Ad Roman. c. 15. Suarez. Io. de Lugo. Conink. Bonacina.

8

Probatur ſecundam partem. Aſſertionis de Defunctis. Lib. 2. Mach.

Quò verò ad ſecundam partem de Animabus Purgatorij habemus ſcripturam in lib. 2. Machab. c. 12. vbi dicitur, *Sancta ergo, & ſalubris cogitatio eſt orare pro Defunctis, vt a peccatis ſoluantur:* Quapropter non ceſſant Defunctorum Animæ in Purgatorio exiſtentes clamare quotidie vna voce dicentes; *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei*, mediante Iob c. 19. Vnde Eccleſia Sancta Dei in Miſſis Defunctorum orat, dicens: *Libera Domine Animas fidelium Defunctorum de pœnis Inferni*, & ideo concedit Indulgentias pro illis applicando Chriſti merita ex theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragij mediantibus operibus viuorum pro illis applicatis, ſicut in tract. de Indulgentijs a nobis plenius explicatum eſt: Et in Concilio Florent. in literis vnionis dicitur; *Prodeſſe Defunctis, vt a pœnis releuentur viuorum ſuffragia, ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, aliaque operis pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs viuentibus, atque Defunctis fieri conſueuerunt.* Ita Soto in 4. D. 45. q. 2. A. 1. concl. 2. Io. de Lugo de Pœnit. D. 26. ſect. 1. nu. 6. alijque ſupra citati.

Iob c. 19. Conc. Flor. Soto. Io. de Lugo.

9

Quæſitum 3. An ſuffragia proſint etiam offerentibus.

Quæritur tertiò: An ſuffragia, quæ a fidelibus in hac vita fiunt, & applicantur pro alijs, ſiue viuis, ſiuè Defunctis proſint etiam ipſis offerentibus, & facientibus?

Reſpondetur. Suffragia dupliciter conſiderari poſſe, vel vt ſunt meritoria, vel vt ſunt ſatisfactoria: Si conſiderentur primo modo proſunt ſine dubio ipſis offerentibus: Nam meritum ſemper eſt perſonę operantis, & alteri applicari non poteſt, iuxta illud Pſal. 34. tr. 13. *Oratio mea in ſinum meum conuertetur, & dignus eſt operarius mercede ſua.*

Suffragia quatenus ſunt meritoria proſunt offerentibus. Meritum eſt operantis. Pſalm. 34.

10

Suffragia quò ad ſatisfactionem proſunt illi cui applicantur.

Si verò conſideretur, Secundo modo, quatenus ſunt ſatisfactoria, non poſſunt prodeſſe offerenti, prout alijs applicantur; & Ratio huius eſt, quia opera noſtra non habent ſatisfactionem infinitam, ſed finitam, atque limitatam, cum procedant a cauſa finita; Quandò ergo ſatisfactio finita alteri applicatur prodeſt illi, cui applicatur, non verò facienti, niſi quò ad meritum, mediante quo Deus ſua benignitate remittit pœnas debitas ipſi offerenti: Vndè pars ſatisfactoria tantum valet alteri (formaliter loquendo) quantum prodeſſet ipſi applicanti, ſi eam ſibi applicaret.

Applicanti proſunt quò ad meritum.

11

Opus finitum applicatum pluribus minus prodeſt ſingulis.

Ex quo patet; Opus finitum applicatum pluribus minus prodeſſe ſingulis, quam ſi totum vni eſſet applicatum quilibet enim recipit partem ſuam ſecundum portionem limitatam, quā habet apud Deum. Verum eſt tamen, quod meritum ſemper eſt ipſius operantis, & tanto maius, quanto ipſe ex charitate, ſiuè obedientia applicat ſatisfactionē ſuam alijs. Ita Suarez D. 48. ſect. 6. nu. 8. & ſect. 8. nu. 23. D. Thom. in 4. D. 45. q. 2. A. 4. Richard. A. 2. q. 3. Palud. q. 2. Gabr. A. 3. d. 6. & Bonac. de Pœnit. D. 6. q. 2. p. 1. nu. 2. & alij.

Suarez. D. Thomas. Richardus. Gabriel. Bonacina.

12

Quæſitum 4. De illis, qui habent filiationem Regularium.

Quæritur quartò. An ſuperior Regularium poſſet alios participes efficere orationum aliorumque bonorum operum, quæ fiunt in ſua Religione, dando illis cōceſſionem filiationis, prout ad præſens mos eſt huiuſmodi filiationem concedere benefactoribus a Prælatis, ſecundum conceſſiones Pontificias, & quid illis concedatur, & applicetur virtute huiuſmodi filiationis?

Reſpondetur. In ſuffragijs, tria conſiderari poſſe, iuxta tres partes ipſorū ſuffragiorum; Pars videlicet meritoria, impetratoria, & ſatisfactoria; Pars itaque meritoria (vt dixi) ſemper eſt ipſius operantis, & non poteſt alteri applicari: Quando igitur Prælati Religionum concedunt benefactoribus filiationem ſpiritualem ipſius Religionis, iuxta conceſſiones Pontificias, tātummodo faciunt illos participes ſuffragiorum per modum meriti de congruo, & impetrationis, quia tūc Deus propter pia opera totius Religionis ſpecialiter benefacit membris eius, & ideò omnibus etiam ſpecialiter cum tali Religione coniunctis confert beneficia ſpecialia propter eadem opera: & præſertim habebunt efficaciam, ſi talis perſona, quæ habet filiationem petat aliquod a Deo propter merita talis Religionis, cuius ipſe per filiationem factus eſt particeps. Ita Suarez tom. 4 de Pœnit. D. 48. ſect. 8. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 4. de Indulg. & Bonac. to. 1. de Pœnit. D. 6. q. 1. p. 3. nu. 19.

13

Suffragia tres partes habent ſcilicet meritoriam, ſatisfactoriam, & impetratoriam. Pars meritoria ſemper eſt operantis. Filiatio ſpiritualis in Religionibus quid concedat.

Modus obtinendi impetrationem à benefactoribus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Ex quo ſequitur: Duobus modis conſequi poſſe à benefactoribus prædictum fructum impetratorium ex participatione ſuffragiorum, quorum per filiationem ſunt participes; Vnum per modum meriti de congruo, & indirectę impetrationis; Alterum per impetrationem directam, quatenus ſuffragia adiuncta ſpeciali intentione offerentium efficacius valent pro perſona coniuncta, quam pro extranea; Et in Religione etiam probabile eſt, quod quandò oratio fit a tota Religione, ſeu communitate, & quaſi nomine Religionis ſufficere intentionem Prælatorum, etiam ſi accedente intentione particularium ſint efficaciora ad impetrationem obtinendam.

14

Impetratio conſequi poteſt dupliciter directè, & indirectè.

Oratio totius communitatis eſt efficacior.

Quò ad tertiam partem, quæ dicitur; ſatisfactoria: Probabiliſſimum eſt poſſe Prælatos præcepto, & intentione reſeruare partem ſatisfactionis ſubditorum conferendam ijs, quos ipſi deſignant. Sicut enim quilibet poteſt ſuas ſatisfactiones, cui voluerit applicare antequam conſtituantur in theſauro Eccleſiæ, cùm quilibet ſit Dominus ſuæ ſatisfactionis. Ita ſuperior Religioſorum poteſt ſatisfactiones ſuorum ſubditorum antequam in theſauro Eccleſiæ reponantur, cui voluerit applicare. Ita Nauar. in com. de Indulgent. not. 31. num. 8. Corduba de Indulg. q. 42. Suarez de Pœnit. D. 48. ſect. 8. num. 26. Soto in 4. D. 21. q. 1. A. 4. Bonac. tom. 1. de Indulg. D. 6. quæſt. 1. num. 19. & Graff. in Append. de Indulg. lib. 2. cap. 2. num. 18.

15

De tertia parte ſatisfactoria. An Prælati poſſint applicare alijs ſatisfactiones ſubditorum.

Nauar. Corduba. Suarez. Soto. Graffius. Bonacina.

Verum eſt tamen: Non debere Prælatos, nec licitè poſſe ſatisfactiones neceſſarias ſuorum ſubditorum alteri applicare. Non enim videtur conueniens Prælatum poſſe damnum ſubdito inferre in ſpiritualibus, niſi ſubditus ipſe voluntarie conſentiat. Ita Nugnus in addit. 3. p. q. 25. A. 3. diffic. 1. & q. 26. A. 1. concl. 6. Corduba de Indulg. q. 42. & Bonac. d. D. 6. q. 1. p. 3. num. 21.

16

Non debent, nec licitè hoc facere poſſūt.

Nugnus. Corduba. Bonacina.

Sic etiam dicimus, quod ſi ſubditus applicet ſuam partem ſatisfactoriam vni, & Prælatus alteri, ſatisfactio proderit illi, cui ſubditus applicat: Nam ſubditus in hac parte videtur primum locum habere circa ſuas ſatisfactiones, non enim Prælatus videtur abſolutus Dominus actus, merè interni principaliter, prout nos plenius explicauimus, & probauimus in noſtro primo tomo Theolog. Mor. tr. 14. c. 4. n. 41. agendo de effectu Sacrificij Miſſæ; ex doctrina Suarez tom. 3. de Sacr. D. 79. ſect. 4. quam multi recentiores ſunt ſecuti.

17

Si ſubditus nō applicet ſuam ſatisfactione non valet applicatio Prælatis.

Tom. 1. tr. 14. c. 4. Suarez.

Quæſitum 5.

18

De conditionibus requiſitis in offerente ſuffragia.

Quæritur quintò. Quæ conditiones requiruntur in eo, qui ſuffragia, & ſatisfactiones pro alijs applicat.

Reſpondetur. Tres conditiones requiri in perſona

offeren-

Digitized by Google

Primò operãs debet eſſe in gratia.

offerente ſuffragia,& orationes,quæ tantum habent effectum, & valorem ex merito operantis. Primò enim operans debet eſſe in gratia, quandò efficit opus, mediantè quo vult alteri ſuffragari, & Ratio huius eſt, quia exiſtens extra gratiam per peccatum mortale indignus eſt, vt exaudiatur, & obtineat remiſſionem pœnarum, quæ debentur culpis,nondum remiſſis, non ſolum pro ſe, ſed nec etiam pro alijs;

Opera extra gratiam facta dicuntur mortua.
Ad Corint. 1. cap. 11.
Concil. Trid.
Suarez.

Tum quia opera extra gratiam facta dicuntur mortua, & nihil prodeſſe poſſunt apud Deum, quatenus opera ipſius operantis ſunt, dicente Apoſt. 1. Cor.c. 11. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam extra charitatem nihil mihi prodeſt*: quod etiam clarè patet ex doctrina Concil.Trid. ſeſſ.14.c.8. & docet Suarez d. tom.4.D.48.ſect.8.nu.3.& alij.

19
Limitatur aſſertio de effectu ex operato.

Hoc tamen intelligendum eſt de effectu ex merito operantis: nam quando opus habet effectum ex opere operato,ſecus dicendum eſt: Tũc enim etiam ſi miniſter offerens ſit extra gratiam, ſuffragium oblatum prodeſt alijs, pro quibus applicatur: quia valor illius ſuffragij, cùm non dependeat ex probitate, & bonitate offerentis non poteſt impediri per illius improbitatem; Hoc tamen ſolummodo admittitur in ſuffragio ſacrificij Miſſæ, & indulgentiarum, quæ proſunt Defunctis etiam, ſi ille, qui celebrat, vel facit opus præſcriptum pro indulgentia, quæ applicatur Defunctis ſit in peccato mortali:ſufficit enim in caſu, quod Defuncti Anima, quæ conſecutura eſt indulgentiam per modum ſuffragij ſit in gratia, vt ſunt Animæ exiſtentes in Purgatorio, vt dictum eſt ſupra in 1.2.p. noſtræ Theol.mor. c.6.nu. 10.de Indulgentijs.

Miſſa, & Indulgentiæ habẽt effectum ex operato.

20
Suffragia communia nomine Eccleſiæ habent efficaciã etiam extra gratiam offerentium.

Sic etiam dicimus quandò ſuffragium factum ſit nomine Eccleſiæ:tunc enim applicatum pro Defunctis habet valorem, quapropter Miſſa celebrata à Sacerdote extra gratiam exiſtente non ſolum valet, quò ad ſacrificium ex opere operato, verum etiam, ſi conſideretur, ſecundum preces, quatenus proferuntur à Sacerdote celebrante in perſona Eccleſiæ; Inſuper valet in ſuffragijs publicis, quæ fiunt à miniſtris nomine Eccleſiæ; & Ratio huius eſt, quia malitia miniſtri non nocet operi bono auctoris, ità dignitas orationis in caſu conſideranda eſt ſecundum gratiam, & dignitatem Eccleſiæ, cuius nomine offeruntur, non iuxta dignitatem, ſiuè indignitatem miniſtri.Ità Nauar.de orat. c.19.conſ.4. nu.59. Suarez d. D.48. ſect.8. Soto in 4.D.45. quæſt.2.A.1. D. Thom. ibi quæſt.2.A.1.& Graffius lib.2. Deciſ.c. 10.num.10.

Malitia miniſtri non nocet Eccleſiæ.

Nauar.
Suarez.
Soto.
D.Thom.
Graffius.

21
Quandò miniſter dicatur orare nomine Eccleſiæ.

Si quæras autem: Quandò miniſter dicitur orare nomine Eccleſiæ?

Reſpondetur. Tunc miniſter dicitur orare nomine Eccleſiæ, quandò preces,& orationes inſtitutas ab Eccleſia recitat, vt Miniſter deputatus ad hoc ex præcepto,vel ordinatione ipſius Eccleſiæ, vt quandò funduntur preces publicæ in choro in Proceſſionibus publicis, & ſimilibus: ſi verò per ſe tamquam propria perſona oret, tunc non dicitur orare nomine Eccleſiæ,ſed vt perſona particularis:Ità Bonac.d. tom.1.D.6.q.2.p.2. nu.7. & hæc de prima conditione offerentium ſuffragia.

Bonacina.

De ſecunda conditione.
22
Requiritur intentio ſaltem virtualis offerentium.
Ratio aſſertionis.

Secunda conditio eſt, vt offerens ſuffragium intentionem habeat, ſiuè actualem, ſiuè virtualem offerendi pro eo, quem ſuffragare intendit, & Ratio huius eſt, quia ſi ſatisfaciens non dirigat intentionem ſuam in alterum retinet ſibi ſuffragium, cùm ſit opus ipſius, vt ergo alteri proſit requiritur, vt per intentionem operantis dirigatur ſuffragium in alterum, illique intendatur ſuffragium applicari. Ità Conink de Sacramentis D.11.d.8. num.62. Nugnus in addit. 3. p. q. 20. A. 3. Em. Sà verbo Indulgentia in fine.

Conink.
Nugnus.
Em. Sà.

De tertia conditione.
23
Opus ſuffragij debet eſſe bonum ſecundũ ſe ſaltem ex intentione offerentis.

Tertiò requiritur, vt opus in ſe ſit bonum, ſaltem ratione intentionis, ſiuè ſit opus internum, ſiuè externum; opus enim niſi bonum ſit, Deo placere non poteſt, & conſequenter non poteſt habere vim reconciliandi nos Deo, & obtinendi remiſſionem pœnæ, tam pro nobis, quàm pro alijs: Cùm enim ſatisfactio ſit effectus Diuinæ gratiæ acceptantis per Chriſtum noſtras ſatisfactiones,ſequitur: Deum non acceptare id quod malum eſt ad vllum effectum gratiæ. Ità Suarez d. D. 48. ſect. 8. num. 10. Filliuc. tom. 1. tr. 8. cap. 1. num. 11. Conink de ſatisfactione D. 10. d. 4. num. 27. Bonac. D. 6. q. 2. p.2.num.5.

Suarez.
Filliuc.
Conink.
Bonacina.

24
Non ſupernaturaliter, ſed moraliter.

Verum eſt tamen, non eſſe neceſſarium, vt tale opus ſit in ſe formaliter ſupernaturale, ſed ſatis eſt, vt imperetur ab actu ſupernaturali, & ideò non oportet, vt procedat ex formali intentione ſatisfaciendi, ſed ſatis eſt, vt procedat ex voluntate quacumque placendi Deo, aut pro ſua ſalute, ſiuè aliorum. Nullus enim eſt, qui virtualiter ſaltem non intendat conſequi apud Deum ſuis operibus omnem ſpiritualem effectum ſibi neceſſarium, & proportionatum; prout benè notauit,& aduertit Filliuc. tom.1.tr.8.c.1.num.12.

Sufficit voluntas implicita placẽdi Deo.

Fillincius.

25
Quæſitum 7. De conditionibus illorũ pro quibus offeruntur ſuffragia.

Quæritur ſextò: Quæ conditiones requiruntur in illis, pro quibus offertur ſuffragium, vt effectum recipiant?

Reſpondetur ex communi conſenſu omnium Theologorum: Tres conditiones requiri in illis, pro quibus offeruntur ſuffragia; quarum Prima eſt, vt talis perſona indigeat tali ſuffragio, quapropter ſuffragia, quæ applicantur alicui tunc temporis, quo non indigeat tali ſuffragio illi non proderunt, non ſolum pro eo tempore, verum etiam pro futuro tempore quandò indigebit.

Prima conditio eſt, quod indigeat tali ſatisfactione tũc temporis.

26
Ratio aſſertionis.

Quomodo enim poteſt aliquis ſoluere debitum, quod nondum contraxit: Vndè in caſu talis ſatisfactio, applicata alicui perſonæ, quæ tunc temporis non indigeat conuertitur in vtilitatem ipſius offerentis ſi indigeat, ſecundum Dauidicum illud in Pſalmo 34. *Oratio mea in ſinum meum conuertetur*, aut reponitur in theſauro Eccleſiæ, quandò ipſemet non indigeat, neque habuit intentionem alteri applicandi ſuffragium ab ipſo factum: prout dicunt Suarez d. D.48.ſect.7.nu.5.& Valentia tom.4.D.7.q.20.p.5.& alij ſupra citati.

Quandò non indiget cui confertur ſuffragium?
Pſalm.34.

Soarez.
Valentia.

27
Secunda conditio eſt quod ſit in gratia.

Secunda conditio eſt,vt talis perſona,pro qua ſuffragium offertur ſit in gratia Dei, quia ſi ſit extra gratiam, quamdiù perſeuerat in tali ſtatu dignus eſt æterna pœna,& ità non poteſt pœnæ temporalis remiſſionem obtinere mediantibus ſuffragijs, pro ipſo oblatis, cuius remiſſionis eſt incapax: Tunc etiam, quia quamdiù exiſtit extra gratiam non cenſetur membrum vnius corporis vnitum per charitatem, & conſequenter non poteſt recipere influxum ab altero membro,cui non eſt coniunctum. Quod intellige,quò ad ſatisfactionem: Nam quò ad impetrationem conuerſionis,vel ad bona temporalia in hac vita conſequenda poſſunt habere effectum per meritum offerentis, quandò ipſe eſt in gratia. Ità dicunt Suarez d.D.48.ſect.3.nu.3. Valentia d.tom.4.D.7.q. 20.p.5.Nugnus in addit.3.p.q.20.A.4.diffic.5. & Bonacina d.D.6.q.2.p.3. nu.5.cum alijs.

Ratio aſſertionis.

Aſſertio intelligitur quoad ſatisfactionẽ, non quo ad impetrationẽ conuerſionis.

Suarez.
Valencia.
Nugnus.
Bonacina.

28
Quãdo offertur pro Defunctis, qui ſunt incapaces ſuffragij, conuertitur in vtilitatẽ offerẽtis.

Si verò ſuffragium offeratur pro Anima alicuius defuncti, quæ tunc non ſit in Purgatorio, ſed in Inferno damnata: tunc illa ſatisfactio conuertitur in vtilitatem ipſius offerentis, cùm damnati non poſſunt eſſe capaces fructuum ſuffragiorum:Si verò Ani-

Quãdo offertur pro anima defuncti, quæ non indiget ſatisfactione illa.

ma illa ſit in Gloria, & non indigeat ſatisfactione, tunc etiam ſatisfactio talis applicata pro tali Anima Beata conuertitur in vtilitatem ipſius offerentis, vel aliarum Animarum in Purgatorio exiſtentium, ſecundum intentionem ipſius offerentis: Ac etiam erit ipſi Animæ exiſtenti in Gloria ad gaudium quoddam accidentale, quatenus ratione ipſius Deus extitit honoratus, & glorificatus, aliæque Animæ Purgatorij ſuffragatæ: Ita Conink de Pœnit. D.11. d.8.num.60. Suarez, Filliuc. & Bonac. cum alijs, locis citatis.

Conink. Suarez. Filliucius.

29 *Suffragia non valent pro futuro tempore.*

Hinc infertur: Suffragia, quò ad ſatisfactionem, non prodeſſe pro futuro tempore: Non enim conſtat hujuſmodi ſuffragia acceptari à Deo pro tempore futuro; nam effectus ſtatim confertur, & non remanet ſuſpenſus: prout eſt communis omnium Theologorum ſententia: Prodeſſe autem pro peccatis, iam deletis, quò ad culpam, quorum pœna ſoluenda erat, vel in hac vita, vel in Purgatorio, vt ex ſupradictis clarè paret, & docent communiter omnes Doctores ſupra citati; Legite Suarez d. D. 48. ſect.2. cum alijs.

Suarez.

30 *De tertia conditione recipientis. Requiritur quod culpa iam fuerit dimiſſa.*

Tertia conditio eſt, vt peccata, pro quibus exhibetur ſatisfactio ſint iam remiſſa quò ad culpam; Si enim culpa adhuc remiſſa non ſit, non poteſt remiſſio pœnæ illorum peccatorum obtineri.

31 *Non remittitur pœna ante culpæ remiſſionem.*

Ex quo ſequitur, quod ſatisfactio exhibita ab homine exiſtente in gratia, habente culpam venialem, ſiuè pro alio habente item venialia peccata nondum quò ad culpas remiſſa non poteſt pro pœnis luendis pro illis etiam venialibus, nondum condonatis ſatisfacere; Non enim remittitur pœna antequam culpa remittatur, cum manente culpa ſemper remaneat obligatio ad pœnam: prout dicunt Filliuc. d.tr.8.c.1.q.3.nu.6. Graff.d.lib.2.c.10.nu.14. & Suarez d.D.48.ſect.2.

Filliucius. Graffius. Suarez.

32 *Non requiritur cognitio illius, pro quo ſuffragia offeruntur. Ratio aſſertionis.*

Vltimò tandem infero: Non oportere, vt ille, pro quo ſatisfactio applicatur ſatisfactionem acceptet, ſeu cognoſcat illam pro ſe exhiberi; Sufficit enim, quod talis ſatisfactio ſit illi applicata, & ipſe ſit capax talis ſatisfactionis; & Ratio huius eſt, quia cum iſte talis paſſiuè ſe habeat, non poteſt afferri ſufficiens ratio ad oſtendendum requir formalem aliquam voluntatem accipiendi, & acceptandi ſuffragium, mediante quo recipitur pœnarum remiſſio mediante ſatisfactione ab alio pro ipſo facta.

33 *Praxis, & cõmunis cõſuetudo Eccleſię hoc probat.*

Quapropter ab Eccleſia quotidie offeruntur ſacrificia, & ſuffragia pro fidelibus amicis abſentibus, & ignorantibus, ſibi ſuffragia offerri, & tamen conſequuntur fructum talium ſuffragiorum, & talis eſt, & ſemper fuit communis conſuetudo, & praxis totius Eccleſiæ: patet etiam de ſuffragijs, quæ offeruntur quotidie pro Animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus, pro quibus in hac vita degentes ſæpè ſæpius ſatisfactiones offerunt, vt à pœnis liberentur. Ita Suarez d.tom.4. de Pœnit.D. 48 ſect.7. num.7. Bonac. tom.1. de Pœnit. D.6.q.2. p. 3. num. 11, cum omnibus alijs ſupra citatis communiter.

Suarez. Bonacina.

Et hæc de ſuffragijs breuiter dicta ſufficiant, in quantum ſpectat ad præſentem materiam, de qua agimus.



TRA-

TRACTATVS III.

DE POENIS PVRGATORII.

PROOEMIVM.

QVoniam in duobus præcedentibus tractatibus dictum eſt de Indulgentijs, Iubilæo, & Suffragijs, quibus mediantibus ſoluuntur pœna debita peccatis, iam abſolutis, quò ad culpas, non tamen totaliter quò ad pœnas, non ſolum pro viatoribus in hac vita degentibus, verum etiam pro animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio exiſtentibus, quæ cum ſint in termino, non poſſunt amplius mereri, niſi ſatiſpatiendo in illo ardentiſſimo igne, de quo non exient, niſi plenè ſatisfaciant pœnas peccatis debitas, ſatiſpatiendo vſque ad vltimum quadrantem, niſi mediantibus Sacrificijs, pijſque fidelium ſuffragijs, quæ pro illis à fidelibus Deo offerantur, vt Diuina clementia dignetur à tantis pœnis per modum ſuffragij eas liberare; de quibus ſuffragijs, & Indulgentijs hucuſque dictum eſt: Quapropter operæ pretium eſſe duxi, vt conſequenter in hoc tertio in ordine tractatu de ipſo Purgatorio aliquid tractare ea tamen breuitate, & claritate, qua poterimus, ſecundum propoſitum noſtrum, & ideò: Primò loco de Purgatorij exiſtentia, Situ, & loco. Secundò de Pœnis, quas anima ibi detenta patiuntur. Tertiò de Acerbitate, & duratione dictarum pœnarum. Quartò de modo, quo Animæ ibi deducantur, & Quintò tandem de ſtatu illarum Animarum, & quomodo ab illo igne liberentur mediantibus Indulgentijs, pijſque fidelium ſuffragijs, pro illis oblatis.

Diuiſio Tractatus.

DE PVRGATORII EXISTENTIA Situ, & loco.

CAP. I.

1 SVpponimus Primo ſecundum veritatem Catholicæ fidei dari de facto Purgatorij locum, in quo detinentur, & cruciantur temporaliter Animæ fidelium Defunctorum, quæ non plenè, & totaliter cum eſſent viatrices Deo ſatisfecerunt pro peccatis ab ipſis commiſſis, de quibus licèt, quò ad culpas obtinuiſſent remiſſionem, non tamen totaliter, quò ad pœnas, & quia cum eſſent in hac vita non curauerunt pro illis ſatisfacere, iuſtiſſimè à Diuina iuſtitia detinentur in Purgatorio, donec perſoluant pœnas peccatis debitas, & ab omnibus inquinamentis purgentur: non enim in illo Beatitudinis Regno aliquod immundum, & aliqua macula coinquinatum ingredi poteſt: Conſtat hoc ex communi conſenſu totius Eccleſiæ, quæ ſemper intellexit eſſe Purgatorij locum, in altera vita, in quo Animæ fidelium purgantur tanquam aurum in igne, ideòque ſemper conſueuit, & intellexit pro fidelium Defunctorum Animabus orare, vt à peccatis ſoluantur, & à pœnis peccatis debitis per modum ſuffragij liberentur: Vndè dicebat Apoſt. 1. Corinth. c. 3. num. 14. *Vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit: Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem.*

In Regno Beatitudinis nihil coinquinatum ingredi poterit.

1. Corinth. c. 3.

2 Ex quo loco Apoſtoli conſtat poſt tempus huius vitæ noſtra opera in Purgatorio per ignem eſſe probanda, futurumque erit, vt aliquorum opera ardeant, vt ipſi detrimentum patiantur (ſiue vt in textu Græco legitur multentur, & puniantur) ità tamen, vt ipſi deindè ſalui fiant, quod nullo modo poteſt intelligi de Damnatis in Inferno, qui nullibi in Sacris Litteris dicuntur poſſe ſaluari, cùm debeant æternaliter puniri, iuxta maledictionem Domini: *Ite maledicti in ignem æternum*. Quare neceſſariò doctrina Apoſtoli intelligenda eſt de Pœnis Purgatorij, quæ temporales ſunt, poſt quarum purgationem Animæ ſaluabuntur eruntque Beatæ: ergo ſequitur manifeſtè dari locum Purgatorij, in quo aliquorum iuſtorum peccata poſt hanc vitam temporali pœna puniantur.

Veritas Purgatorij colligitur ex doctrina Apoſtoli, loc. cit.

Item in lib. 2. Machab. cap. 12. dixit Iudas Machabeus: *Sanctam, & ſalubrem eſſe cogitationem pro Defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur*, ex quibus multiſque alijs auctoritatibus, & locis Sacræ Scripturæ colligunt omnes Theologi cum Magiſtro ſent. in 4. lib. ſent. D. 21. D. Thom. D. 20. Soto D. 19. Bellarmin. lib. 2. de Purgat. cap. 14. Suarez tom. 4. de Pœniteut. D. 45. ſect. 1. Conink de Pœnitent. D. 11. d. 1. Valentia tom. 4. tract. 10. num. 2. & alij: Dari de facto Purgatorij locus, in quo Animæ fidelium Defunctorum quaſi per ignem purificantur, iuxta Dauidicum illud: Pſalm. 65. num. 12. *Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium.* 3

3 Ex lib. 2. Machab. c. 12. Auctoritate Doctorum.

Magiſter. D. Thom. Bellarm. Suarez. Conink. Valentia.

Pſalm. 12.

Ità enim ratio Diuinæ iuſtitiæ poſtulare videtur, vt Animæ fidelium hominum non intrent in Cœli gloriam cum obligatione ad pœnam: Cùm ergo remiſſis peccatis, quò ad culpam non ſemper tollatur obligatio, ſeu reatus ad pœnam temporalem, in qua fuit commutata virtute clauium æterna pœna: & ideò ratio Diuinæ iuſtitiæ, & prudentiæ exigit, vt qui pro reatu pœnæ non totaliter ſatisfecerunt, dum eſſent viatores puniantur, & purgentur in Purgatorio, de quo non exient donec reddant nouiſſimum quadrantem, vel mediantibus piorum ſuffragijs, & Indulgentijs pro illis lucratis liberentur: Vndè de veritate Purgatorij inter Catholicos Doctores nulla eſt dubitatio, cum apertiſſimè diffinitum ſit de fide in multis Concilijs, & præcipuè in Florentino ſeſſ. vltima in Decreto fidei, & in Trident. ſeſſ. 6. can. 30. Vbi dicitur: *Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti culpam ità remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna Cœlorum aditus patere poſſit, Anathema ſit.* 4

4 Ratio Diuinæ iuſtitiæ exigit vt detur Purgatorij locus.

De veritate Purgatorij nulla eſt dubitatio.

Conc. Flor. Concil. Trid.

5 De ſitu, & loco Purgatorij.

Difficultas verò eſt ad explicandum vbinam ſit iſte Purgatorij locus, & de ſitu illius: & an tantum ſit vnus locus vbi Animæ fidelium Defunctorum purgantur: An plures?

Circa hanc difficultatem multi multa dicunt, & diuerſæ ſunt inter Theologos opiniones: Nam cum de hoc nullus expreſſus in Sacra Scriptura habeatur textus, neque ab Eccleſia Catholica, adhuc diffinitum ſit, quæſtio adhuc verſatur in diſputatione: Ità Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 45. ſect. 1. Conink de Pœnit. D. 11. d. 1. num. 49. & Fauent. tom. 4. de Pœnit. D. 19. D. 26. num. 23.

Suarez. Conink. Fauentinus.

6 Purgatorij locus eſt materialis, & verus.

Verum eſt tamen omnes conuenire dicentes: Purgatorium eſſe locum aliquem materialem, in quo Animæ nonnullæ fidelium Defunctorum detinentur, tamquam in carcere, donec pœnas peccatis debitas integrè perſoluant; Nam licet Animæ ſeparatæ è corporibus non requirant locum corporeum, cùm ſpiritus ex natura ſua ſit extra quodcumque corpus: Nihilominus, cùm intra hunc mundum creatum cōtineantur, neceſſariò ſunt in aliquo loco phyſico, ſaltem ſecundum præſentiam ſubſtantialem purgandæ, & puniendæ: Videmus enim Diuinam prouidentiam Angelis ipſis pro diuerſo eorum ſtatu determinatum locum determinaſſe: Nam bonis Angelis in Empyreo: Dæmonibus autem in Tartara, & Gehenna deſtinauit: Cùm ergo aliquæ Animæ non ſint adhuc in Cęlo, neque in Inferno, neceſſariò debent eſſe in aliquo loco tamquam in carcere, donec perſoluant vniuerſum debitum, quo ſoluto poſſent inde omni macula purgatæ Regnum Dei introire: In hoc enim omnes Doctores conueniunt.

Ratio aſſertionis.

7 Locus Purgatorij eſt plenus igne ardentiſſimo. D. Gregorius. D. Auguſtin.

Qui quidem locus communiter dicitur eſſe plenus acerbiſſimo igne eiuſdem rationis cum illo infernali: Nam (vt ait D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 39.) *Eodem Inferni igne electi purgantur, quo damnati cremantur*; Quod etiam dicit D. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 13. & Ratio huius eſt, quia cùm ſit proprium munus ignis purgare, ideò Animæ fidelium, quæ in hac vita degentes non plenè ſatisfecerunt debitum peccatorum ſuorum, purgentur illo ardentiſſimo igne priuſquam intrent in Regnum Dei, in quo nihil ſordidum, aut coinquinatum poteſt introire, quemadmodum aurum purificatur igne.

Proprietas ignis eſt purgare.

8 Purgatorij locus duplex ordinarius, & extraordinarius.

Verum eſt tamen, quod ſecundum opinionem multorum Doctorum non omnes defunctorum Animæ in Purgatorio torquentur igne: Cum Purgatorij locus duplex ſit, vnus ſecundum legem ordinariam, alter ſecundum legem extraordinariam ſecundum Diuinam diſpoſitionem: Quorū vnus à Theologis communiter cenſetur eſſe pars quædam ſuperior Inferni versus centrum terræ, plena ex eodem igne Inferni: Secundus eſt ille locus, qui à Deo deputatur aliquandò pro Purgatorio aliquarum Animarum: Deus enim interdum ad loca extraordinaria conſtituit aliquas Animas, non ſolum, vt ibi purgentur, verum etiam ad viuentium inſtructionem, vel ad vtilitatem ipſorum Defunctorum, vt mediantibus pijs fidelium ſuffragijs citius liberentur, prout aiunt D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 29. D. Thom. in 4. D. 21. q. 1. A. 1. q. 2. D. Bonau. D. 20. p. 1. dub. q. vltima. Suarez to. 4. de Pœnit. D. 45. ſect. 1. & 2. Conink D. 11. d. 1. num. 49. Graff. in Append. c. 5. nu. 12. & Bonac. tom. 1. D. 6. q. 1. p. 6. num. 1.

Ordinarius eſt prope Infernum plenus eodem igne. Quare dantur alia loca extraordinaria ad purgandas Animas.

D. Gregorius. D. Thomas. D. Bona. Suarez. Conink. Graffius. Bonacina.

9 Purgatorij locus iuxta centrum terræ. Senſus Eccleſiæ in Miſſa Defunctorū.

Quod autem locus iſte Purgatorij ordinarius ſit ſubterraneus iuxta locum Gehennæ videtur ſentire Eccleſia in illis verbis, quæ dicuntur in Offertorio Miſſarum Defunctorum, quando orat Sacerdos, dicens: *Libera Domine Animas fidelium Defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu, ne abſorbeat eas Tartarus*. Petit enim Eccleſia liberationem Animarum exiſtentium in Purgatorio, & non illarum, quæ ſunt in Inferno, pro quibus Eccleſia nullatenus orat; Ità Fauentinus tom. 4. de Pœnit. nu. 26. c. 2. nu. 25.

Fauentinus.

10 Difficultas de ordine huius.

Sed maior difficultas eſt ad explicandum, quem ordinem ſeruet locus iſte Purgatorij ad alia receptacula Animarum, quæ ſub terra exiſtunt: Et difficultas eſt de comparatione loci Purgatorij ad Limbum puerorum: Nam de Gehenna omnes fatentur eſſe in infimo loco in centro terræ per modum circuli concaui, pleni acerbiſſimo igne, & æterno, cruciante omnes damnatos ſine fine, & remiſſione; Similiter etiam de Limbo Sanctorum Patrum in ſinu Abrahæ, vbi detinebantur Animæ Sanctorum ante Chriſti mortem; Ille enim ſecundum omnes Theologos eſt in ſuperiori, & digniori loco ſupra Purgatorium, & Limbum puerorum; prout dicunt D. Tho. in 4. D. 22. q. 2. A. 1. q. 2. & Suarez tom. 2. in 3. p. D. Thom. D. 42. ſect. 2. in fine.

Locus inferni eſt in centro terræ.

Limbus Sanctorum Patrū erat in vltimo idest ſupremo circulo ſubterraneo. D. Thomas. Suarez.

11 Diuerſitas opinionum eſt de Purgatorio, & Limbo puerorum.

De alijs ergo duobus locis, Purgatorio videlicet, & Limbo puerorum, quo ordine ſint collocati eſt diuerſitas opinionum.

Prima opinio. Quatuor aſſignat loca Infernum, Purgatoriū, Limbum poerorū & Limbū Sanctorum Patrū omnia per modum circuli. Soto. Palud. Maior. Petrus de Tarantaſia.

Quidam enim aſſerunt; Purgatorium eſſe infra Limbum puerorum, & Gehennam, ità vt ſupra Gehennam ſit alius circulus plenus eodem igne Inferni, vbi purgantur Animæ fidelium Defunctorum, ſupra quem ſit Limbus puerorum, & poſtea in alio circulo ſuperiori ſit Limbus Sanctorum Patrum; adeò, vt quatuor ſint circuli ſubterranij; Infernus videlicet, deindè Purgatorium: poſtea Limbus puerorum: Poſtmodum tandem Limbus Sanctorum Patrum in ſupremo loco: Ità Soto in 4. D. 45. A. 2. q. 1. Palud. D. 45. q. 3. & Maior. D. 44. q. 3. quos ſequitur Petrus de Tarantaſia problem. 1. A. 3.

12 Ratio, & explicatio iſtius opinionis.

Ratio autem iſtorum Doctorum eſt, quia Infernus, & Purgatorium conueniunt in pœnarum qualitate; in vtroque enim eſt ignis eiuſdem rationis, quapropter oportet eſſe contigua, adeò vt exiſtiment iſti Doctores nullo interiecto alio corpore denſo, ac ſolido ſeparari, ſed habere potius eumdem ignem continuum eodem numero, & ſolum diſtingui, quo ad partes illius ignis per terminum à Deo præfixum.

13 Secunda opinio. Ponit Limbū puerorum locus Inferno, deinde Purgatorium.

Secunda opinio exiſtimat Limbum puerorum eſſe propinquiorem Inferno, & ratio iſtorum eſt, quia talis locus eſt deputatus pro quibuſdam Dei inimicis, quapropter maiorem conuenientiam habet cum Gehenna, quam cum Purgatorio; nam Animæ, quæ ſunt in tali Limbo, & Inferno veluti in ratione eſſentiali culpæ conueniunt, quæ eſt auerſio à Deo: Vnde etiam conueniunt in eſſentiali pœna damni, & in æternitate pœnæ; quare maior conuenientia eſt inter ſtatus Animarum vtriuſque loci, quam inter animas purgandas in Purgatorio, & ideò illa duo loca debent eſſe coniuncta, & inter ſe viciniora; quapropter pueris cum culpa originali decedentibus debetur inferior locus. Ità exiſtimant D. Thom. in 3. ſent. D. 22. q. 2. A. 1. q. 2. Gabriel in 4. D. 45. A. 1. & Richardus D. 21. q. 3. & D. 45. A. 1. q. 2. cum alijs allectis.

D. Thomas. Gabriel. Richardus.

14 Tertia ſententia eſt media. Exiſtimat vtraque loca facere circulū vnum perfectum circumdantem Infernum.

Tertia vero ſententia eſt media inter iſtas duas, quæ exiſtimat probabilius eſſe: Hæc duo loca; Purgatorium; videlicet, & Limbum puerorum non ſeruare ordinem circularem perfectum inter ſe, ſed æquè à Gehenna diſtare, & æquè illi eſſe propinqua, ſecundum diuerſas eius partes. Dicunt ergo illi Doctores probabilius videri, vt proximè ſupra Gehennam ſit Limbus puerorum, & Purgatorium in modum circuli, locum Inferni circumdantis, ità tamen, vt vnuſquiſque illorum locorum ſemicirculum

tantum

tantum occupet, ſintque inter ſe contigua, & ſuper locum Inferni æquali propinquitate verſus diuerſas huius mundi partes collocata, ſupra illa verò erat Limbus Sanctorum Patrum in ſinu Abrahæ, ſiue in modum alterius circuli, ſiue alio modo prout placuit ipſi Deo: Et hanc ſententiam probabiliorem exiſtimauit Suarez tom. 4. de Pœnit. D. 45. ſect. 2. num. 15. ſequitur Faber Fauent. de Pœnit. lib. 4. D. 19. q. vnica c. 2. D. 46. num. 28.

Suarez. Faber.

15 Quod autem inter Limbum Patrum, & Gehennā ſit aliquis locus medius, neque ſint inter ſe contigua colligitur ex illa parabola de Diuite, & Lazaro, prout refertur in Euang. Luc. c. 16. nam (vt ibi dicitur) *Diues ille exiſtens in Inferno eleuauit oculos ſuos, & vidit Abraham a longe*, quaſi in ſuperiori, & diſtincto loco exiſtente: cui reſpondet Abraham: *Inter vos, & nos magnum chaos poſitum eſt*. Ex quo patet aliquam intercapedinem eſſe inter duo illa loca, quæ non videntur eſſe, niſi per Limbum puerorum, & Purgatorium, vel vtrumque ſimul eo modo, vt ſupra explicatum eſt.

Confirmatur ſecunda ſententia. Ex Euang. Luc. c. 16.

16 Quod indè probatur, quia ſecundum communiorem Theologorum ſententiam Purgatorium eſt iuxta Infernum, cum vterque ignis ſit in vtroq; & ideò debet eſſe contiguus: Non videtur autem veriſimile totum illud circumdari Limbo puerorum, adeò vt neceſsè ſit Animas purgandas per Limbum puerorum tranſire ad Purgatorium, & indè exeuntes, iterum pertranſire per eundem locū ad Cœlum, quod non videtur conueniens, maximè, quia ſecundum communiorem ſententiam Theologorum: Spiritus non pertraſeunt de extremo ad extremum niſi per medium, prout dicit Suarez d. to. 4. D. 45. ſect. 2. n. 12.

Probatur iterū ratione, & conuenientia.

Spiritus non pertranſeunt de extremo ad extremū, niſi per medium.

17 Similiter etiam è contrario, quod Limbus puerorum ſit vndique circumdatus igne Purgatorij non eſt admodum veriſimile: Rectè ergo loca illa hoc ordine collocantur: Ne autem neceſse ſit Animas quæ ad Infernum deſcendunt per Purgatorium tranſire: Veroſimile eſt locum Purgatorij non integrè ex omni parte totam circumferentiam Inferni occupare, ſed in aliqua mundi parte relictum eſſe aliquod ſpatium, in quo ſit velut os putei Infernalis ſupra quā partem nullus alius locus pœnalis collocatus ſit, prout dicit D. Anſelmus lib. de Imag. mundi c. 21. dicens: *Infernum eſſe inferius dilatatum, & ſuperius coanguſtatum*, ſcilicet quò ad foramen illud, quod eſt velut os putei Inferni, ſecundum illud, quod dixit Ioan. in Apoc. cap. 9. *Vidi ſtellam, cadentem de Cœlo in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi. & aſcendit fumus putei ſicut fumus fornacis magnæ*: quod etiam exiſtimant Palud. in 4. D. 45. A. 3. & Pet. de Tarantaſio Problema p. A. 3. & Suarez, cum Fabro locis ſup. cit. cum alijs.

Os Inferni eſt ſicut puteus.

D. Anſelmus.

Apoc. c. 9.

Palud. Pet. de Tarantaſ. Suarez, Faber.

18 Verum eſt tamen, quod inter has ſententias non poteſt certum, & determinatum iudicium ferri, cum res ſit occulta, & nondum reuelata, neque ab Eccleſia ſit diffinita: potuit enim Deus ſecundum beneplacitum ſuum, iuxta prouidentiam ſuæ infinitæ ſapientiæ, vel his, vel alijs modis hæc loca conſtituere, prout ipſi placuit, & placet, cui omnia poſſibilia ſunt: *Omnia enim quæcumque voluit fecit in Cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis*, & ideò de ſitu Purgatorij, aliorumque locorum pœnalium nihil aliud dici poteſt determinate, niſi tantum probabiliter, iuxta ea, quæ diximus ſecundum noſtrum modum intelligendi.

Concluſio.

DE POENIS, QVIBVS DEFVNCTORUM Animæ cruciantur in Purgatorio.

CAP. II.

QVoniam præcipuus finis Purgatorij eſt, vt Animæ, quæ illic mittuntur, ibique exiſtunt pœnam ſuis peccatis debitam patiantur: Ideò in hoc ſecundo capitulo in ordine huius præſentis tractatus de quantitate, & qualitate pœnarum, quibus Animæ in dicto loco purgantur, dicere opus eſt: Quare communiter dicunt Doctores: Animas e corporibus ſeparatas, quæ adhuc in Dei Gloriam introire non poſſunt, duplici pœna cruciari in Purgatorio, quarum vna à Theologis appellatur pœna damni, altera ſenſus, ſiuè vt dicit Scotus in 4. D. 50. vna eſt ſpiritualis, corporalis altera, non quod Animæ ibi detentæ habeant corpora, ſed quia realiter cruciantur à rebus corporeis, tamquam inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ, vt in ſequenti capitulo explicabitur. 1

Duplex pœna Purgatorij Dā ni, & ſenſus.

Siue, vt dicit Scotus ſpiritualis, & materialis.

Pœna igitur Spiritualis, eſt in Intellectu, & voluntate Animarum ibi exiſtentium, quæ conſiſtit in priuatione diuinę viſionis totiuſque æternę Beatitudinis, ſaltem pro illo tempore, quo Animę illę detinentur in Purgatorio, tamquam exules a Cęleſti Patria in pœnam ſuorum delictorum: & hęc carentia Diuinę viſionis cauſat magnam triſtitiam, & afflictionem in Intellectu, & voluntate Animarum, & iſta eſt pœna ſpiritualis, ſecundum Scotum, quę communiter à Theologis appellatur: Pœna Damni. 2

Pœna ſpiritualis appellatur Pœna Damni, & in quo cōſiſtat.

Hæc pœna cauſat maximam triſtitiā in Intellectu, & Voluntate.

Nam talis priuatio, ſiuè carentia Diuinę viſionis, in qua conſiſtit vera Beatitudo, & omne bonum, & Priuatio huius Diuinę viſionis licet ſit ad tempus, reuera eſt magnum damnum, & incommodum, & vt tale apprehenditur efficaciſſimè ab illis Animabus, quę totis viſceribus, (vt ita dicam) diligunt ipſum Deum, eiuſque aſpectum ardentiſſime cupiunt videre, in quo conſiſtit omne bonum: Vndè de tali mora maximè triſtantur, ſecundum illud Prouer. c. 3. *Spes, quæ differtur affligit animam*: Certum enim eſt, quamdiu Animas illas eſſe in Purgatorio carere viſione beatifica, cùm nullus poſſit Deum videre, niſi ſit totaliter purgatus, quapropter pœna illa magna eſt in Purgatorio ex communi omnium Theologorum conſenſu. 3

Beatitudo cōſiſtit in viſione beatifica.

Animæ Purgatorij diligūt, & cupiūt ardentiſſime videre ipſum Deum.

Spes, quę differtur, affligit Animam.

Diſputant autem Theologi: An talis afflictio, & cruciatus Animarum ſit maximus inter omnes afflictiones, & dolores, quę in Purgatorio ſuſtinentur: Nam D. Thom. in 4. D. 21. q. 1. A. 1. q. 3. & Richardus D. 20. q. 1. A. 2. Soto D. 19. q. 2. A. 2. Durand. in 3. ſent. D. 22. q. 4. Bellarm. lib. 2. de Purgat. c. 4. & Suarez to. 4. de Pœnit. D. 46. ſect. 1. & 2. cum alijs volunt, hanc pœnam, quæ dicitur Damni illis Animabus eſſe præcipuā, & acerbiorem, quam ſint vllæ aliæ pœnæ, tam huius vitæ, quàm Purgatorij: & Ratio iſtorum eſt, quia cum Animæ illę Sanctæ perfectè apprehendant Beatitudinem, quæ conſiſtit in viſione Beatifica eſſe ſummum bonum vehementiſſime appetunt, & conſequenter ſummè dolent, ſe ea priuari propter eorū demerita, licèt ad tempus: Vnde continuo clamant, & dicunt cum Pſalmiſta; *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei, fuerunt lacrymæ meæ die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidiè vbi eſt Deus tuus*. Pſalm. 41. 4

An talis afflictio ſit maxima? Affirmant. D. Thomas. Richardus. Soto. Durandus. Bellarm. Suarez.

Ratio iſtorum DD.

Pſalm. 41.

Et quamuis talis carentia temporalis Diuinæ viſionis ab illis voluntariè ſit acceptata ex ſuppoſitione, quod Deus ita vult, quodque ad ſatisfaciendum pro peccatis neceſſaria illis eſt ante ingreſſum Gloriæ: poteſt tamen aliquo modo dici Inuoluntaria, 5

Quomodò talis carentia Diuinę viſionis, ſit illis voluntaria, & inuoluntaria.

quatenus

quatenus eſt contra inclinationem propriæ charitatis, & contra naturale deſiderium Beatitudinis, & ità valdè triſtantur de tali mora, conſiderando, quod ipſorum negligentia in ſatisfaciendo dum erãt viatores fuit, & eſt cauſa talis dilationis temporis ad fruendum ipſum Deum ſicuti eſt, in quo ſumma Beatitudo, & gaudium conſiſtit.

Triſtãtur propter eorũ negligentiam, & dementa.

6 Et licet Animæ illæ Sanctæ reſpiciendo Dei poſteriorem voluntatem illi omnino conformentur, conſiderando tamen priorem ipſius Dei voluntatem, quod homo iuſtus, exutus corpore ſtatim videat ipſum Deum; Ideò enim (ait Auguſt.) *Deus creauit hominem, vt ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, & frueretur*: At, quia talis Dei voluntas propter ipſorum culpam non eſt adhuc adimpleta in ipſis, valdè triſtantur, & conſequenter maximè dolent de cauſa illius, quæ ab ipſis, & non à Deo exorta fuit, & iſta pœna à Theologis appellatur ſpiritualis, ſiuè Damni, quæ ſecundum iſtos Doctores ità vehemens eſt, quod ſi alia pœna ſenſus in Purgatorio non eſſet, ſufficientiſſima eſſet ad eorum triſtitiam, & afflictionem maximam, quæ a nobis intelligi, & explicari non poteſt.

Voluntas Dei prior, & poſterior.

Quare Animæ illæ cruciẽtur vehementer de tali carentia.

7 Verum eſt tamen, quod D. Bonau. in 4. D. 20. q. 2. A. 1. & Caiet. tom. 1. Opuſc. tr. 4. q. 4. & Faber de Pœnit. lib. 4. D. 19. cap. 3. D. 46. num. 38. cum alijs aſſeclis exiſtimant talem dolorem nõ eſſe ita vehementem, & Summum: Primò, quia licèt Beatitudo perfectè ab illis cognita excitet in ijs ſummum deſideriũ, citius illam poſſidendi, ità vt mallent quoduis ferri, & pati, quam ea diutius carere, atque ità talis dilatio ſit apta excitare magnam triſtitiam: Hæc tamen in illis Animabus Sanctis multò mitigatur ſpe certiſſima, & gaudio, quod percipiunt ex ſecuritate, quam habent illam obtinendi: ſunt enim certiſſimæ de ſua futura Beatitudine, cum iam ſint in termino, & in gratia confirmati, & ideò non poſſunt aliquo modo illam omittere.

Secunda opinio exiſtimat pœnam iſtam mitigari ſpe videndi Deũ. D. Bona. Caietanus. Faber. Rationes iſtorũ Doctorũ.

8 Secundò, Animæ illæ Sanctæ habent omnes ſuas potentias perfectè domitas, & compoſitas, quare cũ poſſent faciliter talem triſtitiam vitare, non eſt ratio neceſſitans cur eas ſpontè aſſumant præſertim, cùm hoc videatur repugnare illi ſummæ animæ æquitati, quę ſe totaliter Diuinæ voluntati conformãt, & in eius diſpoſitione conquieſcunt: Vnde Sancti Patres, qui dicunt: Pœnam Purgatorij eſſe maximam, non loquuntur de carentia Diuinæ viſionis, ſed de pœna afflictiua, & ſenſitiua per ignem acerbiſſimũ: At ſi in Purgatorio eſſet pœna Damni ita vehementior debuiſſent dicere: Hanc pœnam damni eſſe pręcipuam, quia communiter pœna damni in damnatis dicitur eſſe maior, quam pœna ſenſus; Ità etiam tenet Coninck de Pœnit. D. 11. d. 3. de Purgat. num. 33. cuius etiam opinionis videtur eſſe Scotus in 4. D. 50. q. 4. §. ad primam quæſtionem.

Ratio Secunda Secundæ ſententiæ.

Tertia ratio iſtius ſententiæ.

Coninck, Scotus.

9 Concludimus ergo vtramque opinionem eſſe valdè probabilem; Negari enim non poteſt, quod talis dilatio beatificæ viſionis non ſit valdè afflictiua, maximè cum proueniat ex propria culpa, & negligentia: Quare, etſi credibile ſit; Animas illas triſtitiam accipere propter peccata ab ipſis commiſſa, non tamen exiſtimo, ſe ita vehementer adeò affligi, quia patienter tolerant, conformando ſe Diuinæ voluntati: Non enim remurmurant aliquo modo contra Deum, vt Damnati, qui omninò carentiam illam odio habent, quapropter non ceſſant ſemper blaſphemare ipſum Deum: At Animæ illæ Sanctæ, quæ in Purgatorio exiſtunt voluntarie illam ſuſtinent, tamquam pœnam, à Deo inflictam in remiſſionem peccatorum ſuorum,

Concluſio, & reconciliatio vtriuſq; ſententiæ.

Niſi forte dicamus: illas Animas à Deo neceſſitari ad tantam, ac talem vehementem triſtitiam, ſicut neceſſitantur damnati, vt continuò vehementiſſimè doleant, ſe priuatos eſſe beatitudine, atque ita triſtitia iſta haberet rationem pœnæ, & minueret debita ſupplicia, & tempus exiſtendi in Purgatorio, quod probabiliter credi poteſt, licet certò probari non poſſet. 10

Limitatio pro prima ſententia.

Dubitari inſuper hic ſolet à Theologis: An Animæ quæ ſunt in Purgatorio habeant pœnam illam, quæ dicitur, Vermis conſcientiæ: Nam Suarez D. 46. ſect. 1. num. 7. videtur etiam pœnam vermis admittere, etiam in Animabus exiſtentibus in Purgatorio, ſicut in damnatis, quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur: Diuerſo tamen modo, nam in damnatis talis cruciatus eſt perpetuus, in Animabus verò Purgatorij eſt temporalis, quamdiu in illis pœnis purgantur: Qui dicit: Hanc eſſe opinionem Scoti, quatenus in 4. D. 50. q. 1. A. 4. §. Ad primam quæſtionem: Diſtinguit pœnam Purgatorij in ſpiritualem, & corporalem: & illam, quæ dicitur ſpiritualis ſubdiſtinguit in pœnam Damni, & vermis: Vndè non ſolum habent triſtitiam de carentia, ſiue dilatione Diuinæ viſionis, de qua valdè triſtantur: Verum etiam remorſum conſcientiæ, qui in illis animabus non deeſt ſpiritualiter torquere. 11

Dubitatio. An in Purgatorio ſit pœna Vermis? Prima ſententia. Suarez.

Citatur Scotus.

Verum eſt tamen, quod talis pœna vermis, ſecundum Scotum, non videtur eſſe in Animabus illis: Nam pęna vermis ſecundum Scotum, alioſq; Theologos eſt quædam triſtitia, & remorſus continuus conſcientiæ propter ammiſſionem boni commodi, quæ eſt æterna fælicitas: In illis autem animabus nõ erit continuus huiuſmodi remorſus conſcientiæ propter amiſſionem talis boni, ſed deſinet poſt completam ſatisfactionem: Quando autem exiſtunt in illis flammis Purgatorij, & triſtantur de carentia Beatitudinis, talis triſtitia eſt propter affectum iuſtitiæ, quæ eſt Sancta, & pia triſtitia, & eſt idem, quod contritio, in qua certè eſt diſplicentia, & quodammodo remorſus conſcientię propter offenſam factam Dęo, propter quam offenſam conſequenter amittunt bonum beatitudinis, quo ad tempus. Non eſt tamen talis triſtitia (propriè loquendo) pœna vermis, quæ eſt pœna damnatorum, eò quod illa pœna & triſtitia nuda, & pręcisè eſt propter afflictionem commodi, & nullo modo propter Dei offenſam: quare in Animabus Purgatorij talis remorſus non videtur propriè eſſe pœna vermis, ſed contritio. Ita Faber. de Pœnit. lib. 4. D. 19. c. 3. q. Vnica, & Scotus D. 46. nu. 46. & alij: Et hæc de pœnis ſpiritualibus. 12

Scotus contrarium videtur dicere. Pęna vermis quæ.

Triſtantur de dilatione Beatitudinis propter affectũ iuſtitiæ.

Pęna vermis eſt pœna dãnatorum.

Faber, & Scotus.

Altera pœna, qua cruciantur Animæ Purgatorij appellatur: Pœna ſenſus, ſiuè ſenſitiua: Nam propter pœnam damni, & triſtitiam illi adiunctam datur Animabus illis in Purgatorio exiſtentibus propria, & peculiaris pœna ſenſitiua: Cruciantur enim Animæ illæ ab ardentiſſimo illo igne modo ineffabili, tamquam inſtrumento diuinæ iuſtitiæ, iuxta illud Apoſt. 1. Corinth. c. 3. dicentis: *Vniuſquiſque opus quale ſit ignis probabit*, de quo non exient niſi plenè ſatisfacient, de qua pœna ignis, & quomodo Animæ ab illo cruciantur dicetur plenius in ſequenti capitulo. 13

De Pęna materiali ſenſitiua, & cruciatus. Pœna ignis acerbiſſima.

An verò propter ignẽ ſint etiã in Purgatorio alia inſtrumenta diuinæ iuſtitiæ ad purgandas Animas, vt aqua frigidiſſima glaciei, & niuis iuxta illud Iob: c. 24. num. 19. vbi dicitur: *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad Inferos peccatum eorum*: & in lib. Sap. c. 16. num. 22. dicitur. *Nix, & glacies ſuſtinebunt vim ignis, & non tabeſcebunt*: Refert etiam Beda in Hyſt. Angliæ c. 13. Viſum ſæpe eſſe animas Purgatorij ſæpe mutari à nimio calore ad rigidiſſimum frigus, 14

De alijs pœnis, & cruciatibus. An ſit pœna frigoris. Iob. c. 24. Sap. c. 16. Beda.

Digitized by Google

D. Anſelmus. Aliæ reuelationes.

frigus, & è conuerſo: quod etiam refert D. Anſelmus in Elucid. vbi enumerat has pœnas ſub diuiſione: Quod etiam affirmant multi contemplatiui tales viſiones ſæpe vidiſſe.

15 Concluſio.

De hoc tamen non poteſt certum iudicium ferri; An verè, & realiter tales viſiones intelligantur realiter, ſiue per metaphoram ad declarandam acerbitatem dolorum, qui ibi erunt: eſt tamen valde probabile, quod Animæ ibi ſimilibus, alijſque inſtrumentis à Deo inflictis crucientur, prout dicunt Theologi, vt Suarez d. D.46. ſect.2. num.2. & Faber de Pęnit. d.19. c.20. D.46. num.30. & alij.

Suarez. Faber.

16 Duo loca Purgatorij, commune, & particulare.

Sunt etiam nonnulli Doctores, qui dicunt: Duo eſſe loca Purgatorij: Vnum ſecundum legem ordinariam circa Infernum, vbi cruciantur, & purgantur Animę eodem Inferni igne, ſimilibuſque inſtrumentis, vt ſupra explicatum eſt, excepta æternitate illorum: Alterum particulare à Deo conſtitutum in diuerſis locis vbi purgantur Animæ illę ante ingreſſum gloriæ per ſolam priuationem Deificæ viſionis, ſiuè alijs pœnis à Deo inflictis, ſecundum ſuum Diuinum beneplacitum.

17 In priori loco quæ animæ purgentur.

In priori loco dicunt, purgari Animas, quæ diù in peccatis vixerunt, & tandem in fine vitæ iuſtificatę, à culpis fuerunt abſolutæ, ſoluunt tamen illorum pęnas in Purgatorio per ignem, aliaque inſtrumenta Diuinæ iuſtitiæ. In alio verò particulari animæ aliquæ Sanctæ, quæ tamen imperfectè vixerunt: Quæ ſententia fundatur in quibuſdam viſionibus, habitis à quibuſdam viris contemplatiuis, quibus in viſione oſtenſum eſt, (prout refert Beda d. lib.5. Hyſt. Angliæ c.13.) Locum quendam amœnum, in quo Animæ quædam nondum aptæ ad videndum Deum detinebantur, & per illam detentionem purgabantur per ſolam dilationem Glorię abſque alia pęna ignis, & huiuſmodi.

Quæ in ſecundo. Fundantur in viſionibus reuelatis. Beda in Hyſt. Angl.

18 Quomodo intelligendæ ſint iſtæ reuelationes ſecundum Suarez.

Pater Suarez totaliter viſiones tales impugnare non audet maximè propter Sanctitatem eiuſdem Bedæ, qui fuit vir doctiſſimus, magnaque Sanctitate famoſus, qui talibus reuelationibus fidem adhibuit, & pro veris enarrauit: Non tamen præſtat veram fidem huiuſmodi reuelationibus, & viſionibus, neque confictas, & mendaces eſſe exiſtimat, ſed dicit, vel non eſſe ſimpliciter ad literam intelligendas, vel ſub aliqua metaphora, ità vt per illa loca, quæ, vt diſtincta viſa ſunt, non oportere ſignificari loca Purgatorij diſtincta, ſed diuerſos ſtatus Animarum eiuſdem Purgatorij, & per locum amœnum denotantur ſpirituales conſolationes, quibus aliquæ Animæ conſolantur.

19 Alia intelligentia.

Vel certè dicendum eſt, quod licèt pœnæ ſenſus taceantur, in illo loco non excluduntur, ſicut neque ab alio excluduntur ſpirituales conſolationes licèt taceantur: ſed in vtroque explicatur, quod magis confert ad viſionis finem, videlicet, vt homines pœnitentiam non differant, & in bonis operibus exerceantur: Ità Suarez d. tom.4. de Pœnit. D.46. ſect.1. num.13. & ſect.2. num.2. Faber de Pœnit. D.46. num.30. c.2. & alij.

Suarez.

20 An Dæmones crucient Animæ in Purgatorio? D. Bona. reſponſio.

Dubitari autem hic ſolet: An Animæ, exiſtentes in Purgatorio affligantur à Dæmonibus tamquam à miniſtris Diuinæ iuſtitiæ?

Reſpondetur ex doctrina D. Bona. in 4. D.20. p.1. diſt.1. A.1. q.4. aliorumque Doctorum: In hac materia nihil temerè aſſerendum eſſe: ſed communiter ea exiſtimantur, quæ magis probabilia eſſe videntur: Vndè ad propoſitum dicimus, quod non videtur probabile: Dæmones torquere poſſe animas illas Sāctas à Deo ad Purgatorium deſtinatas, quæ amplius iam peccare non poſſunt. Dæmoneſque vſque ad vltimum vicerunt, quare non videtur congruere Diuinæ iuſtitiæ prę mittere, vt ab eis torquerentur: Ita Suarez tom.4. de Pœnit. D.46. ſect.3. num.8. & 9. ſequens D. Thom. in 4. D.21. D. Bona. D.20. Palud. & Richar. & Soto D.19. alioſque Theologos.

Reſolutio exiſtimatur negatiua. Suarez. D. Thom. D. Bona. Palud. Richard. Soto.

21 Confirmatur ratione potiſſima.

Neque etiam videtur probabile, quod Dæmones ex ſe ipſis permiſſione Diuina illas torqueant: cognoſcunt enim illas iam eſſe confirmatas in gratia, quare non ſperant aliquo modo illas ad peccandum prouocare, illaſque lucrari: Imò cognoſcunt vexationem illā potius profuturam animabus illis, quia per talem pęnam additam citius ab illis pęnis liberentur, & ad Cęli gloriam tranſire: Vnde quantum ex coniectura conijcere poſſumus, niſi a Deo Dęmones cogantur ſponte non aſſumerent tale miniſterium effecturi: Ità omnes ſupra citati Doctores.

22 Quomodò poſſent Dæmones cruciare animas in Purgatorio. Difficile eſt explicare.

Difficilè etiam eſt explicare, quomodo Angeli ſiuè mali, ſiue boni Animas Purgatorij torquere poſſint. Non enim videtur hoc poſſe facere per ſe, ſed ſolum applicando ignem, ſiuè alia inſtrumenta Diuinæ iuſtitiæ, quibus poſſent cruciari: Hoc autem non eſt neceſſarium, quia (vt dicetur in ſequenti capitulo) hoc fit a ſolo Deo, applicante ignem ad illarum afflictionem: Non videtur ergo alio modo poſſe affligere, niſi eas deducendo, & violenter detinendo in illo igne, eaſque conuitijs, & aſpectu ſuo horribili afficiendo: At aſpectus illi horribiles, aliaque actiones pęnales non videntur competere Animabus illis iuſtis: & ità videtur non eſſe neceſſarium miniſterium Dęmonum ad illas Animas cruciandas: Vndè certè hæc omnia ſunt valde probabilia; Ità Suarez locis ſupra citatis.

Explicatur difficultas.

23 Pendet hoc ex reuelationibus.

Attamen, quia notitia ſtatus illarum Animarum pendet ex reuelatione, & ex multis reuelationibus Sanctorum habetur: Dæmones aliquandò illas Animas cruciari, neque hoc eſt impoſſibile ideoque Theologi communiter dicunt: Hoc non eſſe congruum, non autem aſſerunt eſſe impoſſibile: Dicimus ergo, poſſe aliquandò Dęmones, (Deo ità præcipiente) aliquas Animas purgādas aſpectu ſuo horribili, ſiuè alijs modis cruciari: Vnde in vita D. Bernardi lib.1. c.10. refertur, Religioſum quemdam poſt mortem apparuiſſe Diuo Bernardo, qui quatuor Dęmonibus dilacerandus ſe traditum eſſe querebatur, a quibus affligebatur crudeliter, qui poſtea precibus eiuſdem Diui Bernardi liberatus fuit: Beda etiam d. lib.3. de Hyſt. Angl. c.19. & Carthuſianus de Iudicio particulari multas alias huiuſmodi viſiones referunt: Quare faciliter credi poteſt: In aliquibus caſibus particularibus, hoc Deum permiſiſſe, & permittere poſſe. Ita Faber de Penit. D.46. c.5. num.97. & Suarez cum alijs Theologis, loc. cit.

Concluſio. Quædam reuelatio Diui Bernardi. Beda. Carthuſianus. Faber. Suarez.

24 Quomodo Animę deducantur ad Purgatorium? Reſolutio.

Vltimò tandem pro complemento huius præſentis capituli: videndum eſt: Quomodo Animæ, egreſſæ è corporibus deducantur in Purgatorium?

Reſpondetur ſecundum probabiliorem Theologorum ſententiam: Anima cuiuſcumque hominis, ſtatim ac egreditur ex ſuo corpore, ſine vlla mora ad locum deſtinatum peruenire; ſed non ante Iudicis ſententiam. Quapropter in illo tunc iudicatur à *Chriſto Domino, qui conſtitutus eſt à Deo Patre iudex viuorum, & mortuorum, cui data eſt poteſtas in Cælo, & in terra iudicium facere, quia Filius hominis eſt: Non enim Pater iudicat quemquam, ſed omne Iudicium dedit Filio:* prout dixit ipſa veritas infallibilis: in Euang. Io: c.5. & Matt. c. vltimo: Nam, vt ait Eccleſiaſticus, *Facilè eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas*, & infrà: *In fine hominis denudatio operum ipſius*. Hoc eſt per Diuinum Iudicium, quo quid ipſe meritus ſit, vel demeritus oſtenditur: Vndè

Iudiciū particulare in hora mortis. Ioan. c.5. Matt. c. vltimo. Eccleſiaſticus.

dè

D. Chryſ. Conink. Bellarm. D. Thomas.

de D.Chryſoſt.Hom.57.in Matt.dicit: *Poſtquam diem tuum obieris iudicium, & pœna conſequetur*. Ità Conink de Purgat. D.11.d.5.num.39. Bellarm.lib.2.de Purgat.c.4.D.Thom.3.p.q.59.A.5.ad primum.

25 In quo loco fiat iudicium particulare. Quorundam opinio.

Sed Difficultas eſt ad explicandum: Quomodo, & quando, & in quo loco fiat tale iudicium à Chriſto Domino?

Reijcitur. Aliorum ſententia. Anima ſeparata per ſpeciem impreſſam intelligit ſuam ſententiam datam in Cœlo. Aliorum ſententia probabilior, quod iudicentur à Chriſto in eodem loco.

Reſpondetur. Nonnullos Doctores exiſtimaſſe, Angelos bonos, & malos in ipſa hora mortis deducere Animas morientium ante tribunal Chriſti, vt ibi à Domino iudicentur: Sed hoc non videtur eſſe veroſimile, quòd damnatorũ Animæ ingrediãtur Cęlũ empyreũ, vt ibi iudicẽtur: Quapropter probabilius alij dicũt; Tale Iudicium fieri in eodem loco, & tempore, quãdo Anima egreditur è corpore: Tunc enim dicunt aliqui Animam corporis ergaſtulo exutam per ſpeciem infuſam ab ipſo Deo intelligere ſuam diffinitiuam ſententiam latam in Celo: Siuè, vt melius alij exiſtimant in ipſo inſtanti ſeparationis Animæ ipſemet Chriſtus diuina virtute in humana forma videre ſe facit illi Animæ, ibique dat ſententiam diffinitiuam, iuxta meritum, ſiue demeritum ipſius Animæ: *Omnia enim nuda, & aperta ſunt oculis eius, qui reddit vnicuique ſecundum opera ſua: Opera enim illorum ſequuntur illos*, quæ omnia fiunt in inſtanti.

26 Probatur ſecunda ſententia. Chriſtus poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, & quomodo. Scotus. Nõ implicat idem corpus per diuinã potẽtiam poſſe eſſe ſimul in eodẽ inſtanti in pluribus locis diſcontinuis.

Hoc enim faciliter fieri poteſt, cum Chriſtus per diuinam virtutem, & potentiam etiam in maxima diſtantia Animabus apparere poteſt ſine ſui mutatione per eſſe replicatum. Non enim ſecundum Scotum implicat contradictionem, vnum, & idem corpus poſſe eſſe per Diuinam potentiam ſimul in pluribus locis diſcontinuis, prout in Phyſicis, & alibi plenius à nobis explicatum eſt; & ideò poteſt Chriſtus Dominus abſque motu locali eſſe in Cęlo, & in eodem inſtanti eſſe in pluribus locis, & iudicare omnes, & quaſcumque Animas egredientes è corporibus in hora mortis.

27 Confirmatur ratio. Conink. Innocentius. Scotus.

Et confirmatur nam Chriſtus in vltimo iudicio palam omnibus videbitur, & vnuſquiſque in eodem inſtanti audiet ſententiam Iudicis clarè, & diſtinctè, licèt homines iudicandi ſint quaſi innumerabiles, & diſtantes à Iudice: ergo vero ſimile eſt idem in iudicio particulari fieri poſſe abſque vlla repugnantia mediante Diuina virtute: Ità Conink de Purgat. D. 11. d.5.concl.3. nu.42. Innocent. III. de contemptu mundi lib.2.c.43. Scotus cum alijs. Quare, audita ſententia, ſtatim Anima ipſa ad locum deſtinatum ſe confert abſque vlla mora, & appellatione.

28 Dæmones nõ deducũt Animas ad Purgatorium. Angelos Cuſtos deducit Animam in Purgatorium conſolationis gratia. Conink. Soto. Luca Pinelli.

Quapropter probabilius eſt: Dæmones non deducere Animas ad Purgatorium: Non enim Deus in his puniendis vtitur illis miniſtris; Neque hoc opus eſt, cum Animæ ſeparatæ per ſe ſubmittantur Diuino iudicio, & voluntati Diuinæ, & ſponte locum ſibi deſtinatum adeant: ſed probabiliter credi poteſt Angelos Sanctos, ſiuè Angelum Cuſtodem Animas purgandas conſolationis, & honoris gratia in Purgatorium comitari ſicut in Euangelio legimus: Angelos deduxiſſe Animam Lazari in ſinum Abrahæ: Ità Conink loc. cit. Soto in 4. D.45. q.1. A.3. Luca Pinelli tr.de Purgat.c.10. §.3.& alij.

DE POENA IGNIS, ET QVOMODO *Spiritus cruciantur ab igne materiali.*

CAP. III.

1 Ignis Purgatorij, & Inferni eſt corporeus. 1. Corint.c.3.

Certiſſimum, indubitatumque eſt ſpiritus Dæmonum in Inferno, & Animas hominum in Purgatorio cruciari, & affligi igne materiali, atque hunc ignem eſſe corporeum: Quare Apoſt. 1. Corint. c.3. loquens de Purgatorio apertè dixit: *Animas hominum ſaluas fieri quaſi per ignem*: Neque obſtat ly verbum (*quaſi*) nam particula illa non eſt diminuens veritatem ignis, ſed explicat modum, & viam; per quam illæ ſaluantur mediante videlicet illo inſtrumento ignis, vt ſit ſenſus. quod: *Ille ignis eſt cauſa inſtrumentalis diuinæ iuſtitiæ, mediante, quo Animæ purgantur, ſatis patiendo, & ſaluantur, ingrediendo Regnum Cœlorum*.

Ly quaſi per ignem quomodo intelligitur.

2 Concordant omnes Theologi Latini. D.Aug. auctoritas notãda.

Quapropter inter Theologos, præcipuè Latinos nulla eſt controuerſia, quod talis ignis ſit corporeus. Vndè D.Aug.lib.21. de Ciuit.Dei c.10.hoc ſignificauit, dicens: *Cur enim non dicamus igne corporeo cruciari Animas, quamuis miris tamen veris modis etiam ſpiritus incorporeos poſſe pœna corporali ignis affligi. Adhærebunt ergo licèt incorporei ſint corporeis ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam*: Et D.Greg.lib.4.Dialog.c.29.ait. *Ex igne viſibili ardor, & dolor inuiſibilis traditur, & per ignem corporeum meus incorporea etiam corporea flamma cruciatur: Non enim ſolum videndo, ſed etiam experiendo patitur.* Hęc Gregorius, & eſt communis Theolog.ſententia.

D. Greg. alia auctoritas notanda.

3 Difficultas. Quomodo ignis materialis agere poſſet in ſpiritũ. Miracula ſine neceſſitate non ſunt multiplicanda. Multæ ſunt opiniones.

Sed maxima difficultas eſt ad percipiendum, & explicandum, quomodo ignis corporeus poſſit agere in ſpiritum, & cruciare Animas ſeparatas, cum vulgata ſit ſententia omnium Philoſophorum, communiter dicentium: *Non poſſe, (ſecundum veram Philoſophiam) Agens materiale habere actionem in ſpiritum, niſi præter ordinem naturæ, & miraculosè, quæ miracula ſine neceſſitate ſecundum Theologos multiplicanda non ſunt. ſicut nec entia ſine neceſſitate*: In hac ergo difficultate, quò ad modum explicandi diuerſę ſunt Theologorum ſententiæ, & multi multa dicunt: Nos autem præcipuas ſententias ad breuem ſummam reducemus.

4 Prima ſententia. Modus eſt vetus, & ignotus nobis. Becanus. Bellarminus. Durandus. Bonacina. Fundantur in auctoritate Diui Gregorij.

Sunt ergo multi Patres, & Theologi, qui breuiter, & faciliter de hac difficultate ſe expediunt, dicentes: Modum illum eſſe nobis occultum, & nondum reuelatum, de fide tamen tenendum eſt ità eſſe, cùm ſit veritas Catholica, ſecundum ſcripturam, quamuis modus ſit ignotus nobis: Ità Becanus in ſum. Theolog.de Peccato Angel.c.5.Bellarm.lib.2.de Purgatorio c.12. Durand.in 4.D.44.q.Vltima, quos ſequitur Bonac.tom.1. D.6. de Indulg.q.1. p.6.num.3.& alij. Fundantur enim iſti Doctores in verba illa D.Greg. lib.4.Dialog.c.29.dicentis: *Ex igne viſibili ardorem, & dolorem inuiſibilem trahi*, inuiſibilem dicit, quia nobis eſt occultus, & inexplicabilis.

5 Inueſtigandũ eſt quomodo hoc aliquo modo poſſet intelligi? Suarez. D. Greg. & Auguſt. quomodo ſunt intelligendi.

Sed licèt hoc verum ſit, non poſſe nos explicare hunc modum totaliter ſicuti eſt: Nihilominus pro maiori intelligentia veritatis tentandum nobis eſt aliquid de illo modo inueſtigare, vel ſaltem, qualis non ſit explicare, eſt de indè per aliquam ſimilitudinem, ſecundum noſtrum modum intelligendi percipiamus. Ita Suarez tom.4. de Pęnit.D.46.ſect.2.nu.3. Quod etiam ijdem D.Greg. & D.Auguſt.hũc modũm declarari conati ſunt, vt patet ex eorum libris, plurimis in locis: Nec Gregorius vocauit ardorem, & dolorem inuiſibilem, quia nobis omnino imperceptibilis ſit, ſed quia ſpiritualis dolor eſt, & non materialiter ſenſibilis.

6 Secunda ſententia Thomiſtarum. Tamquã inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ. Per qualitatẽ ſuper naturalem igni additam.

Alij verò dixerunt, quod talis ignis verè, & realiter cruciat Animas, ac ſpiritus Dæmonum miris modis, tamquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, quia Deus omnipotens ità voluit, & vult, cui nihil impoſſibile eſſe poteſt: *Omnia enim quæcumque voluit fecit in Cęlo, & in terris, in mari, & in omnibus abyſſis*. Non enim implicat contradictionem, potuiſſe Deum facere, quod materialis ille ignis, tamquam inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ cruciet Animas per qualitatem

catem ſupernaturalem illi additam: Quare non omnes cruciat eodem modo, quo ad intenſionem, ſed ſecundum delicti qualitatem, iuxta illud Apoc.c.18. vbi dicitur. *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*. Ità videntur dicere multi Thomiſtæ, & ità faciliter de tali quæſtione ſe expediunt, recurrendo ad miracula per Dei omnipotentiam, & voluntatem.

Apoc.c.18.

7 Tertia ſententia. Sub ratione diſcõuenientiæ per quãdã alligationẽ.

Alij autem conati ſunt declarare talem modum: Vndè D.Thom.in 4.D.45.q.1.& Ægidius Romanus, cum alijs aſſeclis dixerunt: Ignem illum cruciare Animas ac ſpiritus Dæmonum in quantum apprehendunt eum ſub ratione diſconuenientiæ, per quandam alligationem ſpiritus ad ignem, ſibi inuoluntariam, de qua alligatione valdè triſtantur: Et addunt non ſolum alligari ſpiritus igni, ſed etiam cogi ad intuendum ſemper illum, & cogitare de illo, ſiuè per ſpeciẽ impreſſam, ſiuè per ipſammet cognitionem à Deo, vel immediatè, vel igni impreſſam, quod etiam videntur dicere D. Bonau. Gabriel, & Durand.in 4. D.44.& idem D.Thom.p.1.q.64.A.3.& lib.4.contra Gent.c.90.& alij.

Per ſpeciem impreſſ. Ita D. Thom. Ægidius Ro. D. Bona. Gabriel. Durandus.

8 Impugnatur.

Sed iſta opinio non admittitur ab alijs, eo quod aliud ſonare videantur verba Sacræ Scripturæ, & præcipuè verba illa diuitis, de quo in parabola Euãgelij dicitur: *Mitte Lazarum, vt mittat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*. Et D. Auguſt. loc.cit. expreſſè dixit: *Adhærebunt ſpiritus incorporei ignibus corporeis cruciandi, accipientes ex ignibus pœnas, non dantes vitam*: Et D.Greg.lib.4.Dialog.c.29.ait: *Ex dictis Euangelicis colligere poſſumus, quia incendium Anima non ſolum videndo, ſed etiam experiendo patitur: Ex igne enim viſibili ardor, & dolor inuiſibilis traditur*.

D.Auguſt. D.Gregorius.

9 Impugnatur à Scoto. Vel illa apprehenſio eſt vera, aut falſa.

Deindè arguit Scotus contra D.Thomam, alioſq; aſſeclos ità: aut Anima, ſiuè ſpiritus apprehendit ignem vera apprehenſione, vt ſibi diſconuenientem, aut falſa: ſed vera eſſe non poteſt, quia in re non poteſt eſſe tale diſtemperamentum, & dolor in Anima ex tali apprehenſione: nam ignis ille, vt eſt obiectum Intellectus, & voluntatis nullam habet rationem diſconuenientiæ, quoniam, vt obiectum non eſt contrarium corruptiuum Animę, ſed conueniens, & ideò verè non poteſt apprehendi, vt diſconueniens: Si talis apprehenſio eſt falſa, ſequeretur primò, quod non ab igne, ſed à ſua exiſtimatione cruciretur, quod eſt incõueniens, quia ſicut nullus eſt falſa opinione beatus, ità nullus eſt falſa opinione verè miſer.

Ignis, vt eſt obiectum intellectus non eſt illi diſcõueniens. Nullus eſt falſa apprehenſione miſer, vel beatus.

10 Aliud argumentum contra D.Thomã. Dionyſius. Naturalia Dæmones non amiſerũt, ſed integrè retinent. Naturalia in Angelis malis remanſerunt integra.

Deindè talis falſa exiſtimatio non eſt à Deo, quia tunc Deus eſſet cauſa immediata deceptionis, quod eſt abſurdum: Non ab ipſa Anima, ſiuè ab ipſo Spiritu, quia ſecundum Dionyſium lib. de diuinis nominibus: *Naturalia Dæmones non amiſerunt, ſed remanſerunt integra, & ſunt ſplendida, ſicut prius*, & Anima ſeparata habet Intellectum purificatum: ergo poſſunt naturaliter apprehendere, quod ignis non ſit eis diſconueniens.

11 Quarta ſententia Henrici. Exiſtimat animos habere formam corpoream.

Alia opinio tribuitur: Henrico quod lib. 8. q.38. quatenus aſſerit, quod datur ſpiritui quidam habitus ſuper naturalis propter demeritum peccati, & per illum habitum ſubijcitur corporali agenti, vt poſſit ab eo cruciari, & aſſligi: Ità Henricus loco ſupra citato.

12 Reijcitur à Scoto. Implicat cõtradictionem Angelum eſſe album vel nigrum.

Sed iſte modus non placet: Vndè arguit Scotus contra Henricum. Ità: Vel ille habitus eſt corporalis, vel ſpiritualis: Non poteſt eſſe corporalis, quia talis habitus non minus repugnat ſpiritui, quàm albedo, aut nigredo: Sicut ergo Deus non poteſt facere Angelum album, ſiuè nigrum, quia implicat repugnantiam; ità nec poteſt facere, vt Spiritui inhæreat habitus corporalis: Neque poteſt eſſe ſpiritualis, quia non minus eſt improportionatus talis habitus actioni ignis, quam ipſa Anima, & Spiritus, cum ambo ſint ſpirituales, & ignis ſit corporeus: ergo.

13 Quinta ſententia Dominici à Soto. Exiſtimat per vnionẽ inſeparabilem ab igne.

Quidam autem dixerunt, quod ille ignis agat in Animas ſeparatas eo modo, quo ageret in eas, ſi eſſent vnitæ corporibus: Ita quod virtute diuina ignis cauſat in ſpiritus triſtitiam, & dolorem illum, quem cauſaret ſi eſſent vnitæ corpori per informationem; ſicut enim ſenſus tactus ſentiret dolorem, ſeu doloriferam qualitatem prouenientem ex uſtione, ſeu diſtemperamento corporis facto ab igne, ità Anima ſeparata, ab illo igne corporeo ſentit ſibi inſſigi illam doloriferam qualitatem, & dolorem, quæ aſſicere poterant ſenſum tactus, & ſic cruciantur realiter ab igne Diuina virtute: Ita Dominicus à Soto in 4.q.vnica A.2.conc.2.cum alijs aſſeclis.

Soto.

14 Ratio in qua fundatur iſta ſententia.

Probatur autem iſta ſententia ità; quia Non implicat contradictionem poſſe Deum talem impreſſionem Animæ ſeparatæ infundere, quæ non ſit minus efficax, quam ſi reuera corpus cremeretur: Quapropter poſt diem Iudicij damnatorum Animæ ità cruciabuntur igne, & non augebitur illa pœna ſenſus, nec mutabitur, nec duplici modo ab igne cruciabuntur.

15 Declaratur Soti ſententia, & probatur.

Fit ergo virtute diuina, vt Anima ſeparata abſque ſenſu tactus, ſit in intellectu eadem apprehenſio illius qualitatis, & eadem fuga eius in voluntate, quæ eſſe ſolet in Anima coniuncta, & ità per diuinam virtutem ſentit eãdem afflictionem, & dolorem, quem in corpore ſentit, quando corpori eſt vnita, ſecundum illud D. Auguſt.lib.12.de Ciuit.Dei c.10. dicentis: *Sicut Anima iungitur corpori, dans ei vitam, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus, ſic ligatur igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctione concipit dolorem, horrorem, & cruciatus*. Ad cuius confirmationem adducitur illud Euangelij de Epulone, dicente in Inferno: *Mitte Lazarum, vt intingat linguam meam, quia crucior in hac flamma*.

D.Auguſt. Exemplũ diuitis in Inferno.

16 Impugnatur à Suarez, & Faber.

Hæc autem opinio Soti impugnatur à Suarez to. 4.de Pœnit. D.46. ſect.2. num.8. & Fabro tom.4.de Penit.D.19.c.4.D.36.num.62.dicentibus, quod: Talis modus non videtur ſufficiens ad explicandam acerbitatem illius pœnæ ſenſibilis, quam Sancti aſſirmant, & exagerant, & nos in ſequenti capitulo declarabimus. Dicunt enim communiter Doctores: Purgatorij pœnas eſſe longè acerbiores, quam ſit ignis combuſtio in hac vita, eſſeque alterius rationis.

17 Secunda ratio cõtra Sotum.

Deindè modus ille multum videtur minuere de veritate illius pœnæ dicente D. Auguſt. *Ignem illum cruciare miris, ſed veris modis*: Vnde ſi apprehenſio illa, quæ ponitur à Soto in Animabus illis, vt triſtentur, non habet verum obiectum, quod in re ipſa ſubſiſtat, non eſſet vera pęna, & cruciatus, cauſatus ab igne, quod eſt contra ſententiam Sanctorum Patrũ, & ideo non placet iſta explicatio Dominici à Soto.

18 Sexta ſententia Suarez. Exiſtimat eſſe per quãdã qualitatẽ ſpiritualem impreſſam in igne.

Quapropter: Suarez tom.4.de Pęnit.D.46.ſect.3. num.17. exiſtimat: Ignem illum Purgatorij, ſiuè Inferni, tamquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ agere in ſpiritum rem aliquam poſitiuam diſconuenientẽ, quæ ſit obiectum doloris cruciatus, & triſtitiæ: Nam virtute diuina datur illi igni quædam qualitas ſpiritualis, & ſupernaturalis, vt poſſit agere in ſpiritum: Non enim poteſt eſſe qualitas corporalis, quia corporalis qualitas non poteſt verè inhærere, & aſſicere ſpiritum, ergo debet eſſe qualitas ſpiritualis, quæ eſt magis proportionata ad excitandum vehementiorem dolorem, ſiuè triſtitiam: Nam ſicut delectationes ſpirituales, ideſt ex obiectis ſpiritualibus, prouenientes maiores ſunt; ità exiſtimandum eſt de dolore,

lore, & triſtitia, quæ ab illa ſpirituali qualitate cauſatur in Animam ſeparatam, ſiue ſpiritus.

19 Explicatur Suarez intentio.

Concludit ergo Suarez: Illam eſſe quamdam qualitatem ſpiritualem, virtute diuina additam illi igni ad cruciandos ſpiritus Dæmonum, ſiuè Animas ad Purgatorij pœnas deſtinatas, tamquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ: Quæ autem, & qualis ſit iſta qualitas, vel in quo poſita ſit eius malitia, vel diſconuenientia, aut cruciatus ab hominibus pro ſtatu iſto explicari non poteſt: Et hoc eſt illud, quod dicebat D. Gregorius lib. 4. Dialog. c. 19. quod: *Res corporea in corpoream exurit, dum ex igne viſibili, ardor, & dolor inuiſibilis trahitur, quo incendio Anima, non ſolum videndo ſed experiendo patitur:* Experiri enim incendium eſt, ac ſi corpus eius combureretur: Hoc autem fit per qualitatem ſpiritualem a Deo illi tributa. Hæc omnia dicit Suarez cum ſuis, &c.

Hæc qualitas ſpiritualis eſt nobis ignota.

Auctoritas D. Greg.

20 Impugnatur Suarez ſententia.

Verùm eſt tamen; Hoc, quod ait Suarez multò magis reddere ſuam opinionem improbabilem: Nam in primis ſi virtute ſupernaturali ignis producit qualitatem ſpiritualem, affligentem, & cruciantem Animas, & ſpiritus Dæmonum, ergo non actione corporea cruciantur, ſed ſpirituali; At hoc non ſaluat, ignem corporeum, vt corporeum agere in ſpiritum, quod nos ſaluare debemus, ſuſtinendo propoſitiones Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum eſſe veras in propria, ac litterali ſignificatione: Nam vri, & cremari eſt actio corporalis, & prouenit ex nimia calefactione ignis: Si ergo Animæ cremantur igne Purgatorij vel Inferni, neceſſè eſt, quod actio illa, qua formaliter cruciantur ſit nimia calefactio, quæ eſt actio corporea; Vndè ex hac opinione non habemus vllam deciſionem difficultatis propoſitæ: Nam difficultas eſt in explicando modum, & ideò de hoc eſt tota controuerſia, quæ adhuc inſoluta relinquitur.

Vri, & cremari eſt actio materialis proueniēs ex nimia calefactione;

Opinio Suarez nō ſoluit difficultatē.

21 Septima ſententia, Scoti.

His ergo opinionibus Doctorum explicatis, ponenda eſt ſententia celebris Doctoris ſubtilis, qui in 4. lib. ſent. D. 44. q. 2. abſolute dicit: Animas ſeparatas, ac ſpiritus Dæmonum, ſiue in Inferno, ſiuè in Purgatorio, verè, & realiter cruciari ab illo ardentiſſimo igne, in quo effectiue formaliter diffinitiuè detinētur, tamquam inſtrumento diuinæ iuſtitiæ à Deo autem principaliter, & effectiuè; Solus enim Deus eſt, qui effectiuè detinet Animas illas, ac ſpiritus in igne, locando ipſas in eo effectiuè, & diffinitiuè, prohibendo, ne ab illo igne ad aliud corpus, ſiuè ad alium locum moueantur.

Effectiuè formaliter, diffinitiuè,

Declaratur ſententia. Scoti.

22 Cruciantur pena triſtitię. Pœna ſenſus quæ ſit.

Ex qua detentione ignis cruciantur ſpiritus illi nō pœna ſenſus, propriè dicta, ſed pœna triſtitiæ. Eſt autem pœna ſenſus paſſio, conſequens apprehenſionem ſenſitiuam, & in appetito ſenſitiuo, quæ generatur in Anima ex offenſione carnis; vanum eſt ergo (ait Scotus) in Animalibus ſeparatis quærere dolorem, propriè dictum, quia cùm careant carne, & ſenſu, non poteſt poni appetitus ſenſitiuus, neque paſſiones, conſequētes eum, ſed cruciantur, inquam, pœna triſtitiæ, quæ eſt paſſio, proueniens in Intellectu, & voluntate ex aliquibus rebus, quæ nobis nolentibus accidunt, prout dicit D. Auguſt. lib. 14. de ciuit. Dei. cap. 15. ex cuius doctrina iſtæ diffinitiones colliguntur.

Pœna Triſtitiæ, quæ.

D. Auguſt.

23 Probatur ſententia Scoti ex duplici capite.

Probat autem Scotus, quod Animæ ſeparatæ, ac ſpiritus Dæmonum ex tali detentione cruciantur pęna acerbiſſima triſtitiæ ex duplici capite: Primò quia ignis detinet Animas ſeparatas, ac ſpiritus in ſe ipſo diffinitiuè, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ: ſecundò, quia immutat intellectum ipſarum Animarum, ac ſpirituum, eſt obiectum diſconueniens. Non eſt autem diſconueniens ex natura rei, ſed vt nolitus. Apprehendunt enim ſe detin.ri illo igne, & nollent cum ſit contra appetitum commodi, tum ex certa apprehenſione euentus huius noui.

Ignis eſt diſcōueniens, vt nolitus.

Vndè ex tali obiecto triſtabili, & nolito cauſatur magna triſtitia, & afflictio in Intellectu, & voluntate ipſarum ratione immutationis. Nam ſpiritus contra ſui voluntatem detinentur in illa intenſa conſideratione ignis: Cognoſcunt enim illi Spiritus ignem efficere caliditatem, quæ eſt actio naturalis illius: ſupernaturaliter autem ex diuinæ iuſtitiæ ordine habet, quod ſpiritus, & Dæmones, etſi cognoſcant illam caliditatem non poſſe eis nocere, tamen trepidant timore vbi non eſt timor, vt ex illa afflictione, quam ſolet afferre ignis, quam optimè norunt afficiantur, quaſi ipſi tali affectione cruciari debent. 24

Ignis detētio cauſat magna triſtitiam in Intellectu, & voluntate.

Cognoſcunt ſpiritus ignis efficere caliditatē illam.

Trepidant timore vbi non erat timor.

Non eſt autem contra ordinem naturæ, vt ſpiritus huiuſmodi timore trepident, & quod cōcipiant horrorem illum combuſtionis in ſe ipſis, licèt reuera nō comburentur ſenſibiliter, ſed ſolum obiectiuè, quia videmus, (vt dicebat D. Aug. lib. 12. de Ciuit. Dei c. 16.) quod ſicut Anima, etſi ſit ſpiritus, cum tamen iungitur corpori afficitur paſſione ab illa coniunctione, ergo à ſimili non eſt inconueniens, quod ſpiritus alligatus igni per detētionem realem localem, & obiectiuam in cōtemplatione illius percipiat horrorem, & triſtitiam illius combuſtionis in ſe ipſo: Licèt ergo ſpiritus detineantur, præcisè ab igne localiter, & obiectiuè, non eſt mirum, quod poſſit efficere illam triſtitiam, & horrorem in ipſis, & ſic verè, & realiter ſentiant combuſtionem non ſenſitiuam, & materialem, ſed intenſionalem, veram tamen, & realem. 25

Quomodo horror, & timor ignis cauſetur in ſpiritibus. D. Auguſtin.

Spiritus alligatus igne formaliter, & obiectiue.

Suſtinendo ergo, quod ignis agat obiectiuè in Intellectum, & voluntatem, & intentionaliter, vt explicatum eſt, ſequitur quod Diuina virtute poteſt imprimi ab illo obiecto terror, & horror qualitatis ignis comburentis optimè cognitæ à ſpiritu, & Anima ſeparata, qua trepidet, & crucietur, ac ſi corporaliter, & materialiter combureretur. Hæc Scotus. 26

Declaratur clarius ſententia Scoti.

Ad quod forſitan reduci poteſt illud, quod dicebat Suarez: Ignem illum producere in ſpiritus qualitatem quamdam ſpiritualem, quæ miris modis cruciet illos: Hæc enim qualitas ſpiritualis eſt illa ſpecies intelligibilis obiecti ignis cum illo horrore, & trepidatione ex Diuina iuſtitia concomitante. Hoc enim modo non eſt inconueniens dicere, quod ſpiritus poſſit cruciari à corpore, licèt ſit incorporeus: Nam ſicut Rationalis Anima incorporea eſt, & tamen à corpore afficitur dum illud informat, diuerſo tamen modo, non enim, vt putabat Soto informat ignem, neque informatur ab illo, ſed ſolùm vnitur illi per determinationem localem diffinitiuam, & obiectiuam, eo modo, vt explicatum eſt ſupra. 27

Sententia Suarez limitatur, & reducitur ad bonum ſenſum.

Quomodo Animæ cruciatur ab igne p alligationem.

Nec valet dicere, quod indè ſequeretur pœnas omnium damnatorum eſſe æquales, cùm omnes æqualiter contineantur ab igne illo? 28

Obiectio.

Reſpondetur, quod licet detentio formaliter ſit æqualis, nolitio tamen, horror, & cruciatus ſunt inæquales: Nam intenſior erit ijs, qui magis peccauerūt, in quibus maior erit triſtitia, iuxta delicti qualitatē, & quantitatem, ſecundum illud, quod dixit Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei. c. 16. *Nequaquam negandum eſt, ipſum æternum ignem alijs lautorem, alijſque futurum eſſe grauiorem: Nam quantum vnaquaq; Anima dum eſſet in corpore glorificauit ſe, & in delitijs fuit tantum debetur illi tormentum, & luctum,* ſecundum illud Apoc. cap. 18. num. 7.

Solutio.

D. Auguſt.

Apoc. c. 18.

Notandum autem, quod licèt talis formalis detentio ignis cruciet Animas Purgatorij, ac ſpiritus Dæmonum in Inferno, non tamen eodem modo: 29

Notandum. Differentia inter triſtitiā damnatorū, & animarum Purgatorij.

Nam

Nam damnati cruciantur ab igne, vt nolito, quia odio habent talem detentionem formalem, & effectiuam detentionem actiuam Dei, & paſſiuam ſui ipſius in igne, & rurſus odio habent ipſum Deum, qui ipſos in tali pœna, & cruciatu detinet, quapropter cruciantur ſuperbia, & inuidia continuè blaſphemando ipſum Deum, qui illos tàm acriter condemnauit, & condemnat: Animæ verò Sanctæ, quæ ſunt in Purgatorio, non ità. Non enim odio habent talem detentionem ſub tali ratione, quatenus effectiuè ſit à Deo, quoniam hoc illis placet, ſed quatenus talis pœna data eſt à Deo in pœnam ſuorum peccatorum, quod eis valdè diſplicet: Hoc enim colligitur ex doctrina Scoti in d. 4. lib. ſentent. D. 44. quæſt. 2.

30 Proteſtatio auctoris. Quæ omnia probabiliter dicta ſunt eo modo, quo ſecundum noſtram intelligentiam, & capacitatem percipi poſſunt pro ſtatu illo: Non enim totaliter, & quidditatiuè intelligi, & explicari poteſt talis modus, ſicuti eſt, quia re vera ſpiritualis eſt, quamuis à corpore ignis procedat: Tentauimus autem aliquid dicere ſecundum probabiliorem rationem, & opiniones Doctorum. Nam, re vera, vt dicebat D. Auguſt. *Spiritus torquentur ab igne miris, ac veris modis, & ex igne viſibili ardorem, & dolorem inuiſibilem ſentiunt, non ſolum vidende, ſed experiende*, vt dicebat Gregorius, locis ſupra citatis.

D. Auguſt. — D. Gregorius.

DE ACERBITATE POENARVM Purgatorij, & de Duratione ipſarum.

CAP. IV.

1 Acerbitas pœnarum Purgatorij. POEnæ, quas Animæ in Purgatorio exiſtentes patiuntur, quàm graues ſint non poſſunt à nobis plenè percipi, & explicari: ſolummodò ipſæmet Animæ defunctorum, quæ illas experiuntur, & ſuſtinent percipiunt: Quapropter rationabiliter ſemper clamant, & dicunt: *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me*: Ait enim Dominus per Moyſen lib. Deuter. cap. 32. *Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad Inferni nouiſſima, deuorabitque terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet*, & in Iſaia cap. 33. quoque legitur: *Quis habitare poterit de vobis cum igne deuorante, & quis habitabit cum ardoribus ſempiternis?* Eſt enim ille ignis ardentiſſimus in ſupremo gradu, qui tamquam inſtrumentum Diuinæ iuſtitiæ cruciat Animas, ibi detentas æternaliter damnatas, temporaliter autem in Purgatorio, in quo purificantur Animæ illæ Sanctæ tamquam aurum in fornace, vt ſolutis peccatorum vinculis poſſint deindè Regnum Dei purificatæ introire.

Iob c. 16. — Deut. 32. — Iſaia c. 33. — Ignis Purgatorij acerbiſſimus.

2 Theolog. in 4. D. 20. Eſt enim omnium Theologorum in 4. D. 20. communiſſima ſententia, dicẽtium *Pœnam Purgatorij eſſe acerbiſſimam, & excedere omnem pœnam huius præſentis vitæ quæcumque ſit illa*: Ità D. Thom. D. Bona. Richar. Palud. & Soto D. 20. & 21. Suarez to. 4. de Pœn. D. 46. ſect. 3. nu. 5. & D. Aug. lib. de Cura pro mort. c. 18. loquẽs de illo igne ait; quod *Licèt æternus ille non ſit, quò ad punitionem, miro tamẽ modo grauius eſt, exceditq; omnes pœnas, quas aliquis in hac vita paſſus eſt*: & D. Anſelmus in Epiſt. 1. ad Corinth. c. 3. ait. *Sciendum eſt, quod grauior eſt ille ignis, quam quidquid homo pati poterit in hac vita*: & in Elucid. loquens de igne Purgatorij dicit: *Quibus minimum maius eſt, quam maximum, quam in hac vita excogitari poteſt*: Inſuper D. Auguſt. Epiſt. 206. affirmat: *Pœnam ſenſus Purgatorij eſſe æquè grauem, ac Inferni, & ſolum in duratione differre: cum ſit idem ignis Inferni.*

D. Thomas. D. Bona. Richardus. Palud. Soto. Suarez. D. Auguſt. D. Anſelmus. — D. Auguſt.

3 Quare Pœnæ Purgatorij ſint acerbiſſimæ? Rationabiliter autem Deus ordinauit: pœnam Purgatorij grauiorem eſſe pœnis huius vitæ, eò quod homo in hac vita, tempore ſibi conceſſo non eſt vſus ad benigniorem compenſationem faciendam: Vndè meritò Deus acrioribus ſupplicijs ingratos, & contemptores cruciat. Scotus autem loc. cit. rationem aſſignat præter alias: quia illa pœna eſt inuoluntaria, & quo magis eſt inuoluntaria, tanto minus eſt ſatisfactoria, ideòque debet eſſe maior, quàm pœnæ huius vitæ, quæ voluntariè aliquo modo ſuſtinentur, & D. Auguſt. in Pſalm. 33. *Domine ne in furore tuo arguas me: ait Damnatos argui in furore Dei, iuſtos vero corrigi in Purgatorio in ira Dei, qui purgantur igne, qui grauior eſt omni pœna huius vitæ*: Idem etiam dicit D. Gregor. in Pſalm. 37. & D. Bernard. ſerm. de obitu Numberti, & Beda lib. 3. Hyſt. Angl. cap. 19. & lib. 9. cap. 13. alijque Patres communiter.

Scotus aſſignat rationẽ. — D. Auguſt. — D. Gregor. D. Bernard. Beda.

4 Ratio Diuinæ iuſtitiæ ita poſtulat. Ratio ergo Diuinæ iuſtitiæ poſtulat, vt grauioribus ſupplicijs puniantur Animæ ſeparatæ in Purgatorio, quã quibuſcumque malis, quæ in hac vita pati poſſent, & hoc propter grauitatem offenſionis diuinæ, etiam minimæ, quæ altioris rationis eſt, quam omne malum creaturæ, & ideò licèt non ſemper æternaliter mereatur talem pœnam, meretur tamen pœnam grauiorem, & quaſi altioris ordinis, quam Deus in vita futura cum rigore exigit, eò quod homo in hac vita, tempore ſibi conceſſo vſus non eſt ad benigniorem compenſationem faciendam, vt eſt communis omnium Theologorum ſententia in 4. lib. ſent. D. 20. & 21.

5 Anima ſeparata eſt capax doloris acerbiſſimi. Eſt enim Anima ſeparata capax huiuſmodi pœnæ à Deo inflictæ, ſiuè infligendæ, quia malum ſpirituale, quod obiectum eſt illius triſtitiæ eſt grauius malum, quam ſenſibile obiectum doloris, & fortius apprehenditur ab Anima ſeparata, quæ etiam expeditior eſt ad operandum: Affectiones etiam ſpirituales tam gaudij, quàm triſtitiæ, quæ ex ſe ſunt vehementiores, & Deus etiam facilè poteſt neceſſitate quadam ad tantum dolorem, & triſtitiam Animas purgandas mouere, & ideò ſequitur pęnas Purgatorij eſſe acerbiſſimas.

6 De pœna frigoris acerbiſſimi. Non ſolùm autem cruciantur Animæ ab illo igne ardentiſſimo, ſed etiam aliquandò frigore intollerabili, ſecundum illud Iob cap. 24. num. 19. vbi dicitur; *Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad Inferos peccatum eorum*, vti nos diximus ſupra in hoc tract. cap. 2. num. 13. Niuis enim, & glaciei pœnas ſuſtinebunt, vltra pœnam ordinariam acerbiſſimi ignis: Viſum enim ſæpè eſt à Sanctis Patribus Animas Purgatorij ſæpè mutari à nimio calore ad rigidiſſimum frigus, & è conuerſo, prout referunt Beda, D. Gregorius, & D. Anſelmus locis ſupra citatis d. cap. 2. huius tract. num. 13. Eſt enim valdè probabile, quod Animæ in Purgatorio his, alijſque ſimilibus inſtrumentis à Deo inflictis crucientur, prout probant Suarez d. tom. 4. de Pœnitent. D. 46. ſect. 2. num. 2. in fine, & Faber de Pœnit. D. 19. cap. 2. in 4. lib. ſent. D. 46. cap. 2. num. 30.

Iob c. 24. — Viſiones Sanctorum. — Beda. D. Greg. D. Anſelmus. — Suarez. Faber.

7 Pœna damni priuationis beatificæ maxima. Inſuper affliguntur maximè Animæ illæ Sanctæ in Purgatorio detentæ pœna triſtitiæ, & afflictionis maximè propter pœnam damni ex carentia viſionis beatificæ, (licèt ad tempus,) quæ pœna eſt grauiſſima ex parte priuationis tanti inexiſtimabilis boni, quæ licèt temporalis ſit, grauius malum meritò exiſtimatur, quam quodlibet temporale damnum vitæ præſentis, prout dicunt D. Thomas in 4. D. 21. quæſt. 1. A. 1. quæſt. 3. & Palud. D. 20.

D. Thomas. Paludanus.

Soto. Bellarm. Suarez.

A.2.q.1.Soto D.19.q.2.A.2.& Bellarm. lib.2.de Purgat.c.4.& Suarez ſupra D.46. ſect.2. nu.2. cum alijs, quos nos citauimus, & probauimus diffuſius in hoc tractatu c.2.à num.2. vſque ad 10. vbi probauimus: Triſtitiam ortam ex illo malo, apprehenſam eſſe maiorem quocumque temporali damno, vel triſtitia huius vitæ præſentis.

8
Aſſignatur ratio.

Ratio autem huius eſt, quia magnitudo illius pœnæ oritur ex magnitudine boni omiſſi, ſeu mali præſentis, & ex vehementi illius conſideratione, & ex magna affectione ad illud: Talis enim eſt fruitio Diuinæ præſentiæ, vt poſſeſſio illius per horam excedat omnia bona huius vitæ, ſimul ſumpta, & per multum tempus poſſeſſa, ergo retardatio tanti boni, & priuatio eius, licèt temporalis, maximum malum eſt abſque vlla comparatione, excedens omnia mala huius vitæ: Animæ vero illæ Sanctæ ponderant, & expendunt optimè grauitatem illius mali, & grauiſſime illas cruciat, quia cognoſcunt ſua culpa, & negligentia tale malum ſuſtinere. Ita Suarez d.tom. 4.de Pœnit.D.46.ſect.3.num.5.

Fruitio Diuinæ eſſentiæ eſt ſummum bonum.

Priuatio illius etiam ad tempus eſt ſummum malum. Suarez.

9
Dolor de gradibus gloriæ non conſecutis, & ammiſſis.

Hinc exiſtimo: Triſtitiam, & afflictionem, iſtam vt eſt pœna, per ſe impoſita ad purgationem culparum magis eſſe de gradibus beatitudinis, perpetuo omiſſis, ſeu non lucratis propter negligentiam, & otium, & venialia peccata commiſſa, quàm propter ſolam dilationem beatitudinis aliquando conſequendæ. Quapropter omnes Theologi communiter concludunt, dicentes: Quamcumque Animam in Purgatorio exiſtentem optare potius ſuſtinere quaſcumque huius vitæ pœnas, quam in illis quibuſcumque, & qualicumque breuiſſimo tempore detineri, ſaltem propter dilationem gloriæ, de qua maximè triſtantur.

Dilatio gloriæ cauſat maximam triſtitiam.

10
Quæſtio 2. De duratione pœnarum Purgatorij.

Secundò: Quæritur: Quanto tempore Animæ purgandæ detinentur in Purgatorio.

Reſpondetur primò; Non poſſe à nobis proprium, & præciſum tempus illarum pœnarum præfigi, cum hoc non ſit reuelatum; ſolus enim Deus ipſe nouit, qui, ſecundum menſuram delicti ſua infinita ſapientia pœnas luendas determinauit, & determinat: Illud autem, quod certiſſimum eſt, & ſcitur: Purgatorij pœnas, non eſſe æternas, ſed temporales, neque duraturas eſſe vltra diem generalis Iudicij, prout apertè docet D. Auguſtin. lib. 21. de Ciuitate Dei cap. 16. dicens: *Purgatorij pœnas nullus futuras opinatur, niſi ante illud vltimum tremendum Iudicium vniuerſalem.*

Non ſunt æternæ. Neque vltra diem Iudicij. D. Auguſt.

11
Duratio pœnarum Purgatorij eſt inæqualis ſecundum delicti qualitatem.

Secundò: Reſpondetur durationem pœnarum Purgatorij non eſſe æqualem in omnibus Animabus, quæ ibi purgantur: & Ratio huius eſt, quia non omnes Animæ decidunt cum æquali reatu peccatorum commiſſorum, & ideò nec pœna illarum erit æqualis, ſed quanto magis, minuſque tranſitoria dilexerunt, tanto breuius, tardiuſque ſaluabuntur: *Nam quanta fuerit peccati malitia, tanta erit tranſeundi mora:* prout dicit D. Auguſt. lib. homil. 50. num.16. Quapropter communiter dicunt Theologi; Incertum nobis eſſe, quanto tempore vnaquæque Anima purganda ſit in Purgatorio: Non enim poteſt aliquis terminus maximus à nobis determinari, vltra quem non traſcendat illa duratio in aliqua, vel aliquibus Animabus in Purgatorio purgandis.

D. Auguſt. Incertum nobis eſt quanto tempore durent.

12
Opinio Soti de numero decem annorũ.

Verùm eſt tamen quod Dominicus a Soto in 4. ſent.D.19.quæſt.3. A.2. exiſtimat: Neminem vltra decennium in Purgatorio detineri, quod ex quibuſdam coniecturis deducit: Non enim eſt putandum (ait ipſe) Deum multo tempore velle carere ſocietate ſuorum amicorum, quapropter in ijs, qui magis peccauerunt diuturnitatem temporis intenſione pœnarum credibile eſt compenſare, cùm Animæ illæ ſint ſolutæ corpore nullo modo poſſunt eſſe corruptibiles, vndè non eſt periculum corrumpendi illas per intenſionem pœnarum: Quemadmodum circa diem Iudicij vniuerſalis Animæ omnes detentæ in Purgatorio per eamdem intenſionem citius purificabuntur, vt eſt communis doloris Theologorum ſententia, deſumpta ex doctrina D. Auguſtini: loco ſupra citato.

Coniecturæ, & probabilitates Soti.

D. Auguſt.

13
Mediantibus ſuffragijs, & Indulgentijs.

Preterea accedunt ſuffragia Eccleſiæ, & Indulgentiæ, quæ conceduntur à Pontifice maximo, applicando ex theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragij merita ipſius Domini Ieſu, qui pleniſſimè pro omnibus ſatisfecit pretio magno ſanguinis ſui, cui etiam accedunt merita Beatæ Mariæ Virginis, ac Sanctorum, quæ omnia in theſauro Eccleſiæ continentur, cuius claues, & poteſtas diſpenſandi eſt in ſummo Pontifice, concedente indulgentias, etiam pro Animabus Purgatorij per modum ſuffragij. Quæ omnia adiuuant ſatisfactiones ab illis debitas, & ideò breuiter à pœnis Purgatorij liberari credibile eſt. Ita Soto, loco ſupra citato.

14
Impugnatur Soti ſententia.

Hæc autem opinio Soti, licèt ſit pia, non tamen habet verum, & ſolidum fundamentum, cùm adhuc talis reuelatio non ſit facta ab ipſo Deo: Nam illæ coniecturæ non magis probant de decem annis, quam de quinque, vel viginti, aut pluribus annis: Imò per multas reuelationes factas ab aliquibus Animabus contrarium conſtat, dicentibus ſe eſſe condemnatas vſque ad diem Iudicij, niſi ſuffragijs piorum adiuuentur: Imo Eccleſia Sancta Dei aliud omninò ſentire videtur, quæ ſuffragia pro defunctis poſt multos annos vltra decem offerre conſueuit, vt experientia conſtat.

Eccleſia contrarium ſentire videtur.

15
Conceſſio indulgẽtiarum contrarium docet.

Vſus etiam in conceſſione indulgentiarum pro defunctis contrarium docet: conceduntur enim Indulgentiæ plurium annorum quàm decem, aut viginti: nam ſæpè ſæpius conceduntur centum, aut mille annorum per modum ſuffragij pro defunctis; ergo Eccleſia ſupponit Animas pluſquam decem, aut viginti annis illis pœnis detineri poſſe, cùm ergo hoc tempus ſit incertum non poſſumus totaliter cum opinione Soti conuenire, cùm talis numerus decem annorum ſit voluntarius, & abſque vllo certo fundamento, Iudicia enim Dei occulta ſunt: Quapropter probabilius exiſtimant alij Theologi, Animas multorum hominum detinendas eſſe in pœnis Purgatorij vſque ad diem Iudicij vniuerſalis, niſi mediantibus Eccleſiæ ſuffragijs, & indulgentijs citius libereutur. Ita Suarez tom.4. de Pœnit. D.46. ſect.4.num.6.Conink p.2.de Sacr.D.11.de Purg.d.4. num.38.Faber in 4.ſent.de Pœnit.D.19. c.4.diſp.36. num.99.& alij.

Suarez. Conink. Faber.

16
Quæſtio 3. De remiſſione pœnarum. Pœna damni ſemper minuitur.

Quæritur tertio. An pęna Purgatorij paulatim per remiſſionem minuatur, vel ſemper eadem intenſione duret, donec tota ſimul finiatur?

Reſpondetur diſtinguendo, quod ſi loquimur de pęna, quæ appellatur damni, quę conſiſtit in dilatione viſionis beatificę; Dicimus quod iſta ſemper videtur minui, eò quod obiectum talis triſtitiæ ſemper minus fieri videtur: Nam ſemper tale tempus dilationis minuitur, & è conuerſo Beatitudo quodammodo magis, ac magis ſemper appropinquat, quod magnam eis affert conſolationem: Atque ita per piorũ ſuffragia tempus illud dilationis maximè minuitur, quoniam de talibus ſuffragijs, pro eis oblatis, & de effectu conſecuto certiores fiunt per Angelos ſuos cuſtodes, & ideò talis pœna ſemper minuitur.

Si autem loquimur de pœna ſenſus: Dicimus 17
ſecun-

Digitized by Google

Pœna ignis minuitur quo ad extẽſionẽ, non quo ad intenſionem.

ſecundum probabiliorem Theologorum ſententiam, quod non minuitur, quò ad intentionem, ſed ſolum ad extenſionem, & durationem temporis: &

Ratio aſſertionis.

Ratio huius eſt, quia illa pœna non incipit ſucceſſiue, quò ad intentionem, ſed ſimul in ſummo gradu incipit, & deſinit: Res enim ad eumdem modum deſtruuntur, quo generantur, ergo in illo gradu integrè durat, donec tota integra ſimul auferatur: Vndè per ſuffragia, & indulgentias pœna Purgatorij, quò ad durationem, non verò quò ad intenſionem, ſeu pœnæ grauitatem minuitur:

Exemplific. Aſſertio.

Sicut qui damnantur ad Triremes per quinquennium, ità flagellantur, & laborant vltimo die, ſicut in primo:

Viſiones quo modo intelliguntur.

Quapropter reuelationes, quæ referuntur à Beda, & Carthuſiano, & alijs circa diminutionem pœnæ intelliguntur, quò ad dilationem temporis, & gloriæ, non verò quò ad diminutionem intenſiuam pœnæ ſenſitiuæ. Ità Suarez d. D. 46. ſect. 4. num. 7.

Suarez.

18 Quæſtio 4. An poſſint ad tempus exire. Secundum legem ordinariam minimè.

Quæritur quarto. An Animæ, quæ in Purgatorio exiſtunt poſſent indè exire ante finitum tempus purgationis, & iterum redire?

Reſpondetur ſecundum legem ordinariam, numquam Animas, quæ in Purgatorio exiſtunt, tamquam in carcere indè exire donec reddant nouiſſimum quadrantem. Ità Tertullianus lib. de Anima cap. 57. circa finem D. Chryſ. homil. 29. in Matth. D. Auguſt. lib. de cura pro mort. cap. 11. 12. & 15. quos ſequitur Suarez d.D.46. ſect.4. num.10. & Ratio huius eſt, quia Animæ ad purgandas pœnas peccatorum ſuorum à Deo in Purgatorio deſtinatæ, cognoſcentes Diuinam voluntatem illi totaliter ſe ſubmittunt.

Tertullianus. Io. Chryſ. D. Auguſt. Suarez.

19 Per diſpenſationem Diuinam aliquandò poſſunt. D. Auguſt. De Apparitionibus.

Verùm eſt tamen, talem legem non eſſe omninò indiſpenſabilem, & ideò quandò à Deo hoc illis permittitur poſſunt ad tempus indè exire, vt appareant hominibus in corpore aëreo aſſumpto, ſicut ſæpè ſæpius ſolent Angeli. Quapropter D. Auguſt. loco ſupra citato probabiliter credit, apparitiones, quæ aliquandò ex diſpenſatione Diuina facere ſolent, eſſe veras, prout ſuadent multa exempla, quæ referuntur à D. Gregor. lib.4. Dialog. & Beda lib.5. de Hyſt. Anglic. de apparitionibus huiuſmodi Animarum Purgatorij.

D.Gregorius. Beda.

20 Aduertentia.

Aduertendum eſt tamen, quod quando talis diſpenſatio fit à Deo pœna non interrumpitur, ſed in quocumque loco ſint ſentiunt eamdem pœnam, ſicut in Purgatorio, & Ratio huius eſt, quia tunc talis interruptio earum pœnarum potius pęnam illis augeret dilatando tempus beatitudinis: Neque talis interruptio eſt neceſſaria, quia ignis ille ſicut in hoc aëre cruciat ſpiritus Dæmonum, ita etiam illas Animas torquere, & continuè purgare poteſt in quocumque loco ſint: Hoc enim eſt eſſe diffinitiuè formaliter, vt ſupra iam declaratum eſt. Ità Suarez D.46.ſect.4.num.11.

Ignis cruciat Animas in quocumque loco ſint.

Quid ſit eſſe diffinitiuè formaliter. Suarez.

21 Quæſtio 5. Dæmones an poſſent mouere Animas ſeparatas de loco ad locum?

Vltimò tandem: Quæritur; An Dæmones poſſent mouere Animas ſeparatas de loco ad locum virtute naturali?

Non poſſunt abſque Dei permiſſione.

Reſpondetur; Poſſe Dæmones hoc facere, ſi hoc Deus aliquandò permitteret: quamquam de facto ſine Dei permiſſione hoc facere non poſſunt: Non enim poſſunt Dæmones Diuinæ iuſtitiæ, & ordinationi reſiſtere efficaciter, propter quam cauſam non poſſunt Dæmones Animas defunctorum in hunc mundum reuocare, prout dicit D. Auguſt. lib. 10. de Ciuit. Dei c.16. qui dicit: *Apparenter id aliquando facere Dæmones ad decipiendos homines, pertinetque hoc ad quandam ſpeciem Magiæ; tamen reuera, & realiter non poſſunt*

D. Auguſt.

22 Aſſignatur ratio.

Ratio autem huius eſt, quia vel illæ ſunt Animæ Sanctæ, & ſic non poſſunt Dæmones in illas habere vllam poteſtatem; ſi verò ſunt Animę damnatæ, non poſſunt illas educere è carcere in quem Deus illas condemnauit, ibique permanere voluit, vel ad ſemper, vel ſecundum tempus determinatum. Ita Tertullianus lib. de Anima c.17. Suarez tom.4. de Pęnit. D.46. ſect.4. nu.10. Lactantius lib.12. c.17. D. Auguſt. loc. cit. & alij.

Tertullianus. Suarez. D. Auguſt. Lactantius.

Et hæc de pœnis, quibus Animæ fideliũ defunctorum cruciantur in Purgatorio, ac de acerbitate, & duratione ipſarum. Reſtat modo dicendum de ſtatu gratiæ, & certitudine earum ſalutis, de quibus in ſequentibus eſt dicendum.

DE STATV GRATIÆ ANIMARVM Purgatorij, ac de certitudine futuræ gloriæ.

CAP. V.

PRo præſentis Tractatus complemento dicendum ſupereſt de ſtatu gratiæ, & ratione eſſendi, & operandi illarum Animarum in Purgatorio exiſtentium, vt nihil deſit de ijs, quæ ad præſentem materiam pertinent.

Prima Aſſertio. Animæ Purgatorij carent omni culpa.

Supponimus ergo Primo ex communi Theologorum ſententia in 4. lib. ſent. D. 21. Catholicam eſſe veritatem, (ſuppoſitis principijs fidei noſtræ) omnes Animas in Purgatorio exiſtentes carere omni culpa, non ſolum originali, verum ètiam actuali, licèt enim in hac vita degentes culpas aliquas commiſiſſent, neceſsè eſt tamen, vt ante mortem corporalem illarum remiſſionem obtineant, aliàs enim non in Purgatorium, ſed in Infernum deſcendent.

In Purgatorio non purgantur culpæ, ſed pœnæ.

Non enim in Purgatorio purgantur culpæ, ſed tantummodò illis culpis debitæ pœnę, de quibus non plenè dum eſſent viatrices Deo per pœnitentiam, & bona opera integram ſatisfactionem fecerunt: Quapropter Animæ, quæ in Purgatorio exiſtunt, licèt liberæ ſint ab omni culpa, non tamen à reatu pœnæ, quam luere debent per ſatiſpaſſionem in Purgatorio. Ità Suarez tom. 4. de Pęnit. D. 47. ſect. 1. num. 4. & eſt communis omnium Theologorum ſententia.

Suarez cum omnib. Theologis.

2 Aſſertio ſecunda. Qui plenè in hac vita ſatiſfecerunt ſtatim intrant in gloriam.

Animæ verò Sanctæ, nullam habentes peccati maculam, vel ſi habuerunt, cùm eſſent viatrices, plenè de illis omnibus cùm eſſent in corpore pœnitentiam fecerunt, vel per pia opera ſatisfactoria, vel per indulgentias conſecutas illorum omnium remiſſionem obtinuerunt non ſolum, quò ad culpas, verum etiam quò ad pœnas illis debitas, ſtatim in hora mortis efficiuntur beatæ, & recipiuntur in Gloriam:

Qui nõ ſatiſfecerunt purgandi ſunt in Purgatorio.

Si verò totaliter non ſatisfecerunt de omnibus ſunt in Purgatorio purgandæ quemadmodum aurum purificatur in igne, vt indè purificatæ tranſire poſſint in Gloriam: quoniam in Regnum Dei nihil coinquinatum ingredi poteſt.

3 Aſſertio tertia. Quamdiu Animæ non ſũt totaliter purgatæ detinentur in Purgatorio.

Ex quo ſequitur, quod quamdiu Animæ fidelium in Purgatorio detinentur non ſunt totaliter purgatæ à reatu pœnæ ſoluendæ: aliàs enim ſi vltra condignum punirentur, & ſoluto delicto adhuc in carcere detinerentur repugnaret rationi Diuinæ iuſtitiæ, quod non eſt dicendum: *Deus enim iuſtus eſt Iudex, qui reddit vnicuique ſecundum opera ſua*.

4 Terminus huius vitæ eſt mors.

Secundò ſupponimus: Terminum huius vitæ præſentis eſſe mortem in illo inſtanti, quandò ſeparata eſt Anima è corpore: tunc enim tempus merendi, vel demerendi terminatur, quapropter in eo ſtatu, in quo inuenitur Anima hominis immutabiliter permanet, vel per obſtinationem

Eccl. c. 11.

in malo, ſi ſit in culpa mortali, vel per confirmationem in bono, ſi ſit in gratia, iuxta illud Eccleſ. cap. 11. dicentis: *In quemcumque locum ceciderit arbor, ſiuè ad Auſtrum, ſiuè ad Aquilonem, ibi æternaliter permanebit*. Per arborem intelligitur homo, per Auſtrum gratia, per Aquilonem iniquitas, prout explicant D. Gregor. lib. 12. moral. cap. 3. & Suarez d. D. 47. ſect. 1. num. 3. & D. Auguſt. lib. de Prædeſt. Iuſt. cap. 14.

D. Gregorius. D. Auguſt. Suarez.

5 Animæ Purgatorij ſunt confirmatæ in gratia.

Aſſignatur ratio.

Ex quo ſequitur; Animas iuſtorum, etiam indigentes purgatione in ipſo inſtanti, quo ſunt ſolutæ vinculo corporis in actu ſeparationis, in quo conſiſtit mors corporalis cõfirmari in gratia ab ipſo Deo immediatè, adeò vt non poſſint amplius peccare, neque aliquo modo demereri. Et Ratio huius eſt, quia cùm Anima cuiuſcumque viatoris ſeparata à corpore non ſit amplius viatrix, & extra ſtatum amplius merendi, ſequitur, quod, etiam ſit extra ſtatum demerendi: Nam pronior eſt Deus ad reddendum præmium, quam pœnam: prout doctiſſimè probat Suarez d. tom. 4. de Pœnitent. D. 47. ſect. 1. num. 8.

Suarez.

6 Difficultas.

Si quæras autem: Vndè prouenit Animas illas ſeparatas, quæ adhuc in Patria non ſunt, nec vident Diuinam eſſentiam eſſe in gratia Dei confirmatas?

Quando Animæ confirmãtur in gratia.

Reſpondetur primò; Hoc prouenire ex ſtatu illo; nam in illo inſtanti, in quo Anima hominis ſeparatur è corpore eſt in termino, & ideò non poteſt amplius mereri, neque demereri, eo quod non eſt amplius in via, ſed in termino: Secundò, & principaliter hoc prouenire etiam ex Diuina protectione, quæ Animas illas, in gratia decedentes in ea confirmat ratione illius ſtatus, ad quem duo ſpectant: Vnum vt pœna illa temporalis tantummodò eſſe poſſet; Alterum, vt illa ſoluta, indè ſit tranſitus infallibilis ad gloriam; Ad vtramque autem neceſſaria eſt confirmatio in gratia, & carentia omnis peccati: Nam per mortale peccatum amittitur gratia, & per veniale pœna illa magis, ac magis dilatari poſſet, quod implicat.

Secunda ratio aſſertionis.

7 Tertia ratio eſt ſententia data à Chriſto, in hora mortis.

Deindè Animæ illæ, quæ ad Purgatorium deferuntur, prius iudicium, & finalem ſententiam immutabilem à Deo receperunt, ergo poſt illud iudicium non poſſunt amplius facere alia opera, de quibus iterum iudicandæ ſint, atque adeò neque meritoria, neque demeritoria: quapropter remanent in gratia confirmati, prout communiter dicunt Theologi, & Patres, vt D. Auguſt. lib. 12. de Ciuit. Dei c. 27. D. Hieron. Epiſt. 151. q. 6. Caiet. tom. 1. opuſc. tr. 23. q. 1. Suarez d. D. 47. ſect. 1. nu. 9. Conink p. 2. de Sacr. D. 11. de Purgat. d. 6. nu. 46.

D. Auguſt. D. Hieron. Caietanus. Suarez. Conink.

8 Quæſtio 2. An ſint certæ de ſua ſalute.

Quæritur ſecundò: An Animæ, quæ ſunt in Purgatorio ſint certæ de ſua præſenti iuſtitia, & futura gloria?

Concluſio eſt affirmatiua.

Reſpondetur, certiſſimum, indubitatumque eſſe, Animas Purgatorij omninò eſſe certiſſimas de ſua ſalute, tam quò ad præſentem iuſtitiam, tam quò ad æternam beatitudinem poſt illum ſtatum conſequendum, & hanc certitudinem recipere in iudicio particulari in inſtanti ſeparationis Animæ è corpore, in quo inſtanti ſeparationis Animæ in eodem loco per Diuinam potentiam datur diffinitiua ſententia, & irreuocabilis ab ipſo Deo iudicante, quæ ipſi Animæ nota eſt, per quam ſententiam duo cognoſcit Anima; videlicet dignam eſſe vitæ æternæ propter bona merita, & illam eſſe ſibi reddendam in tali, & tali gradu, differri tamen, quia adhuc digna eſt tanta, ac tali pœna, quam prius ſuſtinere debet in Purgatorio, vt tamquam aurum in fornace probata tranſire poſſet ad gloriam.

In inſtanti ſeparationis Animæ fit iudicium particulare.

Duo cognoſcit Anima mediante ſententia.

Statum, & gradum gloriæ, ſiuè pœnæ.

Deindè cognoſcit talem Dei ſententiam eſſe immutabilem, & infallibiliter habituram eſſe effectum, per quam ſententiam certiſſima eſt de præſenti ſtatu, ac de futura Beatitudine, & non ſolùm cognoſcit pœnam illam futuram eſſe temporalem, ſed etiam quanto tempore duraturam, niſi mediantibus piorum ſuffragijs, & ſacrificijs, vel Indulgentijs ipſi applicatis à fidelibus citius liberetur. Ità D. Thom. in 4. D. 21. q. 1. A. 1. q. 4. Caiet. tom. 1. opuſc. tr. 23. q. 2. Bellarm. lib. 2. de Purgat. cap. 4. Suarez D. 47. ſect. 3. num. 5. 9

Sententia Chriſti eſt immutabilis. Sunt certiſſimæ de futura gloria, & de tempore pœnandi.

D. Thom. Caietanus. Bellarm. Suarez.

Conſtat etiam hoc ex multis reuelationibus, & apparitionibus, quas refert D. Greg. lib. 4. Dialog. c. 40. in quibus dicitur; *Nonnullas Animas Purgatorij apparuiſſe, Deo permittente, multis pijs hominibus, dicentes, & affirmantes, ſe fore citius liberandas, & ſtatim, ſi alia ſuffragia pro illis à fidelibus offerantur*, ergo cognoſcit ſuum ſtatum, & futuram gloriam infallibilem, quapropter hæc eſt communis omnium Theologorum ſententia. 10

Probatur Aſſertio ex reuelationibus. D. Gregorius.

Quæritur tertiò. Quomodò fiat hoc iudicium particulare, & in quo loco, & à quo pronunciatur ſententia diffinitiua ſaluationis, vel damnationis. 11

Quæſtio 3. Quomodò, & in quo loco fiat iudicium particulare.

Reſpondetur credibile eſſe ſecundum probabiliorem Theologorum ſentẽtiam, Animas morientium iudicari in ipſo loco, in quo è corporibus decidunt in ipſo actu ſeparationis Animæ è corpore: Hoc enim faciliter fieri poteſt per Diuinam potentiam, & eſt valdè conueniens, quia aliàs deberetur interponi aliqua mora inter mortem, & iudicium faciendum, ſi deberet Anima aliò deduci, cùm hoc in eodem inſtanti fieri non poſſet, & ideò deberent poni plura inſtantia.

Fit in inſtanti in ipſa hora mortis.

Probatur aſſertio.

Deindè non eſt credibile, nec conueniens Animas, ſiuè damnandas, ſiuè purgandas primò deduci ad Cœlum, & ingredi Empyreum coram faciem Domini, vt ibi iudicentur, & indè reduci ad locum ſupplicij. Non enim in illo Regno beatitudinis aliquod coinquinatum ingredi poteſt: Quapropter tale iudicium credibile eſt fieri in eodem loco, in quo Anima egreditur è corpore. Ità Conink 2. p. de Sacramentis D. 11. de Purgat. d. 5. nu. 43. & alij. 12

Conink.

Dico ſecundo. Indubitanter credendum eſt: Hoc iudicium fieri coram Chriſto Domino, iudicante, qui conſtitutus eſt à Deo Patre Iudex viuorum, & mortuorum, nõ ſolùm in Iudicio Vniuerſali in fine mundi, ſed etiam in particulari iudicio, quod fit in ipſa hora mortis corporalis, in inſtanti ſeparationis Animæ. *Neque enim Pater* (teſtante ipſo Domino Ieſu in Euang. Ioan. c. 5.) *iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio, quia filius hominis eſt*: Quapropter ipſemet Chriſtus Dominus dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra*, quæ etiam ad iudicandum quemcumq; hominem in hora mortis debet intelligi, prout dicit idem Conink: loco citat. concl. 2. num. 41. 13

Fit à Chriſto Domino ibi apparente.

Ioan. c. 5. Matth. c. 28. Conink.

Quapropter probabiliſſimum eſt: Animas iudicandas in hora mortis Chriſtum videre in humana forma ſibi apparentem, & iudicantem, tum ad conſolationem iuſtorum hominum, tum ad maiorem confuſionem, & horrorem impiorum, vt vnaquæque Anima in illo inſtanti ſuum iudicem videat, & ſententiam iudicis percipiat: Quod quidem faciliter fieri poteſt cùm Chriſtus per Diuinam virtutem, & potentiam etiam in magna diſtantia, poſſit Animabus in quocumque loco ſint apparere, ſine ſui loci mutatione locali, & hoc per eſſe replicatum. Non enim implicat contradictionem idem corpus Phyſicum per potentiam Dei abſolutam poſſe eſſe ſimul in pluribus locis, ſecundum Scoti doctrinam, ſicuti nos probauimus in noſtris Phyſicis: 14

In humana forma.

Chriſtus Dominus per Diuinam potentiam poteſt ſimul eſſe in pluribus locis per eſſe replicatum.

Scotus.

cis; & in primo tomo noſtræ Theologiæ mor. tract. 4.de Euchariſtia c.2. num.9. ex doctrina Conink in p.1.de Sacr.q.75.A.8.d.1.conc.4.num.128.& p.2.D. 11.d.5.concl.3.num.42.

Conink.

Declaratur quomodo hoc fieri poteſt.

Exemplificatur exemplo Iudicij vniuerſalis.

15 Et confirmatur, quia idemmet Chriſtus Dominus in die Iudicij vniuerſalis palā ab omnib. hominibus reſuſcitatis videbitur, qui ferè innumerabiles erunt à die creationis Mundi, vſque ad conſummationem ſæculi, qui erunt pluſquam millia millium, & decies millia centena millia, & vnuſquiſque illorum manifeſtare ſe oportet ante Tribunal Chriſti, vt reddat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit ſiuè bonum, ſiuè malum, & quilibet illorum auditurus eſt ſententiam Iudicis Chriſti prolatam, tamquam ſi eſſet præſens; ergo veriſimile eſt idem in iudicio particulari fieri; Non enim eſt conueniens, neque credibile Chriſtum Dominum eſſe in continuo motu, ſed ſine ſui motu locali multiplicando ſuam Diuinam præſentiam eſſe in illo loco, vbi datur ſententia per eſſe replicatum ſui corporis per Diuinam potentiam abſolutam.

Quæſtio 4. An Animæ Purgatorij cognoſcant preces noſtras pro illis factas. Reſolutio.

16 Quæritur quartò. An Animæ defunctorum, quæ ſunt in pœnis Purgatorij intelligant noſtras preces, & ſuffragia, quæ pro illis à nobis offeruntur in terris pro earum liberatione?

Cognoſcunt mediantibus illuminationibus Angelorum.

Reſpondetur, quod licèt Animæ illæ propter diſtantiam loci longè ſint à nobis, & cùm adhuc non videant Diuinam eſſentiam naturaliter ex ſe ipſis non poſſint cognoſcere noſtras operationes, tamen credibile eſt illas cognoſcere mediantibus illuminationibus Angelorum, & præcipuè Angeli proprij Cuſtodis, qui Deo permittente per illuminationem ſpecialem de operibus noſtris pro eis oblatis certiores fiunt. Ita D. Auguſt. lib. de cura pro mort. c.13. Suarez D.47.ſect.3.

D. Auguſt. Suarez.

Quæſtio 5. An orent pro nobis? Concluſio eſt affirmatiua.

17 Quæritur quintò: An Animæ in Purgatorio exiſtentes poſſint pro nobis Deo exorare, & impetrare aliquid pro nobis, ſaltem de congruo?

Reſpondetur; Non includere repugnantiam, Animas Purgatorij pro nobis viatoribus Deum exorare poſſe: Non enim impedit ſtatus ille pœnalis, quominus Animæ illæ Sanctæ pro nobis orare poſſent, & impetrare pro nobis auxilium gratiæ, quia Animæ illæ Sanctæ ſunt Dei amicæ, & caræ, noſque ex charitate diligunt, & noſtri recordantur, noruntque ſaltem generaliter ea pericula, in quibus verſamur, & quantum indigemus Diuino auxilio: Cur ergo non orabunt etiam pro nobis, etiam ſi alijs ſuis pœnis ſoluant, debitum pœnæ ſuarum culparum, nam etiam, & nos in hac vita debitores ſumus, & pro illis, & alijs oramus.

Licèt enim Animæ in Purgatorio exiſtentes pro ipſis impetrare non poſſint liberationem, à pœnis ſoluendis, poſſunt tamen pro nobis Diuina auxilia impetrare: Inſuper communiter creditur Angelos Sanctos ſæpe ſæpius, (Deo permittente) aliqua illis reuelare, quæ hic fiunt à viuentibus amicis, vel alio titulo illis coniunctis, vel propter aliquod eorum ſolatium, vel etiam, vt in particulari pro nobis orent, vel ſciant nos pro illis orare; Hæc omnia probabiliſſima exiſtimat Suarez tom.4.de Pœnit.D.47. ſect.2. num.9. 18

Non poſſunt pro ſe ipſis impetrare ſed pro nobis.

Suarez.

Quamuis autem D.Thom.2.2.q.83.A.11.ad 3.videatur contrarium exiſtimare, dicens; Eos, qui ſunt in Purgatorio, non eſſe in ſtatu orandi, ſed magis, vt oretur pro eis propter pœnas, quas patiuntur: Verum eſt tamen quod D. Thomas non conſtanter, nec abſolutè oppoſitum docet, ſed comparatiuè ait: Magis eſſe in ſtatu, in quo pro eis oretur, quam orandi; Quapropter practicè non dubito, honeſtè, & licitè poſſint à nobis Animæ illæ Purgatorij deprecari, vt pro nobis apud Deum intercedant, vt mediantibus earum orationibus gratiam à Deo impetremus. Ità Suarez loc.cit. Cui etiam adhæret Faber in 4. D.19. q.Vnica de Purgat.c.4.D.36.nu.105. 19

D. Thomas videtur contrarium exiſtimare.

Reducitur ad bonum ſenſum.

Comendare nos poſſumus orationibus Animarum Purgatorij. Suarez. Faber.

Et hæc de Purgatorio probabiliter, dicta ſufficiant, quantum ſpectant ad propoſitum noſtrum: Omnia ſubijciendo cenſuræ Eccleſiæ.

Digitized by Google

TRACTATVS IV.

ET DE CENSVRIS IN GENERE.

Tract. Vnicus.

PROOEMIVM.

Facultas clauium non ſolum in foro interno, ſed etiam externo exercetur.

O Veniam Diuina protegente gratia tractauimus huc vſque de Clauium Eccleſia poteſtate, qua tradita fuerunt a Chriſto Domino ſuo Vicario in terris, quibus mediantibus tradita fuit poteſtas peccatorum vincula ſoluendi, non modo per Sacramentalem abſolutionem, de qua dictum fuit plenius in prima parte noſtra Theologia moralis, agendo de Sacramento Pœnitentia: Verùm etiam talis facultas latius patere ſolet etiam in foro externo, virtute Indulgentiarum, qua à Summis Pontificibus ex theſauro Eccleſia conceduntur Chriſti fidelibus, quibus ſoluuntur pœna peccatis debita, de quibus Indulgentijs, iam dictum eſt ſupra in principio huius Secunda Partis noſtra Theologia moralis: Reliquum eſt, vt conſequenter de altera claue, quo ad poteſtatem ligandi vinculo cenſura contumaces, præceptorumque ipſius Eccleſia rebelles dicamus; vt talibus cenſuris, correctionibuſque Chriſti fideles reſipiſcant, & emendentur, ideo enim Eccleſiaſticus iudex vtitur hoc neruo Eccleſiaſtica diſciplina, vt fideles tali timore concuſſi emendentur, & à contumacia reſipiſcant: Non enim data eſt facultas Prælatis Eccleſia, à Chriſto Domino, in deſtructionem, ſed in Aedificationem: Quod autem talis facultas ſit in Dei militantis Eccleſia nulla eſt dubitatio, conſtat enim ex verbis Domini Ieſu, qui talem poteſtatem dedit Petro ſuo Vicario in terris, dicens: Tibi dabo, claues Regni Cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit quoque ligatum, & in Cœlis. *Qua ligatio mediante vinculo cenſurarum fieri poteſt: Eſt enim Excommunicatio Eccleſiaſtica cenſura, qua homo ab Eccleſia communione, & à Sacramentorum, ſuffragiorumque participationis fructu, & ab externo fidelium contubernio ſeparatur: Quod idem, modo ſuo de alijs ſpeciebus cenſura ſuſpenſionis, & Interdicti eſt dicendum, vt ſuo loco videbitur.*

Cenſura eſt neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ.
Poteſtas inferendi cēſuras eſt in Dei Eccleſia.
Matt.c.18.
Excommunicationis effectus.
Vtilitas huius tractatus cenſurarum magna eſt.
Cenſurarum cognitio habet cognationem cum Sacramēto Pœnitentiæ.
Matt.c.16.

Eſt autem cenſurarum cognitio non modo vtilis, ſed admodum neceſſaria omnibus Chriſti fidelibus, tam Sacerdotibus, quam laicis, illis, vt ſine errore Sacramenta fidelibus adminiſtrare poſſint, iſtis autem, vt licitè recipiant. Nam ligatus cenſura vinculo, non poteſt licitè Sacramenta recipere, niſi prius tali vinculo ſit ſolutus: Hac enim materia magnam habet cum Pœnitentia Sacramento cognationem: Nam ad clauium poteſtatem, qua Pœnitentia Sacramentum perficitur, non modo ſpectat in interiori pœnitentia foro dignos abſoluere, indignoſque repellere per negationem abſolutionis Sacramentalis; Verùm etiam in externo iudiciario foro Eccleſiaſticis cenſuris contumaces adſtringere, vt ad ſalutarem pœnitentiam reuertantur: Ideò enim Chriſtus Dominus, hanc ligandi, ſoluendique poteſtatem Apoſtolis ſuis tradidit, & ipſis mediantibus cæteris Prælatis Eccleſia talis auctoritas communicata eſt: virtute illorum verborum: Quodcumque ligaueritis, vel ſolueritis ſuper terram, erit quoque ligatum, vel ſolutum in Cœlis.

Doctores, qui de hac materia tractant.
Magiſter in 4.
D.Thom.
D.Bona.
Scotus.
Richard.
Palud.
Gabriel.
Soto.
Vaſquez.
Suarez.
Sayrus.
Auila.
Vgolinus.
Bonacina.
Filliucius.
Conink.
Nauar.
Diuiſio iſtius materiæ.

De hac ergo cenſurarum materia, pro complemento huius ſecunda partis noſtra Theologia moralis ſpecialiter dicere opus eſt: Eſt enim materia valde diffuſa, & difficilis, de quibus cenſuris tractant ferè omnes Theologi cum Magiſtro in 4.lib. ſent.à D.18.vſque ad 22.incluſiuè: D.Thom.D.Bona.Scotus, Richard. Palud.& Gabriel D.21. Soto D.22. Vaſquez in opuſc. & Suarez, tom.5. de hac materia copioſiſſimè, & diffuſè diſputauit, quod idem fecit Greg. Sayrus, breuius autem, & admodum doctè, & commodè: Stephanus de Auila. & Vgolinus, ſimiliter etiam Bonacina, Filliuc. & Conink aliique, quam plurimi: Summiſta vero omnes: in verbo cenſura, excommunicatio, ſuſpenſio, & Interdictum. Nauar. in man.c.27.& Canoniſta omnes: ſub tit. de ſent.excom. aliique, quam plurimi, prout in proprijs locis citabuntur.

Nos autem modo noſtro, breuitati attendentes hoc ordine procedemus, vt primò de ipſis cenſuris in communi, deindè in ſpecie de Excommunicatione, tam maiori, quam minori, ac de Suſpenſione, & Interdicto: Poſtmodum de Irregularitatibus, aliiſque pœnis Eccleſiaſticis, videlicet Depoſitione, Degradatione, & Ceſſatione a Diuinis ea, qua neceſſaria ſunt explicabimus.

QVID, ET QVOTVPLEX SIT CENſura nomen in Genere.

CAP. I.

1
Nominū rerū cognitione ignorata ad rerum contēplationē perueniri non poteſt.
Etymologia nominis cenſuræ.
Nauar.
Suarez.
Vndè deriuatur nomē cēſuræ.

VT ad cenſurarum notitiam deueniamus oportet primò loco ipſarum naturam in genere per vocis Etymologiam inueſtigare. Nominum enim cognitione ignorata ad rerum cognitionem perueniri non poteſt. Quapropter eſt primò ſciendū, quod cenſuræ nomen (ſecundum mentem Doctorū, qui de hac materia tractant) Originem traxit a Cēſore, cuius munus apud Romanos erat moribus aliorum præeſſe, & delinquentes punire prout dicunt Nauar. in man.c.27.num.1.& Suarez tom.5.de cenſ. D.1.ſect.1. Deriuatum eſt autem nomen cenſoris, ſiuè cenſuræ à verbo cenſeo, quod ſententiam ferre ſignificat, ſiuè (vt alijs placet) deriuatur à verbo cenſio, quod eſt caſtigo: Eſt enim cenſura Eccleſiaſtica: Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſecundum mentem Conc. Trid. ſeſſ.25.c.3.

Cenſura eſt neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ.
Conc.Trid.

Certiſſimum enim eſt, quod nomen cenſuræ ab Eccleſiaſticis accipitur pro pœna quædam ſpirituali, quæ ab Eccleſiaſtico iudice propter aliquod ſcelus commiſſum à fidelibus contra contumaces imponitur, vt tali timore correpti à contumacia reſipiſcant, & ita ab æterna morte liberentur, prout dicunt Suarez loc. cit. & Sayrus lib.1. de cenſ. c.1. Auila p.1.de cenſ.c.1. aliique omnes, qui de cenſuris tractant. 2

Cenſuræ deſcriptio.
Suarez.
Sayrus.
Auila.

Vndè cenſura accepta pro ſententia correctiua Eccleſiaſtici iudicis tribus modis ſumi poteſt: Primò latè, pro quacumque ſententia correctiua iudicis 3

Cenſura accipitur tripliciter.
Primò latè.

Eccle-

Eccleſiaſtici, iuxta illud commune dictum. *Committo omnia opera mea cenſuræ Eccleſiæ:* i. correctioni ipſius: Secundò accipitur ſtrictius, & magis propriè, pro omni ea ſententia correctiua, inflicta ab Eccleſiaſtico iudice in pœnam delicti commiſſi, & ità non ſolum comprehendit excommunicationes, ſuſpenſionem, & Interdictum, verùm etiam: Irregularitatis pœnam, & ceſſationem à Diuinis, prout intelligit Soto. in 4. D. 22. q. 3. A. 1. qui exiſtimat, & dicit omnes prædictas eſſe ſpecies cenſuræ. Vndè ſecundum ipſum quinque ſunt ſpecies cenſuræ.

Secundò ſtrictius. Soto.

4 Tertio modo accipitur propriſſimè, & ſtrictiſſimo modo, quatenus ſolum importat tres illas ſpecies communiter à Doctoribus enumeratas: videlicet Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum, prout ſunt pœnæ medicinales, quas infligit Eccleſiaſticus iudex contra contumaces, & proteruos, vt tali punitione, & ſpirituali pęna puniti fideles corrigantur, & à contumacia reſipiſcant: Ità enim communiter accipitur nomen cenſuræ à Theologis, & Canoniſtis, & a nobis in hac præſenti materia, de qua agimus.

Tertio modo propriſſimè.

5 Sed antequam quiditatem ipſius cenſuræ in genere per rei definitionem explicemus opus eſt prius videre, & determinare, quæ, & quot ſunt vere ſpecies cenſuræ, quæ ſub iſto generico nomine continentur: Nam multi multa dicunt, alij enim dicunt eſſe ſeptem, alij quinque, alij tres, ne igitur in Æquiuocis laboremus: dicimus. Propriè, & abſolutè loquendo: Tres tantummodo eſſe ſpecies cenſuræ, videlicet Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum: Quapropter Innocentius Papa III. conſultus: Quid in Iure ſignificat nomen cenſuræ: Reſpondit: *Solum eſſe Excommunicationem, Suſpenſionem, & Interdictum,* prout refertur in Sacris Canonibus: c. Quærenti, de verb. ſignificat.

Cenſurarum ſunt tres ſpecies. Excommunicatio, ſuſpenſio, & Interdictū. Innocentius III. c. Quærenti.

6 Et quamuis Dominicus à Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1. dixiſſet: Quinque eſſe ſpecies cenſuræ, nam vltra tres prædictas enumerauit Ceſſationem à diuinis, & Irregularitatem, quæ omnes ſub ſpecie cenſuræ enumerauit: Aliqui verò nonnulli putauerūt eſſe ſeptem: nam his quinque aſſignatis a Soto addiderunt alias duas ſpecies, quarum vnam appellant Depoſitionem, alteram verò Degradationem: quatenus omnes iſtæ ſunt pœnæ ſpirituales ab Eccleſiaſtico iudice impoſitæ in pœnam delicti.

Opinio Soti, aſſignantis quinque ſpecies. Aliorum opinio dicētium eſſe ſeptem.

7 His tamen non obſtantibus nos, ſequendo communiorem Theologorum ſententiam, abſolutè dicimus: Tres tantum illas eſſe ſpecies cenſuræ, quas Innocentius enumerauit, accipiendo ſtricto modo, & propriſſimè in tertio modo, nam aliæ non ſunt propriè cenſuræ, ſed pęnæ, quædam ſpirituales, vt ſuo loco videbitur. Ità Nauar. in manuali c. 27. num. 1. Conink de Sacr. p. 2. D. 13. d. 1. num. 5. Auila de Cenſ. p. 1. d. 1. Bonac. tom. 1. de Cenſ. q. 1. p. 1. alijque communiter.

Reijciuntur, & tantū tres ſpecies cenſurarum cognoſcimus. Nauarr. Conink. Auila. Bonacina.

8 Quod autem Irregularitas, non ſit cenſura patet, quia non omnis irregularitas ponitur in pœnam delicti, ſed aliqua ponitur propter defectum abſque delicto: Deinde irregularitas non eſt inſtituta principaliter ad corrigendos fideles, ſicut cenſura: & tertiò quia ſi irregularitas eſſet cenſura, ſequeretur irregularem Sacramenta adminiſtrantem ex officio, irregularitatem nouam incurrere, quod quidem falſum eſt, vt videbitur: Irregularitas enim ſolum incurritur, quando quis cenſura affectus ſolemniter ex officio adminiſtrat in ordine Sacro: Inſuper irregularitas non tollitur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem: Quapropter quando in Bullis Iubilæi, vel aliorum conceditur facultas abſoluendi a cenſuris, non comprehenditur irregularitas, prout declarauit Innocentius III. in d. c. Quærenti de verb. ſignificat. Nauar. c. 27. num. 194. & 254. Vgolin. de Cenſur. cap. 26. num. 2. Sayr. de cenſ. lib. 1. c. 1. num. 18. Suarez de cenſur. tom. 5. D. 1. ſect. 3. Filliuc. to. 1. tr. 11. de Sacr. tr. 1. de cenſ. c. 1. num. 8.

Irregularitatē non eſſe cenſurā probatur tripliciter. Primo. Secundo. Tertio. Irregularitas non abſoluitur, ſed tantū diſpenſatur. Innocentius III. Nauar. Vgolinus. Sayrus. Suarez. Filliucius.

9 Similiter etiam patet. Ceſſationem a diuinis non eſſe cenſuram, quia non eſt pœna, priuans hominem in pœnam delicti, ſed eſt ſimplex prohibitio, quapropter violans talem prohibitionem non incurrit irregularitatem, ſed tantummodo mortaliter peccat: Tum quia cenſura directè fertur in pœnam delinquentis: ceſſatio verò à diuinis non magis reſpicit delinquentem, quàm innocentem, cum tempore ceſſationis officia ceſſent æqualiter omnibus: Ità Bonac. tom. 1. de cenſ. D. 1. q. 1. p. 1. num. 4. Suarez D. 39. ſect. 1. num. 25. Filliuc. d. tom. 1. de cenſ. tr. 1. c. 1. nu. 7. eſt enim ceſſatio à diuinis, quædam ſimplex prohibitio, & generale quoddam grauamen impoſitum per modum præcepti ad propulſandam iniuriam factam Eccleſiæ: prout colligitur ex Clementin. 1. de ſentent. excom.

Ceſſatio à Diuinis nō eſt cenſura probatur dupliciter. Bonacina. Suarez. Filliucius. Ceſſatio à diuinis, quid ſit. Clementin. prima.

10 Quapropter quando Soto cum ſuis aſſeclis enumerant Irregularitatem, & Ceſſationem à diuinis inter cenſuras: intelligunt nomen cenſuræ, non propriè, & ſtricto modo, ſed aliquantulum latè ſumpto vocabulo: in ſecundo modo ſuperius enumerato, quatenus eſt ſententia correctiua iudicis Eccleſiaſtici, qua Eccleſia vtitur, tum propter diuinam reuerentiam, tum etiam, vt fideles in fide, & Religione contineantur, & vt ſic aliquo modo poſſunt dici cenſuræ, quatenus ſunt pœnæ, non verò propriè, & ſtricto modo. Ita Filliuc. loco citato. c. 1. num. 3.

Soti ſentētia quomodo intelligi. Filliucius.

11 Quod autem Depoſitio, & Degradatio non ſint cenſuræ, conſtat apud omnes: Nam cenſura ex ſua inſtitutione auferri poteſt, poſita reſipiſcentia, & emendatione delinquentis: Depoſitio verò, & Degradatio carent ſpe remiſſionis, quæ appellantur: vincula indiſſolubilia: Ita Sayrus de cenſ. lib. 1. c. 1. num. 18. Nauarr. d. c. 27. num. 163. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 2. & alij communiter: vndè quando aliqui Doctores dicunt, & enumerant illas inter cenſuras, intelligunt nomen cenſurę latiſſimè ſumptum pro quacumque ſententia correctiua iudicis Eccleſiaſtici, vti ſupra num. 3. à nobis dictum eſt.

Depoſitio, & Degradatio non ſunt cenſuræ: ſūt enim vincula indiſſolubilia. Sayrus. Nauarr. Henriquez. Latiſſimè appellātur cenſuræ.

12 Ex quo ſequitur: Cenſuram proprie acceptam, & in propria ſua ſignificatione: tres tantum habere ſpecies: videlicet Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, prout declarauit Innocentius III. in d. c. Quærenti de verb. ſignif. Reliquæ vero quatuor dicuntur: Pœnæ, & non cenſuræ, vt in proprijs locis explicabitur.

Concluſio.

13 His ergo poſitis, ac declaratis, accipiendo cenſuram in Iure, & propriſſime dictam: Ità diffiniri poteſt: *Cenſura eſt ſententia correctiua, ſiuè pœna ſpiritualis inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate fori exterioris, priuās hominem baptizatum vſu aliquarum ſpiritualium bonorum per ordinem ad ſalutem Animæ: vt a contumacia diſcedat:* Ità colligitur ex doctrina plurium Theologorum, & Canoniſtarum, vt Suarez d. tom. 5. de cenſ. D. 1. ſect. 1. num. 5. Vgolin. de cenſ. tab. 1. cap. 16. §. 4. num. 5. Bonac. de cenſ. D. 1. q. 1 num. 1. Filliuc. tr. 1. c. 1. num. 4 Nauar. d. c. 27. Conink p. 2. D. 13. d. 3. nu. 24. Vaſq. de excom. d. 1. Valent. 3. p. d. 7. q. 17.

Diffinitio cēſuræ quæ. Suarez. Vgolinus. Bonacina. Filliucius. Nauar. Conink. Vaſquez. Valentia.

14 Dicitur ergo Primo [*Cenſura eſt ſententia, ſiuè pœna correctiua*] Hæc enim ponuntur loco generis proximi, ſub quo continentur eius ſpecies: non enim multum refert, ſi alterum ex his dicatur ſiuè ſententia, ſiuè pœna: Nam omnia, quæ tribuuntur cenſuræ pertinentia ad pœnam conueniunt ipſi etiam, vt eſt ſenten-

Declarantur verba definitionis. Pœna correctiua.

ſententia correctiua: communiter autem dicitur: Pœna: nam ſententiæ proprium eſt diffinire: Cenſura autem magis inducta eſt propter punitionem, & pœnam, quapropter nos, ſequendo communiorem Doctorum ſententiam appellabimus pœnam, prout volunt Vgolin.loc.cit. Conink D,13. d.1.num.8. Bonac.& Filliuc.locis ſupra citatis.

Vgolinus. Conink. Bonacina. Filliucius.

15 Spiritualis.

Dicitur Secundò [*Spiritualis*] quia eſt pœna reſpiciens Animam, ad quam ſpectat talis ſpiritualis pęna, tum quia per cenſuras vſus ſpiritualium rerum prohibetur, ad differentiam pœnæ temporalis, vt ieiunij, ſeruituris, exilij, carceris, flagelli, & ſimilium, quæ non reſpiciunt directè Animam, ſed corpus, prout rectè notauerunt Suarez ſupra num.6.& Filliucius ſupra num.4.

Suarez. Filliucius.

16 Inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate.

Dicitur Tertiò [*Inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate*] vt oſtendatur eius cauſa efficiens: Cum enim cenſura ſit pœna ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, imponi non poteſt, niſi à perſona Eccleſiaſtica, habente poteſtatem illius ferendæ.

17 Fori exterioris.

Additur Quartò [*Fori exterioris*] ad inſinuandum, quod ille, qui cenſuram poteſt infligere debet habere iuriſdictionem, & poteſtatem iudiciariam in ſubditos, Vndè qui talem iuriſdictionem in foro iudiciario non habent, non poſſunt pœnam cenſuræ imponere. Et per hoc diſtinguitur à pœnitentia, iniuncta à confeſſario in Sacramentali confeſſione, quæ non eſt cenſura, ideò ſi quis contra eas faciat non fit irregularis, prout dicit Nauarr.c.22.num.11.

Nauarrus.

18 Priuās hominē baptizatū.

Dicitur Quintò [*Priuans hominem baptizatum bonorum ſpiritualium*] ad inſinuandum ſubiectum cenſuræ debere eſſe hominem, inſignitum charactere Sacramenti Baptiſmi: Nam infidelis, cùm non ſit ſubditus Eccleſiæ non poteſt ſubijci cenſuris ab Eccleſia impoſitis, ſicut ſubijcitur homo baptizatus, qui ſubditus eſt Eccleſiæ.

19 Vſu aliquorū bonorum ſpiritualium. Excommunicatio, quibus priuat. Suſpenſio. Interdictum.

Dicitur Sexto [*Priuans vſu aliquorum ſpiritualium bonorum*] ad inſinuandos effectus ipſius cenſurę: Nam ſi eſt cenſura excommunicationis, priuat vſu Sacramentorum, ſuffragijs communibus Eccleſiæ, ſepultura Eccleſiaſtica, quæ ſunt quædam bona ſpiritualia: Suſpenſio priuat ordinum executione, & actiua miniſtratione Sacramentorum ex officio: Interdictum, ne diuinis officijs tali cenſura affectus intereſſe poſſet, aut in loco interdicto Sacra facere: Sic etiam ad inſinuandas differentias inter pœnas ciuiles, & ſpirituales; Nam illæ poſitæ ſunt in rebus temporalibus. Hæc verò in ſpiritualibus: Vndè Eccleſia priuat vſu rerum temporalium, mediante cenſura tantummodo ſecundariò, & conſecutiuè per ordinem ad ſpiritualia.

Eccleſia ſecūdario, & cōſecutiuè priuat vſu rerū ſpiritualium.

20 Vſu aliquorū.

Additur etiam [*Ly vſu aliquorum*] nam cenſura non priuat omnibus ſpiritualibus bonis, ſed tantummodo aliquibus: Non enim tollit virtutes infuſas, neque priuat actibus virtutum, neque gratia habituali, neque charitate, & poteſtate ordinis, & his ſimilibus, ſed aliquibus, vt ſupra iam dictum eſt, & clarius in proprijs locis explicabitur.

21 Per ordinem ad ſalutem Animæ.

Additurque tandem [*Per ordinem ad ſalutem Animæ, vt à contumacia diſcedat*] ad oſtendendum finem intentum ab Eccleſia in cenſuris: Non enim Eccleſia intendit per cenſuras Animarum perditionem, ſed reſipiſcentiam a contumacia, & cohibere a peccatis: prout dicitur in c.1. de Except. in 6. & Gloſſa ibi, & in Can, Nemo Epiſcopus 11.q.3.

c.1. de excep. in 6. Gloſs. in can. Nemo Epiſcopus.

22 Cenſura eſt vinculum diſſolubile. c. Ex litteris.

Hinc eſt, quod cenſura ordinariè remitti poteſt ab Eccleſiaſtica poteſtate, quia relinquente cenſurato pertinaciam, & facta emendatione delicti, pro quo impoſita fuit pena cenſuræ eſt abſoluendus, prout colligitur ex c, Ex litteris de Conſtit. Cenſura enim eſt pœna medicinalis, & vinculum diſſolubile. Ità Conink de Sacr. p.2.D.13.d.1.nu.9. Vgolin.de Cenſ. tab,1.cap.15.num.2. Sayr.de cenſ.c.1. num.10. Vaſq; de Excom.D.1.nu.7. Reginald.lib.9.num.11.

Conink. Vgolinus. Sayrus. Vaſquez. Reginald.

Quæritur Secundò Quotuplex ſit cenſura: Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti? 23

Quæſtio 2. Cenſura duplex à Iure, & ab Homine.

Reſpondetur Primò: Cenſuram, aliam eſſe à Iure, aliam ab homine: Prior dicitur illa, quæ fertur à legiſlatore cum intentione ferendi legem, ſiuè ſtatutum generale perpetuum, iniungendo tranſgreſſoribus pœnam cenſuræ: Poſterior eſt illa, quæ fertur à legiſlatore, ſeu ſuperiore aliquod præcipiente non intentione ferendi legem, ſiuè ſtatutum perpetuum, ſed intentione faciendi præceptum pœnale, & tranſitorium, impoſitum contra inobedientes. Ità Syluest. verbo Excommunicatio.3. Suarez de cenſ. D.3. ſect.1. Vgolin. c.9.nu.4. Filliuc.tom.1. tr.11.c.3.q.1. Bonac.de cenſ.D.1.p.1.num.5.

Syluester. Suarez. Vgolinus. Filliucius. Bonacina.

Hæc eſt autem differentia inter cenſuram à Iure, & ab Homine, quod hæc ceſſat mortuo, ſeu extincto conditore: Illa verò permanet, & durat etiam extincto legiſlatore: prout dicitur in c. finali de offic. legat. Secundò cēſura à Iure ab illo ſolum ferri poteſt, qui habet facultatem faciendi legem pœnalem, & generalem in ſpiritualibus: Cenſura verò ab homine ferri poteſt ab omnibus, & quibuſcumque Prælatis, qui habent ordinariam poteſtatem iuridicam in ſuos ſubditos, vt ſuo loco videbitur. 24

Differentia inter vtramque cenſuram. Secunda differentia.

Dico Secundò: Cenſuram aliam eſſe latæ ſententiæ, aliam Ferendæ: Illa dicitur latæ ſententiæ, quæ ipſo facto incurritur à tranſgreſſoribus ſine aliqua alia declaratione: dicitur enim ipſo facto, quia ſtatim ac tale delictum commiſſum eſt, abſque alia ſententia declaratoria taliter delinquens incurret tale vinculum cenſuræ, ſiuè ſit excommunicationis ſiuè ſuſpenſionis, ſiuè Interdicti: Illa dicitur Incurrendæ, ſiue ferendæ, quæ ſolum modò eſt comminatoria, quæ non ipſo facto incurritur ante iudicis ſententiā, & non ligat delinquentem, niſi poſtquam erit lata, & inflicta. Ità Vgolin.de cenſ.tab.1.c.9.§.6. 25

Cenſura latæ ſententiæ, & ferendæ. Vgolinus.

Ex quo ſequitur, quod Quotieſcumque aliquod præcipitur ſub pœna excommunicationis, Suſpenſionis, ſiuè Interdicti: ſiuè per verbum futuri temporis, dicendo: Excommunicabitur tunc talis cenſura, non incurritur ipſo facto, ſed requiritur iudicis ſententia, vt talis delinquens ſit excommunicatus, ſiuè ſuſpenſus, ſiuè interdictus. 26

Regulę ad cognoſcēdas cēſuras latæ, & ferendæ ſententiæ.

Quando autem dicitur. Excommunicamus, ſuſpendimus, ſiuè Interdicimus: ſubiaceat excommunicationi, ſiuè ipſo facto, Illicò, ſtatim, ſciat ſe eſſe excommunicatum: Tunc talis cēſura incurritur etiā in foro conſcientiæ ſtatim ac delictum commiſſum eſt abſque alia declaratione iudicis. Ità Bonac.d.to.1.de cenſ.q.1.p.2.nu.6. Suarez, Filliuc. Vgolin.& Sayr. locis ſupra citatis. 27

Bonacina. Suarez. Filliucius. Vgolinus.

Dico Tertiò Cenſuram: aliam eſſe iuſtam, aliam iniuſtam: cenſura, vt ſit iuſta debet habere tres conditiones: Prima, vt feratur ab habente poteſtatem, & ex cauſa iuſta: Secunda, vt bono animo, & non ex affectu prauo odij, vel inuidiæ. Tertia, vt feratur iuris ordine ſeruato, de quibus infra ſuo loco dicendum eſt clarius. 28

Cēſura Iuſta, & Iniuſta.

Dico tandem quartò cenſuram iniuſtam aliam eſſe validam, aliam inualidam: Tunc dicitur: valida, quando nihil illi deſit ſubſtantiale, licèt deficiat aliqua conditio accidentalis, vt ſi malo animo feratur, vel ſi iuris ordo accidentalis, non fuiſſet ſeruatus: Inualida eſt quando fertur abſque vlla legitima cauſa, vel non ſecundum iuris diſpoſitionem, tunc non haberet vim obligandi: Quod multis modis cōtingere poteſt: 29

Cenſura valida, & Inualida, quæ.

Digitized by Google

C. Sacro. Nauarr. Filliucius. Suarez. Bonacina.

poteſt: de quibus in proprijs locis à nobis eſt dicendum: Ita colligitur ex C. Sacro de ſent. excom. Nauar. in man. cap. 27. num. 3. Filliuc. tom. 1. tr. 11. c. 1. n. 14. Suarez, Bonac. locis ſupra citatis.

DE CAVSA EFFICIENTE CENSVrarum, & de conditionibus ad eas requiſitis.

CAP. II.

1 Primum quæſitum.

QVoniam in Moralibus, præcipuè, quæ ex inſtitutione pendent efficiens cauſa eſt principalis, ideo de ipſa Primo loco eſt agedum.

An in Eccleſia ſit poteſtas ferendi cenſuras?

Quærimus ergo Primò: An in Eccleſia Dei militante ſit poteſtas ferendi cenſuras, & qualis, & quomodò, & à quo data ſit poteſtas?

Concluſio eſt affirmatiua.

Reſpondetur Primò: certiſſimum eſſe apud fideles Catholicos in Eccleſia Sancta Dei militante eſſe poteſtatem Ius dicendi in foro exteriori, Iure diuino, (Ius dicẽdi eſt in Eccleſia militante.) conceſſam à Chriſto Domino Ieſu, quandò dixit Apoſtolis ſuis. *Quæcumque ligaueritis, & ſolueritis ſuper terram, erunt quoque ligata, & ſoluta in Cœlis*: Matt. c. 18. (Matt. c. 18.) Deindè dixit Petro; tamquam capiti totius Eccleſiæ: *Paſce oues meas, & Tibi dabo claues Regni Cælorum*, & Io. c. 21. (Ioan. c. 21.)

2 Ius dicendi quid ſit?

Eſt autem Ius dicendi poteſtas regendi, & gubernandi fideles per iudicia conſtituẽdo regulas, & præcepta, imponendo pœnas neceſſarias ad Eccleſiam bene regendam, quod efficit, tum ferendo leges obligantes in foro conſcientiæ, quod pertinet ad vim directiuam, tum corrigendo, & puniendo inobedientes, & contumaces inferendo, & infligendo pœnas (Vis directiua, & coactiua.) cenſuræ, quod ad vim coactiuam ſpectare videtur: Ità Bellarm. lib. 1. de Rom. Pontif. c. 15. Suarez tom. 5. de cenſ. D. 1. ſect. 2. Soto in 4. D. 22. quæſt. 1. A. 1. Filliuc. tom. 1. de cenſ. tr. 11. cap. 2. quæſt. 1. num. 22. alijque communiter. (Bellarm. Suarez. Soto. Filliucius.)

3 Poteſtas ferẽdi cenſuras in Eccleſia eſt de Iure Diuino.

Ex quo ſequitur: In Eccleſia Dei militante eſſe poteſtatem ex iure Diuino ad ferendas, & inſtituendas cenſuras, collatam à Chriſto Domino Apoſtolis ſuis, quibus mediantibus deindè communicata fuit, & eſt alijs Prælatis: Ipſe enim Dominus Ieſus habuit, & habet hanc pleniſſimam poteſtatem excellentiæ, (Chriſti humanitas eſt inſtrumentum coniunctum Diuinitati.) cum ſit inſtrumentum Diuinitati coniunctum, cui dedit Deus Pater poteſtatem in Cœlo, & in terra aperiendi, & claudendi Cæleſte Regnum, prout ipſemet dixit in Euangelio Matt. c. 28. (Matt. c. 28.) *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes.*

4 Promiſſio clauium. Matt. 16. & 19.

Promiſerat enim Dominus hanc poteſtatem Petro, quando dixit ei in promiſſione: *Tibi dabo claues Regni Cælorum: & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cœlis Matt. c. 16. num. 19.* Poſtmodum conceſſit ipſi plenariam poteſtatem, quandò (Quãdò dedit Dominus hãc poteſtatem. Ioan. c. 20.) dixit ei: *Paſce oues meas Ioan. c. 21.* quam etiam facultatem, non ſolum Petro Apoſtolorum principi, ſed etiam cæteris Apoſtolis tradidit, dicens. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Ioan. c. 20.* Quibus verbis data fuit plena poteſtas Eccleſiæ in perſona Petri, & Apoſtolorum Ius dicendi, ligandi, atque ſoluendi: Vndè quandò Eccleſia aliquem excommunicat cõtumacem, in Cælo ligatur per excommunicationem latam in terris, cùm verò reconciliat per vinculi ſolutionem, in Cælo ſoluitur reconciliatus: Ità D. Auguſt. in Ioan. tr. 50. c. 12. & refertur in can. Quodcumque 24. q. 1. & colligitur ex c. Solitæ: de Maiorit. & Obed. §. nobis autem: prout intelligunt Canoniſtæ omnes cum Theologis in 4. D. 18. vt D. Thom. D. Bona. Scotus, alijque cum Filliuc. to. 1. tr. 11. c. 2. n. 24. (D. Auguſt. Can. Quodcumque. c. Solitæ. D. Thomas. D. Bonauentura. Scotus. Filliucius.)

Ex quo ſequitur: Hanc poteſtatem, Iure Diuino, & ordinario immediatè reſidere in Summo Pontifice Chriſti Vicario electo, & adorato reſpectu omnium Chriſtianorũ, & Ratio eſt, quia ſpiritualis poteſtas, reſidens in Summo Pontifice immediatè eſt à Chriſto, non mediante aliquo homine conceſſa: Homines enim tantum habent facultatem illum eligendi, ſed non dant ipſi electo poteſtatem, ſed Chriſtus legitimè electo immediatè confert. Ita Suarez tom. 5. de cenſ. D. 1. ſect. 1. Filliuc. d. tr. 11. c. 1. num. 25. 5 (Papa habet hanc poteſtatem a Chriſto immediatè. Homines eligunt Pontificẽ, & Chriſtus confert poteſtatem. Suarez. Filliucius.)

In alijs autem Prælatis, eſt etiam talis poteſtas, ſuo modo diuina, non immediatè, ſed mediante Summo Pontifice, & dependenter ab illo accepta, vel mediante Iure, vel etiam aliquando per ſe ipſum: Ideoque poteſt Summus Pontifex talem facultatem auferre, aut limitare à quocumque Prælato ſibi inferiori, prout de facto aufert à Prælatis cenſuratis, & denuntiatis: At quia talis poteſtas in Prælatis originem traxit à Chriſto, ideò diuino iure ſancitum eſt, vt eſſet in Eccleſia huiuſmodi poteſtas: quapropter diximus (modo ſuo eſſe diuina.) Vndè D. Io. Chryſoſt. Hom. 4. ad Hæbreos ait: *Nemo contemnat Eccleſiaſtica vincula: non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui nobis hanc poteſtatem dedit.* Et refertur in can. Nemo 11. q. 3. 6 (Epiſcopi habent mediante Summo Pontifice. Eſt autẽ hæc Diuina mediatè. Io. Chryſoſt. Can. Nemo.)

Vndè inferimus, habere hanc poteſtatem omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, cæteroſque Prælatos reſpectu ſuorum ſubditorum, cum ſint verè Prælati, & habeant iuriſdictionem ordinariam in ſuos ſubditos in vtroque foro, ideòque poſſunt inferre pœnas cenſurarum quandoque expediri iudicauerint: Ità communiter omnes Theologi, & Canoniſtæ, & in hoc nulla eſt dubitatio. (Prælati, qui poſſunt ferre cenſuras, qui ſint. Epiſcopi, Archiepiſcopi Patriarchæ.)

Eadem etiam iuriſdictione, & poteſtate ordinaria ferendi cenſuras fruitur legatus à Latere Pontificis, vt habetur ex c. Legatus de offic. legat. in 6. Quam etiam habet Vicarius Papæ, aut Epiſcopi in ſua Diœceſi, vt inquiunt omnes Doctores in c. licèt de offic. Vicar. eandem etiam habet Capitulum, & Vicarius eiuſdem capituli, ſede vacante, nam ſuccedit in iuriſdictione ipſius Epiſcopi: Ità Suarez de Cenſuris D. 2. ſect. 2. Bonac. de cenſuris D. 1. q. 1. p. 2. nu. 5. Filliuc. d. tr. 11. c. 2. num. 32. 8 (Legatus à latere. Vicarius Papæ. Capitulũ ſede vacante. Suarez. Bonacina. Filliuc.)

Similiter etiam habent hanc facultatem alij Prælati, quibus ex officio, & ſtatuto Eccleſiæ competit huiuſmodi poteſtas, vt ſunt Abbates, & Priores Eccleſiarum, iuriſdictionem habentes in vtroque foro: & idem militat de Cardinalibus reſpectu Eccleſiarum, in quibus iuriſdictionem habent in foro iudiciali, & interno, vt colligitur ex c. cum in Eccleſijs de Maiorit. & obedient. Ità Suarez, Bonac. & Filliucius, loc. ſupra cit. 9 (Abbates. Priores. Cardinales. c. cum in Eccleſijs. Suarez. Bonacina. Filliucius.)

Inſuper olim habebant hanc facultatem Archipresbyteri, & Archidiaconi, ſecundum Archidiaconum in c. 1. de Conſtit. in 6. At Panorm. in c. Cum in cunctis de Elect. §. Inferiorem num. 4. ait, quod: Stando in Iure communi iſti non habent iuriſdictionem in foro contentioſo, ideòque non poſſunt Ordinario Iure ferre cenſuras, niſi in aliquibus locis, vbi adhuc viget talis conſuetudo: Ità Auila de cenſ. p. 2. D. 1. c. 3. d. 1. & Filliuc. d. tr. 11. c. 2. num. 33. 10 (An habeant etiam Archipresbyteri, & Archidiaconi? Auila. Filliucius.)

Idem etiam dicendum eſt de Prælatis Religionum reſpectu ſuorum ſubditorum. Hi enim habent poteſtatem ordinariam ferendi cenſuras in ſuos ſubditos, illoſque ab illis abſoluendi: Quapropter Generalis in toto ordine, & Prouinciales in propria Prouincia quilibet de ordinario iure poſſunt ponere pœnas cenſuræ in ſuos ſubditos, proportione ſeruata: Ac etiam alij Prælati minores, vt ſunt Abbates monaſteriorum, Priores conuentuum, Guardiani, Rectores, 11 (Prælati Religionum poſſunt ferre cẽſuras in ſuos ſubditos. Etiam Prælati minores iure ordinario.)

alijque

Digitized by Google

Bonacina. Rodriq. C.cum in Eccleſia.

alijque locorum Prælati, quomodocumque nominati, quibus de iure ordinario competit hæc facultas: prout dicunt Bonacina tom.1. de cenſ. D.1.q.1. p.2. num.5. Rodriquez tom.2. qq. Regular. q.59. A.1. & colligitur ex cap. cum in Eccleſia de Maiorit. & obedient.

12 De facto non omnes Prælati minores vtuntur facultate ferendi cenſuras.

Verum eſt tamen, hoc eſſe intelligendum de ordinario iure: Nam de facto attendenda eſt conſuetudo Religionum: Fertur enim conſuetudinem eſſe in quibuſdam Religionibus, vt ſuperiores locales, ſiuè conuentuales, non excommunicent, ſiuè alias cenſuras ferant in ſuos ſubditos, ſed tantummodo talem facultatem exerceent Prælati maiores, vt ſunt Prouinciales: Quapropter Guardiani fratrum minorum Capuccinorum, alijque ſimiles Prælati minores non vtuntur hac facultate: Nam licèt de iure ſint verè Prælati, & habeant iuriſdictionem ordinariam, quo ad ſuos ſubditos, non tamen habent iuriſdictionem iuridicam in foro iudiciali: Non enim poſſunt formare proceſſum, neque illos iudicialiter condemnare per ſententiam diffinitiuam, cùm hoc ſit munus Prælati maioris, ideòque non vtuntur hac facultate ferendi cenſuras: Quod idem dicendum eſt de alijs ſuperioribus localibus, ſecundum ſtatuta, & conſuetudines receptas propriæ Religionis: vt benè aduertit Auila de cenſ.p.2.D.1.c.3. & alij.

Guardiani Capuccinorū non vtuntur hac facultate.

In hoc ſtandū eſt conſuetudinibus Religionum.

Auila.

13 Parochus de Iure ordinario nō habet hāc facultatē.

Idem etiam dicendum eſt de Parochis: nam Parochi de iure ordinario non habent facultatem ferendi cenſuras, eò quod non habent poteſtatem iuriſdictionis in foro cōtentioſo in ſuos Parochianos: Quapropter hoc eis non permittitur in iure de poteſtate ordinaria, neque audent talem facultatem exercere, niſi ex delegatione Epiſcopi, vel Summi Pontificis: ſed tunc in caſu talis facultas eſſet delegata, & non ordinaria: Ità Suarez tom.5.de cenſ.D.12.ſect.1.nu.3. Nauarr.in man.cap.27. num.5. Filliuc. de cenſ.tr.12.c.1.q.5.num.11.Henriq.in ſum. lib.14.c.24. nu.3. Bonac.de cenſ.D.1.q.1.p.2.num.5. & alij.

Niſi ex delegatione Pontificis. Suarez. Nauarr. Filliucius. Henriq. Bonacina.

14 Delegata poteſtas ferendi cenſuras.

Ex quo ſequitur: Iuriſdictionem delegatam eſſe in ijs, quibus committitur hæc facultas ab habentibus ordinariam poteſtatem: Nam illi, qui habent ordinariam facultatem ferendi cenſuras, non ſolum poſſunt illam exercere per ſe immediatè, ſed etiam mediatè, delegando ſuam facultatem alijs, ſecundum magis, & minus, prout eis expedire videbitur.

15 Differētia inter delegatā, & ordinariā poteſtatem. Filliucius.

Hæc eſt tamen differentia: nam delegatus non poteſt talem delegationem alijs committere, & ſubdelegare, niſi facta fuiſſet talis facultas expreſſa in delegatione: prout notauit Filliucius d.tom.1.tr.11.de cenſ.cap.2.nu.34. Deindè facultas delegata ſemper pendet à concedente, Vndè extincto concedente ceſſat delegatio, ſi cauſa inchoata non ſit: vt habetur ex c.Gratum, & c.Licèt de offic. deleg. ordinaria autem non pendet, ab alio concedente, ſed competit ex officio, quæ confertur in collatione Prælaturæ.

C.Gratum. C.Licèt.

16 Quatuor cōditiones requiruntur in ferente cenſuras.

Notandum autem, quod ille, cui committitur talis facultas ferendi cenſuras debet eſſe capax talis facultatis: Quatuor autem conditiones requiruntur in ipſo, quarum Prima eſt, vt ſit homo viator: nam ſi eſſet in termino non poterit eſſe capax talis iuriſdictionis: quaprópter Angelus, ſiuè Anima hominis ſeparata cenſuras contra viuentes infligere non poteſt: Secunda eſt, quod debeat habere vſum rationis: Ille enim, qui actu non eſt rationis compos non poteſt actus huiuſmodi iuriſdictionis exercere: quare nec pueri ante vſum rationis, nec perpetuo amentes Ebrij, aut furioſi poſſunt validè cenſuras infligere, cùm non ſint capaces talis facultatis, prout communiter dicunt Theologi, vt Conink p.2. de cenſ.

Primo debet eſſe viator.

Secundo debet habere vſum rationis.

Conink.

D.13.d.5.num.35.Filliuc.d.tr.11.c.2.num.36.Bonac. de Cenſ. D.1. q.1.p.2.num.3. Tertia conditio eſt, vt ſit fidelis baptizatus: nam infidelis non eſt capax Eccleſiaſticæ iuriſdictionis. Quarta tandem conditio eſt, vt non ſit laicus; de qua conditione in ſequenti puncto plenius eſt dicendum.

Filliucius. Bonacina. Tertiò debet eſſe baptizatus. Quartò debet eſſe clericus.

17 Laicus non poteſt Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercere. C. Decernimus. C Eccleſia.

Eſt ergo quarta conditio, quod ille, cui committenda eſt talis facultas ferendi cenſuras debeat eſſe clericus, ſaltem prima tonſura initiatus: Nam laicus non poteſt Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercere: vt patet ex c. Decernimus de Iudicijs; & ex c. Eccleſia de conſtit. Non eſt tamen neceſsè, vt ſit in ordine ſacro conſtitutus, eò quod actio excommunicandi, ſiuè inferendi alias cenſuras non eſt actus Ordinis, ſed iuriſdictionis: Quapropter Epiſcopus electus, & confirmatus, ſi eſſet prima tonſura initiatus poteſt ferre cenſuras, eò quod habeat iuriſdictionem, & ſit clericus, quamuis adhuc ſacerdos non ſit conſecratus: Quod idem dicendum eſt de Vicario eius, ſufficit enim, quod ſit clericus: prout dicunt Soto in 4.D.19.q.1.A.3.Filliuc. d.tr.11.c.2. num.36. & ideò laicus, vt talis, ſiuè fœmina excommunicare non poſſunt: cùm non ſint talis iuriſdictionis capaces.

Sufficit quod ſit ſaltem prima tonſura initiatus.

Soto. Filliucius.

Fœmina excommunicare non poteſt.

18 Difficultas.

Diſputant autem Theologi: An laicus, ſiuè fœmina poſſint aliquandò, ſaltem ex facultate Summi Pontificis de plenitudine poteſtatis excommunicare, ſiuè alias Eccleſiaſticas cenſuras ferre.

Reſolutio. Laicus poteſt aliquando de poteſtate Papæ abſoluta excommunicare.

Reſpondetur Primò, quod Laicus, licèt de Iure ordinario non ſit capax talis facultatis: prout habetur ex Can. Noua.16.q.7.& ex c.Decernimus de Iudicijs, & eſt communis Theologorum, Canoniſtarumque ſententia: Tamen de poteſtate abſoluta Sūmi Pontificis poterit etiam aliquādò laicus excommunicare. Nam de Iure poſitiuo humano eſt, vt à Clerico talis poteſtas exerceatur. At Papa de poteſtate abſoluta poteſt in omni iure humano diſpenſare, ergo poterit id aliquandò committi, homini laico à Summo Pontifice. Ità Suarez tom.5.de cenſ.D.2.ſect.3.num.7. Soto in 4. D.20. q.1.A.4.Filliuc.d.tr.11.c.2.num.36. Vgolin. de cenſuris tabula 1.c.2.§.7. num.5.& Bonacina de Cenſ.D.1.q.1.p.2.num.4.

Papa poteſt diſpenſare in Iure Canonico. Suarez. Soto. Filliucius. Vgolinus. Bonacina.

19 Maior difficultas eſt de fœminis. Prima ſentētia affirmatiua.

De fœmina autem maior eſt difficultas: An videlicet Summus Pōtifex poſſet in hoc diſpenſare: Nam multi viri docti exiſtimant: Summum Pontificem poſſe aliquandò de plenitudine poteſtatis committere facultatem excommunicandi alicui fœminæ: quorum ratio eſt, quia hoc non eſt contra Ius diuinum, ſed tantum humanum poſitiuum: quapropter exiſtimant non eſſe omninò impoſſibile poſſe in hoc diſpenſare, quamuis de ordinaria poteſtate non liceret. Ità Angel.verb.excommunicatio num.24.Palud. in 4.D.19.q.2.A.1.Soto in 4.D.20.q.1.A.4. Filliuc.d. tr.11. c.2.q.8. num.37. & inclinant Suarez tom.5. de cenſ.D.2.ſect.3.nu.7.cum Bonac. D.1. q.1. p.2.n.4.

Angelus. Paludanus. Soto. Filliucius. Suarez. Bonacina.

20 Secunda ſententia negatiua.

Alij vero oppoſitum tenent, dicentes: Non poſſe Summum Pontificem in hoc diſpenſare, etiam de plenitudine poteſtatis; nam fœminæ de iure communi, & diuino non poſſunt pœnas cenſuræ inferre, & ideò Summus Pontifex non poteſt in hoc diſpenſare; & Ratio huius eſt, quia poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis ordinatur ad clauem ordinis, & ortum habet ex illa, & ideo tantùm eſt in ijs, qui habent, vel poſſunt habere clauem ordinis clericalis. At fœmina eſt omninò Iure diuino incapax cuiuſcumque ordinis clericalis, ergo non poteſt illi committi. Vndè videmus, quod nec Chriſtus, neque Eccleſia vnquam hanc contulit facultatem fœminæ, & in c.Noua de Pœnit. & remiſſ.dicitur: *Claues Regni Cælorum non eſſe datas fœminis, neque Beatiſſimæ Virgini, & Iure, quia ſexus fœmineus non eſt aptus ad munera clericalia:* Ità

Ratio ſecūdæ ſententiæ.

Fœmina non habet, nec poteſt habere claues Eccleſiæ.

C.Noua. Sexus fœmineus non eſt aptus ad munus clericale.

Auila. Conink. D. Thomas. Nauar. Couar. Vgolinus.

Ita Auila de cēſ.p.1. D.4.Conink de Sac.p.2.D.13.d. 4.nu.33. quibus videntur facere D. Thomas in 4. D. 25.q.2.A.1. Nauar.c.27.num.6. Couar.in cap.Alma mater p.1. §.11. num.2. Vgolin.de cenſ.c.2.§.6.cum alijs: Et hæc ſententia mihi videtur probabilior, quamuis prima non ſit omninò improbabilis.

21 Abbatiſſæ An poſſint excōmunicare?

Quamuis autem ſuperioribus monialiū, permittatur fœminis poteſtas aliqua ad gubernandum Monaſteria, cùm non poſſit aliàs hoc per viros honeſte fieri: Non pertingit tamen talis poteſtas ad actum aliquem, qui ſit proprius clauium ligandi, & ſoluendi, ſed tantùm inſtruendi, corripiendi, & præcipiendi, qui ſunt actus communes, etiam paternæ, & domeſticæ gubernationis temporalis, prout dicunt D. Thom. cum Filliuc.& alijs num. præcedenti citatis.

22 Ad valorem cēſuræ requiritur quatuor cōditiones ex parte cauſæ efficientis. Prima eſt Iuriſdictio, quæ non ſit impedita. Dupliciter impediri poteſt iſta iuriſdictio.

Quæritur tandem: Quæ conditiones requiruntur in cauſa efficiente, vt cenſura ab eo lata ſit valida?

Reſpondetur. Quatuor conditiones requiri debere in eo, qui cenſuram infligere debet: quarum Prima eſt Iuriſdictio in vtroque foro, quæ non ſit impedita: Dupliciter autem talis iuriſdictio poteſt eſſe impedita: Primò quando ipſe iudex ſit actu excommunicatus vitandus: Secundò quando interpoſita fuerit legitima appellatio ante ſententiam. Nullus enim iudex poteſt ſententiam ferre ſine poteſtate: At iſte in tali caſu eſt, ac ſi poteſtatem non habeat, quia per excommunicationem incurſam, vel per appellationem interpoſitam iuriſdictio eſt impedita, & ſuſpenſa: prout colligitur ex can. Ad audientiam: & can. Audiuimus 24 q.1.& c.Romana Eccleſia de offic. Vicarij in 6. & c. Si à Iudicibus de Appellat. Ita Suarez d.tom.5. de cenſ. D.2. ſect.4. Bonac.de cenſ. D.1.q.1.p.2.num.4.Filliuc.d.tr.11.c.2. q.9.num.40.

Can. ad Audiētiam Can. Audiuimus. C.Romana. C. ſi à Iudicibus. Suarez. Bonacina. Filliucius.

23 Secunda conditio, vt feratur ab alio, & non à ſe ipſo. Prælatus non incidit in cēſuram latam ab ipſo.

Secunda conditio eſt: vt nemo poſſit ferre cenſuram contra ſe ipſum: Nemo enim poteſt ſe ipſum excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere: Quapropter ſi aliquis Prælatus aliquando præciperet ſub pęna alicuius cenſuræ ipſo facto incurrēdæ, ipſe Prælatus non obligatur ad pęnam impoſitam ex vi coactiua, & ideò, ſi contra talem ordinationem faceret non incideret in cenſuram ab eo inflictam, prout habetur ex can. Quoties 1.q.7.quamuis ipſemet Prælatus via directiua propter aliorum exemplum obſeruare deberet, prout dicit Nauar.in man.c.27.num.6. cum omnibus ſupra citatis.

Nauar.

24 Tertia conditio, vt non feratur in cauſā propria. Can. Inter quærelas. Limitatio. Vim vi repellere licet. Innocentius. Suarez. Filliucius.

Tertia conditio eſt, vt cenſura non feratur in cauſa propria: Nemo enim debet eſſe iudex in propria cauſa: Can. Inter quærelas 23. q.4. Quod intelligendum eſt per modum iudicij, non autem per modum defenſionis contra illum, qui ſibi violentiam infert: Tunc enim licitum eſt, vti proprijs armis ad propulſandam vim, & iniuriam, iuxta illud commune dictum: *Vim vi repellere licet*: prout dixit Innocentius III.in c.Dilecto de ſent.excom.in 6. & Suarez de cēſ. D.2.ſect.4.num.7.& Filliuc.d.tr.11.c.2.num.42.

25 Quarta cōditio, vt feratur libere, & voluntarie.

Quarta tandem conditio eſt, vt Prælatus non faciat hoc coactè per metum, ſed ex voluntate libera: Nam vſus poteſtatis in cenſuris ferendis debet eſſe moralis, rationalis, & liber, quapropter quandò metus talis eſſet, quod perturbaret vſum rationis in cauſa efficiente, tunc cenſura lata, tali metu non eſſet valida: prout dicit Filliuc.d.tr.11.c.2.num.43.

Filliucius.

26 Limitatio.

Si autem metus non eſſet talis, quod omninò perturbaret vſum rationis, & adſit interior voluntas in ferente, verè, & rationabiliter ferendi cenſuram, tunc non eſſet irrita, ſed valida: ſecundum D.Thom. 1.2.quæſt.7.& Filliuc. d.tr.11.cap.2.num.44. alijque communiter: Et hæc de cauſa efficiente in genere pro modo dicta ſufficiant, reliqua in proprijs ſpeciebus cenſurarum dicentur plenius.

D.Thomas. Filliucius.

DE CAVSA FINALI, ET DE EFFEctibus Cenſurarum in genere.

CAP. III.

1 Finis in rebus agendis quis ſit.

Finis in rebus agendis eſt id, gratia cuius aliquid ſit, qui quidem finis in rebus moralibus, & præcipue in tractatu de cenſuris coincidet cum effectibus ipſarum, & ideo in præſenti capitulo de vtroque eſt agendum: Et quamuis de cenſurarum effectibus de ſingulis ſpecialiter in proprijs ſpeciebus eſt dicendum; Placet tamen, iuxta doctrinæ ordinem de ijs nonnulla in genere prælibare: Tria ergo breuiter in pręſenti capitulo tractabimus: Primò de fine propter quem Cenſuræ Eccleſiaſticæ à Prælatis feruntur: Secundò videbimus; qui ſunt ipſarum effectus communes, tam immediati, quam mediati: Tertiò tandem. Quibus modis huiuſmodi effectus impediri, & ſuſpendi poſſent.

Deciſio huius capituli. Primum quæſitum.

2 Quis ſit finis ferendi cenſuras. Finis duplex Propinquus, ſiue Interior: & Remotus, ſiue extrinſecus.

Quærimus ergo Primò: Quis ſit finis pro quo cenſuræ à Prælatis licite inferri poſſint?

Pro cuius notitia eſt: Primo Notandum, quod Finis in rebus præcipuè moralibus duplex eſt: quorum vnus dicitur: Remotus, alter vero Propinquus; qui etiam dici poteſt: Interior, & exterior: Finis remotus, ſiue extrinſecus eſt finis ipſius operantis, ſiuè ferentis cenſuram, & talis eſt fructus ille bonus, quē Prælatus ferens cenſuram intendit per talem pœnam habere, ſibique proponit, qui eſt ſalus, & emendatio peccatoris, ſiuè aliquod temporale bonū, quatenus eſt connexum cū ſpirituali, vt eſt reſtitutio rei ablatæ, ſiue ſeparatio damni illati proximo innocēti.

Finis extrinſecus, & remotus quis.

3 Finis temporalis non eſt intētus principaliter, ſed ſecundarie.

Quando ergo talis fructus obtinetur, ille dici poteſt effectus cenſuræ, quamuis remotus: non enim fructus temporalis principaliter intenditur per cenſuram, quæ cum ſit pœna ſpiritualis, & grauiſſima, qualis eſt Excommunicatio non eſſet imponenda ſimpliciter propter res temporales, & tranſitorias, niſi talis fructus eſſet annexus cum bonis ſpiritualibus maioris exiſtimationis, magiſque intentus per ipſam cenſuram iuxta illud Apoſtoli. 1.Corinth.c.1. dicentis: *Vt homo reſurgat à peccato, & ſaluus ſit in die Domini*: Talis enim ſemper eſt finis Eccleſiæ ferentis cenſuras, qui cū ſit finis efficientis cauſæ, dicitur Remotus, & extrinſecus. Ita Suar.to.5.de cēſ.D.6.ſect.1.

1.Corint. c.1. Finis remotus eſt intentio ferentis. Suarez.

4 Finis proximus, & Intrinſecus duplex. Immediatus, & mediatus. Finis immediatus, quis ſit. Tria bona ſpiritualia priuat cenſura. Primū bonū ſpirituale. Secundum. Tertium. Filliucius.

Finis autem ſiuè effectus proximus, & intrinſecus cenſuræ, etiam duplex eſt, vnus Immediatus, & per ſe, qui ſtatim ſemper cōſequitur cenſuram ipſam inhærentem alicui, & talis eſt priuatio aliquorum bonorum ſpiritualium, quæ (communiter loquendo) ad tria capita reduci poſſunt: Priuatio videlicet Sacramentorum, quò ad participationem actiuam, & paſſiuam per cenſuram excommunicationis: vel quò ad alteram tantùm, vt in ſuſpenſione, & Interdicto, vt ſuis locis videbitur: Nulla enim cenſura eſt, quæ aliquod huiuſmodi nō efficiat. Secunda eſt priuatio ſuffragiorum, orationum, & Sacrificiorum communiū, quæ fiunt in Eccleſia, ad quæ etiam reducuntur Diuina officia, & tertio, priuat communicatione fidelium, quatenus talis communicatio ordinatur ad bona ſpiritualia participanda. Ita Filliuc.tom.1 .tr. 11.c.7.q.2.num.196.

5 Cenſura non priuat bonis omnibus ſpiritualibus, ſed aliquibus. Excommunicatus quomodo eſt extra Dei gratiam.

Ex quibus patet cenſuram non priuare cenſuratos bonis omnibus ſpiritualibus, ſed aliquibus: Non enim priuat bonis internis ſpiritualibus, vt eſt gratia habitualis, virtutes infuſæ aliaq; ſpiritualia dona, quæ tantum omittuntur per peccatū mortale, & nō ſimpliciter propter cenſuram. Et quamuis contingat, vt plurimum, cenſuratum etiam in his eſſe priuatū propter cauſam diſpoſitiuam neceſſariam in eo ad incurrendam cenſuram excōmunicationis, non tamen

hoc

Digitized by Google

hoc prouenit ratione cenſuræ, vt dixit, ſed ratione ſubiecti, non potentis eſſe capax excommunicationis maioris, quæ non contrahitur, niſi per culpam mortalem, vt dicetur loco ſuo: Ita Suarez d.tom.5. de cenſuris D.6.ſect.1.num.3.

Suarez.

6 Temporalibus autem bonis nō priuatur cenſuratus primò, & per ſe, ſed quatenus illa ſunt annexa, & coniuncta ſpiritualibus, vt eſt communicatio cum fidelibus in humanis, quæ interdicitur excommunicatis, & receptio fructuum beneficij, pro ijs, qui ſunt beneficiarij, & vſus aliquorum commodorum, quibus priuat cenſura excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, de quibus plenius in proprijs locis ſpecialiter eſt dicendum.

Cenſura nō priuat tēporalibus bonis per accidens.

7 His ergo poſitis ſecundo loco Quæritur, quo tempore huiuſmodi effectus conſequuntur in cenſurato.

Secundū quæſitum. De tempore, quo conſequuntur.

Reſpondetur ſuppoſita diuiſione facta de effectu mediato, & immediato, Intrinſeco, & extrinſeco: Dico Primò, quod ſi loquamur de effectu intrinſeco, & per ſe, qui eſt priuatio rerum ſpiritualium, talis effectus conſequitur immediate, & in eodem inſtāti, quo cenſura incurritur, ſecundum illam maximam, communiter receptam a Iuriſtis dicentibus: *Cenſuram latam trahere ſecum illicò executionem ſuam:* prout colligitur ex c. Paſtoralis §. verum de Appellat. Ita Vgolinus de cenſ.c.13. §.1. Filliuc.d.tr.11.c.7.q.3.n.196.

Prima concluſio. Priuatio rerū ſpiritualium conſequitur immediatè. Cēſura trahit ſecum immediatè ſuam executionē. C. Paſtoralis. Vgolinus. Filliucius.

Si autē loquimur de Effectibus ſecundarijs, & per accidens, etiam illi, quò ad obligationem ſtatim cōſequuntur innodatum vinculo cenſuræ: ſtatim enim incipit cenſura obligare ad abſtinēdum à participatione in Diuinis, Sacramentorum, & auditione Miſſæ; ipſum excommunicatum, alijſq; functionibus, quæ prohibentur illi per cenſuram: Non incurrit autem in peccatum, aut pœnas, niſi prohibita per cenſurā tranſgrediatur: Nam talis effectus irregularitatis, & aliorum tunc conſequitur, quando cenſuratus in ſacro ordine miniſtrabit, vt ſuo loco dicetur. Ita Suarez d.tom.5.de cenſ.D.6. ſect.3. num.4.

8 Obligatio ad abſtinendū à Sacramentis ſtatim conſequitur. Irregularitas, & peccatū nō conſequitur immediatè; ſed mediatè.

9 Quæritur tertiò. Quinam ſint effectus per accidens, ipſam cenſuram conſequentes?

Tertium quæſitum de effectibus per accidens.

Reſpondetur. Hos effectus (generaliter loquendo) ad quinq; reduci poſſe, quorum Primus eſt peccatum mortale, ſi cenſuratus faciat aliquod eorū, quæ principaliter illi per cenſuram ſunt prohibita, vt in excōmunicato, eſt participatio in Sacramentis, & rebus ſacris. In ſuſpenſo, eſt adminiſtratio actiua Sacramentorum, & huiuſmodi, cuius ratio eſt, quia tranſgrediendo facit contra præceptum Eccleſiæ in re graui: prout dicitur in c.2. de Maiorit. & obedient. Ita Naua.in man.c.25.n.63. Couar.in c. Alma mater p.1. §.7.nu.1.& alij: Si vero agat contra ea, quæ minus principaliter ſunt prohibita, erit ſaltem peccatum veniale reſpectu paruitatis materiæ.

Effectus per accidens ſunt quinque. Primus eſt. p. m.

C.2. de Maioritate. & obedientia. Nauarrus. Couar.

10 Secundus effectus eſt inducere irregularitatē, quādò aliquis cenſuratus cēſura maiori, ſiuè ſit Excommunicationis, ſiuè ſuſpenſionis, ſiuè Interdicti, qui ſciēs, vel ſcire debens, hoc illi non licere celebret, ſiuè exercet aliquem ſacrum ordinem, aut authorando, vt ſi eſſet aliquis Prælatus, cenſura maiori ligatus vitandus, qui aliquem Sacerdotem coram ſe celebrare faciat, aut ipſe ſolemniter benedicat aquā Sanctam, ſiuè Eccleſias conſecret tūc irregularitatem incidet; vt colligitur ex c.2. de Clerico excom.miniſt.& ex c. 1.de ſent.excom.in 6. Ita Nauarr.c.27. num.244. Syluest.in verb. Irregularitas q.13. Filliuc.d.tr.11.q.5.nu. 201. Vgolinus de cenſ.p.1.c.14.

Secundus eſt Irregularitas, & quando incurritur.

C.2.de Clerico. Excom. miniſt. c.1 de ſent.excom. Nauar. Syluester. Filliucius. Vgolinus.

11 Tertius effectus eſt irritare ipſo iure acta quædam ipſius cenſurati, prout eſt ſententia lata ab excōmunicato, ſiuè ſuſpenſo declarato, ſiuè denunciato, vt habetur ex c. Ad probandum de ſent.& re iudicata: Ita etiam irritare conſtitutionem procuratoris, & collationem beneficij eidem factam ex c. Paſtoralis de Cleric.excom.Miniſt.& c.1.de Reſcriptis.

Tertius effectus eſt irritare quædam actiones. C. Ad probandum.

C. Paſtoralis. C.1. de Reſcript.

Quartus effectus eſt inducere quaſdam pœnas ipſo iure latas, vt eſt priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſi excommunicatus, ſiuè interdictus ante abſolutionē obtentam è vita decedat. Secundo ſi per annū in cēſura maiori cōtumaciter perſeueret quamcumq; ob cauſam contra eum latā, elapſo anno habetur ſuſpectus de hereſi, vt habetur ex c. finali de Pœnis, & tertiò conuictus de crimine ob contumaciam, cuius cauſa fuit excommunicatus, ſi per annum perſeuerat habetur pro conuicto in eo crimine; can. Rurſus 11.q.3. Vgolinus c.14.§.3.num.4. 12

Quartus effectus inducit pœnas ipſo iure latas.

C. finali de Pœnis.

Can. Rurſus. Vgolinus.

Quintus effectus eſt ſubijcere cenſuratum alijs pœnis à iudicibus inferendis, quæ per tres cauſas ferri poſſunt: Primò, quia cenſuratus aſſerat Eccleſiam nō habere poteſtatem ferendi cenſuras, & tunc puniendus eſt tamquam hæreticus: Secundò, quia exercet actus prohibitos per cenſuram: & tertiò, quia contemnit cenſuras, inflictas, perſeuerando in eius per annum contumaciter: Et tūc poterit ab Inquiſitoribus Sancti officij citari ad reſpondendum de fide: de quib. fuſius, & ſpecialiter in locis proprijs eſt dicēdū. 13

Quintus effectus eſt ſubijcere pœnis inferendis à Iudicibus.

Quæritur quartò. An effectus huiuſmodi cenſuræ ſint perpetui, An vero amouibiles? 14

Quæſitum 4.

Reſpondetur. Effectus cenſurarum non eſſe perpetuos, cum ſint vincula ſolubilia, quæ tamdiù permanent in cenſurato, donec recedente contumacia per abſolutionē illorum auferantur: Poſſunt autem dici perpetui negatiuè, quatenus non habent effectum, & terminum definitum ſuæ durationis, ſed poſſunt breuiori, & longiori tempore permanere, prout peccator perſeueret in contumacia: qua ablata cenſura incipit eſſe in proxima diſpoſitione, vt per abſolutionē auferatur. Ita Filliuc.to.1.tr.11.de cēſ.c.7.q.6.n.205.

Effectus cenſuræ non ſunt perpetui poſitiuè, ſed negatiuè.

Filliucius.

Verum eſt tamen, quod effectus immediati manente cenſura in ſubiecto impediri non poſſunt: Nam cenſura lata ſtatim trahit ſecum effectus ſuos, qui immediatè pendent ab ipſa. Qui autem ſint effectus immediati dictum eſt ſupra nu.4. huius præſentis cap. Alij verò effectus mediati, qui in libera voluntate cenſurati ſunt poſiti; ſi à prohibitis ſe abſtineat cenſura ligatus, & effectus impediri poſſunt: Nam in poteſtate ipſius eſt agere, vel non agere prohibita per cenſuras, à quibus ſi abſtineat non peccabit, neque irregularitatem, ſiuè alias pœnas incurret: prout dicit Suarez de cenſ. D.6.ſect.3.num.4. 15

Effectus immediati impediri non poſſunt. Effectus mediati poſſunt impediri.

Suarez.

Quæritur quintò. A quo ſuſpendi poſſunt effectus cenſuræ in ipſo cenſurato? 16

Quintū Quæſitum.

Reſpondetur omnes effectus cenſuræ quicumque illi ſint poſſunt ſuſpendi per diſpenſationem Summi Pontificis: Nam in eo eſt omnis Eccleſiaſtica poteſtas, & poteſt diſpenſare in omni iure humano, quæ diſpenſatio, vt ſit iuſta requirit honeſtam, & rationabilem cauſam: Si autem ſine vlla cauſa diſpenſauerit Pontifex, talis diſpenſatio erit quidem valida, quamuis ſit iniuſta, & culpabilis: nam Summo Pontifici data eſt poteſtas in Eccleſiam militātem in ædificationem, & non in deſtructionem: Alij vero Prælati inferiores Summo Pontifici non poſſunt diſpenſare in effectibus cenſurarum, in quas non habent iuriſdictionem, & poteſtatem: Ita Vgolin tab.1. de cenſ. c. 10 §.4.nu.4. Filliuc. d.tr.11. c.7.num.213. Bonacina de cenſ.D.1.q.1.p.14.num.2.

Papa poteſt ſuſpendere omnes effectus cēſurarū.

Inferiores Prælati non poſſunt effectus immediatos impedire. Vgolinus. Filliucius. Bonacina.

Et hæc de cenſuris in genere dicta ſufficiant, plura eſſent dicenda, quæ in proprijs ſpeciebus, agendo de Excommunicatione, Suſpenſione, & Interdicto ſpecialiter dicentur, vt in ſequentibus tractatibus omnia patebunt.

TRA-

TRACTATVS V.

ET DE EXCOMMVNICATIONE Maiori. Tract. I.

PROOEMIVM.

Introductio. Excommunicatio eſt gladius Epiſcoporum. Finis inferendi cenſuras. Excommunicatio eſt omnium pœnarũ maxima.

EXplicatis explicandis, ac declaratis declarandis, quæ ad cenſurarum notitiam in communi faciebant, vt autem facilius ad ipſarum ſpecierum cognitionem peruenire poſſimus: Accedimus modo ope Diuina fræti ad ipſarum ſpecies explicandas: Quarum Prima, & principalis eſt excommunicatio, quæ dicitur, & eſt quaſi quidam gladius Spiritualis Epiſcoporum ex vtraque parte acutus, & Virga ferrea, atque Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quo vtuntur Eccleſiarum Prælati ad ſubditorum contumacias coarcendas, vt tali timore concuſſi à ſuis iniquitatibus reſipiſcant, ne in æternam damnationem ruant: Vndè inter cenſurarum ſpecies hæc eſt ſpiritualium pœnarum omnium maxima: priuat enim fideles multis ſpiritualibus bonis, quibus in Dei militantis Eccleſia fruuntur fideles per Sanctorum communionem, atque Sacramentorum participationem, quibus excommunicati in ſuorum ſcelerum pœnam priuantur: Quapropter de ipſa excommunicatione maiori accuratè à nobis eſt agendum: Eſt enim iſta cognitio maximè neceſſaria, non ſolum Prælatis Eccleſiæ, vt prouidi, & cauti ſint in excommunicationibus infligendis, verum etiam omnibus Sacerdotibus, & Chriſti fidelibus pro ipſorum ſalute, ne talibus ligati vinculis ex hac vita diſcedant: Nam vt ipſa veritas dixit: Quicumque ligantur in terris Eccleſiaſticis cenſuris, erunt quoque ligati in Cœlis: *Vndè canit Eccleſia:* Quodcumque vinclis ſuper terram ſtrinxeris erit in aſtris religatum fortiter: *Agemus itaque de ipſa excommunicatione, quatenus eſt prima in ordine cenſurarum ſpecies hoc ordine videlicet. Primò conſiderabimus ipſius naturam, & quidditatem triplici via, ipſam indagando, per nominis Etymologiam, Deſcriptionem, & Definitionem, ac etiam per quatuor cauſas, quarum cognitio ad rei cognitionem perfectam multum conducit. Secundò conſiderabimus effectus ipſius excommunicationis maioris, qui varij multique ſunt, & ſic de cauſis excuſantibus ab ipſorum incurſione etiam dicetur. Tertiò de abſolutione ipſarum, ac varijs modis, & formis, quibus vincula excommunicationum ſoluuntur. Quartò de excommunicatione minori. Quintò de excommunicationibus reſeruatis, tam in iure, quam ab homine, & præcipuè de illis, quæ dicuntur in Bulla Cœnæ: Quarum cognitio eſt omnibus admodum neceſſaria.*

Vtilitas cognitionis excommunicationũ quanta ſit. Diuiſio omnium tractatuum excommunicationis. Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus.

QVID, ET QVOTVPLEX SIT Excommunicatio.

CAP. I.

1 *Polynomium eſt excommunicatio.*

VT à nominis Etymologia incipiamus eſt Primò ſciendum, quod prima in ordine cenſurarum ſpecies eſt excommunicatio, quæ multifariam, multiſque modis à Sanctis Patribus appellari ſolet, prout refert Gregorius Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 3. Aliquando enim dicitur ſimpliciter; Cenſura Eccleſiaſtica per Anthonomaſiam, quæ eſt prima, & principalis ſpecies cenſurarum: Interdum appellatur Diſtrictio Eccleſiaſtica, eò quod quaſi vinculo quodam hominum contumaciam conſtrictam, & ligatam teneat, ne longius erumpat: Sæpe ſæpius dicitur excommunicatio. Quandoque Anathema, ſiuè Anathema maran Atha, non numquam mucro, ſiue cuſpis, & gladius ſpiritualis Prælatorum; ſic etiam Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ; Inſuper multoties appellatur medicina Animæ, & mors ſpiritualis, atque Animarum pœnarum maxima. His ergo alijſque nominibus propter varios effectus, ac proprietates ipſius cenſuræ nuncupatur à Theologis, & Canoniſtis. Nos autem breuitatis cauſa quinque tantum ex iſtis, quæ ſunt principalia explicabimus.

Sayrus. Cẽſura Eccleſiaſtica per Anthonomaſiam. Diſtrictio Eccleſiaſtica. Excommunicatio Anathema. Anathema maran Atha. Mucro. Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Medicina Animæ mors ſpiritualis.

2 *Excommunicatio quid ſit, & vndè dicatur.*

Dicitur ergo communiter excommunicatio, quæ eſt dictio Latina compoſita ex dictione ex, & communicatio, quaſi extra communionem, qua priuatur excommunicatus, adeò vt excommunicatio propriè ſignificat Sacræ communionis, ſiuè Euchariſtiæ Sacramenti priuationem, qua maximè fideles viuuntur, & olim in principio naſcentis Eccleſiæ propter eius quotidianam frequentiam maxima pœna erat ipſius priuatio, quapropter quando fideles aliqua grauia peccata commiſerant à Sacra communione arcebantur, & dicebantur excommunicati; hoc eſt extra communionem facti. Poſtea verò propter eadem, & grauiora peccata priuantur fideles participatione omnium Sacramentorum, orationibus, ſuffragijſque communibus Eccleſiæ, ac etiam fidelium conuictu, & ideò extenſum eſt hoc nomen ad hæc omnia ſignificanda, quorum participatione, & communione priuantur excommunicati.

Excommunicatio ſignificat priuationem multorũ bonorum ſpiritualium.

3 *Excommunicatio quomodo dicatur à Græcis.*

Excommunicatio autem à Græcis dicitur *ἀκοινωνησία*, quæ deriuatur à verbo Græco *ἀκοινωνέω* quod ſignificat excommunico: Vndè excommunicatus apud Græcos dicitur *ἀκοινώνητος*, ſiuè *ἀφωρισμένος*, ideſt ſeparatus à communione fidelium, & excommunicatus. Ità Sayrus de cenſ. c. 3. lib. 1. nu. 4.

4 *Anathema quid ſit, & vnde dicatur.*

Secundò appellatur, Anathema, quæ eſt vox Græca compoſita ex *ἀνα*, quod eſt ſurſum, & *θέσις*, ideſt poſitio, quaſi ſurſum poſitio, ſimilitudine ſumpta ab antiquis, qui cepta in bello appendebant ſeparata, & ſeiuncta à ceteris, quaſi in anathema obliuionis: prout fecit Iudith de ijs, quæ dederat ipſi ſummus Sacerdos pro morte Holofernis, vt dicitur c. 16. ipſius libri. Ità D. Thom. in c. 1. ad Galat. ſiuè vt ait D. Auguſt. tom. 4. ſuorum operum c. 21. q. 40. & 41. in lib. Num. Anathema autem propriè ſignificat maledictionem, ſiuè execrationem; quapropter in Euangelio Marci c. 24. dicitur Petrum cœpiſſe anathematizare, ideſt maledicere, & execrare, quaſi Petrus ſibi maledictiones imprecaretur, vt maior fides ſuo iuramento præſtaretur.

Iudith c. 16. D. Thom. D. Auguſt. Anathema ſignificat maledictionem. Marc. c. 24.

D.Chryſoſt. Excommunicatus dicitur traditus Sathanæ. 1.Timot. c.1. Filliucius.

5 Dicit autem: D. Chryſoſt. lib. de Anath. excommunicatus ab Eccleſia oblatus eſt Diabolo, & traditus Sathanæ, & à conſortio humano ſe poſitus, & ſeparatus, tanquam quid execrabile, & maledictum, & ab omnibus vitandus, ſecundum illud Apoſtoli 1. Timoth. cap. 1. num. 20. *Qui naufragauerunt à fide tradidi eos Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare*, Quæ omnia conueniunt excommunicationi, prout notauit Filliuc. de cenſ. tract. 12. cap. 1. num. 1.

Excommunicatio, & Anathema quomodo differunt. Sunt idem realiter, & diſtinguuntur formaliter. Can. Debent. Anathematis ſolemnitas quæ. Couar. Auila.

6 Et licèt ſtando in rigore, & proprietate vocabuli in plus ſe habeat excommunicatio, quàm anathema. Nam excommunicatio complectitur maiorem, & minorem excommunicationem; Anathema autem ſolùm ſignificat excommunicationem maiorem; eſt enim maledictio, & execratio: Tamen ſecundum iura, anathema, & excommunicatio maior ſunt idem realiter quò ad effectum: Diſtinguuntur tamen ratione, & accidentaliter: non enim differunt quantum ad vinculum, ſed ſolum quantum ad ſolemnitatem; vt habetur in can. debent 11. quæſt. 3. vbi ponitur Anathematis ſolemnitas, quod Epiſcopum circumſtare debeant duodecim Sacerdotes, habentes in manibus lucernas ardentes, quas in fine anathematis in terram proijciunt, & pedibus conculcant, & mittuntur Epiſtolæ, continentes nomina excommunicatorum, & ſic incutit maiorem timorem. Ita Couar. in c. Alma mater p. 1. §. 8. num. 6. Auila de cenſ. p. 2. D. 1. cap. 1. de excommunicatione.

Anathema maran atha, quid ſignificet. 1.Cor. c.16.

7 Tertiò appellatur: Anathema Maran Atha à D. Paulo 1. Corinth. cap. 16. num. 22. dicente: *Si quis Dominum Ieſum non amat, ſit anathema maran atha*: hoc eſt ſit excommunicatus, & condemnatus, donec Dominus veniat, indicans huiuſmodi permanere in excommunicationis vinculo, niſi pœniteat culpæ propter quam lata eſt contra eum excommunicatio, & in ea permanſurum, vſque ad aduentum Domini.

Maran atha eſt vox Syriaca, & quid ſignificet. D. Hieron. Suarez. Soto. Filliucius. Conink. Nauar. Bonacina. Auila.

8 Verbum enim Maran atha eſt vox Syriaca, quæ ſignificat vſque ad aduentum Domini, ſecundum D. Hieronymum Hom. 1. in dicta Epiſt. Pauli. Vndè Apoſtolus addidit ly Maran atha ad nomen Grecum Anathema, ad denotandum huiuſmodi eſſe maledictum, donec conuertatur, & à contumacia diſcedat. Ità Suarez tom. 5. de cenſ. D. 8. ſect. 2. nu. 5. Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 1. Filliuc. d. tr. 12. c. 1. nu. 1. Coninck de Sacr. p. 2. D. 14. d. 1. Nauar. de Datis, & promiſſ. not. 4. nu. 8. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 1. p. 1. nu. 1. & Auila de cenſ. p. 2. D. 1. c. 1.

Mucro, ſiuè cuſpis Prælatorum. D. Cyprian. Richardus. Soto. Sayrus. Virga Ferrea, & Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

9 Quartò excommunicatio dici ſolet, Mucro, ſiuè cuſpis, & Gladius Prælatorum: Nam, vt ait D. Cyprianus ad Popon. Epiſt. 11. *Spirituali gladio ſuperbi, & contumaces feriuntur, & necantur, dum extra Eccleſiam eijciuntur*. Et ſicut Principes vtuntur materiali gladio ad impiorum correctionem, ita Prælati Eccleſiæ excommunicatione, tanquam mucrone, & ſpirituali gladio, vt contumaces reſipiſcant, & corrigantur. Ità Richard. in 4. D. 18. quæſt. 1. A. 3. Soto D. 22. quæſt. 1. A. 1. Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 3. num. 10. & alij. Sic etiam ſimiliter dicitur Virga ferrea: Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quibus maximè comprimitur peccatoris audacia.

Mors ſpiritualis quare appelletur excõmunicatio. D.Cyprian. Innoc. III. C. Venerabilem. C.Corripiuntur. D. Auguſt.

10 Quintò tandem ipſa excommunicatio dici ſolet: Mors ſpiritualis: Nam ſicut mortuus vitæ huius fructibus caret, ità excommunicatus ſpiritualis vitæ fructibus. Vndè ait D. Cyprianus loco ſupra citato: *Non exiſtiment homines ſibi vitæ, aut ſalutis conſtare rationem, ſi Prælatis obtemperare noluerint*: Quapropter Innocentius III. ait. *Qui Epiſcoporum ſententiam obſeruare contempſerint, mori præcipitur hoc eſt, per excommunicationem velut mortui à communione fidelium per anathematis ſententiam ſeparantur*; Quæ refertur in c. Venerabilem ſub tit. Qui filij ſunt legitimi §. ſunt autem: & ideò excommunicatio iure dicitur: Maxima pœnarum pœna in c. Corripiuntur 24. q. 3. & Gloſſa ibi ex D. Auguſt. de corrept. & gratia c. 15.

Excõmunicatio duplex maior, & minor.

11 His ergo alijſque pluribus nominibus hæc ſpecies cenſuræ a Sanctis Patribus, Canoniſtis, & Theologis appellari ſolet: Communiter autem tanquam communiori, & vſitatiori vocabulo dicitur: Excommunicatio, quæ in Prima ſui diuiſione duplex eſt, quarum vna dicitur: Maior, minor altera: Excommunicatio maior eſt illa, quæ à communione fidelium ſeparat: Minor verò, quæ tantum ſeparat à participatione paſſiua Sacramentorum.

Excommunicatio eſt genus intermedium. Diffinitio excommunicationis generica. D. Thomas. Vgolinus. Suarez. Filliucius.

12 Ex quo ſequitur, quod excommunicatio eſt tanquam genus intermedium, ſpecies quidem cenſuræ, & genus ad maiorem, & minorem excommunicationem; & ideò primo loco aſſignanda eſt definitio ipſius excommunicationis in genere, competens ad vtramque ſpeciem, quæ talis erit: *Excommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, priuans hominem Eccleſiaſtica communione fidelium*: prout colligitur ex doctrina D. Thomæ in addit. 3. p. quæſt. 21. A. 1. ad ſecundum, Vgolin. de cenſ. c. 25. nu. 2. Suarez de cenſ. D. 8. ſect. 1. Filliuc. d. tr. 14. cap. 1. num. 3. & aliorum.

13 Hæc ergo diffinitio non ſolum competit excommunicationi maiori, ſed etiam minori: Quamuis enim excommunicatio minor non priuet fideles omni communioni hominum, ſicut maior, ſatis tamen eſt, quod priuet aliqua.

Alia deſcriptio clarior.

Quapropter in diffinitione dictum eſt ſimpliciter, & indiffinitè; Priuans Eccleſiaſtica communione: Nam excommunicatio minor priuat communione paſſiua Sacramentorum, & paſſiua electione, vt ſuo loco videbitur; Vel poſſumus dicere; *Excommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua ſeparatur homo ab aliqua Eccleſiæ communione, vel à receptione Sacramentorum tantum vel ab illa, & ſuffragijs, & orationibus communibus, & conuictu fidelium ſimul*: Et ità conuenit vtrique excommunicationi maiori, & minori, vt patet.

Excommunicatio maior quid ſit.

14 Vt autem diſtinctius procedamus, placet propriam diffinitionem, cuique excommunicationi diſtinctam aſſignare; Vndè excommunicatio, quæ dicitur maior, ita poteſt diffiniri; *Excommunicatio eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua homo baptizatus priuatur aliquibus bonis ſpiritualibus communibus. Videlicet conſortio fidelium, participatione actiua, & paſſiua Sacramentorum, atque communibus Eccleſiæ ſuffragijs*: Quæ diffinitio clariſſima eſt, & declaratione non indiget: conſtat enim ex genere, & differentia, aſſignaturque ſubiectum quatenus dicitur: Homo baptizatus; & tandem effectus ipſius vt in ſequentibus tractatibus eſt dicendum.

Excommunicatio minor quid ſit.

15 *Excommunicatio minor eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua priuatur homo participatione paſſiua Sacramentorum, & electione paſſiua ad dignitates*. Quæ diffinitio etiam faciliter intelligitur, de qua poſtea ſuo loco, agendo de ipſa excommunicatione minori dicetur plenius.

16 Ex quibus patet excommunicationem maiorem eſſe maximam cenſuram, eò quod priuat maioribus, & pluribus bonis ſpiritualibus, vtpotè omni communicatione actiua, & paſſiua bonorum diui-

diuinorum,& humanorum eo modo,vt ſupra declaratum eſt.

17 Dicimus tandem: Excommunicationem maiorem multipliciter ſubdiuidi poſſe. Quinque tamen diuiſiones ſunt præcipuè; Prima eſt à cauſa efficiente, & ſic diuiditur in excommunicationem à iure, & ab homine. Secunda ex parte ſubiecti materialis in quo infligitur, & tunc diuiditur in generalem, & particularem. Tertia ex parte formæ, & ſic diuiditur in excommunicationem latæ ſententiæ, & ferendæ. Quarta ex parte modi, quo fertur, & diuiditur in iuſtam, & iniuſtam: Validam, & inualidam. Et quinta ex parte poteſtatis abſoluendi, & diuiditur in excommunicationem reſeruatam, & non reſeruatam; Reſeruata autem diuiditur in ijs, quæ ſunt reſeruatæ à iure communi, & particulari, vt in Bulla Cœnæ, & ab homine, de quibus omnibus in ſequentibus ſpecialiter in proprijs locis eſt dicendum.

Excommunicatio duplex à iure, & ab homine. Excommunicatio duplex generalis, & particularis. Excommunicatio latæ ſententiæ, & ferendæ. Excommunicatio iuſta, vel iniuſta. Valida, & inualida. Excommunicatio alia reſeruata alia nō reſeruata. In iure communi, & particulare.

DE CAVSA MATERIALI *Remota Excommunicationis Maioris.*

CAP. II.

1 QViditate, & natura excommunicationis, iam explicata per ſuam definitionem: opere pretium eſt pro vberiori notitia ipſius per quatuor cauſas eam inueſtigare: Quatuor enim ſunt cauſæ componentes, quæ ad rerum cognitionem perfectam nos conducunt: Materialis, videlicet, formalis, efficiens, & finalis: Inquirendum eſt ergo. Primò in hoc præſenti capitulo de cauſa materiali, deinde de alijs cauſis per ordinem.

Cauſæ rerum ſunt quatuor, materialis, formalis, efficiens, & finalis.

2 At quoniam materia in rebus phyſicis, & moralibus: Duplex eſt, quarum vna dicitur. Proxima, Remota altera, cauſa autem remota excommunicationis eſt peccatum, propter quod talis cenſura incurritur: cauſa autem materialis proxima eſt ſubiectum, ſiuè perſona ipſa, quæ tali vinculo ligatur, quæ etiam à quibuſdam cauſa ſubiectiua appellatur, de qua in ſequenti capitulo eſt dicendum: In hoc ergo præſenti ſolum inquirimus de cauſa materiali remota: Vndè.

Cauſa materialis duplex proxima, & remota. De cauſa remota materiali.

3 Primò quæritur: An ad incurrendam excommunicationem requiratur aliqua cauſa, ſiuè culpa in ſubiecto excommunicando, vt ſit capax?

Quæſitum 1. An excommunicatio ſupponat peccatū.

Reſpondetur affirmatiuè: & Ratio huius eſt, quia excommunicatio maior eſt pœna grauiſſima medicinalis, & ſpiritualis, inflicta ab Eccleſia ad reſipiſcentiam: Hæc autem omnia ſupponunt culpam: Nam ſpiritualis pœna dicit ordinem ad culpam, & eſt eius comes, ergo ſine culpa non eſt imponenda. Vt verò eſt etiam medicinalis debet ſupponere peccati morbum: quapropter culpa dicitur cauſa diſpoſitiua ſubiecti, & impulſiua iudicis Eccleſiaſtici ad infligendam excommunicationem in illud, prout dicitur in c. Sacro. de ſentent. excommunic. & ideò ad incurrendam excommunicationem non ſufficit ſola voluntas Prælati, ferentis, ſed requiritur etiam culpa ipſius delinquentis, prout dicunt Auila lib. de cenſ. p. 1. D. 9. & Suarez tom. 5. de cenſ. D. 4. ſect. 1. nu. 1. & alij.

Reſolutio. Vt excommunicatio ſit iuſta ſupponit culpam in ſubiecto. C. Sacro. Auila. Suarez.

4 Quæritur ſecundò: An ad incurrendam excommunicationem requiratur peccatum proprium, vel ſufficiat aliquando culpa aliena?

Quæſitum 2.

Reſpondetur, quod licèt interdictum poſſit quandòque imponi propter peccatum alicuius in collegium, ſiuè communitatem, in quo caſu non propriè fertur in pœnam illius, qui non peccauit, ſed in pœnam delinquentis, quæ punitur in alio, prout dicitur in c. Si ſententia de ſent. excomm. in ſexto. Excommunicatio autem, cùm ſit pœna grauiſſima non poteſt infligi in communitatem, ſed tantummodo in perſonas peccantes: prout determinatum eſt in Sacris Canonibus: Can. Si habes 24. q. 3. Ita Couar. in c. Alma mater p. 1. §. 9. nu. 3. Suarez d. tom. 5. D. 4. ſec. 2. nu. 2. Sayrus de cenſ. lib. 1. c. 9. nu. 29. Henriquez in ſum. c. 50. A. 2. Auila de cenſ. p. 5. D. 3. d. 1. Filliuc. d. tr. 11. cap. 6. q. 2. num. 157. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 1. p. 3. num. 3.

Interdictum poteſt poni in communitatem. C. Si ſententia. Excommunicatio non eſt imponēda in communitatem, ſed in delinquentem. Can. Si habes. Couar. Suarez. Sayrus. Henriquez. Filliucius. Bonacina.

5 Quæritur tertiò: An tale peccatum, pro quo infligenda eſt excommunicatio debeat eſſe externum: An ſufficiat aliquando peccatum merè internum?

Quæſitum 3. An ſufficiat peccatum internum.

Reſpondetur: Quotieſcumque peccatum eſt ità internum, vt in mente lateat, quod aliter cognoſci non poſſet, niſi per reuelationem, non eſt ſufficiens ad excommunicationem incurrendam, quia Eccleſia non iudicat de internis, niſi indirectè: Solus enim Deus eſt, qui iudicat de internis. Vndè excommunicatio lata non habet effectum quando peccatum eſt merè internum, ſed requiritur opus externum, conſummatum per operationem externam. Ità Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 3. Vaſquez de excom. D. 160. d. 13. & 22. Vgolin. Tab. 1. de cenſ. c. 9. §. 10. Suarez de cenſ. D. 4. ſect. 2. nu. 6.

Excommunicatio requirit opus externū conſummatū. Soto. Vaſquez. Vgolinus. Suarez.

6 Verum eſt tamen Eccleſiam poſſe aliquando præcipere actum internum indirectè: quapropter in Clement. 1. de Hæret. §. Verum: Excommunicantur Inquiſitores, qui odio, vel ſpe lucri puniunt aliquem innocentem: Non enim in caſu excommunicat illos præciſè per actum internum odij, ſed per ordinem ad actum externum punitionis, qui prouenit ex actu prauo interno odij. Ità Suarez d. D. 4. ſect. 2. num. 17. Bonacina de cenſ. D. 1. quæſt. 1. p. 3. num. 4.

Poteſt Eccleſia indirectè aliquādo præcipere actum internum. Clemen. 1. de Hæreticis. Suarez. Bonacina.

7 Quæritur quartò: An faciens actum externum ſine actu interno incurrat pœnam excommunicationis, latam contra talem operationem facientes?

Quæſitum 4. Excommunicatio. An contrahatur per actum externum ſine interno?

Reſpondetur, quod quando ſubſtantia actus externi ſubſiſtere poteſt ſine actu interno, tunc non incurritur cenſura, quia actus externus adimpletur quamuis aliàs committi poſſet peccatum contra ius Diuinum. e. g. Communicans indignè in Paſchate Reſurrectionis non incurrit excommunicationem, ſi quæ lata eſſet contra non communicantes eo tempore: Nam indignè communicans adimpleuit ſubſtantiam præcepti Eccleſiæ, quæ præcipit receptionem Euchariſtiæ per communionem externam, quamuis non adimpleat modum, & faciat contra ius Diuinum indignè Euchariſtiam recipiendo. Ità Bonac. loc. cit. num. 5.

Communicās in Paſchate indignè adimplet præceptū Eccleſiæ communionis. Bonacina.

8 Secus autem dicendum eſt, quando actus externus prærequirit actum internum ad ſubſtantiam præcepti, ſicut exemplificant Doctores de præcepto recitandi horas Canonicas: Nam ſecundum opinionem plurimorum Doctorum in Diuino officio Eccleſia non ſolum præcipit recitationem externam, ſed etiam attentionem internam, quatenus indirectè præcipit orationem, quæ ſine attentione interna perſiſtere non poteſt: Vndè ille, qui audit Miſſam, ſiuè recitet horas Canonicas voluntariè diſtractus, & ſine vlla attentione non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, ſi lata eſſet excommunicatio contra non audientes Miſſam, vel non recitantes horas Canonicas, & ità incurreret excommunicationis pœnam, ſecundum probabiliorem ſententiam, quam ſequitur Suarez tom. 5. de cenſ. D. 4. ſect. 2. num. 27. Filliuc. d. tr. 11. cap. 6. q. 3. num. 166. Bonac. D. 5. quæſt. 1. p. 3. n. 5.

Indirectè poteſt aliquādo præcipere actum internū, vt in Diuino officio. Voluntariè diſtractus nō ſatisfacit horas Canonicas. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Conink. & Diana exiſtimat quod ſic.

p.3, nu. 5. Quamuis Conink cum Diana oppoſitum exiſtiment circa Diuinum officium.

9 Quæſitum 5. An ſufficiat culpa venialis?

Quæritur quintò: An culpa propter quam infligenda eſt excommunicatio debeat eſſe omninò mortalis, an ſufficiat venialis?

Excommunicatio maior ſemper ſupponit culpam mortalem. Excommunicatio minor etiam incurritur pro culpa veniali. C. Medicinalis. Bonacina.

Reſpondetur diſtinguendo, quod quando infligenda eſt excommunicatio maior, ſemper ſupponi debet peccatum mortale in delinquente, vt tali cenſura graui excommunicationis ligari poſſit: nam excommunicatio maior eſt pœna grauiſſima, quæ debet eſſe proportionata delicto; Quando verò erit excommunicatio minor, tunc non eſt inconueniens, quod etiam aliquando infligi poſſet pro culpa leui, prout colligitur ex c. Medicinalis de ſentent. excom. in 6. Ità Bonac. de cenſ. D. 5. quæſt. 1. p. 3. num. 6. & alij.

10 Ex quo ſequitur: Inualidam eſſe excommunicationem maiorem, impoſitam pro culpa veniali, cùm talis actus non ſit capax tantæ pœnæ, quando verò eſt excommunicatio minor, non implicat, quod incurratur etiam pro veniali peccato: Patet hoc in caſu, quo quis communicat in humanis cum excommunicato, tunc enim ſecundum opinionem multorum Doctorum eſt tantum peccatum veniale, vt ſuo loco videbitur, & tamen incurritur excommunicatio minor. Ità Suarez de cenſ. D. 8. ſect. 4. num. 7. Tolet. lib. 1. c. 44. Nauar. c. 27. nu. 165. Sayr. de cenſ. lib. 1. cap. 17. & Filliuc. d. tr. 11. cap. 6. quæſt. 2. num. 158.

Communicare in humanis cum excōmunicato eſt p. v.

Suarez. Tolet. Nauarr. Sayrus. Filliucius.

11 Obiectio.

Sed dicet aliquis; Si hoc eſſet, ſequeretur: Homines non affici excommunicatione, non obſeruantes decretum Epiſcopi, præcipientis aliquod ſub excommunicatione, quando illud, quod prohibetur de ſe eſt indifferens, & non obligat ad culpam mortalem, ſed hoc eſt falſum, vt patet, ergo.

12 Solutio.

Præcipiens ſub excōmunicatione præcipit ſub culpa mortali.

Reſpondetur, quod in caſu, quando Prælatus prohibet aliquam actionem, quæ de ſe eſt indifferens, & præcipit ſub pœna excommunicationis maioris, eo ipſo præcipit actionem illam ſub pœna peccati mortiferi, quod licet, ſecundum ſe eſſet indifferens, vel leuis, fit tamen grauis ratione circumſtantiæ, vel finis à ſuperiore intenti; e. g. Præcipit ſuperior, ne Clerici comam nutriant ſub pœna excommunicationis maioris, vel ne arma offenſiua geſtent: Tunc licèt ſecundum ſe huiuſmodi actiones non ſint peccata mortalia, fiunt tamen talia propter finem à ſuperiore intentum ad vitanda ſcandala; & Ratio huius eſt, quia qui præcipit finem cenſetur etiam velle, & præcipere omnia neceſſaria ad illum finem: ergo qui vult tranſgreſſionem illius præcepti ligari excommunicatione, vult etiam tranſgreſſionem illius eſſe peccatum mortale. Ità Soto in 4. D. 22. quæſt. 1. A. 3. & Conink de Sacram. p. 2. D. 13. d. 8. num. 70. Suarez tom. 5. de cenſ. D. 4. ſect. 6. num. 11. Filliuc. tom. 1. de cenſ. tr. 12. cap. 1. q. 8. num. 30.

Exēplificatur aſſertio.

Præcipiens aliquod propter finem, præcipit media ad illum finem.

Soto. Conink. Suarez. Filliucius.

13 Limitatur aſſertio.

Secus autem dicendum eſt, quando res, quæ præcipitur ſit omnino leuis, non ſolum, ſecundum ſe, & ratione paruitatis materiæ, ſed etiam ratione finis: Quapropter, quando præcipitur ſub pœna excommunicationis, ne quis furetur, vel falſum iuret. Tunc ſi quis furetur res aliquas in parua quantitate, vel iuret in materia leui, non incidit in excommunicationem, latam contra fures. Et Ratio huius eſt, quia cum excommunicatio ſit in ſe pœna grauis, ſupponit peccatum mortale. Hic autem non peccauit mortaliter, quia res furata in ſe fuit leuis: Nam paruitas rei ſemper excuſat à mortali, prout eſt communis ſententia omnium Theologorum. Ità Bonac. d. D. 5. q. 1. p. 3. nu. 10.

Materia leuis ſecundum ſe excuſat à p. m. & ab excōmunicatione.

Bonacina cū omnib. Theologis.

Quæritur ſextò: An ad incurrendam cenſuram excommunicationis requiratur opus prohibitum in ſe eſſe conſummatum, & perfectum. 14

Quæſitum 6. An requiratur opus eſſe conſummatum?

Reſpondetur, quod ad incurrendam excommunicationem ſemper requiritur effectus completus, quem legislator intendit ſub pœna excommunicationis prohibere: Lex enim non obligat, neque operatur vltra legislatoris intentionem verbis, vel ſignis expreſſam (ſumus enim in materia pœnali, quæ ſtrictè eſt intelligenda.) Quapropter; ſi quis mitteret ſagittam, ſiue lapidem contra Clericum, quæ caſu illum non tangat, tunc ille talis non incidit in excommunicationem Canonis, eò quod effectus percuſſionis non fuit ſequutus. Ità Vgolin. Tab. 1. de cenſ. cap. 9. §. 13. Auila p. 2. cap. 5. d. 3. d. 5. Suarez de cenſ. D. 4. ſect. 3. num. 4. Conink d. D. 13. d. 8. num. 75.

Excommunicatio requirit actum perfectum, & conſummatū actu externo. Mittens ſagittā contra Clericum, ſi non tangat nō eſt excommunicatus. Vgolinus. Auila. Suarez. Conink.

Similiter quando lata eſſet excommunicatio contra homicidas; Si homicidium tantum fuiſſet attentum, & non ſecutum propter aliquod quodcumque impedimentum, etiam per miraculum, non incidit iſte talis in excommunicationem, latam contra homicidas, prout dicunt Bonac. de cenſ. D. 5. q. 1. p. 3. nu. 12. & Filliuc. d. tr. 11. c. 6. nu. 173. 15

Homicidium attētatum, & nō ſequutum non incurrit irregularitatem. Bonacius. Filliucius.

Hoc tamen intelligendum eſt, niſi tunc in pœna cenſuræ principaliter præcipiatur ipſa actio, ſiuè conatus, quia tunc actus cenſeretur ſufficienter completus, quantum lex requirit, vt bene aduertit Vgolin. lib. de cenſ. Tab. 1. c. 9. num. 1. & Nauar. in comment. de Datis, & promiſſis, ſiuè acceptis, cap. 13. & alij. 16

Limitatio, niſi eſſent præcepta ipſa actio. Vgolinus. Nauarrus.

Hinc ſequitur; Excommunicationem non incurri, quando actus exterior non habet eam malitiam, quæ ſub excommunicatione prohibetur; Vndè qui exterius profert hæreſim, ſed interius benè ſentit de fide, non incidit in excommunicationem, latam contra Hæreticos: Nam talis excommunicatio lata eſt quando actus habet veram malitiam hæreſis: Quando autem deficit actus interior, & voluntas, deficit etiam malitia, & delictum, cuius cauſa lata eſt excommunicatio. Ita Nauar. in man. cap. 11. num. 25. Auila p. 1. D. 11. Conink d. D. 13. d. 8. num. 75. 17

Proferens verbum hæreſis, ſine intētione interna non incurrit excōmunicationē.

Nauar. Auila. Conink.

Quæritur ſeptimò: An Prælatus poſſet aliquando excommunicare aliquem propter peccatum præteritum commiſſum? 18

Quæſitum 7.

Reſpondetur excommunicationes nunquam infligi ſolere à Prælatis, niſi ob contumaciam, vt fideles tali pœna concuſſi reſipiſcant: quapropter pro peccato præterito, iam commiſſo non infligitur excommunicatio: Nam ad incurrendam talem pœnam debet præcedere admonitio, quia: Vbi non eſt contumacia non imponitur excommunicatio, alioquin ſequeretur, cenſuram non eſſe medicinam, ſed pœnam vindicatiuam; quapropter ille, qui Miſſam, e. g. die præterito non audiuit non poteſt excommunicari propter peccatum omiſſionis Miſſæ præteritæ, ſi non erat antea impoſitum præceptum Miſſæ audiendæ ſub pœna excommunicationis incurrendæ: Nam Eccleſia non habet facultatem excommunicandi, niſi rebelles, & contumaces, qui nolunt ipſi obedire: Qui autem iam commiſit peccatum non fuit contumax, rebellis, & inobediens contra Eccleſiam, eò quod Eccleſia nullam tulerat prohibitionem ſub excommunicatione, (vt ſupponitur) ergo &c. Ità Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 2. Henriq. lib. 13. c. 17. Sayr. lib. 1. c. 9. num. 25. Vgolin. de cenſ. Tab. 1. cap. 9. §. 5.

Pro peccato præterito non infligitur excommunicatio. Ratio aſſertionis.

Limitatur aſſertio, niſi antea eſſet factum præceptum ſub excommunicatione.

Soto. Henriquez. Sayrus. Vgolinus.

Non negamus tamen, quod aliquandò quis in pœnam peccati commiſſi poſſet puniri pœna ſuſpenſionis 19

Suſpenſio, vel interdictū im

Digitized by Google

poni poſſunt pro peccato commiſſo.

ſionis ab officio, vel pœna Interdicti, vt tali timore concuſſi alij fideles à talibus ſceleribus perpetrandis ſe abſtineant, prout dicetur loco ſuo, & benè aduerterunt Filliuc.d.tr.11.c.6.num.184. & num.190. Conink d. D. 13. d. 8. num. 83. & Auila de Interdicto D.3. d.4.

Filliucius. Conink. Auila.

DE CAVSA MATERIALI PROXIMA, *ſeu ſubiectiua Excommunicationis.*

CAP. III.

1 IN hoc præſenti tertio in ordine capitulo agendum eſt de cauſa ſubiectiua excommunicationis, ideſt de ſubiecto, in quo infligitur excommunicatio, quod etiam dicitur cauſa materialis proxima: Nam cauſa diſpoſitiua eſt peccatum, de quo dictum eſt in præcedenti capitulo. Supponimus itaque, quod in ſubiecto afficiendo excommunicationis vinculo, quinque conditiones requiruntur ad hoc, vt ſit excommunicationis capax: quarum

Cauſa materialis remota eſt ſubiectum excommunicationis. Quinque conditiones requiruntur in ſubiecto, vt ſit capax excommunicationis.

2 Prima conditio eſt, vt ſit homo viator, viuens vita mortali; ſi enim non ſit viator excommunicari non poteſt: Nam Eccleſia tantùm excommunicat inobedientes, & contumaces, vt reſipiſcant; Qui autem non eſt amplius viator emendari non poteſt, cùm ſit in termino, in quo æternaliter permanebit, vel in bono, vel in malo, prout ceciderit, ſiuè ad Auſtrum, ſiuè ad Aquilonem: Vndè Eccleſia militans non habet poteſtatem ligandi vinculo excommunicationis, niſi viatores, qui ſunt ſuper terram, iuxta illud Domini Ieſu dicentis. *Quæcumque ligaueritis ſuper terram*. Qui autem non ſunt viatores non ſunt ſuper terram, ergo excommunicari non poſſunt.

Prima conditio eſt, vt ſit homo viator. Homo in termino non eſt amplius viator. Matth.c.18.

3 Probatur hæc aſſertio, quia vel excommunicatio fertur in Animam ſeparatam, vel in corpus ſine Anima, non primò, quia Anima ſeparata iam eſt extra forum Eccleſiæ militantis: Non ſecundò quia corpus defuncti non eſt cenſuræ capax, cùm ſit inſenſibile; & ideò ad hoc vt aliquis poſſit excommunicari neceſſariò debet eſſe viator, prout eſt communis ſententia omnium Theologorum, vt Suarez de cenſ.D.5.ſect.1.Sayr.lib.1.de cenſ.c.8. Vgolin. de cenſ.Tab.1.c.17.§.2.Conink p.2.D.13.d.6.num.4. Filliuc.d.tr.11.de cenſ.c.5.q.2.nu.122.

Probatur aſſertio. Nec anima ſeparata, nec corpus ſine Anima capaces ſunt excómunicationis. Suarez. Sayrus. Vgolinus. Conink. Filliucius.

4 Ex quo ſequitur: Defunctos non poſſe propriè, & directè ab Eccleſia excommunicari, neque abſolui à dicto vinculo excommunicationis, ſiuè alterius cenſuræ directè: Non enim habet iuriſdictionem ligandi, & abſoluendi defunctos: Dixi (*directè*) quia poteſt Eccleſia declarare aliquem defunctum incurriſſe in excommunicationem ante mortem, & ità poterit priuare illum Eccleſiaſtica ſepultura, alijſque communibus Eccleſiæ ſuffragijs propter cenſuram incurſam, quando adhuc erat in vita, de qua ante mortem non fuit legitimè abſolutus.

Defunctus directè excómunicari non poteſt. Poteſt tamen declarari excómunicatũ, & quomodo?

5 Similiter etiam declarare poteſt non incurriſſe ante mortem in cenſuram, & ſic concedere illi Eccleſiaſticam ſepulturam, & vt fideles pro tali anima poſſint orare, & offerre ſacrificia. Vndè quando à Prælatis abſoluitur corpus alicuius defuncti ab excommunicatione incurſa ante mortem, talis abſolutio dicitur indirecta, non autem directa; Exemplum patet de excommunicato, qui cum ſignis manifeſtis veræ pœnitentiæ mortuus eſt, tunc poterit Eccleſia abſoluere indirectè corpus defuncti à vinculo excommunicationis, incurſo ante mortem, & hoc vt defunctus ille gaudeat Eccleſiaſtica ſepultura, & ſuffragijs Eccleſiæ. Ità Bonac. de cenſ.D.1.q.1.p.4.nu.3. Vaſq.de excom.tr.3.D.17. nu.6. Suarez de cenſ.D.5.ſect.1.Valent.tom.4.D.7.p.17. Filliuc.d.tr.11.c.5.q.2.num.124.

Corpus defuncti quomodo quãdoque ab ſoluitur ab excommunicatione. Talis abſolutio dicitur indirecta. Bonacina. Vaſquez. Suarez. Valentia. Filliucius.

6 Secundò ſequitur Angelos, ſiuè bonos, ſiuè malos non poſſe ab Eccleſia excommunicari: Non enim ſunt illi ſpiritus in foro Eccleſiæ, cùm non ſint ſuper terram, neque ſint amplius viatores; Quando autem ab Eccleſia Dæmones per exorciſmos anathematizantur, non excommunicantur, ſed adiurantur, & execrantur per imprecationes quaſdam ab Eccleſia inſtitutas ad ipſos Dæmones eijciendos vexantes hominum corpora. Ità Nauar.cap.27.nu.13. Filliuc.ſupra nu.120.Bonac.nu.4.

Angeli, & Dęmones excõmunicari non poſſunt. Nauar. Filliucius. Bonacina.

7 Tertiò ſequitur bruta, aliaque animalia irrationalia non poſſe excommunicari, eò quod non ſint tali excommunicationis vinculo capacia, cùm neque peccare, neque legis Eccleſiæ ſint capacia: Adiurantur autem, & maledicuntur, tanquam quid nobis noxium propter eorum infeſtationes: Non autem propriè dicuntur excommunicari, ſed maledici. Quando autem in maledictionibus ponitur verbum anathematis, ſiuè excommunicationis, in tali caſu ſignificatur execratio, & maledictio: Vndè ſi verba illa proferentur intentione excommunicandi, eſſet quod ſuperſtitioſum erroneum, & futile, cùm irrationabilia omninò ſint incapacia cenſurarum vinculorum. Ità Nauar. c.27. nu.13. Filliuc. d.tr.11. c.1.nu.121.Conink p.2.D.13.d.6.nu.47.& Reginald.in praxi lib.9.nu.134.

Irrationalia excõmunicari nõ poſſunt. Maledicũtur tamẽ ſub verbo anathematis. Nauar. Filliuc. Conink. Reginald.

8 Quartò ſequitur: Locum non poſſe excommunicari, eo quod non ſit delicti capax: cùm enim locus non ſit animal, neque viator non eſt excommunicationis capax, quæ ſolùm fertur contra contumaces, vt reſipiſcant; Verùm eſt tamen, quod locus aliquandò interdicitur; Sed in caſu interdictum non ponitur ratione delicti in pœnam ipſius loci, ſed in pœnam hominum, vt in tali loco habitantium, vt dicetur loco ſuo in tract.de interdicto. Ità colligitur ex c. Si ciuitas de ſent.excom.in 6.prout notauerunt Auila de cenſ.p.5.D.5.d.2.concl.2.Bonac.de cenſ.D.1.q.1.p.4.nu.6. & alij.

Locus excommunicari non poteſt. Quomodo locus aliquãdo interdicitur. C.Si ciuitas. Auila. Bonacina.

9 Secunda conditio ſubiecti capacis excommunicationis eſt, vt talis homo viator ſit inſignitus charactere Baptiſmi, vt poſſit Eccleſia illum excommunicare, quia, vt quis poſſit eſſe excommunicationis capax debet eſſe ſub iuriſdictione Eccleſiæ; Non enim Eccleſia habet iuriſdictionem directam ſupra non baptizatos, etiamſi cathecumini illi ſint, quia nec fides, nec charitas ſine Baptiſmo dat iuriſdictionem Eccleſiæ: Vndè dicebat Apoſtolus 1. Corint.cap.5. *De ijs, qui foris ſunt nihil ad nos*. Ità Syluest. Verbo excommunicatio 1.nu.7.Conink p.2.D.13.d.6.nu.44.Suarez de cenſ.D.5.ſect.1. nu.23. Reginald. lib.9.num.135.

Secunda conditio, eſt vt ſit homo baptizatus. Eccleſia non habet directã iuriſdictionẽ in non baptizatos. 1. Corint.c.5. Syluester. Conink. Suarez. Reginaldus.

10 Ex quo ſequitur Gentiles, Iudæos, & Saracenos, & quoſcumque infideles non poſſe ab Eccleſia excommunicari, eò quod careant Baptiſmo, qui eſt ianua ad ſubiectionem Eccleſiæ. Verùm eſt tamen Eccleſiam habere poteſtatem indirectam ſupra non baptizatos, quatenus poteſt præcipere baptizatis, ne communicent cum infidelibus, idque in vindictam alicuius iniuriæ factæ ipſi Eccleſiæ ab infidelibus, & ne eorum conuerſatione contaminentur fideles. Ità Filliuc.d.tr.11.cap.5.nu.128.Bonac.de cenſ.D.1.q.1.p.4.num.6.

Infideles excommunicari non poſſunt. Filliucius. Bonacina.

11 Hinc infertur non eſſe euitandum infidelem clerici notorium percuſſorem, cuius ratio eſt, quia infidelis per dictam clerici percuſſionem nõ eſt excommunicatus, cùm non ſit capax talis vinculi: Nam Eccleſia non habet directam iuriſdictionem in non baptizatos, ideòq; non obligãtur obſeruare præceptum

Infidelis percutiens clericum non eſt excommunicatus.

Fillucius.

Canonis : *Si quis manus violentas* ; Ità Filliuc.d.tr.11. c.5.num.129.

Hæretici, & Schiſmatici excommunicari poſſunt ab Eccleſia,& quare.

12 Secundo ſequitur:Poſſe Eccleſiam excommunicare aliiſque cenſuris innodare Hæreticos, Apoſtatas, atque Schiſmaticos,prout de facto eos excommunicat per Bullam Cœnæ: & Ratio eſt, quia cum huiuſmodi verè (vt ſupponitur) fuerunt baptizati ſubduntur iuriſdictioni Eccleſiæ virtute characteris baptiſmalis, & ideò potuit, & poteſt illos excommunicare : Nam ratione Baptiſmatis ſuſcepti ſubduntur iuriſdictioni ipſius. Ità Filliuc.& Bonac.cum alijs,locis ſupra citatis.

Fillucius. Bonacina.

Tertia conditio eſt, vt ſit doli capax.

13 Tertia conditio eſt, vt talis homo baptizatus habeat vſum rationis: & ſit adultus, & doli capax: quia ſi nondum ſit peruentus ad annos diſcretionis, non poteſt peccare,ideoque neque poteſt ab Eccleſia excommunicari, quæ ſemper ſupponit peccatum mortale,tamquam proximā cauſam ipſius ſubiecti.Quapropter infantes ante ſeptennium; perpetuò amentes, inſani, & furioſi non ſunt cenſuratum capaces, eò quod careant vſu rationis, & non ſint in tali ſtatu doli capaces. Ità Suarez de cenſ.D.5.ſect.1.num. 7. Conink D.13.d.6.num.47. Vgolinus de cenſ. tab. 1. cap.17.

Infantes, Inſani, & ebrij excommunicari non poſſunt.
Suarez. Conink. Vgolinus.

Quomodo Ebrij,& amentes aliquando poſſint excōmunicari.

14 Cōcedimus tamen;Amentes,& furioſos,& ebrios poſſe affici cenſuris propter aliquod delictum, perpetratum eo tempore, quo in ipſis vigebat vſus rationis,quia tunc peccauerunt,& ſufficienter reputantur contumaces, & deliquiſſe contra legem continentem excommunicationem, & ideò poſſunt excommunicari in pœnam delicti commiſſi,vbi impoſita erat pœna excommunicationis.

Dormientes, & ebrij quomodo incidāt in excommunicationem aliquandò.

15 Idem dicendum eſt de dormientibus, aut ebrijs, qui aliquod delictum vetitum ſub cenſura committunt tempore ſomni,ſiue ebrietatis, illudque noluerunt præcauere. Nam ad incurrendam excommunicationem nihil aliud requiritur, quam peccatum, & factum ipſum, ſub tali cenſura prohibitum : At iſti, (vt ſupponitur) peccauerunt quando ante ſomnum, vel ebrietatem præuiderunt delictum ſecuturum tēpore ſomni, ſiue ebrietatis, ergo ſecuto effectu excommunicationem incurrunt : Quapropter ille, qui mandauit alteri percutere clericum, contrahit excōmunicationem eo tempore,quo dormit,ſi tunc temporis mandatarius percutiet clericum deſignatum, quia tunc conſummatur delictum, propter quod lata erat excommunicatio.

Limitatio, ſi antea non retractaſſet mādatum.

16 Secus autem dicēdum eſt, ſi talis excitatus à ſomno ante percuſſionem ſufficienter impediuiſſet peccatum, retractando expreſſè mandatum datum de percuſſione clerici, tunc enim ſi mandatarius hoc nō obſtante ex mala ſua voluntate percuſſerit clericū, mandans non eſſet excommunicatus eò, quod ante effectum ſecutum retractauit mandatum ſuum : Ità Suarez de cenſ.D.5. ſect.1. nu.20. Sayr.lib.1.de cenſ. c.8.num.3.Conink p.2. D.13.d.6. num.46. Filliuc.d. tr.11.c.5.q.4.num.132.& Vgolin.de cenſ.c.17.§.3.

Suarez. Sayrus. Conink. Filliuc. Vgolinus.

Pueri in annis pubertatis quomodo excommunicari poſſunt.

17 Dico ſecundo ; Pueros adultos. qui iam ad annos diſcretionis peruenerunt,& tamen adhuc ſunt in annis pubertatis, qui terminantur in maſculis anno quarto decimo à ſua natiuitate, & in fœminis anno duodecimo poſſe validè ligari cenſuris ab Eccleſia, non tantum à Iure,vt omnes fatentur,verùm etiā ab homine. Cuius ratio eſt, quia ſicut mortaliter in dictis annis pubertatis peccare poſſunt, ità etiam puniri poſſunt cenſuris, quæ feruntur in pœnam peccati commiſſi, vt reſipiſcant.

Non ſolēt tamen excōmunicari à Iudice propter defectū ætatis.

18 Et quamuis dicti pueri impuberi propter defectū perfectæ ætatis iuſtè, & licitè excommunicari non debeant à Iudice,tamen,ſi de facto excommunicentur valida omninò eſſet talis excommunicatio; cum nullum ſit Ius, inualidam reddens excommunicationem latam contra impuberes, prout dicunt : Suarez de cenſ.D.5.ſect.1.num.19.Conink p.2.D.13.d.6.nu. 45. & Filliuc.loc.cit.num.131.& Bonac.ſupra nu.7.

Suarez. Conink. Bonacina. Filliucius.

Quomodo intelligi debeāt contrariū dicentes.

19 Quando ergo aliqui videntur dicere, vt Vgolinus, & Sayrus cum alijs : Impuberes non poſſe à Iudice excommunicari, intelligi debent iuſtè,& licitè, quia non eſt expediens illos excommunicare propter ætatis imperfectionem, quia ſi de facto in aliquo caſu excommunicentur à Iudice valida omnino eſſet excommunicatio contra illos lata. Multa enim fieri non poſſunt,quæ poſt facta tenent: vt benè dixit Suarez, cum Bonacina, & alij, locis ſupra citatis numero præcedente.

Multa fieri non poſſunt, quæ poſt facta tenent.
Suarez. Bonacina.

Quarta cōditio debet eſſe perſona determinata.
Ciuitas, vel Collegia excommunicari nō poſſunt.
C. Romana ſedes.

20 Quarta conditio ad incurrendam cenſuram excōmunicationis eſt, vt Excommunicandus debeat eſſe perſona determinata. Non enim tota aliqua Ciuitas, Collegium, ſiuè communitas poteſt excommunicari, vt patet ex c.Romana ſedes: de ſent.excom. in 6. Nam in caſu talis excommunicatio contineret errorem intolerabilem:ſæpe enim contingeret innocentes puniri pœna grauiſſima excommunicationis, quod à ratione videtur alienum,& contra finem Eccleſiæ intentum; prout communiter dicunt omnes Doctores; vt Regin.lib.9,num.138.Henriq.lib.13. c. 25.nu.4. Filliuc.d.tr.11. c.5.q.6.nu.138. Sayrus lib.1. de cenſ.c.8.num.17.& alij.

Reginald. Henriquez. Filliucius. Sayrus.

Limitatio circa ſuſpenſionem,& Interdictum.

21 Dixi [ad incurrendam cenſuram excommunicationis] quia ſuſpenſio,& Interdictum ferri quandòq; poſſunt in Collegium, ſiuè communitatem, eò quod huiuſmodi cenſuræ non ſunt pœnæ ità graues, ſicut excommunicatio : vndè non eſt inconueniens innocentes aliquando ligari ſuſpenſione, ſiuè Interdicto, vt ſuo loco dicetur : Ità Suarez de cenſ. D.28.ſect.3. num.1. Rodriq.p.1. in Sum. c.78.num.2. Vgolin.de cenſ.tab.2.c.26.§.1.& alij.

Suarez. Rodriquez. Vgolinus.

Quomodo Ciuitas aliquādo excommunicetur.
Non cadit talis excōmunicatio vagè ſuper omnes, ſed contra cōtumaces.

22 Et quamuis excommunicatio aliquandò feratur contra communitatem aliquam, vt contra Luteranos Caluiniſtas. Dicimus in caſu non ferri contra omnes abſolutè in illis Regionibus, & Ciuitatibus commorantes, & vagè, ſed in ſingulos delinquentes illius Ciuitatis, & contra particulares perſonas, quæ ſufficienter determinantur per delictum ab ipſis cōmiſſum : Vndè ſi feratur excommunicatio: e.g. contra Panormitanos non obedientes Archiepiſcopo, ſiuè contra Anglos non obedientes Papæ talis excommunicatio nō cadit vagè, & abſolutè ſupra omnes Panormitanos,& Anglos, etiam obedientes, ſed tātummodò cadit ſupra inobedientes, qui ſufficienter determinantur per illorum inobedientiam, & ità cadit ſuper perſonas determinatas.Ità Suarez d.D.5. ſect.2.num.2.alijque Doctores ſupra citati.

Determinantur per delictū cōmiſſū.
Suarez.

Quinta cōditio requiritur Iuriſdictio in ferente.

23 Quinta conditio eſt, vt ille, qui ſit excommunicādus,ſiuè alia cenſura ligandus ſit inferior,& ſubditus illius, qui debet ferre cenſuram, & Ratio huius eſt, quia ad ferendas cenſuras requiritur iuriſdictio, ſaltem in foro iuridico in ferente,& ideò tantummodò in ſubditos, & inferiores poteſt exercere, prout dicunt Vaſquez tr. de Excommunicatione D.17.nu.8. Suarez de cenſ.D.5. ſect.2.num.16. Filliuc. d.tr.11.c. 5.q.5.num.134.

Vaſquez. Suarez. Filliucius.

Summus Pōtifex nulla poteſt affici cēſura.

24 Ex quo ſequitur primò Summum Pontificem non poſſe affici aliquo cenſuræ vinculo, neque à ſe ipſo, neque ab homine, neque à Iure : Non enim poteſt ſe ipſum excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere, quia inter cenſurantem,& cenſurādum requiritur diſtinctio ſuperioris, & inferioris, idem autem non diſtinguitur à ſe ipſo, ergo. Neque à Iure, quia nullum Ius humanum eſt ſuperius Summo Pontifici, ſed ad

Nō à ſe ipſo.
Non à Iure.

ſum-

ſummum æquale; Par autem in parem non habet imperium: Et licèt Papa obligari poſſet, quò ad vim directiuam ſuis legibus, non tamen, quo ad vim coactiuam, & correctiuam, qua fertur cenſura; prout dicunt Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 2. c. 12. & Nauar. in man. c. 27. num. 13. Neque ab homine, quia Papa in terris nullum habet ſuperiorem, neque ipſe villi eſt inferior; prout dicitur in c. Cuncta per modum 9. q. 3.

Bellarminus. Nauarr. Neque ab homine. C. Cuncta per modum.

25 Omnes baptizati cuiuſque conditionis poſſunt excõmunicari à Papa.

Secundo ſequitur: Omnes, & quoſcumque homines baptizatos, quicumque illi ſint, ſiue Imperatores, ſiue Reges, ſiuè Cardinales, ſiuè Epiſcopi, ſiuè alij Prælati Summo Pontifici inferiores eſſe cenſurarum capaces, quæ feruntur a Papa; nam quilibet homo baptizatus, cuiuſcumque ſit conditionis, eſt illi inferior, ſub illiuſque iuriſdictione continetur; ſi enim ſunt oues Eccleſiæ debent vtique ſubeſſe Paſtori: Ità Bellarm. loeo citato, Bonac. tom. 1. de cenſ. D. 1. q. 1. p. 4. num. 10. & Filliuc. d. tr. 11, c. 5. q. 5. num. 134. alijque communiter.

Bellarm. Bonacina. Filliucius.

26 Difficultas. An Cardinales, & Epiſcopi ligẽtur cẽſuris generalibus Papæ. Reſolutio.

Sed difficultas eſt: An Epiſcopi, & Cardinales ligentur cenſuris latis generaliter à Summo Pontifice, ſicut & cæteri?

Reſpondetur Diſtinguendo: vel talis cenſura eſt excommunicationis, vel ſuſpenſionis, & Interdicti: Si eſt excommunicationis: Epiſcopi, & Cardinales ligantur dicto vinculo excommunicationis, niſi illorum fiat exceptio: Nam lex generalis, generaliter eſt intelligenda: Si verò eſt ſuſpenſionis, vel Interdicti, dicimus tunc Epiſcopos, & Cardinales non comprehendi ſub tali cenſura generali, niſi illorum fiat expreſſa mentio in ſententia, vt dicitur, in c. Periculoſum de ſent. excom. in 6. Ita Nauar. in man. c. 27, nu. 161. Sylueſt. verbo excommunicatio, & verbo Epiſcopus in fine: Auila 2. p. de Cenſ. c. 5. D. 3. d. 1. Vgolinus de cenſ. tab. 1. c. 17. §. 6. num. 12.

C. Periculoſum. Nauarr. Syluester. Auila. Vgolinus.

27 Limitatio. Epiſcopi non poſſũt Reges, & Imperatores excõmunicare, neque Cardinales, alioſq; exemptos. C. Innotuit.

Dixi cenſura lata à Summo Pontifice, quia ſi feratur ab Epiſcopo, ſiuè alio Prælato inferiori Summo Pontifici non comprehenduntur Reges, Imperatores, Cardinales, alijque Prælati exempti a iuriſdictione alicuius, qui eſt inferior Summo Pontifici, non enim poſſunt tales, niſi à Papa excommunicari, ſuſpendi, aut interdici, cum ſint exempti ab eius iuriſdictione. Non ab æquali, quia par in parem non habet imperium, vt dicitur in c. Innotuit de Electione in 6. niſi in caſu talis Epiſcopus haberet commiſſionem ſpecialem à Summo Pontifice: Vndè ex cõmiſſione delegata accepta a Papa poterit aliquis æqualis, vel inferior huiuſmodi excommunicare, ſuſpẽdere, vel interdicere, tunc enim per commiſſionem, & delegationem factus eſt illi ſuperior in tali cauſa: Quapropter Epiſcopus, ſiuè Parochus accepta delegatione ſpeciali à Summo Pontifice poterit alium Epiſcopum, ſiuè Parochum excommunicare: Quod idem intelligendum eſt de Regularibus exemptis. Ità Bonac. de cenſ. D. 1. q. 1. p. 4. num. 14. & alij.

Niſi habeant delegationẽ ſpecialem à Papa.

Bonacina cũ alijs.

28 Secundum quæſitum. An ligatus vna cenſura ſit capax etiam alterius. Reſolutio eſt affirmatiua.

Quæritur Secundo: An ligatus vna excommunicatione adhuc ſit capax alterius excõmunicationis?

Reſpondetur Affirmatiuè: Non enim implicat repugnantiam, illum, qui ligatus eſt vna excommunicatione poſſe etiam eſſe ſubiectum capax alterius cenſuræ, non ſolum diuerſæ, ſed etiam eiuſdem rationis: & Ratio huius eſt, quia ligatus vna cenſura poteſt etiam adhuc facere contra legem, continentem aliam cenſuræ pœnam, ergo poteſt adhuc illam incurrere: Quapropter, qui ſemel clericum percuſſit, & contraxit excommunicationem canonis, poterit iterum alio anathematis vinculo ligari, percutiendo eumdem, ſiuè alium Clericum, ſiuè Regularem, vt conſtat: ex c. Cum pro cauſa de ſent. excom. & Can. Engeltrudam. 3. q. 4. & c. Quorúdam de Iudæis: Ità Auila de Cenſ. p. 2. c. 4. D. vnica d. 7. Filliuc. d. tr. 11. c. 5. q. 7. n. 140. Syluest. verbo excommunicatio 1. n. 10.

C. Cum pro Cauſa. Can. Engeltrudã. C. Quorũdã.

Auila. Filliucius. Syluester.

Nec valet dicere, quod ille, qui excommunicationem contraxit, iam priuatus eſt bonis ſpiritualibus, ergo nõ poteſt nouam excommunicationem incurrere, quia tunc ijſdem bonis iterum priuaretur. 29

Obiectio.

Solutio.

Reſpondetur: Non implicare; poſſe quem priuari ijſdem bonis pluribus titulis, ſicut per plura peccata mortalia idem homo priuatur gratia Dei pluribus titulis: ſatis ergo eſt, vt ſecunda excommunicatio, etiam ſi non priuet actu ijſdem bonis, quia inuenit hominem, iam ijſdem priuatum, tamen habet vim priuandi, & eſt priuatiua ijſdem, ſi iam talis priuatus non eſſet: Quapropter diuerſis abſolutionibus, per ſe loquendo, vel ſaltem vna per ſufficientem poteſtatem, & earum expreſſionem actualem, vel virtualem ſe extendat ad omnes illas, ſaltem per intentionem abſoluentis: prout dicunt Soto in 4. D. 22. q. 2. A. 2. concl. 3. Nauarr. in Comment. c. Quorumdam de Iudæis, Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 2. num. 6.

Soto. Nauar. Suarez.

Quæritur tertio: An tot cenſuræ incurrantur, quot ſunt actus contra præcepta? 30

Tertium quæſitum. Quot cenſuræ incurrãtur per eãdẽ actionẽ.

Reſpondetur: Diſtinguendo: vel eſt vnus actus formalis, vel plures: ſi eſt moraliter vnus actus formaliter contra præceptum, ſeu vna transgreſſio, ibi eſt vna tantum cenſura: Si verò ſunt plures transgreſſiones formaliter diſtinctæ, ibi ſunt plures cenſuræ; Cuius ratio eſt, quia lex ponit cenſuras propter transgreſſiones ipſius legis, ergo vbi multiplex eſt transgreſſio, ibi etiam multiplex eſt cenſura.

Ex quo ſequitur: Eum, qui ſæpius ſucceſſiuè percutit aliquem Clericum vnam tãtummodo excommunicationem incurrere: nam illi actus, licet ſint plures materialiter, reputantur tamen vnus actus formaliter, & moraliter, cum ſit vna trãſgreſſio: prout dicitur; in c. Pro cauſa de ſent. excom. Si verò ſæpius percutiat Clericum cum interruptione morali, tum contrahit plures excommunicationes propter multiplicem transgreſſionem: Ità Suarez de Cenſ. D. 5. ſect. 3. Vgolin. tab. 2. c. 16. §. 3. num. 5. 31

Clericũ verberãs ſucceſſiuè quot cẽſuras incurrat.

Suarez. Vgolinus.

Quæritur Quartò: An percutiens plures Clericos ſimul vnico actu incurrat plures excommunicationes, iuxta numerum clericorum percuſſorum in illo actu? 32

Quartũ quæſitum. Percutiẽs plures clericos ſimul quot excomm. vnieg. tiones incurrat?

Reſpondetur, quod licèt aliqui probabiliter exiſtiment defendi poſſe in caſu vnicam tantum excommunicationem incurrere, quia in tali caſu vnica tantum eſſet transgreſſio, & vnum peccatum: Ita Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 3 num. 7. Henriq. lib. 5. c. 5. num. 4. & Bonac. de cenſ. D. 1. p. 5. num. 7.

Prima opinio. Suarez. Henriq. Bonacina.

Oppoſita tamen ſententia communior eſt, & probabilior, quæ in praxi ſequenda eſt, docens: In caſu tot excommunicationes incurrere, quot ſunt numero Clerici, qui illo actu percutiuntur, & ideò non ſufficit ſe accuſare, ſemel ſe incurriſſe excommunicationem propter percuſſionẽ Clerici, ſed oportet explicare numerum Clericorum percuſſorum, in illo actu, quia tũc tot excommunicationes incurrit, quia pluribus Clericis ſit iniuria contra prohibitionem Canonis: Ità Nauar. in man. c. 6. nu. 18. Sayr. de cenſ. lib. 1. c. 10. nu. 9. Vgolin. de cenſ. c. 16. §. 3. num. 8. Zerola de Pœnit. c. 12. q. 48. & alij, & hanc opinionem confitentur etiam Auctores prioris opinionis in praxi abſolutionis eſſe ſequendam, tamquam ſecuriorem: Ità Suarez, Henriquez, & Bonacina loc. ſupra citatis. 33

Secunda ſententia.

Nauar. Sayrus. Vgolinus. Zerola.

Quando verò ſucceſſiuè percutiat plures Clericos, licèt ſine interruptione, tũc nulla eſt difficultas, quod tot cenſuras incurrat, quot ſunt clerici, qui ſucceſſiuè percutiuntur; Nam iſtæ percuſſiones ſunt plures forma- 34

Vnitas percuſſionis deſumitur ab obiecto.

formaliter, & numero diſtinctæ: vnitas enim percuſſionis non tantum deſumitur à continuatione tẽporis, & actionis, verùm etiã ab obiecto, circa quod exercetur actio, & percuſſio: Quare, qui vnum hominem occidit, & poſtea alium ſucceſſiuè abſque interruptione duo committit homicidia, ſicut qui fornicatur cum vna, & ſtatim ad aliam accedit, non dicitur vnam, ſed duas fornicationes commiſiſſe: Ità in caſu, cùm ſint plura obiecta: ideſt plures Clerici, qui percutiuntur, ſequitur eſſe plures percuſſiones formaliter, & numero diſtinctas, quare ſingulæ per ſe inducunt excommunicationem numero diſtinctam. Ità Suarez ſupra num.6. & Bonac. ſupra num.6. cum omnibus alijs ſupra citatis.

Exemplificatur de Homicidio, & fornicatione.

Applicatur Exemplũ ad propoſitum.

Suarez. Bonacina.

35 Quæritur Quinto. An plures cenſuræ incurrantur ab eo, qui facit vnum actum habentem plures circumſtantias, pro quibus ſingulis impoſita eſt cenſura?

Quintũ quæſitum.

Reſpondetur, quod: Quando talis actus habet plures circumſtantias, mutantes actus morales, ſpecie diſtinctos ſingulos ſub cenſuris prohibitos, tunc contrahuntur plures cenſuræ, iuxta numerum ſpecierum cenſurarum diſtinctarum: Quapropter percutiens Religioſum Clericum inſtitutum in prima tonſura incurrit duas excommunicationes ſpecie diſtinctas, vnam contra reuerentiam debitam ſtatui clericali, altera contra reuerentiam debitam ſtatui Religioſo: Nam circumſtantia Religioſi diuerſa eſt ſpecie à circumſtantia clerici, cum alia ſit conſecratio Clerici, & alia Religioſi: Ita Suarez de Cenſ.D.5.ſect.3.num.13 Sayr.lib.1.c.10.num.10. & Bonac.de cenſ. D.1.q.1.p.5.num.8.

Percutiẽs clericum regularem duas excommunicationes incurrit.

Suarez. Sayrus. Bonacina.

36 Quando verò circumſtantiæ actionum non mutent ſpeciem, ſed ſint eiuſdem ſpeciei: Tunc eſt vna actio moralis, & vna tranſgreſſio, & conſequenter vna excommunicatio contrahitur: Quapropter percutiens Sacerdotem, qui ſimul eſt Diaconus, & Subdiaconus non incurrit plures excommunicationes, quia circumſtantiæ Diaconatus, & Subdiaconatus, & Sacerdotij non ſunt circumſtantiæ mutantes ſpeciem, ſed accidentaliter tantum ſe habent ad tranſgreſſionem legis, quæ ſolùm ſpectauit Ordinem Clericalem, non vero ordinem, in quo quis eſt initiatus, vt benè aduertit Vgolinus de Cenſ. c.16. §.3. & Bonac.de Cenſ.D.1.q.1.p.5.num.9.

Diuerſitas ordinũ nõ mutat ſpeciem.

Vgolinus. Bonacina.

37 Hinc ſequitur: aliquem poſſe vnica actione plures malitias habente incurrere plures cenſuras: e.g. in Clement. prima de Sepult. quatuor prohibentur ſub excommunicatione latæ ſententiæ: videlicet ſepelire in loco ſacro aliquem publicum excommunicatum ſcienter: vſurarium publicum, & nominatim interdictum, vel tẽpore interdicti in caſibus non conceſſis: Vndè ſi quis det ſepulturam in loco ſacro publico vſurario, qui ſimul eſſet interdictus, & excommunicatus, incurret tres excommunicationes, quia facit contra tria præcepta diſtincta, quorum ſingula ſub propria excommunicatione ſunt prohibita: Ità Vgolin. de Cenſ.c.16.nu.4. Suarez de Cenſ.D.5.ſect.3.num.14. Bonac.d.p.5.num.10.

Faciens contra diuerſa præcepta quot excommunicationes incurrat? Reſpondetur plures iuxta numerũ prohibitionum.

Vgolinus. Suarez. Bonacina.

38 Quæritur ſextò: An tot excommunicationes incurrantur, quot ſunt ſuperiores prohibentes illam actionem ſub pęna excommunicationis.

Quæſitum ſextum. An multiplicentur excõmunicationes per diuerſitatem ſuperiorum? Si ſint eiuſdẽ poteſtatis vna incurritur cenſura.

Reſpondetur Diſtinguendo: vel tales ſuperiores habent eamdem poteſtatem, vel diuerſam: Si ſint eiuſdem poteſtatis, vna tantum incurritur excommunicatio: Nam quando actus prohibentur à multis, habentibus eamdem poteſtatem incurritur tantum vna excommunicatio, faciendo actum ab ipſis prohibitum: Quamuis enim conditores cenſuræ materialiter ſint plures, formaliter autem, & in poteſtate videntur vnus, & non exiſtimantur velle ferre plura præcepta formaliter diſtincta, ſeu nouum ius, vt dicunt Conink p.2.de Pęnit.D.7.d.6.num.46. Suarez de cenſ.D.5. ſect.3.num. 13. Sayr.de Cenſ.lib.1.c.10. num.11. Palud.in 4.D.18.q.2.& Filliuc.d.tr.11.c.5.q. 7.num.142.

Conink.

39 Hinc ſequitur, non ligari pluribus excommunicationibus illum, qui facit contra leges ſæpius repetitas, & innouatas à Summo Pontifice ſub eadem excommunicatione, vt patet de excommunicationibus reſeruatis, & repetitis quolibet anno, etiam à diuerſis Pontificibus in Bulla Cœnæ: Nam huiuſmodi reſeruatio, & repetitio nõ mutat ſpeciem excommunicationis, vel tranſgreſſionis, & contumaciæ: Ità Vgolin.d.c.16.nu.9.& Sayr.de cenſ.lib.1.c.10.nu.13. Syluelt.verbo excommunicatio 7.num.58.

Excommunicationes Bullæ Cœnæ non multiplicãtur in ſubiecto per eorum repetitionem.

Vgolinus. Sayrus. Nauar. Syluest.

40 Quandò verò actus ille fuiſſet prohibitus à diuerſis Pręlatis, habentibus diuerſam poteſtatem, & vnuſquiſque intenderet facere legem ſpecialem, tanquã ſuam, tunc facientes talem actum à diuerſis Pontificibus prohibitum per leges ſpeciales tot cenſuras incurrerent, quot fuerunt ſuperiores, prohibentes talẽ actum ſub excommunicatione, modo quiſque tuliſſet excommunicationem tanquam ſuam, & intendiſſet facere nouam legem, & imponere nouam pœnam excommunicationis: Tunc enim in caſu committitur multiplex contumacia formaliter, quamuis ſit vna actio materialiter, qua excommunicationes incurruntur ob contumaciam: Ità Nauarr. ſupra notab.11.num.34. Sayr. Palud. Filliuc. Suarez, & Bonac. locis ſupra citatis.

Quando per eãdem actionem incurrũtur plures excommunicationes.

Nauar. Sayrus. Palud. Filliucius. Suarez. Bonacina.

41 Hinc etiam ſequitur: Eum duplici excommunicatione ligari, qui facit aliquod opus ſub excommunicatione prohibitum à Iure communi, & à Iure particulari, vt prohibitum à Summo Põtifice, & ab Epiſcopo loci, modo Epiſcopus intendiſſet nouum Ius ferre nouamque excommunicationem imponere. Vndè ſequitur: Illum, qui non denuntiant blaſphæmum habentem blaſphæmandi conſuetudinem, duplicem excommunicationem incurrere: Si ponamus ſub excommunicationem denuntiandum eſſe dictũ blaſphæmum ex præcepto Epiſcopi loci, & ex edicto Inquiſitorum Sancti officij. Ità Filliuc.d.tr.11. c.5.q. 7.num.142. Suarez D.5. ſect.3.num.13. & Bonac.de cenſ.d.p.5.num.14.

Excommunicatio lata ab Epiſcopo, & ab Inquiſitoribus contra nõ denuntiãtes multiplicatur.

Filliucius. Suarez. Bonac.

42 Quæritur ſeptimò: An excommunicatio lata contra aliquod facientes includat mandantes, & conſulentes?

Septimum quæſitum. Mandãtes, & conſulentes quando comprehendũtur ſub excõmunicatione.

Reſpondetur. Negatiuè, niſi in excommunicationis ſententia exprimantur, etiam conſulentes, aut mandantes: & Ratio huius eſt, quia ad incurrendam excommunicationem requiritur actus conſumatus, & perfectus, quantum lex requirit: ſed conſilium, vel mandatum non eſt actus perfectus quãtum requirit lex, niſi mandantes, & conſulentes eſſent explicati in dicta lege, ergo non comprehenduntur: tum, quia ſumus in odioſis, & pœnalibus, in quibus facienda eſt ſtricta interpretatio. Pœnæ enim non ſunt ampliandæ, ſed reſtringendæ ſecundum omnes: ergo. Ità Nauar. in man.c.27.num.51. Caiet.in ſum.verbo excommunicatio in principio, Vgolin. de cenſ.tab. 1.c.9. Suarez tom.5.de Cenſ.D.4.ſect.3.nu.5. & Auila de Cenſ.p.2.c.2.D.3 d.2.

Pœnę nõ ſunt ampliandæ.

Nauar. Caiet. Vgolinus. Suarez. Auila.

43 Secus autem dicendum eſt, quando in lege ſub excommunicatione præcepta, explicati fuiſſent mãdantes, & conſulentes: Quod dupliciter fieri poteſt, primo explicitè includendo etiam conſulentes, aut mandantes: ſecundo Implicitè quando cenſura excommunicationis fertur talibus verbis, quæ mandãti, & conſulenti poſſet adaptari e.g. ſi in edicto, ſiue

Explicari poſſunt dupliciter implicitè, & explicitè.

lege

Digitized by Google

lege diceretur: Quicumque fuerit cauſa talis delicti per ſe, vel per alium, directè, vel indirectè, mediatè, vel immediatè, ſit excommunicatus, ſuſpenſus, ſiuè Interdictus: tunc nulla eſt difficultas, quod mandantes, & conſulentes comprehenderentur in tali cenſura explicita in dicta lege: Talis enim videtur eſſe expreſſa intentio ferentis pœnam cenſuræ.

44 Mandantes quando cōtrahūt excōmunicationem latam.

Verum eſt tamen, quod huiuſmodi mandantes, & conſulentes nunquam inciderent in talem cēſuram, niſi actio cōſulta ſit completa, & verè influat in effectum ſub excommunicatione, ſiue alia cenſura prohibitum: Vnde ſi quis mandauerit, vt aliquis clericus percutiatur, numquam inciderit in excommunicationem, niſi clericus à tali mandatario fuerit percuſſus, iuxta ſuum mandatum, ſiue conſilium.

45 Quādo excuſatur mandās ab incurſione cenſuræ.

Si autem dictus mandans, ſiuè conſulens ante effectum ſecutum reuocaſſet ſuum mandatum, ſiuè conſilium, & innoteſcat dicta reuocatio conſilij, ſiuè mandati dicto mandatario, tunc excuſabitur ab excommunicatione, ſi mandatarius, hoc non obſtante, ex ſua praua voluntate percuſſerit Clericum: prout dicunt Auila de cenſ. p.2.c.5. D.7.d.7. Bonac. de cenſ. D.1.q.1.p.6.num.6. Et hæc de Cauſa ſubiectiua excommunicationis dicta ſufficiant.

Auila. Bonacina.

DE FORMA SVBSTANTIALI SERuanda in Excommunicatione ferenda.

CAP. IV.

1 Cauſa materiali tam proxima, quam etiam remota duobus præcedentibus capitulis, iam explicata: Dicendum venit de ijs, quæ ad formalem pertinent cauſam: Et quamuis Excommunicatio, cùm ſit pœna priuatiua aliquorū bonorum ſpiritualium, (formaliter loquendo) non habeat formam verborum propriè dictam: Actio tamen, per quam illa fertur capax eſt formæ, & modi cuiuſdam formalis: Qui quidem modus poteſt eſſe duplex ſubſtātialis, & accidentalis: Modus ſubſtantialis eſt ille, qui requiritur ad ſubſtantiam, & valorem ſententiæ. Accidentalis autem eſt ille, qui requiritur ad ſolemnitatem ſeruandam, iuxta formam Iuris poſitiui, requiſitam ad ipſam excommunicationem iuſtè ferendā: Et ideò in hoc præſenti capitulo primo dicendum eſt de ijs, quæ pertinent ad ſubſtantiam ſententiæ, quò ad eſſentialia, de quibus tria veniunt conſideranda: primo quò ad naturam, ſecundo quò ad qualitates, & conditiones neceſſarias, & tertio quò ad verborum formam, quibus excommunicatio ſit ferenda.

Forma excōmunicationis quomodo cōſideratur. Modus formalis excommunicationis duplex ſubſtantialis, & accidentalis.

2 Primò ergo cōſideratur Excommunicationis natura ratione medij, per quod talis excommunicatio fertur: Vnde orta eſt illa diſtinctio communis in excommunicationem, quæ dicitur à Iure, & in eam, quæ dicitur ab Homine: Latæ ſententiæ, vel ſententiæ ferendæ: Illa appellatur excommunicatio à Iure, quæ habetur in Iure Canonico, vel fertur à legiſlatore animo, & intentione ferendi legem per modum ſtatuti generalis, obligantis omnes illius territorij, qui ſub iuriſdictione illius conditoris continentur.

Primo quò ad naturam. An ſit à Iure vel ab homine latæ vel ferendæ ſententiæ.

3 Excommunicatio ab homine eſt illa, quæ fertur à ſuperiore, præcipiente aliquod ſub excommunicatione, non animo ferendi legem generalem, ſed præceptum temporale, impoſitum contra contumaces, & inobedientes. Illa dicitur latæ ſententiæ, quæ ſtatim ipſo facto incurritur in conſcientia abſque vlla declaratione. Illa verò dicitur ſententiæ ferendæ, quæ non ſtatim incurritur, niſi poſtquam fuerit à Iudice declarata, ſiuè inflicta, de quibus dictum eſt ſupra in c.1.tr.1.de cenſ. in gen. à num.23. vſque ad 25. incluſiuè. Vbi etiam explicata fuit differentia, quæ eſt inter vtramque cenſuram, & dicetur plenius in ſequentibus.

Excommunicatio ab homine quæ. Excommunicatio latæ ſententiæ. Sententiæ ferenda.

Secundò conſiderari poteſt forma Excommunicationis, quò ad qualitates, requiſitas ad ſententiæ validitatem: An videlicet excommunicatio lata ſit iuſta, vel iniuſta, valida, vel inualida, quæ etiam pertinent quodammodo ad naturam, & ſubſtantialem formam, & modum ipſius excommunicationis, quò ad conditiones requiſitas, & neceſſarias. 4

Secundò quò ad qualitates requiſitas. Iuſta, vel Iniuſta, valida, vel inualida. Excommunicatio tertium dici poteſt Iuſta, vel Iniuſta.

Notandum autem, quod excommunicatio, iuxta Iuris peritorum ſententiam tripliciter dici poteſt iuſta, vel iniuſta. Primo dicitur Iniuſta, quando iuris ordo in ferenda ſeruatus non fuerit. Qui duplex eſt. Vnus appellatur ſubſtantialis, & neceſſarius ad validitatem ſententiæ: Alter accidentalis, qui pertinet ad ſolemnitatem: Quando deficit ordo ſubſtantialis in ſententia excommunicationis, tunc excommunicatio dicitur formaliter Iniuſta, atque inualida; ſecundò quandò cauſa, propter quam ſententia fertur non ſubſiſtat, quamuis in Iudicio per teſtes fuiſſet probata, & tunc talis excommunicatio appellatur materialiter iniuſta. Tertiò dicitur Iniuſta ſimpliciter, quandò adeſt legitima cauſa. Iudex autem, non rectè, & bona intentione, ſed ex malitia, ſiuè mala voluntate odij, vel inuidiæ excommunicationis ſententiam ferat, & talis excommunicatio, licèt dicatur iniuſta eſt tamen valida. 5

Primo quādo Iuris ordo nō ſeruatur. Iuris ordo ſubſtātialis, & accidentalis. Secundo quādo cauſa excōmunicationis nō exiſtit. Tertiò quādo feratur mala intētione Iudicis.

His ergo poſitis, & declaratis, Dico primò quò ad primam conditionem: quod quotieſcumque in ſententia excommunicationis iuris ordo neceſſarius, iuxta Canones ſeruatus non fuerit, tunc talis excommunicatio erit formaliter iniuſta, atque inualida: Nam ſententia lata, non ſeruato iuris ordine neceſſario, nō eſt vera ſententia, prout Iura exigunt. Quapropter ad incurrendam excommunicationem, iuxta Canones prærequiritur admonitio facta delinquenti, vt patet ex c. Sacro de ſent. excommunicationis in 6. & ex c. Reprenſibilis de Appellat. & ex c. ſtatutum de ſent. excom. in 6. vbi prohibetur ne cenſuræ ferantur contra delinquentes ſine præuia monitione neceſſaria. 6

Excommunicatio formaliter iniuſta eſt inualida. Formaliter iniuſta, quæ dicatur. Admonitio precedens neceſſaria eſt.

Ratio autem huius eſt, quia excommunicatio nō eſt ferenda, niſi ob cōtumaciam delinquētis. At non poteſt eſſe contumacia, niſi præcedat admonitio, ergo neceſſario eſt præmittenda ad validitatem ſententiæ. Ita Sayr. de cenſ. lib.1.c.12. Suarez de cenſ. D.3.ſect.12.nu.4. Vgolin. tab.1.c.18. Vaſquez opuſc. de excommunicat. D.12.num.4. & alij. De modo autem accidentali, quo ad ſolemnitatem dicetur in ſequenti capitulo, vbi plenius dicetur de excommunicatione iuſta, & iniuſta. 7

Aſſignatur ratio aſſertionis. Sayrus. Suarez. Vgolinus. Vaſquez.

Quò ad ſecundam cōditionem de cauſa deficiente, Dico ſecundo: Excommunicationem materialiter iniuſtam eſſe inualidam, quando cauſa, propter quam fertur non ſubſiſtat, cuius ratio eſt, quia nemo poteſt vinculo excommunicationis ligari, niſi propter mortalem culpam; quando autem talis culpa, quò ad rei veritatem non fuit commiſſa, quamuis in Iudicio per aliquos falſos teſtes fuiſſet probata; tum talis excommunicationis ſententia, licèt formaliter ſit iuſta, ſecundum acta, & probata, tamen materialiter eſt iniuſta, quia cauſa proxima, quæ eſt culpa in rei veritate non ſubſiſtit in ſubiecto, & ideò ſecūdum probabiliorem Theologorum ſententiam, corā Deo eſt nulla. Nam ſententia in tantum valet, in quātum eſt æqua, & iuſta, cum ſit actus iuſtitiæ, cuius eſt tribuere cuique ſuum ad æqualitatem: ſed quandò cauſa, propter quā fertur ſententia eſt materialiter iniuſta, eo quod non habeat conformitatem rei ad rem, 8

De Secunda conditione. Excommunicatio materialiter iniuſta eſt inualida. Cauſa materialis proxima eſt peccatum. Deficiēte culpa non afficit excommunicatio in conſcientia.

ſequi-

Digitized by Google

ſequitur quod ſit ipſo facto nulla, & inualida, ſaltem quò ad forum conſcientiæ. Ita ferè omnes Theologi: vt Soto in 4. D.22.q.1. A.3.concl.1. Suarez de Cenſ. D.4.ſect.3. Filliuc.tom.1. tr.11.c.8.q.4.Sayr.lib.1.de cenſ.c.17.& Bonac.de cenſ.D.1.q.1.p.10.num.4.

Soto. Suarez. Filliucius. Sayrus. Bonacina.

9 Aliquorū opinio, dicentiū eſſe validam.

Verum eſt tamen, quod multi ex Canoniſtis in tali caſu dicunt; Talem excommunicationem eſſe validam, ratione probationis factæ, per teſtes, & Ratio iſtorum eſt, quia talis excommunicatio formaliter non eſt iniuſta: Quapropter exiſtimant dictam excommunicationem eſſe ſeruandam: Sed credo iſtos Doctores voluiſſe dicere, quò ad forum externum ad euitandum ſcandalum, non verò quo ad cōſcientiam, quia cum in rei veritate culpa non exiſtat, non poteſt talis ſententia obligare in foro conſcientiæ.

Reducitur ad bonū ſenſum.

10 Celebrās priuatim, quādo excommunicatio fuit inualida non fit irregularis.

Ex quo ſequitur; Innocentem, contra quem lata eſt talis excommunicatio materialiter iniuſta poſſe priuatim (ſecluſo ſcandalo) celebrare; & celebrando irregularitatem non incurreret, quæ ſolum incurritur, quando re vera violatur cenſura per exercitium Ordinis Sacri: At in caſu non violatur cenſura, eò quod fuit inualida, quò ad conſcientiæ forum, vt ſupponitur, & ideò non incurrit irregularitatis pœnam coram Deo, quamuis in foro externo præſumatur valida, & celebrans præſumatur irregularis: Ita Suarez de cenſ.D.4.ſect.7.num.20.Sayr.lib.1.c.17.Vaſq; tr.de excom.D.11.d.21.Conink p.2. D.13. d.13. nu. 116.& Filliuc.d.tr.11.c.8.num.237.

Suarez. Sayrus. Vaſquez. Conink. Filliuc.

11 Oppoſitū exiſtimantes loquuntur quo ad forum externum.

Quamuis aliqui Doctores videantur dicere: Huiuſmodi excommunicatū iuridicè in publica ſcientia, quamuis coram Deo non ſit vere excommunicatus propter ſuam innocentiam ſubiacere tamen pœnis, & effectibus excommunicationis, etiam ſi occulte celebret, quia Eccleſia iudicat, ſecundum acta, & probata: Reſpondemus enim tales Doctores intelligendos eſſe, quò ad forum Eccleſiæ in exterioribus, non autem in foro conſcientiæ, vt dixi.

12 Excommunicatio inualida materialiter, non habet effectum.

Secundò ſequitur; Innocentem iniuſtè materialiter excommunicatum, non priuari communibus Eccleſiæ ſuffragijs, ideoque non eſſe obligatum in foro conſcientiæ, quantum ex vi dictæ excommunicationis contineri ſe ab hominum conſortio, & ſe gerere tanquam excommunicatum, dummodò non adſit ſcandalum, & ne præſumatur contemptor cenſurarū Eccleſiæ. Ita Henriquez in ſum.lib.13.num.14. Auila de cenſ. p.2.p.5.D.4. Miranda in man. Prælat.p.2.q. 35.A.14.Suarez.D.4.ſect.3. nu.14. de cenſ. & Filliuc. d.tr.11.c.8.q.6.num.233.

Secluſo ſcandalo non eſt ſeruanda. Henriquez. Auila. Miranda. Suarez. Filliucius.

13 Excommunicatio, quando dicitur continere errorem intolerabilē.

Tertio ſequitur: Sententiam excommunicationis, continentem errorem intolerabilem eſſe inualidam. Tunc autem dicitur continere intolerabilem errorē quando iudex, ferens ſententiam non haberet cauſam iuſtam legitimè probatam, & rationabilem ad dictam ferendam ſententiam, vt ſi aliquem excommunicaret Prælatus ex propria voluntate, & malitia, eò quod aliquod illicitum, vel impoſſibile non feciſſet. Ita Sayrus de cenſ. lib.1.c.16.num.32.Bonac.de cenſ.D.1.q.1. p.10. num.9. alijque ſupra citati communiter.

Sayrus. Bonacina.

14 Quid faciēdū in dubijs.

Quando autem dubitatur: An ſententia excommunicationis fuiſſet iuſta, & valida, & dubium eſſet probabile, pro vtraque parte, tunc taliter excommunicatus debet ſe gerere, tanquam ligatum tali cenſuræ vinculo: & Ratio huius eſt, quia in periculo Animæ ſemper tutior pars eſt eligenda, tum quia in dubijs ſtandum eſt iudicio ſuperioris, illique eſt parendum, eò quod habeat Ius dicendi, & ferendi cenſuras, & non eſt putandum ſine ſuffi ciente fundamento Prælatum Eccleſiæ iniquè contra conſcientiam propriam egiſſe in ferenda cenſura: At quando probabilior eſt altera pars, tunc in caſu ſequi poterit probabiliorem opinionem: prout dicunt Suarez de cenſ. D.4. ſect.6. num.6. Vaſquez d.tr. de excom.D. 11.num.23. Filliuccius d.tr.11. cap.8. q.5. num.231. & alij.

In dubijs ſtādum eſt pro Iudice. Niſi altera opinio eſſet probabilior.

Suarez. Vaſquez. Filliucius.

15 Excommunicatio valida, & iniuſta, quæ.

Inſuper dico tertiò ſententiam excommunicationis aliquando poſſe eſſe iniuſtam ſolum propter malitiam ipſius iudicis ferentis excommunicando aliquem ſubditum propter odium, ſiue inuidiam, ſiuè per aliam paſſionem inordinatam, & tunc, ſi cauſa eſſet legitima, & concurrerent reliqua neceſſaria ad ſententiæ validitatem; quamuis talis iudex in ferenda huiuſmodi ſentētiam mortaliter peccaret contra charitatis præceptum: ſententia tamen eſſet valida: Non enim poteſt prauus iudicis affectus, & mala ipſius intentio vitiare, & impedire validitatem excommunicationis, quando, (vti dixi) reliqua concurrent requiſita, vt ſupponimus. Ità Suarez de cenſ. D.2.ſect.6. Filliuc.d.tr.11.c.2. q.10.num.45.Vaſquez d.tr.de excom.D.11.num.4.& Bonac.de cenſ.D. 1.q. 1.p.10.num.2.

Suarez. Filliucius. Vaſquez. Bonacina.

16 De modo formali quo ad verba in excōmunicatione.

Tertio modo poteſt cōſiderari forma excommunicationis, ſiue modus formalis ipſius, quò ad verba, quibus talis excommunicationis ſententia eſt ferenda: Et in hoc tertio modo quinque veniunt conſideranda. Primò: An ſententia excommunicationis exprimenda ſit aliquo ſigno externo? Secundò. An ad ferendam ipſam requirantur certa, & determinata verba? Tertiò: An explicanda ſit cenſura particularis? Quartò: An nominanda ſit perſona, quæ excommunicatur? & Quintò An poſſit dari ſub conditione, vel disiunctione?

Quinque veniunt conſideranda. Primum. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum.

17 Primo. Excommunicatio declaranda eſt aliquo ſigno externo.

Quò ad primum quæſitum Reſpondetur ex communi omnium Theologorum conſenſu, quod excōmunicatio, ſiuè quæcumque alia cenſura debet eſſe nota per aliqua ſigna extrinſeca ipſius iudicis ferētis, & non ſufficit ſola voluntas interna iudicis, volentis ligare talem perſonam excommunicationis vinculo: & Ratio huius eſt, quia excommunicatio non incurritur, niſi ob contumaciam contra ſuperioris præceptum: ſi autem excommunicatio per ſigna externa non explicetur, non poteſt excommunicandus dici contumax, quia quamdiu cenſura non exprimitur ignoratur: At ignorantia excuſat à contumacia, ideò. Ita Syiueſt.verbo excom.1.num.13.Nauar.c.27.num.12. Sayrus lib.1.c.11.num.1.Suarez de cenſ. D.3.ſect.2. Vgolin. tab.1.c.2.& Filliuc. d.tr.11. c.3.num.51.

Ratio aſſertionis.

Syiueſter. Nauar. Sayrus. Suarez. Vgolinus. Filliucius.

18 Secundo. An talia ſigna externa debeāt eſſe nota per verba. Reſolutio eſt negatiua.

Quò ad ſecundum Quæſitum. An talia ſigna externa debeant determinari verbis à Iudice prolatis ſub aliqua verborum forma præſcripta?

Reſpondetur: Negatiuè: non enim ad ferendam ſententiam alicuius cenſuræ requiruntur certa, & determinata verba, prout in Sacramentis, ſed ſufficiunt quæcumque ſigna extrinſeca, ſiuè per verba, ſiuè per ſcriptum, ſiue aliquo ſigno, quo manifeſtetur ſufficiēter iudicis intentio. Nullo enim Iure ſancitum eſt cenſuram per certa verba ferendam eſſe, ergo. Ità Suarez de cenſ.D.3. ſect.2.num.5.Reginald.lib.9.nu. 149. Filliuc.d.tr.11.c.3.num.53.Conink p.2.D.13.d. 2.num.23.

Suarez. Reginaldus. Filliucius. Conink.

19 Aſſignatur ratio aſſertionis.

Ratio autem huius noſtræ aſſertionis eſt, quia inſtitutio cenſurarum eſt de Iure poſitiuo, in quo iure non ſunt præſcripta aliqua verba ad ferendas cenſuras, ſed ſolum præcipitur, vt excommunicatio intimetur ad tollendam ignorantiam, quod autem denuncietur verbis non aſſeritur, ergo non ſunt neceſſaria determinata verba, ſed ſufficiunt quæcumque ſigna extrinſeca, ſignificantia ſententiam cenſuræ latam, vt patet ex C.Sacro, & C.A nobis de ſent.excommu-

C.Sacro. C.A nobis.

Digitized by Google

Suarez. Conink. Filliucius.

communicationis, & alibi: Ita Suarez, Conink, Filliuccius cum omnibus, ſupra citatis.

20 Tertio. An poſſit ferre in genere ſub nomine cenſuræ. Reſolutio eſt Negatiua.

Quò ad tertium quæſitum: An cenſura poſſit ferri in genere, dicendo ſub pœna cenſuræ ipſo facto incurrendæ?

Reſpondetur Negatiuè: non enim effectus ſententiæ habere poteſt executionem ſuam in genere, ſed debet determinari per propriam ſpeciem illius cenſuræ, qua contumax erit ligandus: Quapropter, ſi Prælatus dixerit: Si quis hoc egerit ſit adſtrictus aliquo vinculo cenſuræ: nihil efficiet: Nam ſpecies cenſuræ debet eſſe determinata, & definita per propriam ſpeciem, ſiuè excommunicationis, ſiue ſuſpenſionis, ſiuè Interdicti. Nam verba ſententiæ id efficiunt, quod ſignificant, per genus autem res non ſunt determinatæ, ſed confuſæ, cum in genere lateant æquiuocationes, prout communiter dicunt omnes Philoſophi.

Species cēſuræ debet eſſe determinata.

Per genus res non ſunt determinatæ.

21 Quarto. Perſona, quæ ligatur excōmunicatione debet explicari.

Quò ad quartum Quæſitum: An explicanda ſit perſona, quæ excommunicatur?

Reſpondetur: Affirmatiuè. Non enim excōicatio poterit habere ſuum effectum, niſi in ſubiectum, ſiuè perſonam determinatam, eam nominando, ſiuè deſignando, vel deſcribendo aliquo modo per ordinem ad delictum commiſſum, ſiuè committendum, dicendo: Qui hoc egerit ſit excommunicatus, vel excommunico Apoſtatas omnes à Religione: Tunc enim per huiuſmodi verba ſatis explicantur excommunicati. Nam iudicis ſententia debet eſſe practicè, & de præſenti applicata, & non in ſuſpenſo, & in abſtracto, ſed in concreto. Ita Filliuc. d.tr.11.c.3.q.4. num.56.

Filliucius.

22 Excommunicatio lata ſub diſiunctione nō eſt valida.

Ex quo ſequitur, quod Quando ſuperior dixerit: Excommunico vnum de duobus, ſiuè de Ciuitate, ſiuè Congregatione, non determinando quem in particulari, nihil efficiet, quia tunc ſententia eſſet indeterminata, & non poſſet conſtare ſuperioris intentio, contra quem talis excommunicatio infligitur. Ita Angelus in verb.excom.2. num.4. Filliuc.tr.11.c. 1.q.8.num.15. de cenſ.& alij.

Angelus. Filliucius.

23 Quinto. De alia forma diſiunctiua. Reſolutio.

Quò ad Quintum Quæſitum: An excommunicatio lata ſub diſiunctione ſit valida dicendo: Excommunico, vel ſuſpendo, vel interdico?

Reſpondetur communiter loquendo: Sententiam cenſuræ ferendam eſſe abſolutè, & determinatè, quò ad propriam ſpeciem, & non ſub diſiunctione: & Ratio eſt, quia huiuſmodi forma non eſſet determinata ad aliquam ſpeciem cenſuræ, & ideò non poſſet habere ſuum effectum indeterminatum, cùm non ſit maior ratio cur vna potius cenſura incurratur, quam altera. Ita Nauar. in man.c.27. num.161. Henriq. in ſum.lib.13.c.23.num.4. Sayrus de cenſ.lib.4.c.7.n.3. Vgolin.tab.1.de cenſ.c.20.§.3.num.4.

Nauarr. Henriq. Sayrus. Vgolinus.

24 In quo caſu talis cenſura poterit eſſe valida. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Verum tamen eſt, quod Suarez tom.5.de cenſ.D. 3.ſect.3.num.12.& Filliuc.d.tr.11.c.3.q.5.num.58. & Bonac. de cenſ.D.1.q.1.p.7.num.4. cum alijs probabiliter exiſtimaut, huiuſmodi ſententiam ſub tali forma diſiunctiua, datam poſſe eſſe validam: Si Iudex intendat, vt delinquens eligat vnam ex illis ſpeciebus, quam eligendo illa tantummodo ſit ligatus: Ita vt ad libitum delinquentis ſit ſe applicare, ad quam ipſe voluerit partem, quia licèt talis cenſura ſub diſiunctione non ſit determinata ad vnam partem abſolutè, ſaltem tamen eſt definita, & determinata ad electionem ſaciendam à dicto cenſurato.

25 Quid faciēdū ſit in caſu à cenſurato.

Quapropter in tali caſu cenſuratus tenebitur eligere vnam partem ex illis deſignatis, quod ſi neutrū eligat manebit omnibus ad ſtrictus. Talis enim videtur eſſe iudicis ferentis intentio. Ita Suarez, Filliuc.& Bonac. locis ſupra citatis. Vel dici poteſt, quod quando cenſuratus duas, vel alteram ſpeciem ex illis non ſeruet cenſetur alteram elegiſſe tacite: In diſiuntiuis enim quando vna pars deſtruitur remanet altera integra.

Hinc ſolui poteſt difficultas illa de forma copulatiua, de qua diſputant Doctores. An valida ſit illa forma excommunicationis, quando Iudex dixerit: Excommunico, & Abſoluo: e.g. Petrum ab excommunicatione. Quomodò poſſunt verificari iſtæ duæ formæ contrariæ copulatiue dictæ? 26

De forma copulatiua: Excommunico, & Abſoluo.

Reſpondetur: quod ſi in caſu dictus ſuperior habuit intētionem per omnia illa verba ſimpliciter ferendi excommunicationem, tanquam per vnam formam, nihil faceret, quia in talibus verbis ſententiæ includitur repugnantia cum ſint ſimul incompoſſibilia: Si verò ſuperior diſtinctas ſententias ferre intendat: Vnam excommunicationis, & alteram abſolutionis, valida erit, quia tunc verba illa ſufficienter indicant Excommunicationem, & eius abſolutionem, & ita vtrumque operantur, ſecundum ſuperioris intentionem: Quapropter per primam ſententiam verè excommunicabit delinquentem, deindè per ſecundam ſententiam ſtatim à dicta excommunicatione erit abſolutus: vndè ſi contingat eſt ſecundam non proferat, verè ille talis excommunicatus remanet: verum eſt tamen huiuſmodi modum eſſe inutilem, & futilem, prout dicunt Suarez, Bonac. & Filliuc. locis ſupra citatis. 27

In quo caſu ſit nulla, &c.

In quo ſit valida.

Suarez. Bonacina. Filliucius.

DE FORMA ACCIDENTALI SERuanda in Excommunicationibus ferendis.

CAP. V.

Accidentalis excommunicationis forma nihil aliud eſt, quam ſolemnitas de Iure poſitiuo requiſita: Hæc autem Triplex eſt: Antecedens ipſam excommunicationem, Concomitans, & Subſequens, de quibus ſpecialiter in hoc præſenti capitulo eſt dicendum: quælibet enim ſuam declarationem requirit: Vnde circa primum de ijs, quæ præcedere debèt ſententiam excommunicationis: Prima eſt Admonitio delinquentis; vt reſipiſcat à contumacia. 1

Accidentalis forma excommunicationis tripliciter cōſideratur. Antecedens, Concomitans, & ſubſequens.

Supponimus ergo Primò ſufficientem admonitionem explicitam, vel implicitam formaliter, vel reductiue ſemper debere antecedere excommunicationem, ferendam à iudice, vt ſupra in præcedenti capitulo probatum eſt, vt patet ex c.Sacro, & c.Romana, de ſent.excom.in 6. Ita etiam dicunt Soto in 4.D.22.q.1. A.2. Victoria in ſum. de excom. num.6. Ledeſm.2.p.q.23.A.3. Suarez, & Bonac. cum alijs ſupra citatis.c.4.huius tractatus num.5. 2

Debet præcedere admonitio.

C.Sacro. C.Romana. Soto. Victoria. Ledeſma. Suarez. Bonacina.

Verum eſt tamen, quod in excommunicationibus latis in Iure, quæ ipſo facto incurruntur à tranſgreſſoribus non eſt neceſſaria diſtincta admonitio, (vt omnes fatentur) Nam lex ipſa, ſiue Ius, quo talis excommunicatio eſt impoſita eſt quædam continua admonitio, quæ ſemper loquitur, & admonet fideles baptizatos, ne huiuſmodi crimen, ſub pœna anathematis prohibitum audeant committere, modò tamen, vt tale Ius à fidelibus non ignoretur, aut aliquando aliqua lex ſpecialiter admonitionem exquirat: prout dicitur in Clem. vltima de ſtatu Monach. vbi dicitur. *Niſi nominati reſipiſcant ipſo facto:* Ita Vaſquez de excom.D.12. num.4. Filliuc.d.tr.11. c.4. num.83. Suarez de cenſ.D.3.ſect.8.num.2. Bonac. de cenſ.D.1.q.1.p.8.num.1. 3

Excommunicatio Iuris nō præexigit admonitionem.

Tale Ius debet eſſe notū. Clement. vltima. Vaſquez. Filliucius. Suarez. Bonacina.

Similiter etiam dicendum eſt de Excommunicationibus, quæ feruntur in genere à Iudice pro culpis futuris: Nam in ipſis non requiritur alia admonitio, 4

De Excōmunicationibus generalib. pro culpis futuris, idem eſt dicendum.

diſtincta,

Digitized by Google

diſtincta ab ipſa lege, ſufficienter promulgata: Quare dum viget huiuſmodi lex, ſemper admonet, & loquitur ſubditis, ne tale ſcelus ſub excommunicatione prohibitum audeant committere, vt colligitur ex c. A nobis: & C. Quia periculoſum de ſentent. excom.in 6.

C. A nobis. C. Quia periculoſum.

5 In Excõmunicationibus de præteritis, & præſentib. culpis requiritur admonitio.

Secus autem dicendum eſt de excommunicationibus, quæ feruntur pro culpis præteritis, vel præſentibus, quæ ſemper dicuntur ſpeciales, quo ad delicta, quæ ſi commiſſa ſunt vtique in particulari, & in ſpecie commiſſa ſunt, & ſolum dici poſſunt generales, quò ad perſonas, quia tales perſonæ ignorantur, & ideo in dictis excommunicationibus, quę feruntur pro culpis præteritis, vel præſentibus requiritur admonitio, diſtincta; vt paret ex d.c.Romana: & C. Sacro de ſent.excom.in 6.Itá Bonacina cum alijs, ſupra citatis.

C. Romana. C. Sacro. Bonacina.

6 Secundum quæſitum. Quot monitiones faciẽdæ ſint ante excommunicationem? Tres debent præcedere. Concil. Lugdun.

Quæritur ſecundo: Qualis, & quanta, ſiuè quotuplex admonitio facienda eſt reo ante ſententiam excommunicationis?

Reſpondetur (communiter loquendo) Triplicem admonitionem formaliter, ſiue aliquando virtualiter præmittendam eſſe ante ſententiam excommunicationis, quæ fertur per modum medicinæ, niſi aliquando aliter cogat neceſſitas, prout determinatum fuit in Concil.Lugdun.a Greg.X.& refertur in c.conſtitutionem §.Notumus: de ſent.excom.in 6.Vbi dicitur: *Statutum eſſe per Iura, vt trina admonitio præmittatur à Iudicibus ante excommunicationis ſententiam, ſiuè vna pro tribus, obſeruentur aliquorum dierum competentia interualla, niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda.*

7 Papa non tenetur abſolutè ad faciẽdas monitiones trinas.

Hinc eſt, quod omnes iudices Eccleſiaſtici, quicumque illi ſint infrà Summum Pontificem, tenentur hunc modum ſeruare, iuxta determinationem Canonum. Dixi [*Infra Summum Pontificem*] quia Summus Pontifex eſt ſupra Ius Canonicum, & ideò de abſoluta poteſtate poſſet aliquando ferre excommunicationem ſine trina monitione præuia propter ſimplex delictum, vt colligitur: ex c.In cauſis de ſent. & Re iudicata.Ita Filliuc.d.tr.11. c.4.q.4.num.97. & Suarez de Cenſuris D.4.ſect.8.num.6.

C. In cauſis. Suarez. Filliucius.

8 Limitatur quò ad vim coactiuã, non directiuam.

Hoc tamen intelligendum eſt de plenitudine poteſtatis, quia Summus Pontifex non tenetur obſeruare Ius canonicum, quò ad vim coactiuam, non autem, quo ad vim directiuam: Non enim æquum eſt caput non conformari ſuis membris ad commune bonum tuendum: Non autem debet, nec licitè poterit, ſine vlla monitione aliquem excommunicare, quia tunc faceret contra legem naturalem, & Diuinam, in qua Papa diſpenſare non poteſt: Inaudita enim parte, & ſine defenſione ſententia excommunicationis ferri non debet.

Nec ſine vlla monitione.

Defenſio eſt de Iure naturæ.

9 Diri autem (*dictam monitionem præuiam debere eſſe trinam formaliter, ſiuè virtualiter*) quia ſecundum Canones dicta admonitio facienda eſt tribus diſtinctis temporibus, vel ſaltem vna pro tribus, quando neceſſitas, iuxta prudentis iudicis arbitrium id expoſcat, & tunc in caſu, licet talis admonitio ſit vna formaliter, virtualiter tamen eſt trina, dummodò conuenientia interualla concedantur, quę interdum poſſunt eſſe plurium, interdum pauciorum dierum: communiter autem duorum, vel trium dierum pro vnaquaque admonitione adijciendo: e.g. Admoneo te, vt intra ſex dies ſatisfacias, binos dies pro ſingulis monitionibus concedendo: Ita Nauarr.in man.c.27. num.11.Suarez de Cenſ.D.3.ſect.9.num.3.Bonac.de cenſ.D.1.q.1.p.9.num.5.

Interualla, triũ monitionum ſaltẽ virtualiter negari nõ poſſunt.

Quomodò fieri debent.

Nauar. Suarez. Bonacina.

10 Quando periculũ eſſet in mora quid faciendum?

Quando vero periculum eſſet in mora, tunc poſſet illa dierum pluralitas reſtringi ad vnum diem, aſſignando duas horas, vel tres pro ſingulis monitionibus, vel etiam ad breuius tempus, quando ita vrgeret neceſſitas pro damno aliquo futuro vitando: Tũc enim in tali caſu ſufficit, vt fiat vna monitio pro tribus: Non tamen debet, nec poteſt admonitio ſimpliciter ommitti: Nam vna ſaltem monitio præmittenda eſt, vt detur reo tempus reſipiſcendi, quia poſita monitione cenſuræ excommunicationis, quæ intimatur fieri poteſt, vt delinquens ſe retractet, & retrahat à delicto: Ita Vgolin. de cenſ. tab.1. c.18.§.2. num.4. & Filliuc.d.tr.11.c.4. q.5. num.99. Reginald. lib.9.n.181.Suarez de Cenſ.D.3. ſect.9. nu.3. Bonac. de cenſ.D.1.q.1.p.9.num.5.& alij.

Vna ſaltem monitio ſemper præcedere debet.

Vgolinus. Filliucius. Reginald. Suarez. Bonacina.

Aduertendum tamen eſt, quod quando fit vna monitio pro trina id debet explicitè explicari ipſi reo excommunicando, vt percipiat, & intelligat terminum aſſignatum eſſe peremptorium, alioquin non poſſet dici eſſe ſufficienter contumax, vt licitè poſſet ſtatim excommunicari, prout benè aduertit Filliuc. d.c.4.q.6.num.103. Supponimus enim (vti diximus) Inualidam eſſe excommunicationem, latam à Iudice quando nulla præceſſiſſet admonitio, quæ ſemper neceſſaria eſt eo modo, vt ſupra nu.5. c.4.huius tractatus dictum eſt. 11

11 Aduertentia. Quãdo fit vna tãtum monitio debet notificari ipſi reo. Filliucius.

Quod idem intelligẽdum eſt de Regularibus. Tenentur enim Prælati Regularium in excommunicationibus ferendis præmittere ordinem monitionum: Quamuis enim Prælati mendicantium habeant priuilegium, vt poſſint ferre excommunicationis ſententiam ſolo verbo, & ſine ſcriptis, vt habetur in Compend. Priuileg.Min.verbo excommunicatio §.7. non tamen habent priuilegium ad omittendam Canonicam monitionem. Itá Auila de cenſ.p.2.c.5.D.1.d.8. Palud.in 4. D.189. q.4. Syueſt. verb. excom.1.§.14. Nauar.in man.c.27.num.8. 12

12 Regulares debent obſeruare monitiones canonicas conſuetas. De Priuilegio Fratrum Minorum.

Auila. Palud. Syluester. Nauar.

Quæritur Tertiò. Cuius auctoritate facienda ſit talis admonitio ante excommunicationis ſententiam? 13

13 Quæſitum 3. Cuius auctoritate faciẽda eſt admonitio? Aſſertio.

Reſpondetur. Faciendam eſſe auctoritate Iudicis, ſiuè Prælati, à quo talis excommunicationis ſententia facienda eſt, cuius ratio eſt, quia monitio debet habere vim citationis, quæ vt legitima ſit facienda eſt ex Iudicis mandato, ſiue ad inſtantiam partis, quando ſit propter priuatam vtilitatem: Quando vero ſit propter commune bonum, tunc Iudex procedit ex officio, prout habetur ex c.Veritatis de Dolo, & contumacia; Itá Filliuc.d.tr.11.c.4. q.6. num.100. Suarez de cenſ.D.3. ſect.11. num.1. Bonac.d.D.1.q. 1.p.9.num.4.

C. Veritatis. Filliucius. Suarez. Bonacina.

Quæritur Quartò: Cui facienda ſit talis admonitio excommunicationis? 14

14 Quæſitum 4. Cui facienda eſt admonitio cenſuræ? Aſſertio.

Reſpondetur: Quando excommunicatio ferenda eſt contra aliquas perſonas determinatas, talis admonitio facienda eſt in eorum præſentia. Quando autem fertur generaliter contra perſonas indeterminatas, quæ vel tale delictum commiſerunt, vel committent, cum in tali caſu delinquentes non ſint determinati, ſufficit talem monitionem fieri in loco publico, vt in Eccleſia coram populo, quia tunc ex tali monitione delinquentes veniẽt in cognitionem excommunicationis ferendæ, & ſufficienter dici poſſunt contumaces, facientes contra prohibitionem poſtquam illius habuerunt notitiam. Ita Vgolin. de cenſ.tab.1.c.18.§.1. Conink p.2. D.13.d.9. num.79. Suarez D.3. ſect.11. num.5. Filliuc. d.tr.11. c.4. q.7. num.102.

Vgolinus. Conink. Suarez. Filliucius.

Hinc ſequitur: Talem monitionem regulariter faciendam eſſe perſonaliter, & non ad domum illius, contra quem excommunicatio ferenda eſt, quia ſæpe ſæpius contingere poterit, vt ipſe reus nullam notitiam 15

15 Monitio faciẽda eſt perſonaliter.

titiam

Digitized by Google

titiam habeat de tali excommunicatioue contra eum ferenda, & conſequenter puniretur pœna grauiſſima excommunicationis abſque contumacia, quod eſſet inconueniens, & contra iuſtitiæ ordinem.

16 *Quando excommunicandus ſe abſcondit, ne moneatur, quid faciendum?*

Verum eſt tameu, quod ſi per fraudem talis excommunicandus ſe abſcondat, ne moneatur, facta prius probatione illius malitiæ, tunc monitio fieri poterit ad domum illius: Et ſi contingat huiuſmodi delinquentem non habere proprium domicilium, tunc ſatis erit, ſi monitiones fiant in Matrice, ſiuè in Eccleſia principali illius loci, prout dicit Suarez tom. 5. de cenſ. D. 3. ſect. 11. num. 6. *Suarez.*

17 *Quando licet monitionem fieri ad domū delinquentis, ſiuè in Eccleſia.*

Quando autem talis citatio ſemel facta ſit perſonaliter, tunc cæteræ monitiones fieri poſſunt ad domum, aut per edictum in ipſo tribunali, vel loco publico: Vel ſi per vim impediretur, ne monitiones fierent in ciuitate, vel Prouincia, tunc ſufficiet fieri in loco viciniori: Nam tunc talis exiſtimatur contumax, & imputatur ſibi, quod monitio ipſi perſonaliter non ſit facta. Ità Suarez, Filliuc. & Bonac. cum Vgolino, locis ſupra citatis. Et hæc de ſolemnitatibus, quæ antecedere debent ſententiam excommunicationis ferendæ. *Suarez. Filliucius. Bonacina. Vgolinus.*

18 *De ſolemnitatibus concomitātibus. Solemnitates concomitātes debent eſſe tres. Prima, vt ſententia detur in ſcriptis.*

Dicendum modo eſt de ſecunda ſolemnitate, ſeu de circunſtantijs concomitantibus excommunicationis ſententiam, quæ communiter loquendo debent eſſe tres; quarum Prima eſt, vt ſententia excommunicationis feratur in ſcriptis, vt ipſi reo, alijſque conſtet de modo, & cauſa excommunicationis latæ: Non eſt autem neceſsè, vt ipſe Iudex perſonaliter legat, ſed ſatis eſt, quod denuntietur, & tradatur reo per perſonam competentem, prout dicitur in c. 1. de ſent. excom. in ſexto. Ità Suarez tom. 5. D. 3. ſect. 13. num. 4. *Suarez.*

19 *Secunda, vt in ſcriptura explicetur cauſa excommunicationis, & quare.*

Secunda circumſtantia, ſiuè ſolemnitas eſt, vt dicta ſcriptura contineat cauſam, propter quam feratur excommunicatio: & hoc, vt ipſi reo, alijſque conſtet: Quæ cauſa debet eſſe rationabilis, & manifeſta, vt ſciat excommunicatus, de quo ſe corrigere debeat, tum etiam propter alios, vt cognoſcant, in quo debeant illum vitare, tum etiam propter ipſum Iudicem ferentem, vt cautior ſit in ea ferenda, quæ locum habet in excommunicatione lata contra perſonam determinatam, pro peccato commiſſo, quod debet eſſe legitimè probatum. Ità Suarez de cenſ. d. D. 3. ſect. 13. num. 6. *Suarez.*

20 *Tertia eſt q̄d ſcriptura infra menſē detur ipſi reo integra.*

Tertia circumſtantia eſt, vt Iudex tradat exemplum ſcripturæ continentis excommunicationis ſententiam ipſi reo: Quod non abſolutè præcipitur, ſed ſub conditione, ſi intra menſem fuerit requiſitus, & tale exemplum debet eſſe integrum de verbo ad verbum, vſque ad annotationem diei, & anni, & hoc pro eius defenſione, & emendatione, prout expreſsè præcipitur in c. Medicinalis de ſent. excom. in ſexto, & ibi Io. And. & Gloſſa. Ità Suarez d. D. 3. ſect. 13. nu. 7. & Filliuc. d. tr. 11. c. 4. nu. 107. *C. Medicinalis. Io. Andreas. Gloſſa. Suarez. Filliucius.*

21 *Pœnæ contra Iudicem non ſeruantem dictas ſolemnitates. C. Medicinalis.*

Si autem Iudex dictas circumſtantias, & ſolemnitates non ſeruauerit, non ſolum mortaliter peccabit, faciendo contra ſtatuta Pontificia in re graui, verum etiam ipſo facto incurrit in pœnam, quæ ponitur in dicto iure, vt per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & à Diuinis ſit ſuſpenſus: Quod ſi in tali ſuſpenſione ſine diſpenſatione celebrare præſumpſerit irregularitatem incurret, iuxta canonicas ſanctiones, ſuper quam, niſi per Summum Pontificem poterit diſpenſari: prout in dicto c. 1. de ſent. excom. in ſexto. §. Caueant præſcribitur. Ità Suarez, & Filliuc. & Io. Andreas, locis ſupra citatis. *Suarez. Io. Andreas. Filliucius.*

22 *De ſolemnitatibus ſubſequentibus.*

Tandem dicendum ſupereſt de tertia conditione, quæ ad perfectam, & conſumatam ſolemnitatem in forma ſententiæ excommunicationis eſt ſeruanda. Et hæc eſt Denuntiatio, quæ eſt veluti ceremonia, conſequens ipſam excommunicationem, prout ſtatutum eſt in iure; in can. Curæ 11. queſt. 3. vbi dicitur; *Debere Epiſcopos excommunicatorum nomina mittere ad conuicinos Epiſcopos, & Parochos, & præ foribus Eccleſiæ edictum talis excommunicationis infigi facere, vt omnibus nota ſint perſonæ excommunicatæ*; Quod idem habetur ex c. Paſtoralis, de Appellat. & ex Clementina vltima de cenſibus. *Facta excommunicatione debet fieri denuntiatio. Can. Curæ. C. Paſtoralis. Clement. vlt.*

In cenſura autem per ſententiam generalem contra indeterminatas perſonas talis denuntiatio non habet locum, eò quod dictæ perſonæ ſpecialiter non ſint cognitæ: In cenſuris verò, latis in iure, quæ contrahuntur ipſo facto per tranſgreſſionem præcepti impoſiti ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, antequam procedatur ad denuntiationem debet præcedere ſententia declaratoria, & facta declaratione, citata parte, debet ſubſequi denuntiatio, prout aduertit Suarez d. D. 3. ſect. 14. nu. 4. & Filliuc. d. tr. 11. c. 4. q. 10. nu. 111. 23 *Quandò debet præcedere ſententia declaratoria. Suarez. Filliucius.*

Verum eſt tamen, quod iſtæ ſolemnitates, concomitantes, & ſubſequentes excommunicationis ſententiam, non ſunt eſſentiales, ſed accidentales, quapropter ſi huiuſmodi ſolemnitates aliquandò non ſint exhibitæ, excommunicatio lata non deſinit eſſe valida, licèt Iudex faciat contra iuſtitiam, faciendo contra iura Pontificia. Ità Bonacina de cenſ. D. 1. quæſt. 1. p. 8. num. 3. & Suarez, cum Filliucio, locis ſupra citatis. 24 *Iſtæ ſolemnitates nō ſunt de eſſentia, ſed de præcepto. Bonacina. Suarez. Filliucius.*

Vltimò tandem quæritur: An aliquando poſſit, vel debeat omitti denuntiatio ſententiæ excommunicationis latæ? 25 *Quando denuntiatio poteſt, & debeat omitti.*

Reſpondetur quod: Quando ſententia eſſet iniuſta, ſi eſt ipſe Iudex, qui ſententiam dedit, tenetur ad non denuntiandum, quia ſic eſſet conſequi iniuſtitiam inchoatam, quod non licet: Si autem ſit executor, ſi talis iniuſtitia ſit illi nota, neque etiam exequi debet, quia tunc eſſet cooperator ad malum. Quando verò dubitatur de iniuſtitia, tunc poterit talis denuntiator ſe excuſare de tali denuntiatione facienda. Si verò ſe excuſare non poſſet, poterit conſcientiam deponere, exiſtimando probabiliter ſententiam fuiſſe iuſtam, & ità denuntiando non peccaret. Ità Filliucius d. tract. 11. cap. 4. quæſt. 11. num. 103. *Filliucius.*

Dico tandem, quod ab incurſione excommunicationis latæ excuſat, appellatio interpoſita, quando excommunicatio eſt in iure, & appellatur à declaratoria criminis; Si verò excommunicatio lata ſit à Iudice, & contracta, tunc appellatio non ſuſpendit, vt ſuo loco clarius explicabitur, vbi etiam de pluribus cauſis, excuſantibus ab incurſione excommunicationis dicetur: Hæc autem pro modo dicta ſufficiant de cauſis materialibus, tam propinquis, quam etiam remotis, ac de formis, & varijs modis inferendi excommunicationes, dicta ſufficiant. Dicendum ſupereſt de alijs cauſis efficiente, & finali, de quibus in ſequentibus. 26 *Appellatio interpoſita ſuſpendit excōmunicationē, & quomodo.*

DE CAVSIS EFFICIENTE, ET FINALI Excommunicationis.

CAP. VI.

EXplicatis duabus cauſis principalibus excommunicationis, quæ ſunt materia, & forma, quæ ad rerum cognitione ſatis conducunt; dicendum eſt etiam pro maiori declaratione, de cauſa efficiente, & finali. At quoniam de iſtis dictum eſt in præ- 1

Digitized by Google

cedente tractatu de cenſuris in genere, quæ faciliter etiam poſſunt applicari particulariter in ſuis ſpeciebus; Remanent tamen aliqua ſpecialia de excommunicatione, quæ in præſenti capitulo breuiter ſunt diſcutienda.

2 *Qui ſunt, qui habent poteſtatem excõmunicandi.* Supponimus ergo primò. Poteſtatem excommunicandi habere omnes, & ſingulos Prælatos Eccleſiaſticos, qui habent iuriſdictionem Eccleſiaſticam in vtroque foro, & præcipue in externo, & iudiciali, ſiuè talis iuriſdictio ſit ordinaria, ſiuè delegata, ſiuè ex conſuetudine præſcripta poſſe excommunicare ſuos ſubditos, quotieſcumque ſunt contumaces, nolentes obedire præceptis ab eis impoſitis. Et hoc propter commune bonum ad conſeruandam Eccleſiaſticam diſciplinam, & vt ipſi à contumacia reſipiſcant, ne in æternum ruant.

3 *Summus Pontifex, & Epiſcopi, aliique Prælati reſpectiuè.* Ex quo ſequitur. Summum Pontificem pro tota Eccleſia, & quemlibet Epiſcopum ſiuè Prælatum in ſuo territorio, in quo habet iuriſdictionem, ac eorum Vicarios, licèt conſecrati non ſint, neque habeant Sacrum ordinem, dummodò ſint Clerici prima ſaltem tonſura initiati, poſſe excommunicare ſuos ſubditos: Quod idem dicendum eſt de Capitulo ſede vacante, ac Vicario eiuſdem Capituli electo. Ita Nauar. in man. c. 27. num. 5. Syluest. verbo excom. 1. num. 4. & 5. Soto in 4. D. 22. quæſt. 2. Auila de cenſ. p. 2. c. 3. D. 1. d. 1.

Nauar. Syluest. Soto. Auila.

4 *Prælati maiores Regularium poſſunt excõmunicare ſuos ſubditos.* Similiter etiam dicimus de Prælatis Regularium, reſpectu ſuorum ſubditorum. Poſſunt enim dicti Prælati excommunicare ſuos ſubditos, ſicut Epiſcopi in ſua Diœceſi. Vndè Generales in toto ordine: & Prouinciales in propria Prouincia, & Abbates in ipſorum Monaſterijs, licèt non ſint conſecrati poſſunt excommunicare ſuos ſubditos, ſicut Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, prout plenius probatum eſt ſupra in Capitulo ſecundo præcedentis tractatus de cenſuris in genere. c. 2. num. 9.

5 *Prelati minores domorũ: An poſſint excõmunicare.* Alij verò Prælati minores locorum, ſiuè conuentuum, vt ſunt Priores, Guardiani, Rectores, cæterique ſuperiores domorum, quomodocumque nominati, poſſunt etiam de iure ordinario excommunicare ſuos ſubditos, eo quod ſunt veri, & legitimi Prælati, & ideò de iure ordinario habent talem facultatem, & iuriſdictionem.

6 *Obſeruanda eſt conſuetudo, & ſtatuta Religionum particulariũ.* Verum eſt tamen, quod in quibuſdam Religionibus talis facultas excommunicandi limitari ſolet à capitulo, ſiue à Prælatis maioribus, eo quod tales minores Prælati non habent iuriſdictionem in foro contentioſo, ideoque non poſſunt formare proceſſus, & ſententiare ſuos ſubditos iuridicè ſine commiſſione ſpeciali ſuorum Prouincialium, & ideò non conceditur minoribus Prælatis facultas excommunicandi, quam tantummodò habent ex conſuetudine Prælati maiores: Quapropter in hoc ſtandum eſt conſuetudinibus Religionum: prout diximus ſupra de cenſuris in genere. c. 2. nu. 12.

7 *De Parochis Archipresbyteris, & Archidiaconis. De Fœminis, & Laicis.* An vero Parochi, & Archipresbyteri, & Archidiaconi, & Cardinales habeant poteſtatem excommunicandi, iam dictum eſt ſupra in c. ſecundo tractatus præcedentis de cenſuris in genere; Similiter etiam dictum fuit de Laicis, & Fœminis, An poſſint excommunicare ſuos ſubditos, ſaltem ex commiſſione, ſiuè conceſſione Summi Pontificis, vbi plura de his, & ſimilibus explicata ſunt de cenſuris in communi, quæ etiam in ſpecie de excommunicatione ſunt intelligenda.

8 Aduertendum autem eſt hic: Nullum Prælatum inferiorem Epiſcopo poſſe excommunicare cum illa ſolemnitate anathematis, quæ fit aliquandò ab Epiſcopo in loco publico, pro tribunali ſedendo, duodecim Sacerdotibus aſſiſtentibus cum candelis accenſis in manibus, quæ in fine anatheuatis proijciuntur in terram, & pedibus conculcantur in terrorem aliorum, ne in ſimilibus culpis labantur: prout dicitur in can. Debent 11. q. 3. & c. Cum Eccleſiam de Offic. ord. Ita Syluest. in verbo excommunicatio 1. nu. 5. & Auila p. 2. c. 3. D. 1. d. 1.

Solemnitas anathematis reſeruata eſt Epiſcopis.

Can Debent. C. Cum Eccleſiam. Syluester. Auila.

9 *Excommunicans non habens facultatẽ peccat m.* Similiter etiam dicimus, quod ſi aliquis excommunicationem ferat, ſciens, aut ſcire debens, ſe non habere facultatem excommunicandi peccaret mortaliter, vſurpando iuriſdictionem Prælatorum, aut eius vſum in rebus non conceſſis in materia graui, quod eſt peccatum mortale, ſecundum Nauar. in man. c. 27. num. 8. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 60. A. 6. & Auilam d. p. 2. de cenſ. c. 3. D. 1. num. 1. alioſque communiter.

Nauarr. D. Thomas. Auila.

10 *Prima Quæſtio. Excommunicatio, an ferẽda ſit in propriu territorio iuriſdictionis?* His præmiſſis: Quæritur primò in particulari circa cauſam efficientem excommunicationis: An videlicet excommunicatio ferenda ſit a Prælato in ſuo loco iuriſdictionis, vel poſſet illam aliquando ferre etiam extra ſuum territorium iuriſdictionis? & in quocumque loco ſit contra ſuos ſubditos?

11 *Notandum primum. Excommunicatio alia per modum ſtatuti, & alia per modum ſententiæ. Quomodo differant inter ſe.* Notandum ergo pro intelligentia iſtius quæſtionis, quod excommunicatio quandòque fieri poteſt per modum ſtatuti, ſiuè generalis, ſiuè particularis, aliquando autem per modum ſententiæ: Hæc autem eſt differentia inter vtramque quod excommunicatio quando fertur per modum ſtatuti obligat tantummodò exiſtentes, & delinquentes in proprio territorio legiſlatoris: & Ratio huius eſt, quia ſtatutum reſpicit directè territorium, in quo conditum eſt ſtatutum: Excommunicatio autem, lata per modum ſententiæ afficit perſonam ſubditam ipſius conditoris vbique ſit, etiam ſi extra territorium ferentis ſententiam ſubditus exiſtat: Nam huiuſmodi ſententia reſpicit perſonas ſecundum ſe, & non in ordine ad locum, quapropter illos afficit vbicumque exiſtant. Ita Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 5. nu. 17. Vgolin. tab. 1. c. 9. §. 3. nu. 4. Filliuc. tr. 11. c. 5. q. 10. nu. 133.

Per modum ſententiæ reſpicit perſonas ſecundũ ſe, & non in ordine ad locum. Suarez. Vgolinus. Filliuc.

12 *Notandum ſecundum. Iuriſdictio exercetur dupliciter gratioſe, & iudicialiter. Differentia inter vtramque. Bonacina.* Notandum ſecundo illa, quæ fiunt à Prælato extra ſuum territorium poſſe eſſe in duplici differentia, alia enim pertinent ad iuriſdictionem gratioſam, & voluntariam, quę non requirunt cauſæ cognitionem, ſeu proceſſum, ſiue ſtrepitum iudiciale: Alia autem pertinent ad iuriſdictionem contentioſam, & iuridicam, & hæc fiunt ſemper per cauſæ cognitionem, & ſtrepitum iudiciale, quæ extra territorium fieri non poſſunt, ſed facienda ſunt in loco iuriſdictionis, prout dicit Bonac. de cenſ. D. 1. q. 1. p. 10. nu. 2. ex communi Doctorum ſententia.

13 *Reſolutio quæſtionis. Sententia iudicialis faciẽda eſt in proprio territorio.* His ergo adnotatis, reſpondendo ad quæſtionem, dico primò: Quotieſcumque excommunicationis ſententia ferenda eſt per modum iuridicum, & iudicialem non poteſt fieri à Prælato extra ſuum territorium, in quo non habet iuriſdictionem, ſine licentia obtenta ab ordinario loci illius; Cuius ratio eſt, quia aliàs mitteret falcem ſuam in meſſem alienam, & eſſet iuriſdictionis alterius vſurpator, quapropter non poteſt Epiſcopus extra ſuam Diœceſim ferre ſententiam pro tribunali ſedendo, & cum cauſæ cognitione iuridica, quando eam res requirat. Ita Conink p. 2. D. 13. d. 5. nu. 39. Sayr. lib. 1. de cenſ. c. 14. nu. 4. Auila p. 2. c. 3. d. 2. d. 1. Reginald. lib. 9. num. 155. & Nauar. in man. c. 27. num. 6.

Conink. Sayrus. Auila. Reginaldus. Nauarr.

14 *Sententia excommunicationis quãdo* Quando autem talis excommunicatio facienda contra ſuos ſubditos, & res per ſe clara eſt, & non requirat cauſæ cognitionem, vel ſi eam requirat,

iam

extra territorium fieri poteſt.

iam facta fuerat talis iuridica cognitio in proprio loco iuriſdictionis, vel habeat licentiam obtentam à proprio ordinario loci, vbi facienda eſt talis inquiſitio: Tunc non eſſet inconueniens, quod etiam extra ſuum territorium ſuos ſubditos poſſet excommunicare; prout dicunt Bonacina de cenſ. D.1.quæſt.1.p.11. nu.4. cum alijs ſupra citatis communiter.

Bonacina.

15 Prælati Regularium, vbique poſſunt excommunicare ſuos ſubditos.

15 Prælati Regularium, qui habent iuriſdictionem iuridicam in ſuos ſubditos poſſunt vbique eos excommunicare, etiam ſi delinquant extra propria Monaſteria: & Ratio eſt, quia ſuperiores Regularium habent iuriſdictionem in ſuos ſubditos ſine limitatione territorij, ideòque poſſunt vbique exiſtant, ferre cenſuras, & conſequenter ligare ſuos ſubditos, etiam ſi delinquant extra Monaſteria, ſiuè Conuentus, prout dicunt Conink d. p. 2. D. 13. d. 7. num. 64. Sayrus de cenſ. lib. 1. c. 14. num. 6. caſu 11. Sylueſt. verbo excommunicatio 2. num. 15. Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 5. num. 18. Vgolin. c. 27. §. 1. num. 6. & Rodriq. tom. 2. qq. Regul. q. 54. A. 1. Em. Sà verbo abſolutio nu. 7.

Conink. Sayrus. Syluester. Suarez. Vgolinus. Rodriquez. Em. Sà.

16 Secunda concluſio excommunicatio per modum ſtatuti non ligat extra territorium. Ius dicendi non paratur impune extra territorium. C. Vt Animarum.

16 Dico ſecundò Epiſcopos, ſiuè alios ſuperiores: Non poſſe per excommunicationem, latam per ſtatutum ligare ſuos ſubditos, exiſtentes in altero territorio, ità vt delinquentes extra iuriſdictionem Epiſcopi incurrant excommunicationem, latam per modum ſtatuti: & Ratio eſt quia extra territorium ius dicendi non paratur impune, ideſt nulla pœna imponitur non obedienti præcepto proprij ſuperioris extra ipſius iuriſdictionem. Ità enim expreſsè ſancitum eſt; in c. Vt Animarum §. Statuto de Conſtit. in ſexto. Ità Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 4. num. 4. Filliucius d. tract. 11. c. 5. quæſt. 9. num. 148. Couarruuias in c. Alma mater p. 1. §. 16. num. 13. Reginaldus lib. 9. num. 146. & Conink p. 2. D. 13. d. 7. num. 62.

Suarez. Filliucius. Couarruuias. Reginald. Conink.

17 Intentio Prælati obligandi per modum ſtatuti ſine Iuriſdictione non ſufficit.

17 Immo addo, quod licèt Epiſcopus per ſtatutum factum intendiſſet etiam obligare ſubditos, exiſtentes extra proprium territorium, hoc tamen non obſtante, ligare non poſſet: Nam ad eos obligandos, non ſufficit intentio, ſed requiritur iuriſdictio; At Epiſcopus non habet iuriſdictionem ligandi per ſtatutum ſuos ſubditos in alieno territorio exiſtentes, modo rem, circa quam ipſi delinquunt, ſit extra territorium; e. g. Ciuis Panormitanus, qui extra Diœceſim Panormitanam non obſeruat ſtatutum Archiepiſcopi Panormitani, non incurrit excommunicationem latam per ſtatutum Archiepiſcopi Panormitani. Vndè ſi factum eſſet ſtatutum ſub pœna excommunicationis, vt nullus Clericus geſtet Sclopum; Si aliquis Clericus illius Diœceſis geſtaret Sclopum in aliena Dięceſi, vbi non eſt tale ſtatutum, non incidit in talem excommunicationem, quia ſtatutum reſpicit directè territorium, in quo conditum eſt ſtatutum. Ità Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 5. num. 17. Vgolinus tab. 1. c. 9. §. 3. num. 4. Couar. in c. Alma mater p. 1. §. 10. num. 3. Auila p. 2. c. 3. D. 2. d. 2. & Bonacina de cenſ. D. 1. p. 11. num. 2. & 15.

Statutum reſpicit territorium directè. Suarez. Vgolinus. Couaruuias. Auila. Bonacina.

18 Exemptio loci à iuriſdictione excuſat à ſtatuto.

18 Idem etiam dicendum eſt de eo, qui delinquit in loco exempto intra territorium Epiſcopi iuriſdictionis, vt in Abbatia, vel Prioratu exempto, ab Epiſcopi iuriſdictione: Nam licèt talis locus materialiter ſit intra territorium Epiſcopi, formaliter tamen eſt extra, cùm ſit extra eius iuriſdictionem, prout colligitur ex c. cum Epiſcopus de Offic. Ordin. in ſexto. Ità Suarez, & Vgolinus cum omnibus ſupra citatis.

C. cum Epiſcopus. Suarez. Vgolinus.

19 Limitatio aſſertionis.

19 Verum eſt tamen, quod talis locus debet eſſe plenè exemptus, ità vt non poſſit Epiſcopus in eo ferre leges, obligantes incolas illius loci. Item debet eſſe exemptus, non ratione perſonarum, vt ſunt Eccleſiæ, & Monaſteria Regularium, ſed ratione loci, ſiuè talis locus ſit immediatè ſubditus Papæ, ſiuè alteri ſuperiori. Ità Vgolinus de cenſ. tab. 1. c. 9. §. 3. Filliucius d. tr. 11. c. 5. num. 149. Azorius p. 1. lib. 5. c. 25. quæſt. 4. Suarez de legibus lib. 3. c. 32. num. 9. & Bonacina de cenſ. D. 1. quæſt. 1. p. 11. num. 8.

Vgolinus. Filliucius. Azorius. Suarez. Bonacina.

20 Sed hic occurrit vna difficultas, ſtatim ſoluenda: An ſi quis exiſtens in Eccleſia mittat ſagittam ad occidendum hominem extra Eccleſiam exiſtentem, & realiter occidet illum extra Eccleſiam: An talis incurrat in excommunicationem, latam contra occidentes, & percutientes in loco Sacro?

20 Dubitatio. De illo, qui mittit ſagittam in Eccleſiâ, & occidit extra Eccleſiam.

21 Reſpondetur negatiuè, & Ratio eſt, quia tale delictum, licèt inchoatum ſit in Eccleſia, tamen conſumatum eſt extra Eccleſiam vbi talis homo exiſtebat: è contra vero, ſi quis exiſtens extra Eccleſiam mittat ſagittam intra Eccleſiam, ibique hominem exiſtentem occidat, incidit in excommunicationem, quia tunc homicidium conſumatur in Eccleſia, licèt inchoatum fuerit extra Eccleſiam. Ità Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 4. num. 9. & Bonacina de cenſ. D. 1. quæſt. 1. p. 11. num. 11. & Filliucius tom. 1. tr. 11. c. 5. q. 9. num. 15. alijque communiter.

21 Reſpondetur non incurrere excommunicationem. Si è contra percutiat exiſtente in Eccleſia incurrit. Suarez. Bonacina. Filliucius.

22 Idem etiam dicendum eſt de alijs ſimilibus caſibus. Vndè ſi Epiſcopus ſub pœna excommunicationis prohiberet, ne quis Virginem ſtupret in ſua Dięceſi: Si quis decipiat virginem, & trahat ipſam extra territorium Dięceſis, ibique conſumet actum ſtupri realiter actus conſumatus eſt extra Dięceſim, quamuis inchoatiuè per oſcula, & tactus, & raptus ſit realiter inchoatus in Dięceſi, in qua erat impoſita pœna excommunicationis contra ſtuprantes Virginem: Sufficit enim ad excuſandum ab excommunicatione lata, quod ſtuprum conſumatum fuerit extra Dięceſim, in qua non eſt pœna excommunicationis impoſita. Ità Suarez Filliucius, & Bonacina locis ſupra citatis.

22 Stuprum cõſumatũ extra Dięceſim non ligat cenſura, quando erat impoſita in tali Dięceſi. Suarez. Filliucius. Bonacina.

23 Dico tertio; quod quando excommunicatio imponitur ab Epiſcopo non per ſtatutum, ſed per ſententiam, tunc ligat ſubditos ſuos etiam exiſtentes extra Dięceſim: Hæc eſt enim differentia inter ſententiam, & ſtatutum, nam ſtatutum reſpicit territorium, ſeu perſonas ſubditas, exiſtentes in territorio ſuperioris; Sententia verò reſpicit perſonam vbicumque ſit, vt illius contumacia arceatur, & puniatur, vt emendetur: Vndè quando Epiſcopus præcipit, vt qui furati ſunt reſtituant intra menſem ſub pœna excommunicationis: Si quis ante menſem ſe recipiat in aliena Dięceſi, vt non reſtituat oblata, non eximitur ab excommunicatione lata contra fures non reſtituentes, eò quod talis excommunicatio lata fuit per modum ſententiæ in perſonas ſubiectas, ſaltem ratione delicti. Ità Auila de cenſ. p. 2. c. 3. D. 2. concl. 2. Soto in 4. D. 22. quæſt. 2. A. 1. Sylueſt. verbo excommunicatio 2. num. 8. Armilla num. 30. Suarez D. 5. num. 5. & Conink p. 2. D. 13. d. 7. num. 49.

23 Concluſio tertia excõmunicatio lata per ſententiã obligat perſonas vbicumque ſint. Differentia inter ſententiam, & ſtatutum. Auila. Soto. Syluester. Armilla. Suarez. Conink.

24 Sic etiam dico: Sacerdotem celebrantem extra Dięceſim, quando eſſet lata ſententia excommunicationis, ne quis celebret extra territorium ſine proprij Epiſcopi licentia incurrere in dictam excommunicationem: Nam talis excommunicatio fertur per modum ſentẽtiæ in perſonas ſubiectas, ſaltẽ ratione deli-

24 De ſacerdote celebrante extra Dięceſim.

delicti, quæ ſequitur perſonam vbicumque exiſtat. Ita Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 4. num. 12. & Filliuc. d. tr. 11. c. 5. num. 135.

Suarez. Filliucius.

25 Dico quartò: Metropolitanum, ſiuè Archiepiſcopum non poſſe ligare cenſuris ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, vel ipſos ſuffraganeos, exiſtentes extra Diœceſim Archiepiſcopi, niſi talis cenſura lata ſit in Concilio Prouinciali, aut niſi delinquat in proprio territorio ipſius Archiepiſcopi: & Ratio huius eſt, quia Metropolitanus non habet iuriſdictionem ordinariam in ſuffraganeos, non exiſtentes in ipſius territorio: Ità Vgolinus de cenſ. tab. 1. cap. 2. §. 15. Sayrus lib. 1. cap. 7. num. 23. Auila de cenſ. p. 2. cap. 3. d. 6. Bonacina de cenſ. D. 1. quæſt. 1. p. 11. num. 19. Syluest. verbo Archiepiſcopus, alijque dicentes: Nomine ſubditorum Archiepiſcopi non intelliguntur ſuffraganei, ſed Diœceſani. Ità etiam Couar. in c. Alma lib. 3. c. 20. num. 3.

Quarta concluſio Archiepiſcopus nō poteſt excōmunicare ſuffraganeos.

Vgolinus. Sayrus. Auila. Bonacina. Syluester. Couar.

26 Dico quintò, Extraneos non ligari cenſuris, latis à ſuperiore loci, in quo pro breui tempore reperiuntur; cuius ratio eſt, quia ad incurrendas cenſuras requiritur, vt delinquens ſit ſubditus ſuperiori illius loci, in quo reperitur: Extraneus autem, qui non decreuit manere maiore parte anni, vel non habet domicilium in illo loco, non eſt ſubditus ſuperioris illius loci: Ità Suarez de cenſ. D. 5. ſect. 5. nu. 10. Filliuc. D. tr. 11. c. 5. q. 10. nu. 154. Conink. p. 2. D. 13. d. 7. nu. 52. & 58. Sayr. de cenſ. lib. 1. c. 7. nu. 22. Vgolin. de cenſ. tab. 1. c. 2. §. 15. & Syluest. Verbo excommunicatio 2. num. 5.

Quinta concluſio Extranei pro breui tempore non obligantur cēſuris, latis ab illo Epiſcopo.

Suarez. Filliucius. Conink. Sayrus. Vgolinus. Syluester.

27 Verum eſt tamen, quod prædicti Doctores diſtinguunt, dicentes: Hoc intelligendum eſſe, quādo cenſura lata eſſet per modum ſententiæ, ſecus autem, quando data eſſet per modum ſtatuti, ſiuè legis: Nam lex primo & per ſe prohibet delictum, & datur pro ipſo territorio, vt in eo quicumq; ità operetur etiam peregrinus teneatur pro tempore, quo ibi eſt, conformari legibus, & ſtatutis ipſius ſuperioris: Ita enim expedit ad commune bonum, & Eccleſiaſticam diſciplinam ſeruandam: Sicut etiam obligat quodcumq; aliud ſtatutum, vt ne comedentur carnes tali die, vel negentur opera ſeruilia in tali die feſtiuo illius Diœceſis: Quod videtur in praxi obſeruandum, ſecundum probabiliorem opinionem, quamuis Sanchez, & Bonacina contrarium exiſtiment, dicentes: Extraneos, & peregrinos non ligari cenſuris, latis ſiuè per ſententiam, ſiuè etiam per ſtatuta, niſi tales habeant in tali loco domicilium, & habitationem pro maiori parte anni. Quæ ſententia licet ſit valdè probabilis: probabiliorem tamen, & ſecuriorem exiſtimo eſſe priorem ſententiam eo modo, vt declarata eſt.

Limitatur aſſertio quando eſſet factum per modum ſtatuti.

Sanchez, & Bonacina ſūt contrariæ opinionis.

TRACTATVS VI,

Et de Effectibus Excommunicationis Maioris, T. II.

PROOEMIVM.

Hactenus Diuino protegente numine Naturam, Inſtitutionem, & cauſas excommunicationis maioris declarauimus: Modò in hoc præſenti in ordine tertio cenſurarum tractatu dicendum eſt de Effectibus ipſius excommunicationis (loquimur enim de maiori excommunicatione, quæ ſimpliciter ſub nomine excommunicationis venit, nam de excommunicatione minore dicetur poſtea) Viſum eſt autem de huiuſmodi effectibus accuratè tractare: Nam ferè tota ratio, & ſubſtantia huius primæ ſpeciei cenſurarum in his conſiſtit, quibus quaſi formaliter conſtare videtur.

Excōmunicatio ſimpliciter dicta intelligitur maior.

Tota ratio excommunicationis in effectibus principaliter conſiſtit.

Excommunicatio enim nihil aliud eſt, quam vinculum quoddam morale, remouens hominem baptizatum à quibuſdam Eccleſiaſticis bonis, quam remotionem, ſeu priuationem, effectus excommunicationis vocamus: Non enim loquimur de excommunicatione iniuſta, & inualida, quæ nullum habet effectum, ſaltem in foro conſcientiæ, ſed de valida, quæ multos producit effectus in excommunicatos: Communiter autem à Doctoribus, duodecim aſſignantur, quæ ad octo principales reduci poſſunt, in quibus reliqui effectus includuntur; quorum,

Effectus excōmunicationis reducuntur ad 8.

Primus effectus eſt. Priuatio communium ſuffragiorum Eccleſiæ. Primus effectus.

Secundus, eſt Priuatio actiua, & paſſiua Sacramentorum. Secundus.

Tertius, eſt Priuatio aliarum rerum ſacrarum, vt orationum, ſuffragiorum, & ſepultura Eccleſiaſtica. Tertius.

Quartus, eſt Inhabilitas ad beneficia Eccleſiaſtica recipienda. Quartus.

Quintus, eſt Priuatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & vocis actiuæ, & paſſiuæ ad electiones faciendas. Quintus.

Sextus, eſt Priuatio communicationis ciuilis cum alijs fidelibus. Sextus.

Septimus, eſt Priuatio communicationis forenſis, & iudicialis. Septimus.

Octauus, eſt Annullatio impetrationis gratiarum obtentarum. Octauus.

De quibus omnibus in ſequentibus capitibus ſpecialiter per ſingula eſt dicendum, & Poſtmodum in calce præſentis tractatus de cauſis excuſantibus à dictis effectibus contrahendis erit dicendum: Et hæc eſt ſufficientia huius præſentis Tractatus.

DE PRIMO EFFECTV MAIORIS Excommunicationis.

CAP. I.

Primus, principaliſque excommunicationis maioris effectus eſt. (*Priuatio communium ſuffragiorum Eccleſiæ.*) Quæ quidem communia ſuffragia, ſunt ſpiritualia quædam ſubſidia, quibus Sancta mater Eccleſia militans ſuffragatur fidelibus filijs ſuis baptizatis, ſiue in ordine ad ſatisfactionem pro pœna temporali, luenda pro peccatis commiſſis, ſiuè in ordine ad meritum de congruo, ſiuè in ordine ad impetranda aliqua bona, præſertim ſpiritualia, vel quæ ad illa conſequenda conducunt: Et hæc quidem ſubſidia aliquando poſſunt fideles ſibi inuicem præbere priuatim, & tanquam perſonæ particulares: Interdum ſibi præbent publicè, tanquam Eccleſiæ perſonæ, & miniſtri, vel ex communi theſauro Eccleſiæ, quibus excommunicati propter eorum demerita iuſtiſſimè priuantur: Ità Suarez tom. 5. de cenſ. D. 9. ſect. 1. Soto in 4. D. 22. quæſt. 1. A. 1. cum omnibus Theologis D. 18. & 19. & 20. D. Thomas in addit. 3. par. quæſt. 21. Filliucius de cenſ. tract. 12. cap. 2. num. 32. Nauarrus cap. 27. num. 18. 1

Excommunicatus priuatur communibus Eccleſiæ ſuffragijs.

Suffragia cōmunia, quæ ſint.

Hæc ſuffragia quomodo cōmunicantur à fidelibus.

Suarez. Soto. D. Thomas. Filliucius. Nauarrus.

Priuat ergo Eccleſia his ſpiritualibus ſubſidijs inobedientes & contumaces per cenſuram excommunicationis maioris, vt tali timore concuſſi reſipiſcāt, & con- 2

Quare excommunicati pri-

Digitized by Google

uantur omnibus ſuffragijs.

& conuertantur; quæ tanquam pia Mater ordinat huiuſmodi temporalem priuationem ſpiritualium bonorum ad bonum, & ſalutem excommunicatorum, vt ſpiritus ipſorum ſaluus fiat in die Domini, ac etiam ad commune bonum aliorum filiorum: Eſt enim Eccleſia mater diſpenſatrix communium ſuffragiorum, quæ conſtant communibus orationibus, operibuſque meritorijs, quæ à fidelibus filijs operantur; Quapropter rationabiliter excludendo indignos applicat membris ſuis in charitate coniunctis.

3 — Excommunicati quomodo traduntur Sathanæ.

Hinc eſt, quod excommunicati propter eorum confuſionem priuantur à dictis communibus Eccleſiæ ſuffragijs, & quaſi putrida membra reſecantur, & traduntur Sathanæ, in cuius ſignum olim etiam aliquando viſibiliter vexabantur à Dæmonibus, prout dicit Suarez de cenſ. D.9. ſect. 1. ex D. Hieronym. Homil. in Iudith quæ refertur in can. Audi denique 11. quæſt. 3.

Suarez. D. Hieron. Can. Audi denique.

4 — Suffragia communia ad tria reducuntur.

Hæc autem communia ſuffragia ad tria reducuntur: Primò ad ſacrificium Miſſæ, quæ eſt oblatio, quæ Deo offertur nomine Eccleſiæ: Secundò ad orationes, aliaſq; præcationes factas, quæ fiunt à fidelibus, quibus ſibi inuicem iuuantur: Quæ ſunt in duplici differentia; Alia enim dicuntur communia, & generalia ſuffragia, quæ à Clericis quatenus Eccleſiæ miniſtris offeruntur pro fidelibus in perſonam ipſius Eccleſiæ, vt ſunt Diuina officia, publicæ ſupplicationes, & proceſſiones, in quibus Clerus erat nomine Eccleſiæ. Alia ſunt priuata ſuffragia, & huiuſmodi ſunt orationes, quæ fiunt à fidelibus, non tamquam Eccleſiæ miniſtris, ſed tanquam à perſonis particularibus, quales ſunt orationes priuatæ; Ieiunia, eleemoſynæ. Et tertiò reducuntur ad Indulgentias, quæ conceduntur à Prælatis ex theſauro Eccleſiæ.

Suffragia alia ſunt communia, alia particularia.

5 — Differentia inter ſuffragia publica, & priuata.

Notandum autem: Differentiam eſſe inter orationes publicas, & priuatas: Nam priuatæ orationes tãtum habent effectum, & efficaciam ex merito operantis, quare amittunt meritum ex indignitate offerentis: hoc eſt, ex culpa mortali ipſius orantis: Publicæ verò non perdunt ſuum valorem ex indignitate offerentis, quia non ſolum habent valorem ex ipſo operante, & orante, ſed etiam ab ipſa Eccleſia, quæ ſemper Deo eſt cara cuius nomine offeruntur. Ità Vgolinus de cenſ. tab. 2. c. 9. nu. 2. Auila p. 2. c. 6. D. 4. d. 1. Suarez loc. cit. Regin. lib. 32. nu. 9. & Filliuc. d. tr. 12. c. 2. nu. 33.

Vgolinus. Auila. Suarez. Reginald. Filliucius.

6 — Concluſio.

His ergo poſitis, cõcludendo dicimus: Excommunicatos maiori excommunicatione priuatos eſſe ab Eccleſia omnibus, & ſingulis ipſius Eccleſię communibus ſuffragijs, quæ offeruntur à fidelibus nomine ipſius Eccleſię, quod facit duobus modis; primo quia ipſa Eccleſia habet intentionem priuandi excommunicatos ijs ſuffragijs, cùm enim ſint bona communia ad eius diſpenſationem pertinent, & ideò habet talem poteſtatem, quæ cum voluntate coniungitur, excludendo excommunicatos ab eorum participatione, vt patet ex c. A nobis 2. & c. Sacris de ſent. excom. in quibus dicitur: *Ideò dicuntur excommunicati expelli ab Eccleſia, quia ab alijs ſuffragijs repelluntur*: Quod etiam colligitur ex can. Engeltrudam. 3. q. 4. Ità Suarez de cenſ. D. 9. ſect. 1. Vaſquez tom. 4. de excom. D. 2. Auila p. 2. c. 4. D. 1. Vgolin. tom. 2. c. 9. §. 1. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 1. §. 1. nu. 1. Secundò quia dedit præceptum ſuis miniſtris, ne publicè pro excommunicatis orent, aut communia ſuffragia illis applicent: vt colligitur ex c. Alma mater de ſent. excom. in ſexto. Ità Soto in 4. D. 22. Nauar. c. 27. nu. 18.

Duobus modis Eccleſia priuat fidelibus ſuffragijs. Primo modo.

C. A nobis. C. Sacris.

Can. Engeltrudam. Suarez. Vaſquez. Auila. Vgolinus. Bonacina. Secundo modo. C. Alma mater. Soto. Nauarr.

7 — Orãs publicè pro excommunicato vitando p. m.

Ex quo ſequitur: Illum, qui contra præceptum Eccleſiæ applicat communia ſuffragia, vel publicè orat pro excommunicatis vitandis peccare mortaliter, cum faciat contra Eccleſiæ mandatum in re graui: talis enim prohibitio directè, & pręcipue reſpicit priuationem bonorum ſpiritualium, quæ res grauis eſt. Ità Nauar. c. 27. nu. 36. Suarez de cenſ. D. 9. ſect. 1. nu. 4. Filliuc. d. tr. 12. c. 2. nu. 37. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 1. nu. 4. & alij.

Nauarr. Suarez. Filliuc. Bonacina.

8 — Limitatur dies Fer. 6. in Paraſceue.

Excipitur tamen vnus dies anni in Feria ſexta Paraſceue, in quo licitum eſt etiam publicè pro excommunicatis orare: Quapropter Sacerdos in officio publico diei illius publicè orat pro Schiſmaticis, & Hæreticis, qui ſunt excommunicati, dicendo clara voce. (*Oremus.*) Quod facit Eccleſia ad Chriſti Domini imitationem, qui eo die in Cruce poſitus pro Crucifixoribus orauit: Tum etiam ad oſtendendum valorem paſſionis Chriſti, qui pro omnibus mortuus eſt, & cuius mors ad omnes extenditur, quo ad ſufficientiam; Vndè ſicut Eccleſia potuit priuare excommunicatos communibus ſuffragijs; ità congrua ratione potuit, & poteſt eo die concedere, vt pro excommunicatis fiat oratio, etiam publica. Ità Suarez loc. cit. Sayr. de cenſ. lib. 2. c. 4. nu. 7. Regin. lib. 32. nu. 17. Filliuc. d. tr. 12. c. 2. nu. 38.

Quare in tali die Eccleſia orat publicè pro excõmunicatis.

Suarez. Sayrus. Reginaldus. Filliucius.

9 — An pro toleratis liceat orare.

Sed hic occurrit vna difficultas, ſtatim ſoluenda; An pro excommunicatis toleratis liceat fidelibus orare, & ſacrificia offerre?

Prima opinio negatiua.

Reſpondetur, in hac re; Duas eſſe ſententias, vnam negatiuam, exiſtimantem, & dicentem: Non licere fidelibus offerre ſuffragia pro excõmunicatis, etiam toleratis, quia tunc communicarent cum eis in ſpiritualibus: Nam licet Concilium Conſtantienſe ad euitanda ſcandala concedat externam communionem, vt in humanis, ac etiam in Diuinis officijs, & auditione Miſſæ, quæ ſunt actiones externæ; Non tamen concedit communicationem internam ſuffragiorum: Quapropter in dicto Concilio nihil de nouo in fauorem excommunicatorum conceſſum eſt, quò ad participationem bonorum ſpiritualium Eccleſiæ, & ideò in hoc ſtandum eſt ordinario iuri, in quo omnes, & ſinguli excommunicati priuantur communibus Eccleſiæ ſuffragijs, nec apparet contrarium fuiſſe diſpoſitum in d. Extrauagante ad euitanda. Ità Suarez d. D. 9. ſect. 2. nu. 17. Vaſquez de excom. D. 2. Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 4. concl. 2. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 1. §. 1. nu. 1. & Filliuc. d. tr. 12. c. 2. q. 4. num. 40. & alij.

Fundamentũ iſtius opinionis.

Suarez. Vaſquez. Soto. Bonacina. Filliucius.

10 — Secunda opinio affirmatiua.

Altera ſententia eſt affirmatiua, abſolutè dicens; Non eſſe prohibitum ab Eccleſia poſt Concil. Conſtant. communicationem cum excommunicatis adhuc ab ipſa Eccleſia toleratis, quare etiam pro illis licitè orare poteſt, ſacrificiaque offerre, alioquin etiam tenerentur fideles nullo modo communicare cum excommunicatis toleratis, quod non eſt dicendum poſt Concil. Conſtant. in quo Concilio abſolutè permiſſum eſt, vt fideles poſſent cum talibus excommunicatis toleratis communicare, etiam in Diuinis, & ideò ſub hac communicatione comprehenditur etiam illa ſuffragiorum applicatio. Nam cùm talis conceſſio ſit fauorabilis extendenda eſt quantum verba patiuntur. Ità Sayrus lib. 2. de cenſ. c. 4. num. 6. Henriquez lib. 13. c. 11. num. 2. Nauar. lib. 27. num. 16. Conink p. 2. D. 14. d. 6. num. 40. Regin. lib. 32. num. 79. Hurtado de excom. D. 3. diffic. 4. num. 10. Megala 3. p. lib. 2. cap. 2. num. 20. quos nouiſſimè ſequitur Diana p. 5. tr. 9. de excommunic. reſol. 74.

Conc. Conſt.

Sayrus. Henriquez. Nauar. Conink. Reginald. Hurtado. Megala. Diana.

11 — Confirmatur ſecunda ſententia. C. Sacris. C. A nobis.

Et confirmatur, quia vt patet ex c. Sacris, & c. A nobis 2. de ſentent. excomm. Eccleſia ſemper hæc

duo pro eodem accipit; videlicet, nos cum aliquo communicare, & orationes publicas pro eo offerre, aut recipere oblationes ab eo, vel pro eo factas: Nã hoc ipſo, quod Eccleſia has oblationes accipit, ſignificat eum facere participem ſuorum ſuffragiorum, quod nullo modo conuenit eam fictè facere: Talis autem receptio eſt aperta quædam communicatio in officijs diuinis, ergo cum generaliter omnis talis communicatio concedatur per dictum Concil. Conſtant. etiam illa receptio conceditur, & conſequenter, vt oretur pro talibus, licet ſunt excommunicati, dum adhuc ab ipſa Eccleſia tolerentur; Ita Diana loc. cit. cum omnibus ſupra citatis.

Ratio principalis huius ſententiæ. Diana.

12 Summa verborum cõſtit. Cõc. Cõſtant. Soto, & Guttierez. — Tenor autem Conſtitutionis Concilij Conſtantienſis refertur ad litteram à Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 4. & à Guttierrez c. 1. Canonicarum qq. nũ. 1, Cuius ſumma eſt: Ad cuitanda Animarum pericula, ſtatuit Sancta Synodus, vt nemo deinceps teneatur aliquem ratione alicuius ſententiæ excommunicationis, vel alterius cenſuræ euitare in Sacramentorum receptione, vel adminiſtratione, vel alijs rebus externis, niſi talis cenſura ſpecialiter ſit publicata, & denuntiata contra aliquam perſonam, vel communitatem, vel niſi per ſacrilegam manum in Clericum iniectionem ſententiam latam à Canone adeò notoriè conſtiterit incurriſſe, vt nulla poſſit tergiuerſatione cælari: Nam tunc volumus à communione illius abſtineri. Ita Auila de cenſ. p. 2. cap. 6. D. 2. d. 1.

Auila.

13 Obiectio aliquorum ex Concil. Baſilienſi. — Et quamuis per Concil. Baſilienſe videatur hoc Decretum Concilij Conſtant. aliquantulum fuiſſe reſtrictum, vbi dicitur: *Quemlibet excommunicatum notorium, & publicum eſſe vitandum.* Quapropter nonnulli Doctores dixerunt: Omnes excommunicatos publicos eſſe vitandos.

14 Concil. Baſilienſe in hoc no fuit acceptatum. Suarez. Filliuc. Conink. Soto. Auila. D. Antoninus. Turrecremata. — Reſpondetur: Hoc Concilium Baſilienſe, quo ad hoc Decretum non fuiſſe approbatum à Papa Nicolao V. Imò à Leone X. ſeſſ. 11. vocatum fuiſſe Conciliabolum, prout dicunt Suarez de cenſ. D. 9. ſect. 2. num. 5. Filliuc. tr. 13. c. 4. q. 9. num. 75. Conink p. 2. D. 14. d. 2. nu. 9. Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 5. Auila de Cenſ. p. 2. c. 6. D. 2. d. 1, D. Anton. 3. p. tit. 26. cap. 3. & Turrecrem. qui interfuit Concilio Baſilienſi 2. p. ſum. Eccl. c. 100. alijque quos citat Auila loc. cit.

Sed Quæritur modò: Quis dicatur excommunicatus vitandus, & non toleratus?

15 Excommunicatus toleratus, & non toleratus quis ſit. Quomodo declaratus excõmunicatus vitandus ſit. — Reſpondetur illum dici: Excõmunicatũ vitandum, & non toleratũ, qui eſt excõmunicatus nominatus, & publicè denuntiatus pro tali à Iudice cõperente, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè, & hoc in loco publico, vt in Eccleſia tempore Miſſæ principalis, vel apponendo ſchedulam in loco publico, iuxta morem, & conſuetudinem loci illius, ſiuè Regionis: e. g. *Declaratur Petrus, ſiuè Parochus, ſiuè Prætor talis loci eſſe publicus excommunicatus:* Ita Sylu. verbo excommunicatio 5. num. 24. Nauar. c. 27. num. 35. Auila p. 2. c. 6. D. 2. d. 3. concl. 1. Bonac. de excom. D. 2. q. 2. p. 1. §. 1. num. 2. & alij communiter poſt declarationem Concilij Conſtantienſis ſupra citati.

Syluest. Nauar. Auila. Bonacina.

16 Excommunicatus publicus nõ denũtiatus non eſt vitandus. — Aduertendum eſt autem: Illum non dici vitandũ, qui nondum eſt denuntiatus, quamuis publicè conſtet de cenſura excommunicationis ab ipſo contracta. Nam Conſtantienſe Concilium non ſolum requirit, vt ſit publicus, aut nominatim excommunicatus, quod ſit exprimendo nomen proprium, ſed etiam debet eſſe publicè denuntiatus; ex quo ſequitur, quod ſi Pontifex excommunicet Caium cum fautoribus ſuis, Caium eſſe vitandum, non vero fautores, quia non ſunt nominatim denuntiati: Ita Auila p. 2. c. 6. d. 3. Conink p. 2. D. 14. d. 2. num. 10. Regin. lib. 1. num. 18. Nauar. c. 27. num. 35. & 93. Filliucius d. tr. 13. c. 4. q. 10. num. 76. & alij.

Auila. Conink. Reginaldus. Nauarr. Filliucius.

17 Alij duo caſus exemplificantur. — Ex quo ſequitur, vt ſi quis citetur ſub excommunicatione ipſo facto, niſi compareat, non eſſet vitandus, quamuis non compareat, quia nondum eſt denuntiatus: Similiter etiam ſi alicui data eſſet inſcriptio ſententiæ excommunicationis, vt eam denuntiet, non teneri vitare reum antequam faciat denuntiationem in publico: Ita Auila, Nauar. & Filliuc. & Bonac. cum alijs, ſupra citatis.

Auila. Bonacina. Nauar. Filliucius.

18 Quanta notitia requiratur ad euitãdum publicum excõmunicatũ. — Quæritur etiam: Qualis notitia denuntiationis, vel notoriæ percuſſionis clerici requiratur, vt obligationem inducat ad excommunicatum vitandum?

Reſpondetur, quod requiruntur teſtimonia fide digna, vel publica fama, mediante, qua certò moraliter ſciatur, denuntiationem excommunicationis eſſe factam, aut notoriam extitiſſe clerici percuſſionem: Vnde ſequitur: non eſſe vitandum illum, quem nonnulli, de quorum fide dubitatur aſſerant: Talem excommunicatum fuiſſe denuntiatum, quia non cõſtat de certa ſcientia: Ita Nauar. lib. 5. conſil. tit. de ſent. excom. conſ. 54. Suarez de cenſ. D. 9. ſect. 2. nu. 9. Filliucius d. tr. 13. c. 4. q. 6. num. 7.

Nauar. Suarez. Filliucius.

19 Declaratus incurriſſe in excommunicationem canonis, eſt vitandus. — Dico etiam, (ſe.quẽdo communiorem Doctorum ſententiam) Illum cenſeri denuntiatum, qui à Iudice competente denuntiatur commiſiſſe delictum, quod cõſtat habere annexam excommunicationem, quapropter, qui publicè declaratur incidiſſe in Hæreſim, ſtatim vitandus eſt; nam eo ipſo, quod declaratur hæreticus, ſatis expreſsè declaratur excommunicatus. Ita Soto de Iuſt. & Iure lib. 9. q. 1. A. 8. Suarez de Cenſ. D. 9. ſect. 2. num. 10. Henriq. lib. 13. cap. 5. num. 4. & alij.

Soto. Suarez. Henriquez.

20 Aliorum opinio probabiliſſima. Nauarr. Reginaldus. Graffius. Sanchez. Bonacina. — Verum eſt tamen, quod multi alij Doctores aſſerunt: Hoc non ſufficere; ſed requiri, vt expreſsè, & ſpecialiter denuntietur excommunicatus, adhoc, vt ſit vitandus: Ita Nauar. c. 27. num. 35. & lib. 2. Conſil. tit. de Hæret. con. 13. num. 2. Regin. lib. 1. num. 118. Graff. p. 1. Deciſ. lib. 4. c. 11. num. 5. Sanchez in ſumm. lib. 2. c. 9. num. 4. quorum opinionem etiam probabiliſſimam exiſtimat Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 1. §. 1. nu. 3. Quæ confirmatur ex vſu receptiſſimo fidelium: Vndè in Anglia, & Germania Catholici ſecurè communicant cum ijs, qui ſunt notoriè hæretici, & conſequenter notoriè excommunicati, ſufficit enim, quod non ſint denuntiati.

21 Notorius percuſſor clerici, eſt euitãdus. — Reſpondetur ſecundo ad propoſitum queſitum ſupra num. 13. Notorium percuſſorem Clerici, eſſe excommunicatum vitandum, & non toleratum, modo ſit notorius notorietate facti, ita vt nulla poſſet tergiuerſatione cælari, vt patet ex Concil. Conſtant. vbi hoc in deteſtationem huius ſceleris ſpecialiter ſancitum eſt: prout communiter dicunt omnes Theologi, & Canoniſtæ ſupra citati.

Concil. Conſtant.

22 Notoriũ duplex Iuris, & facti. Notorietas Iuris, quæ. Notorietas facti quæ. — Notandum autem pro intelligentia huius reſponſionis, quod percuſſor Clerici Dupliciter poteſt eſſe notorius. Notorietate Iuris, & notorietate facti. Notorietas iuris eſt, quando quis confeſſus eſt in iudicio, ſe clericum percuſſiſſe, aut quando fama conſtat, ipſum percuſſiſſe clericum. Notorietas facti cõtingit quando aliquis percuſſit Clericum in præſentia multorum, ita vt talis percuſſio nulla terginerſatione poſſit excuſari, ſiuè cælari, & talis dicitur publicus clerici percuſſor.

23 Concluſio. Confeſſus in iudicio non eſt euitãdus, niſi ſit declaratus. — His præhabitis reſpondendo dicimus, quod ille, qui priori modo eſt notorius, non eſt à fidelibus vitandus, tamquam non toleratus, niſi prius fuerit à Iudice declaratus eſſe excõmunicatus propter percuſſionem Clerici, de qua conuinctus eſt in Iudicio: Poſteriori autem modo eſt vitandus, niſi intercedat

aliqua

Digitized by Google

Notorius ſacti eſt euitandus, quando nulla adeſt excuſatio probabilis.

aliqua excuſatio probabilis, quæ poſſet excuſare talem excommunicationem; e.g. ſi talis probaſſet ſe percuſſiſſe clericum ad ſui defenſionem, vel neſciuiſſe illum eſſe Clericum, eo quod habitum clericalem non geſtaſſet, vel ioco percuſſiſſe, & non ſuadente Diabolo; debet tamen talis excuſatio eſſe probabilis, ita, vt probabile dubium ignoretur: aliter enim ſequeretur; Nullum excommunicatum eſſe vitandū. Ita Nauar. in man.c.27.num.55. Auila de cenſ.p.2.c. 6. D.2. d.4. Couar. in c. Alma mater p.1.§.2.num.9. Bonac.de cenſ.D.2.q.2.p.1.num.3.

Nauarrus. Auila. Couar. Bonacina.

24 Quot teſtes requirãtur ad notoriũ facti.

Sed Difficultas eſt ad explicandum: Quot teſtes requirantur ad faciendam notorietatem facti, vt percuſſor clerici dicatur publicus, & vitandus propter facti notorietatem.

Prima opinio.

Reſpondetur: Multos Doctores dicere oportere, vt ſit notum, ſaltem a maiori parte illius Ciuitatis, ſiuè collegij, in quo commiſſum eſt delictum. At quia decem perſonæ faciunt populum illud, inquiunt, dicetur notorium, quod ſit ſaltem coram decē hominibus. Ita Soto in 4. D.12. q.1. A.6. Adrianus in 4. in materia de Euchariſtia §. Oritur: Alij autem, vt Syluester verbo Notorium cum alijs nonnullis dicunt, quod requirantur ſaltem ſex teſtes, quia ſex homines ſufficiunt ad conſtituendum populum, licèt de facto non ſit maior pars populi, ſiue illius communitatis.

Soto. Adrianus. Secunda opinio. Syluester.

25 Tertia ſententia.

Communis tamen ſententia dicit: Hoc relinquēdum eſſe ad arbitrium boni viri, ſecundum particulares circumſtantias: non enim idem numerus teſtiū requiritur reſpectu omnium: nam reſpectu magnæ communitatis videtur maior numerus requiri, quam requiritur reſpectu alicuius collegij, vndè ait Panormitanus in c. veſtra de cohabit. Cleric. & mulier. nu. 16. *Diſcretus iudex ex varijs circumſtantijs, & qualitate actus loci, & temporis arbitratur factum eſſe notorium, ſiuè non:* Idem ſentiunt Menochius de Arbit. lib.2. cent.2.caſ.166.nu.7. Suarez de cenſ.D.2.ſect.2. Auila p.2.c.6.D.3.d.4. Conink D.14.d.2.num.11. Nauar.c. 25. num.73.

Panormitanus. Menochius. Suarez. Auila. Conink. Nauarrus.

26 Concluſio. Attendenda eſt differentia loci.

Hinc ſequitur, quod ſi aliquis percuſſerit Clericū coram decem teſtes in magna Ciuitate, non erit vitandus, nam delictum commiſſum coram decem videtur adhuc occultum, habita ratione magnæ ciuitatis, ſiuè communitatis. Secus autem reſpectu alicuius oppidi, ſiue collegij, in quibus ſufficiunt ſex teſtes: Si verò minus eſſent non poteſt dici notoria talis percuſſio, quamuis, & illis ſit nota: non eſt tamen talis percuſſor notorius publicus, & ideo talis non eſt vitandus, tanquam excommunicatus, niſi fuerit per ſententiam iudicis declaratus iuridicè. Ita Bonac.de Cenſ. D.2.q.2.p.1. §.1.num.7.& Aragon, 2.2, q.10. A.9.

Ad minus requirantur ſex teſtes. Bonacina.

27 Excommunicatus cõtritus An gaudeat ſuffragijs Eccleſiæ?

Quæritur. An excommunicatus, qui per veram contritionem ſit in Dei gratia receptus, priuetur Eccleſiæ ſuffragijs, ſi nondum ſit ab excommunicationis vinculo abſolutus?

Prima opinio affirmatiua.

Reſpondetur: Duas eſſe opiniones probabiles, quarum Prima exiſtimat. Huiuſmodi excommunicatum, non priuari communibus Eccleſiæ ſuffragijs, eò quod non videtur credibile, piam matrem Eccleſiam velle priuare ſuffragijs eos, qui Deo ſunt reconciliati per actum contritionis: Cùm enim apud Deū peccator contritus ſit abſolutus à culpa, etiam apud Deum reſtituitur ad priſtinum ſtatum, & ſic gaudet ſuffragijs, alijſque bonis, quibus per excommunicationem erat priuatus: Ità Henriquez in ſum.lib.9.c. 15.§.3. Sayrus de cenſ. lib.2.c.3. num.5. Nauar.c.27. num.36. Auila de cenſ.p.2.cap.6.D.4.d.2. Regin.lib. 32.num. 13. Faber in 4. D.25. de Cenſuris q.1. D.4. num. 142.& alij.

Henriquez. Sayrus. Nauarrus. Auila. Reginaldus. Faber.

Secunda tamen opinio oppoſitum tenet, dicens: Excommunicatum ab Eccleſia, qui nondum obtinuit abſolutionem excommunicationis, priuari cōmunibus Eccleſiæ ſuffragijs, quamuis ſit contritus quantumcumque perfectè: & Ratio huius eſt, quia talis adhuc remanet excommunicatus, donec ab ipſa Eccleſia à vinculo excommunicationis ſit ſolutus in terris, & excommunicatio lata ſuum habet effectum, donec ab ipſa Eccleſia auferatur: Non enim excommunicatio tollitur per ſolam interiorem pœnitentiam, alioquin abſolutione poſtea non indigeret, & ità poſſent Sacramenta licitè ſuſcipere, ſaltem occultè, quod quidem falſum eſt: Ità Suarez de cenſ. D.9. ſect.3. num.2. Conink p.2. D.14.d.6.numer.49. Vaſquez tom.4. de excom. D.2. & 11. Soto in 4. D. 22.q.1. A.1. Filliuc.tr.12.c.2.q.6.num.45. Præpoſit.3. p.q.2.de excom.diſſic.6.num.38. Hurtado de excom. D.3.diſſic.5.num.14. Vgolinus de cenſ.c.9.tab.2.§.1. num.4. Bonac.de cenſ.D.2. q.2.p.2.num.2.& Diana p.5. tr.9. de excom. reſol.75. & alij. 28

Secunda opinio negatiua. Ratio iſtius ſententiæ.

Suarez. Conink. Vaſquez. Soto. Filliucius. Præpoſitus. Hurtado. Vgolinus. Bonacina. Diana.

Quæritur etiam: An ſi pro excommunicato offeratur Sacrificium Miſſæ, ſiuè aliæ præces priuatæ proſint illi, & quomodo? 29

Orationes priuatæ: An proſint excommunicato.

Reſpondetur, quod ſi Sacerdos offerat Miſſæ Sacrificium pro excommunicato vitando, vt miniſter Eccleſiæ nihil ei prodeſt, quò ad fructum, & valorem ex parte Eccleſiæ: Nam Eccleſia priuauit, & priuat excommunicatum omnibus communibus ſuffragijs, quæ fiunt à fidelibus nomine Eccleſiæ. Si ergo Sacerdos applicet Miſſam pro excommunicato vitando, non ſolùm materialiter peccat, faciendo contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui, verum etiam tale Sacrificium nihil proderit tali excommunicato, cum ſit membrum præciſum: Ità Suarez de cenſ.D.9.ſect. 4.num.7.& Filliuc, tr.12.de excom.c, 2.n.4.& Bonac. de cenſ.D.2.q.2.p.1.§.3.num.5.& alij.

Miſſa nomine Eccleſiæ applicari non poteſt pro excommunicato vitando.

Suarez. Filliucius. Bonac.

Dixi autem [pro excommunicato vitando] nam ſi Sacerdos offerat Sacrificium, pro excommunicato, adhuc tolerato, non peccat, quia Eccleſia poſt Conſt. Concilij Conſtant. tantùmodò prohibet communicationem cum excommunicatis vitandis, non verò cū alijs, adhuc toleratis, & ideò ſi talis excommunicatus ſit contritus, habet effectum Sacrificij, nō ſolum quo ad impetrationem, verum etiam, quo ad ſatisfactionem: Ità Sayrus lib.2. de cenſ.c.4.num.6. Nauarr.c.27.num.36. cum alijs, quos nos ſupra citauimus num.9. præſentis cap. tuli; in ſecunda opinione: Ex quo ſequitur: Poſſe Sacerdotem accipere Eleemoſynam, & applicare Miſſam pro excommunicato adhuc tolerato: Quamuis aliquibus hoc non placeat: ſed quicquid ſit de hoc: noſtra opinio videtur probabilior: vt ſupra d. num.9. ſatis probata eſt. 30

Pro excommunicato tolerato applicari poteſt.

Quando talis excommunicatus eſt contritus conſequitur effectus.

Sayrus. Nauar.

Si verò Sacerdos offerat Sacrificium Miſſæ tanquam miniſter Chriſti ab ipſo deputato, proderit excommunicato, ſi talis ſit ſuorum peccatorum verè contritus: Nam quamuis Sacerdos offerens faciat contra præceptum Eccleſiæ, offerendo Sacrificium Miſſæ pro excommunicato vitando, malitia tamen ipſius miniſtri, operantis in nomine alterius non impedit valorem, & effectum actionis, quatenus offertur in Perſona Chriſti: Non enim Eccleſia aufert poteſtatem Sacerdotibus offerendi in perſona Chriſti: Ità Suarez, Filliuc.& Bonac. locis ſupra citatis, Soto in 4.D.22.q.1.A.4. Regin.lib.32.num.13.& Auila de cenſ.p.2.c.6.D.4.d.1. 31

Offerens, vt miniſter Chriſti prodeſt ſi ſit contritus.

Suarez. Filliucius. Bonacina. Soto. Reginaldus. Auila.

Ex quo ſequitur à fortiori: Licere Sacerdoti, vt eſt priuata perſona orare pro excommunicato, vel in Memento, vel in alijs partibus Miſſæ occultè, & ſecretè, etiam ſi talis excommunicatus denuntiatus 32

Ità etiã, vt eſt priuata perſona: in Memento.

eſſet:

eſſet: & Ratio huius eſt, quia licèt Miſſa, ſit publicum Sacrificium, & Sacerdos exerceat publicum Miniſterium, tamen non deſinit eſſe priuata perſona, & poteſt etiam priuatim orare pro quacumque perſona.

33 Excommunicatus vitãdus nõ poteſt nominari in canone, aut publicè I Miſſa.

Caueat tamen, ne nominatim excommunicatum vitandum exprimat in canone, vel in alijs actionibus publicis, quando talis eſt denuntiatus, ſiuè declaratus, quia tunc faceret contra præceptum Eccleſiæ: Quapropter ſi Epiſcopus, ſiuè Imperator, aut Rex eſſet excommunicatus nominari non debet in Canone Miſſæ. Ità Suarez de cenſ. D.9. ſect.5. num.5. Auila de cenſ. p.2. c.6. D.9. num.5. Vaſquez tr. de excommunicatione Diſp.2. d.3. Filliuc. tom.1. tr.12. de excom. c.2. num.52. Bonac. de cenſ. D.2. q.2. p.1. §.3. num.6. Nauar. de orat. c.19. num.68. Couar. in C. Alma mater p.1. §.6. q.3. Henriquez in ſumm. c.11. §.2. Azorius tom.1. lib.10. c.22. q.3. alijque permulti: Et hæc de primo effectu excommunicationis.

Suarez. Auila. Vaſquez. Filliucius. Bonacina. Nauarr. Couarruuias. Henriq. Azorius.

DE II. EFFECTV EXCOMMVNICAtionis Maioris.

CAP. II.

1 Excommunicatus priuatur actiua, & paſſiua communicatione Sacramẽtorũ. C. ſi quem. C. Cũ illorũ. C. ſi celebrat.

SEcundus in ordine maioris excommunicationis effectus eſt (*Sacramentum Eccleſiæ priuatio, non ſolum, quo ad miniſtrationem actiuam, verum etiam, quò ad receptionem paſſiuam*) Prout dicitur in Sacris Canonibus: C. ſi quem: C. cum illorum de ſent. excom. & C. ſi celebrat de cleric. excom. miniſt. in quibus Iuribus præcipitur excommunicatis, ne Sacramenta miniſtrent, vel recipiant, qui tamquam indigni meritò priuantur præcipuis bonis ipſius Eccleſiæ propter eorum contumaciam: vndè ſi qui contrafaciant mortaliter peccant peccato Sacrilegij, cùm faciant contra reuerentiam Sacramentis debitam in re graui, prout dicunt communiter Doctores: vt D. Thom. 2.2. q.49. A.1. Nauar. c.27. num.18. Sayr. lib.2. de cenſ. c.1. num.2. & Suarez de cenſ. D.10. ſect.1. nu.1. Henriquez lib.13. c.7. Filliuc. tr.12. cap.3. num.53. Caiet. verbo Abſolutio impedimentum, alijque per multi communiter.

D. Thomas. Nauarrus. Sayrus. Suarez. Henriquez. Filliucius. Caietanus.

2 Excommunicatus Sacramẽtum recipiens non incidit in nouã cenſuram.

Verum eſt tamen: Huiuſmodi non incurrere aliquam pœnam Eccleſiaſticam diſtinctam à peccato Sacrilegij: Non enim impoſita eſt in Iure aliqua cenſura, niſi in receptione Sacramenti Ordinis, in qua receptione excommunicatus incurrit pœnã ſuſpenſionis Ordinis recepti in excommunicatione: & Ratio huius eſt, quia cum per illud committantur ordinato claues Eccleſiæ, meritò ab eo impeditur poteſtas ſignificata clauibus, qui claues Eccleſiæ contènere non eſt veritus: Et hoc non ſolùm intelligitur de excommunicato publico, & denunciato, verum etiã de occulto, & tolerato: Ità enim aiunt Couar. in d. c. Alma p.1. §.2. num.11. & Sayr. de cenſ. lib.2. cap.3. num.27. Filliuc. d. tr.12. c.3. num.54. cum alijs omnibus, ſupra citatis, & Ratio iſtorum eſt, quia Conſtantienſe Concil. nihil ipſis excommunicatis toleratis conceſſum eſt, quo ad Sacramentorum receptionem: ſemper enim excommunicati priuati erant, & ſunt Sacramentorum participatione, tam actiua, quàm paſſiua.

Limitatur de Sacramento Ordinis.

Etiam ſi ſit Occultus.

Couar. Sayrus. Filliucius.

Aſſignatur ratio aſſertionis.

3 Quãdo excuſatur à peccato recipiens Sacramentũ excommunicatus.

Dantur tamen aliqui caſus, in quibus excommunicatus, recipiendo Sacramentum aliquod excuſetur à peccato, quandò videlicet interuenerit ignorantia inuincibilis, ſiuè Iuris, ſiuè facti, aut aliqua grauis neceſſitas ad euitandum graue ſcandalum: Nam Eccleſia in huiuſmodi caſibus, vt pia mater, non intendit obligare fideles cum tãto incommodo, vt omnes communiter fatentur: Ità Sayr. de cenſ. lib.2. c.3. nu.28. Suarez de Cenſ. D.10. ſect.1. num.4. Conink p.2. D.14. d.5. num.7. Bonac. de cenſ. D.2. q.2. p.1. num.5.

Sayrus. Suarez. Conink. Bonacina.

4 Sacramenta, ſuſcepta ab excommunicato ſunt valida ſubſtantialiter. Non quò ad effectum gratiæ.

Sacramenta autem collata, licèt iniuſtè recipiantur ab excommunicatis, ſunt tamen valida, quò ad ſubſtantiam (niſi velis excipere Pœnitentiæ Sacramentum) multa enim fieri non poſſunt, quæ poſt facta tenent: Nam excommunicatus non eſt omninò incapax Sacramentorum, quò ad validitatem, ſed tantum prohibetur in Iure, ne Sacramẽta in excommunicatione recipiat: Cùm ergo Iura repellant excommunicatum per verba prohibentia, & non irritantia, non eſt ratio cur nos dicamus: Sacramenta ſuſcepta ab excommunicato eſſe irrita quò ad ſubſtantiam, nam quò ad effectum gratiæ non recipitur, quotieſcumque quis Sacramenta recipit in excommunicatione, quia tunc cùm peccet mortaliter contra præceptum Eccleſiæ, ponit obicem ad gratiam: Qui verò abſque peccato Sacramenta recipit, præmiſſa contritione ad euitandum ſcandalum, conſequitur effectum gratiæ: Nam Sacramenta conferunt gratiam infallibiliter, non ponẽtibus obicem ex opere operato, vt eſt communis Theologorum ſententia.

Limitatur quãdo occurrat neceſſitas.

5 Difficultas de Sacramento Pœnitentiæ.

Sed Difficultas eſt inter Doctores: An Sacramentalis abſolutio peccatorum collata excommunicato ſit valida, & habeat effectum ſuum, quò ad peccatorum remiſſionem?

Reſolutio. Pœnitentiæ Sacramentũ receptum ab excommunicato quando poteſt eſſe validum.

Reſpondetur tamen breuiter, (ſequendo probabiliorem ſententiam) quod: Quotieſcumque excommunicatus inculpabiliter ignorat ſe eſſe excõmunicatum, ſiuè talis ſit ignorantia Iuris, ſiuè facti, ſiuè inuincibiliter credat non eſſe peccatum mortale recipere Pœnitentiæ Sacramentum antequam à vinculo excommunicationis ſit abſolutus, tunc in caſu Sacramentum ſuſceptum fuit validum, non ſolùm, quò ad ſubſtantiam, verum etiam, quò ad effectum gratiæ, cuius ratio eſt, quia excommunicatio non facit ſubiectum omninò incapacem Sacramentorũ, ſed tantummodò prohibitum, & ideò nihil tollitur, quod ſit de Sacramenti ſubſtantia, nec materia, nec forma, neque miniſtri intentio, & poteſtas, (vt ſupponitur) neque ipſum ſubiectum, (vti dixi) eſt omninò incapax. Ità Vgolinus de cenſ. tab.2. c.7. §.2. nu.9. Henriquez lib.13. c.12. n.2. Filliuc. d. tr.12. c.3. q.5. nu.59. Suarez de cenſ. D.10. ſect.3. num.9. Conink p.2. D.14. d.5. num.26. Sayrus de cenſ. lib.2. c.5. num.5. Vaſquez de excom. D.4. Reginaldus lib.6. num.172. Bonac. de cenſ. D.2. q.2. p.2. num.3. & alij: Quamuis nonnulli contrarium exiſtiment.

Excommunicatio nõ facit ſubiectum incapacẽ Sacramẽti, quò ad valorem.

Vgolinus. Henriquez. Filliucius. Suarez. Conink. Sayrus. Vaſquez. Reginaldus. Bonacina.

6 In quo caſu abſolutio Sacramẽtalis eſt inualida propter excommunicationẽ. Ratio aſſertionis.

Si verò pœnitens, recipiendo Sacramentalem abſolutionem peccat mortaliter, eò quod ſcienter, & culpabiliter ſe permittit abſolui à peccatis, antequã ab excommunicationis vinculo ſit abſolutus, tunc non ſolum mortaliter peccat, ſed ipſum Sacramentum erit nullum, quia hoc eſſet contra Sacramenti ſubſtantiam: quia, vel confitetur actu de tali peccato, vel non: ſi non; Confeſſio non eſt integra: Si ſic deficit contritio, cum in actu, quo confitetur peccet voluntariè, & ideò in tali caſu Sacramentum Pœnitentiæ erit nullum, niſi interueniat cauſa vrgens, quæ in caſu excuſaret à tali peccato, vt patet ex ſupradictis in primo Tomo noſtræ Theologiæ Mor. loquendo de Effectibus Sacramenti Pœnitentiæ: & de confeſſione Iteranda.

Limitatur aſſertio.

7 De pœnis miniſtri Sacramẽta adminiſtrantis excõmunicato vitando.

Sacerdos verò, qui ſcienter Sacramenta adminiſtrat excommunicatio publico vitando, non ſolùm mortaliter peccat, ſed etiam incidit in minorem excommunicationem, & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ: vt patet ex c. Epiſcoporum de Priuileg. in 6. vbi pœna interdicti ab Eccleſia imponitur ijs, qui ab

Eccleſia

Digitized by Google

Quando excõmunicatio eſſet Summo Pontifici reſeruata: incidit in eamdẽ excommunicationem.

Eccleſia excommunicatis admittunt ad Sacramenta recipienda: Quando autem talis excommunicatio eſſet Summo Pontifici reſeruata, tunc Sacerdos abſoluens incideret etiam in eamdem excommunicationem: prout dicitur in c. ſignificaſti de ſent. excommunicationis: Quamuis in aliquibus caſibus poſſit excuſari à tali excommunicatione, legite Bonacinam de cenſ. D.2. q.2. p.2. §.2. num.7.

Bonacina.

8 Excommunicatis toleratis non eſt prohibita adminiſtratio Sacramenti. Concil. Conſtant.

Si autem Sacerdos adminiſtret Sacramentum aliquod excommunicato, nõ vitando, qui adhuc ab Eccleſia toleratur, cùm non ſit declaratus, & denunciatus, tunc non peccat ex vi cenſuræ: Nam poſt Conſtant. Concil. nulla eſt prohibitio Eccleſiæ, qua Sacerdos prohibeatur Sacramenta miniſtrare excommunicato tolerato: Imò hoc per dictum Concilium permiſſum eſt: Non præſumitur autem Concilium permiſiſſe, & conceſſiſſe aliquod illicitum, ideò &c. Ita Suarez, Filliuc. Bonac. cum alijs, citatis num. 5.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

9 Aduertentia. Ne ſit cooperans ad malũ.

Dixi autem [*non peccare ex vi cenſuræ*] nam ex alio capite poſſet eſſe aliquando peccatum, quando videlicèt talis miniſter, ſciens talem petentem eſſe excõmunicatum, tunc debet ſe excuſare à tali adminiſtratione Sacramenti, fingendo ſe eſſe impeditum, & ita impedire, ne proximus in malo ſtatu ligatus vinculo excommunicationis Sacrilegium committat recipiendo indignè Sacramentum: quia tunc eſſet cooperator ad malum: Vnde ratione charitatis tenebitur impedire, prout benè aduertit Bonac. de Cenſ. D.2. q.2. p.1. §.2. nu.1. Niſi fortè petens eſſet excommunicatus occultus, & publicè peteret, tunc enim ad euitandum ſcandalum poterit in caſu illi ſine ſcrupulo Sacramentum adminiſtrare. Ita Vaſquez tr. de excommunicatione D.2. circa finem: Et hæc de priuatione paſſiua Sacramentorum.

Bonacina. Limitatio.

Vaſquez.

10 De miniſtratione actiua. Adminiſtrãs Sacramẽta in excommunicatione fit irregularis. Aliquãdo excuſatur, & quomodo.

Dicendum ſupereſt de adminiſtratione actiua: Quapropter breuiter, concludendo dicimus: Quemcumque Sacerdotem, qui excommunicatus ſit excommunicatione maiori, ſiuè occultus, ſiuè denuntiatus aliquod Sacramentum ſine neceſſitate adminiſtret irregularitatem incurrere, niſi fortè aliquando excuſaretur ex inaduertentia, ſiuè ignorantia inculpabili, vel aliqua vrgente neceſſitate, vt ſi proximus eſſet in periculo mortis, & non eſſet alius Sacerdos præſens, qui poſſet tale Sacramentum miniſtrare, vel pro vitando ſcandalo, quando talis Sacerdos eſſet excommunicatus occultus. Ita Caiet. in ſumm. verb. Abſolutio; Auila de cenſ. p.2. c.16. D.3. concl. 4. Sayr. lib.2. de Cenſ. c.18. Suarez de cenſ. D.10. ſect. 1. num.14.

Caiet. Auila. Sayrus. Suarez.

11 Sacramenta adminiſtrata ab excõmunicatis ſunt valida.

Verum eſt tamen, quod Sacramenta adminiſtrata à Sacerdote excommunicato, ſiuè tolerato, ſiuè non tolerato non ſunt irrita, ſed valida, quò ad ſubſtantiam, excepto tamen Pœnitentiæ Sacramento, recepto à Sacerdote excommunicato vitando, quia cum talis Sacerdos non toleratus, ſit iuriſdictione priuatus, & careat iuriſdictione: quæ eſt de neceſſitate Sacramenti Pœnitentiæ, niſi in manifeſto mortis periculo, in quo conceſſum eſt, cuilibet Sacerdoti, etiam excommunicato, dummodò non ſit alius Sacerdos præſens, vt poſſit abſoluere quemcumque morientem, prout communiter dicunt Theologi ex doctrina Trident. Concilij.

Limitatur de Sacramento Pœnitentiæ. Niſi in periculo mortis.

12 Petens Sacramenta ab excõmunicato vitando peccat. m.

Ex quo ſequitur, quod petens Sacramenti adminiſtrationem ab excommunicato vitando extra neceſſitatem vrgentem grauiter peccat: facit enim cõtra prohibitionem Eccleſiæ in materia graui, communicando in diuinis cum excommunicato vitando, quod eſt illicitum: Vrgente verò neceſſitate non peccat, quia Eccleſia non intendit obligare fideles in tali caſu prout dicunt Suarez de cenſ. D.10. ſect.1. num.14. Filliuc. d. tr.12. c.3. & Bonac. de cenſ. D.2. q. 2. p.2. num.4.

Niſi adſit neceſſitas vrgẽs.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

Petens autem Sacramenta ab excommunicato tolerato, non peccat mortaliter ex vi cenſuræ, non ſolum quando ignorat illum talem eſſe excommunicatum, ſed etiam quãdo nouit illum eſſe excommunicatũ, ſiuè talis ſit proprius Parochus, ſiuè alius Sacerdos, ſiuè ſit neceſſitas petendi, ſiuè non ſit, ſiuè talis miniſter ſit paratus Sacramentum adminiſtrare ſiue paratus non ſit: Nam in caſu petens vtitur iure ſuo, & rem bonam petit pro ſalute Animæ ſuæ: & ſi ille indignè ex ſua malitia adminiſtret Sacramentum, imputetur ſibi. Nam poſt conſtitutionem Concil. Conſtant. non adeſt adhuc prohibitio non communicandi cum excõmunicatis toleratis, etiam in diuinis, vt ex ſuperioribus dictis ſatis ſuperque declaratum eſt. Ita Sanchez de mat. lib.7. D.9. num.8. Soto in 4. D.22. q.1. A.4. & alij, quos ſequitur Bonac. de cenſ. D.2. q.2. p.1. §.3. num.4.

13 Petens ab excommunicato tolerato non peccat.

Ratio aſſertionis.

Concil. Conſtant.

Sanchez. Soto. Bonacina.

DE III. EFFECTV MAIORIS EXcommunicationis.

CAP. III.

1 Tertius effectus eſt (priuatio participationis in diuinis, & humanis.)

TErtius in ordine excommunicationis effectus eſt: (*Priuatio participationis omnium rerum Sacrarum.*) Nam excommunicatus ex vi talis cenſuræ priuatus eſt omni communicatione Eccleſiaſtica in rebus diuinis: Cuius ratio, præcipua eſt, quia per ſacros Canones facta eſt ſimpliciter prohibitio excõmunicatis, ne communicent cum fidelibus, ſpecialiter in diuinis actionibus: Quæ ad tria genera reduci poſſunt, vltra Sacramentorum participationem actiuam, & paſſiuam, de qua in præcedenti capitulo dictum eſt: Hæc autem ſunt Miſſæ Sacrificium, & Diuina officia, & Eccleſiaſtica ſepultura: prout dicunt communiter Doctores apud Sayrum de cenſ. lib.2. c.3. & Henriq. lib.13. c.7. §.2. Bonac. de cenſ. D.2. q.2. p.3. Filliuc. d. tr.12. de excom. c.4. & patet ex Iure c. Nuper de ſent. excommunication. & c. Alma eodem titulo in 6.

Ad tria genera reducũtur ea quibus, priuatur excommunicatus.

Sayrus. Henriquez. Bonacina. Filliucius. C. Nuper.

2 Excommunicatus nõ poteſt licitè participare in diuinis.

Quo ergo ad Primum, abſolutè dicimus: Excommunicatum maiori excommunicatione, ſiuè publicum, ſiuè ſecretum, ſiuè non toleratum, ſiuè toleratum ex vi talis cenſuræ priuatum eſſe non ſolum celebratione Miſſæ, & confeſſione Sacramentorum, verum etiam ne licitè poſſit dũ eſt vinculo excommunicationis ligatus aſſiſtere, & audire Miſſam, vt patet ex c. Illud de cleric. excommunicato min. ſt. & c. Is qui, de ſent. excommunicationis in 6. in quibus Iuribus hoc ſpecialiter exprimitur: Vndè ſi quis contra faceret mortaliter peccabit, toties quoties, faciendo contra præceptum Eccleſiæ, in re graui, niſi talis aliquando excuſari poſſet, vel propter ignorantiam inuincibilem, ſiue inaduertentiã, vel ad vitandum ſcandalũ graue, quando aliter euitari nõ poſſet.

Non poteſt Miſſam audire licitè. C. Illud. C. Is, qui.

Contra faciẽs p. m. toties quoties. Quãdo poteſt eſſe excuſatio à p.m.

3 Excommunicatus inſeruiens Miſſam in neceſſitate non peccat. Secluſa neceſſitate p.m.

Ex quo ſequitur: excommunicatum inſeruiendo Miſſam, quando nullus alius adeſſet, qui Miſſæ inſeruiat, non peccare mortaliter, quia in caſu excuſatur ratione neceſſitatis: eò quod non ſit alius, qui hoc facere poſſet ſine impedimento: Qui verò, ſecluſa tali neceſſitate, vel alia iuſta cauſa Miſſæ Sacrificio aſſiſtet, quando eſt excommunicatus, peccat mortaliter toties quoties, quamuis talis excommunicatus aſſiſtens Miſſæ ſit ſurdus, ſiuè cæcus: Aſſiſtendo enim quando celebratur Miſſa communicat in diuinis cum Sacerdote celebrante, & cum fidelibus aſtãtibus contra obligationem cenſuræ: Nam incurrit autem nouam cenſuram, neque ſit irregularis, ſed tantum-

Etiam ſi ſit ſurdus, aut cæcus.

Digitized by Google

Suarez. Filliucius. Henriquez. Bonacina.

tantummodò lethaliter peccat. Ità Suarez de cenſ. D.12. ſect.1.num.3. Filliuc. d.tr.12.c.4.q.3.num.89. Henriquez lib.13.c.7.num.2. Bonacina de cenſ. D.2. q.2.p.3.§.1.num.1.& alij.

4 Excommunicatus non audiens Miſſam de præcepto non peccat.

Excommunicatus autem, ſiuè toleratus, ſiuè non toleratus non peccat in die feſtiuo de præcepto non audiendo Miſſam: Cuius ratio eſt, quia præceptum Eccleſiæ de auditione Miſſæ cadit ſolum ſuper eos, qui non ſunt impediti: Excommunicatus autem ex vi excommunicationis prohibitus eſt, ne participet in Diuinis cum fidelibus, ergo non audiendo Miſſam de præcepto non peccat, quia audiendo peccaret: Etiam, quod talis excommunicatus ſit negligens in procuranda abſolutione excommunicationis: Non enim Eccleſia obligat excommunicatum ad procurandam abſolutionem excommunicationis cenſuræ, vt Miſſam poſſit audire: Ità Nauar.in man.c.21.n.3. Conink D.14.d.7.num.56. Vgolinus de cenſ.tab.1.c.13.§.13. Auila de cenſ.p.2.c.6.D.4.d.7. Suarez de Sacramentis tom.3.D.88.ſect.6.

Etiam, quod ſit negligẽs in procuranda abſolutione.

Nauar. Conink. Vgolinus. Auila. Suarez.

5 Omnes participantes cum excommunicato vitando peccant.m.

Dicimus etiam, omnes ſimul audientes Miſſam cum excommunicato publico vitando peccare mortaliter, & minorem excommunicationem incurrere, cuius ratio eſt, quia in tali caſu omnes, & ſinguli participant in diuinis cum excommunicato vitando, quod prohibitum eſt ab Eccleſia ſub præcepto, obligante ad culpam mortalẽ, cùm ſit in materia graui.

6 Cũ excõmunicato tolerato nõ peccãt.

Si verò talis excommunicatus non ſit denuntiatus: quamuis ipſe audiendo Miſſam mortaliter peccet, alij tamen participantes cum eo non peccant. Nullus enim tenetur excommunicatum toleratum vitare etiam in diuinis poſt Conſtitutionem factam in Concil.Conſtant.ſupra citatam, prout dicũt communiter omnes Doctores: vt Vgolinus de cenſ.Tab. 2.c.8.§.4. Henriquez lib.13.c.7.num.2. Conink p.2. D.14. d.7.num.50. Suarez de cenſ.D.12.ſect.1.num. 11. Syluest.verbo excommunicatio, Sayrus de Cenſ. lib.2. c.3.num.19.& alij.

Concil. Conſtant. Vgolinus. Henriquez. Conink. Suarez. Syluester. Sayrus.

7 Quãdo adeſt excommunicatus vitãdus in Eccleſia quid faciendum. C. Eos. de ſent.excom. C.Grauis.

Quando autem in aliqua Eccleſia celebranda eſt Miſſa, ſi adſit excommunicatus vitandus, admonendus eſt, vt exeat ab Eccleſia, ſi vero admonitus à celebrãte exire noluerit, incidit in nouam excommunicationem Papæ reſeruatam: vt habetur: ex c.Eos de ſent.excom. & C.Grauis eodem titulo: & in hoc eadem eſt ratio de Interdicto, & de ijs, qui impediunt, ne excommunicatus, vel Interdictus nõ exeat eo tempore, quo Miſſa celebratur, & tunc talis poterit per vim expelli, quamuis ſit Clericus, neque per hoc incurritur excommunicatio, expellendo Clericũ violenter, nolentem poſt admonitionem exire de Eccleſia, quia in caſu talis vis non dicitur iniurioſa, quando infertur ex iuſta cauſa, ne excommunicatus participet in diuinis: Eſt enim potius defenſio Eccleſiaſticæ immunitatis, vt patet ex C.Veniens de ſent. excom. Ità Conink p.2. D.14. d.7. num.2. Suarez de Cenſ.D.12.ſect.1.num.11. Bonac.de cenſuris D.2.q. 2.p.3.num.8.

Poterit per vim expelli quando nolit exire.

C.Veniens. Conink. Suarez. Bonacina.

8 Quid faciendum, quando incepta eſt Miſſa, & excommunicatus nõ poteſt expelli.

Si verò dictus excommunicatus non vult exire, & per vim expelli non poſſet: ſi Miſſa eſt inchoata, quãdo aduertitur eſſe præſentem huiuſmodi excommunicatum, qui ſine periculo expelli non poſſet, non eſt proſequenda, ſed prætermittenda, modo non ſit conſecratio incepta, quia tunc debet perficere ſacrificium Miſſæ, vſque ad conſumptionem ſpecierum conſecratarum incluſiuè, nam perfectio ſacrificij eſt de Iure diuino, & ſumpto Sacramento ſe recipiet in ſacriſtiam, ſiuè in alium locum decentem, ibique poterit reliquas orationes dicendas poſt communionẽ perſoluere: Imò multi Doctores exiſtimant, quod ſi inceptus ſit Canon Miſſæ ab illis verbis; (*Te igitur Clementiſſime Pater.*) non peccat Sacerdos, proſequendo Miſſam, quia ſecundum probabiliorem ſententiam ab illis verbis videtur aliqua ratione inchoata actio ſacrificij: Ità Suarez de cenſuris D.12.ſect.1. num.13. Filliuc. d.tr.12. c.4. num.90. Henriquez lib. 13.cap.10. num.4.& Bonac.de cenſ. D.2. quæſt.2. p. 3.num.13.

Sententia aliquorum quãdo inceptus ẽ Canon Miſſæ.

Suarez. Filliucius. Henriquez. Bonacina.

9 Omnes adſtantes tenentur exire.

Adſtantes verò omnes tenentur exire præter inſeruientem Miſſam, ne participent cum excommunicato vitando, alioquin mortaliter peccarent, participando cum excommunicato in diuinis, & ita relinquant excommunicatum in Eccleſia, ſi nolit exire, & vult per vim aſſiſtere Miſſæ Sacrificio contra præceptum Eccleſiæ.

10 Quando adſtantes nõ tenẽtur de Eccleſia exire, quando adeſt excommunicatus.

Si verò huiuſmodi excommunicatus maneat tantummodo in Eccleſia, non vt Miſſam audiat, ſed vt ſeparatim oret, non tenentur alij fideles exire, ſed poſſunt Miſſam audire, non participando cum excommunicato: Similiter etiam ſi in eodem tempore plures Miſſæ celebrentur in eadem Eccleſia in diuerſis altaribus, ſiuè Capellis, tunc poſſunt alij audire alias Miſſas, quæ in eadem Eccleſia celebrantur, quãuis excommunicatus ſit in aliqua capella eiuſdem Eccleſiæ, audiendo aliam Miſſam, ſiuè orando, quia in caſu non communicant cum excommunicato, nõ tamen poſſunt ſimul vnam, & eamdem Miſſam audire: Ità Nauar. de orat.not.22. num.8. Ita Vgolinus tab.2. cap.8. §.2.nu.3. & Filliucius d.tr.12. c.4. num. 90.cum alijs.

Nauar. Vgolinus. Filliucius.

11 Si adeſſet cadauer excõmunicati, nõ tenetur Sacerdos Miſſam inceptam relinquere.

Non tenetur tamen Sacerdos relinquere Miſſam inchoatam, quando aduertit adeſſe cadauer publici excommunicati: Nam tunc Sacerdos, poterit ſua intentione priuata, nolle participare cum eo cadauere: Non tamen debet, nec poteſt aliquod opus circa illud cadauer exercere, benedicendo, aſpergendo, orando; quia tunc communicaret cum illo contra præceptum Eccleſiæ: Ità Vgolinus loc.cit. Reginald. lib.32.num.85. Henriquez lib.13.cap.17. Quod idem dicendum eſt de circumſtantibus, & Miſſam audientibus: non enim in caſu tenentur exire.

Vgolinus. Reginaldus. Henriquez. Neque circũſtantes tenẽtur exire.

12 Quando non cõmunicaret formaliter, ſed tantum materialiter non tenentur exire.

Si verò excommunicatus vitandus ingreditur Eccleſiam, non vt ibi Miſſam audiat, vel alia diuina officia, ſed cauſa tranſeundi per Eccleſiam, vel confugiendi ad eam cauſa ſecuritatis, ne capiatur à ſatellitibus, vel vt ſeorſum priuatim oret, vel aliquod agẽdum: Non tenebitur in tali caſu ſacerdos Miſſam relinquere, neque alij, qui ſunt in dicta Eccleſia exire, quia in tali caſu excommunicatus non communicat formaliter cum eis, ſed tantum materialiter: Ità Bonac.d.D.2.q.2.p.1.num 6.cum alijs ſupra citatis.

Bonacina.

13 Excõicatus vitandus nõ põt intereſſe diuinis officijs. Neque actionibus publicis Eccleſiaſticis.

Quò ad ſecundum de Diuino officio: Clarum eſt (ex mẽte omnium Theologorum:) Excõmunicatos, non ſolum peccare mortaliter audiendo Miſſam, verum etiam aſſiſtendo diuinis officijs, aliiſque orationibus publicis, & benedictionibus ſolemnibus, Candelarum, Oliuarum, aliiſque functionibus publicis, & communibus, quæ ſolemniter fieri ſolent in Eccleſia Dei militante ex inſtitutione Chriſti, & ipſius Eccleſiæ, vel quæ ſunt propriæ alicuius ordinis clericalis, vt cantus ſolemnis, Epiſtolæ, vel Euangelij, quæ à miniſtris Eccleſiæ publice fieri ſolent in officijs cum veſtibus Sacris, tanquam à miniſtris ordinatis ad tale munus: Quod non ſolùm intelligitur de excommunicatis vitandis, ſed etiam de occultis, & toleratis: Nam omnibus, & ſingulis excommunicatis facta eſt talis inhibitio ex vi excommunicationis maioris aſſiſtendi, & participandi in diuinis: Ità Suarez de cenſ. D.12. ſect.2. Filliucius d. tr.12. cap.4. q. 4.num.91.

Suarez. Filliucius.

Quæ quidem communicatio in diuinis officijs in- 14

telligi-

Excommunicatus poteſt priuatim orare, & dicere horas canonicas etiam alta voce.

Excommunicatus tenet, etiā recitare Diuinum officium, quādo eſt in Sacris.

telligitur de officijs publicis, & ſolemnibus, quæ perſoluuntur in choro, non autem de priuatis: Nam quilibet excommunicatus, ſiuè occultus, ſiuè publicus poteſt ſeparatim recitare Diuinum officium, etiā alta voce. Imò ſi ante excommunicationem obligatus erat ad Diuinum officium perſoluendum tenetur etiam poſt excommunicationem perſoluere priuatim: Non enim debet ſentire commodum ex ſua pertinacia, & delicto: Cum non ſit prohibitum excommunicato priuatim orare, & vti orationibus ab Eccleſia inſtitutis; vt colligitur ex C. Illud de cleric. excom. Ità Nauar. in man. c. 25. num. 102. & de Horis Canon. num. 16. & 17. Regin. lib. 32. num. 20. Conink p. 2. D. 14. d. 7. num. 53. Filliuc. ſupra nu. 92. Suarez ſupra num. 13. Sayrus lib. 2. de cenſ. c. 3. num. 3.

C. Illud. Nauar. Reginaldus. Conink. Filliucius. Sayrus.

15 Nō debet tamen dicere Dominus vobiſcum.

Non tamen in ijs debet ſe gerere, tanquam miniſtrum Eccleſiæ ex officio: Quapropter in orationibus dicendis omittere debet verſiculum illum (*Dominus vobiſcum*) nam talis ſalutatio fit nomine Eccleſiæ, & ſolùm ſpectat ad Sacerdotes, vel Diaconos, & denotat officium publicum, cuius loco dicere debet excommunicatus. Domine exaudi orationem meam, tanquam Clericus non ordinatus: quare, ſecundum aliquos Doctores, vt Nauar. de Orat. c. 7. num. 16. ſi quis excommunicatus vteretur tali ſalutatione in officio irregularitatem incurreret, exercendo munus ſacrum in excommunicatione.

Nauar. putat effici irregularem.

16 Nō admittitur à recētioribus in recitatione priuata.

Verum eſt tamen: Hoc non admitti à recentioribus in recitatione priuata, etiam aduertenter, & hoc ratione paruitatis materiæ: Nam durum profectò apparet, pro tam leui actione obligare delinquentem ad pœnam grauiſſimam, ſicuti eſt irregularitatis pœna: Nam paruitas materiæ, ſicut excuſat à mortali, ità excuſare videtur ab irregularitate, quæ vt incurratur, ſupponit culpam grauem. Ità Henriq. lib. 13. c. 7. num. 2. Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 3. nu. 5. Filliuc. d. tr. 12. c. 4. num. 93. Auila de Cenſ. p. 2. c. 6. D. 4. d. 6. concl. 3. Bonac. D. 2. q. 2. p. 3. §. 2. num. 6.

Paruitas materię excuſat.

Henriquez. Sayrus. Filliucius. Auila. Bonac.

17 An poſſit dicere Diuinū officiū cū ſocio alternatim.

Sed Difficultas eſt: An excommunicatus poſſet licitè recitare officium cum ſocio alternatim, quando priuatim recitat?

Reſpondetur: Negatiuè: nam excommunicatio priuat ligatum tali vinculo cenſuræ, quacumq; communicatione cum fidelibus præcipuè in diuinis; vt patet ex c. Sicut Apoſtoli; & C. Excommunicatos cum duobus ſequentibus; 11. q. 3.

C. Sicut Apoſtoli. c. Excōmunicatos.

18 Limitatio, de officio priuato.

Verum eſt tamen, quod ſi adhibeat ſocium in priuata recitatione non peccat mortaliter, ſed tantum venialiter: Nam huiuſmodi communicatio videtur leuis reſpectu præcepti, cùm fiat priuatim: Nec videtur adeò prohibita, ſicuti eſt prohibita participatio in diuinis officijs publicis, & ſolemnibus, quæ recitantur in choro, præcipuè, ſi hoc raro fiat, vel iuſta, & rationabili cauſa interueniente abſque ſcandalo, & contemptu: Ità Auila de cenſ. p. 2. D. 8. d. 4. Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 2. num. 18. Henriquez lib. 13. c. 6. num. 7. Vgolinus de cenſ. tab. 1. c. 17. §. 14. nu. 1. Bonac. D. 2. q. 2. de cenſ. p. 3. §. 2. num. 4. Couar. in c. Alma p. 1. §. 3. num. 8. & alij.

Auila. Suarez. Henriquez. Vgolinus. Bonacina. Couar.

19 De Letanijs, & publicis proceſſionibus.

Similiter dicendum eſt de alijs officijs diuinis publicis, quæ fiunt ab Eccleſia, vt ſunt proceſſiones, Litaniæ, benedictiones, ſimileſque orationes Sacræ, quæ ex conſuetudine Eccleſiæ fieri ſolent: Non enim licitum eſt excommunicatis in huiuſmodi functionibus aſſiſtere, vel communicare, quia tunc mortaliter peccarent, ſiuè ſint clerici, ſiuè laici: Et non ſolùm ipſi excommunicati peccarent, verum etiam alij participantes cum huiuſmodi excommunicatis vitādis, ſicut dictum eſt de diuinis officijs: Omnes enim cum quolibet excommunicato vitando communicantes in diuinis peccant mortaliter, & incurrunt minorem excommunicationem: Ità Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 2. num. 6. Filliuc. d. tr. 12. c. 4. num. 94. Nauarrus c. 25. nu. 93. prout colligitur ex C. ſignificauit de ſent. excom. & C. Sacris, de ijs, quæ &c. Omnes enim huiuſmodi actiones ſunt publicę ex propria natura, quare committitur culpa mortalis, participando in Diuinis cum excommunicato.

In ijs aſſiſtere eſt peccatum m.

Suarez. Filliucius. Nauarrus. C. Significauit. C. Sacris.

20 Excommunicatus poteſt intereſſe cōcionibus etiā in Eccleſia.

Verum eſt tamen, quod excommunicatus etiam vitandus poteſt intereſſe Concioni: nam Concio non venit nomine diuini officij, quæ ſunt prohibita excōmunicatis: Concio enim tendit ad ipſorum ſalutem, & emendationem, ideoq; permittitur, vt poſſint audire concionatores, dum prædicant populo etiam in Eccleſijs, vt patet ex C. Reſponſo de ſent. excom. Ità Nauarrus c. 27. num. 36. Vgolinus de cenſ. p. 2. c. 8. §. 3. Henriquez lib. 13. c. 12. Filliucius d. tr. 12. c. 4. nu. 86. Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 2. num. 18. Conink p. 2. D. 14. d. 7. num. 53. Bonac. D. 2. q. 2. p. 3. num. 4.

C. Reſponſo. Nauarrus. Vgolinus. Henriquez. Filliucius. Conink. Bonacina.

21 Excommunicatus poteſt quādoq; prædicare etiam in Eccleſia.

Inſuper dico aliquando excommunicatum occultum poſſe prædicare, quando ab alijs eſſet requiſitus, & ratio eſt, quia Concio non tendit directè in fauorem ipſius excommunicati, ſed aliorum, qui euitare non tenentur excommunicatum toleratum: Non tamen hoc facere debet ſponte ex ſua propria volūtate, ſed quando precibus, vel obedientia eſſet adſtrictus, quia quando ſine cauſa, excommunicatus prædicaret, non excuſaretur à peccato: Non fieret tamen irregularis, eò quod prædicatio non eſt officium ſacri Ordinis, ideoque poteſt quandoque fieri à Clerico non ordinato, ſiuè laico ex conceſſione: Ità Nauar. c. 27. num. 163. Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 2. num. 4. Filliuc. d. tr. 12. c. 4. num. 86.

Nauarr. Suarez. Filliucius.

22 Non poteſt benedicere aquam Sanctā, aliaſque functiones facere Sacerdotales.

Sacerdotes autem, & clerici, qui in excommunicatione exercent officium ſui ſacri Ordinis, ſiuè celebrando, ſiuè Sacramenta miniſtrando, ſiuè aquam Sanctam benedicendo, ritu pręſcripto ab Eccleſia ſiuè alias benedictiones ſolemnes ab Eccleſia inſtitutas Oliuarum, Candelarum, ſiuè veſtibus ſacris indutus populum, ſiuè Eccleſiam benedicat, ſiuè faciendo officium hebdomadarij in choro ſolemniter cum ſtola è collo pendente, ſiuè faciendo quamcumque functionem ſolemnem, pertinentem ad officium ſacerdotale, non ſolum mortaliter peccat, ſed etiam irregularitatem incurrit.

23 Idē dicas de Diaconis, & Subdiaconis.

Quod idem dicendum eſt de Diaconis, & Subdiaconis in Miſſa ſolemniter aſſiſtentibus veſtibuſque ſacris indutis exercentibus officium ſui Ordinis ſacri: Nam huiuſmodi actiones tantummodo ab ordinatis in ſacris fieri poſſunt: Ita Filliuc. d. tr. 12. c. 4. q. 6. num. 99. Nauarr. c. 27. num. 163. & num. 244. & patet ex c. 2. de clerico excom. miniſt. & C. Is cui de ſent. excom. in 6.

Filliucius. Nauarrus. C. Is cui. C. 2. de clerico excom. miniſt.

24 Idem dicēdū eſt de functionibus Epiſcopalibus.

Idem dicendum eſt de Epiſcopis, & Abbatibus, exercētibus actum ſui Ordinis in excommunicatione, vt conſecrando Eccleſias, ſiuè altaria, benedicendo Calices, & veſtimenta Sacerdotalia, conſecrando virgines, & conferendo Ordines; etiam minores, ſiuè degradando ordinatos, ſiuè etiam benedicendo populum ſolemniter, dicendo more ſolito: (*Sit nomen Domini benedictum.*) Nam huiuſmodi functiones pertinēt ad Ordinem Sacrum, in quo ſpecialiter quilibet illorum conſecratus eſt, & ideò faciendo tales functiones excommunicatione etiam occulta, non ſolum peccant mortaliter, ſed etiam ipſo facto fiunt irregulares; prout expreſſum eſt in Can. Si Epiſcopus. 4. 11. q. 3. & c. 1. §. Caueat de ſent. excom. in 6. Ità Filliucius d. tr. 12. c. 4. q. 6. num. 100.

Can. ſi Epiſcopus. Filliuc.

25 Quæ actiones priuatæ licitę ſint excommunicato.

Concedimus tamen: Excommunicatum poſſe benedicere menſam, ingredi Eccleſiam, vt ibi oret,

quando

quando diuina officia non celebrantur, ſignare ſe ſigno Crucis, adorare Euchariſtiam, & etiam Sanctiſſimum Sacramentum comitare, quando defertur ad infirmum, modo non recitentur Pſalm. Poterit etiam excommunicatus vti imaginibus, alijſque rebus Sacris ſimilibus, quatenus inſeruiunt priuatæ deuotioni, & quatenus illis vtitur, tanquam priuata perſona ad cultum Dei, non autem ad lucrandas indulgentias, & ſatisfactiones: Vndè ex opinione multorum excommunicatus non debet ſe aqua benedicta in Eccleſia ſignare, eò quod aqua benedicta eſt quoddam Sacramentale; habens valorem ex meritis Eccleſiæ, quibus priuatus eſt excõmunicatus: Ita Vgolinus de cenſ. tab. 2. c. 13. §. 14. num. 6. Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 3. num. 8. Nauarr. c. 27. num. 17. Couar. in c. Alma §. 3. nu. 7. Sayr. de Cenſ. lib. 2. c. 3. nu. 9. Bonac. D. 2. q. 2. p. 3. §. 2. num. 9.

An poſſit vti aqua benedicta?

Vgolinus. Suarez. Nauar. Couarruuias. Sayrus. Bonacina.

26 Verum eſt tamen, quod ſi excommunicatus ſignaret ſe aqua benedicta ſimpliciter propter deuotionẽ ad Dei honorem, & in ſignum pœnitentiæ, non tanquam quid Sacramentale, habens valorem ad indulgentiam ex verbis Eccleſiæ excuſaretur à peccato, prout benè aduertit Suarez de cenſ. d. D. 12. ſect. 3. num. 9. in fine.

Quomodo ea poteſt vti aliquando.

Suarez.

27 Quò ad tertium de Priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ dicimus Primò: Clarum eſſe apud omnes: Excommunicatum vitandum priuatum eſſe per Sacros canones Eccleſiaſtica ſepultura, ſi ante mortem talis excommunicationis abſolutionem non obtinuit: Nam quibus viuentibus non communicamus, non debemus defunctis: Defunctus enim aliqua ratione dicitur communicare cum fidelibus, quatenus repræſentat eamdem perſonam, cum eadem ſpiritualis communicatio referatur ad eamdem animam, quæ communicatio in diuinis fieri etiã poteſt poſt mortẽ cum corpore excommunicati: Cum ergo excommunicatus per cenſuram priuatus ſit communione fidelium, ideò non eſt conueniens tale cadauer ſepeliri in loco Sacro, vbi fieri ſolent fidelium orationes, quarum excommunicatus non eſt particeps: Quapropter rationabiliter per Sacros Canones facta eſt talis prohibitio: vt patet ex c. primo, & C. Sacris de Sepulturis, & alibi. Ità Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 4. num. 2. Auila p. 2. c. 6. D. 10. d. 6. Tolet. lib. 1. c. 13. Nauar. c. 27. num. 23. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 7. Sayr. lib. 2. de Cenſ. c. 7. num. 10.

Excommunicatus vitãdus poſt mortem priuatur Eccleſiaſtica ſepultura.

Quare cadauer excõmunicati priuatur Eccleſiaſtica ſepultura.

C. Sacris de Sepult. Suarez. Auila. Toletus. Nauar. Henriquez. Sayrus.

28 Ex quo ſequitur, quod ſi aliquis excommunicatus vitandus etiam cum ſignis pœnitentiæ, & contritionis moriatur, ſi realiter talis excommunicatus abſolutionem ab Eccleſia non eſt conſecutus, non poteſt ſepeliri in loco Sacro, donec tale cadauer poſt mortem abſolutionem obtineat ab habente iuriſdictionem, vt in ſequenti tractatu explicabitur. Et ſi caſu tale cadauer ſepultum fuiſſet in loco Eccleſiaſtico, exhumari debet, & procul eijci ab Eccleſiæ ſepultura, ne Eccleſia polluta remaneat: Si autem aliquando exhumari non poſſet, eò quod oſſa illius confuſa ſunt cum alijs, nec poſſent dignoſci: Tunc petenda eſt reconciliatio illius Eccleſiæ, ne polluta remaneat, qua reconciliatione habita, poterunt poſtea in ea diuina officia celebrari, ſicut antea, aliaque corpora fidelium defunctorum ſepeliri: Ità colligitur ex C. Conſuluiſti de Conſec. Eccleſ. C. A nobis de ſent. excom. & C. Sacris de ſepulturis: & in hoc conueniunt omnes ſupra citati Doctores.

Quãdo cadauer excõmunicati eſſet ſepultum in Eccleſia, quid faciendum?

Quãdo defuncti oſſa non poſſint cognoſci quid faciendum?

C. Cõſuluiſti. C. A nobis. C. Sacris.

29 Aduertendum eſt autem: Hæc omnia intelligenda eſſe de excommunicatis publicis, vitandis, non autem de occultis, & toleratis: Nam poſt Concil. Conſtant. non adhuc adſtat prohibitio communicãdi cum huiuſmodi etiam in diuinis: Quare cum alij fideles nõ prohibeantur communicare cum excommunicatis toleratis, etiam in diuinis, poterunt vtique eorum corpora ſepeliri in Eccleſia, & conſequẽter non pollueretur ipſa Eccleſia per talium excommunicatorum ſepulturam, nec erunt exhumanda eorum corpora, niſi poſt mortem declarentur à Prælato: Tales fuiſſe excommunicatos vitandos: Quamuis ante Concil. Conſtant. Omnes excommunicati eſſent vitandi: Ita Victoria in ſum. de Euchariſtia q. 90. Vgolin. tab. 2. c. 9. §. 5. & 6. Sayr. lib. 2. de cenſ. c. 3. num. 10. Filliuc. d. tr. 12. c. 4. q. 8. num. 160. Suarez D. 12. ſect. 4. num. 4.

Intelligitur de vitãdis nõ autem de toleratis.

Niſi poſt mortem facta ſit declaratio ſalis excommunicationis.

Victoria. Vgolinus. Sayrus. Filliucius. Suarez.

30 Pro loco Sacro intelligitur Eccleſia, quæcumque ſit illa, ſiuè conſecrata, ſiuè non conſecrata, ſiuè ſimpliciter benedicta: Cœmeterium eiuſdem Eccleſiæ ſiuè coniunctum, ſiuè remotum, deſtinatum tamen à ſuperiori pro fidelium ſepultura, ſiue ſit quicumque alius locus ex conſuetudine recepta deſtinatus ad ſepeliendos fideles, etiam ſi nõ adeſſet ſpecialis Epiſcopi auctoritas, ſatis enim eſſent tacita approbatio, & ipſe vſus receptus, vel alius quicumque locus, vbi Miſſæ celebrantur, aliaque diuina officia ex conceſſione, ſiuè conſuetudine perſoluuntur: Ità Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 4. num. 6. Filliuc. ſupra num. 107. Bonac. D. 2. q. 2. p. 3. §. 3. num. 3. & colligitur ex c. vltimo, de conſecrat. Eccleſ. & ex C. Eccleſiæ, de Immunit. Eccleſ.

Quid intelligitur pro loco Sacro.

Suarez. Filliucius. Bonacina. C. Eccleſiæ.

31 Verum eſt tamen, non eſſe prohibitum per Sacros canones excommunicatos etiam vitandos poſſe ſepeliri in loco aliquo honeſto, licèt ſit proximus Cœmeterio, vel Eccleſiæ, dum tamen in dictis locis deſtinatis ad ſepeliendos fideles defunctos nõ ſepeliantur: Vndè in hortibus Religioſorum, non eſſet inconueniens huiuſmodi corpora ſepeliri, eò quod talia loca non ſunt Sacra, dum in eis alij fideles ſepeliri non ſolent: Ità Bonac. ſupra num. 4. & alij.

Poſſunt ſepeliri in aliquo loco honeſto.

Bonacina.

32 Ex quibus patet, quod: Quicumque ſcienter dederit Eccleſiaſticam ſepulturam corpori alicuius publici excommunicati vitandi, non ſolùm peccaret mortaliter, faciendo contra prohibitionem Eccleſiæ, verum etiam incurreret excommunicationem maiorem, à qua nequit abſolui, donec ſatisfactionem dederit ad arbitrium Epiſcopi; vt patet ex Clementina prima de Sepult. Ità Auila p. 2. c. 6. D. 10. d. 6. Sayr. de cenſ. lib. 3. c. 35. num. 12. Vgolinus, Conink, Reginald. Filliuc. & Bonac. locis ſupra citatis.

Scienter dans Sepulturã in loco ſacro eſt excommunicatus.

Clementina prima. Auila. Sayrus. Vgolinus. Conink. Reginaldus. Filliucius. Bonacina.

33 Quæ quidem excommunicatio in d. Clementina poſita eſt etiam contra ſepelientes interdictos, & publicos vſurarios, qui ſint denuntiati excommunicati, &c. Et hoc faciant ſcienter: Vndè in d. Clement. dicitur. *Qui ſcienter præſumpſerint, &c.* & quod talis ſepultura excommunicatis detur proprijs manibus: Quapropter concomitantes cadauer excommunicati ad ſepulturam, vel cantantes, vel Crucem portantes, vel foueam extruentes, vel mãdantes, & conſulentes non incidunt in dictam excommunicationem maiorem, latam in d. Clement. contra facientes. Ità Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 3. §. 3. num. 8.

Extenditur etiã ad interdictos, & publicos vſurarios.

Conſulentes, & cõcomitãtes non comprehendũtur. Bonacina.

34 Quamuis nonnulli Doctores, vt Suarez de cenſ. & Filliuc. cum alijs exiſtiment. Mandantes in caſu comprehendi in d. excommunicatione Clementinæ, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur: Nauarr. autem c. 27. num. 132. & Caiet. verb. excommunicatio num. 46. tenent cum Bonacina: Vndè vtraque opinio videtur probabilis, quò ad mandantes, non verò, quo ad alias actiones.

Suarez, & Filliuc. oppoſitũ tenent.

Nauarrus, & Caietanus aũt cũ Bonacina.

Verum eſt tamen, quod alij cõcomitãtes cadauer excommunicati ad ſepulturam Eccleſiaſticam cum honore funerali, cantantes, & ferentes crucem peccant mortaliter, faciendo contra præceptum Eccle-

Cõcomitãtes, & alij nõ cõprehendũtur. Peccãt tamen mortaliter.

ſiæ

C. Placuit 23. q. 5. — C. Sacris. Bonacina. Filliucius. Suarez.

ſiæ in re graui, & non excuſantur ab excommunicatione minori, participando modo ſuo cum excommunicato, vt colligitur ex c. Placuit 23. q. 5. Sicut etiam prohibitum eſt accipere oblationes, & eleemoſynas pro anima excommunicati vitandi, prout habetur ex c. Sacris de ſent. excom. Ita Bonacina ſupra nu. 6. & Filliucius d. tr. 12. c. 4. q. 9. num. 108. & Suarez ſupra num. 15.

DE IV. EFFECTV MAIORIS Excommunicationis.

CAP. IV.

1 Excommunicatio reddit inhabilem, ad quodcumque beneficium Eccleſiaſticũ recipiendum.

QVartus in ordine effectus excommunicationis maioris, eſt (*Reddere excommunicatum inhabilem ad omnia Eccleſiaſtica beneficia recipienda.*) ea videlicet, quæ durante excommunicatione ei conferantur, non autem ſi ante illam, iam collata fuiſſent; quod non ſolùm intelligendum eſt de excõmunicato publico, ſed etiam de occulto, & hoc locũ habet in omnibus, & quibuſcumque Eccleſiaſticis beneficijs propriè dictis, & ex modis quibus acquiruntur: ſola tamen acceptio eorumdem aliquando valida eſſe poterit, modò collata fuerint illi ante excommunicationem, vt dicetur. Ita enim habetur ex c. Paſtoralis de Cler. excom. Miniſt. vbi dicitur: *Non poſſe excommunicato Eccleſiaſticum aliquod beneficium conferri, neque poſſe licitè retinere, neque fuiſſe canonicè illud conſecutum.* (C. Paſtoralis.)

2 Ratio aſſertionis.

Ratio autem huius eſt, quia excõmunicatus ex vi cenſuræ ſuſpenſus eſt ab executione officij ſui, quare Eccleſia rationabiliter irritat collationem, factam cuiuſcumq; beneficij excommunicato, eò quod non poteſt officium, & munus ſuum exercere, ideóq; collatio beneficij, facta excommunicato nulla eſt, nulliuſque valoris. Ita communiter omnes Theologi in 4. D. 18. 19. & 20. Suarez de cenſ. D. 13. ſect. 1. Nauar. c. 27. nu. 21. Sayr. de cenſ. lib. 2. c. 5. nu. 5. Henriq. lib. 13. c. 4. nu. 4. Vgolin. de cenſ. tab. 2. c. 13. Conink p. 2. D. 14. d. 9. Filliuc. d. tr. 12. c. 5. nu. 113. & Bonac. D. 2. q. 2. p. 4. §. 1. num. 1. (Suarez. Nauarrus. Sayrus. Henriquez.)

3 An idem ſit de penſionibus. — Prima ſententia. — Auila. — Secunda ſententia communior.

Sunt tamen aliqui Doctores, exiſtimantes: collationem penſionis ex redditibus Eccleſiaſticis validã eſſe excommunicato, quorum ratio eſt; quia penſio non eſt beneficium ſimpliciter, & propriè dictum: Nam iura ſolummodò annullãt collationem beneficij Eccleſiaſtici, collati excommunicato, nõ autem dicunt de penſionibus, & ideò nõ eſt facienda extenſio, cum ſimus in pœnalibus. Ita Auila de cenſ. p. 2. c. 6. D. 5. concl. 1. cum alijs Sed quidquid ſit de hoc; cõmunis opinio oppoſitum tenet rationibus ſupradictis, vt probatum eſt numero præcedenti.

4 Tenetur reſtituere omnes fructus malè perceptos. — Tenetur in caſu renunciare officium, ſiue beneficium nulliter collatum.

Ex quo ſequitur, quod ſciens, ſe eſſe excommunicatum, quamuis occultum, recipiens collationẽ beneficij, ſiuè penſionum ipſi factam tempore illo, quo erat excõmunicationis vinculo ligatus peccare mortaliter, faciendo contra præceptũ Eccleſiæ in re graui; & quia collatio eſt nulla, non poteſt aliquo modo fructus illorũ percipere, cum nullum ius ad illa habeat: Nam ius ad fructus beneficij, ſiue penſionis acquiritur per collationem validã: talis autem collatio excommunicato fuit ipſo iure nulla; ergo nullum ius eſt acquiſitum ad fructus beneficij collati tempore excõmunicationis. Ita communiter omnes Doctores ſupra citati numero ſecũdo. Quapropter tenetur iſte talis reſignare dictum beneficium cum omnibus fructibus, malè perceptis in manu conferentis, & petere nouam collationem dicti beneficij ab habente poteſtatem conferendi, obtenta prius legitima abſolutione excommunicationis habitæ.

5 Conferens beneficium excommunicato p. m. — Et incurrit pœnam ſuſpenſionis. — C. Paſtoralis.

Similiter etiam dicimus: Peccare mortaliter Prælatum, conferentem beneficium, ſiuè penſionem Eccleſiaſticam excommunicato, ſiue tolerato, ſiuè non tolerato, dum tamen ipſe nouerit illum eſſe excommunicatum, quando beneficium contulit: facit enim contra præceptum Eccleſiæ. Quapropter impoſita eſt etiam pœna ſuſpenſionis ferendæ à Iudice, vt patet ex d. c. Paſtoralis ſupra citato: Vbi dicitur: *Ille verò, qui ſcienter talia beneficia talibus contulerunt, tamdiu debeat a beneficiorum collatione ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereatur.* Ita Suarez de cenſ. D. 13. ſect. 1. nu. 22. Filliucius d. tr. 12. de excom. c. 5. q. 5. num. 127. (Suarez. Filliucius.)

6 Non poteſt facere commutationem cũ altero.

Secundo ſequitur: Illum, qui obtinuit beneficium aliquod, ſiuè penſionem Eccleſiaſticam tempore excommunicationis, non ſolùm non poſſe illa retinere, etiam poſt abſolutionem, ſed neque poſſe illa cõmutare cũ altero, eò quod nullum ius habeat ad illa: Et quamuis ſuperior poſſet ſua auctoritate tale beneficium alijs conferre, nihilominus de facto non confert niſi cauſa commutationis, quæ in caſu fieri non poteſt, eò quod permutans nullum habet ius in dicto beneficio, inualidè ſibi collato: vt patet ex Regula Cancellariæ Romanæ curiæ 39. Ita Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 5. nu. 14. & Couarruuias in c. Alma p. 1. §. 7. nu. 2. Verſ. 5. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 28. nu. 33. & Filliucius d. tr. 12. c. 5. nu. 122. (Regul. Cancellar. Romanæ. Sayrus. Couarruuias. Sanchez. Filliucius.)

7 Excommunicatus poteſt recipere beneficium collatum ante excommunicationem.

Dico tertio, quod quando fit collatio beneficij, alicui, qui adhuc non erat excommunicatus, & facta electione, & collatione dicti beneficij antequam acceptaretur à beneficiario electo, talis incidat in aliquam excommunicationem, & tali vinculo ligatus recipiat dictum beneficium, tunc valida erit talis receptio, eò quod tempore preſentationis, & electionis, & collationis excommunicatus non erat: Iura autem ſolummodo irritant collationem, & electionem beneficij, factam tempore excommunicationis, non verò acceptationem. Ita Vgolinus de cenſ. tab. 2. lib. 13. §. 1. nu. 2. Sayr. lib. 2. c. 5. nu. 11. Couar. in d. c. Alma p. 1. §. 7. nu. 4. Auila p. 2. c. 6. D. 5. d. 6. Azot. 2. p. lib. 7. c. 23. q. 5. & habetur Deciſio Rotæ de ſent. excom. Deciſ. 195. quam refert Couar. loco ſup. cit. (Vgolinus. Sayrus. Couar. Azorius. Deciſio Rotę.)

8 E contra oppoſitum eſt dicendum. — Beneficium ſine titulo retineri non poteſt. — Leſſius. Conink.

E contra verò eſt dicendum, quando præſentatio, ſiuè electio, ſiuè collatio facta ſunt alicui, tempore, quo erat excommunicatus, quamuis non acceptaſſet talem prouiſionem, niſi tempore, quo à dicta excõmunicatione fuerit abſolutus, nihilominus in caſu inualida eſt talis acceptatio, cuius ratio eſt, quia beneficium ſine titulo retineri non poteſt; ſed in hoc caſu titulus electionis, & collationis fuit inualidus, quia collatus fuit ſubiecto incapaci, & inhabili per excommunicationem, in qua erat, & ideò talis acceptatio erit nulla. Ita Leſſius de Iuſt. lib. 2. c. 34. D. 22. nu. 119. Conink p. 2. D. 14. d. 9. num. 74. Bonacina de cenſ. D. 2. q. 2. p. 4. §. 1. nu. 10.

9 Quid faciendum in caſu. Officium Prælaturæ collatum excõmunicato, etiam occulto eſt nullum.

Quapropter in caſu excommunicatus, qui obtinuit beneficium, vel penſionem eo tempore, quo erat excommunicationis vinculo ligatus, licèt occultus, prius debet reſignare beneficium in manu conferentis, vnà cum fructibus, malè perceptis, & petere debet legitimam abſolutionem à tali excommunicatione, eaque obtenta curare poteſt, vt ſibi beneficium per nouam electionem conferatur ab eo, ad quem ſpectat illius beneficij collatio, eo quod prior collatio fuit inualida, nulliuſque valoris, ac ſi nunquam facta fuiſſet: Ita Nauar. in man. c. 27. num. 21. Suarez de cenſ. D. 13. ſect. 2. Filliucius d. tr. 12. c. 5. nu. 128. & Auila p. 2. de cenſ. c. 6. D. 5. d. 3. Conink p. 2. D. 14. d. 9. nũ. 75. (Nauarr. Suarez. Filliucius. Auila. Conink.)

10 Epiſcopus nõ poteſt diſpenſare de fructibus, ſed ſolus Papa.

Aduertendum eſt tamen, quod in caſu, licèt diſpenſetur cum tali excommunicato, vt deinceps obtineat beneficium, conferendo illud ipſi de nouo poſt abſolutionem, ſiuè hoc fiat per Epiſcopum, ſiuè per Papam: Fructus tamen perceptos medio tempore vſque ad nouam collationem tenebitur reſtituere, niſi ſuper hoc fiat ſpecialis diſpenſatio a Summo Pontifice: nam Epiſcopus in hoc diſpenſare non poteſt: Quare quando petitur diſpenſatio à Papa peti debet expreſſe ab illo remiſſio, vel compenſatio fructuum: Et ſi obtinuit de nouo beneficium ab Epiſcopo, compenſatio tamen fructuum petenda eſt à Summo Pontifice, qui ſolùm in hoc de plenitudine poteſtatis diſpenſare poteſt. Ita Syluest. Verbo excom. 3. §. 1. q. 9. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. D. 5. d. 4. concl. 3. cum alijs ſupra citatis communiter.

Syluester. Auila.

11 An priuetur fructibus beneficij ante excommunicationem. 1. Opinio.

Sed hic inſurgit vna difficultas: An excommunicatus priuetur fructibus beneficij ante excommunicationem legitimè obtenti?

Reſpondetur in hac difficultate duas eſſe opiniones ambas probabiles, quarum quælibet ſuos habet patronos: Prima ergo opinio exiſtimat; huiuſmodi excommunicatum fructibus beneficij ante legitimè obtenti eſſe priuatum, dum eſt excommunicatus, ideoque illos licitè percipere non poſſe, nec retinere tales fructus, ſiuè prouentus, quorum Ratio præcipua eſt, quia quilibet excommunicatus, dum tali vinculo eſt ligatus, ſuſpenſus eſt ſaltem coram Deo ab omnibus officijs Eccleſiaſticis, ergo etiam à fructibus, qui ratione dicti muneris ſibi competiſſent: Nam Eccleſiaſticum beneficium datur propter officium, ſicut merces propter opus, cum ergo excommunicatus ſit ſuſpenſus ab officio, ergo & à fructibus. Ita Suarez de cenſ. D. 13. ſect. 2. nu. 4. Henriquez lib. 13. c. 13. nu. 4. Sayr. de cenſ. lib. 2. c. 5. nu. 24. Vgolinus de cenſ. tab. 2. c. 12. Filliucius d. tr. 12. c. 5. nu. 29. Toletus lib. 1. c. 13. cum alijs.

Ratio iſtius opinionis.

Suarez. Henriquez. Sayrus. Vgolinus. Filliucius. Toler.

12 2. Opinio.

Secunda opinio exiſtimat, Beneficiarium, qui poſtquam legitimè obtinuit beneficium ante excommunicationem, ſi deindè incidat in excommunicationem, non eſſe omninò priuatum fructibus, vel redditibus dicti beneficij: & conſequenter non teneri illos à ſe ſpontè abdicare, modo exequatur onera, & officia beneficij, ſiuè talis beneficiarius ſit Curatus animarum, ſiuè Canonicus, ſiuè habeat beneficium ſimplex, ſiuè penſionem: Quorum Ratio eſt, quia nullo iure probari poteſt, dictum beneficiarium, qui legitimè obtinuit beneficium, & deindè lapſus eſt in excommunicationem, ipſo facto priuatum eſſe fructibus beneficij.

Ratio ſecundæ ſententiæ.

13 Reſpondetur ad obiectionẽ d. c. Paſtoralis. Quomodo eſt intelligendũ. Decretũ prædictum. Non tenetur reus pœnam ſubire ante iudicis ſententiam.

Solum enim in c. Paſtoralis de Appellat. §. Verum dicitur; *Illi prouentus Eccleſiaſtici, qui Eccleſiæ communio denegatur meritò ſubtrahuntur*. Quæ verba non ſignificant priuationem ipſo facto ante ſententiam Iudicis; ſed potius connotant actionem faciendam à Iudice poſt denuntiationem: Non enim reus tenetur ſpontè propriam pœnam ſubire ante iudicis ſententiam, quando ad executionem pœnæ aliqua requiratur actio, niſi aliter conſtet de voluntate Prælati, obligantis reum ad pœnam ſubeundam, non expectata iudicis ſententia, quę vt plurimum, & ſimpliciter conſtare non poteſt: abſque expreſſa declaratione. Ita Gloſſa in d. c. Paſtoralis in ly Verbo ſubtrahuntur; concordant Conink p. 2. D. 14. d. 9. nu. 80. Sanchez de mat. lib. 3. D. 51. num. 12. Pet. Nauar. de Reſt. lib. 2. c. 2. nu. 238. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 4. §. 2. nu. 2. Vaſquez de Benefic. c. 4. §. 3. d. 4. nu. 229. Hurtado de excom. diffic. 1. nu. 2. Auila de cenſ. p. 2. D. 6. d. 1. concl. 2. & Diana p. 5. tr. 9. de excom. reſol. 104. cum alijs.

Gloſſa in c. Paſtoralis. Conink. Sanchez. Pet. Nauar. Bonacina. Vaſquez. Hurtado. Auila. Diana.

14 Concluſio. Vtraque opinio videtur probabilis, ſed ſecunda probabilior.

Quare concludendo dicimus, quod licèt prima ſententia ſit valdè probabilis propter Doctores magni nominis, qui eam ſubſtinent: Secunda tamen ſententia ſua probabilitate non caret, & poteſt in praxi, ſine ſcrupulo ſubſtineri, docens: *Excommunicatum non amittere fructus beneficij, ante legitimè collati, modo ſuum præſtet officium*: Quamuis enim quò ad Deum, non rectè præſtet munus ſuum, nihilominus, quò ad Eccleſiam facit, quod ab ipſa præcipitur, vt recipiantur fructus beneficij, donec per ſententiam aliter declaratum fuerit.

15 Conciliantur ambę opiniones.

Si verò non poteſt officium, atque onera beneficij per ſe, vel per alium exequi, tunc amitteret fructus talis beneficij, quia in caſu nullo titulo poterit eos retinere; *Nam beneficium datur propter officium; & cauſa non ſubſequuta, effectus ſubſiſtere non poteſt*. Et hoc credo voluiſſe dicere Doctores prioris ſententiæ; prout benè aduerterunt Bonacina, & Conink locis ſupra citatis.

Bonacina. Conink.

16 Secunda ſententia intelligitur de excõmunicato occulto. Prima ſententia de publico vitando. Alia reconciliatio opinionum.

Hoc autem intelligendum eſt de excommunicato tolerato, non autem de excommunicato publico denuntiato, & vitando; quia, cum ipſe talis non poſſit facere officium ſuum, neque in Choro, neque in Eccleſia, cùm ſit præciſus ab ipſa per excommunicationem maiorem, ideò non poteſt vllo modo eſſe particeps fructuum beneficiorum, qui ab Eccleſia conceduntur propter officium: Et ita vtraq; ſententia faciliter poteſt reconciliari in hoc ſenſu, quod etiam omnes fatentur, prout benè aduertit Bonacina de Horis Canon. D. 2. q. 5. p. 2. §. 1. num. 2.

17 An excommunicatus iniuſtè amittat fructus diſtributionum? Reſolutio eſt negatiua.

Inſuper; Secundo: Quæritur. An iniuſtè excommunicatus amittat fructus ſui beneficij, durante excommunicatione in foro Eccleſiæ?

Reſpondetur, quod ſi talis beneficiarius iniuſtè, & inualidè fuit excommunicatus, ſi mediante tali cenſura non poteſt officium ſuum exercere, vel aſſiſtere in Choro, iuxta ſuam obligationem, ſi talis diuinis officijs intereſſe conſueuerat, qui ob iniuſtam excommunicationem cogitur abeſſe à Choro: Videtur in caſu poſſe ſibi retinere fructus diſtributionis, quia per ipſum non ſtetit, vt aſſiſteret: Nam priuatio diſtributionum eſt pœna, quæ non videtur ſubeunda ab eo, qui verè non deliquit, & nullus debet damnum pati abſque ſua culpa, & ob iniuſtam alterius actionem: Et ſi in caſu deficit à Choro, eſt propter impedimentum iniuſtè illi oppoſitum, cum periculum ſit, vt excommunicatus in foro exteriori grauioribus pœnis afficiatur, quare iacturam diſtributionum pati non debet. Ita Henriquez lib. 13. c. 13. num. 4. Auila de cenſ. p. 2. D. 6. d. 1. concl. 1. Bonacina de Horis can. D. 2. quæſt. 5. p. 2. §. 2. num. 3. Pet. Nauar. lib. 2. de Reſt. c. 2. num. 138. Em. Sa Verbo Beneficium num. 48. Filliucius d. trac. 12. c. 5. num. 133. & 140. Rodriquez p. 1. c. 29. Sayrus lib. 2. de cenſur. cap. 5. num. 25. & 27. & alij.

Ratio aſſertionis.

Henriquez. Auila. Bonacina. Pet. Nauar. Em. Sa. Filliucius. Rodriquez. Sayrus.

18 Excommunicatus iuſte amittit diſtributiones.

Si verò excommunicatio fuit valida, & taliter excommunicatus propter excommunicationem non aſſiſtit diuinis officijs, non poteſt percipere diſtributiones, quæ dantur alijs in Choro aſſiſtentibus, cuius ratio eſt, quia quamdiu à tali vinculo excommunicationis non ſit ſolutus, iuſtè ab Eccleſia prohibetur, non intereſſe diuinis, ergo iuſtè priuatur diſtributionibus: Tunc enim non dicitur abeſſe ob iuſtam cauſam, excuſantem, ſed propter delictum, in cuius pœnam excommunicatus eſt, & à diuinis remotus: Et hoc verum eſt, etiam, ſi abſolutionem petat, & denegetur: Denegatio enim abſolutionis, non tollit excommunicationis effectum. Ita Gonzales ad Reg. 8. de Reg. Iur. & Gloſſa ibi §. 9. nu. 123.

Gonzales. Gloſſa.

Bonac.

Digitized by Google

Bonacina. Suarez.

Bonác. de Horis canon. D. 2. q. 2. p. 2. §. 2. num. 1. Suarez de cenſ. D. 13. ſect. 2. cum alijs: quamuis non omnes in hoc conueniant: Noſtra tamen aſſertio, videtur probabilior: Et hæc de quarto effectu excommunicationis.

DE V. EFFECTV MAIORIS Excommunicationis.

CAP. V.

1 QVintus in ordine excommunicationis effectus, (*eſt Priuatio Eccleſiaſtica iuriſdictionis, quò ad vocem actiuam, & paſſiuam*:) Agimus enim de priuatione iuriſdictionis in foro externo, nam de interiori dictum eſt alibi: Hæc autem iuriſdictio dupliciter ſumi poteſt, primò pro poteſtate præcipiendi, & iudicandi, ſecundo pro facultate conferendi dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica: Et vtraque etiam conſideratur dupliciter, primo quò ad vſum licitum, ſecundò quò ad validitatem conferendi, dicta beneficia: Deinde dicendum eſt de priuatione paſſiua: An videlicet excommunicatus ſit capax dignitatum, & beneficiorum paſſiuè recipiendo? Vnde circa primum.

Iuriſdictio actiua conſideratur dupliciter. Et vtraque etiam dupliciter, quo ad validitatem, & quo ad licitũ electionem.

2 Quæritur primo loco: An excommunicatus excommunicatione maiori, ſit priuatus vſu licito iuriſdictionis Eccleſiaſticæ?

Quæſitum 1. An ſit priuatus vſu iuriſdictionis licito? Reſolutio eſt affirmatiua.

Reſpondetur affirmatiuè: Eſt enim quicumque excommunicatus excommunicatione maiori priuatus licito vſu Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, etiam ſi ſit occultus, & toleratus: Cùm enim excommunicatus ſit ſuſpenſus ab officio; hoc eſt, vt non poſſit licitè exercere munus ſuum Eccleſiaſticum, ſequitur non poſſe exercere ea, quæ ad talem pertinent iuriſdictionem: Non enim Eccleſiaſtica iuriſdictio exerceri poteſt, ſine hominum communione, qua communione excommunicatus priuatus eſt. Hinc abſolutè dicitur: Excommunicatus, quaſi priuatus vſu iuriſdictionis: vt colligitur ex c. Audiuimus 24. quæſt. 1. vbi dicitur: *Excommunicatum non poſſe alterum excommunicare*. Ità Suarez de cenſ. D. 14. ſect. 1. Vgolinus tab. 2. de cenſ. c. 11. Nauarrus in man. c. 27. num. 17. & Filliucius tom. 1. tr. 12. c. 6. quæſt. 1. num. 142.

Can. Audiuimus. Suarez. Vgolinus. Nauarr. Filliucius.

3 Verum eſt tamen huiuſmodi excommunicatum priuatum eſſe huiuſmodi vſu iuriſdictionis, quo ad ſe, & ſui fauorem, non verò in fauorem aliorum fideliũ, ſi ab illis in aliquo caſu fuerit requiſitus, dummodò non ſit vitandus, & Ratio huius eſt, quia cùm excommunicati tolerati poſt Concil. Conſtanr. non ſint vitandi, ideò licitè poſſunt fideles petere à tali excommunicato ea, quæ pertinẽt ad ſuum officium exequẽdum. Quod ſi ipſi licitè petere poſſunt etiam ſuperiores requiſiti licitè poſſunt exercere munus ſuum ad ipſorum fauorem, non verò in fauorem ipſius excommunicati, quia tunc grauiter peccaret, niſi paruitas rei excuſaret à mortali, prout dicit Filliucius d. tr. 12. c. 6. num. 143.

Limitatio de tolerato, quò ad aliorũ vtilitatem. Conc. Conſt. Filliucius.

4 Secundò quæritur: An excommunicatus ſit omninò iuriſdictione priuatus quò ad valorem, adeo vt acta iuriſdictionis per ipſum facta ſint nulla?

Quæſitum 2. De validitate electionis factæ.

Reſpondetur: Diſtinguendo; vel talis excommunicatus eſt toleratus, vel non; ſi primum, valida ſunt acta ab ipſo facta, quamuis illicita, & hoc ratione publici officij. Nam dum quis publicum officium exercet, quamuis defectum occultum habeat, acta tamen illius ex eiuſdem rei publicæ interpretatione, & conceſſione tacita, valida ſunt: Nam dum Eccleſia adhuc huiuſmodi excommunicatum in ſuo officio tolerat, & permittit fideles cum illo communicare, etiam in diuinis, in alijſque ad iuriſdictionem pertinentibus, ſequitur: acta illius eſſe valida, alioquin plura incommoda, & ſcandala ſequerentur, ſi acta per excommunicatum toleratum non eſſent valida. Ità Nauarrus d. c. 27. num. 21. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. D. 6. d. 6. Henriquez lib. 13. c. 8. Suarez de cenſ. D. 14. ſect. 1. num. 8. Filliucius d. tr. 12. c. 6. num. 144. Conink D. 14. d. 10. num. 89.

Electio facta ab excommunicato tolerato valida eſt. Ratio aſſertionis. Nauar. Auila. Henriquez. Suarez. Filliucius. Conink.

Si ſecundum; Quando eſt excommunicatus vitandus, & non toleratus, dicimus, quod quoties exercet actum propriæ iuriſdictionis ex officio, tales functiones nullius ſunt valoris, eò quod Eccleſia non tolerat, & priuat huiuſmodi excommunicatum vſu iuriſdictionis, quare acta illius ſunt omninò irrita, prout colligitur ex c. Ad probandum de re iudicata: & ex c. fin. de cleric. excom. Miniſt. Ità Filliucius ſupra num. 145. & Bonacina de cenſ. D. 2. quæſt. 2. p. 5. num. 3. 5

Acta facta ab excommunicato vitando ſunt irrita. C. Ad probandum. Filliucius. Bonacina.

Dixi autem in reſponſione [*iuriſdictionis propria*] nam ſi faciat ea, quæ ſunt abſque vſu propriæ iuriſdictionis, eſſent valida: Nam excommunicatus, licèt vitandus, non priuatur vſu iuriſdictionis, non propriæ, cùm nullo iure probetur, illum ea priuari: Quapropter & Parochus excommunicatus etiam vitandus validè aſſiſtit Matrimonio, & validè concedit alteri Sacerdoti facultatem aſſiſtendi, quamuis ipſe Parochus, vel Sacerdos, cui concedit facultatem aſſiſtendi Matrimonio ſit excommunicatus vitandus. 6

Limitatio de ijs, quæ non requirunt iuriſdictionem. Parochus etiã vitandus validè aſſiſtit Matrimonio.

Similiter etiam Matrimonium contractum ab excommunicato vitando eſt validum, quia actus contrahendi Matrimonium non eſt actus iuriſdictionis, ſed actus ſimpliciter ipſius contrahentis, tamquam à perſona particulari. Ità Nauarrus d. c. 27. nu. 36. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. D. 6. d. 6. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 5. num. 1. Conink p. 2. D. 14. d. 10. num. 100. 7

Excommunicatus validè contrahit Matrimonium. Nauar. Auila. Bonacina. Conink.

Quæritur tertiò: An excommunicatus ſit priuatus iuriſdictione propriè dicta, quæ dupliciter poteſt intelligi. Primò ſtrictè, prout eſt poteſtas ad præcipiendum, & iudicandum. Secundò latius, prout eſt facultas ad conferenda beneficia, & officia Eccleſiaſtica prouidenda per actum electionis vocis actiuæ, & paſſiuæ: Vndè, quò ad Primum 8

Quæſitum 3. An priuatus ſit actu præcipiendi & iudicandi.

Reſpondetur quod, ſi talis excommunicatus ſit toleratus, priuatus eſt tantùm vſu licito precipiendi, & iudicandi: Si autem ſit vitandus, non ſolum vſu, verum etiam iuriſdictione eſt priuatus, adeò vt acta illius nullius ſint valoris: Prima pars patet, quia facultas præcipiendi, & iudicandi eſt ſpecies quædam iuriſdictionis, qua excommunicatus priuatus eſt, & ſuſpenſus: Secunda pars etiam patet, quia excommunicatus vitandus priuatus eſt omni iuriſdictione: Quapropter ſuperior ita excommunicatus non poteſt precipere, aut leges ferre, vel diſpenſare in votis, vel dare facultatem ad quodlibet munus Eccleſiaſticum exercendum, vel facere iudicium, vel concedere indulgentias, ſiuè excommunicare, vt habetur ex c. Accedentibus de exceſſibus Prælat. & c. Dilectus filius de offic. Ord. Ità Syluest. Verbo Indulgentia nu. 13. Nauar. de Iubil. not. 31. nu. 10. & Filliuc. d. tr. 12. c. 6. nu. 146. & alij. 9

Toleratus priuatus eſt actu licito, vitandus etiam iuriſdictione. C. Accedentibus. C. Dilectus. Sylueſter. Nauarrus. Filliucius.

Quò ad ſecundum de iuriſdictiono, quò ad electionem beneficiorum faciendam? 10

Reſpondetur quod, ſi excommunicatus ſit vitandus, talis electio, ſiuè collatio beneficij non ſolum eſt illicita, verum etiam ipſo iure nulla: Hęc enim facul-

Beneficia collata ab excõmunicato vitando ſunt nulla.

C. Paſtoralis.

tas conferendi beneficia pertinet ad iuriſdictionem, qua excõmunicatus per ſacros Canones eſt priuatus, vt paret ex ſupradictis; & ex c. Paſtoralis de Cler. excom. Miniſt. Quapropter publicè denuntiatus, ſiuè publicus Clericorũ percuſſor, priuatus eſt, ipſo facto, ex vi excõmunicationis omni iuriſdictione, quò ad validã electionem, quare prouiſus aliquo beneficio ab huiuſmodi excõmunicato vitando dicitur Intruſus; & tenetur in conſcientia dimittere, nec ei ſuffragatur poſſeſſio triennalis per Regulam Cancellariæ. Ita omnes cõmuniter ex Suarez de cenſ. D. 14. ſect. 2. Couar. in c. Alma p. 1. §. 7. nu. 9. & Filliuc. t. 1. tr. 12. c. 6. num. 148. & alij.

Qui dicantur Intruſi ad beneficia. Regula Cancellariæ. Suarez. Couarruuias. Filliucius.

11 Si autem excommunicatus ſit toleratus non vitandus, electio facta erit valida, quamuis illicita: Nam excommunicatio occulta tantùm priuat vſu licito iuriſdictionis, non autem valido: Quare ſequitur; Excommunicatum peccare mortaliter quotieſcumque aliquem ex dictis actibus exercet, ſiuè ſit vitandus, ſiuè non ſit vitandus: Cum hac autem differentia, quod quando eſt vitandus, electio facta eſt nulla, quando autem non eſt vitandus eſt valida, quamuis ipſe mortaliter peccet, niſi aliquando paruitas materiæ excuſaret à peccato mortali. Ita Suarez cum alijs ſupra citatis.

Excõmunicatus toleratus validè eligit, ſed illicitè. Concluſio. Suarez.

12 Quæritur quartò. An Epiſcopo excommunicato vitando, ſuſpenſo, vel interdicto: Vicarius Generalis poſſet exercere iuriſdictionem, quam acceperat ab ipſo Epiſcopo antequam eſſet excommunicatus, ſiuè interdictus, & declaratus?

Quæſitum 4. An excommunicato Epiſcopo ceſſet iuriſdictio Vicarij? Reſolutio eſt affirmatiua. C. Romana.

Reſpondetur negatiuè; Ita colligitur ex c. Romana de offic. Vicar. in 6. & Ratio huius eſt, quia eſt vnum, & idem tribunal Vicarij Generalis, & Epiſcopi, nec datur appellatio à Generali Vicario ad Epiſcopum; Vndè ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi per excõmunicationem, aut ea ſublata per eius mortem, remanet etiam ſuſpenſa, vel ſublata auctoritas Vicarij ipſius, quamuis res antea eſſet incepta, niſi talis Vicarius aliquando aliunde habeat iuriſdictionẽ, vt bene oſtendit Sanchez lib. 3. de mat. D. 30. concordant Sayr. de cenſ. lib. 1. c. 5. nu. 37. & lib. 2. c. 6. nu. 19. Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 2. num. 4. Auila p. 2. c. 6. D. 6. d. 4. Filliuc. d. tr. 12. c. 6. q. 4. num. 149. & Conink p. 2. D. 14. d. 10. num. 84.

Extincta iuriſdictione Epiſcopi extinguitur in Vicario. Sanchez. Sayrus. Suarez. Auila. Filliuc. Conink.

13 Quæritur quintò. Quò ad electionem actinam: An quando electio facienda eſt ab vno tantum electore, vel à multis, vt à capitulo, & ſingulæ perſonæ eiuſdem capituli ſint excommunicati vitandi talis electio ſit valida?

Quæſitum 5. De electione actiua.

Reſpondetur negatiuè, erit enim ipſo iure nulla, nulliuſque valoris, eò quod excommunicati non tolerati, ſint omni iuriſdictione ſuſpenſi, & conſequenter vocis actiuæ, & paſſiuæ priuati, vt patet ex c. Cum inter 1. de elect. & c. Tanta de exceſſ. Prælat. Ita Auila p. 2. c. 6. D. 5. d. 1. concl. 1. & alij.

Electio facta ab excommunicato vitando eſt nulla. C. Cũ inter. C. Tanta. Auila.

14 Si verò talis electio facienda ſit à pluribus, & vnus, vel aliqui ex illis ſint excommunicati vitandi, alij verò non; Tunc Theologi, & Canoniſtæ multa dicunt, & contendunt, ſed opinionibus ipſorum breuitatis cauſa relictis, de quibus diffuſè tractant Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 6. nu. 4. Vgolinus tab. 2. c. 11. nu. 12. & Suarez de cenſ. D. 14. ſect. 2. num. 7. cum alijs; Nos ex his, quæ ipſi dicunt certiora, & probabiliora colligentes omnia ad hanc ſummam reducemus, quapropter

Quando aliqui electores ſunt excõmunicati quid faciendum? Sayrus. Vgolinus. Suarez.

15 Dico primò; Quotieſcumque ad electionem faciendam requiritur certus numerus eligentium, exiſtente aliquo ex illis excommunicato, electio eſt nulla: Si verò requiratur conſenſus omnium electorum, ex præſentia vnius excommunicati non redditur nulla electio, quia cùm excommunicatus non ſit habilis ad electionem, eius votum eſt impertinens. Satis enim eſt in caſu, quod omnes habiles conſentiant. Quando autem omnium conſenſus requiritur, & tamen vnus, ſiue plures diſſentiunt, tunc ſi electio eſt publica, conſideratur; An is, vel illi ſint excommunicati, nec ne? Si ſint, non vitiatur electio, quia omnes habiles (vt ſupponitur) conſentiunt: Si autem talis electio fiat ſecreta, nulla erit electio propter incertitudinem voti excommunicati.

1. Concluſio.

Dico ſecundò quod: Quando requiritur maior pars, vel duæ partes ad electionem faciendam, tunc ſi, excluſis excommunicatis, adhuc ſupereſt maior pars, vel duæ tertiæ partes habilium, electio facta erit valida, ſiue fiat publicè, ſiuè ſecretè; dummodò conſtet adfuiſſe ſuffragia requiſita: Si verò non ſufficient, Tunc, ſi eſt publica apparebit: An ſuffragentur electo vota excommunicatorum, nec ne: ſi ſuffragarent electo, electio erit nulla: ſi ſecus erit valida, quia adeſt ſufficiens numerus electorum, habilium: Si verò ſit ſecreta, tota eſt inualida propter incertitudinem: Numerus autem electorum computandus eſt, reſpectu habilium, excludendo à numero excommunicatos. 16

2. Concluſio.

Dico tertiò. Electionem factam ſcienter cum admiſſione voluntaria alicuius excommunicati vitandi, talis electio erit nulla: Nam excommunicatus vitandus, non ſolùm non poteſt ſolus eligere, ſed neque etiam cum alijs non excõmunicatis: vt eſt communis ſententia omnium Canoniſtarum in c. Illa, de electione; & c. Final. de Procur. Ita Couar. & Panor. ibi, & Nauarrus lib. 1. conſ. 11. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. D. 5. d. 1. concl. 3. Filliucius d. tr. 12. c. 6. num. 151. Quapropter eſt aduertendum, quod in caſu, quamuis maior pars ſuffragiorum ſit habilis, vitiatur tamen electio propter vnum excommunicatum vitandum ſcienter admiſſum, ſecus autem, ſi ignorabatur, prout aduertit Gloſſa in d. c. Paſtoralis de Procurat. 17

3. Concluſio. C. Illa. C. Finali de Procuratoribus. Couarruuias. Panormit. Nauarr. Auila. Filliucius. Gloſſa.

Dico quartò, quod circa hoc: vna tantum exceptio habetur in iure circa electionem Summi Pontificis, in qua electione admitti poſſunt omnes, & ſinguli Cardinales electores, licet aliqui ex illis ſint excommunicati, etiam vitandi, quæ electio à talibus facta ſemper eſt valida, & hoc propter maximam neceſſitatem Summi Pontificis, & ad euitanda ſchiſmata: vt habetur in Clementina ne Romani electioni. §. Cæterum de elect. In alijs verò electionibus, hoc non permittitur, vt omnes communiter fatentur. 18

4. Concluſio. In electione Summi Pontificis admittũtur Cardinales etiam excõmunicati. Clementina ne Romani.

Inſuper dico quintò de Præſentatione facta ratione iuris patronatus ab aliquo excommunicato vitando pro collatione alicuius beneficij, ſiuè muneris Eccleſiaſtici, includentis aliquam iuriſdictionem in ſubditos, quæ præſentatio, facta ab excommunicato, etiam in perſonam alterius non excommunicati non valet; & ſi tale beneficium conferatur ratione talis præſentationis erit nulla: Cuius ratio eſt, quia præſentatio ratione iuris patronatus includit iuriſdictionem in præſentante, qua ex vi cenſuræ priuatus eſt excommunicatus vitandus, vt patet ex c. Cum autem de Iure patronatus. Ita Innocentius & Abbas ibi; Suarez de cenſ. D. 12. ſect. 2. num. 22. & Filliucius d. tr. 12. c. 6. quæſt. 6. num. 153. 19

Præſentatio iuris patronatus facta ab excommunicato vitando eſt nulla. C. Cũ autem. Innocent. & Abbas. Suarez. Filliucius.

Similiter etiam dico de poſtulatione, quę quando eſt ſolemnis, ſi fiat ab aliquo excommunicato vitando, omninò inualida eſt, prout dicit Abbas, ſecundum opinionem cõmunem: ex c. 1. de Poſtulatione Prælat. 20

Poſtulatio facta ab excommunicato vitando eſt nulla. Abbas.

Ratio aſſertionis. C. Gratum. Prælat. & Ratio huius eſt, quia talis poſtulatio habet vim electionis, nam ea admiſſa, nulla alia electio requiritur, vt habetur ex c. Gratum de Poſtulat. Prælat. & ita ſeruatur in Curia Romana, teſte Abbate in d. c. ſupra citato: Cum autem quælibet electio facta à tali excommunicato ſit irrita, & nulla, ſequitur; Talem electionem factam mediante tali poſtulatione fuiſſe nullam: Ita Filliuc. d. tr. 12. c. 6. num. 157. Et hæc quantum ſpectat ad electionem actiuam. (Filliucius.)

Quæſitum 6. De electione paſſiua. Dicendum modo ſupereſt de Electione paſſiua, de qua ſexto loco, quæritur: An electio, ſiue collatio beneficij, ſiuè alicuius prælaturæ factæ alicui excommunicato ſit valida?

Electio facta in perſonam excommunicati etiam occulti eſt nulla ipſo facto. Reſpondetur eſſe nullam ipſo facto, nullinſque valoris; eſt enim excommunicatus per ſacros Canones priuatus voce non ſolum actiua, quò ad electiones, verum etiam paſſiua. Nam Eccleſiaſticum beneficium, ſiue prælatura datur ab Eccleſia propter officium Eccleſiaſticum exercendum: At excommunicatus ſuſpenſus eſt ab Eccleſia, & priuatus omni munere, & iuriſdictione Eccleſiaſtica, vt patet ex c. Paſtoralis, §. Verum de Appellat. ſequitur, quod electio facta in perſonam alicuius excommunicati ſit nulla, quod non ſolum intelligitur de excommunicato publico, ſed etiam de occulto, & tolerato: Nam Concil. Conſtant. non intendit indulgere ipſis excommunicatis in aliquo, ſed ſolummodò concedit facultatem alijs fidelibus, vt poſſint cum talibus communicare ad euitanda ſcandala, prout benè aduertit Couar. in d. c. Alma p. 1. §. 7. num. 1. Et eſt communis ſententia omnium Theologorum, & Canoniſtarum, teſte Nauar. in man. c. 27. nu. 21. Ita Auila p. 2. c. 6. D. 5. d. 2. (C. Paſtoralis. Concil. Conſtant. Couar. Nauarrus. Auila.)

22 Etiam ſi excõmunicatio eſſet omnino ignorata. Sic etiam dicimus de excommunicatione, contracta, etiam inuincibiliter ignorata, tam ab ipſo electo, quam à conferente: Quapropter quandocumque beneficiarius, ſiuè Prælatus nouerit, ſe fuiſſe excommunicatum tempore, quo fuit electus, tenebitur tale beneficium ſtatim renuntiare, eò quod talis electio fuit nulla: Nam licèt ignorantia inuincibilis excuſet à culpa, & etiam aliquando à pœna, non tamen validum facit actum in perſona excommunicati, quem Eccleſia annullauit, & annullat, nec facit excommunicatum capacem electionis, quam Eccleſia ex vi cenſuræ excommunicationis fecit incapacem: prout dicit Nauar. d. c. 27. num. 272. dicto 8. & Panorm. cum Gloſſa d. c. Paſtoralis de cleric. excom. Miniſtr. Ita Auila loc. cit. cum alijs. (Tenetur officium renunciare. Ignorantia excommunicationis non facit electionem validam. Nauar. Panormit. Auila.)

23 Nec poteſt conualeſcere per abſolutionem excommunicationis poſtea obtentam. Quæ quidem electio, ſiuè collatio beneficij, facta excommunicato non ſolum eſt inualida, eò quod excommunicatus eſt inhabilis, pro quacumque electione paſſiua Eccleſiaſtica, ſed neque talis electio facta tempore, quo erat excommunicatus, quamuis occultus, & ignoranter poteſt conualeſcere per abſolutionem excommunicationis poſt electionem ſequutam, ſed debet renuntiare, eò quod talis electio à principio fuit nulla: prout dicit Nauar. d. c. 27. num. 21. & Panorm. cum cæteris Canoniſtis communiter; & in c. Cum benè, de ætate, & qualitate ordinis præficiendi. Ita Auila de cenſuris p. 2. c. 6. D. 5. concl. 1. & conſequenter tenetur reſtituere fructus beneficij malè percepti. Ita Vgolinus tab. 2. c. 13. §. 3. Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 5. num. 8. Leſſius lib. 2. de Iuſt. c. 34. d. 32. num. 27. Fillincius d. tr. 12. c. 6. num. 155. Bonacina de cenſ. D. 2. q. 2. p. 4. num. 5. (Nauarr. Panormit. C. Cum benè. Auila. Vgolinus. Sayrus. Leſſius. Filliucius. Bonacina.)

24 Quid debeat facere excommunicatus occultus, ne eligatur? Sed modò difficultas eſt: Quomodo ſe debeat gerere excommunicatus occultus in electione, vel collatione beneficij, quando nouit ſe eſſe excommunicatum. An videlicet teneatur manifeſtare ſuam excommunicationem, quoties aliter non poſſet ſe retrahere ab electione beneficij, ſiue Prælaturæ, quam manifeſtando excommunicationem, qua detinetur.

Reſolutio. Reſpondetur: In caſu poſſe, ſe excuſare alio honeſto titulo, ſi poteſt: Si verò nullo modo poteſt alio titulo ſe excuſare: tunc videndum eſt: An talis manifeſtatio futura ſit ſcandali, vel infamiæ, ſi non eſt futura ſcandali, tenetur ſe excuſare etiam manifeſtando excommunicationem, & Ratio huius eſt, quia quilibet tenetur obedire Eccleſiæ, & ſeruare effectus cenſuræ, quoties poteſt abſque graui ſuo, & proximi detrimento: Si verò periculum immineat magnæ infamiæ, ſiue ſcandali ineuitabilis, non tenetur ſuam excommunicationem prodere: Nam Eccleſia non intendit obligare cum tanto incommodo, quare in huiuſmodi caſu, accepto beneficio, debet quam primum occultè petere diſpenſationem, ſiuè reinualidationem electionis, ſibi nulliter factæ. Ita Suarez de cenſ. D. 13. ſect. 1. nu. 11. Sayrus lib. 2. c. 6. nu. 7. & 23. Nauar. c. 27. num. 21. Conink D. 14. d. 9. nu. 75. Bonac. D. 2. q. 2. p. 4. nu. 12. (Ratio aſſertionis. Suarez. Sayrus. Nauar. Bonacina.)

DE VI. EFFECTV MAIORIS Excommunicationis.

CAP. VI.

1 De priuatione communicationis ciuilis. Diuiſio capituli. SExtus in ordine effectus excommunicationis maioris eſt. *Priuatio communicationis ciuilis in humanis cum alijs fidelibus*: & ideò in hoc præſenti capitulo duo nobis veniunt conſideranda, ac explicanda: An videlicet excommunicato ſit prohibita communicatio in rebus humanis pertinentibus ad conuictum, & humanam conuerſationem? Et ſimiliter, ſi alijs fidelibus facta ſit talis inhibitio, ne communicent cum excommunicato in rebus humanis? Et quale peccatum ſit talis tranſgreſſio? & quæ pœna ſit impoſita in iure contra huiuſmodi tranſgreſſores? Deindè videndum eſt: In quibus caſibus permiſſum ſit communicare in rebus humanis cum excommunicato vitando?

2 Aſſertio prima. Excõmunicatis non licet participare, neque in Diuinis, neque in humanis. Dico ergo Primò: Cuilibet excommunicato excommunicatione maiori, ſiuè ſit publicè denuntiatus, ſiuè ſit occultus, & toleratus ex vi cenſuræ contractæ prohibitum eſſe ab Eccleſia communicare cum alijs fidelibus, non ſolũ in Diuinis, verum etiam in humanis; Patet hoc ex Etym. nominis: Nam excommunicatus dicitur, quaſi extra communionem factus: Cum hac tamen differentia, quod quando participat in Diuinis peccat mortaliter, vt in ſuperioribus declaratum eſt: In humanis autem ex leuitate materiæ, non eſt niſi veniale: Eccleſia enim non intendit eodem modo obligare, ſed ſecundum materiæ qualitatem: Cum autem communicatio in humanis excommunicati cum alijs fidelibus non ſit materia adeò grauis, ſicut in Diuinis, ſequitur in huiuſmodi communicationem in humanis (*per ſe loquendo*) non eſſe niſi peccatum veniale, niſi ratione contemptus, ſiue ſcandali, vel ſimilis. Ita communiter omnes Doctores, vt Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 1. & 2. Nauar. c. 27. nu. 28. Auila de cenſ. p. 2. c. 6. D. 8. d. 3. concl. 2. D. Thom. in 4. D. 18. q. 2. Soto D. 22. & Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 6. nu. 1. & 2. (In Diuinis participare, eſt p. m. In humanis eſt p. veniale ratione leuitatis materiæ. Suarez. Nauarr. Auila. D. Thomas. Soto. Bonacina.)

3 In quibus caſibus excuſatur excõmunicatus à peccato communicando in humanis. Dixi autem (*per ſe loquendo*) quia per accidens, & ratione neceſſitatis, ſiuè rationabilis cauſæ fieri aliquando poteſt, vt excommunicatus non peccet, communicando in humanis cum fidelibus, videlicèt quando eſſet occultus, & toleratus, vel non ſe ſpontè ingerit, ſed ab alijs incitatur, & prouocatur:

Digitized by Google

& Ratio huius eſt, quia per Concil. Conſtant. in Extrauag. Ad euitanda ſcandala, & pericula, permiſſum eſt fidelibus poſſe communicare cum excommunicatis toleratis: Non poſſent autem ipſi fideles vti tali facultate, niſi etiam ipſi excommunicati excuſarentur à peccato, participando cum illis fidelibus: Aliter enim ipſi fideles peccarent, inducendo excõmunicatos ad id, quod ſine peccato præſtare non poſſent, ergo in tali caſu talis excommunicatus nõ peccabit, vt infra clarius dicetur: Ita Filliuc. de Cenſ. tr. 13. q. 9. nu. 53. cum alijs præcedenti numero citatis.

Filliucius.

4 Dixi ſecundo [*communicando cum fidelibus*] nam communicando cum infidelibus excommunicatus non peccat, ſicut nec ipſi infideles peccant, communicando cum excommunicato, cuius ratio eſt, quia Eccleſia non ſeparat excommunicatum à conſortio infidelium, ſed ſolum à fidelium conſortio, & Chriſtianorum: Ita Vgolinus de cenſ. tab. 2. c. 22. §. 1. Suarez D. 15. ſect. 1. num. 11. Sayr. lib. 2. c. 11. num. 35. Conink p. 2. D. 13. d. 1. num. 10. Filliuc. d. tr. 13. c. 5. nu. 83. & Bonacina de cenſ. D. 2. q. 2. p. 6. num. 3.

Communicãdo cum infidelibus non peccat.

Vgolinus. Suarez. Sayrus. Conink. Filliucius. Bonacina.

5 Dico ſecundo: Quemlibet fidelem, qui in caſibus non conceſſis communicat in humanis cum excommunicato vitando peccare venialiter, & incurrere minorem excommunicationem, faciẽdo cõtra prohibitionem Eccleſiæ, etiam ſi communicet cum illo extra territorium excommunicati: Excommunicatus enim vbiq; ſecum trahit excommunicationem, excommunicatuſque remanet in quocumque loco, ſemperque effectibus excommunicationis cõtractæ affectus eſt, donec a tali vinculo ſit abſolutus: Quod quidem peccatum tantummodo (per ſe loquendo) eſt veniale: Sicut, & ipſemet excommunicatus non peccat niſi venialiter ratione leuitatis materiæ: Ita Soto in 4. D. 21. q. 1. A. 4. Nauarr. c. 27. nu. 29. Henriq. lib. 13. cap. 8. Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 1. & 2. Sayrus lib. 2. c. 11. num 20. Filliucius d. tr. 13. c. 3. q. 2. Alijque communiter.

Participãs, eũ excommunicato vitando incurrit minorem excõmunicationem.

Peccat tantũ venialiter. Soto. Nauarr. Henriquez. Suarez. Sayrus. Filliucius.

6 Verum eſt tamen, quod ſecus dicendum eſt de cõmunicatione in diuinis, quia tunc eſſet peccatũ mortale, cum faciat contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui: Similiter etiam alij participantes cum ipſo excommunicato vitando in Diuinis, vt ex præcedentibus probatum eſt, niſi paruitas materiæ, vel inaduertentia aliquando a culpa mortali eos excuſaret.

Participando in diuinis peccant mor.

7 Sed Difficultas eſt. Quando quis frequenter communicet cum excommunicato vitando in humanis: An mortaliter peccet? Nam Sayrus, Auila, & Reginaldus putant ſemper eſſe peccatum veniale, & Ratio iſtorum eſt, quia: Quod de ſe tantummodo eſt veniale; non fit mortale per actuum multiplicationem: Nam multiplicatio venialium non poteſt conſtituere vnum mortale, niſi ratione contemptus.

Difficultas. An frequẽter communicãs p. m. Prima ſententia.

8 Suarez autem, Filliucius, Conink, & Bonacina, locis ſupra citatis exiſtimant, quod Quando frequentia talis communicationis eſſet magna, non excuſaretur a mortali, quia quamuis ſinguli actus communicationis, ſecundum ſe ſint peccata venialia ratione leuitatis materiæ, nihilominus multitudo actuum, ſi ſumantur per modum vnius poſſunt cõſtituere materiam grauem per modum vnius ſufficientem ad mortale: Nam communicare cum excommunicato non eſt veniale ex ſuo genere, ſed ratione leuitatis materiæ, vel indeliberationis: Quando autem quis pro nihilo faceret talem communicationem, videtur incidere contemptum, ipſius excommunicationis ſaltem implicitum: Quapropter vtraque opinio videtur probabilis, quamuis hæc ſecunda videtur probabilior. Ita enim dicunt Bonacina de cenſ. D. 2. q. 2. p. 6. nu. 6. & Filliucius tr. 13. c. 3. q. 3. nu. 43. & c. 5. q. 9. num. 92. Conink p. 2. D. 24. d. 14. nu. 149. Suarez tom. 5. de cenſ. D. 15. ſect. 2. num. 11. cum alijs.

Secunda ſententia.

Ratio ſecũdæ ſententiæ.

Concluſio. Bonacina. Filliucius. Conink. Suarez.

Ex quo ſequitur, quod illi, qui frequenter communicant cum excommunicatis vitandis etiam in humanis ſæpe ſæpius alloquentes cum illis in caſibus non conceſſis, non excuſantur à culpa mortali, videntur enim contemnere præceptum Eccleſiæ, quæ prohibet talem communicationem cum talibus excommunicatis, tunc enim eſſet peccatum veniale, quando talis allocutio eſſet caſualis, ſiue ſimpliciter facta ratione leuitatis materiæ, & ita intelligendi ſunt alij Doctores, oppoſitum dicentes. 9

Frequẽter cõmunicãdo cum excommunicatis non excuſantur a p. mor.

Aduertendum tamen eſt, quod quando quis communicat cum excommunicato vitando in crimine criminoſo peccat mortaliter, & incurrit maiorem excommunicationem: Eſt autem crimen criminoſum, quando quis communicat in eodem crimine, vel contumacia, propter quam lata fuit excommunicatio contra delinquentem: nam agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. Ita Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 7. num. 4. Vaſquez tr. de excom. D. 7. nu. 5. & D. 10. num. 6. Auila de Cenſ. p. 2. 1. 2. p. 6. num. 8. 10

In crimine criminoſo incurritur maiorẽ excõmunicationem.

Crimen criminoſum, quid ſit.

Circa ſecundum videndum eſt. In quibus caſibus prohibitum ſit fidelibus communicare cum excommunicatis vitandis etiam in humanis? 11

In quibus caſibus nõ liceat communicare cum excommunicato.

Reſpondetur (per ſe loquendo.) Quamcumque communicationem cum excommunicatis prohibitam eſſe ab Eccleſia Chriſti fidelibus: Quæ quidem prohibitio, licèt cadet in multa, breuitatis tamen gratia à Doctoribus ad quinque capita reducuntur, quæ ratione memoriæ in ſequenti carmine continentur.

Aſſertio 2.

Os, Orare, vale, Communio, Menſa negatur.

Carmen pro memoria.

Quotum quælibet dictio ſuam explicat prohibitionem, quæ in ſequenti numero declarantur.

Explicatio.

Prima dictio eſt [*Os*] & ſignificat omnes allocutiones, confabulationes, ſiuè oretenus, ſiuè per litteras, ſiuè per nuntios, ſiuè per alia ſigna amicitiæ, & ſocietatis, vt ſunt oſcula, amplexus, acceptatio munerum, tam actiuè, quam paſſiuè, & ſimilia, quæ omnia videntur quædam communicationes, & participationes cum excommunicato vitando, quod prohibitum eſt ab Eccleſia ex vi excommunicationis. Quapropter in his, & ſimilibus incurritur in Minorem excommunicationem, & eſt peccatum, ſaltem veniale ratione materiæ, (vti iam explicatum eſt ſupra.) Ita Auila de Cenſ. p. 2. c. 6. D. 9. d. 2. Syluest. verbo excom. 5. num. 2. Nauar. c. 27. num. 20. Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 13. Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 1. & alij. 12

Quid intelligatur per 1y Os.

Auila. Sylueſter. Nauarr. Sayrus. Suarez.

Secundum verbum eſt [*Orare*] per quod intelligũtur omnes cõmunicationes in diuinis, quæ prohibitæ ſunt cũ excommunicatis vitandis, cum hac tamẽ differentia, quod in orationibus communibus participando cum talibus excommunicatis committitur mortale peccatum: In priuatis autem non eſt niſi veniale (communiter loquendo) niſi adſit ſcandalum, ſiuè contemptus; ſaltem implicitum, eo modo, vt explicatum eſt ſupra. 13

Orare, quid ſignificet.

Ex quo ſequitur, quod recitans officiũ Beatæ Virginis, ſiue defunctorum, ſiuè etiam Diuinum alternatim cum excommunicato, priuatim tamen, excuſaretur à mortali, eò quod grauitas huius præcepti tranſgreſſionis intelligenda eſt de publicis orationibus, communibus, & de Sacramentorum adminiſtratione actiua, & paſſiua, auditione Miſſæ, proceſſionibus, & benedictionibus publicis, vt ſuo loco declaratum eſt: niſi paruitas materiæ aliquando excuſaret etiam in illis à culpa mortali, vt ſi quis audiret principium Miſſæ vſque ad Epiſtolam ſimul cum excommunicato, vel per vnum breuem pſalmum, 14

Orare cũ excommunicato in Diuinis priuatim aliquãdo eſt tãtum veniale.

In communibus, & publicis eſt mortale.

& ſimi-

Digitized by Google

& ſimilia, ſiuè per inaduertentiam.

15 Vale, quid ſignificet.

Per verbum: [*Vale*] intelligitur omnis honorifica ſalutatio, & honor, ſiue aperiendo caput, ſiue ſignis, ſiuè verbis, quæ afferant honorem, & communicationem ipſi excommunicato, quæ omnia prohibita ſunt ab Eccleſia facienda ipſi excommunicato, vt ita confuſus reſipiſcat, & conuertatur à contumacia, prout communiter dicunt omnes Theologi, & Canoniſtæ, vt videre eſt apud Suarez D. 15. ſect. 1. & Filliuc. tr. 13. c. 3. num. 84.

Suarez. Filliucius.

16 In quibus caſibus liceat reſalutare excõmunicatum, & quomodo.

Non nego tamen, quod non nunquam poſſet quis licitè reſalutare ipſum excommunicatũ ratione vrbanitatis aperiendo caput, dicendo: Dominus te conuertat, te illuminet, & ſimilia: Nam huiuſmodi verba non diriguntur ad honorem excommunicati, ſed ad ipſius emendationem: Similiter etiam, quando huiuſmodi ſigna, ſeu reſalutationes fieret ad euitanda ſcandala, vel aliqua incommoda, ſiuè ad bonum finem, vel per inaduertentiam: Tunc enim non incideret talis in excommunicationem minorem, neque eſſet aliquod peccatum huiuſmodi actiones facere: Ità Sayr. de Cenſ. lib. 2. c. 16. num. 7. Auila 2. p. c. 6. D. 9. d. 2. Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 1. & Filliuc. d. tr. 13. c. 3. num. 84. cum alijs.

Sayrus. Auila. Suarez. Filliucius.

17 Communio quid ſignificet.

Per particulam illam [*Communio*] intelligitur omnis, & quæcumque ſocietas, quæ fiet cum excommunicato vitando, In habitatione, In exercitio, & contractu, & ſimilibus, quæ denotent communicationem, & participationem cum excommunicato, qui per cenſuram excommunicationis priuatus eſt a tali communione, vt patet ex interpretatione vocis: *Excommunicatus, quaſi extra fidelium communionem factus.*

18 Quę communio nõ ſit prohibita cũ excõmunicato, & quomodo.

Verum tamen eſt, non eſſe prohibitum, manere in eadem domo, ſiuè cubiculo, dummodò vnuſquiſq; ſuis intendat negotijs, quia in caſu non diceretur cõmunicare cum excommunicato: e.g. Si excommunicatus agat ſuum negotium in vno angulo domus ſeorſum, & alter in alio abſque cooperatione alterius, vel ſi ambo dormiant in vno lectulo, non per modum ſocietatis, ſed propter neceſſitatem, & vnuſquiſque ibi dormiat, aut ſuam quietem percipiat, vt contingere poteſt, quando duo perueniant ad idem diuerſorium, quorum alter eſt excommunicatus, & vtrique vnus tantulum lectulus concedatur. Ità Suarez d. D. 15. ſect. 2. num. 8. Filliuc. d. tr. 13. c. 5. q. 6. num. 83. & Reginald. lib. 32. num. 84.

Suarez. Filliucius. Reginaldus.

19 Menſa quid ſignificet.

Per alteram tandem particulam [*Menſa*] intelligitur participatio, & communicatio cibi, & potus, quæ dicitur communicatio in eadem menſa formaliter per aliquam ſocietatem, & amicitiam: Non verò quando quis reperiatur in aliqua hoſteria, ad quam etiam caſu deuenerit excommunicatus vitandus: Tunc enim non eſt prohibitum in eodem loco, ſiue etiam in eadem menſa comedere, dummodo vnuſquiſque ſuum habeat cibum, nec comedat cum excommunicato ratione ſocietatis, ſed vnuſquiſque ſuæ attendat refectioni, prout dicunt Suarez, Filliuc. Sayrus, & Auila, locis ſupra citatis cum Bonacina de Cenſ. D. 2. q. 2. p. 6. §. 2. num. 6. cum alijs communitet. Et hæc de ijs, quæ pertinebant circa communicationem cum excommunicatis vitandis.

In quibus caſibus permittitur, & quomodo.

Suarez. Filliucius. Sayrus. Auila. Bonacina.

20 In quibus caſibus permittitur participatio cũ excõmunicato.

Dicendum modo venit: In quibus caſibus permittitur, & conceditur aliqua communicatio in humanis cum excommunicatis vitandis: Nam dantur aliqui caſus, in quibus ſine peccato, & ſine incurſione excommunicationis minoris licitum eſt: Qui quidem caſus etiam ad quinque capita reducuntur à Doctoribus, & in hoc carmine continentur.

Carmen pro memoria.

Vtile, Lex, Humile, Res ignorata Neceſſe.

21 Vtilitas vtriuſque excuſat.

Per illam dictionem primam [*Vtile*] intelligitur quæcumque vtilitas, tam temporalis, quam ſpiritualis, ſiue ipſius participantis cum excommunicato, ſiuè ipſius excommunicati cum alia perſona: Quæ vtilitas debet eſſe vera, & non ficta, alioquin eſſet frans, & dolus, quæ nemini debent patrocinari: Quando ergo propter bonum finem fit talis communicatio, vt ad conuerſionem, & reſipiſcentiam ipſius excommunicati, ſiuè ad conſilium dandum, ſiuè ad petendum debitum, ſiue Eleemoſynam, & huiuſmodi, tunc ratione vtilitatis non erit illicita talis communicatio cum excommunicato in humanis: Nam excommunicatio nõ eſt inſtituta in damnum aliorum, ideòque non prohibentur alijs fidelibus ea, quæ ſibi ſunt vtilia humano modo, vel ſaluti ipſius excommunicati: Ità Nauar. in man. c. 27. num. 26. Suarez D. 15. ſect. 3. num. 9. Reginald. lib. 32. num. 98. Filliuc. d. tr. 13. c. 6. q. 3. num. 98. Conink p. 2. D. 14. d. 12. num. 121. & Bonac. de cenſ. D. 2. q. 2. p. 6. §. 2. num. 8.

Vtilitas qualis debeat eſſe.

Nauar. Suarez. Reginaldus. Filliucius. Conink. Bonacina.

22 Lex quid ſignificet. Maritus, & vxor poſſunt ſimul participare.

Per ſecundam particulam [*Lex*] intelligitur ius, & lex matrimonij, ideòque quando alter coniux eſſet excommunicatus poterit, tam ipſe, quam vxor petere, & reddere debitum coniugale, dormire in eodem lectulo, comedere in eadem menſa, participare in colloquijs familiaribus, in alijſque, quæ ad gubernationem domus pertinent, atque in omnibus, & ſingulis alijs obſequijs, quæ vxores præſtari ſolẽt maritis antequam eſſent excommunicati. Similiter etiã maritus non excommunicatus poterit etiam communicare cum vxore excommunicata, vitanda in ijs omnibus, in quibus ipſa poteſt cum marito excommunicato vitando communicare, quia lex Matrimonij æque obligat vtrumque, nam in correlatiuis *Diſpoſitum in vno, locum habet etiam in altero*: Ità Sanchez de mat. lib. 9. D. 14. num. 26. Conink p. 2. D. 14. d. 12. num. 123. Vgolinus de Cenſ. tab. 2. c. 23. §. 6. nu. 1. Filliuc. d. tr. 13. q. 4. num. 102. Suarez de cenſ. D. 15. ſect. 5. num. 22. & Bonac. d. D. 2. q. 2. p. 6. num. 18.

Sanchez. Conink. Vgolinus. Filliucius. Suarez. Bonacina.

23 In criminoſo, & in diuinis nõ licet.

Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus non licebit vxori communicare cum ſuo viro excommunicato, & ſimiliter maritus cum vxore excommunicata: videlicet in Crimine criminoſo, propter quod fuit lata excommunicatio, vel in Diuinis, aut audiendo Miſſam cum altero coniuge excommunicato, aſſiſtendo diuinis officijs publicis, niſi aliquando neceſſitas propter metum etiam in illis excuſaret vxorem a peccato: nam Eccleſia pia mater non intendit cum tanto diſpendio, & periculo vxores obligare: Ità Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 4. Suarez, Sanchez, Filliuc. cum alijs, ſupra citatis.

Aliquãdo datur excuſatio.

Soto. Suarez. Sanchez. Filliuc.

24 Humile, quid ſignificet.

Per tertiam particulam [*Humile*] intelligitur officium ſeruorum, & ſubditorum: licitum enim eſt ipſis ſuperioribus ſuis obedire, etiam excommunicatis, & cum illis communicare vſuali, & ordinaria communicatione; prout dicitur in Can. Quoniam multos 11. q. 3. In alijs vero, quæ pertinent ad participationem in Crimine criminoſo, vel quæ poſſunt eſſe cauſa, vt excommunicatus, perſeueret in excõmunicatione, tunc non licebit, quia quilibet cauere debet propriam culpam, & proximi ſcandalum: Ità communiter omnes Doctores ſupra citati, vt Suarez, Bonacina, Filliucius.

Can. Quoniã multos.

Serui, & Subditi poſſunt cum excommunicato participare in humanis.

25 Similiter etiã filij, & parentes.

Intelliguntur etiam filij parentis excommunicati, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ, qui communicare licite poſſunt in humanis cum ſuis parentibus excommunicatis etiam vitandis, ſicuti antea, quam eſſent excommunicati: Non enim fuit expediens liberos à parentibus excommunicatis ſeparare, cum talis ſeparatio abſque graui incommodo fieri non poſſit: Similiter etiam dicimus de patre, & matre cum filijs

excom-

Digitized by Google

excommunicatis, quibus non eſt prohibitum communicare in humanis cum filijs, & filiabus ſuis propter eamdem rationem.

26 Quid nomine filiorum veniat.

Nomine autem filiorum non ſolum intelliguntur legitimi, ſed etiam illegitimi, vel etiam adoptiui, ſiue maſculi, ſiuè fœminæ. Imo veniunt etiam alij affines in primo gradu, & in recta linea, quæ etiam cōputantur loco filiorum, vt gener, nurus, priuignus, & priuigna, quæ nomine filiorum veniant in hoc priuilegio participandi cum ſuperiori excommunicato, quando cohabitent in eadem domo, eo quod: *Beneficium principis latiſſimè explicandum eſt*. C. Cum dilecti de Donat. & C. Cum olim de verb. ſignif. Ità Suarez D.15. ſect.5. num.3. Filliucius d.tr.18. c.6. q.5. num.108. Conink p.2. D.14. d.12. nu.120. Vgolinus tab.2. num.23. §.7. Auila p.2.c.6.d.11. Reginald. lib. 32. num. 109.

Gener, nurus, priuignus, & Priuigna.

C. Cū dilecti. C. Cū olim. Suarez. Filliucius. Conink. Vgolinus. Auila. Reginaldus.

27 Quid nomine Parentum veniat.

Sic etiam dico de patre, quod non ſolùm intelligitur de patre immediato, ſed etiam de alijs mediatis, vt Auus, Abauus, Patrignus, Matrigna. Ità etiam Magiſter nouitiorum in Regularibus, alijque ſuperiores reſpectu ſubditorum ſuorum excommunicatorum: & Similiter intelligendum eſt de militibus reſpectu ſui Ducis excommunicati, ac etiam de pupillis, qui ſub cura tutoris excommunicati continentur, & ſunt eius commenſales: Ità etiam de agricolis reſpectu dominorum ſuorum: prout communiter dicunt omnes præcitati Doctores, & habetur expreſsè in Can. Quoniam multos: 11.q.3. Vbi Gregorius VII. omnes iſtos excuſat ab excommunicatione minori per participationem cum talibus excommunicatis vitandis: Ità etiam habetur ex C. ſi verè de ſent. excom.

Auus, Abauus Patrignus, & Matrigna.

Agricolæ reſpectu dominorum.

Gregorius VII.

C. ſi verè de ſent. excom.

28 Serui inter ſe, & fratres cōmunicare nō licet. Limitatus aſſertio.

Serui autem inter ſe, nec frater cum alio fratre, neque milites inter ſe poſſunt communicare, quando alter illorum eſt excommunicatus vitandus: Nullum enim adeſt priuilegium huiuſmodi poſſe ſimul licitè communicare inter ſe, cum vnus non ſit ſubditus alterius, niſi quatenus eidem domino inſeruire debent, & communicare in habitatione, cohabitando in eadem domo pro ſeruitio patris, ſiuè domini, quod fieri non poſſet, niſi etiam ipſi pro tali effectu aliquando inter ſe communicent: Ita Vgolinus de Cenſ. tab.2. c.23. §.8. Suarez de cenſ. D.15. ſect.5. nu. 23. Filliuc. d.tr.13. c.6. q.8. num.121. & Bonac. D.2. q. 2. p.6. §.2. num.35.

Vgolinus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

29 Res ignorata quid ſignificet.

Per quartam particulam, vbi dicitur [*Res ignorata*] intelligitur pro quacumque ignorantia, ſiue Iuris, ſiuè facti, ſiue inaduertentia inculpabili, quæ excuſat, ne incurratur in minorem excommunicationem ratione communicationis cum excommunicato vitando: Ignorantia enim, & inaduertentia ſemper excuſat a peccato, & à cenſuris incurrendis, quando non eſt culpabilis, prout dicunt communiter Couarruuias in C. Alma mater, loc. cit. Caiet. verb. excommunicatio, Nauar. d.c.27. num.27. Sanchez de mat. lib.9. D.32. q.6. Suarez de cenſ. D.15. ſect.3. nu.5. Filliuc. d.tr.13. c.6. q.11. num.128. Conink D.14. d.12. num.124.

Ignorantia, & inaduertētia excuſant.

Couarruuias. Caietanus. Nauar. Sanchez. Suarez. Filliucius. Conink.

30 Neceſſe quid ſignificet.

Vltima tandem particula eſt [*Neceſſè*] per quam intelligitur, quæcumque neceſſitas, non extrema, ſed moralis, tam ex parte excommunicatis quam ex parte aliorum participantium cum eo: Quapropter cauſa ſuſtentationis, vel eleemoſynæ licebit aliquod dare excommunicato, etiam vitando: ſic etiam hoſpitio recipere, neque etiam expectandum eſt, vt ab omnibus excludatur: Similiter etiam ex parte eorū, qui debent cum excommunicato verſari: vnde conſiliarium, Theologum, Epiſcopum in ſpiritualibus: & medicū, mercatorem, artificem adire licebit, vel ad ſe vocare, & cum ijs communicare, in ijs, quæ pertinét ad neceſſitatem moralem ſiue ſpiritualem, ſiue temporalem: Sic etiā cauſa itineris licebit equū ab excommunicato ad viuum recipere, vel illi accōmodare, hoſpitium petere, aliaque huiuſmodi. Ità Suarez de cenſ. D.15. ſect.3. num.8. Henriq. lib.13. c. 23. Vgolin. tab.2. c.23. §.11. Auila p.2. c.6. D.12. d.13. Sayr. de cenſ. lib.2. c.14. num.32. Filliucius d.tr.13. c. 6. q.12. num.132. Bonac. de Cenſ. D.2. q.2. p.6. §.2. n.57. & Reginald. lib.32. n.124. cum alijs cōmuniter.

Neceſſitas moralis ſufficit, & quæ.

Suarez. Henriquez. Vgolinus. Auila. Sayrus. Filliucius. Bonacina. Reginaldus.

Vltimò tandem concludendo dicimus, quod Eccleſia, vt pia mater, non intendit obligare filios ſuos ad non communicandum cum excommunicatis vitandis, quotieſcumque adeſt neceſſitas moralis, ſiuè vtilitas alicuius momenti: Quapropter quando occurrit aliqua pia, & rationabilis cauſa non eſt prohibitum ab Eccleſia communicare in humanis cum excommunicatis, vt ad pacem aliorum, ſiue ad vitanda peccata, ſiuè alia quæcumque inconuenientia, quæ ſecundum prudentis arbitrium excuſarent à peccato, & incurſione cenſuræ: vnde quando quis graui metu cogeretur communicare aliquando cum aliquo excommunicato, excuſaretur à peccato, quia tunc cenſetur eſſe in neceſſitate morali: Nam Eccleſia non obligat cum tanto incommodo: prout colligitur ex Can. Quoniam multos 11.q.3. Ità Bonac. ſupra num.62. cum alijs, ſupra citatis. 31 Concluſio.

Metus grauis excuſat aliquando.

Can. Quoniam multos. Bonacina.

DE VII. ET VIII. EFFECTV EXCOMmunicationis maioris.

CAP. VII.

Septimus in ordine excommunicationis effectus (*eſt Priuatio forenſis, & iudicialis iuriſdictionis, ſiue communionis*) Omnis enim Iudex ſiuè Eccleſiaſticus, ſiuè ſæcularis ex vi excommunicationis priuatus eſt viu iuriſdictionis pro tempore, quo remanet excōmunicatus. Non enim æquum eſt, vt is, qui repellitur à communione fidelium iuriſdictionem aliquam habeat ad iudicandum eos, quia ſi talem iuriſdictionem haberet, cogerentur fideles ad communicandū cum illo contra prohibitionem Eccleſiæ. Ità communiter omnes Theologi, & Canoniſtæ: vt videre eſt apud Sayrum de cenſ. lib.2. c.7. nu.15. & c. 8. per totum. Vgolinus tab.2. c.14. Filiucius. tr.13. c.6. nu.166. Bonacina de cenſ. D.2. q.2. p.7. nu.1. Suarez de cenſ. D.16. ſect.1. alioſque, prout colligitur ex c. Quia, de except. in 6. & c. Decernimus, de ſent. excom. in 6.

1 Effectus ſeptimus excommunicationis.

Excommunicatio maior, priuat Iuriſdictione forenſi.

Sayrus. Vgolinus. Bonacina. Suarez. C. Quia in 6.

Ex quo ſequitur Sententiam latam, omniaque geſta per iudicem excommunicatum, vitandum, pertinentia ad iuriſdictionem, ſiuè Eccleſiaſticam, ſiue ciuilem eſſe inualida, nulliuſque valoris: Nam acta ſine facultate, & iuriſdictione ipſo iure ſunt nulla. Quapropter iudex excommunicatus vitandus, ferens ſententiam mortaliter peccat, eo quod actum iuriſdictionis, quem non habet vſurpat, & facit irritum actum iudiciale, quæ eſt materia grauis, ideòque mortaliter peccat. Nam cuicumque excommunicato excommunicatione maiori prohibita eſt omnis communicatio, etiam humana. Cum ergo forenſis iuriſdictio inter homines ſit præcipua, pertinens ad forum publicum, atque iudicia, conſequenter materia grauis eſt, & magni momenti inter homines.

2 Sententia lata à Iudice excommunicato nulla eſt.

Et ipſe mortaliter peccat.

Sic etiam dicimus (ſequendo communiorem opinionem) quod etiam ſi talis iudex ſit excommunicatus toleratus, eo quod adhuc non ſit ab Eccleſia ſpecialiter declaratus, nihilominus in conſcientiæ foro ſuſpenſus eſt ab actu iuriſdictionis iudicandi, quapropter, durante excommunicatione ferendo ſen-

3 Etiā toleratus ferēs ſententiam p.m.

ten-

Digitized by Google

tentiam, vt plurimum mortaliter peccat, eo quod actio iudicandi, quæ prohibetur excommunicato, eſt materia valde grauis, & ſufficiens ad mortale peccatum, & poterit talis iudex repelli per exceptionem excommunicationis, prout dicunt Filliuc. tom.1. tr. 12.c.7. num.166. & Bonacina de cenſ. D.2. q.2. p.6. num. 3.

Filliucius. Bonacina.

4 Quando excuſaretur à pec. mort.

Verum eſt tamen, quod huiuſmodi excommunicatus in aliquibus caſibus faciliter excuſari poſſet à culpa mortali, quando talis excommunicatio eſſet occulta, & non poſſet ſine nota, aut ſcandalo aliorum abſtinere à proferendo dictam ſententiam, quam tenetur dare ex officio, & ſpecialiter quando non ſpontè, ſed coactè exerceat tale munus non potens aliud agere ad euitanda ſcandala: prout benè aduertunt Henriquez in ſum. lib.13. c.6. & Auila de cenſ.p.2.c.6.cum alijs.

Henriquez. Auila.

5 Difficultas. An electio excommunicati in Iudicem ſit valida?

Sed Difficultas eſt: An excommunicatus vitandus, electus in iudicem, ſiue ad aliam dignitatem temporalem, habentem annexam iuriſdictionem forenſem, & ciuilem, vt Principatus, Præturæ, Præfecturæ Iudicis talis electio ſit valida, & licita? In qua quidem difficultate eſt diuerſitas opinionum, alij enim affirmant, alij negant.

6 Prima ſententia. Auilæ. Vgolini. Reginaldi. Bonacinæ. Gloſſa in c. Venerabilem.

Prima ergo ſententia eſt Auilæ de cenſ.p.2.c.6.d. 7.ad finem, Vgolinus tab.2.c.13.§.3. Saytus de cenſ. lib.1.c.5.nu.36.Regin.lib.2.c.32.nu.28. & Bonacina de cenſuris D.2.q.2.p.7.nu.4. & aliorum Canoniſtarum, ſequētium Gloſſam in c. Venerabilem de Elect. §. Electus, dicentium: Talem electionem non ſolùm eſſe illicitam verum etiam nullam, eò quod talis excommunicatus ſit incapax talis dignitatis, & electionis. Nam prohibito vno, prohibitum etiam cenſetur id, per quod ad illud peruenitur: Cùm ergo prohibitum ſit excommunicato actus iuriſdictionis forenſis exercere, videtur etiam prohibitum, ne poſſit ad huiuſmodi dignitates per electionem peruenire: ideò exiſtimant talem electionem in perſonam excommunicati eſſe irritam.

Ratio iſtius ſententiæ.

7 Secunda Sententia. Suarez. Conink. Filliucij.

Secunda ſententia eſt Suarez de cenſ.D.16. ſect.2. nu.3.Conink p.2.D.14.d.11.nu.106.Filliucius tom.1. tr.12.c.7.q.3.nu.173. aliorumque Theologorum, dicentium quod: Si excommunicatus vitandus in Iudicem, ſiuè dignitatem aliquam ſæcularem eligatur, talis electio quamuis ſit illicita, non eſt tamen ipſo facto irrita, & nulla, ſed irritanda: i. poteſt annullari per exceptionem contra talem electionem factam, Vnde ſi non fiat exceptio talis electio tenet, quamuis non poſſet licitè talem actum, & iuriſdictionem exercere ſine graui peccato.

8 Ratio ſecundæ ſententiæ.

Fundatur autem iſta ſententia, quia nullus extat textus, qui irritet ipſo facto collationem dignitatis ſæcularis, cui annexa eſt iuriſdictio ſæcularis: Nam Canones, annullantes electiones factas in perſonas excommunicatorum, tantùm loquuntur de Eccleſiaſticis, & non de ſæcularibus, de quibus nulla eſt aperta diſpoſitio, annullans tales dignitates, quia illæ non prohibentur directè per excommunicationem, ſed tantummodo Eccleſiaſticæ, maximè, quia dignitates, & iuriſdictiones ſæculares poſſunt obtineri alia via quam per electionem: Videlicet per ſucceſſionem hæreditariam, & tanquam annexam temporalibus bonis, quæ etiam radicaliter, quò ad habitum comparantur etiam ab excommunicato, & ad ſummum ſuſpenſæ remanent, durante excommunicatione, qua ablata iuriſdictio reuiuiſcet: Non eſt autem par ratio de ſpiritualibus dignitatibus ad temporales, cùm odia ſint reſtringenda, non autem amplianda.

Dignitates ſæculares non prohibētur directè per excommunicationem.

Remanent tamen ſuſpenſæ durante excōmunicatione.

9 Ex quo ſequitur à fortiori: Collationes dignitatum, non habentium annexam iuriſdictionem temporalem validas eſſe omninò: Quapropter gradus Doctoratus, & huiuſmodi collatus excommunicato, etiam vitando validus eſt, quia Doctoratus, quamuis ſit dignitas, non habet tamen iuriſdictionem circa ſubditos: ſimiliter etiam dicendum eſt de officio Notarij, Tabellionis, ac etiam Tutoris, & ſimilibus, quorum electio eſt valida ex rationibus ſupradictis, & eorum acta ſunt etiam valida, quamuis ſint illicita propter communionem cum fidelibus, quæ prohibita eſt ab Eccleſia excommunicatis: Et in hoc conueniunt omnes ſupra citati Doctores vtriuſque ſententiæ. Quod autem hoc ſit illicitum probatur. Ità,

Dignitates ſine iuriſdictione omninò ſūt validæ collatæ.

Illicitè tamē conferuntur.

10 Probatur aſſertio.

Eſt enim quicunque excommunicatus excommunicatione maiori, ſiuè non toleratus, ſiuè etiam toleratus prohibitus ab Eccleſia, ne licitè poſſit eſſe actor in iudicio in cauſis, ſiuè Eccleſiaſticis, ſiuè ſæcularibus, ſiuè per ſe immediatè, ſiuè per alium mediatè: prout habetur ex c. Decernimus de ſent.excom.in 6. Non enim licitum eſt excommunicatis participare cum fidelibus, etiam ſi non ſint ex vitandis: Nam Concil.Conſtant. nullum conceſſit excommunicatis fauorem, ſed ſolummodò permiſit ad vitanda ſcandala, vt alij fideles innocentes poſſint licitè communicare cum excommunicatis, quamdiu ab Eccleſia tolerentur.

C. Decernimus de ſent. excom.

Concil. Conſtant.

11 Confirmatur ratio.

Magnum autem fauorem, & priuilegium conceſſum fuiſſet illis, ſi poſſent licitè in iudicio agere, ſiuè reagere contra ſuum actorem, neque contra alios: Hoc autem ſolummodo permittitur in cauſa propriæ defenſionis, in qua admittitur, quod excommunicatus, etiam vitandus poſſit ſuam defenſionem facere, vel per ſe, vel per alium, vt Videlicet probet, vel ſe non eſſe excommunicatum, vel eſſe abſolutione dignum, vel non eſſe debitorem, delinquentem; & Ratio huius eſt, quia defenſio propria eſt de Iure naturæ, quæ ab Eccleſia impediri non poteſt. Ità Nauar.c.27.nu.23.Henriq.lib.13.c.7.num.4. Vgolin. de cenſ.tab.2.c.15.Auila c.6.D.7.Suarez de cenſ. D.16. ſect.3.nu.2.Saytus lib.2.c.7.n.3.Filliucius de excom. tr.12.c.7.q.4.nu.174.& colligitur ex c. Intelleximus de Iudicijs.

Excommunicatus in cauſa propria poteſt ſe defendere.

Defenſio eſt de Iure nat. Nauarrus. Henriquez. Vgolinus. Auila. Suarez. Saytus. Filliucius.

12 Excommunicatus non poteſt alium cōuenire, ſed ipſe conueniri poteſt.

Ex quo ſequitur: Excommunicatum non poſſe alium conuenire in iudicio, neque contra ſuum accuſatorem reagere: Verum eſt tamen, quod ipſe excommunicatus cōueniri poteſt ab alio in iudicium: quamuis enim excommunicatus, ſecundum ſe non poſſit eſſe reus voluntarius, poteſt tamen eſſe reus inuoluntarius, & neceſſarius, alioquin reportaret commodum, & vtilitatem de ſua malitia: Ideòque contra ipſum primò agi poteſt, accuſando, denuntiando, & inquirendo, & ipſe tenetur reſpondere, & poterit defendere cauſam ſuam per ſe ipſum, non verò tenetur reſpondere per procuratorem, alioquin non ipſe, ſed potius ipſius procurator diceretur conueniri. Ità Suarez de cenſ.D.16.ſect 4.num.6. Conink D. 14.d.11.nu.116.Sayr.lib.2.c.8. nu.8. Filliucius de excom.tr.12.c.6.q.5.nu.181. & Bonacina de cenſ.D.2. q.2. p.7. nu.8. prout colligitur ex c. Inter de Except. Quidquid dicant Vgolinus tab.2.c. 16. §. 8. & Auila de cenſ.p.2.c.6.D.7. exiſtimantes in caſu poſſe ſe defendere mediante procuratore.

Suarez. Conink. Saytus. Filliucius. Bonacina.

13 Excommunicatus poteſt ſe appellare, & excipere contra Iudicem, & contra teſtes.

Similiter etiam dicimus: Excommunicatum poſſe ſe appellare à ſententia, lata contra ipſum, quemadmodum etiam poterit obijcere excommunicationem ſi adſit contra Iudicem, vel contra accuſatorem, & teſtes, probando illos eſſe ſimiliter excommunicatos publicos, ideòque non eſſe admittendos, & audiendos in Iudicio, modò tamen hoc probet infra octo dies, alioquin condemnandus erit ad ſol-

uen-

nendas expenſas: prout communiter dicunt omnes præcitati Doctores: prout habetur ex c. Quia de except.

C. Quia de Except.

14 Quæritur tertiò: An excommunicatus vitandus poſſit eſſe teſtis in iudicio?

An poſſit eſſe teſtis in iudicio?
Aſſertio tertia.

Reſpondetur: Excommunicatum, licitè teſtem in iudicio eſſe non poſſe, etiam ſi prætendat excommunicationis nullitatem, niſi ad cautelam prius eſſet abſolutus à tali excommunicationis vinculo, prout colligitur ex c. Decernimus de ſent. excom. in 6. & Gloſſa ibi v. Teſtificandi, & Ratio huius eſt, quia virtute talis cenſuræ interdicta eſt excommunicato participatio cum alijs fidelibus: Qua propter Iudex non debet admittere teſtem excommunicatum ad teſtificandum.

C. Decernimus.
Ratio aſſertionis.

15 Valebit tamen eius teſtimonium, etiam ſi ſit ex vitandis, donec contra eum facta fuerit exceptio, & probata: peccabit tamen ſaltem venialiter, tam ipſe teſtis, quam iudex illum admittens, quando eſſet ex vitandis, & incurreret excommunicationem minorem propter participationem in humanis cum tali excommunicato vitando, prout dicunt Suarez de cenſ. D. 16. ſect. 6. Sayrus lib. 2. c. 8. nu. 1. Filliucius d. tr. 12. c. 7. q. 7. nu. 187. Vgolinus de cenſ. tab. 2. c. 13. n. 2. & Bonacina de cenſ. D. 2. q. 2. p. 7. nu. 11. cum alijs.

Valebit teſtificatio licet ſit illicita.
Suarez. Sayrus. Filliucius. Vgolinus. Bonacina.

16 Excipitur tamen cauſa fidei, in qua teſtis excommunicatus etiam vitandus poterit licitè teſtificari, ac etiam accuſare, prout dicitur in c. In fidei fauorem de Hæret. in 6. Sic etiam excipi poſſe videtur cauſa Matrimonij, quæ eſt valde fauorabilis pro contrahentibus, prout etiam colligitur ex c. Final. de ſent. & re iudicata. Ita Bonacina de mat. q. 2. p. 8. num. 43. Ledeſma q. 45. A. 3. Riccius Deciſ. 255. Reginaldus lib. 31. nu. 183. Sanchez de mat. lib. 3. D. 40. Conink p. 2. D. 27. d. 4. alijque aſſecli.

In cauſa fidei, & matrimonij admitti poſſunt.
C. In fidei fauorē de Hæreticis.
C. Final. de ſent. & re iudicata.
Bonacina. Ledeſma. Riccius. Reginaldus. Sanchez. Conink.

17 Verum eſt tamen, quod Suarez de Cenſ. d. D. 16. ſect. 6. & Vgolinus. c. 17. nu. 3. Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 7. nu. 5. & Filliucius d. tr. 12. c. 7. q. 7. num. 187. hoc ſolummodò admittunt in cauſa fidei, non verò in cauſa Matrimonij: Prima tamen ſententia ſua probabilitate non caret, Vndè quando adeſſet neceſſitas, eò quod non ſint alij teſtes poſſet in praxi fieri, & admitti propter neceſſitatem in fauorem matrimonij contrahendi.

Limitatio aliquorum.

18 Vltimò tandem Quæritur: An excommunicatus poſſet eſſe aduocatus, procurator, & tutor?

An poſſit eſſe aduocatus, & tutor?
Aſſert. quarta.
Excommunicatus vitandus non poteſt.

Reſpondetur, quod ſi talis excommunicatus eſſet ex vitandis illicite exerceret huiuſmodi munera, quia ſic participaret cum alijs fidelibus contra obligationem cenſuræ: Valebunt tamen acta ab eo, ſi à iudice admiſſus fuerit, donec excludatur, vel contra eum fiat exceptio: Quod non ſolum intelligitur de excommunicatis vitandis, ſed etiam de toleratis, modò excommunicatio talis ſit, quæ in iudicio probari poſſit. Ipſe tamen procurator, ſiuè aduocatus, ſi hoc faceret ſponte, peccaret, ſaltem venialiter, quando eſſet toleratus, prout dicunt Suarez d. D. 16. ſect. 7. & 8. & Filliucius d. tr. 12. c. 7. q. 8. nu. 189. & Bonacina ſupra p. 7. num. 13. & hæc de ſeptimo effectu excommunicationis.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

19 Supereſt breuiter dicendum de Vltimo effectu excommunicationis maioris, qui eſt: *Annullatio impetrationum, & gratiarum, & ſuſpicio, quæ contrahitur à perſiſtentibus in excommunicatione:* Quapropter breuiter concludendo dicimus: Excommunicationem contractam reddere irritas, & annullare litteras, & reſcripta Apoſtolica, cōceſſa excommunicato, etiam occulto tempore, quo erat excommunicatus: Similiter etiam annullare proceſſus virtute illarum habitos, Quare reſcripta impetratoria, & delegatoria ab excommunicato, etiam occulto impetrata ſunt ipſo iure nulla, nec valet proceſſus per talia reſcripta factus, etiam ſi nulla oppoſitio facta fuiſſet, & hoc propter defectum iuriſdictionis, quia ex quo priuilegiū, ſiuè reſcriptum, continens talem delegationem fuit ab initio nulliter impetratum propter incapacitatem ipſius impetrantis in excommunicatione perſiſtentis, per id non fuit tributa iuriſdictio delegata, prout habetur ex c. Ipſo iure de Reſcriptis in ſexto.

De Octauo effectu excōmunicationis.
Gratiæ, & priuilegia Apoſtolica in perſona excommunicati sūt nulla.
Reſcripta impetrata ab excommunicato ſunt nulla.
Ratio aſſertionis.
C. Ipſo iure de Reſcriptis.

20 Et hæc eſt cauſa quare in Bullis, & reſcriptis, & priuilegijs Apoſtolicis, ante quam concedantur, ſemper permitti ſolent abſolutiones à quibuſcumque vinculis cenſurarum ad cautelam, ad talem effectum validè conſequendum. Ita Conink p. 2. D. 14. d. 10. n. 87. & Bonacina de cenſ. d. 2. q. 2. p. 8. nu. 1. Suarez de cenſ. D. 17. ſect. 1. & Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 10. Vgolinus tab. 1. c. 14. §. 3. & Couarruuias in c. Alma mater p. 1. §. 7. & Filliucius de excom. tr. 12. c. 9. q. 3. cum alijs, excepto caſu excommunicationis ab hæreſi, & caſu quo quis in excommunicatione maiori per annum perſeuerauit, quia tunc ſuſpectus eſſet de hæreſi, ideoque tunc talis abſolutio ad cautelam non valeret.

Quare in reſcriptis ponitur abſolutio ad cautelam?
Conink. Bonacina. Suarez. Sayrus. Vgolinus. Couarruuias. Filliucius.
In quo caſu abſolutio excommunicationis ad cautelam non valeat.

21 Excipiuntur tamen duo caſus in textu: quorum vnus eſt, quando ipſe excommunicatus impetret reſcriptum in cauſa excommunicationis contra ipſum lata, alias enim ſequeretur: Excōmmunicatum iniuſte non habere aliquod remedium contra iniuſtam excommunicationem: Alter eſt. Cauſa appellationis, vt ſi quis excommunicatus appellaret à ſententia excommunicationis contra ipſum lata, & impetraret reſcriptum a Papa, tunc tale reſcriptum obtentum valet, vt reparetur Iniuſtitia, ſibi facta à iudice: Quapropter Summus Pontifex Gregor. IX. in d. c. 1. de Reſcript. duos iſtos caſus excepit.

Excipiuntur duo caſus in quibus reſcripta ſunt valida.
Primus cauſa defenſionis.
Secundus cauſa appellationis.
Gregor. IX. c. 1. de Reſcriptis.

22 Secundò eſt Aduertendum, Talem effectum annullationis priuilegiorum, & reſcriptorum tantummodo habere locum in reſcriptis Apoſtolicis: Quia c. primum de Reſcriptis tantum loquitur de illis, & non de alijs, ideòque non eſt facienda extenſio ad litteras Epiſcopales, aliorumque Prælatorum Papæ inferiorum, aut etiam ad reſcripta Imperatoris, ſiuè Regis, aliorumque tribunalium ſecularium. Ità enim communi conſuetudine receptum eſt; Tum quia odia ſunt reſtringenda, quantum verba patiuntur, & non amplianda. Ita Suarez de cenſ. D. 17. ſect. 1. nu. 3. Filliucius. tr. 12. c. 9. q. 2. nu. 211. & Bonacina de cenſ. D. 2. q. 2. p. 8. nu. 1. Et hæc de effectibus præcipuis excommunicationis maioris dicta ſufficiant.

Aduertentia. Solum intelligitur de reſcriptis Papalibus, non de alijs.
Suarez. Filliucius. Bonacina.

23 Solent autem hic agere Doctores de pœnis, quas incurrunt excommunicati propter violationem cenſurarum excommunicationum maiorum, quę etiam ab aliquibus appellantur: Effectus excommunicationis per accidens, eò quod non ſequuntur, niſi ſuppoſita malitia excommunicati, volentis agere prohibita per cenſuram, Qui quidem effectus per accidens ſunt quatuor, de quibus diffuſè agunt, Vgolinus de Cenſ. tab. 2. c. 24. Henriquez lib. 13. c. 4. Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 10. & Suarez D. 17. ſect. 1. num. 15. cum Filiucio d. tr. 12. c. 9. q. 3. num. 214. alijque communiter.

De pœnis.
Contra excommunicatos.
Dicuntur Effectus per accidens.
Vgolinus. Henriquez. Sayrus. Suarez. Filliucius.

24 Eſt ergo primus in ordine effectus excommunicationis per accidens: (*Culpa mortalis, & aliquando Irregularitas*) Culpam enim mortalem incurret excommunicatus, ſi agat prohibita directè per cenſuram, vt communicando in rebus diuinis, vel mixtis, de quo effectu dictum eſt ſupra in cap. 3. huius præſentis tract. Irregularitatem autem incurret, quando actionem aliquam Ordini ſacro ſpecialiter ordinatam in excommunicatione maiori exercet, de qua dicen-

Primus effectus per accidens.
Aliquādo eſt p. m. & aliquādo Irregularitas.

dicendum eſt plenius in tractatu de Irregularitatibus loco ſuo.

25 Secundus effectus eſt: (*Præſumptio ſuſpectionis de Hæreſi.*) Nam is, qui perſeuerat in excommunicatione per annum eſt de Hæreſi ſuſpectus, & conſequenter contra ipſum, tanquam de Hæreſi ſuſpectum procedi poteſt ab Inquiſitoribus Sancti officij contra hæreticam prauitatem ad reſpondendum de fide, vt habetur ex Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de Reformat. Ita Henriquez lib. 13. c. 4. Filliucius d. tr. 12. c. 9. q. 4. nu. 214. Suarez d. D. 17. cum alijs, locis citatis.

Secundus effectus eſt ſuſpicio de Hæreſi: & quando.

Trid. ſeſſ. 25. c. 3. Henriquez. Filliucius. Suarez.

26 Tertius effectus per accidens: (*eſt Priuatio Eccleſiaſtici beneficij, actu poſſeſſi, vel ipſo facto, vel per ſententiam; Ipſo facto, quando excommunicationis ſententia fuit lata pro crimine Hæreſis;*) Tum quia poſt annum habetur pro conuicto de tali crimine: conuictus autem de Hæreſi eſt ipſo iure priuatus beneficijs, quæ actu poſſidet: prout habetur ex c. Notus. Can. Quicunque 11. q. 3. Ita Couarruuias in c. Alma mater p. 1. §. 7. n. 10. Vgolinus tab. 2. c. 14. §. 3. num. 5. Per ſententiam autem priuandus erit, quando crimen eſt tale, quod priuat beneficijs per ſententiam, de quo dicetur infra in tract. de ſuſpenſione loco ſuo.

Tertius effectus eſt priuatio beneficij actu poſſeſſi.

Can. Notus Can. Quicunque. Couar. Vgolinus.

27 Quartus tandem eſt. (*Nullitas abſolutionis generalis, quæ præmittitur in Reſcriptis Pontificijs,*) de quo effectu iam dictum eſt ſupra in hoc tr. c. 4. num. 17. & ideò non oportet amplius in his effectibus explicandis immorari: Reliquum eſt, vt de cauſis excuſantibus ab effectibus excommunicationis incurrendis, quæ neceſſaria ſunt dicamus, de quibus in ſequentibus capitibus dicetur.

Quartus effectus eſt nullitas abſolutionis generalis.

DE CAVSIS EXCVSANTIBVS AB effectibus Excommunicationum, incurrendis.

CAP. VIII.

1 EXplicatis iam effectibus excommunicationis: Opere pretium eſt, vt conſequenter dicamus de ijs, quæ excuſare poſſunt ab effectibus excommunicationum incurrendis: Quapropter Theologi, & Canoniſtæ multas, variaſque cauſas enumerant, quæ poſſunt excuſare fideles a talibus effectibus ſupra enumeratis: Nos autem breuitatis cauſa, ſequendo communiorem, & probabiliorem ſententiā Theologorum recentiorum ad octo reducemus quarum Prima eſt: Innocentia; ſecunda Ignorantia, tertia Appellatio, quarta Impotentia, quinta Metus, ſexta Conſenſus illius, in cuius fauorem, ſeu inſtantiam fuit excommunicationis pœna incurrenda inflicta, & ſeptima Iniuſtitia, qua fuit lata ſententia, & octaua Nullitas ipſius ſententiæ: de quibus omnibus ſingillatim eſt dicendum in duobus ſequentibus capitulis, quarum quatuor in præſenti reliquæ 4. in Vltimo cap. huius tractatus examinabuntur.

Cauſæ excuſantes ab excommunicatione reducūtur ad octo.

2 Prima ergo cauſa, excuſans ab excommunicatione incurrenda: (*eſt Innocentia a culpa, & peccato ipſius perſona, excommunicatæ:*) Quapropter ille, qui certe nouit, ſe non peccaſſe, ſaltem mortaliter in illa cauſa, pro qua lata fuit excommunicatio: etiam certus eſſe poterit, ſe non incurriſſe excommunicationis vinculum contra ipſum pro tali cauſa impoſitum: Cuius ratio eſt, quia ſine legitima, & vera cauſa nemo poteſt puniri; Cùm autem excommunicatio ſit pœna grauiſſima ſpiritualis, ideò ſine graui cauſa imponi non poteſt: Cùm autem cauſa materialis, pro qua excommunicatio infligitur ſit peccatum mortale, vt in ſecundo cap. præcedentis tract. dictum eſt, ſequitur quod in ſubiecto vbi non eſt talis culpa mortalis, excommunicatio lata effectum habere non poteſt.

Prima cauſa excuſans eſt innocentia excommunicati.

Ratio aſſertionis.

Ex quo ſequitur, quod Innocens talis culpæ, pro qua cenſura excommunicationis fuit lata, non ſit coram Deo ligatus tali vinculo cenſuræ; ideòque in foro conſcientiæ poterit liberè, & ſine conſcientiæ ſcrupulo exercere ea omnia ſicut antea, quam talis excommunicatio fuiſſet contra ipſum inflicta: culpa enim non exiſtente, neque excommunicatio, neque effectus ipſius poſſunt ſubſiſtere: Hæc eſt communis omnium Theologorum ſententia in 4. ſent. a D. 18. vſque ad 22. Soto ibi q. 1. A. 2. concl. 4. Suarez de cenſ. D. 6. ſect. 2. Filliucius tr. 11. de cenſ. c. 8. q. 7. nu. 238. & aliorum. 3

Innocēs à culpa corā Deo non eſt ligatus cenſura.

Culpa nō exiſtente excommunicatio nō contrahitur.

Soto. Suarez. Filliucius.

Hinc infero excommunicationem maiorem, latam pro culpa veniali non eſſe validam: Nam cauſa talis excommunicationis debet eſſe proportionata pœnæ, quia adhoc, vt ſit iuſta, debet interuenire ratio iuſtitiæ commutatiuæ, quæ requirit, vt pœna ſit proportianata delicto, aliter enim potius eſſet iniuria quam pœna debita, & ſic non poſſet habere vim obligandi, ideòque non poteſt habere effectum, ſaltem in conſcientia ipſius excommunicati, prout dicunt Suarez tom. 5. de cenſ. D. 4. ſect. 6. nu. 12. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 1. p. 3. nu. 2. Aula p. 1. d. 9. Filliucius de cenſ. tr. 11. c. 8. nu. 116. alijque communiter. 4

Excommunicatio maior pro peccato Veniali non eſt valida.

Suarez. Bonacina. Aula. Filliucius.

Secunda cauſa, excuſans eſt. (*Ignorantia*) quæ quando eſt inuincibilis ſemper excuſat, non ſolum a cenſura, ſed etiam à peccato, quod non contrahitur ſine malitia delinquentis: Vbi autem non eſt notitia, non poteſt eſſe malitia, & ideò, neque culpa, & per conſequens neque cenſura contrahitur, pro tali culpa impoſita. 5

Secunda cauſa eſt Ignorantia.

Vndè pro intelligentia huius aſſertionis: Notandum eſt Primò: Ignorantiam Triplicem eſſe: Iuris, & facti, & pœnæ: Ignorantia Iuris, eſt quando ignoratur Ius, ſiuè præceptum, ſiue prohibitio facta à lege. Quæ duplex eſt: vel Iuris communis, ſiuè vniuerſalis, & eſt illa, qua ignoratur lex communis, quæ ad omnes ſe extendit: Ignorantia iuris particularis eſt illa, qua ignoratur aliquod ius particulare, obligans tantum aliquas perſonas particulares alicuius territorij, ſiue Diœceſis. 6

Ignorātia triplex. Iuris, facti, & Pœnæ.

Ignorantia Iuris duplex Iuris cōmunis. Et Iuris Particularis.

Ignorantia facti, eſt quandò adeſt notitia legis, ſed ignoratur factum, quod prohibetur in dicta lege: e.g. Aliquis nouit latam eſſe legem excommunicationis contra Clericorum percuſſores; ſed neſcit talem eſſe Clericum, quando eum percutit, vel quia non geſtabat habitum, & tonſuram, vel quia talis percuſſio fuiſſet de nocte, & talis clericus percuſſus non erat illi cognitus eſſe clericus, ſiuè Regularis. 7

Ignorantia facti, quæ.

Ignorantia Pœnæ: eſt quando ignoratur impoſitam eſſe talem pœnam excommunicationis ipſo facto contra taliter delinquentes: e. g, Aliquis ſuadente Diabolo percuſſit, ſciens, illum eſſe clericum, & prohibitum eſſe ab Eccleſia talem percuſſionem clerici, ſed ignorabat impoſitam eſſe excommunicationis pœnam. 8

Ignorantia Pœnæ, quæ.

Notandum ſecundo: Ignorantiam iſtam, ſiuè iuris, ſiuè facti, & pœnæ: aliam eſſe Inuincibilem, ſiuè probabilem, quæ dicitur inculpabilis, ſiue iuſta. Aliā autem eſſe Vincibilem, ſiuè improbabilem, quæ etiam culpabilis appellatur: Dicitur Vincibilis, quia vinci poterat, ſi ignorans adhibuiſſet ſufficientem diligentiam, iuxta negotij qualitatem ad illam ſuperandam, ideòque dicitur Improbabilis, quia non poteſt probari, ignorantiam illam eſſe excuſabilem: Quapropter dicitur culpabilis, quia non excuſat à peccaro, & à pœna. 9

Ignorantia duplex Inuincibilis, & Vincibilis.

Ignorantia: Inuincibilis eſt illa, quæ vinci non poterat, 10

Ignorātia inuincibilis, quę.

Digitized by Google

terat, eò quod delinquens vel numquam habuit notitiam de tali lege; neque de illa vnquam dubitauerat; Vel ſi aliquando dubitauit, adhibuit tamen ſufficientem diligentiam, & conſultis peritis, & Doctis iuris veritatem inuenire non potuit: Tunc dicitur talis habuiſſe ignorantiam inuincibilem, ſiuè probabilem, eò quod talis ignorantia probari poteſt ad excuſandum à tranſgreſſione præcepti, idcòque appellatur Inuincibilis, ſiuè probabilis, & iuſta.

11 Ignorantia Vincibilis duplex Craſſa. & affectata. Affectata quę.

Notandum tertiò: quod ignorantia Vincibilis iterum ſubdiuiditur in craſſam, & Supinam, & in Affectatam; Ignorantia Affectata eſt illa, quando quis voluntariè eligit, ſe neſcire præceptum, vt liberius viuat, & hæc non excuſat, neque à toto peccato, neque à tanto, imò adauget malitiam & grauitatem talis culpæ; iuxta illud Pſalm. 35. *Noluit intelligere, vt benè ageret.*

12 Craſſa & ſupina, quæ.

Ignorantia Craſſa, & Supina eſt illa, quæ excuſat tranſgreſſores à tanto, ſed non à toto: ideſt excuſat, quod non ſit tam graue peccatum, non tamen excuſat à toto, ideſt non excuſat totaliter, ſed aliqualiter à peccato: & eſt, quando quis tenebatur ſcire, & poterat ſcire talem legem, tamen propter negligentiam Craſſam nullam adhibuit ſufficientem curam ad ſciendum, & propterea dicitur Craſſa quia eſt culpabilis. Ita Suarez tom. 5. de cenſ. D. 4. ſect. 8. nu. 5. Auila p. 2. c. 5. D. 5. d. 8. Soto in 4. D. 22. & D. 28. q. 1. A. 2. Henriquez in ſum. lib. 13. c. 23. nu. 2.

Suarez. Auila. Soto. Henriquez.

13 Ignorantia Antecedens, concomitans, & ſubſequēs.

Notandum quartò. Ignorantiam aliam eſſe antecedentem, aliam concomitantem, & aliam ſubſequentem: Ignorantia antecedens eſt illa, qua non poſita, actus malus non efficeretur, & ideò hæc appellatur à Theologis: Cauſa peccati, quæ eſt inuincibilis, & inculpabilis, eò quod in actu peccati non erat cognita talis lex, ſiuè factum, ſiuè ſaltem per naturalem obliuionem non aduertebatur de tali lege: Quæ inaduertentia etiam excuſat à peccato ſicut ignorantia inuincibilis. Ita Azorius p. 1. lib. 1. c. 16. q. 3. Sanchez in ſum lib. 1. c. 16. num. 8. Suarez de cenſ D. 4. ſect. 8. nu. 5.

Azorius. Sanchez. Suarez.

14 Ignorantia concomitās, quæ,

Ignorantia concomitans dicitur illa, quæ etiam ſi non adeſſet, actus tamen malus nihilominus fieret: e. g. aliquis percutit clericum, arbitrans talem non eſſe clericum, habebat tamen animum talem perſonam percutiendi, etiam ſi eſſet clericus, & talis ignorantia dicitur, & eſt comes peccati, quæ ab ipſo peccato non excuſat propter malum animum, & voluntatem, quæ comitat ipſam actionem malam.

15 Ignorantia ſubſequens, quæ,

Ignorantia tandem Subſequens, eſt illa, quæ ſemper quouis modo eſt voluntaria, & culpabilis, & eſt quando quis percutit clericum, & non ſolùm habet animum percutiendi clericum, ſed poſtea complacet ſibi ſe percuſſiſſe clericum, quamuis in actu percuſſionis putabat, illum non eſſe clericum, & talis dicitur malitia conſequens, quæ non ſolum non excuſat, ſed auget peccatum commiſſum propter complacentiam ſubſequentem.

16 Aſſertio. Ignorantia inuincibilis antecedēs ſemper excuſat.

His ergo poſitis, & declaratis, dico Primò quod: Ignorantia Inuincibilis, ſiuè probabilis, vel iuris communis, vel particularis, ſiue facti, ſiuè qualitatis facti, ſiuè pœnæ, antecedens ipſam actionem, ſub excommunicationis cenſuram prohibitam excuſat ſemper ab excommunicatione impoſita facienti talem actionem: Cuius ratio eſt, quia, ad incurrendam excommunicationem requiritur mortalis culpa, & contumacia, ſed quandò adeſt talis ignorantia in operante, non adeſt culpa, neque contumacia, ergo in tali actione non incurritur in pœnam cenſuræ latæ, prout communiter dicunt Doctores, vt Syluester Verbo excommunicatio 2. nu. 3. Nauarrus man. c. 27. nu. 16. Fillincius de cenſ. tr. 11. c. 8. q. 10. n. 253. Saytus de cenſ. lib. 1. c. 18. Vgolinus tab. 1. c. 9. §. 8. Molinas tom. 4. tr. 5. D. 71. num. 8. & Bonacina de cenſ. D. 1. q. 2. p. 1. nu. 6. & alij.

Ratio Aſſertionis. Syluester. Nauar. Fillincius. Saytus. Vgolinus. Molinas. Bonacina.

17 Aſſertio 2. Ignorantia Iuris vincibilis non excuſat.

Dico ſecundo Ignorantiam Vincibilem, ſiuè affectatam, ſiuè craſſam, & ſupinam quando eſt Iuris, non excuſare ab excommunicatione contrahenda; nam ſicut talis ignorantia Iuris non excuſat à culpa mortali, ita neque excuſat à tali excommunicatione, ſiuè alia cenſura, ſiue Irregularitate proueniente ex tali delicto. Ita Conink de Sacr. p. 2. D. 13. d. 11. nu. 49. Suarez de cenſ. D. 4. ſect. 8. nu. 5. Sanchez in ſum. lib. 1. c. 16. nu. 8. Fillincius d. tr. 11. c. 8. q. 10. nu. 253. Nauarrus d. c. 27. nu. 16. cum alijs.

Conink. Suarez. Sanchez. Filliuc. Nauar.

18 Quando eſſet leuis excuſare ab excommunicatione maiori.

Verum eſt tamen, quod talis ignorantia Craſſa, & ſupina, quandò eſt leuis, quæ non ſit ſufficiens ad conſtituendum peccatum mortale, ſicut excuſat à culpa mortali, ita etiam ab excommunicatione maiori: Nam cùm pœna excommunicationis maioris ſit grauiſſima, non contrahitur, niſi per culpam mortalem: Nam pœna ſemper debet eſſe proportionata delicto, peccans autem ſolum venialiter ex leuitate materiæ non meretur puniri pœna graui excommunicationis, prout ſæpe in præcedentibus explicatum eſt, ex doctrina Suarez de cenſ. D. 4. ſect. 6. nu. 12. & aliorum, ſupra citatorum communiter,

Suarez.

19 Aſſertio 3. Ignorantia facti concomitans excuſat. Ratio aſſertionis.

Dico tertiò; Ignorantiam facti concomitantem excuſare ſemper à cenſuris, & Ratio huius eſt, quia interueniente ignorantia facti, ſiuè qualitatis facti non adeſt contumacia contra præceptum Eccleſiæ ſub pœna cenſuræ, ergo interueniente tali ignorantia excuſatur à cenſura, ſicut etiam à peccato: e. g. Si quis caſu percuteret clericum, quem putabat eſſe feram, ſiuè alium inimicum laicum, excuſatur ab excommunicatione. Ita omnes communiter, vt videre eſt apud Molinam tom. 4. D. 53. nu. 1. Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 2. & Filliucius d. tr. 11. c. 8. nu. 247.

Molina. Soto. Filliucius.

20 Mens malè affecta: non facit excommunicationē incurrere ſi actio non ſit facta contra Clericum.

Inſuper etiam dico, quod ſiquis proieciſſet ſagittam, ſiuè lapidem contra ſuum inimicum Clericum, quem putabat eſſe feram, ſiuè alium ſæcularem, quamuis in ſua mente, ita erat malè affectus contra inimicum Clericum, quod etiam contra illum proieciſſet ſagittam, & poſtea ſciens illum fuiſſe ſuum inimicum clericum complacet ſibi voluntariè de tali percuſſione facta caſuali in perſonam ſui inimici clerici, quamuis in actu percuſſionis non exiſtimabat eſſe Clericum, ſed laicum: Dico, quod in tali caſu excuſatur ab excommunicatione, lata cōtra Clericorum percuſſores, & Ratio huius eſt, quia excommunicatio incurritur propter peccatum externum cum intentione faciendi contra legem prohibentem talem percuſſionem ſub excommunicatione: At in caſu talis actus non fuit præcognitus, vt talis; quia exiſtimabat non eſſe clericum, ſed laicum: Voluntas autem mala, & interna complacentia inde ſequuta, non facit, quod tale peccatum ſit ſacrilegium externum, ſed ſolum internum, quod non eſt ſufficiens ad excommunicationem incurrendam. Ita Vaſquez 1. 2. q. 76. A. 3. & Suar. de cenſ. D. 4 ſect 8. nu. 8. Filliucius d. tr. 11. c. 8. q. 9. nu. 247. & Bonacina D. 1. q. 2. p. 2. num. 14.

Excommunicatio incurritur propter peccatum externum cum interno. Vaſquez. Suarez. Filliucius. Bonacina.

21 Percutiēs clericum animo percutiēdi eſe ricum, ſed neſciens eum eſſe clericū incurrit. Ratio aſſertionis.

Verum eſt tamen, quod ſi quis percuteret Clericum cum hac intentione: Volo occidere, ſeu percutere hunc hominem, ſiuè ſit clericus, ſiue laicus quicumque talis ſit, quamuis ipſe neſciret eſſe Clericum: In tali caſu non excuſatur ab excommunicatione, & Ratio huius eſt, quia factum exterius eſt malum, & efficaciter dependet ab illo actu interno malo, quo vult percutere talem perſonam præſentem determinatam, ſiuè ſit laicus, ſiuè Clericus, qui

de

de facto eſt Clericus, ideóque percutiendo talem Clericum incurrit excommunicationem, quod non accidit, quandò eſt ignorantia concomitans, ſuperius explicata, quia tunc actus externus non prouenit ab interno: Ità Auila de cenſ. p 2. c.5. D. 5. d.6. Sanchez in ſum.tom.1.c.16. num. 14. Suarez D. 14. ſect. 8. num. 10. Filliucius, & Bonacina loco ſupra citato.

Auila. Sanchez. Suarez. Filliucius. Bonacina.

22 Percutiens vnum Clericum loco alterius præter intentionem, non incurrit excommunicationem.

Ex quo ſequitur: Eum, qui loco vnius Clerici, quem intendebat percutere, proijciendo ſagittam, ſiue lapidem percutiat alium Clericum caſu tranſeuntem per viam, ſiuè per errorem manus proijcientis, tunc non incurrere excommunicationem Canonis, eò quod in caſu realis percuſſio iſtius Clerici caſu percuſſi eſt inculpabilis, vt ſupponimus, quamuis habuiſſet intentionem Sacrilegam percutiendi alium Clericum, quem actu non percuſſit, ſed alium, quem non intendebat. Ità Suarez de cenſ. D. 22.ſect.1.nu.54.Sayrus de cenſ.lib.3.c.28.n.3. & Bonacina de cenſ.D.1.q.3.p.2.num.20.

Suarez. Sayrus. Bonacina.

23 Percutiēs Petrum putans eſſe Ioannem Clericum incurrit.

Si verò aliquis percutit e. g. Petrum Clericum quem exiſtimabat eſſe Ioannem Clericum, incidit in excommunicationem Canonis: nam in iſto caſu, tam intentio, quam opus externum eſt iniurioſum ſtatui Clericali, pro cuius crimine impoſita eſt cenſura excommunicationis, ideóque talis ignorantia in hoc caſu non excuſat, eò quod realiter fuit intentio percutiendi Clericum, & re ipſa percuſſus eſt clericus, quamuis exiſtimabat eſſe alium Clericum: Ità Molin.to.4.D.30.& 53.nu.2.Sanchez in ſum.tom.1. c.16.nu.27.& Bonacina de cenſ.D.1.q.2.num.20.

Molina. Sanchez. Bonacina.

24 Conſcientia erronea non inducit excōmunicationē.

Dico tandem quartò. Per conſcientiam erroneam non incurri excōmunicationis pœnam quando realiter talis excommunicatio non fuiſſet inflicta: vt ſi quis credens per quodcumq; homicidium eſſe pœnam excommunicationis ipſo facto, & cū tali errore conſcientiæ occiderit laicum, non eſt excommunicatus, quia excommunicatio non contrahitur, niſi ſit in iure expreſſa: In iure autem non eſt impoſita excommunicatio propter homicidium laici: Conſcientia autem erronea non inducit excommunicationem: ergo. Ità Sanchez de mat.lib.9. D.32.nu.28. Suarez de Cenſ.D.22.ſect.1.nu.53. Rodriquez tom.1.q.9.Regul.q.6.A.7.

Sanchez. Suarez. Rodriq.

25 Tertia cauſa impediens excommunicationem eſt Appellatio. Appellatio quid ſit.

Tertia cauſa impediens excommunicationis effectus eſt (*Appellatio interpoſita:*) Nam appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ latæ. Eſt autem Appellatio ſecundum Iuriſtas, quidam recurſus reuolutiuus, & ſuſpenſiuus ſententiæ Latæ à Iudice inferiori ad ſuperiorem pro reuocatione ſententiæ via grauaminis, ſiuè nullitate: Quæ vt ſit legitima duo requirit.

26 Appellatio requirit cauſam ſufficientem appellandi.

Primò: vt talis appellatio fiat ab appellante cum probabili, & ſufficienti cauſa, ſaltem, vt ipſe appellans probabiliter credat, ſe habere ſufficientem cauſam appellandi: Quapropter ſi quis calumnioſè appellet ad effugiendam ſententiam, exiſtimans, ſe non habere ſufficientem cauſam appellandi peccat mortaliter, & non excuſatur in conſcientia ab excommunicatione lata; Nam appellatio non legitima non ſuſpendit ſententiam latam, ideóque non prodeſt ipſi appellanti in foro conſcientiæ. Ità Vgolinus de cenſ.tab.1.c.13.§.18.Sayrus de cenſ. lib.1.c. 16.nu.27.Filliucius d.tr. 11.c.3.nu.38.& colligitur ex c.conſuetudinem, de Appellat.

Appellatio non legitima non ſuſpēdit excommunicationem. Vgolinus. Sayrus. Filliucius. C. Conſuetudinem de Appellat.

27 Debet fieri in ſcripto, & tēpore præfixo decem dierū.

Secundò requiritur, vt appellatio fiat in ſcriptis ab ipſo appellante, & tempore debito, & conueniente, ſecundum iura præſentetur iudici, à quo lata fuit ſententia: Tempus autem debitum ad appellandum eſt infra ſpatium dierum decem à die ſententiæ latæ: Nam tale tempus conceditur in iure ad interponendam legitimam appellationem, ſuſpenſiuam ſententiæ latæ; vt dicitur in c. Quod ad conſultationem, De ſent. & re Iudicata.

C. Quod ad conſultationē.

28 De ſententia conditionali poteſt fieri appellatio durāte conditione.

Verum eſt tamen, quod à ſententia conditionali, data ſub conditione poterit quocumque tempore appellari, antequam talis cōditio ſit adimpleta: quapropter: Quando iudex fert ſententiam in hoc modo videlicet. *Præcipio tibi, vt compareas infra menſem ſub pœna excommunicationis ipſo facto*; Tunc appellatio talis ſententiæ fieri poteſt, quouis tempore infra menſem, etiam ſi elapſi ſint decem dies, prout habetur ex c. Præterea 2. de Appellat. Ità Couarruuias in cap. Alma mater p.1.§.10. nu.4 & Filliucius d.tr. 11.c.3. num.38. & Bonacina de cenſ. D.1.q.2. p.2. num.8.

C. Præterea. Couar. Filliucius. Bonacina.

29 Excommunicatio duplex abſoluta. & ſub conditione.

Notandum ſecundò excommunicationem tripliciter fieri poſſe à iudice: Vno modo purè, & abſolutè, vt quando aliquis ipſo facto excommunicatur propter delictum, iam commiſſum, prohibitum ſub excōmunicatione comminatoria: Secundo ſub conditione, quando iudex præcipit ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, vt aliquis infra tale tempus faciat e. g. reſtitutionem, ſiuè aliquod faciat, vel omittat, tunc talis cenſura non dicitur abſolutè, ſed ſub conditione.

Aſſertio 1.

30 Appellans ab excommunicatione lata ſub conditione ſuſpendit effectum. Ratio aſſertionis.

His ergo poſitis: Dico primò: Excommunicationem, latam à iudice ſub conditione, non habere effectum, ſi infra tempus debitum, vel præfixum interponatur legitima appellatio ante conditionem impletam: & Ratio huius eſt, quia per interpoſitam appellationem transfertur cauſa ad iudicem ſuperiorem, ad quem legitimè facta eſt appellatio, & tunc in caſu non ſolum excommunicatio remanet ſuſpenſa, ſed etiam præceptum, cui talis excommunicatio erat annexa: Appellans enim ab excommunicatione, cenſetur etiam appellaſſe à præcepto: Ità Nauar. in man.c.27.n.159. Auila 2.p.c.5. D.5. d.11. concl.3.& Sayrus de cenſ.lib.1.c.16. num.24. Filliucius tom.1.tr.11.c.3.q.11.num.78.

Nauarrus. Auila. Sayrus. Filliucius.

31 Et ſi talis appellatio per incuriam non perſequeretur excuſat. Ratio aſſertionis.

Ex quo ſequitur: dictam appellationem, tempore debito interpoſitam, non ſolum excuſare ab excommunicatione, & contumacia, Verum etiam, ſi poſtea talis appellatio per incuriam non proſequatur: & Ratio huius eſt, quia ſemel interpoſita appellatione, ſententia lata remanet ſuſpenſa, & deuoluta eſt cauſa ad iudicem ſuperiorem, cui facta eſt appellatio. Ità Vgolinus de cenſ.tab.1.c.13.nu.18.Couarruuias in cap. Alma p. 1. §. 10. & Bonacina de cenſ.D.1.q.2.p.2.num.3.

Vgolinus. Couar. Bonacina. Aſſertio 2.

32 Excommunicatio lata abſolutè non ſuſpenditur per appellationē.

Dico ſecundo quod: Quando excommunicatio lata eſt abſolutè abſq; conditione, non ſuſpenditur per appellationem, ſicut neque ſuſpenditur quandò eſt lata ſub conditione poſt conditionis euentum, quia tunc fit abſoluta, & ſecum affert executionem eodem modo, ſicut abſoluta, à qua appellari non poteſt, quo ad effectum ſuſpēſiuum, ſed benè ad deuolutiuum: prout dicitur in c. Paſtoralis de Appellat. §. Verū & c. Is cui de ſent.excom. in 6. Ità Couar. loc.cit.& Nauarrus in Comment. c. Cum contingat de Reſcriptis caſu 15.& Filliucius d.tr.11.c.3.nu.78. patet etiam ex c. Ad hæc de ſent. excom. in ſexto vbi etiam fit ſermo de ſuſpenſione, & Interdicto.

C. Paſtoralis. C. Is cui. Couar. Nauarrus. Filliucius. C Ad hæc. Aſſertio 3.

33 Appellatio ſuſpendit ſententiam declaratiuam.

Dico tertio licitum eſſe appellare à ſententia declaratiua excōmunicationis incurſæ. Quare declaratum à iudice aliquē eſſe excommunicatū per incurſionē excommunicationis impoſitę à Iure, vel ab homine, ſi de tali declaratione fiat appellatio, nō eſſe vitandum: Nam appellatio ſuſpendit declarationem factam, & conſequenter etiam impedit denun-

Suarez. Nauarr. Filliucius. Couar.

tiationem factam per declaratoriam. Ita Suarez de Cenſ. D.3. ſect.5. nu.20. Nauar. d.c. cum contingat de Reſcript. Filliuc. & Couar. alijque ſupra citati.

34 Quando delictum eſt manifeſtum, non ſuſpendit appellatio.

Verum eſt tamen, quod quando delictum ita eſt notorium, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, tunc non proderit appellatio interpoſita, quia tunc talis appellatio nihil aliud eſſe videtur, quam excommunicationis eluſio, aut virtualis appellatio à ſententia Canonis, a qua appellari non licet, prout aduerterunt bene Nauar. & Filliucius loc. cit. cum Bonacina d. D.1. q.2. p.2. num.9.

Nauar. Filliucius. Bonacina.

35 Aſſertio 4. Sententia prohibens appellationem, nō valet. Appellatio eſt de iure naturali Diuino.

Dico tandem quartò, Non poſſe ſuperiorem excommunicare ſuum ſubditum ſub hac forma, videlicet excommunico te, ſi de hac ſententia appellaueris: Non enim talis excommunicatio poteſt habere effectum: quia continet errorem intolerabilem contra Ius naturale, eò quod defenſio ſit de iure naturæ Diuino, quare hoc non obſtante poterit talis ſubditus de huiuſmodi ſententia appellare ſi voluerit ſine incurſione excommunicationis. Ita Syluest. verbo excom.2. num.16. Auila de cenſ. c.5. D.5. d.12. & Bonac. D.1. q.2. p.2. num.9.

Syluester. Auila. Bonacina.

36 Quarta cauſa excuſans eſt impotentia moralis.

Quarta cauſa excuſans ab excommunicatione, incurrenda (*eſt impotentia*,) quæ ſolum habet locum in excommunicationibus, quæ imponuntur ab homine ſub conditione; Quando videlicet Iudex præcipit ſub excommunicatione latæ ſententiæ, vt niſi quis faciat reſtitutionem rei ablatæ infra tale tempus. Si in tali tempore accident impotentia moralis, propter quam ſoluere talis non poterit ſine magno detrimento ſui ſtatus, non obligatur ad præceptum, neque excommunicationem incurret: Nam talis impotentia excuſat à peccato contumaciæ, & præcepto, propter quam impoſita fuit excommunicationis pœna incurrenda: Quare ſi quis per impotentiam moralem reſtituere non poſſet tempore præfixo, non afficitur tali pœna excommunicationis, impoſitæ contra detinentes res furatas, quia ad impoſſibile nemo tenetur. Ita Soto in 4. D. 22. q.1. A.2. poſt 4. concl. Henriq. in ſum. c.18. n.4. Filliuc. d. tr.11. c.8. q.8. n.241. Graff. lib.2. deciſ. c.8. n.10.

Non potens reſtituere ſine magno detrimento ſui ſtatus nō obligatur.

Ad impoſſibile nemo tenetur. Soto. Henriquez. Filliucius. Graffius.

37 Difficultas.

Sed difficultas eſt de eo, qui in principio temporis præfixi reſtituendi facultatem habebat, & præuidens, ſe in fine præfixi temporis ſub pœna excommunicationis futurum ſit, vt eſſet impotens ad reſtituendum debitum: An talis excuſetur propter talem impotentiam præuiſam ſubſequutam ab excommunicatione incurrenda?

38 Voluntariè ſe faciens impotentem non excuſatur.

Reſpondetur, ſequendo cōmuniorem Doctorum ſententiam; Talem non excuſari à contrahenda excommunicatione, & ratio noſtra eſt: quia iſte talis videtur eſſe contumax, eò quod voluntariè ſe fecit impotentem; tenebatur enim tali tempore, quando reſtitutionem facere poterat, dum præuidebat tempore præfixo amplius facere non poſſe: ſicut ille, qui voluntariè ſe reddit impotentem ad recitandum Diuinum officium. Ita Bonac. de cenſ. D.1. q.2. p.3. nu.1. Filliuc. d. tr.11. c.8. num.243. Suarez de Cenſ. D. 20. ſect.2. num.16.

Bonacina. Filliucius. Suarez.

39 Quomodo fit reus excommunicationis incurrendæ.

Verum eſt tamen, quod eo tempore, quo aduertit, ſe futurum eſſe impotentem, & dum poterat culpabiliter non reſtituit, tunc peccauit, & reus factus eſt obligationis ad incurrendam excommunicationem, quæ poſtea actu incurritur, quando tempus præfixum elapſum fuerit, quia tunc non excuſat impotentia, eò quod voluntariè, & culpabiliter ad tale periculum ſe expoſuit, quamuis poſt impotentiam habeat cauſam, vt abſolui poſſit a dicta excommunicatione contracta, eò quod tunc realiter eſt impotens, (vt ſupponitur;) Ita Suarez de cenſ. D.20. ſect. 2. nu.16. & Bonac. D.1. q.2. p.3. num.1. & Filliuc. d. tr. 11. c.8. num.243.

Poteſt tamen abſolui à tali vinculo cenſuræ. Suarez. Bonacina. Filliucius.

Aduertendum eſt inſuper; Talem excuſatum ad tempus propter impotentiam ſuperuenientem ſi poſtea habebit facultatem ſoluendi debitum, vel in totum, vel in partem, tunc remanere obligatum ad ſoluendum eo modo, quo poterit, alias incideret in excommunicationem, latam, niſi tunc temporis iudex, qui excommunicationem tulerat, non haberet amplius iuriſdictionem in illum, quia tunc cenſetur vnà cum iuriſdictione præceptum, & cenſuram expiraſſe; Ita Soto in 4. D.22. q.1. A.2. Nauar. in man. c. 25. num.46. & Bonacina, cum Filliuc. & Suarez loc. ſupra cit. 40

Factus potens tenetur reſtitutionem facere, alias incurreret Excōmunicationem.

Soto. Nauarrus. Bonac. Filliucius. Suarez.

DE CÆTERIS CAVSIS, EXCVſantibus ab effectibus excommunicationis.

CAP. IX.

QVinta in ordine cauſa, excuſans ab excommunicatione contrahenda (*eſt: Metus grauis incurrendi aliquod notabile damnum, & detrimentum propriæ vitæ, ſiuè honoris, & huiuſmodi*;) Vndè quando metus eſſet talis, qui excuſaret à peccato mortali, excuſaret etiam ab excommunicatione, impoſita ab Eccleſia contra talem actionem facientem: & Ratio huius eſt, quia præcepta Eccleſiæ, benignè ſunt interpretanda: Nec eſt credibile piam matrem Eccleſiam velle obligare filios ſuos cum tanto onere, & rigore, ergo metus grauis excuſat ab excommunicationibus incurrendis, quæ non infliguntur, niſi propter contumaciam; Ita communiter ferè omnes Doctores, vt Nauar. d. c. 27. num.63. Suarez de Cenſ. D.4. ſect.3. num.13. Auila 2.p. D.8. d.10. alijque, quos refert Bonacina de Cenſ. D.1. q.2. p.3. num.2. 1

Quinta cauſa excuſans eſt Metus grauis.

Ratio aſſertionis.

Nauarr. Suarez. Auila. Bonacina. Aſſertio 2.

Dico ſecundò; Si lex illa contra quam agens incurrere debet excommunicationem, non ſolum ſit Eccleſiaſtica, ſed etiam Diuina, quæ non excuſat à peccato mortali, prout eſt Diuina, excuſat tamen metus à præcepto Eccleſiæ, ex quo pendet excommunicatio propter contumaciam cōtra præceptum Eccleſiæ, e.g. ſi lata eſſet excommunicatio contra ſacrilegos, vel inceſtuoſos, ſi quis ex metu mortis committeret dictum peccatum ſacrilegij, ſiuè inceſtus prohibiti ſub excommunicatione latę ſententię; Ille talis excuſatur ab excommunicatione Eccleſiæ, quamuis a tranſgreſſione legis Diuinæ excuſatus eſſe non poſſet: potius enim mors corporalis eſt eligenda, quàm facere contra Diuinam legem; Ita Filiuc. d. tr.11. c.8. q.10. num.269. 2

Metus licèt non excuſet à Diuino præcepto, excuſat tamen ab excommunicatione.

Filliuc.

Verum eſt tamen, quod ſi metus incureretur directè in contemptum Eccleſiaſticæ poteſtatis, ſiue Religionis Chriſtianæ: tunc ſicut non excuſatur à culpa mortali, ità nec ab excommunicatione: Cuius ratio eſt, quia in tali caſu, etiam cum periculo mortis tenebitur, quiſq; fidelis talem legem ſeruare, eò quod tunc agitur de vitando contemptu Religionis Chriſtianæ, & Eccleſiæ, quod eſt bonum commune, ideòque præferendum eſt bono particulari propriæ vitæ; Ita omnes Doctores ferè communiter, quos citat, ſequiturque Bonac. de Cenſ. D.1. q.2. p.3. nu.2. concordant Filliuc. d. tr.11. c.8. q.14. & Suarez de cenſ. D. 6. ſect.3. num.3. & Conink p.2. D.13. d.12. Quamuis Salas de legibus D.11. ſect.1. videatur aliud ſentire. 3

Limitatio, niſi metus incureretur contra Eccleſiæ poteſtatem.

Bonacina. Filliucius. Suarez. Conink.

Ex quo ſequitur, quod ſi Eccleſia præciperet ieiunium ſub excommunicatione ipſo facto, & alicui incureretur metus mortis, niſi comedat cibos prohibitos 4

Frangens ieiunium propter metum mortis nō peccat.

bitos contra formam dicti ieiunij: in caſu frangendo ieiunium non peccat, eò quod Eccleſia non obligat fideles ad ieiunium ſeruandum cum tanto incommodo. Si verò dicatur ab infidelibus; ſiue Hæreticis: Comede cibos vetitos in contemptum Eccleſiaſticæ poteſtatis, tunc in tali caſu, frangendo ieiunium, non ſolum peccaret mortaliter, verùm etiam excommunicationem latam incurreret: tenetur enim in caſu potius mortem ſubire, quam facere aliquod contra præceptum in contemptum Eccleſiæ, & per conſequens excommunicationem latam incurreret, quia exiſtimatur in tali caſu Eccleſia velle obligare. Ita Suarez, Bonacina, & Filliucius loc. ſupra cit.

Limitatio. Niſi metus in cutiatur in cõtemptum Eccleſiæ.

Suarez. Bonacina. Filliucius.

5 Secundò ſequitur; Chriſtianos captos à Turchis poſſe ſine incurſione excommunicationis impellere triremes, ſiuè naues contra Chriſtianos: Cuius ratio eſt, quia hoc faciunt violenter propter metum flagellorum, & non poſſunt aliud agere, quapropter in tali caſu excuſantur, tam à peccato, quàm à cenſura excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ. Ità Suarez de Cenſ. 54. ſect. 3. nu. 13. Conink 2.p.D.13. d.12. & Filliuc. d.tr. 11.c.6.q.4. nu.171. alijque communiter.

Mãcipia Turcharum remigantia contra chriſtianos non peccant.

Suarez. Conink. Filliucius.

6 Dico tertiò; Metum grauem propter neceſſitatem vitandi aliquod ſcandalum excuſare non ſolum à cenſura incurrenda, verùm etiam ab effectibus mediatis ipſius cenſuræ contrahendis; Nam Eccleſia non præſumitur obligare fideles cum tanto incommodo, quare ligatus excommunicatione non incurrit pœnam irregularitatis celebrando aliquando ad euitandum graue ſcandalum, ſi aliter facere non poſſet abſque graui periculo. Ità Bonac. de Cenſ. D. 1.q.2.p.3.nu.6. Soto in 4.D.22.q.1.A.4. Henriq. Azorius, Suarez, & Filliuc. & Nauar. loc. infra citandis.

Aſſertio 3.

Excõmunicatus celebrans propter metũ grauem nõ fit irregularis.

7 Similiter etiam miniſtrando Sacramenta, & audiendo Miſſam, quando huiuſmodi excommunicatus aliter facere non poteſt ſine infamia, & ſcandalo, & nota aliorum. Tunc enim ad vitandam infamiam poſſet quandoque celebrare, audire Sacrum, ſiuè Sacramenta miniſtrare, præmiſſa contritione, & hoc non ſolum abſque nouo peccato, verùm etiam non incurreret irregularitatis pœnam. Ità Nauar. in man. c.27. num.239. Soto in 4.D.22.D.18. q.2.A.5. Suarez de Cenſ. D.6. ſect.3.nu.13. Filliuc. d.tr.11.c.8. q.15.num.271.

Idem dicendũ eſt de miniſtrante Sacramenta propter metum.

Nauarrus. Soto. Suarez. Filliucius.

8 Aduertendum eſt tamen: Metum huiuſmodi ſcandali debere eſſe grauem, & notabilem; non enim ſufficit quæcumque hominum admiratio, etiam cum frequenti ſennocinatione, de tali re, niſi quando ſcandalum eſſet graue, & notabile ad vitandam infamiam, ſiuè mortem, ſiuè quodcumque aliud malum notabile, quando aliter euitari non poſſet, prout benè aduerterunt ſupra citati Doctores, vt Suarez, Bonac. Filliuc. Azorius p.1.D.10.c.31.q.6. Henriq. in ſum. lib.13. de Pœnit. c.15.nu.7. Sayrus de cenſ. lib.2. q.15.nu.4. & Nauar. d.c.27.nu 339. cum alijs.

Metus, & infamia debent eſſe grauia, & notabilia.

Suarez. Bonacina. Filliucius. Azorius. Henriquez. Sayrus. Nauarrus.

9 Sexta cauſa examinanda, quo ad effectus excommunicationis incurrendos excuſans, poteſt eſſe (*Voluntas, ſeu conſenſus illius, in cuius fauorem talis ſententia excommunicationis incurrenda fuit obtenta:*) e. g. obtinuit aliquis à Summo Pontifice, ſiuè ab Epiſcopo; Excommunicationem contra ſuos debitores, ſi non reſtituant infra ſpatium ſex menſium; Quæritur an ſi talis pars, inſcio Pontifice concedat debitoribus ſuis, alios ſex menſes ad ſoluendum debitum, dicti debitores, elapſis primis ſex menſibus afficiantur vinculo excommunicationis, latæ à Pontifice contra non reſtituentes.

Sexta cauſa excuſans: vt remiſſio partis.

An prolongatio debeat fieri de licentia Iudicis?

10 Reſpondetur; In hac re; Duas eſſe opiniones: quarum prima eſt Nauar. in man. c.27. num.25. Vgolin. de Cenſ. tab.1. c.20. §. vltimo; Sayri de Cenſ. lib.1. c.11. num. 20. & aliorum, dicentium, quod ſi talis prorogatio temporis fiat ſciente Pontifice valet, ſi vero fiat illo inſcio non eſt ſufficiens talis prorogatio facta à ſolo creditore, quia (inquiunt) actus differendi, vel ſuſpendendi ſententiam eſt actus iuriſdictionis, quæ non competit creditori, ſed iudici, ergo talis ſuſpenſio non habebit effectum, quo ad ſuſpenſionem excommunicationis incurrendæ: Nam verba ſententiæ afficiunt illud, quod ſonant: Verba autem excommunicationis obtentæ ſonant, & ſignificant reſtitutionem faciendam eſſe infra ſpatium menſium ſex, ergo illis elapſis ligantur debitores pęna cenſuræ, non obſtante prorogatione facta à creditore, ſine Pontificis conſenſu.

1 Sententia. Nauar.

Vgolin. Sayr.

Ratio illius ſententiæ.

11 Secunda ſententia eſt communior, atque probabilior, abſolutè dicens: In hoc caſu ſufficere ſolum conſenſum ipſius creditoris, ad cuius inſtantiam, & fauorem lata fuit excommunicatio; quorum ratio eſt clariſſima: Nam ſicut condonante creditore debitum, ceſſaret excommunicatio, etiam ſi iudex id neſciat ratione materię ablatę, ſupra quam cadebat excommunicatio; Ità concedente dilationem, vel ſuſpendente obligationem debitoris, excommunicatio ſuſpenditur, quia ſicut ſe habet cõdonatio debiti ad tollendam excommunicationem; ità ſe habet ſuſpenſio obligationis debiti ad ſuſpendendam excommunicationem. Iudex enim non magis intendit obligare debitorem, quam vult, & intendit ipſe creditor in cuius fauorem, & inſtantiam conceſſa fuit excommunicatio, ergo. Ità Suarez de Cenſ. D. 3. ſect.6.nu.8. Conink D.14.d.16. nu.199. & Bonac. de cenſ. D.1.q.2.p.4.nu.1. Angel. verbo excommunicatio nu.2. Filliuc. d.tr.11.c.3.q.12. nu.80. & colligitur ex c. Præterea de Appellat.

2. Sententia.

Ratio ſecundæ ſententiæ.

Suarez. Conink. Bonacina. Angelus. Filliucius.

C. Præterea.

12 Ad rationes verò prioris ſententiæ: Reſpondetur actum differendi excommunicationem directè, & poſitiuè eſſe actum iuriſdictionis, pertinentem ad iudicem; Verum eſſe: At ſuſpendere excommunicationem per ſubtractionem materiæ, & condonationem, ſiue prorogationem ſoluendi debitum non eſt actus iuriſdictionis, quapropter prorogando terminum non exercet iuriſdictionis actum, nec ſuſpendit excommunicationem directè, ſed tantùm ſuſpendit indirectè, quatenus condonat ſolutionem debiti ad certum tempus; ideò &c.

Soluuntur rationes prioris ſententiæ.

13 Ad ſecundam inſtantiam, ſiuè rationem etiam reſpõdetur. Verum eſſe; Verba ſententiæ facere tantum, quantum ſonant, iuxta mentem, & voluntatem ſuperioris: At mens, & volũtas ipſius ſuperioris cenſetur, vt nolit obligare debitores, niſi iuxta voluntatem ipſius creditoris, in cuius fauorem excommunicationem conceſſit: Ideòq; rationes prioris ſententiæ nihil obſtant contra ſecundam ſententiam, quæ videtur, & eſt probabilior.

Soluitur ſecunda ratio.

14 Sed difficultas modo eſt: An elapſo toto tempore protogato, ſi debitor non adimpleat ſolutionem incurrat excommunicationem latam à Pontifice pro reſtitutione facienda in tempore præfixo, quod prolongatum fuit à creditore ſine conſenſu Pontificis?

Difficultas.

15 Reſpondent aliqui Doctores, vt Nauar. d. c. 27. num. 26. & Angelus: verbo excomm. 1. num. 2. dicentes: Non incurrere amplius excommunicationem latam à Pontifice, & Ratio iſtorum eſt, quia in tali prorogatione facta à creditore non adfuit Prælati conſenſus: tantum enim ipſe præfixit terminum menſium ſex: Voluntas autem ſolius creditoris non eſt ſufficiens, vt debitor tempore illo afficiatur vinculo excommunicationis,

1. Sententia. Nauarri. Angeli.

eo quod talem poteſtatem, & iuriſdictionem non habet.

16 *Secunda ſententia.*

His tamen non obſtantibus: Reſpondetur probabilius eſſe, quod debitor, elapſo tempore prorogationis ſibi à creditore conceſſo, in cuius fauorem lata fuerat excommunicatio incurrat in excommunicationem, latam à Pontifice: Nam terminus præfixus in excommunicatione non fuerat appoſitus à Pontifice ad finiendam obligationem ſolutionis, adeò vt debitor amplius non teneatur ſoluere ſub excommunicatione, ſi infra terminum præfixum non ſoluiſſet, ſed ad ſolicitandam ſolutionem, quare in prorogatione termini facta à creditore, idem terminus eſſe cenſetur, eò quod prorogatio ſemper fit ſub eadem conditione, ſi non ſoluat incidat in eandem pœnam.

Terminus nō præfigitur ad finiendam obligationem, ſed ad ſollicitandam.

17 *Concluſio.*

Dicimus ergo excommunicationem incurri ex vi prioris ſententiæ iudicis, cuius conſenſus adeſt virtualiter, eò quod ad inſtantiam creditoris illam tulit, relinquendo in poteſtare illius, temporis prorogationem. Ita Suarez tom. 5. de cenſ. D. 3. ſect. 6. nu. 11. Filliuc. d. tr. 11. c. 3. nu. 82. & c. 8. q. 8. nu. 244. & Bonac. de Cenſ. D. 1. q. 2. p. 4. num. 2. cum alijs: ex qua concluſione patet reſponſio ad rationem prioris opinionis Nauarri, & Angeli.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

18 *Septima cauſa eſt Iniuſtitia ſententiæ.*

Septima cauſa examinanda eſt: (*Iniuſtitia ipſius ſententiæ excommunicationis*,) quæ, ſi tantum iniuſta ſit ex ordine iuridico accidentali non ſeruato, non excuſat, cùm talis excommunicatio licèt fuerit iniuſte lata, eſt tamen valida, vt ex ſupradictis conſtat: Si verò ſit iniuſta ex eodem iure ſubſtantiali non ſeruato tunc excuſat, eò quod talis excommunicatio nulliter fuit lata propter defectum ſubſtantialem; prout plenius explicatum eſt à nobis; in tractatu quinto huius ſecundæ partis c. 4. num. 3. & dicetur infra in hoc præſenti capitulo in octaua, & vltima cauſa excuſante ab excommunicatione: legite Filliuc. d. tr. 11. c. 8. num. 221.

Iniuſtitia qualis debet eſſe.

Filliucius.

19 *De Iniuſtitia ex defectu legitimæ probationis.*

Dico ſecundo ſi ſententia ex defectu legitimæ cauſæ non probatæ fuit iniuſta; tunc diſtinguendum eſt: vel talis probatio defuit, eò quod legitimè facta non fuit, tunc excuſat, quia talis ſententia lata, cauſa non ſubſiſtente, eſt ipſo iure nulla: Si verò cauſa verè ſubſiſtit, ſed legitimè probata non ſit: tunc iterum ſubdiſtinguo: quod quando cauſa eſt dubia; & iudex in fauorem vnius partis excommunicationem ferat: Valida cenſenda eſt excommunicationis ſententia: nam in dubijs habendum eſt pro ſententia; Si verò cauſa ſit præſumpta, & in iudicio legitimè probata non ſit: tunc ſi verè non adhæreat cauſa non obligat, cùm in rei veritate ſit nulla propter defectum cauſæ; ſi verò ſit probata in iudicio, tunc eſt valida, & cenſenda eſt talis, ſaltem in foro externo, non autem in foro conſcientiæ: Non enim credibile eſt Eccleſiam velle priuare innocentem ſpiritualibus bonis, niſi quantum ad reuocandum à contumacia: prout plenius in tract. 5. c. 4. ſupra citato explicatum eſt.

20 *Octaua cauſa eſt nullitas ſententiæ.*

Octaua tandem cauſa examinanda excuſans ab effectibus excommunicationis incurrendis (*eſt nullitas ſententiæ*;) ſi enim excommunicationis ſententia, ſit valida, nullum poteſt habere effectum, neque obligationem aliquam inducere poteſt, & in hoc omnes conueniunt, & nulla eſt controuerſia.

21 *Difficultas An intelligatur de foro externo, an interno?*

Sed difficultas eſt, de qua nullitate agatur de foro interno, & conſcientiæ tantum, an etiam de externo?

Reſpondetur tamen breuiter, quod; Quotieſcumque talis nullitas manifeſta eſt in vtroque foro interiori, & exteriori, tunc liberè contra agi poteſt; Non enim timenda eſt coram Deo, cum nulla ſit culpa neque coram Eccleſia, quia conſtat de eius nullitate, ideoque nulla pœna iuris incurritur, vt irregularitatis, &c. Si vero non conſtet in foro Eccleſiæ de eius nullitate, ſed ſolùm in foro conſcientiæ: tunc in caſu abſtinendum eſt à participatione actiua, & paſſiua Sacramentorum, & à communione fidelium, ſaltem publicè ad euitanda ſcandala, donec conſtet de eius nullitate per ſententiam declaratiuam: Secretè autem quando non adſit ſcandalum, non eſt ſeruanda, cùm in rei veritate ſit inualida: prout ſupra plenius in tract. 5. c. 4. explicatum eſt, loquendo de cauſa formali excommunicationis.

Excommunicatio nulliter lata manifeſta non eſt timenda.

Quando non conſtet de eius nullitate quid faciendum?

Quæritur ſecundo: In quibus caſibus excommunicatio lata in iure ſit nulla (loquimur autem, tam de iure generali, quam ſpeciali.)

22 *Quando excōmunicatio ſecundum iura ſit nulla.*

Reſpondetur excommunicationem tribus modis inualidam eſſe poſſe; Primo quando lex non eſſet legitimè, & ſufficienter promulgata, vel ſi eſſet promulgata, non tamen eſſet vſu recepta, & moribus acceptata: tunc enim leges, ſecundum iuriſtas in materia de legibus non habent vim obligandi, prout habetur ex c. In iſtis D. 4. & L. Leges C. de legibus. Ità Bonacina tom. 2. de legib. quæſt. 1. p. 1. num. 5. & Nauarrus in man. Paludanus 9. num. 8.

Tribus modis excōmunicatio ſecundum iura eſt iniuſta.

Primò ſi non eſſet promulgata.

C. In iſtis D. 4. Leg. Leges. C. De leg. Bonacina. Nauarr. Paludanus.

23 *Secundò ex defectu poteſtatis ferētis.*

Secundò ex defectu poteſtatis ferentis, quando legiſlator non habuiſſet poteſtatem, & iuriſdictionem ferendi talem legem ſub pœna excommunicationis: tunc enim talis lex diceretur nulla, & iniqua, etiam ſi res præcepta æquiſſima eſſet, & hoc propter defectum vſurpatæ iuriſdictionis, prout dicunt omnes communiter in materia de legibus.

24 *Tertiò ex malitia rei præceptæ.*

Tertiò, ex iniquitate rei præceptæ, eo quod res præcepta in lege in ſe ſit mala: tunc enim in conſcientia talis lex obligare non poteſt, cùm ſit contra animam: prout explicat Gloſſa in c. Ad præſentiam de Appellat. & Nauarrus in c. Cum contingat de Reſcript. d. 2. num. 4. & Couar. in cap. Alma p. 1. §. 7. num. 7.

Gloſſa. Nauar. Couaruuias.

25 *De nullitate excōmunicationis ab homine.*

Quæritur tertiò: De nullitate excommunicationis, latæ ab homine; Quæ & quotuplex eſſe poſſent.

Reſpondetur, quod licèt à Canoniſtis huiuſmodi nullitates multipliciter numerentur: Nos autem breuitatis gratia ad tria capita reducemus: Quorum primum quatrupliciter conſideratur: Primò ex defectu iuriſdictionis, ſiuè abſolute, ſiuè per articulum, in cuius ratione lata eſt excommunicatio; vt conſtat ex c. Nullus de Parochis, & c. fin. de Præbend. dignit. Secundò ſi ſit interpoſita legitima appellatio, de qua iam dictum eſt ſupra in præcedenti capitulo à num. 27. vſque ad 36. incluſiuè: Tertiò, quando lata eſſet ab intruſo, hoc eſt à cenſurato, ſiuè ſuſpenſo ſimpliciter: Nam cum huiuſmodi ſint iuriſdictione priuati, vel ſuſpenſi, non poſſunt valide ferre excommunicationis ſententiam: & Quartò, ſi Epiſcopus contra exemptos ferret excommunicationem: Tunc in his caſibus erit nulla ex defectu iuriſdictionis, prout colligitur ex c. Quanto de Priuilegijs: Et hæc de effectibus excommunicationis maioris dicta ſufficiant.

C. Nullus. C. Fin. de præbendis.

C. Quanto de priuilegijs.

TRA-

TRACTATVS VII.

Et de Abſolutione ab Excommunicationibus. T. III.

PROOEMIVM.

Excommunicationis deſcriptio.

Diuiſio Tractatus.

EFfectibus maioris excommunicationis in præcedenti Tractatu ſufficienter explicatis, vt doctrina erdo ſecundum morem noſtrum conuenienter ſeruetur, ſequitur, vt conſequenter dicatur de abſolutione ipſius excommunicationis vinculi: Eſt autem excommunicatio præcipua quædam ſpecies Cenſurarum, & vinculum quoddam Eccleſiaſticum, ligans fideles in vtroque foro, propter ipſorum contumaciam, virtute clauium ab Eccleſiaſtica poteſtate inſlictum, quod niſi per eamdem poteſtatem auferatur ſolui non poteſt: quapropter in præſenti Tertio in ordine de excommunicatione tractatu de abſolutione excommunicationis ligaminis, eſt dicendum. In quo tria veniunt nobis conſideranda. Primum circa poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione: Deinde de ijs, qui a dicto excommunicationis vinculo abſolui poſſunt, & poſtmodum de modo, & forma, qua excommunicatio abſolui debet, de quibus omnibus ſpecialiter eſt dicendum.

DE IIS, QVI AB EXCOMMVNICAtione poſſunt legitimè abſoluere.

CAP. I.

1 *Diuiſio excõmunicationum.* *Tria ſunt conſideranda.* *Primum de abſolutione ab excommunicationibus in iure, non reſeruatis.* *Secundum de reſeruatis in iure.* *Tertium de excommunicatione ab homine.*

SVpponimus Primò: excommunicationem maiorem, de qua in præſenti loquimur, aliam eſſe à iure, aliam ab homine, aliam reſeruatam, aliam non reſeruatam. Quò ſuppoſito; tria veniunt in hoc præſenti capitulo conſideranda. Primum, quis poſſit abſoluere ab excommunicationibus iuris, ſiuè vniuerſalis, idest per legem communem, ſiuè per ſtatutum, quod etiam ſub nomine iuris comprehenditur, licèt non ſit tale ius vniuerſale, ſed particulare pro aliqua Prouincia, Diœceſi, vel Ciuitate. Secundum, qui poſſunt abſoluere ab excommunicationibus in iure reſeruatis. Et tertium, qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione ab homine.

2 *Excommunicatio non tollitur niſi mediante abſolutione.* *Ratio aſſertionis.* *C. Cum deſideres.* *Inferentia.*

Secundò ſupponimus excommunicationem contractam, licet ſit vinculum diſſolubile, &c. ſublata contumacia excommunicati, tale vinculum poſſe diſſolui: nam emendatio eſt ſufficiens ratio, vt ſit tribuenda abſolutio, vt habetur ex c. Fronte de Appellat. De facto autem non tollitur, donec abſolutio legitima tribuetur: Non enim tollitur ablata contumacia excommunicati: Nam ſicut ad inſligendam excommunicationem non eſt ſufficiens ſolum peccatum, aut voluntas partis leſæ, ſed neceſſaria eſt auctoritas iudicis abſoluentis, ſiuè iuris inſligentis illam. Ità eadem auctoritate, & ſententia opus eſt, vt tollatur, ex quo ſequitur tolli non poſſe, niſi mediante legitima abſolutione: patet hoc ex c. Cum deſideres de ſentent. excommunicat. quia licèt per emendationem, & ſatisfactionem exhibitam ſublata ſit contumacia, non tamen peracta eſt ſufficiens pœnitentia pro culpa commiſſa, niſi ſequatur abſolutio ab habente poteſtatem.

Ex quo ſequitur; Excommunicationis vinculum contractum non poſſe auferri niſi per ſolutionem ab eo: Non enim Eccleſia habet maiorem poteſtatem ligandi, quam ſoluendi in vtroque foro; patet hoc ex illo Matt. c.18. *Quæcumque ſolueritis, & ligaueritis ſuper terram; erit quoque ligatum, & ſolutum in Cælis:* colligitur hoc ex c. A nobis de ſentent. excommunic. vbi dicitur quod: *Si quis excommunicatus ante abſolutionem excommunicationis mortuus fuerit, etiam ſi ſigna veræ pœnitentiæ, & contritionis oſtendiſſet, hoc tamen non obſtante abſoluendus eſt poſt mortem, ſaltem indirectè, vt ſit capax Eccleſiaſticæ ſepulturæ, fideliumque ſuffragiorum:* ergo ſola ablatio contumaciæ non eſt ſufficiens ad tollendum excommunicationis vinculum. Ità communiter Theologi, & Canoniſtæ; vt Couar. in cap. Alma p.1. §. 11. num. 5. Conink p.2. D.14. d.16. num.199. Suarez de cenſ. D.6. ſect.1. Filliucius de excommunicat. tr. 13. c.9. quæſt.3. num.279. 3

Matth. c.18. *C. A nobis.* *Couarruuias.* *Conink.* *Suarez.* *Filliucius.*

4 *Quæſtio 1.* *Quis poteſt abſoluere ab excommunicatione iuris nõ reſeruata?* *Quilibet confeſſarius proprius ab illis poteſt abſoluere.* *Ratio aſſertionis.* *C. Nuper.*

His ſuppoſitis quæritur primò: Quis poteſt abſoluere ab excommunicatione maiori iuris, ſiuè vniuerſalis, ſiuè particularis, quando non eſt reſeruata?

Reſpondetur: Non ſolum Epiſcopum (vt aliqui putant) verum etiam proprium Parochum, vel quemcumque alium confeſſarium, deputatum, qui poteſt fideles à mortalibus abſoluere, poteſt etiam ipſos iure communi ab omnibus, & quibuſcumque excommunicationibus in iure non reſeruatis abſoluere; & Ratio huius eſt, quia eò ipſo, quod iuris conditor, neque ſibi, neque alijs talem abſolutionem reſeruauit, cenſetur alijs confeſſarijs talem facultatem ab illis abſoluendi conceſſiſſe. Ità habetur ex c. Nuper de ſent. excom. vbi proprio Sacerdoti datur facultas abſoluendi ab excommunicatione contracta, in iure non reſeruata: proprius autem Sacerdos dicitur ille, qui poteſt à mortalibus abſoluere. Ità Bonac. de Cenſ. D.1. quæſt.3. p.1. num.9. Nauar. c.27. num.44. Soto in 4. D.22. quæſt.2. A.3. concl.1. Caiet. Verbo excommunicatio minor, Couar. c. Alma p.1. §.12. num.6. Auila p.2. c.7. D.1. d.1. Sayr. de Cenſ. lib. 5. c.15. nu.22. Conink p.2. D.14. d.16. nu.257. Filliuc. d. tr.13. c.9. q.4. num.283.

Bonacina. *Nauarr.* *Soto.* *Caiet.* *Couar.* *Auila.* *Sayrus.* *Conink.* *Filliucius.*

5 *Niſi aliter ſit facta ordinatio ab Epiſcopo.*

Dixi autem (*Iure communi,*) quia in aliquibus Diœceſibus ordinatum eſt per ſtatuta particularia: Ne ſimplices confeſſarij abſoluant à quacumque excommunicatione maiori, reſeruando ſibi tales Epiſcopi talem abſolutionem: & ideò dixi (*De Iure communi,*) quia vbi talis non eſt facta reſeruatio, & prohibitio, poterit quilibet confeſſarius, ſecundum ius commune abſoluere à quacumque excommunicatione, etiam maiori, dummodo non ſit reſeruata: Vndè quando aliqui dicunt; Conſuetudine receptum eſſe, vt ab excommunicatione maiori non poſſint abſoluere, niſi proprij Epiſcopi, intelligitur, vbi talis facta eſt prohibitio per conſtitutiones Synodales, non autem communiter, vt benè aduerterunt Suarez de cenſ. D.7. ſect.4. nu.31. & Filliuc. d. tr.13. c.9. num.284.

Suarez. *Filliucius.*

6 *Excommunicationem latam ab homine quis poteſt abſoluere.* *Vaſquez.* *Valentia.* *Filliucius.* *Bonacina.*

Dixi etiam (*Per ſtatutum generale*) quia excommunicatio lata per ſententiam particularem contra particularem aliquam perſonam, auferenda eſt ab eo, qui eam tulit, vel ab eius ſucceſſore, vel ſuperiore, vel ſaltem ab habente facultatem delegatam ab Epiſcopo, vel à ſuperiore, & hoc, ne perturbetur ordo iudicandi. Ità Vaſq. D.20. num.18. Valent. tom.4. D.7. q.13. p.8. Filliuc. & Bonac. loc. cit.

7 *Quæſtio 2.* *Ab excom. reſeruata quis abſoluere poteſt.*

Quæritur ſecundò; Quis poſſit abſoluere ab excommunicationibus in iure reſeruatis?

Reſpondetur, quod quotieſcumq; aliqua excommunica-

Digitized by Google

municatio reſeruata eſt in iure alicui Prælato, tunc non poteſt abſolui, niſi ab eo, cui facta eſt reſeruatio vel à ſucceſſore ipſius in eadem dignitate, vel à ſuperiore, vel à delegato ipſius, cum hac tamen differentia, quod delegatus tantum poteſt abſoluere, quantum per delegationem ſibi permiſſum fuit, ſecundum voluntatem delegantis, eò quod delegatus ex ſe non habet iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatam, prout à delegante conceditur. Ita Nauar. c.27.nu.39.Suarez de cenſ.D.7.ſect.3.& 4.nu.9.Sayrus lib.5.c.15.num.32.Auila p.2.c.5.D.1.d.4. Henriquez lib.1.c.27. Filliucius de cenſ.tr.11.c.9.quæſt.4. num.28.

Nauarr. Suarez. Sayrus. Auila. Henriquez. Filliucius.

8 *In articulo mortis quilibet Sacerdos ſimplex poteſt abſoluere.*

Hæc autem delegatio primò facta eſt ab Eccleſia in articulo mortis pœnitentis, cuilibet Sacerdoti legitime ordinato, ſiue ſit approbatus ad confeſſiones fidelium audiendas, ſiuè non, ſiuè ſit ſuſpenſus, ſiuè interdictus, ſiue degradatus, ſiuè irregularis, ſiuè excommunicatus, etiam vitandus, ſiuè etiam ſit hæreticus, ſiue ſchiſmaticus: *Limitatio.* Quandò tamen non adſit Prælatus, cui talis excommunicatio fuit reſeruata, vel alius confeſſarius Catholicus, vel approbatus, qui velit, & legitime poſſit abſoluere morientem: patet hoc ex Trid. Concil. ſeſſ.14. c.7. *Concil. Trid.* Vbi propter tale periculum mortis facta eſt delegatio cuilibet Sacerdoti, vt in tali articulo poſſit abſoluere morientem à quocumq; caſu, & excommunicatione etiam Summo Pontifici reſeruata. Ita Suarez de cenſ.D.7.ſect. 7.num.6. Auila p.2.c.7. D.1.d.1. Vgolin.c.1.c.4.§.5. Sanchez in ſum.lib.2.c.13.num.13. Molin.tom.4.D. 63.nu.7. Valent.tom.4.D.7.q.10.p.2. Conink p.2.D. 8.d.12.nu.90.& Filliuc.d.tr.11.c.9.q.5.num.5.& Bonac. de cenſ. D.1.q.3.p.3.nu.3. alijque communiter.

Suarez. Auila. Vgolinus. Sanchez. Molina. Conink. Filliucius. Bonacina.

9 *Laicus, & nõ Sacerdos non poteſt ab excõmunicatione abſoluere etiam in mortis articulo. Ratio aſſertionis.*

Ex quo ſequitur: Laicum, ſiue Clericum, qui non eſt Sacerdos non poſſe ab excommunicatione abſoluere, etiam in mortis articulo, niſi habeat ad hoc ſpeciale priuilegium: & Ratio huius eſt, quia Sacerdos quilibet, ideò poteſt ab omnibus excommunicationibus abſoluere in tali caſu, eò quod abſolutio cenſurarum præcedere debet peccatorum abſolutionem: Abſolutio autem peccatorum dari non poteſt, niſi à Sacerdote, cui conceſſa eſt poteſtas clauium, vt communiter omnes fatentur, ideòque Trident. Concil. tantummodò mentionem fecit Sacerdotum, & non aliorum: ergo.

10 *Aliquorum ſententia in oppoſitum.*

Et quamuis aliqui Doctores videantur dicere, quod: quando nõ adſit Sacerdos poterit etiam Laicus à cenſuris morientem abſoluere ex intentione Eccleſiæ, concedentis in huiuſmodi periculo cuilibet facultatem abſoluendi à quacumque excommunicatione, eò quod talis abſolutio non eſt Ordinis, ſed iuriſdictionis. Ità Henriq. in ſum. lib.6.c.9.nu. 3. Sylueſt. verbo Abſolutio nu.8. & Angelus num.3. quos nouiſſimè ſequitur Diana p.5. tr. 9. de excommunicatione reſol.7.

Henriquez. Syluester. Angelus. Diana.

11 *Contraria ſententia eſt probabilior.*

Contraria tamen ſententia eſt communior, & probabilior, quam ſequuntur. Suarez cum alijs nu.8. citatis quibus addo Ioan. Præpoſitum in 3.p.q.1. de cenſ.D. 14.nu.95. Fabrum in 4.D.25. de cenſ.D.4.c. 8.q.1. num.257. Turrianum de cenſ.lib.2.D.24.d.4. Hurtado de excom.D.15.diffic.1.nu.3. & Bonac. de Cenſ.D.1.q.3.p.3.nu.3. & Ratio iſtorum eſt, quia talis abſolutio excommunicationis in tali articulo, neque vtilis eſt, neque neceſſaria, quia ſi moriens eſt vere penitens, & contritus ſaluabitur, ſine tali abſolutione, & poterit poſt mortem dari illi legitima abſolutio ab habente poteſtatem, ſaltem indirectè, vt dicetur, adeò, vt corpus defuncti poſſit ſepeliri in loco Sacro, & eſſe particeps ſuffragiorum Eccleſiæ. Si autem non eſt cõtritus nihil illi proderit excommunicationis abſolutio data à non Sacerdote, ideòq; &c.

Suarez. Io. Præpoſit. Faber Fauentinus. Turrianus. Hurtado. Bonacina. Ratio ſecundæ ſententiæ.

12 *Quæſtio 3. Quis dicatur mortis articulus.*

Sed quæritur modò: Tertiò quis, & qualis dicatur mortis articulus, in quo quilibet ſimplex Sacerdos poteſt abſoluere à cenſuris, & caſibus reſeruatis?

Explicantur multi caſus, qui dicuntur eſſe articulum mortis.

Reſpondetur quod; Articulus mortis non ſolum intelligitur extremum periculum mortis, proueniẽs ex infirmitate, ſed ſufficit omne, & quodcumque probabile mortis periculũ, quod multipliciter prouenire poteſt: Primò quando quis cogitur periculoſam nauigationem incipere, vel iter longum latronibus expoſitum, vel quando pugnaturus eſt in bello perurgente, aut quando fœmina eſt partui proxima, & nondum alias peperit, vel ſi alias peperiſſet experta eſt, ſe parere cum periculo mortis: Vel tempore magni terremotus, & periculoſæ tempeſtatis, ſiuè infectionis aeris, in quo multi homines ſæpe ſubitanea morte moriuntur; in quibus, & ſimilibus caſibus abſolutio peccatorum, & cenſurarum impendi poteſt a quolibet Sacerdote, etiam ſi talia peccata, & excommunicationes eſſent Summo Pontifici reſeruata: Nam Eccleſia in huiuſmodi periculis conceſſit, & concedit cuilibet Sacerdoti facultatem abſoluendi taliter periclitantes, ne improuiſa morte præuenti in æternum pereant, ideòque talis confeſſio facta eſt, vt patet: ex Trident. ſeſſ. 14.c.7. Ità Suarez de Pœnit.tom.4.D.26.ſect.4.nu.3. Sanchez in ſum.lib.2.c.13.nu.1. Vaſq. de Pœnit.q.93. A.1.d.5. Bonac. de cenſ. D.1.q.3.p.3.nu.4.& Regin. lib.9.num.10.

Eccleſia in mortis periculo concedit talem facultatem. Conc. Trid. Suarez. Sanchez. Vaſquez. Bonacina. Reginaldus.

13 *Limitatio aſſertionis.*

Notandum autem, quod quando in tali mortis articulo adeſt Sacerdos ſimplex non approbatus, & alijs Sacerdos approbatus, licèt in alia Diœceſi, abſolutio reſeruatorum impendenda eſt ab approbato, nam in hoc caſu ceſſat neceſſitas propter quam confeſſio fieri poteſt cuilibet ſimplici Sacerdoti: Si verò Sacerdos approbatus eſſet excommunicatus, *Limitatio huius aſſertionis.* maximè vitandus, tunc talis confeſſio facienda eſt Sacerdoti non excommunicato, licèt adhuc ad confeſſiones audiendas admiſſus non fuiſſet: & Ratio huius eſt, *Ratio limitationis.* quia excommunicatus vitandus prohibitus eſt ab Eccleſia, ne Sacramenta adminiſtret, & caret iuriſdictione: Sacerdos verò ſimplex tunc temporis non caret iuriſdictione, quia conceditur illi miniſtrare in tali caſu Pœnitentiæ Sacramentum. Ità Vaſquez de Pœnit.q.93.d.4. num.19. Suarez, Reginaldus, & Bonacina numero præcedenti citati, cum alijs.

Vaſquez. Suarez. Reginaldus. Bonacina.

14 *Limitatur aſſertio. Excõmunicatio eſt maius vinculum cæterarum cenſurarum.*

Præſente verò Sacerdote Catholico ſuſpenſo, vel interdicto, ſiuè etiam irregulari, & alio Sacerdote excommunicato, vitando: tunc abſolutio potius danda eſt à Sacerdote ſuſpenſo, interdicto, ſiuè irregulari, quam ab excommunicato, eo quod excommunicatio eſt maius impedimentum, & fortius vinculum, quàm vincula aliarum cenſurarum: Si verò talis Sacerdos fuiſſet publicè degradatus, *Limita, niſi ſit degradatus.* tunc potius danda eſt abſolutio ab excommunicato, quam à degradato, eo quod degradatio ſit maius impedimentum, vt videbitur loco ſuo, cum de Degradatione dicetur. Ità Suarez tom.4.de Pœnit.D.16 ſect.4.& tom.5.de cenſ.D.11. ſect.1. nu.12. Sayr. de cenſ.lib. 2.c.2. Sanchez in ſum.lib.2.c.3.nu.10. Nugn. in addit. 3.p.q.8.Ar.6.d.4. Nauar.c.27.n.9.& Vaſq. de Pœnit. q.93.D.4.num.18.

Suarez. Sayrus. Sanchez. Nugnus. Nauarr. Vaſquez.

15 *Notand. pro excõmunicatione Summo Pontifici reſeruata. Dandũ eſt in caſu iuramentum, ad ſe ſiſtendum.*

Notandum ſecundò: Quod quando quis in mortis articulo abſoluitur ab excommunicationibus reſeruatis Summo Pontifici, tunc à confeſſario extorquendum eſt iuramentum pœnitentis ante abſolutionem, ſe ablato impedimento, ſi ſuperuixerit, & fieri poteſt præſentandi quam primum commodè poterit coram ſuperiore, qui de iure

poteſt

poteſt extra illum articulum abſoluere à tali excō-municationis vinculo: & tunc ſi talis pœnitens ita abſolutus ſuperuixerit, & non ſe Prælato præſentauerit reincidet in eandem excommunicationem, non numero, ſed ſpecie, vt dicetur.

Incidet in eandem ſpecie non numero.

16 Si vero talis penitens ſit puer, ſiuè adoleſcens, vel habeat impedimentum perpetuum, ſe præſentandi Apoſtolicæ ſedi, vel ſit deſtitutus ſenſibus, ità vt non poſſet ab eo extorqueri tale iuramentum tunc non eſt neceſſe vt tale iuramentum detur: prout dicunt Suarez de cenſ. D. 7. ſect. 8. nu. 25. Henriquez in ſum. lib. 6. c. 10. nu. 11. Conink 2. p. D. 14. d. 16. nu. 235. & 241. Auila 2. p. c. 7. D. 3. d. 4. Bonacina de cenſuris D. 1. q. 3. p. 3. num. 11.

Limitatio: Quando tale iuramentum omitti poteſt.

Suarez. Henriquez. Conink. Auila. Bonacina.

17 Notandum tertio quod in grauioribus delictis, & excommunicationibus reſeruatis in Bulla cœnæ non ſolum extorquendum eſt iuramentum, ſed etiam cautionem, ſiuè fideiuſſoriam, ſiuè pignoratoriam, quando penitens tenetur ſatisfactionem facere pecuniariam, quam tunc præſtare non poteſt: propter inſtantem periculum mortis, vel ſaltem iuratoriam, quando non poſſet dare fideiuſſoriam, ſiuè pignoratoriam. Ità Suarez de cenſuris D. 12. ſect. 3. cum alijs ſupra citatis: Si verò pœnitens, elapſo mortis periculo non ſe Prælato præſentauerit reincidet in eamdem excommunicationem, ſicut prius.

In excommunicationibus reſeruatis in Bulla cœnæ quid faciendum?

Suarez. Re ncidentia excommunicationis.

18 Notandum quarto quod Penitens, quando adeat confeſſarium habentem facultatem abſoluendi à talibus excōmunicationibus reſeruatis extra mortis articulum, aut per Iubilæum, aut virtute Bullæ Cruciatæ, ſiuè alterius particularis priuilegij, vt mediante tali priuilegio obtineat nouam abſolutionem reſeruatorum abſque vllo onere ſe præſentandi: tunc non tenebitur amplius ad præſentationem faciendam de illis: & Ratio huius eſt, quia penitens in tantum tenebatur, ſe ſuperiori præſentare, in quantum voluit vti priuilegio abſolutionis obtentæ in mortis articulo à ſimplici ſacerdote, non habente facultatem abſoluendi, niſi cum illo onere: obtenta autem poſtea abſolutione de nouo ab habente facultatem ceſſat talis obligatio: prout dicunt Suarez de Penit. tom. 4. D. 30. ſect. 1. num. 6. Reginaldus 1. nu. 62. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 13. nu. 11. Auila p. 2. c. 7. D. 3. d. 4. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. nu. 12.

Notandum quarto. Abſolutus poſtea per Bullam de tali excommunicatione non eſt obligatus ſe præſentare Prælato.

Ratio huius aſſertionis.

Suarez. Reginaldus. Sanchez. Auila. Bonacina.

19 Notandum quintò, quod quando penitens abſolutus eſt cum onere ſe preſentandi ad reincidentiam, habita opportunitate, non adimpleat obligationem ſuam ſe præſentandi coram ſuperiore, incidit in eamdem excommunicationem, non numero, eò quòd illa iam fuerat, mediante abſolutione ablata, & idem effectus naturaliter redire non poteſt, ſed incidit in nouam excommunicationem, quæ contrahitur ex iuris diſpoſitione, & auctoritate, non ſolum propter primam cauſam, ſed propter inobedientiam omiſſionis obligationis ſe præſentandi, quam primum commode poterat, habita ratione temporis, & perſonæ: Quapropter non dicitur: reincidere in eamdem numero excommunicationem, ſed in eamdem ſpecie, quia contrahit aliam ſimilem excommunicationem reſeruatam, ſicut erat prior. Ità Suarez de cenſ. D. 22. ſect. 1. nu. 62. Sayrus de cenſ. lib. 3. c. 28. Nauarrus c. 27. nu. 277. & Conink p. 2. D. 14. d. 16. nu. 216.

Notandum quinto.

Nō adimplēs obligationē ſe præſentandi incidit in nouam excōmunicationē reſeruatam.

Non in eamdem numero, ſed ſpecie.

Suarez. Sayrus. Nauar. Conink.

20 Notandum ſextò, quod talis cautio, ſiuè iuramentum ſe repreſentandi ſuperiori, quando quis abſoluitur in articulo mortis à ſacerdote non habente extra illum articulum poteſtatem abſoluendi requiritur tantum in abſolutione excommunicationum reſeruatarum; non autem quando tantummodò habet peccata reſeruata, quibus non eſt annexa excommunicatio reſeruata. Nullo enim iure ſancitum eſt: In abſolutione caſuum reſeruatorum, imponendum eſſe huiuſmodi onus ſe repræſentandi. Ità Suarez, Sanchez, Henriquez, & Bonacina: locis ſupra citatis.

Notandum ſexto. Iuramentum tantum præſtandū eſt pro excommunicatione reſeruata in Cœna nō autem pro alijs peccatis.

Suarez. Sanchez. Henriquez. Bonacina.

21 Quæritur quartò. An quando ſummus Pontifex in Jubilæis, vel extra Iubilæum concedit facultatem confeſſarijs abſoluendi à Cenſuris, & caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, cenſeatur, etiam concedere facultatem abſoluendi à cenſuris, & caſibus, quos Epiſcopi, ſiue alij Ordinarij Prælati ſibi reſeruauerunt: & Ratio dubitandi eſt, quia in hac quæſtione videtur eſſe diuerſitas opinionum inter Doctores. Vnde.

Quæſtio quarta. An facultas conceſſa à reſeruatis Papæ intelligatur etiam de alijs Prælatis inferioribus?

22 Prima ſententia eſt Nauar. in c. Quonundam, de Judæis notab. 11. num. 71. & in man. c. 27. nu. 161. & Graſſij tom. 1. deciſ. lib. 4. c. 15. nu. 28 quos ſequitur Farinacius lib. de Hereſi q. 92. nu. 63. & Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. p. 1. nu. 10. qui tenent partem negatiuam, dicentes: *Papam in conceſſione generali abſoluendi à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, non intendere derogare ſtatuta, & conſtitutiones particulares Prælatorum inferiorum*, prout colligitur ex c. 1. de conſt. in ſexto. Tum quia Clemens VIII. in Bulla quæ incipit: Sacra congregatio &c. decernit: *Impoſterum, ne vllus confeſſarius prætextu cuiuſcumque priuilegij abſoluat pœnitentes à caſibus reſeruatis locorum Ordinarijs.*

Prima ſententia negatiua. Nauarrus. Graſſij. Farinacij. Bonacinæ.

C. 1. de Cōſt. in ſexto. Bulla Clem. VIII.

23 His tamen non obſtantibus oppoſita ſententia videtur probabilior, & magis vſu recepta, dicens, quod: *Quando in Iubilæis ſummus Pontifex concedit facultatem confeſſarijs abſoluendi ab omnibus caſibus ſummo Pontifici reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ: concedit pariter facultatem abſoluendi ab omnibus, & quibuſcumque reſeruatis, etiam à locorum ordinarijs.* Ità enim communi conſuetudine receptum eſt: Quod etiam ipſi contrarij negare non audent: Conſuetudo autem eſt optima legum, & priuilegiorum interpres: Quapropter cum ipſi Epiſcopi talem vſum videant & non reclament, ſignum eſt, eos ità intelligere in tali caſu Pontificis conceſſionem.

Secunda Sententia, affirmatiua.

Ratio ſecundæ ſententiæ.

Cōtraria ſententia omninò negare nō audet ſententiam noſtrā.

24 Deindè in Iubilæis eſt ſpecialis ratio: Nam finis conceſſionis Iubilæi eſt, vt fideles diſponi poſſint ad conſequendam indulgentiam, mediante abſolutione confeſſarij electi ab ipſo, ſed pro tali fine neceſſaria eſt abſolutio, & ablatio reſeruationis non ſolùm Papalis, verum etiam aliorum Prælatorum; ergo, vt conceſſio ſit adæquata, ſecundum intentionem concedentis extendenda eſt etiam ad cenſuras, & caſus alijs Prælatis reſeruatos: Nam Priuilegium Principis latiſſimè eſt interpretandum in fauorabilibus: Quapropter multis ab hinc annis ad maiorem declarationem in Bullis Iubilæi ſemper explicite declaratū eſt, *Vt confeſſarius electus virtute Iubilæi poſſit abſoluere ab omnibus, & quibuſcumque reſeruatis à quocumque Prælato, etiam ſummo Pontifice etiam in Bulla Cœnæ, præter hæreſiam formalem*: vt experientia conſtat, Quapropter de hoc nulla remanet difficultas. Ità Suarez de cenſ. D. 7. ſect. 6. nu. 14. Vgolinus de cenſ. Tab. 1. c. 13. §. 4. num. 10. Filliucius tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 265. Ragucius in lucerna Paroch. de Abſolutione q. 133. nu. 2. Naldus in ſum. Verbo Epiſcopus nu. 8. ſequitur Diana p. 5. tr. 9. de excommunicatione reſol. 70.

Argumentum fortius de Iubilæo.

Priuilegium Principis latiſſime eſt interpretandū.

Suarez. Vgolinus. Filliucius. Ragucius. Naldus. Diana.

25 Ad rationes autem prioris ſententię dicimus: Nihil obſtare contra noſtram aſſertionem; nam c. 1. de ſent. excom. & Decretum Sacræ Congregationis ex mandato Clementis VIII. non loquuntur de Iubilæis pleniſſimis, in quibus conceditur pleniſſima facultas abſoluendi ab omnibus, & quibuſcumque exceſſibus quantumcumque grauiſſimis, etiam Sedi

Soluuntur rationes prioris ſententiæ. Decretū Clementis quomodo intelligitur.

Apo.

[illegible]

Apoſtolicæ reſeruatis, & conceſſa maiori facultate, conceditur etiam minor, ſed loquuntur de priuilegijs ſpecialium Regularium abſoluendi à reſeruatis, quæ non intelliguntur de reſeruatis ab Ordinarijs locorum, neque in Bulla cœnæ. Cùm ergo Summus Pontifex poſſit de ſua auctoritate ſuprema delegare hanc facultatem abſoluendi ab omnibus reſeruatis confeſſarijs, non obſtante reſeruatione facta, nulli dubium eſt, quod in tali caſu concedat talem facultatem, niſi a liter de mente Pontificis aliquando conſtaret.

Concluſio.

26 Quæritur quintò: An quando quis obtinuit facultatem generalem abſoluendi ab omnibus caſibus Summo Pontifici reſeruatis, vt in Iubilæis, vel per Bullam Cruciatæ, ſiue per aliam facultatem ſpecialem: poſſit talis confeſſarius electus abſoluere penitentem etiam ab excommunicationibus in Bulla cęnæ contentis, quando de illis nulla facta ſit expreſſa mentio in Diplomate?

Quæſtio quinta. De caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis.

27 Reſpondetur Negatiuè: nam in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis vero ſimiliter conceſſurus, ſi de hoc ſpecialiter peteretur. Nã caſus reſeruati in Bulla Cœnæ habent ſpecialem quamdam grauitatem, propter quam non eſt vero ſimile Pontificem, velle illos concedere in generali conceſſione, niſi ſuam intentionem in Diplomate explicet: Vndè vſu communiter receptum eſt, quod quando Summus Pontifex talem facultatem vult concedere ſpecialiter explicat, vt patet ex Bullis Iubilæi conceſſi ab Vrbano VIII. & ab alijs multis ab hinc annis. Ità Suarez de cenſ. D. 7. ſect. 5. num. 11. & D. 12. ſect. 3. Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 2. c. 12. num. 13. Lauorius de Iubil. p. 2. c. 28. num. 24. Alphonſ. de Leone de Iubil. p. 2. nu. 40. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. p. 1. nu. 12. quos nouiſſimè ſequitur Diana p. 5. tr. 12. de Iubil. reſol. 34.

Si de illis non ſit facta mentio non intelliguntur conceſſi.

Suarez. Sanchez. Lauorius. Alphonſus de Leone. Bonacina, Diana.

28 Quamuis Boſſius de Iubil. ſect. 1. caſu 7. n. 2. exiſtimet probabiliter ſequi poſſe opinionem affirmatiuam, quia quando Summus Pontifex concedit facultatem abſoluendi ab omnibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis videtur ſe extendere etiam ad illos in Bulla Cœnæ; ſunt enim de numero reſeruatorum Apoſtolicæ ſedi, nam dictio illa, de omnibus Summo Pontifici reſeruatis, nullum excludit, ſed omnes comprehendit, præſertim in hac materia fauorabili reſpiciente bonum vniuerſale animarum, & lætitiam communem, quæ conceditur in Iubilæis.

Opinio Boſſij affirmatiua.

29 His tamen non obſtantibus exiſtimo priorem ſententiam omninò eſſe ſequendam: quia quando Summus Pontifex intendit talem facultatem concedere, explicare ſolet in particulari, dicendo etiam ſi ſint reſeruati in Bulla Cœnæ: Vndè quando in Iubilæis de illis non ſit facta expreſſa mentio, ſignum eſt Summum Pontificem noluiſſe illos concedere. Ità Diana cum omnibus ſupra citatis nu. 27.

Non admittitur opinio Boſſij.

30 Quæritur ſextò: An quando in Iubilæis pleniſſimè conceditur facultas abſoluendi ab omnibus caſibus etiam in Bulla Cœnæ contentis, comprehendatur etiam excommunicatio propter peccatum Hæreſis contracta?

Quæſtio ſexta. An peccatum hæreſis abſoluatur per Iubilæum?

Reſpondetur negatiuè: Nam peccatum hæreſis etiam occultum in Bullis Iubilæi, vt plurimum excipi ſolet, vt patet ex Diplomatibus conceſſis: Nullus enim de peccato Hæreſis poteſt abſoluere niſi Illuſtriſſimi Inquiſitores contra hęreticam prauitatem, quando caſus ventus ſit ad tribunal, aut per ſpontaneam præſentationem pęnitentis, vt nos declarabimus in 3. tomo Theologiæ moralis & quilibet Sacerdos in mortis articulo, vt ſupra declaratum eſt. Ità Henriquez lib. 8. c. 16. num. 3. Auila p. 2. c. 2. D. 1. d. 7. concl. 2. Sanchez in ſum. lib. 2. nu. 12. Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 3. & nu. 3. & D. 7. ſect. 1. nu. 11. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. p. 1. nu. 13. Vaſquez de excom. D. 19. nu. 5. Azorius p. 1. lib. 8. c. 10. q. 12. Em. Sà Verbo Abſolutio num. 25. Diana p. 5. tr. 12. de Iubil. reſolut. 34.

Reſolutio eſt negatiua.

Henriq. Auila. Sanchez. Suarez. Bonacina. Vaſquez. Azorius. Em. Sà. Diana.

31 Quæritur ſeptimò: An Epiſcopi habeant facultatem abſoluendi in foro conſcientię ab omnibus excommunicationibus Summo Pontifici reſeruatis?

Quæſtio ſeptima.

Reſpondetur Affirmatiuè, ità enim expreſse conceſſum eſt per Trident. Concil. ſect. 24. c. 6. Vbi facta eſt facultas cuilibet Epiſcopo in ſua Diœceſi abſoluendi ſuos ſubditos ab omnibus cenſuris etiam Papæ reſeruatis in foro conſcientiæ tantum, & diſpenſare in omnibus irregularitatibus ex delicto prouenientibus, excepta tamen illa, quæ prouenit ex homicidio voluntario etiam occulto, & exceptis illis, quæ deductæ ſunt ad forum iuridicum: Et poſſunt hanc facultatem committere ſuis Vicarijs. Ità communiter omnes, vt videre eſt apud Bonacinam de cenſ. D. 1. q. 3. p. 2. nu. 1. vbi plures citat Doctores.

Epiſcopi habent facultatem abſoluendi à reſeruatis Papæ in foro conſcientiæ. Concil. Trident. Bonacina.

32 Quæ facultas etiam conceſſa eſt deindè à multis Pontificibus ſuperioribus Religionum pro ſuis ſubditis in foro conſcientiæ tantum. Imò cum maiori ampliatione, quibus etiam conceditur facultas diſpenſandi in Irregularitate, proueniente etiam ex homicidio voluntario (occulto tamen,) vti nos diximus, & probauimus diffuſius in 1. tom. noſtræ Theologiæ mor. tract. 26. c. 2. num. 20. agendo de caſibus reſeruatis.

Hæc facultas conceſſa eſt Prælatis Regularium pro ſuis ſubditis. Imo cum maiori ampliatione.

33 Sed Difficultas eſt: An Epiſcopi poſſint abſoluere ſuos ſubditos ab excommunicatione contracta ex peccato Hæreſis occulta in foro conſcientiæ: Nam licèt per Concilium Trident. loc. cit. hoc eis tantum concedatur, & non eorum Vicarijs: Tamen per Bullam Cœnæ modò videtur hæc facultas Epiſcopis denegata, & ideò in hac difficultate magna eſt controuerſia inter Doctores.

Difficultas. An Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione ob Hæreſim contracta?

34 Aliqui enim affirmant, dicentes: Epiſcopos habere hanc facultatem abſoluendi peccatum Hæreſis in foro conſcientiæ: Nam per Bullam Cœnæ intelligitur prohibitio facta de Hæreticis publicis, non verò de occultis: Nam in Bulla Cœnæ non ſit mentio expreſſa Concilij Trident. quod quidem eſt neceſſarium, vt cenſeatur talis facultas eis denegata: Nam conſtitutiones, & Decreta Concilij generalis vltimò edita propter eius grauitatem non intelliguntur derogata, niſi de eis fiat ſpecialis mentio: prout colligitur: ex c. Ex parte de capellis Monachorum prout dicit ibi Gloſſa. Ità Fagundez de precept. Eccleſ. tr. 2. c. 8. n. 32. & 33. Portella in addit. ad dub. Regul. Verbo Epiſcopus nu. 1. Henriquez in ſum. lib. 6. c. 14. nu. 7. Em. Sà Verbo Epiſcopus n. 37. cum alijs, quos ſequitur Diana p. 1. tr. 5. reſolut. 2.

Prima ſententia affirmatiua.

Decreta Concilij Generalis non intelliguntur annullata, ſine expreſſa mentione. C. Ex parte. Fagundez. Portella. Henriquez. Em. Sa. Diana.

35 Alij vero contrarium exiſtimant, dicentes: Per Bullam Cœnæ, talem facultatem abſoluendi à peccato Hæreſis, etiam in foro conſcientiæ fuiſſe Epiſcopis ſublata: Nam Bulla Cœnæ dirimit, & abrogat omnia, & ſingula priuilegia communia, & particularia contra abſolutionem eorum, quę in dicta Bulla continentur. Ità Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 2. c. 11. nu. 27. Sanctarellus tr. de Hæreſi c. 5. d. 5. nu. 21. Faber. de Sacramento Ordinis D. 25. q. 1. D. 3. c. 4. n. 126. Ricciull. de Iur. perſon. lib. 5. c. 14. num. 9. & alij quam plures Doctores, quos citat Diana loco citato pro ſecunda opinione.

Secunda ſententia negatiua.

Sanchez. Sanctarellus. Faber. Ricciullus.

36 Quare exiſtimo vtramque ſententiam eſſe probabilem, ſed iſtam ſecundam eſſe magis ſecuram, nam ſtylus, & praxis Romanæ curiæ hodie non admittit abſolutionem ab Hæreſi, etiam occulta, & in

Concluſio.

foro

foro conſcientiæ. Vndè in Iubilæis pleniſſimis, licèt concedatur facultas abſoluendi ab omnibus excõmunicationibus Papæ reſeruatis, etiam in Bulla Cęnæ: peccatum tamen hæreſis ſemper excipitur, & hanc opinionem ſequũtur Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. p. 1. nu. 13. Suarez D. 7. ſect. 5. nu. 11. & D. 21. ſect. 3. nu. 3. Azorius tom. 1. lib. 8. c. 10. q. 12. quos nouiſſime ſequutus eſt Diana d. tr. 5. reſol. 2. in fine, vbi concludit ſecundam ſententiam negatiuam eſſe probabiliorem, quam ipſe ſequitur.

Bonacina. Suarez. Azorius. Diana.

37 Quæritur octauo: An Epiſcopus poſſit in ſua Diœceſi abſoluere excommunicatum publicum, & ab alijs quibuſcumque Papæ reſeruatis, quando ſubditus habet legitimam cauſam, & impedimentum, ratione cuius non poteſt ad Romanam curiam pergere?

Quæſtio octaua. An Epiſcopus aliquãdo poſſet abſoluere etiam à publicis?

Reſpondetur Affirmatiuè: Poteſt enim Epiſcopus abſoluere ſuum ſubditum, etiam ab excommunicationibus contractis publicis quando adeſt legitimum impedimentum, ne pænitens poſſit ſine magno incommodo adire Summus Pontificem: vt accidit quando excommunicatus laborat longa infirmitate, etiam non periculoſa, aut ſit ſenex, ſiuè pueri, adoleſcentes qui non poſſunt ſine magno incommodo ire Romam pro abſolutione: prout colligitur ex c. de Cætero, de ſent. excom. Et hæc quidem impedimenta poſſunt eſſe multa.

Reſolutio. Quãdo eſt legitimum impedimentum poteſt Epiſcopus abſoluere. C. De cætero.

38 Primum eſt periculum mortis in itinere, quod contingere poteſt, vel ex infirmitate, vel debilitate, ſiuè ſenectute dicti excommunicati: vt ſupra iam explicatum eſt.

Aſſignantur diuerſi caſus. Primus caſus eſt periculum vitæ in itinere.

Secundò excuſare poteſt Ætas ſiuè ſenilis, ſiuè puerilis, in qua ætate excuſantur huiuſmodi ire Romam ad curiam pro abſolutione excommunicationis reſeruatæ: vt patet ex c. Ea noſcitur & c. Quamuis, de ſent, excom. ſimiliter etiam dicendum eſt de Fæminis cuiuſcumque conditionis ſint, quæ propter ſexus fragilitatem excuſantur ſe transferre ad curiam pro abſolutione, prout dicitur c. Mulieres c. Quamuis & c. Ea noſcitur de ſent. excom. Similiter etiam dicendum eſt de pauperibus, nam paupertas excommunicati ſæpe ſępius excuſat à peregrinatione longinqua: Nemo enim tenetur mendicare, vt ad curiam vadat pro abſolutione excommunicationis contractæ, niſi alias mendicus eſſet, quia tunc ire tenebitur, niſi forte mendicando ſoleret ſe vxorem, & filias alere, tunc enim poſſet Epiſcopus in huiuſmodi caſibus tales abſoluere: prout dicunt Doctores, ſtatim citandi numero ſequenti.

Secundus caſus eſt Ætas ſenilis, ſiue puerilis. C. Ea noſcitur. C. Quamuis. Feminæ excuſantur. C. Mulieres. C. Ea noſcitur. Pauperes.

40 Tertiò quando excommunicatus non eſſet ſui iuris, & libertatis, cuiuſmodi ſunt filij familias, & ſerui dominorum ſuorum, & Regulares, qui communiter non poſſunt adire curiam, & iter longinquum facere, ſine licentia Parentum, vel dominorum, ſiuè Prælatorum ſuorum: prout dicitur in c. Relatum, & c. Mulieres de ſent. excom. Quod etiam idem dicendum eſt de illis, qui habent curam Animarum, vel temporale dominium, quando probabiliter timetur quod per talem abſentiam oues, & vaſſalli, ſiuè ſubditi detrimentum notabile patientur, prout colligitur ex c. De cætero, & c. Ne pro dilatione de Pænit. & remiſſ.

Tertius caſus ex defectu libertatis. C. Relatum. C. Mulieres. Habentes curam animarum, ſiue officium curatum. C. De Cętero. C. Ne pro dilatione.

41 Quartò idem omninò dicendum eſſe cenſeo, quotieſcumque adeſt aliquod impedimentum quod arbitrio prudentis viri iudicetur legitimum. Vndè Debilitas in hominibus delicatis, qui labores itineris ſuſtinere non poſſunt: ita etiam cæci, & claudi alijque ſimiles, qui ad iudicium boni viri, ſiuè Epiſcopi iudicentur habere legitimum impedimentum faciendi iter: & Ratio huius eſt, quia ita exiſtimatur eſſe mens Summi Pontificis, qui non præſumitur voluiſſe abſolutionem reſeruare cum tanto incommodo fidelium, ideòque in his, & ſimilibus caſibus poſſunt Ordinarij loci ſuos ſubditos excommunicatos abſoluere, etiam in foro fori: prout dicunt Nauarrus. c. 27. nu. 90. Henriquez lib. 6. c. 9. nu. 7. Auila 2. p. c. 7. D. 1. d. 6. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. p. 2. n. 4. Hurtado de excom. D. 15. diffic. 3. nu. 10. ſumma Corona: in 3. p. tr. 5. de excom. D. 11. d. 2. & Diana p. 5. de excom. tr. 9. reſol. 6. cum alijs,

Quartus caſus. Debilitas perſonarum. Cęci, & Claudi, & Infirmi. Debet interpretari intentio Sũmi Pontificis. Nauarr. Henriquez. Auila. Bonacina. Hurtado. Sum. Corona. Diana.

42 Circa tertium autem Quæſitum in principio huius præſentis capituli: De illis, qui poſſunt abſoluere ab excommunicationibus latis, & reſeruatis ab homine: Dicimus breuiter, quod communi, & ordinario iure nõ poteſt excommunicatio ab homine abſolui, niſi per iudicem, qui eam tulit, vel per eius ſuperiorem, vel per ſucceſſorem in munere, vel dignitate, Vel per eum, cui ſpecialis facultas fuerit delegata ad talem excommunicationem auferendam, iuxta facultatem, conceſſam à delegante, & in hoc omnes Doctores conueniunt: legite Bonacinam de cenſ. D. 1. q. 3. p. 1. nu. 1.

De abſolutione ab excommunicatione ab homine. Bonacina.

DE IIS, QVI ABSOLVI POSSVNT ab excommunicationibus maioribus.

CAP. II.

IN hoc præſenti ſecundo in ordine capitulo huius tractatus dicere opus eſt de ſubiecto, quod à vinculis excommunicationum contractis abſolui legitimè poteſt: Hæc eſt enim materialis cauſa proxima, ſeu ſubiectum, circa quod verſatur poteſtas abſoluendi cenſuras: Supponimus itaque primò: Perſonam abſoluendam debere eſſe ſubiectam iuriſdictioni abſoluentis, aliter enim abſolui non poſſet: Nam ſicut excommunicatio eſt vinculum, quod fertur in ſubditos, ita etiam abſolutio talis vinculi auferri non poteſt, niſi ab habente iuriſdictionem, & poteſtatem in perſonam abſoluendam: Hæc eſt communis omnium Theologorum ſententia. 1

Perſona abſoluenda debet eſſe ſubdita abſoluentis.

2 Quæritur ergo Primo: An excommunicatio, ſecuta morte ipſius excommunicati ceſſet?

Reſpondetur (propriè, & abſolutè loquendo) Non auferri deſtructo ſubiecto excommunicati, mediante morte corporali, ſed indigere abſolutione indirectè poſt mortem ipſius excommunicati, ſi in vita ante mortem abſolutionem talis vinculi non obtinuiſſet: & Ratio huius eſt, quia ſi omninò ſublata eſſet poſt mortem, corpus excommunicati vitandi poſſet licitè ſepeliri in loco Sacro, ſuffragiaque communia Eccleſiæ abſque relaxatione cenſuræ à fidelibus pro anima illius offerri poſſent, quod quidem falſum eſt, prout intelligitur ex c. Sacris & c. A nobis de ſent. excom. & c. Is cui eodem titulo in ſexto. In quibus iuribus dicitur. *Talem indigere abſolutione, ſaltem indirectà poſt mortem, vt poſſit ſepeliri in loco ſacro.*

Quæſtio Prima an excommunicatio ceſſet per mortẽ excommunicati ſi indigeat abſolutione ante mortem. Ratio aſſertionis. C. Sacris. C. A nobis. C. Is cui. Abſolutio indirecta poſt mortem.

3 Ratio autem huius eſt, quia cum excommunicatio ſit vinculum quoddam ſpirituale, non ſoluitur, niſi mediante abſolutione talis vinculi: & quamuis defunctus ſit extra iuriſdictionem militantis Eccleſiæ, & per conſequens non poſſit directè abſolui, ſicut neque ligari ab ipſa Eccleſia: Corpus tamen defuncti eſt capax talis abſolutionis, ſaltem indirectè, vt poſſit licitè in loco ſacro ſepeliri, & vt fideles poſſint pro anima illius offerre ſacrificia, & ſuffragia communia. Ita Suarez de cenſ. D. 7. ſect. 1. nu. 4. Nauarrus c. 26. nu. 32. Couarruuias c. Alma p. 1. §. 1. n. 8. & Filliucius de cenſ. tr. 9. c. 9. num. 273.

Ratio huius aſſertionis de abſolutione indirecta. Suarez. Nauar. Couar. Filliucius.

4 Aduertendum eſt autem, quod quando excommuni-

Quando excommunicatio erat occulta non eſt neceſſaria abſolutio poſt mortem.

municatio erat occulta, & ideò corpus defuncti ſepultus eſt in loco ſacro, tunc non eſt neceſſaria talis abſolutio poſt mortem, quia vel defunctus mortuus eſt in peccato, & tunc talis abſolutio nihil prodeſſe poterit, cùm anima ipſius iam condemnata ſit, & ità coram Deo nihil valet: Vel mortuus eſt in gratia, mediante contritionis actu, & tunc coram Deo eſt abſolutus, & coram Eccleſia etiam habetur pro tali, quæ non iudicat de occultis, & fideles non prohibentur communicare cum excommunicato occulto, tam in humanis, quam in diuinis, prout dictum eſt in præcedenti tractatu & patet ex Conſt. Concil. Conſtant. in Extrauag. Ad euitanda ſcandala.

Concil. Conſtant.

5

Abſolutio indirecta poſt mortem danda eſt à ſuperiore.

Si verò excommunicatio erat publica, tunc opus eſt, vt defunctus poſt mortem abſoluatur ab excommunicatione indirectè ab habente facultatem ordinariam, ſiuè delegatam ad illam tollendam: Nam licèt in mortis articulo quilibet Sacerdos poſſit abſoluere morientem à quacunque excommunicatione propter periculum damnationis, non tamen poſt mortem, quia tunc non adeſt talis neceſſitas: quapropter talis indirecta abſolutio danda eſt defuncto à Prælato, ſiuè à ſuo delegato in hac cauſa. Ità Nauarrus d.c.27.nu.32. Suarez de cenſ. D.7. ſect. 1.nu.4. Filliucius d.tr.9.c.9.nu.273.

Nauar. Suarez. Filliuc.

6

Quæſtio 2.

Quæritur ſecundò: An abſens abſolui poſſit ab excommunicatione contracta?

Abſolutio excommunicationis poteſt conferri in abſentia.

Reſpondetur Affirmatiuè: Non enim præſentia abſoluendi requiritur ad valorem abſolutionis à vinculo excommunicationis, cùm tale vinculum ſolui poſſit, vel per ſcriptum, vel verba exprimentia, & declarantia intentionem abſoluentis: Nam, ſicut abſens poteſt excommunicari, ità, & abſolui; amplior enim eſt poteſtas ſoluendi, quàm ligandi, vel ſaltem ad vſum promptior eſſe debet; nihil enim frequentius eſt, quàm abſentem abſoluere, vel verbis, vel ſcriptis, prout colligitur ex c. Quanto 2. q.5. Vndè per ſcripta Pontificia ſæpè feruntur huiuſmodi abſolutiones. Ità Suarez de Cenſ. D.7. ſect.7. n.4. Reginaldus lib.9.nu.39. Bonacina de cenſ. D.1. q.3. p.4.nu.4. Auila p.2.c.7. D.2.concl.1. Filliucius tr.11. c.10.q.5.nu.321. Nauarrus c.26.num.18. Henriquez de excom.lib.13.c.29.num.2.

Ratio Aſſertionis.

Can. Quanto.

Suarez. Reginaldus. Bonacina. Auila. Filliucius. Nauar. Henriques.

7

Abſolutio excommunicationis in abſentia non eſt dãda ſine cauſa rationabili, & ineuitanda.

Notandum autem, quod talis abſolutio, non eſt paſſim impendenda abſenti, niſi quando rationabilis cauſa hoc expoſcat: Curandum enim eſt, vt excommunicatus abſoluendus accedat ad locum abſoluentis: Si verò non poſſet commodè accedere, mittenda eſt facultas, vt aliquis præſens illum abſoluat: Si verò nullus adeſſet in eo loco poterit talis facultas committi alicui loci vicinioris: Quando autem rationabiliter nullum iſtorum fieri poſſet ſine magno incommodo, tunc licebit abſoluere in abſentia excommunicatum, & mittere ſcriptum ipſi per litteras continentes abſolutionem; Tunc autem dicitur abſolutus, quando recipit litteras continentes abſolutionem, niſi aliter conſtet de mente abſoluentis. Ita Suarez, & Filliucius cum Bonacina, & alijs ſupra citatis.

Quando intelligitur abſolutus, quando datur per ſcriptum.

8

Abſolutus à peccatis quomodo poteſt deindè abſolui ab excommunicatione in abſentia.

Ex quo ſequitur, quod quando aliquis pœnitens abſolutus eſt à peccatis, & non ab excommunicatione, vel quia confeſſarius oblitus eſt, vel quia abſoluit ab aliqua excommunicatione reſeruata, à qua abſoluere non poterat: tunc talis confeſſarius poterit huiuſmodi pœnitentem abſentem abſoluere à dicta excommunicatione obtenta facultate à ſuperiore, cui erat reſeruata dicta excommunicatio: Non enim opus eſt, vt abſoluendus acceptet abſolutionem, cum abſolutio pendeat ab intentione abſoluentis, ſtatimque effectum ſuum pariat, iuxta mentem abſoluentis cenſuras. Ità Suarez, Nauarrus Bonacina, & Filliucius cum alijs, citatis ſupra nu. 6.

Suarez. Nauar. Bonacina. Filliucius.

9

Quæſtio 3. Inuitus quomodo poteſt ab excommunicatione abſolui? Reſolutio.

Quæritur tertiò; An inuitus poſſit abſolui ab excommunicatione, alijſque cenſuris?

Reſpondetur, quod ſi ſpectemus naturam cenſurarum non implicat repugnantiam inuitum poſſe abſolui à cenſuris: & Ratio eſt, quia cenſura non eſt culpa, ſed pœna, quamuis propter culpam contrahatur: Vndè ſicut poteſt aliquis inuitus illas incurrere, ità poterit ab illis abſolui etiam inuitus. Ità communiter omnes Theologi in 4. ſent. à D.18. Soto D. 22. q.2. A.3. circa fin. Auila p.2. c.7. D.2.d.2. Filliucius d.tr.11.c.10.q.5.nu.325. & Suarez de cenſ. D.7. ſect.7.num.5.

Soto. Auila. Filliucius. Suarez.

10

An quando perſeuerat in ſua pertinacia poſſet aliquando abſolui?

Notandum tamen eſt, quod ille, qui adhuc perſeuerat in ſua pertinacia non eſt abſoluendus, niſi immineat periculum, vt deterior fiat: cùm enim excommunicatio ſit pœna medicinalis, vtique ſi non proderit, auferri poterit, quando ita videbitur expedire ſuperiori, qui talem medicinalem cenſuram applicauit pro ſubditi emendatione.

11

Tria ſeruãda ſunt quando inuitus abſoluitur.

Seruanda tamen ſunt tria: Primò, vt talis abſolutio non vertat in præiudicium tertiæ perſonæ: Secundò vt non ſequatur ſcandalum, aut contemptũ clauium Eccleſiæ: & Tertiò vt ſufficienter conſtet non eſſe ſpetandum fructum ex tali excommunicatione retenta: Communiter autem durante contumacia excommunicati, abſolui non debet, niſi impendeat periculum, vt excommunicatus fiat deterior: vt dixi. Ità D.Thomas 3.p.in addit. q.24 A.2. Syluester Verbo Abſolutio 3.num.10. Henriquez de excommunicatione lib.13.c.29.nu.1. Filliucius d.tr. 11.c.10.num. 326.

D.Thomas. Syluester. Henriquez. Filliucius.

12

Limitatur Aſſertio. Mediante priuilegio, non poteſt quis abſolui inuitus ab excommunicatione

Notandum inſuper, Aſſertionem eſſe intelligendam de abſolutione per poteſtatem ordinariam, & abſolutam independentem à voluntate excommunicati: Vndè per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæi inuitus abſolui non poteſt à cenſuris, quod idem intelligendum eſt de quocumque alio priuilegio in fauorem pœnitentis conceſſo, nam vſus priuilegij pendet ex voluntate vtentis illo, ideòque ſi nolit illo vti, non habebit confeſſarius facultatem abſoluẽdi virtute illius. Ità Henriq.lib.13.c.29. Faber.in 4.ſent.D. 25.de cenſ.q.1.D.4.c.8.num.261. Tannerus de cenſ. lib.2.D.24.d.7. Vgolinus tab.1. c.19.§.2. num.3. & Auila p.2.c.7. D.2.d.2. quos ſequitur Diana p. 5. de cenſ.tr.9.reſol.10.

Henriques. Faber. Tannerus. Vgolinus. Auila. Diana.

13

Quæſtio 4.

Quæritur Quartò; An aliquis extra confeſſionem ſine contritione peccatorum poſſit abſolui ab excommunicatione alijſque cenſuris.

Abſolutio excommunicationis dari poteſt extra confeſſionem, & ſine contritione pœnitẽtis.

Reſpondetur Affirmatiuè: Non enim abſolutio excommunicationis eſt ſacramentalis, ſed tantùm ſolutio vinculi Eccleſiaſtici, priuantis ipſum excommunicatum communione fidelium, & Sacramentorum, reliquorumque ſpiritualium bonorum, ideòque impendi poteſt extra Sacramentalem confeſſionem ab habente talem facultatem: eſt communis Theologorum ſententia, & in hoc omnes Doctores ſupra citati conueniunt.

14

Quæſtio Quinta. Vna excommunicatio poteſt abſolui, remanente altera.

Quæritur Quintò: An excommunicatus pluribus excommunicationibus poſſit ab vna excommunicatione abſolui, remanente altera non abſoluta?

Reſpondetur Affirmatiuè, & Ratio huius eſt, quia nulla eſt inter eas connexio neceſſaria, quòad remiſſionem, ſicuti eſt inter peccata mortalia in Sacramentali confeſſione, quod vnum ſine altero abſolui non poteſt: Excommunicationes autem ſunt tantum pœnæ, ex quibus vna auferri poteſt ſine altera. Ità Nauarrus in c. Quorundam de Iudæis, &

Nauar.

ibi

Couarruuias. Vgolinus. Auila. Filliucius.

ibi Gloſſa Vltima not. 11, nu.12. Couarruuias in c. Alma p.1.§.11.nu.13. Vgolinus tab.1.c.19.§.3. n.4. Auila 2 p.c.6.D.2.d.3.& Filliuc.d.tr.11 c.10.n.327.

15
Aduertentia in caſu.

Verum eſt tamen, quod ille, qui abſoluitur tantum ab vno vinculo excommunicationis remanentibus alijs excommunicationibus non ſolutis, non reſtituitur Sacramentis, & communioni fidelium, atque ſuffragijs Eccleſiæ, donec abſolutus ſit ab omnibus alijs, quibus erat ligatus: nam quælibet excommunicatio retinet ſuum effectum, prout notauerunt Palud. in 4. ſent. D. 18. q.5. A.3. concl.2. & Auila de cenſ.p.2.c.6.D.2.d.3.

Paludanus. Auila.

16
Quæſtio 6. An abſolutus indiffinite cẽſeatur ab omnibus excommunicationibus abſolutus?

Quæritur ſexto; An qui ligatus erat pluribus vinculis excommunicationum, petens abſolutionem ab vna, & abſolutus ſit à confeſſario indiffinite cenſeatur eſſe abſolutus à reliquis?

Aſſertio Prima.

Reſpondetur, quod ſi talis in petitione faciat mẽtionem omnium excommunicationum, ſaltem in communi, quibus ligatus ſit, tunc vnica abſolutione generaliter data abſolutus remanet ab omnibus, ſi confeſſarius talem habebat facultatem: Si verò excommunicationes latæ eſſent a diuerſis iudicibus ſiuè Prælatis propter diuerſas cauſas, ſiuè propter eamdem, tunc non poteſt ab vno abſolui, ſed à quolibet eſt abſoluendus, vel ab vno, cui reliqui ſuas vices commiſerint. Ità Couarruuias in cap. Alma p. 1.§.11. num.13. & Panorm. in c. Cum pro cauſa de ſent.excom. Auila 2.p.c.6.D.2.d.3.& colligitur ex c. Officij de ſent.excom. Ità etiam Filliucius d.tr.11.c. 10.nu.327.

Quando excommunicationes eſſent à diuerſis Prælatis.
Couarruuias. Panormitan. Auila.
C. Officij. Filliucius.

17
Aſſertio 2.

Dico ſecundò, quod ligatus pluribus excommunicationibus, ſiuè ab eodem iudice, ſiuè a diuerſis iudicibus, ſi excommunicatus in petitione abſolutionis tantum fecit mentionem vnius, & non aliarum, non manet abſolutus à reliquis, licet talis abſolutio indiſſinitè proferatur ab abſoluente, eò quod in caſu talis indiſſinita abſolutio ſolum refertur ad excommunicationem in petitione commemoratam, niſi abſoluens in actu abſolutionis formaliter, ſiuè virtualiter intendiſſet ab omnibus abſoluere, quia tunc ab omnibus abſolutus eſſet. Ità Henriquez de excom.lib.13.c.30.nu.2. Couarruuias Panormit.& Auila, locis ſupra citatis.

Ratio aſſertionis.
Henriquez. Couar. Panormit. Auila.

18
Nota pro abſolutione ab Hæreſi.

Ex quo ſequitur, quod, ſi Hæreticus ab Inquiſitoribus interrogatus confiteatur aliquas excommunicationes incurſas ob hæreſim, aliaſque malitioſè occultaret, & poſt ſententiam ab Inquiſitoribus abſoluitur, & reconciliatur: Iſte talis coram Deo non eſt vere abſolutus, ſed adhuc excommunicatus remanet: Nam Inquiſitorum intentio in hoc caſu eſt abſoluere hæreticum conuerſum, qui omnes hæreſes ſine mendacio confeſſus eſt, non autem ſi ſecus feciſſet: Ita enim colligitur ex c. Litteras de Reſcriptis.

C. ex litteris.

19
Quæſtio 7. An abſolutus ab excommunicatione ex cauſa falſa ſit valida?
An etiam in præiudicium tertij.

Quæritur ſeptimò: An abſolutio excommunicationis obtenta ex cauſa falſa ſit valida?

Reſpondetur, quod ſi iudex cognoſcat falſitatem petentis, vel quamuis non cognoſcat, intendat tamen abſoluere abſolutè pœnitentem, licèt ex falſis rationibus, tunc valida erit abſolutio, licèt ſit in præiudicium tertij: Peccabit tamen iudex, talem abſoluens in præiudicium alterius: & Ratio huius eſt, quia licèt iudex faciat in caſu contra iuſtitiam; abſolutio tamen erit valida, quæ quantum ad validitatem pendet ex voluntate abſoluentis: Secus autem dicendum eſt de actu excommunicandi, quia non eſt poteſtas in Eccleſia ad excommunicandum innocentem. Ità Nauarrus c.27.nu.38.

Nauar.

20
Quando falſitas eſſet circa cauſã principalem.

Si vero relatio eſt falſa circa cauſam principalem ob quam incurſa eſt excommunicatio, tunc abſolutio erit nulla, quia tunc præſumitur iudicem non habuiſſe intentionem talem abſoluendi. Ità Henriquez in ſum.lib.13.de excom.c.30.num.3. Angel. Verbo Abſolutio 3.nu.11. Sylu. Verbo Abſolutio 1. nu. 14. Tabiena num.7.& Auila p.2.c.6.D.2.d.3.cum alijs, ſupra citatis: & colligitur ex c. Ex parte de offic. Ordinarij.

Henriquez. Angelus. Tabiena. Auila.
C. Ex parte.

21
Quæſtio octaua. An abſolutus per vim, & metum ſit abſolutus valide?

Quæritur octauò: An abſolutio excommunicationis obtenta per vim, & metum ſit valida?

Reſpondetur, quod: ſtando in ſola ratione naturali (ſecluſo iure poſitiuo) talis excommunicationis abſolutio, quamuis per vim, & metum extorta, eſſet valida (ſuppoſito, quod iudex in actu abſolutionis abſolutè intendat abſoluere) modo tamen ſecundum ius poſitiuum talis abſolutio eſt ipſo iure nulla: Nam Gregorius X. in c. Abſolutionis beneficium, De ijs, quæ per vim, & metum in ſexto annullat, & declarat nullius valoris eſſe abſolutionem cenſurarum per vim, & metum extortam: Imò excommunicat, ipſo facto eos, qui per vim, & metum relaxationes cenſurarum extorſerint; Nam talis extorſio redundat contra Eccleſiaſticam libertatem: Ita Nauarrus c.27.nu.125. Angel. Verbo excommunicatio 7. caſu 18. Syluester eodem Verbo 3. nu.43. Caietanus c.41. Tabiena caſu 32.& alij.

Gregorius X. Declarat eſſe nullam talem abſolutionẽ.
Nauarrus. Angelus. Syluester. Caietanus. Tabiena.

22
Aduertentia.

Verum eſt tamen, quod ad incurrendam hanc excommunicationem, non ſufficit metum ſimpliciter incurere, niſi ſequatur inde abſolutio per talem metum extorta: Nam verba legis cum effectu ſecuto ſunt intelligenda, prout dicit Gloſſa ibi in d. c. Similiter etiam dicimus: Talem metum debere eſſe grauem, cadentem in conſtantem virum. Nam metus leuis non dicitur in Iure propriè metus, ſed ſecundum quid, vt dicitur in metum ff. de eo, quod metus cauſa. Ità Syluester, Angelus, Tabiena, Auila, & Henriquez locis ſupra citatis: Quamuis Caietanus exiſtimet etiam metum leuem ſufficere ad incurrendam dictam excommunicationem Iuris, & Nauarrus videtur hanc opinionem Caietani, quò ad forum conſcientiæ admittere: Probabilior eſt tamen noſtra ſententia, quam ſequitur Gloſſa in d. c. Abſolutionis beneficium.

Gloſſa. Metus debet eſſe grauis, cadens in conſtantem virũ.
Syluester, Angelus. Tabiena, Auila. Henriquez. Auila. Caietani opinio. Nauar.

23
Quæſtio Nona.

Quæritur nono: An ſi aliquis tertius per vim, & metum extorqueat abſolutionem à Iudice pro excommunicato incurrat in eamdem excommunicationem Canonis?

Reſpondetur Affirmatiuè: Quotieſcumque enim obtinetur abſolutio excommunicationis extorta per vim, & metum, ſiuè per ſe, ſiue mediante alio tertio (ipſo excommunicato ſciente, & permittente) talis abſolutio ita extorta ſimpliciter erit nulla: Nam textus abſolute annullat abſolutionem metu extortam: Nam ſicut verbum *extorſerit* non limitatur ad ipſum excommunicatum, ſed comprehendit etiam adiuuantes, & concurrentes ad talem abſolutionem per vim, & metum obtinendam; Ita nullitas abſolutionis, non limitatur ſolum, quando ipſe excommunicatus extorquet, ſed etiam quando tertius pro tali hoc faciat: Nam, qui per alios facit, per ſe ipſum facere videtur. De Reg. Iuris in ſexto.

Abſolutio extorta per vim, & metũ mediante alio, eſt nulla
Ratio aſſertionis.
Qui per aliũ facit per ſe ipſum facit.

24
Metus debet eſſe verus, & non imaginarius.

Notandum tamen, quod ſi Prælatus abſoluat excommunicatum propter timorem innatum ex ſua imaginatione, vel præſumptione, & non propter timorem, formaliter illatum ab alijs, non incurreretur excommunicationis cenſura: e.g. ſi abſque hoc, quod aliquis minetur mortem, ſiue damnum notabile ipſi iudici abſoluenti, ipſe tamen timet, quod ſi non abſoluat talem excommunicatum, poſſet occidi, tunc abſolutio data eſſet valida; & non incurreretur pœna aliqua, & Ratio huius eſt, quia in caſu nullus

lus

Caietanus.

lus extorquet vi, aut metu, ſed ipſe Prælatus meticuloſè ſe ipſum torquet. Ita Caietanus Verbo excommunicatio. c.4.

DE FORMA, ET MODO OBSERuando in abſolutione Excommunicationis.

CAP. III.

1 Abſolutio excommunicationis non habet determinata verba.

SVpponimus primò tamquam rem ſatis notam: Nulla verba determinata neceſſaria eſſe ad eſſentiam abſolutionis excõmunicationis: Nullo enim Iure hoc vnquam determinatum fuit: Sufficiunt ergo quæcumque verba, vel ore prolata, vel ſcriptis, vel ſignis expreſſa, quibus ſufficienter declaretur intentio iudicis abſoluentis à tali vinculo: Quare quibuſcumq; verbis, ſiuè ſignis vtatur abſoluens, ſignificantibus expreſſam intentionem ipſius abſoluentis, valida eſt abſolutio talis cenſuræ. Ita Couarruuias in c. Alma p.1.§.11. nu.6. Suarez tom.5. de cenſ. D.7. ſect.9. nu.2. Conink p.2. D.14. d.6. nu.202. Filliucius tom.1. tr.11. c.10. q.7. nu.328. Auila 2.p. c.7. D.3. d.1. Sylueſter Verbo Abſolutio 3. num.2. Bonacina de cenſ. D.1. q.3. p.5. n.1. Salas de legibus D.20. ſect.9. nu.85. alijque communiter.

Couarruuias. Suarez. Conink. Filliucius. Auila. Sylueſter. Bonacina. Salas.

2 Papa poteſt abſoluere ab excommunicatione ſalutando.

Notandum eſt autem: Summum Pontificem, tantummodò poſſe abſoluere ab excommunicationibus, ſalutando, ſiuè oſculando excommunicatum, ſiuè efficiendo Crucis ſignum verſus excommunicatum: dummodò manifeſtet ſuam intentionem eſſe tali ſigno voluiſſe excommunicatum abſoluere, prout colligitur ex Clementina Vltima de ſent. exco.n. & Ratio huius eſt, quia abſolutio cenſuræ non poſtulat verba ſpecialia ad ſui eſſentiam: & Summus Pontifex habet ſupremam poteſtatem abſoluendi à cenſuris, non ſeruata forma iuris communis. Ita Suar. de cenſ. D.7. ſect.9. n.14. Filliuc. d. tr.11. c.10. q.8. n.331. Bonac. de Cenſ. D.1. q.3. p.5. n.6.

Clementina Vltim. de ſēt. ex.om.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

3 Alij Prælati non poſſunt tantummodo ſignis abſoluere. Tenentur obſeruare formã iuris communis in verbis, vel ſcripto. C. Cum deſideres. C. Cum aliquando. Clementina. Sanchez. Auila. Suarez. Bonacina. Filliucius.

Alij vero Prælati inferiores Summo Pontifici, & alij Sacerdotes quicumque illi ſint, non poſſunt abſoluere ab excommunicationibus contractis à fidelibus, alijſque cenſuris per ſimplices nutus, & ſigna abſque verbis, vel ſcriptis, quia cum huiuſmodi ſigna ſint valde incerta, & Epiſcopi, ſiuè alij inferiores Prælati Summo Pontifici formam iuris communis ſeruare debeant; forma autem abſoluendi à cenſuris, ſecundum Ius commune danda eſt verbis, ſiuè ſcriptura: prout habetur ex c. Cum deſideres & c. Cum aliquando, & in Clementina Vltima de ſent. excom. & Gloſſa ibi. Ita Sanchez de Matr. lib.8. q.4. nu.24. Auila 2.p. c.7. D.3. d.1. & Suarez, Bonacina, & Filliucius, locis ſupra citatis.

4 Abſoluo te, ſufficit pro forma abſolutionis excommunicationis.

Notandum, quod (vt dixi) ad abſolutionem excommunicationis ſufficiunt quæcumque verba, ſignificantia ſolutionem talis vinculi; quapropter ſi confeſſarius, ſiuè Prelatus dicat tantùm illa duo verba: (*Abſoluo te*) valida, & ſufficiens erit abſolutio. Poteſt enim abſoluens iiſdem verbis, quibus vtitur in abſolutione Sacramentali vti etiam in abſolutione excommunicationis, intendens ſimul abſoluere excommunicatum à peccatis, & cenſuris.

5 Excommunicationis abſolutio intelligitur prius natura abſolutione Sacramentali. Soto. Henriquez. Suarez. Nauarr.

Et quamuis vtraque abſolutio ſit vna, & ſimul tempore feratur ad vtrumque effectum: Nihilominus abſolutio excommunicationis intelligitur prius natura abſolutione Sacramentali, vt nos diximus in tract.6. de Sacr. Pœnit. c.2. nu.16. agendo de forma abſolutionis Sacramentalis ex doctrina Soti in 4. D.14. q.1. A.3. Henriquez in ſum. lib.4. c.11. num.3. Suarez tom.4. de Pœnit. D.10. ſect.2. nu.7. Nauarrus de Pœnit. D.6. c.1. & Bonacina de Pœnit. D.5. q.4. p.1. num.10.

Bonacina.

6 Forma ordinaria & communis in abſolutione excommunicationis quæ.

Verum eſt tamen, quod licet de eſſentia non requirantur verba determinata, vt dictum eſt: Communiter autem vti ſolent ſacerdotes forma iſta verborum, dicendo (*Abſoluo te a vinculo excommunicationis, in quod ob talem, vel talem cauſam incurriſti, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fideliũ: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, poſt modum proferuntur verba formæ abſolutionis Sacramentalis peccatorum dicendo: Deinde: *Abſoluo te a peccatis tuis &c.*

7 Quando explicãda eſſet cauſa excommunicationis incurſæ. Inuocatio Trinitatis non eſt de eſſentia.

Et hæc quidem forma congruentiſſima eſt, & communiter ſeruanda eſt, non ſolùm in abſolutione publica, verum etiam in priuata exercenda, quando commodè fieri poteſt: Inuocatio tamen Trinitatis, & ly reſtituo te Sacramentis: & expreſſio cauſæ incurſionis cenſuræ non ſunt de neceſſitate exprimenda, niſi quando quis eſſet adſtrictus pluribus vinculis excommunicationum, & abſoluens non intenderet abſoluere, niſi ab vna, aut altera excommunicatione, tunc explicanda eſſet illa excommunicatio, à qua excommunicatus abſoluitur, dicendo: Abſoluo te à vinculo excommunicationis propter talem cauſam. Ita Nauarrus c.26. nu.8. Filliucius tr.12. de excom. c.10. q.9. nu.224.

Nauarr. Filliucius.

8 Quæſtio 2. De modo abſoluendi publicum excõmunicatum.

Quæritur ſecundò: Quis, & qualis modus ſeruandus ſit in excommunicatione publica quando quis abſoluitur publicè?

Primò debet præcedere petitio ipſius excommunicati.

Reſpondetur, quod ante quam detur abſolutio publico excommunicato, tria regulariter præcedere debent: Quarum prima eſt: Petitio ipſius excommunicati abſoluendi, quæ non eſt de eſſentia, ſed de congruitate: Nam tunc excommunicatus per expreſſam petitionem, abſolutionis excommunicationis, ſiue alterius cenſuræ, ſiuè ſaltem tacitam indicat, ſe eſſe paratum ad obediendum Eccleſiæ, & recedendum à ſua contumacia: Excommunicatio enim regulariter non abſoluitur in illo, qui paratus non eſt Eccleſiæ obedire, & à contumacia diſcedere. Ita enim dicitur in c. Per tuas de ſent. excom. vbi dicitur: *Niſi gratiam abſolutionis imploret excommunicatus non eſt audiendus, ne ſententia Eccleſiaſtica contemni videatur*. Ita Suarez de cenſ. D.7. ſect.10. n.2. Sayr. de cenſ. lib.2. c.10. Nauarrus c.27. n.47. Vgolinus c.19. §.4. & Filliucius tr.11. de cenſ. c.10. q.9. num.332.

C. Per tuas.

Suarez. Nauar. Vgolinus. Filliucius.

9 Quãdo extorquendum eſt iuramentum ab excommunicatu.

In grauioribus autem, & atrócioribus criminibus, vltra petitionem exquirendum eſt iuramentum ab excommunicato de non cõmittendo amplius tale delictum, & de parendo mandatis Eccleſiæ, vt in graui percuſſione Clerici, & in peccato falſarij, aut incendiarij, & in excommunicationibus in Bulla Cœnæ contentis, prout dicunt Henriquez de excom. lib.13. c.28. nu.4. Medina in ſum. lib.2. c.12. Sylueſter Verbo Abſolutio 3. nu.3. Angelus num.1. Caietanus Verbo abſolutio c.4. Auila 2.p. D.3. d.2. Bonacina de cenſ. D.1. q.3. p. Vltimo nu.2.

Henriq. Medina. Sylueſter. Angelus. Caietanus. Auila. Bonacina.

10 Iuramentum non eſt de eſſentia, ſed de præcepto.

Concedimus tamen tale iuramentum extorquẽdum ab excommunicato abſoluendo, non eſſe de ſubſtantia abſolutionis, adeò vt abſolutus ſine tali iuramento præſtito nulliter iudicetur abſolutus: nam abſolutio huiuſmodi excommunicationis etiam ſine iuramento præſtito valida eſt, dummodo abſoluens habuiſſet auctoritatem abſoluendi: Abſoluens autem ſine tali cautela non eſſet excuſatus à culpa mortali, eò quod faciat contra ordinationem Eccleſiæ in re graui. Ita Sylueſter & Auila cum alijs, locis ſupra citatis.

Sylueſter. Auila.

11

Quando autem excommunicatus tenetur ſolue-

re

Quando præſtanda eſt ſatisfactio, ſiuè fideiuſſio ab excommunicato.

re debitum, ſiuè facere reſtitutionem, pro quibus fuerat excommunicatus, tunc non debet abſolui, niſi prius faciat debitam ſatisfactionem, vel ſaltem præſtet debitam cautionem ad eam ſoluendam, ſaltem, quando factus fuerit habilis ad ſoluendum: Alioquin talis abſolutio illicitè, & contra iuſtitiam impenderetur, Vel ſaltem debet præſtare iuramentum, quando per impotentiam talem cautionem fideiuſſoriam, ſiuè pignoratoriam dare non poſſet, prout in præcedentibus capitulis dictum, & explicatum eſt.

12 Cæremoniæ ſeruandæ in abſolutione excommunicationis publicæ. C. A nobis de ſent. excommunicationis. Flagellatio leuis Verſiculi.

Secundo ſeruandæ ſunt Cæremoniæ præſcriptæ in Sacris Canonibus, vt in C. A nobis 2. de ſent. excom. quare recepta eſt conſuetudo in Eccleſia, quod Excommunicatus abſoluendus publicè ſtet ante ianuam Eccleſiæ, & ibi, nudatis ſcapulis leuiter flagelletur à ſuperiore, ſiuè Virga, ſiuè Corrigea, ſiue funiculo, dicendo interim Pſalmum 50 Miſerere mei Deus, ſiuè vnum ex Pſalmis Pœnitentialibus, & dicto, Gloria Patri, dicatur. Kyrie eleiſon, &c. & Pater noſter, &c. quo finito, dicuntur Verſiculi: Saluum fac ſeruum tuum Domine &c. Eſto ei Domine turris fortitudinis: Nihil proficiat inimicus in eo. Domine exaudi. Dominus Vobiſcum, & deindè. Oremus.

Oratio.

Deus, cui proprium eſt miſerere ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, N. quem excommunicationis ſententia ligatum tenet, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum: Amen.

13 Forma abſolutionis ab excommunicatione.

Deindè Sacerdos abſoluens abſolutionis verba ſubiungat, dicendo: *Auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, qua fungor: Abſoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurriſti propter talem cauſam, & Reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.*

14 Modus abſoluēdi ſecretè.

Notandum autem, quod huiuſmodi cæremoniæ ſeruandæ ſunt in excommunicationibus publicis: In ſecretis autē ſufficit ſimpliciter abſoluere à vinculo excommunicationis, ſiue excommunicationum, ſiue in ſacramentali confeſſione, ſiuè extra relinquendo alias cæremonias, quæ tantummodo perſcriptæ ſunt pro foro exteriori, vt fideles cognoſcant excōmunicatum non eſſe amplius vitandum: Neque omnes prædictæ cæremoniæ etiam in excommunicātibus publicis ſemper omnes ſunt de eſſentia abſolutionis, ſed de congruitate, & propterea, ſi aliquando quædam ex illis prætermittantur valida erit abſolutio: prout dicunt Toletus lib. 1. c. 15. num. 9. Sayrus de cenſ. lib. 2. c. 18. Vgolinus de cenſ. tab. 1. c. 19. §. 3. Nauarrus c. 26. num. 8. Henriquez lib. 13. c. 28. Bonacina de cenſ. D. 1. q. 3. p. vltimo num. 3.

Cæremoniæ non ſunt omnes de eſſentia, ſed de congruitate.

Toletus. Sayr. Vgolinus. Nauarrus. Henriquez. Bonacina.

15 Fœminæ, & adoleſcentuli non flagellātur nudatis ſcapulis, ſed veſtiti.

Quapropter, quando abſoluenda eſt aliqua fœmina, ſiue adoleſcentulus, tunc ratione honeſtatis non debent huiuſmodi, nudatis humeris flagellari, ſed ſolum ſuper veſtes, ſimiliter etiam quando eſſet vir nobilis, quia cùm hoc non ſit de eſſentia, propter reuerentiam prætermitti poterit illa cæremonia, ideòque vſu receptum eſt huiuſmodi perſonæ, ne flagellentur nudatis humeris, ſed veſtitæ: Nullus enim eſt textus, qui hoc præcipiat: Si verò talis flagellatio ſine vlla cauſa prætermittatur, non eſſet culpa mortalis, ſed ad ſummum venialis, prout dicunt Caietanus Verbo Abſolutio c. 4. Ledeſma 2. p. 4. q. 26. A. 1. Auila 2. p. c. 7. D. 3. d. 2. Nauar. c. 26. n. 8. Filliuc. de excom. tr. 12. c. 10. q. 9. nu. 245. Imò dicunt, quod quando hæc cæremonia aliquando rationabilibus, & honeſtis cauſis prætermittatur, non ſolùm abſolutio erit valida, verum etiam nullum eſſet peccatum.

Si flagellatio omnino prætermittatur non eſſet p. m. ſed Venialē.

Caietanus. Ledeſma. Auila. Nauar. Filliucius.

Aliquando nullum eſſet peccatum.

16 Corpus defuncti quomodo eſt abſoluendum.

Defunctus autem, quando ab excommunicatione, quam in vita degente contraxerat, ſi poſt mortem corpus defuncti eſſet indirectè abſoluendum, vt capax ſit Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & ſuffragiorum Eccleſiæ: abſoluendum eſt eodem modo, ſicut dictum eſt ſupra de abſolutione viuorum: Hoc tamen excepto, quod ſi ſepultum eſſet in loco Sacro, non debet exhumari, vt flagelletur, quia tūc ſufficiet flagellare ſepulturam, in qua iacet prout dicūt Nauar. c. 23. nu. 32. & Auila cum alijs locis ſuprà citatis.

Flagellatur ſepultura, in qua iacet.

Nauarrus. Auila.

17 Quare introducta eſt cæremonia flagellationis, & quid ſignificet.

Vtitur autem Eccleſia iſta cæremonia flagellādi excommunicatum ante abſolutionem excōmunicationis ad ſignificandum, quod excommunicati traditi erant ab Eccleſia, mediante excommunicatione in poteſtatem Sathanæ, & facti erant illius ſerui, ideòque prius, tamquam ſerui flagellantur, poſtea vero per abſolutionem ab excommunicatione redduntur liberi à tali ſeruitute Sathanæ. Ità Auila de Cenſ. p. 2. c. 7. D. 3. d. 2. §. 5.

Auila.

18 Quæſtio 3. An poſſit abſolui excommunicatus ſub conditione?

Quæritur tertiò; An abſolutio excommunicationis poſſit aliquando dari ſub conditione?

Reſpondetur: Affirmatiuè: Valida eſt enim abſolutio excommunicationis data ſub conditione, non ſolùm de præterito, & præſenti (vt omnes communiter fatentur) cùm huiuſmodi conditio non ſuſpendat actum abſolutionis, eò quod tali conditione poſita, voluntas tranſit in abſolutam, ſicut dictum eſt de abſolutione Sacramentali in to. 1. noſtræ Theologiæ Moralis tract. 6. de Sacramento Pœnit. c. 2. quæ etiam poteſt licitè dari ſub tali conditione de re præſenti, ſiue præterita: non autem de futuro euentu.

19 Etiam poteſt dari ſub conditione de futuro.

Abſolutio autem cenſurarum vltra hoc habet ſpeciale priuilegium, quod etiam poterit dari ſub conditione de futuro: Nam ſicut excommunicatio poteſt dari ſub conditione de futuro, ità etiam, & eius abſolutio: & Ratio huius eſt, quia abſolutio excommunicationis, aliarumque cenſurarum, eſt quædam ſententia humana, quæ humano modo fertur, iuxta voluntatem ferentis, quare in voluntate ipſius ferentis eſt ſuſpendere effectum, ſiuè excommunicationis, ſiuè abſolutionis: In Sacramentali autem abſolutione non poteſt eius effectus ſuſpendi in futurum, ideòque non eſt par ratio. Ità Couarruuias in c. Alma p. 1. §. 11. Suarez de Cenſ. D. 7. ſect. 8. num. 7. Sayrus de Cenſur. lib. 2. c. 16. num. 7. Bonacina de Cenſur. D. 1. quæſt. 3. p. 7. num. 1. Conink p. 2. D. 13. d. 2. num. 17. & D. 14. d. 16. num. 213. Filliucius de Cenſur. tr. 11. c. 10. q. 2. num. 309. Reginaldus lib. 9. num. 51. & alij.

Ratio aſſertionis.

Differētia inter Sacramentalem abſolutionem, & cēſurarum.

Couar. Suarez. Sayrus. Bonacina. Conink. Filliucius. Reginaldus.

20 Diſtinctio aliquorū de cōditione pertinente, & impertinente.

Quidam verò diſtinguūt, dicentes. Aut talem cōditionem eſſe pertinentem, aut impertinentem ad abſolutionem: Primo modo aliqui aſſerunt eſſe validam, ſed illicitam propter contrarium vſum Eccleſiæ, quæ non vti ſolet tali conditione de futuro euētu in abſolutionibus cenſurarum. Ità Sylueſt. & Angelus Verbo abſolutio. 3. Concedunt tamen eſſe validam, eò quod nihil obſtat, quominus adimpleta condictione teneat, vt patet in alijs actibus, & contractibus humanis, & nullo iure prohibetur talem abſolutionem cenſurarum ſub conditione poſſe impendere.

Sylueſter. Angelus.

21 Sub conditione impertinēte dicunt eſſe Inualidam.

Si verò excommunicatio, ſiuè eius abſolutio feratur ſub conditione impertinente, vt ſi dicatur excommunico, ſiue abſoluo Petrum, ſi habet dentes, vel ſi Ioannes conſentiat, vel ſi poſt tres dies pluat, & huiuſmodi, Tunc dicunt: Talem abſolutionem, eſſe omnino inualidam, ideoque non eſſe expectandum talem euentum impertinentem: Nam actus Spiritualis poteſtatis non debet ità

pendere à cauſa conditionali, quæ ad actum nihil pertineat. Ita Suarez de cenſ. D. 3. ſect. 3. num. 3. Vgolin. lib. 2. c. 20. §. vltimo, & Filliuc. de Cenſ. tr. 11. c. 3. num. 65.

Suarez. Vgolinus. Filliucius.

22 Oppoſita ſententia dicit eſſe validã, ſed illicitam.

His tamen non obſtantibus ſunt aliqui Doctores etiam magni nominis, qui oppoſitum exiſtimant dicentes, quod etiam excommunicatio, ſiue eius abſolutio ſub tali conditione impertinente de futuro euentu non eſſet inualida, ſed haberet effectum ſuum, poſita tali conditione: Nam licet talis excommunicatio, ſiue eius abſolutio tali modo impertinente illicitè feratur, tamen adhuc ſententia iudicis ferentis adhuc retinet vires ſuas, & habet effectum, ſecundum intentionem ſuperioris ferentis, ſiuè abſoluentis ſub tali conditione, qua poſita, ſententia lata ſub tali conditione conſequitur effectum ſuum, quia nihil obſtat quò ad ſubſtantiam, & valorem, quominus ſit valida, cum excommunicatio, ſiue abſolutio non pendeat ab illa conditione, tamquam à cauſa efficiente, ſed ab ipſo ſuperiore, qui talem poteſtatem habet excommunicandi, & abſoluendi ſub tali conditione. Ita Conink p. 2. D. 13. d. 2. num. 17. & D. 14. d. 16. nu. 213. concl. 1. Bonac. de Cenſ. D. 1. q. 3. p. 7. nu. 1. §. ſed mihi.

Rationes iſtius ſecundæ ſententiæ.

Conink. Bonacina.

23 Non continet talis abuſus poteſtatis errorem intolerabilem.

Et quamuis ſuperior, ſiuè Iudex tali modo excommunicando, ſiue abſoluendo aliquo modo abutatur ſua poteſtate, non tamen continet errorem intolerabilem, (vt ſupponebant Suarez cum ſuis aſſeclis) non enim quilibet abuſus Eccleſiaſticæ poteſtatis intolerabilem errorem continet, alioquin etiam excommunicatio, vel eius abſolutio, data ſub conditione de præterito, vel præſenti impertinente eſſent nullæ, quod nec ipſi concedunt: Concludimus ergo; ſententiam excommunicationis, ſiue abſolutionis ipſius eſſe validam etiam ſi feratur ſub conditione de futuro euentu contingenti, & impertinente, dummodò poſſit cadere ſub cognitione humana. Ita Conink, cum Bonacina, locis ſupra citatis.

Concluſio.

Conink. Bonacina.

24 Quæſtio 4. An poſſit dari abſolutio ad cautelam?

Quæritur quartò: An abſolutio excommunicationis poſſit quandòque dari ad cautelam?

Reſpondetur affirmatiuè, ita enim communi vſu Eccleſiæ receptum eſt, vt quando dubitatur: An aliquis ſit vinculo excommunicationis ligatus; abſoluatur ad cautelam ad maiorem conſcientiæ tranquillitatem: & ita abſolui ſolet ſub hac cõditione, & forma: *Si teneris aliquo vinculo cenſuræ excommunicationis maioris, vel minoris, ſuſpenſionis, aut interdicti, à quo vel à quibus poſſum te abſoluere: Abſoluo te, & reſtituo Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium in quantum poſſum, & valeo, & tu indiges. In nomine Patris, & Filij, &c.*

Forma abſolutionis ad cautelã, quæ.

25 Communiter præmittitur ante abſolutionem Sacramentalem, & quare.

Et hęc talis abſolutio paſſim, & communiter pręmitti ſolet à confeſſariis quotidiè ante Sacramentalem abſolutionem ad tollendum omne, & quodcumque impedimentum, ſi quod fortè adeſſet ad recipiendam licitè Sacramentalem abſolutionem, nam excommunicatio, ſiue maior, ſiuè minor priuat excommunicatum à licita ſuſceptione Sacramentorum, vt dictum eſt ſupra in tract. de effectibus excommunicationis maioris tr. 6. huius ſecundę partis c. 3. & dicetur etiam in ſequenti tract. loquendo de excom. minori. Ita Suarez de cenſ. D. 7. ſect. 8. nu. 13. Sayr. lib. 2. de cenſ. c. 17. Filliuc. tr. 11. c. 10. q. 3. n. 311. Conink p. 2. D. 14. d. 16. nu. 200. Bonac. de cenſ. D. 1. q. 3. p. 7. num. 2. Vgolin. tab. 1. c. 20. Couar. in c. Alma mater p. 1. §. 12. & alij.

Suarez. Sayrus. Filliucius. Conink. Bonacina. Vgolinus. Couar.

26 Quæſtio 5. Si in caſu obliuionis remaneat abſolutus?

Quæritur quinto: An quando aliquis abſoluitur ab excommunicationibus ad cautelam ſub illa forma: (*Si teneris aliquo vinculo excommunicationis*) Si pœnitens per obliuionem non eſt confeſſus tale peccatum, mediante quo, incidit in excommunicationem ſi poſtea recordetur de excommunicatione contracta ante talem abſolutionem ad cautelam receptam, teneatur iterum directè ab illa excommunicatione abſolui?

27 Reſolutio eſt affirmatiua.

Reſpondetur negatiuè, aliàs enim fruſtra data eſſet talis abſolutio; Si quidem per illam abſolutionem ad cautelam iam ſublata fuit excommunicatio indirecte: Vnde ſi confeſſarius habebat facultatem abſoluendi à tali excommunicatione, ſiuè virtute Bullæ cruciatæ, ſiuè Iubilæi, ſiue virtute cuiuſcumque alterius priuilegij, cõcedentis facultatem abſoluendi à reſeruatis; talis pœnitens remanet abſolutus ab omnibus excommunicationibus, licet per obliuionem, ſiue ignorantiam non fuiſſet confeſſus de tali peccato, propter quod inciderat in excommunicationem, & ita talis pœnitens poterit poſtea abſolui ab illo peccato à quocumque confeſſario deputato, quamuis talis confeſſarius, non poſſet abſoluere à tali excommunicatione reſeruata, ſi antea non fuiſſet indirectè per abſolutionem ad cautelam ſublata. Ita Couar. in cap. Alma p. 1. §. 11. num 12. Nauar. c. 26. num. 13. Angel. Verbo confeſſio 1. §. 12. Syluest. q. 4. Roſſella Verbo confeſſio 2. §. 9. Auila 2. p. c. 7. D. 13. d. 16.

Siuè per ignorantiam pœnitentis.

Couarruuias. Nauarrus. Angelus. Syluester. Roſella. Auila.

28 De abſolutione generali excommunicationũ Prælatorum in viſita.

Ex quo ſequitur, quod quando Religioſi abſoluuntur generaliter à ſuis Prælatis in viſitationibus, ſiuè in electionibus ab omnibus excommunicationibus, & irregularitatibus occultis ad cautelam, remanent abſoluti ab omnibus: nam licet tunc quando data fuit abſolutio à Prælato ad cautelam ipſi non meminiſſent, ſiuè non habuiſſent notitiam dictarum cenſurarum, cenſentur tamen in caſu abſoluti à talibus cenſuris, nec tenentur amplius aliam abſolutionem, ſiuè diſpenſationem illarum in foro conſcientiæ petere, ſed ſatisfacient confitendo proprio confeſſario illa peccata, propter quæ cẽſuras illas incurriſſent. Ità Nauar. Couar. & Auila cum alijs, locis ſupra citatis. Quod eſt valdè notandum.

Nauar. Couar. Auila.

29 Quæſtio 6. Abſolutio excommunicationis per fraudem, & exceptionem nõ valet.

Quæritur ſextò: An abſolutio excommunicationis, obtenta per errorem, ſiuè dolum ſit valida?

Reſpondetur negatiuè, aliàs enim inferretur iniuria abſoluenti, à quo talis abſolutio per dolum, & fraudem extorta fuit, quare, quando talis abſolutio fraudulenter fuit acquiſita circa finalem cauſam, non eſt valida: Nam ſuperior abſoluens non intendit abſoluere excommunicatum, niſi iuxta cauſam, ſibi propoſitam: propterea qui mentiendo dicit iudici, ſe ſatisfeciſſe parti læſæ, vel ſe non habere facultatem reſtituendi, cùm reuera poſſit ſatisfacere; Vel ſi dicat: Se habere propoſitum obediendi Eccleſiæ, cùm verè tale propoſitum non habeat; inualidè recipit abſolutionem, eò quod abſoluens intendit abſoluere à tali cenſura, ſubſiſtente cauſa, ſibi expoſita: vt colligitur ex c. officij de ſent. excommunic. Quod idem intelligendum eſt de Hæretico, qui fingens, ſe conuerſum abſolutionem petit per dolum. Ita Suarez de cenſ. D. 7. ſect. 6. nu. 12. Filliuc. d. tr. 11. c. 10. q. 5. nu. 271. Reginald. lib. 9. num. 47. cum alijs.

Mentiens in cauſa principali, non eſt ſolutus ab excommunicatione.

Suarez. Filliucius. Reginaldus.

30 Mentiens in cauſa impulſiua nõ vitiat abſolutionẽ.

Si vero abſolutio excommunicationis extorta ſit per dolum, non circa cauſam principalem, & finalem, ſed circa cauſam tantummodo impulſiuam, vt alliciat ſuperiorem ad faciliter abſoluendum, tunc valida erit talis excommunicationis abſolutio obtenta; & Ratio huius eſt, quia in tali caſu ſuperior vere intẽdit talem excommunicationem abſoluere propter cauſam finalem, quæ vera eſt, vt ſupponimus, quamuis cauſa impulſiua non ita ſubſiſtat.

Ratio aſſertionis.

Ita

Em. Sà. Bonacina. Suarez. Filliucius.

Ità Em. Sà verbo abſolutio excommunicationis nu. 14. & Bonac. de Cenſ. D. 1. q. 3. p. 8. nu. 1. Suarez, & Filliuc. cum alijs, ſupra citatis.

31 Quæſtio 7. Quid ſignificet abſolutio in foro conſcientiæ tantum?

Quæritur ſeptimò; Quid ſignificat abſolutio excommunicationis data in foro conſcientiæ, & interiori.

Reſpondetur; Illum dici abſolui in foro conſcientiæ, & interiori, qui abſoluitur ab eo, cui ſuperior conceſſit facultatem abſoluendi limitatam tantum, quò ad forum conſcientiæ abſoluendi ab excommunicationibus, ſaluo iure cognoſcendi de talibus delictis in foro exteriori, vt poſſet quando caſus occurrent, de talibus delictis in foro conſcientiæ abſolutis in foro iudiciali iudicium facere, & pœnam cõuenientem infligere: Vndè quando in facultate, conceſſa dicitur. *Concedimus confeſſarijs, vt poſſint pœnitentes abſoluere ab excommunicationibus, ſibi confeſſis in foro conſcientiæ, ſiuè in ordine ad Sacramentalem confeſſionem*: Tunc facultas abſoluendi cenſetur tantummodò conceſſa pro foro conſcientiæ: nã priuilegia tantum valent, quantum ſonant. Ità Suarez de Cenſ. D. 7. ſect. 5. n. 30. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 83. n. 9. Auila 2. p. c. 703. d. 12. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 11. n. 13. Henriq. lib. 13. c. 27. n. 5. Conink D. 14. d. 16. n. 227. & Bonac. de Cenſ. D. 1. q. 3. p. 10. nu. 1. alijque ab ipſis citati.

Priuilegia tantum valent, quantum ſonant. Suarez. Rodriquez. Auila. Sanchez. Conink. Bonacina.

32 Facultas abſoluendi conceſſa ſimpliciter intelligitur pro vtroque foro. Nauarrus. Filliucius. Suarez. Rodriq.

Quando autem facultas abſoluendi ab excommunicationibus, alijſq; cenſuris conceſſa eſt à Prælatis ſimpliciter, & abſolutè ſine limitatione, tunc intelligitur conceſſa pro vtroque foro: Nam verba generalia, generaliter conceſſa, ità ſimpliciter, & generaliter ſunt intelligenda: modo ex circumſtãtijs non conſtet aliam fuiſſe ſuperioris voluntatem. Ità Nauar. in ſum. c. 27. n. 278. Filliuc. d. tr. 11. c. 9. q. 7. n. 291. Suarez, & Rodriq. cum alijs ſupra citatis.

33 Concluſio.

Ex quo ſequitur, quod quando, quis abſolutus eſt in foro conſcientiæ ab excommunicatione; ſi tale delictum poſtea delatum fuerit in iudicium, non indiget noua abſolutione ab excommunicatione, eò quod ab illa legitimè, iam abſolutus fuit: ſed tantùm puniri poteſt à iudice in foro externo: Ipſe enim poterat ſe gerere, tamquam non excommunicatus, ſecluſo tamẽ ſcandalo, quando excommunicatio erat publica: prout dicunt Bonacina, Suarez, & Filliuc. locis ſupra citatis. Et hæc de excommunicatione maiori in communi dicta ſufficiant.

Bonacina. Suarez. Filliucius.

TRACTATVS VIII.

Et de Minori Excommunicatione. T. IV.

PROOEMIVM.

MAiori excommunicatione in communi ſuperius iam explicata, conſequenter dicendum eſſet de ipſis excommunicationibus ſpecialiter, declarando, quæ & qualia ſint vincula iſta excommunicationum, & quomodo, & quotupliciter incurrantur, & quæ ſint inſtituta à iure, & quæ ab homine, & ex illis quarum abſolutio eſt tantummodo Summis Pontificibus reſeruata, & quæ abſolui poſſunt à ſimplicibus confeſſarijs virtute clauium: Quoniam verò excommunicationes in duplici ſe habent differentia, aliæ enim appellantur maiores, aliæ autem minores, ideòque antequam vlterius procedamus: Operæ pretium eſſe exiſtimaui nonnulla breuiter de ipſa excommunicatione minori declarare, quæ eſt altera ſpecies excommunicationis in commun, cuius frequens eſt vſus, & ſæpe ſæpius facienda eſt mentio in tractatibus de excommunicationibus in particulari: Dicitur autem excommunicatio minor, comparatione facta ad maiorem, eò quod non omnes effectus, quos producit maior excommunicatio producit minor: Illa enim plures habet effectus, vt in ſuperioribus explicatum eſt: Hæc autem ſolummodo duos & non ità graues, vt videbitur in eius explicatione: Tractant autem de excommunicatione minori ferè omnes Theologi cum Magiſtro in 4. lib. ſent. à D. 18. ad 22. Palud. D. 18. q. 6. A. 6. Soto D. 22. q. 2. A. 3. Canoniſtæ in c. Si celebrat de cleric. excom. miniſt. Couar. in cap. Alma p. 1. §. 8. Summiſtæ in Verbo excommunicatio minor: & præcipuè Caiet. & Nauar. in man. c. 27. nu. 24. Rodriq. in ſum. p. 1. de excom. Tolet. lib. 1. c. 18. Vgolin. de cenſ. tab. 2. Sayrus c. 11. & 14. 21. & 23. Suarez diffusè tom. 5. de Cenſ. D. 24. Auila de cenſ. D. 12. Filliuc. tom. 1. tr. 15. de Cenſ. c. 1. & Bonac. D. 2. q. 3. de excom. cum alijs: Nos autem breuitatis gratia tria de ipſa excommunicatione in hoc præſenti tractatu conſiderabimus: Primum naturam, & quiditatem eius: Deindè effectus ipſius: & tandem quomodo, & à quo talis excommunicatio abſolui poſſit ea breuitate, & claritate, quã Diuina protegente gratia conceſſum fuerit.

Quare dicitur excommunicatio minor.

Auctores, qui tractãt de excommunicatione minori. Theologi in 4. d. 18. Palud. Soto. Canoniſtæ. Couarruuias. Summiſtæ. Caiet. Nauarr. Rodriquez. Tolet. Vgolinus. Sayrus. Suarez. Auila. Filliucius. Bonacina. Diuiſio iſtius tractatus.

DE NATVRA, ET QVIDITATE Minoris excommunicationis.

CAP. I.

NAturæ, & quiditates rerum per quatuor cauſas à Philoſophis inueſtigari ſolent, quarum duæ ſunt intrinſecæ materia videlicet, & forma, quæ ad eſſentiam rei pertinent, & ſunt partes eſſentiales diffinitionis Phyſicæ, ſiuè genus, & differentia, quæ pertinent ad diffinitiones Metaphyſicas, aliæ duæ ſunt extrinſecæ cauſa videlicet efficiens, & finalis, quæ deſeruiunt ad perfectam notitiam rei diffinitæ, ideòque de omnibus iſtis breuiter eſt dicendum. 1

1 Cauſæ materiales, & formales ſunt intrinſecæ.

Efficiens, & finalis ſunt extrinſecæ.

2 Quare dicatur excommunicatio minor.

Sed antequam naturam, & quiditatem minoris excommunicationis explicemus, oportet prius præcognoſcere etymologiam ipſius nominis, & vnitatem, ne in æquiuocis laboremus: ideòque ſciendum eſt, quod iſta appellatur: Excommunicatio minor, non propter paruitatem obiecti (vt aliqui putant) eſt enim pœna grauis ſpiritualis, priuans fideles tali vinculo adſtrictos à licita receptione Sacramentorum, atque electione paſſiua, cuiuſcumque Eccleſiaſtici beneficij licitè recipiendi, (vt dicetur,) ſed dicitur minor excommunicatio comparatione facta ad maiorem, cuius eſt pars & minores habet effectus, ac etiam reſpectu materiæ, ſupra quam cadit, quæ dicitur cauſa diſpoſitiua: Nam ad ipſam incurrendam ſufficit peccatum veniale: vt videbitur. Ità Soto in 4. D. 22. q. 1. A. 1. & Auila de Cenſ. p. 2. c. 2. d. 1. & alij.

Cauſa diſpoſitiua quæ. Soto. Auila.

3 Excommunicatio per prius dicitur de maiori, quam de minori excommunicatione.

Ex quo ſequitur, non ex æquo participare rationem, cum maiori excommunicatione, ſed analogicè, ideòque per prius dicitur de vna, quam de altera, & non omnia, quæ tribuuntur maiori, conueniunt minori, ſed tantùm ſecundum aliquam rationem, ideòque appellatur, Minor excommunicatio; quare quando abſolutè, & ſimpliciter fertur excommunicatio ſemper intelligitur maior, niſi aliter ex circumſtantijs conſtet de mente Iudicis ferentis, ſiuè de iure. Ità Nauar. c. 27. num. 1. Couar. in c. Alma p. 1. §. 8. Auila de cenſ. p. 2. D. 2. c. 1. & Filliuc. de Cenſ. tr. 13. c. 1. num. 7.

Excõmunicatio ſimpliciter intelligitur de maiori. Nauarrus. Couar. Auila. Filliucius.

4 De vnitate excommunicationis minoris.

Inſuper videndum eſt de vnitate ipſius excommunicationis minoris: non enim poſſumus ipſam

deſinire, niſi prius eius numerica vnitas cognoſcatur: licet enim aliqui Doctores duas ſpecies minoris excommunicationis diſtinguere ſolebant, quarum vna erat, quæ tantummodo priuabat communione aliquorum fidelium, tam in diuinis, quàm in humanis, reſpectu autem aliorum fidelium non priuabat vlla communicatione, prout colligitur ex multis iuribus: vt in can. Pręſenti 5. q. 2. & c. Placuit 2. D. 18. & c. Quorundam D. 34. Altera verò priuabat tantùm communione paſſiua Sacramentorum, non autem fidelium: prout colligitur ex c. Si celebrat de cleric. excom. miniſt.

(C. Præſenti. C. Placuit. C. Quorundã.)

5 (Ad præſens vna tantum ſpecies cognoſcitur à recentioribus.) Verũ eſt tamen, quod ad præſens à recentioribus vna tantummodo ſpecies excommunicationis minoris cognoſcitur, quæ conſiſtit in priuatione licita Sacramẽtorum, & Eccleſiaſtici beneficij electionem recipiẽdi: Nam alterius ſpeciei nullus eſt vſus in præſenti tempore in Eccleſia Sancta Dei, vt bene obſeruant Suarez de Cenſ. D. 24. ſect. 1. n. 4. & Filliuc. d. tr. 13. c. 1. nu. 2. & ideò illæ tantummodo erant pœnæ, non autem cenſuræ, quare non poſſunt numerari inter ſpecies excõmunicationis minoris propriè dictę.

(Suarez. Filliucius.)

6 (Diffinitio Minoris excommunicationis.) His ergo poſitis taliter eſſe poteſt eius definitio: *Excommunicatio minor eſt Eccleſiaſtica cenſura, priuãs fideles licita receptione Sacramentorum, atque Eccleſiaſtici beneficij recipiendi:* Hæc diffinitio colligitur ex doctrina Gregorij IX. in c. Si celebrat de cler. excõ. miniſt. quam ſequuntur omnes Canoniſtæ, & Theologi in 4. lib. ſent. D. 18. Soto D. 22. Suarez tom. 5. de Cenſ. D. 24. ſect. 1. Vgolin. tab. 3. c. 15. §. 1. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 3. Filliuc. de excom. tr. 13. c. 1. num. 3. & Bonac. de excom. D. 1. q. 3. num. 1.

(C. Si celebrat. Soto. Suarez. Vgolinus. Henriquez. Filliucius. Bonacina.)

7 (Excommunicatio minor, explicantur verba definitionis.) Dicitur Primò: [*Excommunicatio minor*] ad explicandum ſubiectum, quod diffinitur, de ipſa enim in præſenti tractatu loquimur: talis enim eſt Eccleſiaſtica cenſura, hoc enim eſt genus proprium ipſius rei definitæ: nam excommunicatio minor continetur ſub cenſura tamquã ſpecies ipſius: Duplex enim eſt excõmunicatio, vna maior, altera minor, quæ etiam eſt pœna ſpiritualis, inflicta ab Eccleſiaſtico iudice, ſiue à iure, virtute clauium contra fideles contumaces, & inobedientes pręceptis Eccleſię participando in diuinis, vel humanis cum excommunicatis vitandis in rebus non conceſſis: ideoque priuantur ab Eccleſia virtute cenſuræ aliquibus ſpiritualibus bonis, vt tali pœna correcti reſipiſcant.

8 (Secundo Priuans participatione paſſiua Sacramẽtorum.) Dicitur Secundo: [*Priuans participatione paſſiua Sacramentorum,*] quæ particula ponitur loco differẽtiæ: In hoc enim diſtinguitur excommunicatio maior à minori: quia illa priuat communione actiua, & paſſiua Sacramentorum: hæc autem ſolummodo paſſiua, & in hoc declaratur effectus ipſius excommunicationis minoris, priuat enim vſu licito, non valido receptionis Sacramentorum, niſi velis excipere Pœnitentiæ Sacramentum, quod aliquando recipiendo ſcienter, & voluntariè in excommunicatione minori eſt inualidum, vt infra explicabitur.

9 (Tertio, & beneficij Eccleſiaſtici receptione.) Additur Tertio: [*Atq; Eccleſiaſtici beneficij receptione,*] ad declarandum ſecundarium effectum ipſius minoris excommunicationis, qui conſiſtit in priuatione recipiendi licitè quodcumque beneficium Eccleſiaſticum, dum tali vinculo excommunicationis talis fidelis eſt ligatus: quamuis talis collatio beneficij non ſit ipſo facto nulla, ſed poteſt annullari per iudicis ſententiam, vt dicetur.

10 (Maior, & minor excõmunicatio in duobus tantũ conueniunt. Differunt in pluribus.) Ex quo ſequitur, quod excommunicatio maior, & minor in duobus tantum effectibus conueniunt, quibus omnes excõmmunicati priuantur. Communione videlicet paſſiua Sacramentorum, & paſſiua electione beneficij Eccleſiaſtici: Differunt autẽ in pluribus. Primò quia excommunicatio maior priuat à quacumque participatione Sacramentorum, non ſolùm paſſiua, ſed etiam actiua non ſolùm licita, ſed etiam valida: Minor autem excommunicatio ſolummodo à paſſiua licita receptione. Secundò illa priuat cõmunibus Eccleſiæ ſuffragijs; Hæc autẽ minimè. Tertiò illa priuat communicatione fidelium non ſolùm in diuinis, ſed etiã in humanis, & iuriſdictione, & ſepultura Eccleſiaſtica poſt mortem; quibus minor excommunicatio nullatenus priuat; Vndè meritò, minor excommunicatio appellatur ad differentiã maioris, quæ eſt maxima pęna, & plures habet effectus; Et hęc de quiditate, & natura excommunicationis, declarata per eius definitionem, quę etiam pertinet ad formalem cauſam. Ita Filliuc. d. tr. 13. c. 1. nu. 4.

(Prima differentia. Secunda differentia. Tertia differentia. Filliucius.)

11 (Cauſa materialis, & diſpoſitiua eſt peccatum externum m. ſiue veniale. Alterum peccatum ſufficit ad ipſam incurrendam.) Cauſa autẽ materialis, ſiue diſpoſitiua *eſt peccatum externum, ſiuè mortale, ſiuè veniale:* prout notauit Henriq. in ſum. lib. 13. c. 3. n. 4. Debet ergo peccatum eſſe externum, quia de internis Eccleſia per ſe, & directè nõ poteſt punire, & iudicare, vt ex ſupradictis patet. Dixi ſecundo (*mortale, vel veniale.*) quia alterutrum ſatis eſt; quare per inobedientiam communicando cum excommunicato vitando in diuinis incurritur excommunicatio minor, & talis cõmunicatio peccatum mortale eſt: & per communicationem in humanis cum talibus excõmunicatis incurritur, etiam minor excommunicatio, quæ cõmunicatio eſt peccatum veniale ratione paruitatis materiæ. Ita Henriq. loco ſupra citato, & Filliuc. d. tr. 13. c. 1. nu. 12.

(Henriquez. Filliucius.)

12 (Alia differentia inter vtrãque excõmunicationem.) Et ex hoc colligitur alia differentia inter vtramq; excommunicationem: nam ad incurrendam excommunicationẽ maiorem ſemper requiritur peccatum mortale, & inobedientia contumax in re graui: Minor autem excommunicatio incurritur etiam mediante peccato veniali, eo modo, vt explicatum eſt.

13 (Cauſa efficiens.) Cauſa verò efficiens vtriuſq; excommunicationis poteſt eſſe eadem, nam vtraq; excommunicatio eſt cẽſura; nam etiam excommunicatio minor eſt pars quædam maioris excommunicationis, priuat enim parte cõmunicationis integræ, qua priuat maior, & eſt pœna, pertinens ad bonam Eccleſiæ gubernationem, & debet ab iiſdem infligi, cùm ſit cenſura quædam, vt maior. Ita Vgol. de cenſ. tab. 3. c. 3. §. 4. Sayrus de Cenſ. lib. 2. c. 23. & Gloſſa in can. Si inimicus 11. q. 3. alijque Canoniſtæ communiter, in c. Si celebrat. de Cleric. excom. miniſt.

(Vgolinus. Sayrus. Gloſſa. Canoniſtę omnes.)

14 (Excommunicatio minor, & maior poſſunt eſſe à iure, & ab homine.) Ex quo ſequitur, quod: excõmunicatio minor inferri poteſt, & à iure, & ab homine, quamuis ad præſens ſolùm ſit vſu receptũ, vt excõmunicatio minor ſolùm incurratur per trãſgreſſionem iuris cõmunis, imponentis talẽ pęnam excõmunicationis minoris contra contumaces: olim tamen etiam ab homine aliquando excommunicatio minor infligi ſolebat, ſiuè per generalem ſententiam, ſiuè ſpecialem, & etiam nunc poſſet: nã qui poteſt maius, poteſt etiam & minus; ſi enim ſuperior habet poteſtatem excommunicandi fideles contumaces excommunicatione maiori, poterit etiam ipſe excommunicare excommunicatione minori, prout probant Suarez de Cenſ. D. 24. ſect. 3. nu. 7. Henriq. lib. 13. c. 3. §. 4. Filliucius d. tr. 13. c. 1. num. 10. & alij communiter.

(Suarez. Henriquez. Filliucius.)

15 (Ad inferendã excõmunicationem quãcumq; requiritur iuriſdictio in ferente in foro contentioſo.) Ad vtramq; autẽ excõmunicationem inferendam requiritur iuriſdictio in ferẽte in foro contẽtioſo, cũ vtraq; ſit ſpecies cenſuræ, quæ inferri non poteſt niſi ab illis, qui talẽ iuriſdictione habent in vtroq; foro, ſicuti nos ſupra ſatis probauimus in tr. 4. c. 2. n. 12. loquẽtes de cẽſ. in gen. Hinc eſt, quod ille tantũ inferre poſſet minorẽ excom. qui poteſt maiorem, loquẽdo regulariter, & de iure ordinario, quapropter Parochus, alijq; ſimiles ſuperiores, qui nõ habent iuriſdi-

ctionem

Digitized by Google

ctionem in foro contentioſo non poſſunt talem excommunicationem inferre, ſicut neque maiorem. Ità Vgolin. de Cenſ. tab. 3. c. 1. §. 2. n. 2. Suar. d. D. 24. ſect. 3. nu. 7. Syluest. Verbo excommunicatio 4. nu. 2. in fine; D. Antonin. tit. de excom. c. 79. nu. 12. Abbas c. 2. de Offic. Ordin. nu. 10. Filliuc. d. tr. 13. c. 1. num. 9.

Vgolinus. Suarez. Syluester. D. Antonin. Abbas. Filliucius.

16 Debet ſemper præcedere monitio explicita, ſiuè implicita.

16 Vtraque vero excommunicatio, ſi feratur ſub ratione cenſuræ, ſemper facienda eſt præmiſſa monitione, vt delinquens poſſit à contumacia reſipiſcere: nam quando infertur à Iure ſemper habet implicitam monitionem, quæ fit per legem generalem: Quando autem fit ab homine debet etiam fieri eodem modo, & verbis, quæ explicent eius effectus: prout dicunt Sayrus de Cenſ. c. 23. Suarez, & Filliuc. locis ſupra citatis.

Sayr. Suarez. Filliucius.

17 Olim imponebatur minor excommunicatio in ratione pœnæ.

17 Dixi autem [*Si feratur ſub ratione cenſuræ:*] quia aliquando excommunicatio imponi poſſet tantum in pœnam alicuius delicti commiſſi, & tunc non haberet propriam rationem cenſuræ, ſed pœnæ, prout olim imponi ſolebat pœna excommunicationis ob aliquod graue delictum commiſſum, vt ſacrilegij, & alterins grauis delicti notorij, & ſcandaloſi, ad iudicium Epiſcopi, de quibus agit Syluester Verbo excommunicatio 4. nu. 2. quæ tamen pœnæ non amplius ſunt in vſu in ratione cenſuræ, ſed pœnæ præcedentis peccati commiſſi, vt rectè notauit Suar. de Cenſ. D. 24. ſect. 1. n. 4. & Filliuc. d. tr. 3. c. 1. n. 7. & 13.

Syluester. Suarez. Filliucius.

18 Cauſa finalis quæ.

18 Cauſa tandem finalis, ob quam imponi ſolet talis excommunicatio etiam minor, ſiuè à Iure, ſiuè ab homine eſt emendatio delinquentis, vt reſipiſcat à contumacia, ideòque dicitur & eſt pœna medicinalis: Vnde ſublata contumacia delinquens à tali vinculo cenſuræ eſt ſoluendus: quare menſura eius durationis eſt contumacia delinquentis, qua ceſſante, ceſſat etiam cauſa tenendi fideles vinculo huius excommunicationis ligatos, quia ceſſante cauſa finali debet etiam ceſſare effectus; Requiritur tamen ad eam auferendam, vt ſequatur abſolutio ab habente facultatem abſoluendi, vt patet ex ſupradictis, & dicetur in 3. c. huius tract. Et hæc de quatuor cauſis, minoris excommunicationis, quatenus declarant naturam, & quiditatem ipſius.

Menſura excommunicationis eſt contumacia delinquentis. Non aufertur autē niſi mediante abſolutione.

DE EFFECTIBVS MINORIS Excommunicationis.

CAP. II.

1 Effectus minoris excommunicationis ſunt duo. Primus eſt priuatio paſſiua Sacramētorum Eccleſiæ.

1 DVos effectus producit excommunicatio minor, quorum vnus primarius, & præcipuus eſt priuare directè tali excommunicationis vinculo ligatum paſſiua Sacramentorum licita participatione, prout patet ex definitione ipſius ſuperius aſſignata, collecta ex c. Si celebret de Cleric. excom. miniſt. in quo dicitur: *Grauiter peccare eum, qui celebrat ligatus vinculo minoris excommunicationis:* & Ratio huius eſt, quia recipit Sacramentum in minori excommunicatione, quod prohibitum eſt ab Eccleſia per ſacros Canones, ideòque recipiendo quodlibet Sacramentum in tali excommunicatione perſiſtens peccat mortaliter, eò quod violat minorem excommunicationem in re graui, prout dicūt communiter Doctores, vt Caiet. Verbo excom. c. Vltimo Couar. in cap. Alma p. 1. §. 8. Reginald. lib. 32. n. 141. Filliuc. d. tr. 13. c. 2. nu. 17. Conink D. 14. d. 17. n. 261. & Bonacina de excom. min. D. 2. q. 3. num. 3.

Recipiendo Sacramenta peccat mortaliter. Caietanus. Couar. Reginaldus. Filliucius. Conink. Bonacina.

2 Sacramenta recepta ab excommunicato ſunt valida.

2 Verum eſt tamen, quod licèt recipiens Sacramentum in minori excommunicatione mortaliter peccet: Sacramentum autem receptum non eſt irritum, ſed validum: Non enim excommunicatus eſt inhabilis ad Sacramenta recipienda, ſed tantummodo prohibitus ex præcepto Eccleſiæ, vt eſt communis ſententia omnium Theologorum, & Canoniſtarum, vt videre eſt apud Filliucium d. tr. 13. c. 2. n. 18. & Suarez D. 24. ſect. 2. & Ratio huius eſt, quia Eccleſia non irritat Sacramenta recepta ab excommunicatis, dummodò materia debita, & forma à legitimo miniſtro applicentur.

Filliucius.

3 Sacramentum Pœnitentiæ ſacrilegè, & inualidè recipitur, & quare.

3 Excipitur tamen Pœnitentiæ Sacramentū, quod ſi recipiatur ſcienter à ligato vinculo excommunicationis minoris, recipitur inualidè, quando Videlicet quis accedit ad Sacramentalem confeſſionem, & vuit abſolui Sacramentaliter à peccatis, priuſquā ab excommunicationis vinculo ſit abſolutus: nam in caſu iſte talis ponit obicem ad Sacramentalem effectum, mediante peccato mortali, quod cōmittit in actu receptionis Sacramentalis abſolutionis, de quo peccato non confitetur, neque habet pœnitudinem, cùm voluntariè in illo actu illud committat, eò quod non habet propoſitum obediendi præceptis Eccleſiæ, præcipientis: Neminem debere prius abſolui à peccatis, quam à tali vinculo excommunicationis; Ita Bonacina de excom. min. D. 2. q. 3. n. 3. & Filliucius d. tr. 13. c. 2. num. 19.

Bonac. Filliucius.

4 Bona fides ignorātia, ſiuè inaduertentia excuſant à nullitate Sacramēti.

4 Concedimus tamen, quod ſi quis bona fide accedat ex inaduertētia, vel ex ignorātia probabili iuris, vel facti, putans poſſe licitè abſolui à peccatis, priuſquam abſoluatur à tali vinculo excōmunicationis; tunc valida erit abſolutio Sacramentalis bona fide recepta, eò quod validum eſt Sacramentum, cōcurrentibus cæteris requiſitis, vt ſupponitur: eò quod in caſu eſſet excuſatus a peccato: Vel ſi talis pœnitens petat prius abſolui à confeſſario à vinculo cenſuræ ſaltem in genere, & ſciat prius abſolutionem conferendam eſſe antequam Sacramētaliter abſoluatur.

5 Abſolutio generalis ad cautelam nō ſufficit, quando ſcientiam habet excōmunicationis minoris.

5 Non dicimus autem in caſu ſufficere illam abſolutionem generalem, quam confeſſarij generaliter præmittere ſolent ante Sacramētalem abſolutionē, dicendo ad cautelam: *Si teneris aliquo vinculo excōmunicationis maioris, vel minoris, abſoluo te in quātum poſſum, & valeo, & tu indiges.* Nam talis abſolutio ſufficit, quando pœnitens bona fide Sacramentalē abſolutionem recipit, & ex obliuione, vel ignorantia, ſiuè inaduertentia talem excommunicationem nō aperit. Non autem, quando nouit ſe eſſe excommunicatum, & talem excommunicationem impedire ſub culpa mortali receptionem Sacramenti, niſi prius à tali vinculo abſoluatur, ideoque debet in caſu talem excommunicationem confiteri adhoc, vt confeſſarius illam auferat directè, aliter enim mortaliter peccabit, & ſic inualidè recipiet abſolutionē.

Tenetur ſe de illa accuſare, vt recipiat abſolutionē ab illa.

6 Sufficit petere abſolutionem excommunicationis generalē aliquando, & quomodo.

6 Verū eſt tamen, quod ſi talis dicat confeſſario, vt ante abſolutionem à peccatis præmittat abſolutionem à cēſura excommunicationis, in qua exiſtimat ſe eſſe incurſum ſine manifeſtatione cauſæ in particulari: Tunc probabiliter exiſtimāt Doctores, quod talis petitio ſit ſufficiens: quia quacumque ratione prius abſoluatur à tali vinculo excommunicationis, quam à peccatis videtur ſufficiens ad validè recipiendum abſolutionis Sacramentum: prout docet Filliucius d. tr. 13. de Excom. c. 2. nu. 20.

Filliucius.

7 Obiectio. Peccatum veniale non eſt de neceſſitate confeſſionis, ideò voluntariè omitti poteſt.

7 Sed contra hanc noſtram aſſertionem obijcere poſſet aliquis, dicendo: Peccatum veniale non eſſe de neceſſitate confitendum, cùm poſſit etiam aliquando etiam voluntariè, & ſcienter illud omitti: ſed quando excommunicatio minor ob ſolum peccatum veniale eſt incurſa propter communicationem cum excommunicato vitando in humanis, non eſt, niſi peccatum veniale, (vt in ſuperioribus ſatis declaratum eſt:) ergo in caſu

poterit pœnitens talem culpam venialem, mediante qua contracta eſt excommunicatio minor voluntariè, & ſcienter omittere in confeſſione, eò quod ſcit, ſe non teneri ad confitenda omnia peccata venialia: ergo omittendo confiteri talem excommunicationem minorem, incurſam per peccatum veniale, non peccat mortaliter, & per conſequens validè recipiet Sacramentalem abſolutionem.

8 Solutio.

Peccatum veniale quando eſt cauſa cenſuræ omitti non poteſt in confeſſione.

Reſpondetur, quod licèt verum ſit, quod peccatum veniale poſſit etiam ſcienter, & volutarie omitti in confeſſione Sacramentali, quando non eſt cauſa cenſuræ impedientis receptionem licitam Sacramenti: Quando autem eſt cauſa cenſuræ impedientis, non poteſt omitti, quia recipiendo Sacramentalem abſolutionem, priuſquam ab excommunicatione abſoluatur peccat mortaliter, ideóque ſi non exprimat excommunicationem ſcienter, inualidè recipit Sacramẽtum abſolutionis propter defectum integritatis confeſſionis & pœnitudinis neceſſariæ. Ita Filliucius d.tr. 13.c.2.num.20.

Filliuc.

9 Quæſtio 2. An celebrando incidat in irregularitatem. Reſolutio eſt negatiua.

Quæritur ſecundò: An excommunicatus minori excommunicatione, celebrando, vel alia Sacramenta adminiſtrando incidat in irregularitatem?

Minori excommunicatione excommunicatus poteſt exercere actus Ordinis licite.

Reſpondetur negatiue. Non enim talis irregularitas eſt in iure expreſſa; nam irregularitas non incurritur propter ſolam adminiſtrationem, vel receptionem Sacramenti indebitam, ſed propter prohibitam miniſtrationem Ordinis, quando eſt ſuſpenſus ab illo virtute cenſuræ: At talis excommunicatus excommunicatione minori non eſt prohibitus adminiſtrare, & facere actus Ordinis, ſed tantùm Sacramenta recipere, ideòque adminiſtrando Sacramenta, ſiuè celebrando non incurrit irregularitatem, ſiuè aliam pœnam ipſo iure, ſed arbitrio ſuperioris poteſt de tali exceſſu puniri, prout colligitur ex c. Si celebret. de Cleric. Miniſt. excom. Ita Suarez de cenſ. D.24.ſect.2.num.3. Auila p.2.c.6.D.12.concl.2. Filliucius d.tr.13.c.2.nu.25. Bonacina de excom. min. D.2.q.3.num.5.

C. Si celebret. Suarez. Auila. Filliucius. Bonacina.

10 Quæſtio 3. An miniſtrãdo Sacramenta peccet? Prima ſẽtẽtia Syluestri exiſtimat p. m.

Quæritur tertio. An ſaltem miniſtrando Sacramenta alijs grauiter peccet?

Ratio iſtius ſententiæ.

Reſpondetur; In hac quæſtione: tres eſſe Doctorum opiniones: quarum Prima fuit Syluestri Verbo excommunicatio 4. nu.1. qui dicere videtur: Sacerdotem ligatum vinculo excommunicationis, etiam minoris, miniſtrantem Sacramenta alijs fidelibus peccare mortaliter, quia licet ab Eccleſia non priuetur actiua participatione Sacramentorum, ſed tantum paſſiua: Quo ad Deum tamen intelligitur priuatus propter indignitatem: non enim conueniens, & decens eſt, vt ille qui ratione cenſuræ non poteſt licitè Sacramenta recipere, alijs adminiſtret; ideòque taliter adminiſtrans, quò ad Deum peccat mortaliter, licèt, non quò ad Eccleſiam, eò quod taliter Sacramenta miniſtrata irritare non intendit; ideòque non carent effectu ſuo, quia excommunicatus excommunicatione minori non eſt iuriſdictione priuatus: Huius etiam opinionis videtur eſſe Armilla: Verbo excommunicatio: num.2. cum alijs aſſeclis.

Armilla.

11 Secunda ſententia dicit peccare tantũ venialiter.

Secunda ſententia docet, quod taliter Sacramenta adminiſtrans non peccat mortaliter, ſed ſolum venialiter propter indecentiam, & irreuerentiam adminiſtrationis Sacramenti, non enim decens eſt, vt is, qui licitè Sacramenta propter cenſuræ impedimentum recipere non poteſt ea alijs conferat. Ita Soto in 4.D.22.q.2.A.3.§.3. Auila p.2. de cenſ. c.6. D.12.d.3. Sayrus de cenſ.c.22. Reginaldus lib.32.c. 14.num 142. Conink D.14.d.17. nu.264. cum alijs.

Soto. Auila. Sayrus. Reginaldus. Conink.

12 Fundãtur iſti Doctores in Decreto Greg. IX. in c. Si celebret ſupra citato, vbi poſtquam dictum fuerat à Pontifice, quod ſi celebret grauiter peccat: ideſt mortaliter: additur poſtea, Peccat autem conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta: Vbi videtur poſuiſſe diſcrimen quantum ad grauitatem peccati inter recipientem Sacramenta, & adminiſtrantem; ſed recipiens peccat mortaliter, ergo adminiſtrans peccat, ſaltem venialiter propter indecentiam. Ità Auila loco citato in tertia ſententia ipſius Auilæ, & aliorum.

Fundamentũ Secundæ ſententiæ. C. Si celebret.

Auila.

13 Tertia ſentẽtia dicit. Nullum peccatũ committere. Rationes tertiæ ſententiæ.

Tertia ſententia, abſolutè dicit: Ligatum minori excommunicatione, adminiſtrantem alijs ſacramẽta nullum peccatum committere, neque mortale, neque veniale ratione excommunicationis: & Ratio huius ſententiæ eſt, quia excommunicatio minor non priuat actiua participatione ideſt adminiſtratione Sacramentorum, ſed tantùm paſſiua: Si autem excommunicatus minori excommunicatione peccaret adminiſtrando Sacramenta, ſequeretur: Excommunicationem minorem non ſolum priuare paſſiua, ſed etiam actiua Sacramentorum participatione. Ità Suarez de cenſ. D.24.ſect.2.num.12. Henriquez in ſum. lib. 13. c. 3. Couarruuias in cap. Alma p.1.§.8. Filliucius d.tr.13.c.2.nu.23. Nauarrus c.27.nu.24.& 249. Vgolinus de cenſ, tab.3. c. 6. §. 1. Io. de Lignan. de cenſ. §. 13. & Bonacina D. 2. de Excom.q.3.num.4.

Suarez. Henriquez. Couarruuias. Filliucius. Nauar. Vgolinus. Io. de Lignan. Bonacina.

14 Probatur Aſſertio. C. A nobis.

Probatur autem iſta ſententia; ex c. A nobis de Except. vbi tantummodo prohibetur excommunicatus minori excommunicatione à participatione Sacramentorum. Proprietas autem vocis (*Participatio*) non comprehendit effectionem, vel adminiſtrationem Sacramenti, ſed tantùm receptionem: & in c. Si celebret. de Cleric. excom. miniſt, expreſsè dicitur: *Hanc participationem prohibitam, conſiſtere in ſola perceptione, & non in actiuo miniſterio*: Cùm ergo ab Eccleſia nulla ſit facta prohibitio de miniſtratione actiua non eſt, quod à nobis dicatur taliter adminiſtrantem peccare, ſaltem venialiter: non enim fideles ligandi ſunt aliqua culpa, vbi non eſt lex in contrarium.

C. Si celebret.

15 Limitatio aſſertionis. Aliquando per accidens poteſt eſſe p.m. Explicatur aſſertio ſupradicta.

Hoc autem intelligendum eſt ratione ipſius excommunicationis præciſe, nam per accidens, & aliunde poterit aliquando interuenire peccatum. Si enim excommunicatio illa eſſet contracta mediante peccato mortali propter participationem in diuinis cum excommunicato vitando, & deindè iſte talis adminiſtret Sacramenta, ſine contritione, tunc mortaliter peccaret ratione Sacramenti extra gratiam adminiſtrati: Nam ſecundum probabiliorem opinionem adminiſtrans Sacramenta debet eſſe in gratia, ſaltem per contritionem exiſtimatam, vti nos diximus in primo tomo noſtræ Theolog. mor. tract.2. de Sacramentis in gen. ideòque dixi, *Huiuſmodi non peccare ratione excommunicationis, ſed aliundè*. Ideſt per accidens.

Geſualdus de Bononijs tom. 1.

16 Soluitur argumentum prioris ſentẽtiæ.

Reſpondetur ergo ad fundamentum prioris ſententiæ. Non benè concludere illud quod ſupponebat Syluester cum ſuis, dicens (Miniſtrantem Sacramenta in excommunicatione minori peccare mortaliter apud Deum, & non quò ad Eccleſiam) admitti non poſſe, quia in tantum peccaret, in quantum eſſet ab Eccleſia priuatus, ſed nullo modo Eccleſia intendit priuare excommunicatum minori excommunicatione à miniſtratione actiua Sacramentorum, ſed tantùm à paſſiua communicatione, ideòque adminiſtrando non poteſt mortaliter peccare: non enim excommunicatio minor eſt culpa, ſed pœna: Culpa autem, per quam incurritur fuit venialis, vt ſupponitur, & ideò nullo modo poſſumus

Reijcitur diſtinctio Syluestri quò ad Deum, & quò ad Eccleſiã.

con-

Digitized by Google

concludere in caſu peccare mortaliter, prout exiſtimauit prima ſententia.

17 Ad ſecundam ſententiam aliorum, dicentium: ſaltem venialiter peccare ratione indecentiæ, & irreuerentiæ, eò quod non decet, vt ille, qui licitè Sacramenta recipere non poteſt, alijs conferat: Reſpondetur nullam in caſu eſſe indecentiam, & irreuerentiam: nam excommunicatio minor non eſt contracta per culpam mortalem, ſed venialem, ergo, miniſtrando in tali excommunicatione non miniſtrat extra gratiam, neque contra prohibitionem Eccleſiæ: ergo nullo modo peccat, neque mortaliter, neque venialiter.

Soluuntur rationes ſecūdæ ſententiæ.

18 Et iterum confirmatur ratio noſtra, quia ſuſpenſus ab officio, Sacramenta miniſtrare non poteſt, & tamen poteſt recipere ſine vllo peccato, ergo è contra à fortiori, ille qui non poteſt recipere poterit ſine vllo peccato miniſtrare, dum ab Eccleſia non ſit facta talis inhibitio, vt ſupponitur. Ità Suarez d. D. 24. & Filliuc. loc. ſupra citatis.

Confirmatur iterum ratio tertiæ ſententiæ.

Suarez. Filliucius.

19 Ad illud, quod obijci poterit ex C. ſi celebret de Cleric. excom. miniſt. Vbi dicitur: *Peccat autem conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta*: Reſpondetur: verba illa Pontificis intelligenda eſſe de Sacerdote celebrante, qui ſimul Sacramentum conficit, & ſe communicat, qui peccat grauiter in quantum recipit Sacramentum contra præceptum Eccleſiæ: quare dicimus: Verba illa Pontificis referenda eſſe ad initium dicti capituli, in quo de tali Sacerdote ſermo erat: Quod ſatis indicare videtur particula illa aduerſatiua [*autem*] quæ refertur ad ea, quæ ante dicta erant: Dubium enim eſſe poterat: An à tali Sacerdote excommunicato Sacramenta miniſtrata, eſſent valida, & ſuum haberent effectum: declarat Pontifex: Sacramenta eſſe valida, & Sacerdotem celebrantem peccare mortaliter, non ratione adminiſtrationis, ſed ratione receptionis Sacramenti contra prohibitionem Eccleſiæ: Ità Suarez, cum Filliucio d. tr. 13. c. 2. num. 24. Ille D. 24. ſect. 2. nu. 9.

Soluitur ratio ſecundæ ſententiæ fundata in C. ſi Celebret.

Peccat Sacerdos celebrās ratione receptionis Sacramenti in excom.

Suarez. Filliucius.

20 Quæritur Quartò; An communicans cum excommunicato minori excommunicatione ligato incurrat minorem excommunicationem?

Quæſtio 4.

Reſpondetur negatiuè: non enim excommunicatio tranſit in perſonam tertiam ſecundum doctrinam D. Thomæ in addit. 3. p. q. 23. à 2. ad ſecundum Soto D. 22. q. 2. A. 3. & Nauar. in man. c. 27, num. 25. Vnde communicando cum tali excommunicato in rebus non prohibitis non peccat, ſicut etiam ſi miniſtret Sacramenta excommunicato occulto, & tolerato, quando ipſe publice petat, neque minorem excommunicationem incurrit, quæ ſolum incurritur propter communicationem cum excommunicato vitando maiori excommunicatione adſtricto, non autem communicando cum illo, qui tantummodo minori excommunicatione eſt adſtrictus, niſi communicet in rebus prohibitis, miniſtrando Sacramenta tali excommunicato, quando eſſet publicè declaratus, quod etiam in hoc caſu poteſt locum habere: tunc enim peccaret mortaliter, cooperando peccato illius, cùm poſſit illud euitare: Ità Sayr. de Cenſ. c. 22. num. 29.

Cōmunicans cum excōmunicato min. excommunicatione nō incurrit excommunicationem.

D. Thomas. Soto. Nauarrus.

Sayrus.

21 Secundus effectus excommunicationis minoris, eſt priuatio electionis paſſiuæ ad beneficia Eccleſiaſtica licitè recipienda prout expreſsè habetur ex c. ſi celebret de cleric. excom. miniſt. vbi dicitur: *Talem eligi non poſſe, & ſi ſcienter eligatur eius electionem eſſe irritandam*: Quod intelligitur de electione ad gradus, & dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica, ideòque ad beneficia temporalia, aut dignitates ſæculares eligi poteſt, neque propterea talis electio eſt irritanda: prout benè notauit Suarez de Cenſ. D. 24. ſect. 2. num. 14. & Filliuc. d. tr. 13. c. 2. q. 7. num. 28.

De ſecundo effectu min. excommunicationis. C. ſi celebret.

Priuatio beneficij Eccleſiaſtici non ſæcularis.

Suarez. Filliucius.

22 Ex quo ſequitur; Affectum vinculo excommunicationis minoris, recipiendo quodcumque Eccleſiaſticum beneficium, ſibi collatum antequam à tali excommunicatione ſit ſolutus peccare mortaliter, eo quod faciat contra prohibitionem Eccleſiæ, violando cenſuram minoris excommunicationis in re graui, nam Eccleſia prohibet per Sacros Canones huiuſmodi excommunicatum à receptione paſſiua Eccleſiaſtici beneficij: Ità Auila de cenſ. p. 2. D. 12. d. 4. concl. 1. & Bonac. de excom. min. D. 2. q. 3. nu. 7.

Recipiens Eccleſiaſticum beneficiū in excom. p. m.

Auila. Bonacina.

23 Quæritur quinto loco: An electio facta beneficij Eccleſiaſtici in perſonam excommunicati excommunicatione minori ligati ſit ipſo facto irrita, ſiuè irritanda?

Quæſtio 5.

Reſpondetur, Talem electionem nō eſse irritam, ſed irritandam per iudicem Eccleſiaſticum, quandò electores huiuſmodi excommunicatū ſcienter elegerunt, ſiue contulerunt tale beneficium, dum perſiſtebat in excommunicatione, Patet hoc ex verbis Pontificis Gregorij IX. in d. c. Si celebret vbi dicit Pontifex. *Talem electionem non eſſe irritam, ſed irritandam*: Ità Felinus in c. Dilecti de except. in fine: nu. 4. & Richard. in 4. D. 18. q. 4. A. 7. Suarez de cenſ. D. 24. ſect. 2. num. 21. Auila de cenſ. p. 2. D. 12. concl. 2. Tolet. lib. 5. c. 66. & Filliuc, d. tr. 13. c. 2. num. 31.

Electio facta in perſona excōmunicati min. eſt irritanda, non irrita.

Felinus. Richardus. Suarez. Auila. Toletus. Filliucius.

24 Quod autem dictum eſt de electione idem pariter intelligendum eſt de collatione beneficij: cùm ſit eadem ratio, eò quod beneficij collatio eſt quædam virtualis electio; cum ille, cui confertur etiam ſi non præcedat concurſus aſſumitur vnus ex multis ad illud munus: & Ratio textus æquè procedit, etiam in collatione beneficij: nam per talem collationem aliquis aſſumitur ad ſuſceptionem eorum, à quorum perceptione excommunicatus per Sacros Canones eſt priuatus: Ità Suarez cum alijs Doctoribus ſupra citatis.

Idem etiam dici ut de collatione beneficij.

Suarez.

25 Notādum autem, quod talis electio, ſiuè collatio beneficij in perſona excommunicati minori excōmunicatione eſt irritanda, quando electores ſcienter eligunt talem excommunicatum: Quando autem electores tempore electionis neſciebant talem perſonam eſſe excommunicatam; tunc nonnulli Doctores probabiliter exiſtimant talem electionem non eſſe irritandam, ſed poſſe perſiſtere, & Ratio iſtorum eſt, quia excommunicatio minor leuior cenſura eſt excommunicatione maiori, ideòque effectus debuit habere leuiores, quam habet excommunicatio maior: Quare ſi hæc facit electionem irritam eius, qui etiam ignoranter fuit electus: In excommunicatione minori, quia leuior eſt cenſura; non debuit idem operari, ſed minori cum damno irritationi tantum ſubijciendo electionem, quæ eſt facta ſcienter: Ità Auila: p. 2. D. 12. d. 4. concl. 4. Vaſquez tr. de excom. d. 6. num. 12. Reginald. lib. 32. c. 14. num. 143. in fine, quam opinionem, Filliuc. d. tr. 13. c. 2. q. 7. num. 30. & Bonacina de excom. D. 2. q. 3. num. 7. probabilem exiſtimant.

An quando electores nō ſciebant talē eſſe ex communicatum.

Prima ſententia exiſtimat non eſſe irritandam.

Ratio aſſertionis.

Auila. Vaſquez. Reginaldus. Filliucius. Bonacina.

26 Verum eſt tamen, quod alij Doctores communiter oppoſitum exiſtimant, dicentes; electionem factam in perſona excommunicati, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter ſemper eſſe irritandam; nam talis effectus non fundatur in noua culpa eligentium, vel electi, vt propterea poſsit ignorantia excuſando culpam impedire hunc effectum; ſed fundatur in natura, ſeu inſtitutione talis cenſuræ, quæ impediendo vſum paſſiuum Sacramentorum, impedit conſequenter electionem ad illud munus, quod talem vſum requirit: Quare particula illa [*Scienter*] videtur

Secunda ſententia tenet ſemper eſſe irritandam.

Ly Scienter quomodo intelligitur.

tur addita in illo textu potius ad augendum, quam limitandum: Ita vt ſenſus ſit [*etiam ſi ſcienter*] & referenda eſt potius ad eligentes, quàm ad electum: Tum quia ex parte eligentium dubium eſſe poterat: nam quando ignoranter fieret electio, hoc ipſo poterat videri inuoluntaria, & conſequenter irritāda, Quod ſecus accidit, quando ſcienter eligunt, ideò additum eſt; *Vt etiam ſi ſcienter electio fieret eſſet irritanda*, quia ſemper in electo excommunicato manet impedimentum ad recipienda Sacramenta: Et talis eſt magis communior ſententia, quam ſequitur Suarez de Cenſ. D.24. ſect.2. num.18. & Filliucius, & Bonacina locis ſupra citatis communiorem exiſtimant, quamuis priorem ſententiam non improbant.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

27 Notandum ſecundo. Quod etiam ſi beneficium, ad quod quis eligitur ſit ſimplex, nec requirat per ſe ſuſceptionem alicuius Sacramenti: Hoc tamen non obſtante talis electio eſt irritanda, quia textus generaliter loquitur, & ſatis eſt, quod ex intentione Eccleſiæ omnia hæc beneficia ordinentur ad hunc finem: vt qui eligitur diuina Sacramenta recipiat, ac celebret. Quare in ijs, quæ non requirunt Ordinem, ſatis eſt ad electionem irritandam, quod electus mediante excommunicatione non poſſit in tali excommunicatione tale Sacramentum licitè ſuſcipere: Ita Suarez de Cenſ. D.24. ſect.2. num.18. Filliuc. d. tr.13. c.2. q.8. num.32.

Etiam ſi beneficium ſit ſimplex ſemper eſt irritandum.

Suarez. Filliucius.

28 Quæritur Sextò: An peccent electores ſcienter talem excommunicatum ad beneficia Eccleſiaſtica eligentes, ſiuè illi conferentes?

Quæſtio 6. Electores ſcienter eligendo excommunicatū peccant grauiter.

Reſpondetur Affirmatiuè, & ratio huius eſt, quia electores tenētur firmam, & bonam facere electionem. At eligendo excommunicatum eligunt indignum, & faciunt electionem infirmam, & ſuppoſitam irritationi, ideòque grauiter peccant: Inſuper communicant peccato ipſius electi, qui cum ſit excommunicatus, non poteſt ſine peccato mortali recipere tale beneficium: ſicut ille, qui miniſtrat ſcienter Sacramenta alicui in tali excōmunicatione perſiſtente; & tale peccatum ex ſuo genere eſſet mortale; nam huiuſmodi electores in caſu grauiter delinquunt circa munus ſuum. Ità Suarez de Cenſ. D.24. ſect.2. nu.31. Auila p.2. D.12. d.4. concl.1. & Filliuc. d. tr.13. de Excom. c.2. q.10. num.36.

Suarez. Auila. Filliucius.

29 Quæritur ſeptimò. An excommunicatus excommunicatione minori ſit priuatus communicatione actiua ad electionem faciendam?

Quæſtio 4.

Reſpondetur negatiuè: Patet hoc ex d. c. ſi celebret; vbi dicitur. *Eum, qui ſic excommunicatus eſt, non eſſe prohibitum eligere, vel ea, qui iuriſdictionis ſunt exercere*: quapropter non eſt irritanda electio facta ab excommunicato minori excommunicatione, quia ex nullo iure prohibita eſt electio actiua excōmunicatis excommunicatione minori tantum, nec ſunt virtute illius prohibita ea, quæ iuriſdictionis ſunt, exercere: electio autem actiua eſt actio, & vſus iuriſdictionis ideò. Ita Couar. in c. Alma p.1. §.8. n.3. Filliuc. d. tr.13. de excom. c.2. q.9. num.33.

Excommunicatus min. excommunicatione non eſt priuatus iuriſdictione, & electione actiua.

Couarruuias. Filliucius.

30 Sequitur ergo ex prædictis: ligatum excommunicatione minori poſſe liberè cum alijs fidelibus communicare abſque vllo peccato non ſolum in humanis, verum etiam in diuinis, quare poteſt liberè Miſſam audire, & oſculū pacis in ea recipere. Ità etiam diuina officia cum alijs in choro recitare; frui ſuffragijs communibus Eccleſiæ alijſque communicationibus. Tantùm enim priuatus eſt Sacramentorū receptione, & paſſiua electione, non autem alijs functionibus, ſiuè humanis, ſiue Eccleſiaſticis; vt patet: ex c. A nobis de Except. & ex d. c. ſi celebret. Ita Nauar. c.27. num.24. Couar. d. c. Alma p.1. §.8. num.2. Syluest. verbo excommunicatio 4. num.6. Vgolinus de cenſ. tab.3. c.6. §.1. Suarez D.24. ſect.2. n.4. Graff. lib.4. Deciſ. c.10. num.3. Filliuc. d. tr.13. c.2. num.21. & Bonac. de excom. min. D.2. q.3. numer.8. & 9. Et hæc de Effectibus excommunicationis minoris dicta ſufficiant.

Concluſio.

C. A nobis. C. ſi celebrat. Nauarrus.

Couarruuias. Syluester. Vgolin. Suarez. Graffius. Filliucius. Bonacina.

DE ABSOLVTIONE MINORIS EXcommunicationis.

CAP. III.

1 PRo complemento huius præſentis tractatus, in quo de Minore excommunicatione actum eſt, dicendum ſupereſt de modo, & forma abſolutionis ipſius: At quoniam in præcedenti tractatu c.3. ſatis ſuperque dictum eſt de abſolutione excommunicationum, & quomodo, & à quo tales excommunicationes maiores legitimè auferri poſſunt. Ideo in hoc præſenti 3. in ordine capitulo breuiter epilogabimus, quæ in ſuperioribus continentur. Faciliter enim ea, quæ dicta ſunt de abſolutione maioris excommunicationis applicanda erunt, modo ſuo, ad abſolutionem minoris excommunicationis. Nam is, qui poteſt maius, poteſt etiam & minus in eodem genere: Cùm ergo excommunicatio minor ſit ſpecies ipſius excommunicationis in communi, ideo. &c.

Introductio capituli.

Ea, quæ dicta ſunt de excom. maioris applicari poſſunt ad minorem.

2 Notandum ergo pro maiori intelligentia, quod excommunicatio minor, alia eſt à Iure, alia poteſt eſſe ab Homine, ſtando in ſuo rigore, alia reſeruata, alia non reſeruata. Inſuper illa ab homine, alia poteſt eſſe inflicta per ſtatuta generalia, ſiuè per ſententiam generalem, ſiuè per conſtitutiones Synodales, ſiue Prouinciales, alia per ſententiam particularem, nominando, & declarando, aliquam perſonam eſſe ligatam cenſura excommunicationis minoris, eadem enim eſt ratio, ſicut de maiori, quamuis ad præſens huiuſmodi excommunicationes minores ab homine ſiuè generales, ſiuè particulares vix, aut numquam ſint amplius in vſu; ſed ſolummodò contrahitur illa à Iure per tranſgreſſionem præcepti Eccleſiaſtici communicando ſcienter, ſiuè in diuinis, ſiue in humanis cum excommunicato publicè declarato, & vitando in caſibus non conceſſi, propter quam tranſgreſſionem fideles minorem excommunicationem incurrunt; vt ex ſupradictis conſtat.

Excommunicatio minor poteſt eſſe à Iure, & ab homine.

Excommunicationes minores ab homine nō ſunt amplius in vſu.

Excommunicatio minor quomodò cōtrahitur.

3 His ergo poſitis, & præhabitis. Quæritur Primo. Quis poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, quando data eſſet per ſententiam particularem nominatim declarando aliquam perſonam eſſe excommunicatam excommunicatione minori, lata ab homine?

Primum quæſitum. Quis poſſet abſoluere ab excommunicatione minori lata ab homine?

Reſpondetur, quod quandò huiuſmodi ſententia lata eſſet à iudice per ſententiam particularem cōtra aliquam perſonam nominatam ſimpliciter, ſiuè ſpecialiter, tunc non poſſet à tali vinculo excommunicationis abſoluere, niſi is, qui eam tulit, vel eius ſuperior, vel is, qui ab ipſis habeat poteſtatem delegatam: & Ratio huius eſt, quia eiuſdem eſt poteſtas abſoluendi ab ea, cuius fuit ligandi. Hoc enim requiritur ad ſeueritatem iuſtitiæ, & ad gubernationem Eccleſiæ, nam aliàs perturbaretur ordo iuriſdictionis Prælatorum. Ità Henriquez in ſumm. lib.5. de excom. numer.14. Gabr. in 4. D.18. quæſt.3. A.3. d.6. Richard. quæſt.3. A.9. Suarez de Cenſ. D.24. ſect.4. numero 1. Filliucius d. tr.13. cap.7. quæſt.1. numer.134. Bonacina de excom.

Quando lata eſſet per ſententiam particularem tātum à conditore, vel à ſuperiore ipſius.

Ratio aſſertionis.

Henriquez. Gabriel. Richardus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Digitized by Google

excommunicat. min. D. 2, quæſt. 3. p. 4. num. 11.

4 *Quandò lata eſt per ſententiam generalem: proprius confeſſarius abſoluere poteſt.* *Si non ſit reſeruata.*

Si verò talis ſententia excommunicationis lata eſſet per ſententiam generalem; tunc eadem eſt habenda ratio, ac ſi eſſet à Iure, ideòque ille poteſt ab ea ſoluere, qui poteſt excommunicationes, latas à Iure ſoluere: Si enim excommunicationes maiores non ſunt reſeruatæ in Iure abſolui poſſunt à proprio confeſſario, quanto magis excommunicationes minores, quæ non ſunt tanti momenti, ſicut excommunicationes maiores: Hoc tamen ſemper eſt intelligendum, quando talium abſolutio non eſſet reſeruata Ordinario, quia tunc ſolum ab illo, vel à ſuperiore ipſius poterit abſolui, vt ex ſupradictis patet: Ità Filliucius d. tr. 13. c. 7. num. 135. cum alijs ſupra citatis. [Filliucius.]

5 *2. Quæſitum, Qui poteſt abſoluere ab excommunicatione min. lata à Iure? Reſolutio. Excommunicationem minorem à Iure abſoluit proprius confeſſarius.*

Quæritur ſecundò: Quis poteſt legitimè abſoluere ab excommunicatione minori, lata à Iure, ſiue incurſa per tranſgreſſionem iuris communis?

Reſpondetur: A tali cenſura poſſe abſoluere quẽcumque confeſſarium approbatum, & delegatum ad audiendas fidelium confeſſiones: & Ratio huius eſt, quia cui conceditur principale, conceditur etiã, & acceſſorium, ſed confeſſarijs conceſſa eſt facultas abſoluendi à peccatis mortalibus, quandocumque reſeruata non eſſent, ergo quoties alicui delegatur poteſtas abſoluendi à peccatis mortalibus delegata etiam cenſetur poteſtas, & iuriſdictio abſoluendi ab hac cenſura: Patet hoc ex c. Nuper de ſentent. excommunicat. vbi Summus Pontifex concedit facultatem abſoluendi à cenſuris non reſeruatis cuicumque proprio Sacerdoti. Ità communiter dicunt omnes Doctores, ſtatim citandi numero ſequenti. [C. Nuper.]

6 *In Ordine ad conſcientiam quilibet confeſſarius dicitur proprius ſacerdos.*

Et quamuis ibi tantummodò fiat mentio proprij ſacerdotis, tamen in ordine ad forum conſcientiæ: omnis confeſſarius dici poteſt proprius ſacerdos, qui vice proprij conſtituitur ad abſoluẽdum à mortalibus: Quapropter proprius ſacerdos, ſiue alius confeſſarius vice proprij, delegatus ad audiendas fidelium confeſſiones, qui à mortalibus ſoluere poteſt, poterit etiam à talibus cenſuris abſoluere, eò quod peccatorum abſolutio Sacramentalis licitè impendi non poteſt, niſi prius ſoluta ſit excommunicatio. Ità communiter omnes Theologi in 4. lib. ſent. D. 18. vt D. Bona. q. 6. in fine Soto D. 22. q. 3. A. 2. Syluester Verbo excommunicatio 7. nu. 37. Suarez de Cenſ. D. 24. ſect. 4. nu. 5. Filliucius d. tr. 13. c. 7. nu. 136. Bonacina de excom. q. 3. num. 15. Sayrus de Cenſ. c. 23. [D. Bona. Soto. Syluester. Suarez. Filliucius. Bonacina. Sayrus.]

7 *Etiam extra Sacramentalem confeſſionem.*

Ex quo ſequitur: Proprium ſacerdotem poſſe abſoluere ab excommunicatione minori etiam extra Sacramentalem confeſſionem, eò quod facultas abſoluendi ab iſta excommunicatione non eſt conceſſa cum illa limitatione abſoluendi tantùm in confeſſione, ſed ſimpliciter. Quod etiam à fortiori clarius patet ex ſupradictis: Si enim confeſſarius poteſt abſoluere ab excommunicatione maiori extra Sacramentalem confeſſionem, quanto magis à minori, quæ minoris eſt momenti. Ità Vgolinus de Cenſ. tab. 3. c. 12. Sayrus lib. 2. de Cenſ. c. 23. num. 14. Suarez D. 24. ſect. 4. nu. 4. Bonacina d. q. 3. num. 13. [Vgolinus. Sayrus. Suarez. Bonacina.]

8 *Parochus etiã non ſacerdos poteſt ab ea abſoluere.*

Secundò ſequitur: Proprium Parochum, poſſe abſoluere ſubditum ſuum ab excommunicatione minori, etiam ſi nondum ſit ſacerdos ordinatus, eò quod abſolutio excommunicationis non eſt actus Ordinis ſacerdotalis, ſed iuriſdictionis, quæ competit Parocho ex iure, etiam ſi non ſit ſacerdos. Ità Suarez Vgolinus, & Sayrus locis ſupra citatis, & Reginald. lib. 32. c. 14. n. 154. Bonac. d. q. 3. de Excom. nu. 14. Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 6. num. 140. [Suarez. Vgolinus. Sayrus. Reginaldus. Bonacina. Filliucius.]

9 *Quæſitum 3. An ſimplex ſacerdos poſſit abſoluere ab excommunicatione minori.* *Prima ſententia affirmatiua.*

Quæritur tertiò. An ſimplex ſacerdos nondum admiſſus ad audiendas confeſſiones, qui virtute clauium poteſt Sacramentaliter abſoluere quemcumque à peccatis venialibus, poſſit etiam abſoluere ab excommunicatione minori, incurſa ob peccatum veniale?

Reſpondetur in hac quæſtione duas eſſe Doctorum ſententias, quarum vna exiſtimat: Quemlibet ſimplicem ſacerdotem, etiam quod non ſit Parochus, nec ab Ordinario ſit admiſſus, & approbatus ad audiendas fidelium confeſſiones poſſe abſoluere ab excommunicatione minori, quando fuit incurſa propter peccatum veniale participando in humanis cum excommunicatis vitandis: & Ratio huius eſt, quia quilibet ſacerdos ſimpliciter ordinatus habet poteſtatem Sacramentaliter abſoluendi quoſcumque de peccatis venialibus, ergo poteſt conſequenter illos abſoluere ab excommunicatione minori, quæ præmittenda eſt abſolutioni Sacramentali etiã venialium, eò quod minor excommunicatio priuet excommunicatum licita paſſiua Sacramentorum participatione. Ità Nauarrus in c. Placuit de Pœnit. D. 6. nu. 22. & in man. c. 27. num. 25. Toletus in ſum. lib. 1. c. 17. in fine. [Ratio illius ſententiæ.] [Nauarrus. Toletus.]

10 *Secunda ſententia negatiua.*

Altera ſententia communior eſt, & probabilior, abſolutè dicens: Tantummodò ſacerdotem, qui facultatem habet abſoluendi à peccatis mortalibus, qui habet poteſtatem ſiue ordinariam, ſiue delegatam ſupra pœnitentes abſoluendos poſſe abſoluere ab excommunicatione quacumque lata à Iure etiã minori, dummodo reſeruata non ſit, licèt ſit incurſa propter ſolam culpam venialem: Patet hoc ex c. Nuper de ſent. excom. vbi interrogatus Pontifex à quo poſſit abſolui, qui ſcienter communicauit in humanis cum excommunicato vitando: Reſpondit, dicens: *Ab Epiſcopo, vel Parocho, vel proprio ſacerdote, delegato ad confeſſiones audiendas:* & Ratio huius eſt, quia cum etiam excommunicatio minor ſit cenſura, quæ infligitur à Iure, ſequitur, quod ad eam tollendam requiritur iuriſdictio ſaltem delegata, quæ non eſt in ſimplici ſacerdote. Ità Henriquez lib. 13. c. 28. nu. 5. Suarez de Cenſ. D. 24. ſect. 4. nu. 17. Syluester Verbo Abſolutio 1. nu. 3. & verbo excommunicatio 4. nu. 2. caſu 9. Soto D. 22. q. 2. A. 1. concl. 1. Caietanus Verbo excommunicatio minor. Couarruuias c. Alma mater p. 1. §. 12. nu. 6. Bonacina de excom. min. q. 3. nu. 15. Auila de Cenſ. 2. p. c. 7. d. 1. in ſecunda opinione. Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 3. nu. 137. [C. Nuper.] [Ratio ſecundæ ſententię.] [Henriquez. Suarez. Syluester. Soto. Caietanus. Couarruuias. Bonacina. Auila. Filliuc.]

11 *Soluuntur rationes prioris ſententiæ.* *Concluſio.*

Reſpondetur ergo ad fundamentum prioris ſententiæ: Non eſſe parem rationem de abſolutione peccatorum venialium, & de excommunicatione minori incurſa ob peccatum veniale, quia ad tollendum vinculum excommunicationis etiam minoris requiritur iuriſdictio in abſoluente, quam non habet ſimplex ſacerdos: Hinc eſt quod, qui non eſt approbatus ad audiendas confeſſiones, licèt ex iure, ſiuè ex conſuetudine poſſet abſoluere Sacramentaliter à venialibus, tamen per accidens, ratione ſcilicet excommunicationis minoris adiunctæ non poteſt ab illis abſoluere; prout dicunt Henriquez lib. 13. c. 28. §. 1. & Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 3. c. 17. num. 137. [Henriquez. Filliucius.]

12 *Parochus alienus non poteſt ab ea abſoluere.*

Ex quo ſequitur: Parochum alienum non poſſe abſoluere alienas oues ab excommunicatione minori, eò quod alienus Parochus non habet iuriſdictionem niſi in ſuos parochianos, non autem in alienos, niſi aliquando habeat iuriſdictionem delegatam à proprio Parocho illorum; prout clarè patet ex d. c. Nuper de ſent. excom. Ità Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 4. num. 138. [C. Nuper. Filliucius.]

13 *Quæſitum 4.*

Quæritur Quartò: An ſacerdotes Regularium approba-

Regulares approbati poſſunt quoſcũque abſoluere ab excommunicatione nõ reſeruata.

probati ab Ordinario ad confeſſiones fidelium audiendas poſſint abſoluere quoſcumque ad ſe venientes ab excommunicatione minori?

Reſpondetur affirmatiuè: Nam huiuſmodi Sacerdotes Regularium expoſiti ad fidelium confeſſiones audiendas habent priuilegia a Summis Pontificibus conceſſa abſoluendi quoſcumque ad eos accedentes ad confeſſiones ſuorum facinorum faciendas, ideòque illos abſoluere poſſunt etiam à quacumque excommunicatione non ſolùm minori, ſed etiam maiori, dummodo reſeruatæ non ſint. Ità Sayrus de Cenſ. lib. 2. c. 23. num. 11. & 12. Auila p. 2. c. 7. d. 2. & Filliucios cum Bonacina, locis ſupra citatis.

Sayrus. Auila. Filliucius. Bonacina.

14 Quæſitum 5.

Quæritur quintò: An qui non eſt Sacerdos, ſed tantùm Clericus poſſit in neceſſitate ab excommunicatione minori abſoluere?

Clericus non habens iuriſdictionẽ non poteſt abſoluere ab ea.

Reſpondetur diſtinguendo, vel enim talis Clericus ſit Parochus, & habeat iuriſdictionem ordinariam ex Officio, vel in aliquo caſu ſit talis facultas illi delegata ab Ordinario; & vt ſic, concedimus poſſe abſoluere ab excommunicatione in foro externo, non autem in foro interno, eo quod talis Clericus non habet poteſtatem clauium, quam ſolus habet Sacerdos legitimè ordinatus: non enim poteſtas clauium conceſſa eſt, niſi ſolùm Sacerdotibus: qui quidem Sacerdotes non habent facultatem abſoluendi à vinculo excommunicationis, niſi in Sacramentali confeſſione, quando non habent iuriſdictionem, ſiuè ordinariam, ſiuè delegatam. Ità Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 6. num. 140.

Filliucius.

15 Quæſitum 6.

Quæritur ſextò: An ille, qui ligatus eſt minori excommunicatione poſſit legitimè abſoluere alium ab excommunicatione minori incurſa?

Excommunicatus minori excommunicatione poteſt alium ab ea ligatũ ſoluere.

Reſpondetur affirmatiuè: Non enim excommunicatus minori excommunicatione eſt priuatus poteſtate clauium, quæ non expirat per talem excommunicationem incurſam, ſed durat cum effectu, eò quod excommunicatio minor tantummodò paſſiua receptione Sacramentorum priuat, non autem actiua: vt patet ex d. c. Si celebret. de Cleric. excom. miniſt. & Gregor. IX. in c. Duobus de ſent. excom. talis caſus expreſsè declarauit, dicens: *Duobus collata poteſtas, vt à minori excommunicatione, ſi in ipſam inciderint, inuicem ſe abſoluant*: vtraque enim ligato vinculo excommunicationis huiuſmodi non expirat, ideòque abſoluendo ſe inuicem non peccant. Ita Syluester Verbo excommunicatio 4. §. 1. & Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 7. num. 142. in fine.

Greg. IX.

Syluester. Filliucius.

16 Rationes aſſertionis.

Deinde ſi excommunicato excommunicatione minori non eſt facta prohibitio miniſtrandi actiuè Sacramenta, ſed ſolum receptione paſſiua, & ſecundum probabiliorem ſententiam, quam nos ſecuti ſumus ſupra c. 2. huius tract. nu. 13. ideòque Sacramenta miniſtrando nullum peccatum committit, quanto magis abſoluendo ab excommunicatione minori, quæ non eſt Sacramentalis, nec talis poteſtas expirat mediante tali vinculo, & vnus poteſt licitè, & liberè alium à tali vinculo abſoluere.

17 Modus abſoluendi inuicẽ ab excommunicatione.

Quapropter Doctores illi, qui exiſtimant Sacerdotem ligatum minori excommunicatione abſoluendo Sacramentaliter peccare venialiter ob quãdam indecentiam, & irreuerentiam Sacramenti, dant modum obſeruandum, quando duo Sacerdotes ambo minori excommunicatione ligati ſe ad inuicem debeant abſoluere: tunc dicunt in caſu debet alter, Videlicet Petrus abſoluere alterum, Videlicet Paulum ab excommunicatione minori tantùm, & deindè Paulus ſolutus ab excommunicatione abſoluit Petrum Sacramentaliter ab excommunicatione, & à peccatis, & tandem Petrus abſoluit Paulum Sacramentaliter à peccatis. Ità Auila de Cenſ. p. 2. c. 6. d. 3. §. 3. ſequitur.

Auila.

18 Quæſitum 7.

Quæritur ſeptimò: Quænam forma ſeruanda ſit in abſolutione minoris excommunicationis?

Nulla forma ſpecialis nec ſolemnitas requiritur ad ſoluẽdam ab ea.

Reſpondetur: Nullam formam ſpecialem inſtitutam eſſe ad abſoluendum à vinculo minoris excõmunicationis, ſed ſufficere quamcumque formam verborum ſignificantium abſolutionem à quocumque vinculo, etiam quod non fiat expreſſa mentio à vinculo minoris excommunicationis. Solemnitates autem, & cæremoniæ, quæ adhiberi ſolent in abſolutione aliarum cenſurarum hic neceſſariæ non ſunt: vt colligitur ex d. c. Nuper de ſent. excom. vbi dicitur: *Huiuſmodi excommunicatum abſolui poſſe abſque iuratoria cautione*: Ità Sylueſter in Verbo Abſolutio 3. num. 5. Suarez de cenſ. D. 24. ſect. 4. num. 5. Filliucius d. tr. 13. c. 7. q. 8. num. 143. Reginaldus lib. 32. c. 14. num. 155. & Bonacina de excom. min. q. 3. nu. 16.

C. Nuper.

Sylueſter. Suarez. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

19 Ratio aſſertionis.

Ratio autem huius eſt, quia hæc cenſura in ſuo ordine leuis cenſetur, & propter leuem cauſam incurri ſolet, ideòque eius abſolutio facilis eſſe debuit, & alijs cæremonijs, aut oneribus grauari non debuit: Nam prout eſt in vſu non fertur propter iniurias, vel damna alijs facta, ſed propter quamdã inobedientiam contra præceptum Eccleſiæ in participatione cum excommunicato vitando in rebus non conceſſis; quare ad eam tollendam non præexigitur alia ſatisfactio, ſiuè cautio, ſed tantummodò propoſitum obediendi Eccleſiæ.

20 Abſolutio excommunicationis ad cautelam.

Quando verò aliquis pœnitens dubitet, ſe incidiſſe in aliquod vinculum excommunicationis, poteſt in caſu abſolui à confeſſario ad cautelam ſub illa forma, quæ communiter præmitti, & adhiberi ſolet a confeſſarijs ante abſolutionem Sacramentalem: dicendo, *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis abſoluo te, & reſtituo Sacramentis Eccleſiæ*: Et hæc de excommunicatione minori dicta ſufficiant.

TRACTATVS IX.

Et de Excommunicationibus In iure Communi. T. V.

PROOEMIVM.

EXplicatis explicandis, & declaratis declarandis ijs, quæ ad cognitionem cenſurarum excommunicationum, tam maiorum, quàm minorum in communi neceſſaria erant declaranda, atque explicanda, conſequenter de ipſis excommunicationibus ſpecialiter eſt dicendum: At quoniam excommunicationes tales (vt ſæpe ſæpius iam dictum eſt) aliæ ſunt a Iure, aliæ ab homine, ex quibus aliæ ſunt reſeruatæ, aliæ non reſeruatæ, ideòque opus eſt, vt prius de ipſis excommunicationibus, quæ inueniuntur in corpore Iuris Canonici ſiuè alijs Decretis Pontificijs, quarum abſolutio non eſt Summo Pontifici in ipſo Iure reſeruata, ideòque poterit à quocumque confeſſario legitimè abſolui: Deinde de ipſis, ſiue alijs excommunicationibus maioribus, quarum abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici; Poſtmodum de excommunicationibus latis per ſententias, ſiuè particulares, ſiuè generales contra perſonas determinatas, quæ dicuntur excommunicationes ab homine; & tandem de illis, quæ dicuntur in Bulla Cœnæ Domini inſlicta, & reſeruata ſpecialiter, de quibus omnibus in proprijs tractatibus ſpecialiter eſt dicendum.

Diuiſio tractatus.

DE

DE EXCOMMVNICATIONIBVS *iuris, nemini reſeruatis, quæ in Decretis, & Decretalibus continentur.*

CAP. I.

1 Nauarr. Prima excommunicatio contra Iudices, non reddentes ius Eccleſiaſticis.

IN Decreto Gratiani tantummodò vnam, aut alteram excommunicationem legimus latam & non reſeruatam, teſtante Nauarro in man. c. 27. nu. 114. quarum vna lata eſt contra Gubernatores, & Iudices ſæculares non reddentes ius Eccleſiaſticis perſonis ob negligentiam culpabilem, ſiue iniquum animum: quando huiuſmodi Iudices nolunt facere iuſtitiam Clerico petenti malitioſe, ſi poſt trinam monitionem noluit eis debitam iuſtitiam facere, excommunicantur in Iure: prout habetur ex can. Adminiſtratores 23. q. 5. & talis excommunicatio videtur eſſe latæ ſententiæ ſecundum ſententiam multorum Doctorum, eo quod in fine dicti Decreti ponuntur hæc verba. *Quod ſi Dei timorem præ oculis non habentes negligere poſt ſecundam, & tertiam monitionem inuenti fuerint: Omni ſe nouerint communione eſſe priuatos*. Ità Gloſſa ibi.

Can. Adminiſtratores 23. q. 5.

Verba Decreti.

2 Limitatio. Eſt potius excommunicatio ferenda, quam latæ ſententiæ.

Verum eſt tamen, quod in praxi non videtur talis excommunicatio ita rigoroſe eſſe recepta, vt tales Iudices ipſo facto exiſtimentur eſſe excommunicati, niſi prius facta ſit illis debita monitio trina, vt reſipiſcant, ideòque in rei veritate potius videtur ſententia ferenda, quàm ipſo iure lata, & talis excommunicatio ſolum habet locum in actionibus iuſtitiæ, ad quas obligantur dicti officiales ex Officio: prout benè aduerterunt Suarez de Cenſ. D. 23. ſect. 2. num. 3. Toletus lib. 1. c. 37. & Filliucius d. tr. 14. de Cenſ. c. 10. num. 164.

Suarez. Toletus. Filliucius.

3 Secunda in Can. Nulli fas eſt D. 19. Contra non obedientes præceptis Romanæ Eccleſiæ. Limitatio dupliciter poteſt intelligi.

Altera excommunicatio inuenitur in Can. Nulli fas eſt D. 19. in qua Greg. 4. excommunicationem ipſo facto ferre videtur contra omnes, & ſingulos non obtemperantes præceptis Romanæ Eccleſiæ, quique Apoſtolicis decretis contraire audent. Quæ quidem excõmunicatio dupliciter conſiderari poteſt, vel quatenus eſt ipſo iure lata, & tunc ſolummodo habet locum contra Hæreticos, & Schiſmaticos, qui a doctrina, & præceptis Romanæ Eccleſiæ recedūt in his, quæ pertinent ad Catholicam fidem, qui hodiè ſunt excommunicati per Bullam, quæ legitur, & renouatur quolibet anno Feria V. in cœna Domini, de qua dicendum eſt ſpecialiter in proprio tractatu, loco ſuo: Non autem intelligenda eſt de aliis, non obedientibus præceptis Eccleſiæ, quaſi ſtatim ſint ipſo facto excommunicati.

Primo modo eſt reſeruata in Bulla Cœnæ.

4 Secundo excommunicatio ferenda.

Ideòque ſecundo modo conſideratur, vt ſit excõmunicatio ferenda contra contumaces non obedientes præceptis Summi Pontificis, & tunc talis textus exponi poteſt, vt in eo nulla cenſura ipſo facto ſit lata, ſed ferenda, & tantummodò in dicto Canone præcipitur excommunicare illos, qui præceptis Eccleſiæ rebelles fuerint facta prius monitione, ſecundum Canones: Quapropter (propriè loquendo) nulla excommunicatio inuenitur in Decreto, quæ ipſo facto incurratur, quæque in vſu, & praxi hodiè ſeruetur præter ea, quæ in Bulla Cœnæ continentur: Ità Suarez de Cenſ. cum Filliucio, loc. ſupra cit.

Suarez.

5 De excommunicationibus in Decretalibus. Prima contra non legitimè electum in ſummum Pontificem. C. Licèt deuitanda, de Electione.

In quinque autem libris Decretalium Gregorij IX. ſex excommunicationes non reſeruatæ enumerari, & colligi ſolent à Doctoribus, quæ videntur eſſe in Iure nemini reſeruatæ, quarum Prima eſt in c. Licet deuitanda, de Elect. vbi excommunicatur ille, qui non electus Canonicè ſaltem ex duabus partibus Cardinalium in Papam conſentit tali electioni nulliter factæ in ſuam perſonam: Ac etiam excommunicantur omnes illi, qui talem recipiunt in Papam propter Schiſma: ideoque videtur talis excommunicatio lata eſſe ratione Schiſmatis: quare talis excommunicatio hodie eſt incluſa in prima excõmunicatione in Bulla Cœnæ contra Schiſmaticos, de qua dicendum eſt loco ſuo.

Secunda excommunicatio lata eſt in Concil. Later. quæ refertur in c. Non minus de Immunit. Eccleſ. vbi excommunicantur Rectores illi, ſiuè conſules, alijque Officiales laici, qui collectas imponunt Clericis, vel Eccleſijs contra Eccleſiaſticam libertatem, ſiuè contra illos, qui vſurpant iuriſdictionem Eccleſiaſticam, qui ſi moniti non deſiſtant ſunt ipſo facto excommunicati, vnà cum ſuis fautoribus: Quamuis aliquandò Epiſcopus cum Clero occurrente neceſſitate poſſent voluntariè præbere ſubſidia communitati, de ipſorum ſtipendijs: non autem poſſunt cogi ad hoc faciendum à laicis: Quæ etiam excommunicatio habetur in c. Aduerſus conſules: eodem titulo.

6 Secunda contra ponentes talias Eccleſiaſticis. C. Non minus. C. Aduerſus, de Immunitate Eccleſ.

Tertia excommunicatio lata eſt ab Alexandro III. in Concil. Turonenſi, & regiſtrata eſt in c. Non magnopere: ſub tit. Ne Clerici, vel Monachi, vbi Summus Pontifex excommunicat omnes, & ſingulos Religioſos profeſſos, exeuntes e clauſtris ad audiendas leges Ciuiles, & medicinam, niſi infra duos menſes ad clauſtrum Religionis redeant, incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ, & in nulla cauſa patrocinari poſsũt: Reuerſi autem poſt quam in excommunicationem inciderunt in choro, capitulo, & menſa, cæteriſque ſibi competentibus infimum locum habent, & ſine diſpenſatione Papæ promoueri non poſſunt.

7 Tertia contra Regulares audientes medicinam, aut leges. C. Nõ magnopere.

Quarta excõmunicatin lata fuit in Conc. Tolet. ab eodem Alexand. III. & refertur in c. Clericis: Ne Clerici, vel Monachi, vbi dictus Pontifex: Inhibet ſub interminatione anathematis, ne quis Sacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis: Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit excommunicationis ſententiæ ſubijcitur: Quæ ſententia excommunicationis incurritur ipſo facto, poſt quam habita monitione permanſerit in pertinacia. Ità Suarez de Cenſ. D. 23. ſect. 3. num. 23. & Gloſſa in d. c. Clericis, cum Panormitano nu. 161. & Nauarrus c. 27. num. 116. & Caietanus Verbo excom. 7. caſ. 8. & Filliucius tr. 14. de Cenſ. c. 7. nu. 106. q 4. & hæc videtur communior ſententia: licèt Syluester Verbo excom. 9. num 28. videatur contrarium ſentire.

8 Quarta contra Sacerdotẽ habentem officium ſæcularem, qui admonitus non deſiſtit. C. Clericis.

Suarez. Panormitan. Nauar. Caietanus. Filliuc. Syluester.

Quinta excommunicatio lata fuit ab Honorio III. in c. Nouerit de ſent. excom. vbi excommunicat Pontifex omnes Hæreticos vtriuſque ſexus quocũque nomine cenſeantur, nec non fautores, & receptatores, ac defenſores eorum: Inſuper quoſcumque violantes Eccleſiaſticam libertatem per modum ſtatuti, vel conſuetudinis, ſimiliter etiam excommunicantur ſtatutarij, & ſcriptores ſtatutorum ipſorum ſtatutorum, ſimiliter Poteſtates, Conſules, Rectores, & conſiliarij locorum, vbi de cætero huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines editæ fuerint, vel ſeruatæ: Hodie tamen talis excommunicatio contra Hæreticos, eorumque fautores eſt reſeruata Summo Pontifici per Bullam Cœnæ, de qua dicetur loco ſuo.

9 Quinta. Contra violantes Eccleſiaſticam libertatem per modum ſtatuti. C. Nouerit.

Sexta excommunicatio inuenitur in c. Quod à prædeceſſore, de Schiſmaticis, vbi per Concilium Lateranenſe excommunicantur directè omnes, qui emunt, vel quouis alio modo, acquirunt rem Eccleſiaſticam à Schiſmatico, vel qui recipiunt beneficium aliquod ab illo collatum, vel conſentiunt ordinatio-

10 Sexta. Ementes res Eccleſiaſticas à Schiſmaticis. C. Quod à prędeceſſore. De Schiſmaticis.

nationi ipſius, & ratas habent tres iſtas actiones Schiſmaticorum enarratas contra illius textus diſpoſitionem: Quæ quidem excommunicatio non videtur reſeruata ex vi eiuſdem textus, neque etiam ex vi Bullæ Cœnæ, ſi non tranſeat in Schiſma prout dicunt Caietanus in ſum. c. 8. Armilla Verbo excom. num. 92. Suarez de Cenſ. D. 23. ſect. 3. num. 4. Filliucius d. tr. 14. de Cenſ. c. 3. num. 51.

Caietanus. Armilla. Suarez. Filliucius.

11 Materia huius excommunicationis quæ.

Quare materia proxima huius excommunicationis eſt tranſgreſſio dicti præcepti Concilij ideòque dicitur: *Si quis autem contraire præſumpſerit excommunicationi ſe nouerit ſubiacere*: Quapropter tam Schiſmaticum exercentem tres actiones explicatas in Decreto, quàm recipientem ab eo ordinationem, ſiuè collationem beneficij, & rem alienatam retinentem incurrere eamdem excommunicationem, eo quod vterque dicitur contraire dicto præcepto, Ita Panormitanus in d. c. Quo à prædeceſſore de Schiſmat. Syluester Verbo excom. 9. num. 2. Suarez d. D. 23. ſect. 3. num. 6. & Filliucius d. tr. 14. c. 3. q. 7. nu. 51.

Panormitan. Syluester. Suarez. Filliucius.

12 Concluſio.

Hæ igitur ſunt excommunicationes principales, quæ in quinque libris Decretalium Gregorij IX. & in Decreto Gratiani eliciuntur à Doctoribus: Et quamuis aliquæ aliæ inueniantur, vt in c. 1. de Locato: & in c. Quoniam de Officijs Ordin. & ſi quæ ſint aliæ ſimiles, dicimus tamen illarum cognitionem parum vtilitatis eſſe, vel quia ſpectant ad particularia loca, vt eſt illa in c. locato, Vel quia raro in vſum veniunt, & amplius in praxi non ſeruantur, ſi verò aliquæ aliæ inueniantur, iam modo ſunt per alia Decreta Summi Pontifici reſeruata, ideòque de illis in tract. de excommunicationibus in iure reſeruatis, vel in Bulla Cœnæ eſt dicendum ſpecialiter loco ſuo.

C. Primum de Locato. C. Quoniam de Offic. Ordinum.

DE EXCOM. NON RESER. IN *ſexto libro Decretalium.*

CAP. II.

1 Prima contra mittentes nuncium, ſiue litteras Cardinalibus in conclaui exiſtentibus. C. Vbi periculum de Electione.

EXcommunicationes nemini reſeruatæ, quæ in 6. lib. Decretalium Boniſacij VIII. ſecundum rei veritatem inueniuntur ſunt numero decem, & nouem: quarum Prima lata fuit in Concilio Lugdunenſi, & confirmata à Gregorio X. quæ regiſtrata eſt in lib. 6. Decretalium in c. Vbi periculū de Elect. in 6. in quo excommunicantur omnes, & ſingulæ perſonæ mittentes litteras ſiue internuncium alicui Cardinali in conclaui exiſtenti pro Romani Pontificis electione facienda, vel cum eo ſecretè aliquomodo loquentem, & hoc pro tollenda ſubornatione, quæ in dicta electione interuenire poſſet: Quæ omnia intelliguntur de ijs, qui exiſtunt extra conclaue, & mittunt litteras, ſiuè internuncium ad Cardinalem exiſtentem in conclaui; Non eſt autem prohibitum ipſis Cardinalibus exiſtentibus in conclaui ſecretè inter ſe alloqui, & mittere nuncium ad alios: prout dicunt Nauarrus in man. c. 27. num. 121. Caietanus Verbo excom. c. 55. Suarez de Cenſ. D. 23. ſect. 4. num. 1. & Filliucius de excom. tr. 14. c. 4. num. 54.

Limitatio.

Nauar. Caietanus. Suarez. Filliucius.

2 Secunda contra Dominos temporales nō obſeruantes quæ præſcripta ſunt in morte Papæ in eodem Decreto.

Excommunicatio ſecunda eſt eadem eiuſdem Decreti extenſa contra omnes, & ſingulos Dominos Rectores, alioſque Officiales, qui diligenter nō obſeruauerint ea omnia, quæ præſcripta, & ordinata ſunt in dicto Decreto circa electionem Romani Pontificis, vel fraudem aliquam committant contra ea, quæ præſcripta ſunt circa modum electionis, quę ſeruanda ſunt quando Summus Pontifex in eorum territorijs è vita decedat: Qua propter in §. Super his eiuſdem Decreti additum eſt: *Quod ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudem in eis, vel circa ea commiſerint, cuiuſcumque ſint præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus, omni ceſſante priuilegio, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, & perpetuo ſint infames, nec vnquam eis porta dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur.*

Excommunicatio tertia eſt eiuſdem Gregorij X. in eodem Concil. Lugdunenſi lata in quo excommunicati fuerunt omnes vſurpantes, ſiuè vſurpare conantes cuſtodiam Eccleſiarum de nouo vacantem, capiendo aliqua bona, ſiuè prouentum dictarum Eccleſiarum, ſiue piorum locorum: Similiter etiam excommunicantur omnes Clerici, ſiuè Monachi dictarum Monaſteriorum, ſiuè Eccleſiarum, ſiue omnes, & ſingulæ perſonę eorumdem locorum, qui hoc fieri procurant: prout in c. Generalis de electione in ſexto. 3

Tertia contra vexantes perſonas Eccleſiaſticas. C. Generalis de electione.

Excommunicatio quarta eſt in c. Sciant cuncti de Electione in ſexto; Vbi idem Gregorius X. excommunicat omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel per alios præſumpſerint vexare perſonam aliquam eccleſiaſticam, ſiue alia loca pia, vel conſanguineos eorum ſiuè ipſas Eccleſias, ſiuè Monaſteria, cæteraque loca beneficijs, ſiuè alijs bonis ſuis per ſe, vel per alios ſpoliando, ſiuè iniuſtè aliàs proſequendo, eò quod rogati, ſiuè alias inducti illum pro quo rogabantur, ſiue inducebantur eligere noluerunt: omnes itaque & ſingulæ huiuſmodi perſonę per Concilium Lugdunenſe ſunt excommunicatæ. 4

Quarta contra eaſdem perſonas ratione beneficij. C. Sciant cuncti de electione.

Quinta excommunicatio inuenitur in c. Indemnitatibus §. Poſtremo de Elect. in 6. in quo fertur excommunicatio latæ ſententiæ à Bonifacio VIII. cōtra Prælatos, alioſque, qui vocantur, vt interſint electionibus Monialium: Si aliquid faciant, ex quo oriri, vel nutriri poſſit diſcordia inter ipſas Moniales ſuper huiuſmodi electionibus faciendis: Non requiritur autem, quod talis perſona interſit tamquam ſuperior, vel iuriſdictionem habens, vel tamquam miſſa à ſuperiore, ſufficit enim quod accerſita ſit ad illud munus electionis, ſiuè per conſilium, ſiuè per exhortationem, ſiue directionem, & quod talis eo nomine accedat, vt interſit pro electione facienda dirigenda, ſiuè talis perſona ſit Clericus, ſiue Regularis, ſiuè ſæcularis, ſiuè maſculus, ſiuè fœmina; ſufficit enim, quod talis perſona ſit vocata ad dirigendas electiones faciendas Monialium; Ita Suarez de Cenſ. D. 23. ſect. 4. num. 8. & Caietanus in ſum. c. 80. Sayrus de Cenſ. c. 53. num. 3. Filliucius de Cenſ. tr. 14. c. 4. num. 57. 5

Quinta excōmunicatio In c. demnitatibus contradictores Monialiū ad electiones faciendas.

Suarez. Caietanus. Sayrus. Filliucius.

Excommunicatio ſexta deſumitur ex c. Hac conſultatione, de Offic. delegat. in 6. vbi ſuſpenduntur iudices conſeruatores, qui de alijs, quam de manifeſtis iniurijs, vel violentijs ſe intermittant: Pars verò, quæ hoc procurauerit excommmunicatur excommunicatione latæ ſententiæ: quare materia excommunicationis huius Canonis eſt vſurpata iudicialis vexatio per conſeruatorem à parte procurata: Verum eſt tamen, quod huiuſmodi procurantes non incurrunt dictam excommunicationem, niſi effectus vſurpatæ iuriſdictionis indè ſequatur, vt benè aduertunt Suarez D. 23. ſect. 4. num. 11. & Sayrus de Cenſ. c. 35. num. 4. Nauarrus c. 27. num. 125. & Filliucius de Cenſ. tr. 14. c. 4. num. 58. 6

Sexta excommunicatio cōtra vſurpatā iudicialē vexationē per conſeruatorem à parte procuratam.

Suarez. Sayrus. Nauar. Filliucius.

Excommunicatio ſeptima deſumitur ex c. Vnico de his, quæ vi, & metu: fertur que talis excommunicationis ſententia a Greg. X. in Concil. Lugdun. cōtra eos, qui per vim, & metum extorquent ab Eccleſiaſtico iudice abſolutionem à cenſuris: Debet tamen talis metus eſſe grauis, cadens in conſtantem virum, adeò vt moraliter faciat actum abſolutionis 7

Septima excommunicatio contra extorquētes abſolutionē excommunicationis p vim, & metum.

Digitized by Google

nis inuoluntarium, vti nos expoſuimus ſupra in trac. de abſolutione ab excommunicatione maiori: Ità Suarez ſupra num. 11. Sayr. ca. 34. nu. 12. & Filliuc. d. tr. 14. cap. 4. num. 59.

Suarez. Sayrus. Filliucius.

8 Excommunicatio Octaua: deſumitur ex cap. Mulieres, de Iudicijs: vbi ſtatuitur. Ne fœminæ cogantur perſonalitet venire in iudicium, ad ferendum teſtimonium, quia ipſis vagari non conuenit, nec virorum cætibus immiſceri, ideóque prouidetur, vt per Tabellionem, ſiuè aliam perſonam ad eas tranſmiſſam interrogentur in propria domo: Si autem Iudex ſiuè alius fraudulenter fingat cauſam eſſe talem, quæ in rei veritate non ità ſe habeat, tunc fictor huiuſmodi accedens ad domum fœminæ ſine vrgente cauſa incidit ipſo facto in excommunicationem latæ ſententiæ, cuius materia eſt cooperatio ad violationem pudicitiæ mulierum: Quæ excommunicatio lata fuit à Bonifacio VIII. Ità Caiet. in Sum. cap. 59. & Nauar. c. 27. nu. 125. Suarez d. D. 23. ſect. 4. nu. 13. & Filliuc. d. tr. 14. c. 4. nu. 60.

Octaua excõmunicatio cõtra Iudices cũ tes cũ fraude ad fœminam cauſa interrogationis.

Caietanus. Nauar. Suarez. Filliucius.

9 Excommunicatio Nona: deſumitur ex c. Hoc cõſultiſſimo de rebus Eccleſiaſt. non alienandis in 6. Vbi per Greg. X. in Concilio Lugdun. facta eſt prohibitio Prælatis Eccleſiaſticis, ne immobilia bona, vel iura ſuarum Eccleſiarum ſine licentia Apoſtolicæ Sedis, & conſenſu Capituli ſubijciant Laicis ſub pena ſuſpenſionis ab officio ipſo facto incurrenda: Additurque duplex excõmunicatio, vna contra Laicos, qui compellunt Clericos ad huiuſmodi contractus faciendos, Altera contra illos, qui ante iſtam legem ſimilem vim fecerunt, niſi poſt competentem monitionem [*remiſſa ſubmiſſione facta*] dicta Eccleſiaſtica bona in ſua libertate dimittant.

Nona excommunicatio cõtra compellẽtes Eccleſiaſticos ſubmittere bona laicis. C. Hoc conſultiſſimo.

10 Excommunicatio Decima habetur in c. Vnico de Religioſis domibus in 6. §. confirmatus: Vbi excommunicantur illi, qui ſine confirmatione Apoſtolicæ Sedis inſtituunt nouum Ordinem Religionis, in eaq; recipiunt aliquem ad profeſſionem, aut ſi nouã domum, vel locum acquirant, & ſi iam habita alienent, ſine licentia eiuſdem Apoſtolicæ Sedis: Quæ limitatio ad omnes tres caſus refertur, vt per ſe notum eſt, & aduertit Suarez de Cenſur. D. 23. ſect. 4. nu. 19.

Decima excõmunicatio cõtra inſtituẽtes nouum Ordinem ſine licẽtia Apoſtolicæ Sedis.

Suarez.

11 Excipiuntur tamen ab hac excommunicatione quatuor Ordines mendicantium, antiquiores propter eorum approbationem, & euidẽtem vtilitatem: Et ſimili modo excipienda eſt quælibet alia Religio poſtea ſimiliter approbata, vt ex Bullis, & Priuilegijs ſingularum Religionum approbatarum patet; ideoque iam hodiè fere non habet locum talis excommunicatio, eò quod tales Religiones ſine approbatione Sedis Apoſtolicæ non extant, vel rariſſimè inueniuntur, ideòque nihil amplius de tali excommunicatione eſt dicendum.

Excipiuntur Ordines mendicantium.

12 Excommunicatio Vndecima: elicitur ex c. Quamquam, de cenſibus in 6. quæ excommunicatio lata eſt contra eos, qui imponunt, vel exigunt ab Eccleſijs, ſiuè Eccleſiaſticis ſuo, vel alieno nomine pedagia, ſiuè guidagia, ſimiliaque tributa per ſe, vel per alium ſuo, vel alieno nomine pro perſonis ipſis, vel rebus ſuis proprijs, quas non deferunt, vel tranſmittunt cauſa negotiationis, quæ prohibentur ſub pœna excommunicationis, quatenus ſunt onera, & tributa contra Eccleſiaſticam libertatem: Non verò ſi ſint ſtipendia iuſta pro aliquo negotio, ſiuè ſeruitio, quæ debentur illi ratione laboris. Prout aduertunt Caiet. in ſum. c. 39. Suarez D. 23. ſect. 4. nu. 21. & Nauar. c. 27. nu. 128.

Vndecima excõmunicatio contra exigẽtes pedagia ab Eccleſiaſticis. C. Quamquã de cenſibus.

Limitatio.

Caietanus. Suarez. Nauar.

13 Excommunicatio Duodecima colligitur ex cap. Quoniam de Immun. Eccl. in 6. vbi excommunicantur illi, qui compellũt litigare Clericos, ſiuè Religioſos in foro Sæculari ſuper cauſis Eccleſiaſticis: Hæc vero excommunicatio ad præſens eſt incluſa in excommunicationibus Bullæ Cœnæ, quæ eſt contra impedientes iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vel Eccleſiaſticos Iudices illa vtentes, ideòque de ipſa dicendum eſt loco ſuo in tractatu de excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Duodecima excommunicatio contra compellentes litigare perſonas Eccleſiaſticas in foro ſæculari. C. Quoniã de Immunit. Eccleſiaſt.

14 Excommunicatio Tertia decima lata fuit à Bonifacio VIII. & eſt inſerta in corpore Iuris: in c. eos, qui de Immunitate Eccleſiaſtica in 6. per quam excommunicantur Domini temporales, prohibentes ſubditis, ne cum perſonis Eccleſiaſticis contrahant, nec quicquam vendant, aut emant aliquid ab ipſis, neque ipſis triticum molent, aut coquant panem, vel aliqua obſequia exhibeant; eò quod talia præcepta redundant contra libertatem Eccleſiaſticam, ideòque talia præcipientes incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ.

Tertia decima excommunicatio. C. Eos qui de Immunit. Eccleſias. Cõtra Dominos temporales prohibentes, aut præſtare officia Eccleſiaſticis.

15 Differt autem excommunicatio iſta ab illa, quæ continetur in Bulla Cœnæ, quia ibi excommunicant facientes, & ſeruantes ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam; Hæc autem ſolùm intelligitur de illis, qui abſq; lege, aut ſtatuto ſimpliciter, aut quocumq; modo faciunt huiuſmodi prohibitiones contra ſeruitia Clericorum, & Eccleſiarum; prout benè aduertit Suar. de cenſ. D. 23. ſect. 4. num. 24. in fine.

In quo differt iſta ab illa in Bulla Cœnæ.

Suarez.

16 Excommunicatio Quartadecima eſt ipſius Bonifacij VIII. in ca. Vt periculoſa: Ne Clerici, vel Monachi: in 6. vbi excommunicatur ipſo facto profeſſus cuiuſcumque Religionis approbatæ, qui temerè dimittit habitum ſuæ Religionis: Quæ excommunicatio etiam extenditur cõtra Doctores, ſeu magiſtros, qui huiuſmodi Religioſos habitu Religionis dimiſſo, ſcienter ad ipſorum ſtudia admittunt ſine licentia ſuorum Prælatorum, cum conſilio, & conſenſu maioris partis Conuentus, ideòque ſubiungitur. *Si quis autem horum violator temerarius extiterit excommunicationem ipſo facto incurrat.*

Quarta decima excõmunicatio cõtra Regulares temere habitũ religionis dimittentes.

Et cõtra Doctores eos retinentes in ſcholis.

17 Sed pro intelligentia huius excommunicationis Notandum, quod Dimiſſio Religionis habitus non intelligitur quæcumq; ſpoliatio habitus: Nam ſi Religioſus exuat ſe veſtimentis, vt dormiat, vel aliquod opus faciat, ſiuè ad ludendum, ſiuè ad natandum, ſiue ad repræſentandum aliquam tragediam, & ſimilia, non incidit in hanc excommunicationem, eò quod talis expoliatio habitus Religionis non ſit temeraria: Nam dimiſſio temeraria habitus dicitur, quando talis dimiſſio fit abſque rationabili cauſa, & cum contemptu Regulæ promiſſæ: iuxta doctrinam vtriuſque Thomæ 2. 2. q. 53. A. 3.

Religionis habitus Dimiſſio qualis intelligitur.

Ad Tertium Quare quando dimiſſio habitus fiat pro breui tempore ex cauſa rationabili, qualis erit cauſa dormitionis, ſiuè infirmitatis, defenſionis propriæ vitæ, vel famæ, aut proximi, ſiuè ad euitandum graue ſcandalum, & ſimilia: Tunc dici non poteſt, Temeraria dimiſſio, ſed rationabiliter facta: prout aduertit Suar. de cenſ. D. 23. ſect. 4. n. 24. in fine.

D. Thomas. Pro breui tẽpore, vel ad capiendum ſomnum non incurritur.

Suarez.

18 Notandum Secundo circa alteram partem de acceſſu ad ſtudium ſine licentia legitima ſui ſuperioris. Tres requiri conditiones ad excommunicationẽ huius Canonis incurrendam: quarum Prima eſt, vt Religioſus habitu dimiſſo vacet ſtudijs: Secundo quod ſtudeat ſcientijs illis prohibitis per Sacros Canones legibus videlicet ciuilibus, & medicinæ non autem alijs, & Tertia quod Magiſtet, ſciẽter retineat in ſuo ſtudio talem Religioſum: Quare ſi magiſter non doceat, ſed tantùm non expellat ex ſcholis, ſi talis eſſet rector ſtudij, etiam incurrit dictam excommunicationem: quia tunc tenetur ex officio talem repellere, prout dicunt Suarez ſupra numero 39. & Filliu-

Quæ cõditiones requiruntur ad incurrendam excõmunicationẽ iſtam.

Prima conditio. Secunda conditio. Tertia conditio.

Suarez.

Filliuc. de Cenſur. tractat. 14. cap. 4. num. 63.

Filliucius.

19 Excommunicatio Quinta decima lata eſt à Bonifacio VIII. c. Quicumque de Hæret. in 6. in quo confirmatur excommunicatio lata ab Alexandro IV. contra ſcientes præſumentes corpora defunctorum hæreticorum, ſiue ipſis credentium, & receptorum, ſiue defenſorum eorum Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ: omnes enim huiuſmodi declarantur excommunicati ipſo facto, Nec poſſunt abſolui a tali excommunicatione, niſi prius ipſi extumulent dicta corpora damnatorum, & proijciant extra Eccleſiã.

Excõmunicatio Quinta decima, contra ſepelientes Hæreticos in locis Sacris.

20 Excommunicatio Decima ſexta lata fuit ab eodem in c. Vt Inquiſitionis, de Hæreticis, contra Rectores, & Dominos temporales, vel eorum officiales, ſiue Balliuos, ſi de crimine hæreſis aliquem cognoſcant, vel iudicent: Vel ſi captos pro eodem crimine, abſque Diœceſani, ſine Inquiſitorum licentia è carcere liberent: Vel ſi executionem pro huiuſmodi crimine ſententiæ latæ a Diœceſano, ſiue Inquiſitore non implerent, Vel ſi directe, aut indirecte præſumant aliquo modo eorum ſententiam impedire: Denique omnes, & ſinguli talibus ſcienter dantes conſilium, aut fauorem contra huiuſmodi Decreti ordinationem declarantur eſſe excommunicati.

Excõmunicatio Decima ſexta, contra officiales cognoſcentes iudicialiter crimen hæreſis, ſine facultate Inquiſitoru.

Vel impediẽtes iuſtitiam Inquiſitoru.

21 Excõmunicatio Decima ſeptima lata fuit à Gregorio X. in Concil. Lugdun. quæ inſerta eſt in corpore Iuris: in c. Et ſi pignorantes: de Iniurijs, & damno dato: Vbi excommunicantur ſingulares perſonæ Seculares cõcedentes repræſalias contra perſonas Eccleſiaſticas, niſi reuocent intra menſem: Si verò fuerit Vniuerſitas, Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto; prout dicit Pontifex in textu.

Excõmunicatio Decima ſeptima, contra concedentes repræſalias contra Eccleſiaſticos.

22 Ratio autem huius cenſuræ inflictæ contra huiuſmodi perſonas eſt: quia conceſſio talium repræſaliarum contra Eccleſiaſticas perſonas, eſt ſacrilega, reſultans contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam, ideòque ſub tali pœna cenſuræ interdicitur talis conceſſio: Nam repræſalia dicuntur poteſtates conceſſæ alicui, vt pro re ab alio debita, vel pro damno ſibi illato poſſit propria auctoritate æquiualentem accipere ab alia tertia perſona Sæculari ex cauſa legitima, quæ grauatur pro alia, quæ licet ſit aliquando conceſſa in perſonam Sæcularem: non tamen conceditur contra Eccleſiaſticas perſonas, eò quod reſultet contra libertatem Eccleſiaſticam, ideoque ſub pœna anathematis in Iure eſt interdicta: Ità Suarez de cenſ. D. 23. ſect 4. num. 48. & Filliuc. d. tr. 14. c. 4. nu. 65.

Ratio huius excommunicationis.

Repræſalia, quæ ſint.

Suarez. Filliucius.

23 Excommunicatio Decima octaua lata fuit in Concilio Lugdunenſi à Gregorio X. & habetur in c. Vſurarum de Vſuris in ſexto: vbi excommunicantur omnes, & ſinguli Clerici, qui non ſunt Epiſcopi, permittentes in terris ſuæ iuriſdictionis verſari fœneratores alienigenas: Vel qui non expellunt eos ex locis ſuæ iuriſdictionis: Vel qui locant talibus vſurarijs, ſiuè fœneratoribus, ſiue alio prætextu concedunt domos ad vſuras exercendas: Laici autem non excommunicantur in dicto Canone, ipſo facto, ſed per cenſuras Eccleſiaſticas a ſuis ſuperioribus compellendi ſunt, ne vſuras in ſuis terris permittant: Epiſcopi vero, aliique ſuperiores talia permittentes in ſuis Diœceſibus ſuſpenduntur: Ità Suarez d. D. 23. ſect. 4. num. 48.

Excõmunicatio Decima octaua cõtra eccleſiaſticos permittentes vſurarios in terris ſuis.

Suarez.

24 Excommunicatio Decima nona lata fuit in Concilio Lugdun. ab Innocentio IV. & refertur in c. Primo de Homicidio: Vbi excommunicantur omnes, & ſinguli, qui aliquem Chriſtianum per Aſſaſſinos interfici mandauerint, ſiue ſequatur, ſiuè non ſequatur talis occiſio: Extenditurque talis excommunicatio contra eos, qui huiuſmodi Aſſaſſinos receptauerint, ſeu defenderint, vel occultauerint; nam omnes huiuſmodi perſonæ in excommunicationem incidunt: Si autem talis perſona mandans huiuſmodi homicidium fieri per dictos Aſſaſſinos ſit perſona Eccleſiaſtica incurrit inſuper ſententiam depoſitionis à dignitate, honore ordine, officio, & beneficio: Si ſit Sacerdos omittet ipſo facto priuilegium Clericale poſt degradationem faciendam: Ità Suarez d. D. 23. ſect. 4. num. 46. in fine; & Filliuc. d. tract. 14. cap. 4. num. 65.

Excõmunicatio Decima nona, contra mandãtes interfici Chriſtianos per Aſſaſſinos.

Et contra huiuſmodi aſſaſſinos receptores, vel defendentes.

Suarez. Filliucius.

25 Notandum autem, quod licet communiter, & maxime in Italia: Aſſaſſini dici ſoleant publici latrones viarum, qui ad deprædandos homines illos interficiunt: Vel etiam dicuntur illi, qui mediante pecunia aſſumunt officium interficiendi aliquem: In hoc tamen textu intellexit Pontifex de quibuſdam hominibus infidelibus Syriæ, qui habebant vſum interficiendi alios ex præcepto ſuorum dominorum, vel aliorum, a quibus pretio conducebantur: Quare etiam ad præſens ſecundum ſententiam multorum Doctorum, ſi quis pecuniam daret infideli ad interficiendum aliquem Chriſtianum, qui talem officium aſſumeret mediante pecunia incideret in eandem excommunicationem Canonis, eo quod militet omninò eadem ratio, & cauſa excommunicationis impoſitæ: prout dicunt Sayrus de Cenſ. cap. 35. num. 21. Suarez ſupra num. 46. & Filliuc. num. 65.

Quid intelligitur pro aſſaſſinis in Canone.

Occidẽs chriſtianum per infidelẽ mediante pecunia incidit.

Sayrus. Suarez.

DE EXCOMM. NON RESERVATIS quæ in Clementina, & Extrauagant. continentur.

CAP. III.

QVindecim aliæ excommunicationes non reſeruatæ colliguntur à Doctoribus præter ea, quæ ſuperius explicata ſunt, quarum vndecim inueniuntur in libris Clementinis, reliquæ quatuor ex Extrauagantibus.

Excõmunicationes in Clementinis ſũt Vndecim.

1 Prima ergo excommunicatio habetur in Clementina Vnica, de ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum: Vbi Pontifex Clemens V. excommunicauit illos, qui capientes fructus beneficij impediunt, vel infringunt ſequeſtrum inductum ſuper beneficia ab Ordinario ob latam vnam ſententiam diffinitiuam in Romana curia ſuper poſſeſſionem, vel proprietatem eiuſdem, quare impedientes huiuſmodi ſequeſtrationem, vel occupantes fructus ſequeſtratos incidunt in excommunicationem, latam in dicta Clementina propter peccatum ſacrilegij contra Eccleſiaſticam libertatem in certo caſu ſequeſtri: Ità Filliuc. de cenſ. tr. 14. cap. 5. num. 68.

Prima excommunicatio cõtra impedientes ſequeſtrũ Eccleſiaſticũ circa beneficia.

Filliucius.

2 Excommunicatio Secunda lata fuit ab ipſo Clemente Quinto in Concil. Vien. in quo excommunicantur illi qui propriæ temeritatis audacia ſepellire præſumunt tempore interdicti in caſibus non conceſſis defunctorum corpora in Eccleſijs, Vel excommunicatos vitandos, aut publicè nominatim interdictos, Vel Vſurarios manifeſtos, qui non occultè vſuras exercent, nec vertitur in dubium: An tales ſint, nec ne, ſed communiter habentur pro vſurarijs manifeſtis, etiam ſi pro talibus declarati non eſſent per ſententiam Iudicis: In hoc enim ſtandum eſt ſecundum Ius antiquum. Ità Filliuc. d. tract. 14. cap. 5. num. 71.

Excõmunicatio ſecunda contra ſepelientes excõmunicatos, vel interdictos, vel tempore interdicti, ſiuè vſurarios publicos.

Filliucius.

3 Excommunicatio Tertia eſt eiuſdem Clem. lata in eodem Concil. Vien. contra Religioſos, qui non habentes beneficium, ſiue adminiſtrationem appropriant ſibi decimas, vel earum ſolutionem impediunt in caſibus ſibi non conceſſis, contra quos

Excõmunicatio tertia cõtra appropriãtes ſibi decimas in caſib. non cõceſſis.

Reli-

Digitized by Google

Religioſos prius fertur cenſura ſuſpenſionis ab officio, adminiſtratione, & beneficio: Illi verò, qui adminiſtrationem, ſiuè beneficium non habent excommunicantur, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt infra menſem non deſiſtant, & de vſurpatis vel retentis infra duos menſes non faciant emendam.

4 Excommunicatio Quarta eſt eiuſdem in eodem Concilio: In quo excommunicantur Monachi nigri, qui ſuaui iugo Regularis obſeruantiæ abiecto, per Curias Principum vagando diſcurrunt, penſiones, ſeu alimenta à Prælatis extorquentes per vim, & grauem metum. Et tandem generaliter prohibetur, nè Monachi, aut Canonici Regulares adminiſtrationem aliquam non habentes ad Curias Principum abſque ſpeciali ſuorum Prælatorum licentia ſe conferre præſumant, vt ſuis Prælatis, aut Monaſterijs damnum aliquod inferant: Quæ excommunicatio lata eſt ſimpliciter contra Monachos, & Canonicos Regulares, non verò contra alios Religioſos: vt videre eſt in Clement. Ne in agro: de ſtatu Monach. in 6. Ita Suarez de Cenſ. D. 23. ſectione 5. numero 4.

Quarta excōmunicatio cōtra regulares, qui petūt aulas Principū animo nocēdi ſuis Prælatis.

Qui Regulares intelligūtur.

Suarez.

5 Excommunicatio Quinta eſt in fine eiuſdem §. Quia verò eiuſdem Clementinæ: Vbi excommunicantur ijdem Monachi, qui ſine facultate ſui Abbatis retinent arma bellica intra ſepta Monaſterij idest intra illud ſpatium clauſtri Monaſterij, extra quod ſine licentia Prælati exire non licet: Qui vero huiuſmodi arma bellica malitiosè in Monaſterio retinent ſine Superioris licentia ſunt excommunicati: non verò ſi per obliuionem, ſiuè bonam fidem veram, vel ſaltem ità exiſtimatam aliquando contingat retinere ſine malitia, aut proſumptione: quia in caſu ab excommunicatione eſſent excuſati; prout notauit Suarez de Cenſur. D. 23. ſect. 5. num. 8. in fine.

Quinta excōmunicatio cōtra Monachos tenētes arma intra Monaſterium ſine licētia Abbatis.

Quando eſſēt excuſati.

Suarez.

6 Excommunicatio Sexta lata eſt ab eodem contra impedientes viſitatores Monialium in ſuo munere, ſi admoniti à dicto Viſitatore non reſipiſcant: Ità enim habetur in Clement. Attendentes, de ſtatu Monach. §. fin. Quare tria requiruntur ad talem excommunicationem incurrendam: Primò vt præcedat Canonica monitio trina, ſiuè vna pro tribus, & quod talis monitio fiat, poſito iam impedimento: Secundo quod tale impedimentum iam ſit præſtitum, vel in effectu preſtetur, & Tertiò quod talis monitio facta ſit per ipſum viſitatorem mediatè, ſiuè immediatè, eò quod debet eſſe iuridicè facta à Superiore in tali cauſa: Ità Syluest. Verbo excommun. 9. num. 78. Angel. caſu 39. Suar. d. D. 23. ſect 5. num. 9. & Filliuc. d. tr. 14. cap. 5. num. 73.

Sexta excommunicatio cōtra impedientes Viſitatores monialiū.

Clementina Attendentes.

Tres conditiones ad incurrendā excōmunicationem.

Syluester. Angel. Suarez. Filliucius.

7 Excommunicatio Septima eſt eiuſdem Pontificis, lata contra quaſcumque perſonas vtriuſque ſexus contrahentes matrimonium ſcienter ſacrilegè in caſibus in Iure prohibitis, quæ reducuntur ad quinque: Primò contrahere cum conſanguinea infrà quartum gradum conſanguinitatis incluſiuè: Secundò cum affine contracta affinitate mediante matrimonio intra eoſdem gradus: Tertiò cum aliqua Religioſa cuiuſcumque ſexus: Quartò ſi Religioſus contraheret cum qualibet muliere, ſiue è contra: Quintò ſi Clericus conſtitutus in Sacris Matrimonium contrahere præſumpſerit contra Canones: Ita enim habetur in d. Clement. prima de conſang. & affinit.

Septima excōmunicatio contra cōtrahentes Matrimoniū ſacrilege in caſib. prohibitis.

Primus caſus prohibitus.

Secundus. Tertius. Quartus. Quintus.

8 Excommunicatio Octaua eſt eiuſdem in Clem. Nolentes, de Hæreticis, vbi excommunicantur Inquiſitores, ac illorum Commiſſarij, ſiuè Epiſcoporum, vel Capituli Sede vacante, quæ prætextu ſui officij illicitè ſumunt pecuniam aliquam prætextu officij Inquiſitionis, aut malitiosè confiſcant Eccleſiarum bona propter delictum aliquod Clericorum commiſſum: Quare ad hanc excommunicationem incurrendam tres requiruntur conditiones: Prima vt talis pecunia extorqueatur contra prohibitionem Canonis: Secunda quod extorqueatur per modum illicitum, & Tertia prætextu officij Inquiſitionis malitiosè vſurpato.

Octaua excōmunicatio cōtra illos, qui prætextu officij Inquiſitionis malitiosè confiſcant Eccleſiarum bona.

9 Excommunicatio Nona lata eſt ab eodem contra Poteſtates, Superiores, Rectores, Conſules, Iudices, Conſiliarios, aliosque officiales, quomodocumque nominatos, præſumentes facere, ſcribere, ſeu dictare ſtatuta præcipientia, vt ſoluantur vſuræ: Vel impedientia ne repetantur, Vel etiam præſumentes ſcienter iudicare, quod ſolutæ, cum repetuntur, non reſtituantur plenè ac liberè: Ità enim expreſsè ſtatuitur in d. Clem. Vnica de Vſuris.

Nona excommunicatio cōtra facientes ſtatuta, vt ſoluantur vſuræ, vel eas exequentes.

10 Excommunicatio Decima inflicta eſt ab eodem contra Religioſos concionantes, ſiue aliàs dicentes aliquam doctrinam ad auertendos audientes à ſoluendis decimis debitis Eccleſiæ: Inſuper excommunicantur illi, qui ex induſtria nullum conſcientiæ ſcrupulum incutiunt in confeſſione pœnitentibus de obligatione ſolutionis decimarum Eccleſiæ debitarum: prout dicitur in Clementina capientes, de Pœnis.

Decima excōmunicatio cōtra auertētes ne ſoluantur decimæ Eccleſiæ.

11 Et quamuis in principio eiuſdem Clementinæ ſit alia excommunicatio contra Religioſos, tranſgredientes diſpoſitiones capitis vnici de exceſſibus Prælat. in 6. vbi Bonifacius VIII. prohibuit ſub pœna excommunicationis, ne Religioſi recipere audeant domos, vel loca quæcumque ad habitandum, vel recepta hucuſque mutare, vel ea transferre in alio, cuiuſcumque alienationis titulo, ſine ſpeciali licentia Apoſtolicæ Sedis: Quare Clemens Quinto in hoc Canone excommunicauit tranſgreſſores illius Canonis: Ad præſens tamen Regulares Mendicantium habent diuerſa priuilegia, & conceſſiones aliorum Pontificum: hoc licitè facere poſſe: occurrente cauſa rationabili: Vndè à Leone X. hoc fuit conceſſum Prouincialibus miniſtris Minorum, poſſe licitè transferre Eccleſias ſuorum Ordinum, & Monaſteria ab vno loco in alium, & conuertere priora loca in alios vſus, prout vtilius ſibi viſum fuerit: Obſeruantes tamen, vt iuxta antiquos Canones materia Eccleſiæ tranſlatæ ad alteram ædificandam applicetur: prout refertur in Compend. Priuileg. Sorbi tit. Aedificare: pagina 39. & 40. Et conſequenter alij Regulares habentes communicationem priuilegiorum cùm illis poſſunt tali vti priuilegio, ideòque talis excommunicatio ad præſens non numeratur inter alias.

Aduertentia de alia excōmunicatione contra Regulares.

De alienatione conuētuū, & aliorū locorum.

Comp. Priu. Sorbi.

12 Excommunicatio Vndecima: lata fuit ab ipſo Clemente Quinto in dicto Concil. Viennen. qua excommunicauit Religioſos quoſcumque etiam exemptos violantes interdictum poſitum per Sedem Apoſtolicam, vel Ordinarium loci, ſiuè generalem ceſſationem à diuinis, quam ſeruat cathedralis Eccleſia, ſiuè matrix, vel Parochialis cuiuſcumque oppidi. Non obſtantibus priuilegijs, conuentionibus, conſuetudinibus, & ſtatutis in contrarium quibuscumque conceſſis. Ità enim habetur in Clementina: Ex frequentibus, de ſent. excom. Et hæc de excommunicationibus in Clementinis.

Vndecima excōmunicatio contra Regulares non ſeruantes interdicta generalia, & ceſſationes à diuinis.

13 Remanēt autem aliæ quatuor excommunicationes explicandæ, quæ continentur in quibuſdam extrauagantibus inſertis in corpore Iuris: quarum Prima eſt in extra: Vltima de ſent. excommunicat. Vbi Clemens V. condemnat errores illorum, exiſti-

Aliæ excommunicationes in Extrau. Prima contra impugnantes litteras Papæ nō adhuc coronati.

Digitized by Google

mantium, & dicentium: Summum Pontificem, ritè electum priuſquam coronetur non debere ſe intromittere prouiſionibus, reſeruationibus, diſpoſitionibus, atque gratijs conferendis, tanquam Papa, neque ſe in litteris Epiſcopum ſimpliciter, ſed electum Epiſcopum inſcribere, nec etiam vti Bullis, in quibus nomen ipſius exprimatur: Quare dictus Pontifex excommunicat omnes illos, qui occaſione talis erroris auſi fuerint impugnare aliquas litteras Apoſtolicas ſuper negotijs quibuſcumque confectas, quę antea coronationem Pontifices emanaſſent.

14 *Ratio huius excommunicationis.*

Ratio autem condemnationis erroris huius eſt: Quia differentia eſt inter electionem Papę aliorumque Epiſcoporum: nam iſti non per electionem, ſed per conceſſionem, quod alias dicitur [*per ſiat Papale*] fiunt Epiſcopi: Summus verò Pontifex fit ab ipſomet Chriſto Domino, ab ipſoque habet immediatè ſupræmam iuriſdictionem in vniuerſam Eccleſiam, ſtatim ac à Cardinalibus legitimè ſit electus, & adoratus, ideóque non eſt tantum Epiſcopus electus, ſed ſimpliciter iam factus Epiſcopus Romanus ſucceſſor Petri, & ſupræmus Paſtor, tanquam Chriſti Vicarius: ideóque facta electione poteſt ſtatim omnes actus iuriſdictionis validè, & rectè exercere: prout habetur ex Can. In nomine Domini D. 23. Coronatio autem ſolummodò ad ſolemnitatem quandam, & quaſi publicationem ſuſceptæ dignitatis conferri videtur: Ita Suar. de Cenſ. D. 23. ſect. 6. num. 1.

Papa electus immediatè accipit poteſtatẽ à Chriſto Domino.

Facta electio ne habet pleniſſimam poteſtatem.

Coronatio fit pro ſolemnitate.

Suarez.

15 *Secunda excommunicatio contra alienãtes Eccleſiaſtica bona.*

Excommunicatio Secunda deſumitur ex extrauag. Vnica de Rebus Eccleſ. non alienand. vbi Paulus Secundus excommunicat omnes, & ſingulos Eccleſiaſtica bona alienantes contra talem prohibitionem factam in dicta extrauagante: Verum eſt tamen, quod ad præſens talis excommunicatio non videtur vſu recepta quantum ad pœnam excommunicationis ipſo facto: prout dicunt Nauar. in Man. cap. 27. num. 149. Sylueſt. Verbo Alienatio. qu. 3. & Caiet. num. 55. & Suarez ſupra num. 3.

Limitatio.

Nauarrus. Syluester. Caiet. Suarez.

16 *Tertia excõmunicatio cõtra impedientes, & recipiẽtes legatos Summi Pontificis.*

Excommunicatio Tertia elicitur ex extrauag. ſuper gentes: de conſuetud. Vbi Ioannes 22. excommunicat ipſo facto impedientes legatos miſſos à Summo Pontifice, vel ab executione ſui muneris, illosque non recipiunt in terris ſuis. Ratione cuiuscumque conſuetudinis, quam exiſtimant in contrarium exiſtere, quam conſuetudinem dictus Pontifex declarat eſſe abuſiuam, & contra rationem, & poteſtatem Eccleſiæ, ideóque eam damnat, Imo hodie talis excommunicatio videtur eſſe reſeruata in Bulla Cœnæ.

17 *Quarta excõmunicatio cõtra profitẽtes Religionem Fraticellorũ.*

Excommunicatio Quarta eſt ipſius Ioannis 22. in Extrauag. Vnica de Religioſis domibus, vbi excommunicantur omnes illi, qui ſumunt habitum fictę Religionis, quæ dicitur Fraticellorum, ſiue Bizochorum, ſiuè Begninorum, vel ſi in aliqua ex ipſis profiteantur ſeu perſeuerant in illis: Ratio huius eſt, quia tales ficti Religioſi erant hypocritæ, & Hæretici, & inter alios errores Eccleſiaſtica Sacramenta deſpiciebant.

18 *Religio Fraticellorum iam deſtructa eſt.*

Et talis excommunicatio extenditur etiam ad Epiſcopos, & Prælatos quoſcumque, qui huiuſmodi falſos Religioſos admittunt in locis ſuæ iuriſdictionis: Verum tamen eſt, quod hodie in Eccleſia Catholica tales falſi Religioſi non inueniuntur amplius, cùm ſint totaliter extincti: Et talis excommunicatio non extenditur ad alios, prout aduerterunt Suarez de Cenſ. D. 23. ſect. 6. nu. 5. & Filliuc. d. tr. 14. cap. 5. num. 79.

Suarez. Filliucius.

19 Iſtæ igitur ſunt excommunicationes, non reſeruatæ in corpore Iuris, quæ in Decreto, & Decretalibus continentur. Si verò aliquæ aliæ forſitan inueniantur non faciunt ad propoſitum noſtrum: Vel quia non ſunt amplius in vſu: Vel ſi ſint in vſu, iam ſunt per alia Iura reſeruata Summo Pontifici, de quibus dicendum eſt in ſequenti tractatu, prout aduertit Pater Eligius Baſſeus Capuccinus in lib. flor. Theol. Mor. Verbo excommunicatio Octaua circa finem.

Pater Eligius Baſſeus Capuccinus.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS non reſeruatis, quæ in Tridentino Concilio continentur.

CAP. IV.

1 *Excommunicationes nouem non reſeruatę in Tridentino.*

EXcommunicationibus non reſeruatis, quæ in corpore Iuris Canonici, Clementinis, & extrauagantibus continentur enumeratis: Superſunt aliæ, quæ latæ ſunt in Tridentino Concilio contra diuerſas perſonas, quarum abſolutio non ſunt reſeruata, ſunt autem numero nouem: Prima eſt contra impreſſores librorum, vel imprimi mandantes vendentes, vel apud ſe retinentes libros de rebus Sacris ſine nomine Auctoris, vel ſine Superioris Ordinarij, vel alterius Superioris, ad quos talis examinatio, & approbatio librorum ſpectat: Regulares autem vltra Ordinariorum approbationem debent habere ſuorum Superiorum approbationem, & licentiam in ſcriptis, quæ in principio libri eſt ponenda; aliter enim facientes quilibet prædictorum incidet in excommunicationem ipſo facto vltra pœnas taxatas in Concilio Lateranenſi. Ita enim habetur in ſeſſ. 4. §. ſed & impræſſores: Concil. Trid.

Prima excõmunicatio cõtra impreſſores librorum ſine debita facultate.

Regulares debent habere licentiam ſuorum Prælatorum in ſcriptis.

2 *Quę perſonę cõprehendũtur in hac excommunicatione.*

In qua quidem excommunicatione quatuor perſonarum genera comprehenduntur: Impræſſores videlicet, qui huiuſmodi libros ſine prædictis cõditionibus à Concilio requiſitis imprimere audeant. Secundò Auctores ſeu quicumque alij, qui huiuſmodi libros contra ordinem datum à Concilio imprimere faciunt. Tertiò vendentes tales libros: & Quartò omnes perſonæ apud ſe retinentes: Sed duo iſta vltima ſolum intelliguntur circa libros de rebus Sacris, non autem de alijs indifferentibus: nam de his ſolum modò fit expreſſa mentio in Tridentino: Legentes antẽ ſimpliciter huiuſmodi libros, aliter impreſſos non ſunt excommunicati hac excommunicatione lata à Tridentino, niſi eſſent libri prohibiti ab Illuſtriſſimis Inquiſitoribus iuxta Calendarium librorum prohibitorũ: Ita Suar. de cenſ. D. 23. ſect. 7. nu. 2.

Legentes huiuſmodi libros non cõprehendũtur.

Suarez.

3 *Notãdum de libris ſcriptis & non adhuc approbatis.*

Notandum etiam huiuſmodi excommunicationem Tridentini extẽdi etiam ad eos, qui libros manu ſcriptos de rebus Sacris communicant, vel eruulgant, niſi antea examinati, approbatiq; fuerint, quare ſicut impręſſores incurrunt excommunicationem ipſo facto, ita & hi Auctores tales libros ſine approbatione publicantes. Qui quidem libri intelligendi ſunt de integris, & opere conſummatis, quales ſunt illi, qui imprimi ſolent: Nam ſcripta Theologiæ, & quæſtiones ſpeculatiuæ, & morales, vel conciones, & huiuſmodi manuſcripta licitè communicari poſſunt ſine examinatione, & approbatione, eò quod non publicantur per modum librorum authenticorum, ſed tanquam dicta quædam inferioris ordinis, prout communiter vſu receptum eſt, prout notauerunt. Suarez ſupra num. 7. & Filliuc. tract. 14. de Cenſ. cap. 6. num. 83.

Quæſtiones Theologicæ, & conciones nõ comprehenduntur.

Suarez. Filliucius.

4 *Secunda excõmunicatio contra docentes nõ eſſe neceſſariam cõfeſſionẽ ante cõmunionẽ.*

Excommunicatio Secunda lata eſt ab eodem Tridentino ſeſſ. 13. Can. 11. vbi excommunicantur omnes, & ſinguli, qui docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere diſputando, & defendendo auderent. Non eſſe neceſſariũ confeſſionẽ Sacramentalẽ pręmittere

ante

Digitized by Google

ante receptionem Sanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, quando eam recepturus habet conſcientiam peccati mortiferi, nondum per Sacramentalem abſolutionem legitimè ſoluti quando eſt commoditas confitendi, etiam ſi per actum contritionis perfectæ cognoſcant ſe eſſe in gratia: Quare talem doctrinam falſam, & erroneam pertinaciter docentes ſunt ipſo facto excommunicati, etiam in locis vbi Tridentinum Concilium non adhuc ſit receptum, & promulgatum: & Ratio huius eſt, quia talis doctrina eſt temeraria, & erronea contra reuerentiam Sanctiſſimo Sacramento debitam, quæ de fide tenenda eſt. Ita Suarez, cum Filliuc. locis ſupra citatis.

Suarez. Filliucius.

5 Excommunicatio Tertia lata eſt in eodem Tridẽtino Concil. ſeſſ. 24. de Reform. Mat. c. 6. vbi excommunicantur raptores fœminarum, ſiue alicuius fœminæ, cuius materia eſt peccatum luxuriȩ, contra iuſtitiam, & non ſolum excommunicantur perſonæ principales, qui dicitur propriè Raptores, ſed etiam acceſſoriæ: Videlicet auxilium dãtes, conſilium, ſiuè fauorem ad huiuſmodi ſcelus præſtãtes, qui omnes, & ſinguli ſunt ipſo iure excommunicati, & perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint de proprio gradu per degradationẽ ſunt deponendi, ſicut plenius à nobis dictum eſt in Tomo primo noſtræ Theolog. Mor. tr. 3. de Imped. Mat. c. 6. nu. 16. & nu. 24.

Tertia excõmunicatio cõtra raptores fœminarum etiam adiuuantes, & cõſulentes.

6 Excommunicatio Quarta habetur in ſeſſ. 24. c. 9. de Reform. Mat. in qua Patres Trid. Concil. excommunicauerunt ipſo facto omnes eos, qui quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios cogunt quominus liberè Matrimonium contrahant; Et licet in principio tantummodò fiat mentio de dominis, & Magiſtratibus, tamen quandò fertur præceptum ſub pœna anathematis generaliter dicitur: *Præcipit Sancta Synodus omnib. cuiuſcumque gradus dignitatis, aut conditionis exiſtant ſub anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios cogant ad Matrimonium contrahendum.*

Quarta excõmunicatio cõtra impediẽtes libertatẽ Matrimonij.

7 Hinc ſequitur, quod Principes, ſiue Magiſtratus, qui denegant officia contra iuſtitiam, quæ tenentur concedere, vel differunt minus ſoluere ſtipendia iuſta, & debita donec is, qui creditor eſt illius ſtipendij tale Matrimonium contra voluntatem contrahat cum tali fȩmina: talis enim exiſtimantur cogere ſaltem indirectè, contra Matrimonij libertatem, ideòque talem excommunicationem incurrerent. Quod ſecus eſſet ſi ſimpliciter promittant officium, vel fauorem, ſiuè pecuniam ad hoc, vt aliquis inducatur ad Matrimonium tale contrahendum, tunc non dicerentur cogere, ſed ſimpliciter promiſſionibus licitis, & non indebitis inducere, quod non eſt prohibitum, ſed licitum, ideòque excommunicationem latam non incurrerent. Ita Suarez d. D. 23. ſect. 7. nu. 6. & Filliuc. tr. 14. c. 6. nu. 86.

Cogentes ad Matrimonium indirectè quo modo comprehendatur.

Suarez. Filliucius.

8 Excommunicatio Quinta habetur in c. 18. ſeſ. 25. eiuſdem Tridentini Cõcilij: Vbi Sancta Synodus excommunicauit, & excommunicat ipſo facto omnes, ſingulaſq; perſonas cuiuſcumq; qualitatis, & conditionis extiterint, tam Clericos, quàm Laicos ſæculares, ſiuè Regulares, & quacumque dignitate ſungentes, ſi quomodocumque cogant aliquam puellam Virginem, ſiuè viduam, ſiuè aliam quamcumq; mulierem inuitam, præterquam in caſibus in Iure expreſſis ad ingrediendum Monaſterium: Vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque Religionis, vel ad faciendam profeſſionem in ea.

Quinta excõmunicatio cõtra cogentes fœminas ad Monaſteriũ.

9 Inſuper excommunicantur quicumq; conſilium, auxilium, vel fauorem dederint huiuſmodi parentibus compellentibus, quique ſcientes talem fœminam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum Religionis ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quocumque modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, aut auctoritatem interpoſuerint in eandem excommunicationem incidunt ipſo facto, ſicuti principales cogentes.

Etiam fautores, & conſẽtientes.

Notandum autem, quod excommunicatio iſta non extenditur ad illos, qui cogunt aliquem maſculum ad ingrediendam aliquam Religionem: Nam Concilium ſolummodò mentionem fecit de coactione fœminarum, non autem de viris, qui non ita facilè conſtringi poſſunt ad recipiendum habitum Religionis, & pœnæ ſunt reſtringendæ, non autem ampliandæ. Quare differentia eſt inter præſentem, & præcedentem excommunicationem; nam illa ad viros, & ad fœminas extenditur, cuicumque illorum coactio fiat ad Matrimonium contrahendum coactè: nam nomina maſculina facilè ad vtrumque genus extendi ſolẽt, quod ſecus eſt, quandò in particulari ſermo eſt de fœminis, vt eſt in præſenti excommunicatione: Ita Suarez d. ſect. 7. num. 8. & Filliuc. d. tr. 14. c. 6. num. 89. 10

Notandum talis excommunicatio ſolum intelligitur de fœminis non autẽ de viris.

Suarez. Filliucius.

Notandum ſecundò, quod à Concilio fit illa exceptio, [*niſi in caſibus à Iure expreſſis*] ad denotandum, quod aliquandò in pœnam alicuius delicti commiſſi, vel pro cuſtodia pudicitiæ poſſunt quandoque à parentibus compelli puellæ ad ingrediendum aliquod Monaſterium in eoque ad tempus habitandum in habitu Sæculari, donec de eis fiat alia honeſta prouiſio, non poſſunt tamen cogi ad Monachatum, vel ad profeſſionem faciendam, quia rarò talis neceſſitas poterit occurrere, prout notauerunt Suarez, cum Filliuc. locis ſupra citatis. 11

Notandum Secundò. Quare dicitur in caſibus non conceſſis.

Suarez. Filliucius.

Excommunicatio Sexta, eſt eiuſdem Trident. in calce eiuſdem Capituli dictæ ſeſſionis, vbi extenditur præcedens excommunicatio ad omnes eos, qui quamcumque fœminam, volentem velum accipere, habitumque Religionis ſuſcipere, vel profeſſionem in ea facere, abſque iuſta cauſa conantur bonum propoſitum, & voluntatem eius fraudulenter impedire: Ita Suarez ſupra nu. 10. 12

Sexta excommunicatio cõtra diſſuadẽtes habitum Religionis ſuſcipere.

Suarez.

Excommunicatio Septima deſumitur ex eodem Tridentino ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular. Vbi duæ excommunicationes latæ ſunt, quarum vna eſt contra Magiſtratus Sæculares, qui ſi requiſiti fuerint aliquandò à Prælatis Eccleſiaſticis ad auxilium præbendum pro cuſtodia, & viſitatione clauſuræ Monialium, auxilium brachij Sæcularis quandocumq; opus fuerit dare noluerint anathematis cenſuram ipſo facto incurrent. 13

Septima excommunicatio magiſtratus non dantes auxilium Prælatis Eccleſiaſticis quando opus fuerit.

Altera excommunicatio, quæ eſt Octaua in ordine noſtro lata eſt in eodem Capitulo Concilij contra omnes, & ſingulas perſonas, cuiuſcumque qualitatis, & conditionis ſint, quæ intra ſepta Monaſterij monialium ingreſſæ fuerint abſque legitima facultate Summi Pontificis ſpecialiter in ſcriptis conceſſa, vel quando occurrerit aliqua neceſſitas ineuitabilis pro ſeruitio dicti Monaſterij habeatur expreſſa licentia proprij Epiſcopi, ſiuè alterius ſuperioris, qui talem licentiam concedere poteſt pro tali neceſſitate, ſed de iſta excommunicatione dicendum eſt plenius loco ſuo in tractatu 11. loquendo de Violatione clauſuræ Monialium. Nam hodie talis excommunicatio reſeruata eſt Summo Pontifici per Decretum Clementis VIII. 14

Octaua excõmunicatio cõtra ingrediẽtes clauſuram Monialium.

Excommunicatio Nona reperitur in Bulla Pij IV. edita in confirmationem Tridentin. Concil. Vbi omnibus, & ſingulis perſonis facta eſt inhibitio 15

Nona excommunicatio.

Contra interpretantes decreta Tridentini ſine facultate.

edere commentaria, & interpretationes in decreta Tridentini Concilij ſine conceſſione ſpeciali Apoſtolicæ ſedis: quare excommunicantur ipſo facto omnes, & ſingulæ perſonæ (Prelatis tamen exceptis,) qui præcepti huius eſſent violatores, ſine ſpeciali licentia obtenta.

16 Quomodo intelligatur iſta prohibitio.

Quod intelligendum eſt de proprijs Gloſſis, ſcholijs, aut commentarijs ſuper ipſa Concilij Decreta: Non eſt autem prohibitum illa interpretari ſimpliciter, non gloſſando, ſed ſimpliciter verba Concilij explicando, ſecundum litteram, & veram intelligentiam: Poſſunt enim Theologi, aliique Doctores interpretare, & declarare illa ſecundum verum, & germanum ſenſum, vt conſtat ex vſu communiter recepto, vt etiam ex verbis ipſius Pontificis colligitur, quæ nihil aliud exigunt, niſi vt Decreta Concilij ſimpliciter, & ſine gloſſa obſeruentur. Ita Suarez ſupra num. 12.

Suarez.

17 De excommunicatione duelli dicendum eſt infra.

Iſtæ igitur ſunt excommunicationes, quæ latæ ſunt per Tridentinum Concilium nemini reſeruatæ: Quamuis autem in c. 19. ſeſſ. 25. inueniatur alia excommunicatio lata contra dominos temporales, concedentes locum in terris ſuis ad duellum, ſimiliter etiam contra pugnantes in dicto duello, & contra patrinos, & conſilium dantes, & ſpectatores, de hac tamen excommunicatione dicendum eſt infra loco ſuo in tractatu de excommunicationibus reſeruatis, quia hodie talis excommunicatio eſt reſeruata Papæ.

18 Verba Anathema ſit quo modo intelligenda.

Aliæ autem excommunicationes, quæ ſub verbo: Anathematis ſæpè ſæpius in Canonibus dicti Tridentini Concilij contra illos negantes aliquem Canonem illorum, qui de fide ſunt determinati à Concilio, illa inquam, anathemata non ſunt diſtincta ab illa excommunicatione, quæ propter Hæreſim incurritur, quare per illa verba denotatur talem Canonem pertinere ad fidem Catholicam: Quod idem dicendum eſt de excommunicatione lata contra illos, qui libros Catholicos approbatos ab Eccleſia non admittunt: qui tanquam Hæretici ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ, de qua dicendum eſt loco ſuo.

TRACTATVS X.

Et de Excom. in Iure reſeruatis Extra Bullam Cœnæ. Tract. VI.

PROOEMIVM.

QVoniam in præcedente tractatu de maioribus excommunicationibus non reſeruatis, quæ in corpore Iuris Canonici, & extra illud continentur dictum eſt: Rectus doctrinæ petit ordo, vt conſequenter in præſenti tractatu de alijs excommunicationibus Summo Pontifici ſpecialiter reſeruatis pariter dicamus: Hæc enim omnia ad ipſarum exactam cognitionem ſunt neceſſaria: At quoniam excommunicationes reſeruatæ, aliæ ſunt in iure, & extra illud per conſtitutiones ſpeciales diuerſorum Pontificum: & Hæ aliæ ſunt contra omnes communiter, aliæ ſpecialiter contra Clericos, aliæ contra Regulares, aliæque tandem contra perſonas publicas Magiſtratus, Principes, & ſimiles, ideoque de ſingulis in ſuis capitulis diſtinctè ſpecialiter eſt dicendum.

DE EXCOM. CONTRA OMNES perſonas communiter Papæ reſeruatis.

CAP. I.

PRima in ordine excommunicatio Summo Pontifici reſeruata in Iure extra Bullam Cœnæ: lata fuit in Concilio Lateranenſi c. 15. ab Innocentio ſecundo quæ inſerta eſt in Decreto Gratiani. Can. Si quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. contra omnes, & quaſcumque perſonas, quæ ſuadente Diabolo aliquem Clericum, vel Religioſum percuſſerit, de qua excommunicatione dicendum eſt diffuſe, & ſpecialiter in proprio capitulo ſequentis tractatus, ideoque de ipſa pro modo nihil amplius dicimus. 1

Prima excommunicatio cõtra percuſſores clericorũ. Can. Si quis ſuadente 17. q. 4.

Excommunicatio ſecunda lata fuit ab Innocentio III. in c. Quærenti, de officio delegati contra illas perſonas, quæ excommunicatæ fuerunt à delegato Papæ, quæ per annum permanſerunt in tali excommunicatione: tunc per virtutem huius Decreti talis excommunicatio elapſo anno remanet reſeruata Summo Pontifici: & Ratio huius eſt, quia poſt annum terminatur iuriſdictio, data dicto delegato, ideòque remanet talis excommunicatio reſeruata Papæ, à quo tanquam à delegante eſt abſoluendus: Et licèt talis excommunicatio ſecundum ſe ſit ab homine, cùm lata fuerit à Iudice delegato, elapſo anno tamen remanet in Iure reſeruata: prout dicunt Nauarrus in d. c. Quærenti, Suarez de Cenſ. D. 22. ſect. 2. num. 1. Fillíucius tr. 15. c. 2. num. 48. 2

Secunda excõmunicatio cõtra perſeuerãtes per annũ in excommunicatione lata à delegato Papæ. C. Quærenti de offic. delegati. Ratio huius reſeruationis.

Nauar. Suarez. Fillíucius.

Excommunicatio tertia lata fuit ab Vrban. III. & refertur in c. Falſariorum de crim. falſi. Vbi Pontifex excommunicat omnes, & ſingulos falſificantes litteras Pontificias cum ſuis fautoribus: Qui verò talibus litteris falſificatis ſcienter vtatur, ſi Clericus eſt officio, & beneficio eſt priuatus: Laicus verò excommunicatur ipſo facto: Quamuis talis excommunicatio hodiè reſeruata eſt etiam in Bulla Cœnæ, ideoque de ipſa dicendum eſt iterum loco ſuo. 3

Tertia excõmunicatio cõtra falſarios litterarum Pontificaliũ. c. Falſariorũ de Crim. falſi.

Excommunicatio quarta in ordine lata fuit ab eodem Pontifice, & habetur in c. Dura de crim. falſi, Vbi dictus Innocent. III. ſub pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis beneficij ſtrictius prohibet, ne quis exiſtens in curia litteras Apoſtolicas recipiat, niſi de manibus officialium ipſius Pontificis ad hoc muneris deputatorum: Si autem aliquis contra faciens, ſi Laicus ſit, eſt excommunicatus, ſi Clericus ab officio, & beneficio deponitur: Præcepitque Pontifex, quod quilibet Epiſcopus talem excommunicationem promulget contra eos, qui huiuſmodi litteras falſas apud ſe habere cognoſcunt, quod ſi infra viginti dies tales litteras non deſtruant, aut reſignent, talis excommunicatio remanet reſeruata Papæ. 4

Quarta excõmunicatio habẽtes litteras Apoſtolicas falſas, & non deſtruentes. c. Dura de crim. falſi.

Excommunicatio quinta lata fuit à Clemente III. in c. Tua nos de ſent. excom. Vbi præcepit Pontifex, vt incẽdiarij ſiuè Eccleſiarum, ſiuè aliarum rerum temporalium excommunicentur ab Epiſcopis ſed lata talis excommunicatio ab ordinario contra incendiarios, remanet talis excommunicatio reſeruata Papæ ipſo iure prout dicunt Suarez ſupra nu. 5. & Fillíucius num. 53. 5

Quinta excõmunicatio cõtra Incendarios ab homine excommunicatos, & denunciatos c. tua nos de ſent. excom. Suarez. Fillíucius.

Excommunicatio ſexta inflicta fuit ab eodem Pontifice, & habetur in c. Conqueſti ſunt de ſent. excom. per quam excommunicantur omnes, & ſinguli ſacrilegi, effringentes, ſiuè ſpoliantes Eccleſias, ſiuè Sacras ædes in ea quantitate, quæ ſit ſufficiens ad pecca- 6

Sexta excõmunicatio cõtra ſacrilegos effringentes Eccleſias. c. conqueſti ſunt. de ſent. excom.

peccatum mortale conſtituendum in materia furti, cuius abſolutio eſt reſeruata Papæ.

7 Sep.ima excommunicatio contra communicátes in crimine criminoſo cum excõmunicatis à Papa. c. Nuper c. Cõqueſti.

Excommunicatio ſeptima etiam lata eſt ab eodem Innocentio 3. in c. Nuper de ſent. excomm. vbi excommunicantur omnes, & ſinguli communicantes cum excommunicatis à Papa in crimine crimi-noſo, tunc huiuſmodi communicantes cum talibus ſunt ipſo iure excommunicati, de qua excommunicatione abſolui non poſſunt, niſi à Papa: Si autem non communicaſſent in eodem crimine criminoſo poterunt abſolui à proprio confeſſario.

8 Octaua excõmunicatio cõtra eligentes potentia inſignem in Senatorem Romanum. c. Fũdamenta de elect. in 6.

Excommunicatio octaua lata fuit à Nicolao 3. in c. fundamenta de electione in 6. vbi Pontifex excommunicat eligentes in Senatorem Romanorum inſignem procerem, ſiuè Principem potentia inſignem: & Ratio huius eſt, ne huiuſmodi Principes vſurpent dignitates, & officia Vrbis Romæ: Similiter excommunicat omnes ſe intromittentes, & conſentientes ſiuè per ſe, ſiuè per alterum pro tali electione facienda.

9 Hodie talis excommunicatio non habet locum.

Verum eſt tamen, quod ad præſens talis excommunicatio non habet locum, quia cum hodiè Senator Romanorum eligatur ab ipſo Papa conſequenter, nec ipſe eligens, neque electus, neque conſentientes in huiuſmodi cenſura cadere poterunt, quia eò ipſo, quod Summus Pontifex facit talem electionem: adeſt approbatio, & diſpenſatio prout aduertetunt Nauar. c. 27. nu. 95. & Filliuc. de cenſ. tr. 15. cap. 3. num. 59.

Nauarrus. Filliucius.

10 Nona excommunicatio cõtra vexantes, qui cenſuram aliquam tulerunt. c. Quicumq. de ſent. excommun. in 6.

Excommunicatio nona lata in Concil. Lugdun. à Greg. X. quæ inſerta eſt in c. Quicumque de ſent. excom. in 6. per quam excommunicantur omnes, & ſinguli vexantes iudices, ſiuè Prælatos, qui aliquam cenſuram ex officio contra aliquam perſonam tulerunt, quod ſi infra duos menſes non reſipiſcant talis excommunicatio remanet reſeruata Summo Pontifici.

11 Decima excõmunicatio cõtra abſolutos cum onere præſentandi non adimplentes. c. Eos qui de ſent. excom. in 6.

Excommunicatio decima lata eſt à Bonifacio VIII. in c. eos qui, de ſent. excom. in 6. contra eos, qui in mortis periculo, ſiuè aliqua vrgente neceſſitate abſoluti fuerunt ab excommunicatione reſeruata Papæ cum onere, ſi vixerint ſe præſentandi, ſi poſteà elapſo periculo habentes commoditatem non ſe præſentant incidunt in eamdem excommunicationem reſeruatam, non numero, ſed ſpecie propter inobedientiam.

12 Vndecima excõmunicatio contra offendentes Cardinales. c. Fælicis de Pœnis in 6.

Excommunicatio vndecima lata fuit ab eodem Pontifice in c. Fælicis de Pœnis: in 6. in qua excommunicantur omnes, & ſinguli, offendentes Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in perſonas, qui etiam ſunt excommunicati per can. Si quis ſuadente Diabolo. Nam Cardinales etiam ſunt Clerici, imò etiã per Canonem illum excommunicantur ij, qui hoſtiliter aliquem Cardinalem inſequuntur curſu, & motu corporali, etiam ſi ipſum non attingant, ſiuè perſecuti fuerint incidunt hanc excommunicationem reſeruatam.

13 Et defenſores, & mandãtes, & conſulentes tale crimen.

Similiter etiam eamdem excommunicationem incurrit ille, qui ſcienter defenſat, aut receptat huiuſmodi perſecutores Cardinalium aliquo ex ſupra dictis modis, vel inſequendo, vel percutiendo, vel capiendo, ac etiam huiuſmodi ſcelus mandantes, aut conſulentes, aut fautores.

14 12. Excõmunicatio cõtra exigentes tributa à perſonis Eccleſiaſticis. c. Clericis de Immun. eccl. in 6.

Excommunicatio 12. fuit lata ab eodem in c. Clericis de Immunit. Eccleſiæ, vbi Pontifex excommunicat ipſo facto exigentes tributa, ſeu collectas à perſonis Eccleſiaſticis cuius abſolutio eſt reſeruata Papæ: Imò hodiè talis excommunicatio continetur in Bulla Cœnæ contra violantes Eccleſiaſticam libertatem, de qua dicendum eſt loco ſuo.

Excommunicatio 13. lata fuit in Concilio Vienneſi à Clemente V. per quam excommunicantur 15
Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto diuina celebrare: Vel per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent, ne excommunicati ab Eccleſia exeant, ſimiliter, & ipſi nominatim excommunicati, vel interdicti poſt monitionem nolẽtes exire: incidunt in excommunicationem reſeruatam Summo Pontifici: prout habetur in c. Grauis de ſent excom.

13. Excõmunicatio cõtra Violãntes Interdictum. Clementina Grauis, de ſent. excom.

Excommunicatio 14. inflicta fuit à Ioanne 22. in extra: Prodiens, per quam anathematizauit falſificantes monetam Regis Franciæ, aliorumque locorum circum vicinorum, à qua excommunicatione abſolui non poſſunt, niſi à Papa: Hæc autem excommunicatio non ab omnibus enumerari ſolet, eò quod non ſit vniuerſalis, ſed particularis, ideòque non opus eſt ipſam amplius explicare: ſufficit autem de illa factam eſſe mentionem. 16

14. Excõmunicatio cõtra falſificantes monetam Regis Franciæ. extra. Prodiẽs de crim. Falſi.

Excommunicatio 15. lata fuit à Bonifacio VIII. in extra: Deteſtandæ: de ſepulturis contra exenterantes defunctorum corpora, eaque aliò ſine ordinarij licentia transferentes, ſimiliter etiam contra lacerantes, vel nudantes oſſa, vel coquentes, vt tranſportentur, aliaſque ſæuitias, & inhumanitates contra humana corpora defunctorum facientes, omnes itaque huiuſmodi ſcelera perpetrantes, ſunt excommunicati cum reſeruatione. 17

15. Excõmunicatio cõtra exenterantes defunctorum corpora. extra. Deteſtandæ de ſepulturis.

Excommunicatio 16. eſt in extra: Et ſi Dominici, vbi Paulus 2. excommunicat omnes, & ſingulos violantes interdictum, latum à Sede Apoſtolica, cuius abſolutio eſt reſeruata Summo Pontifici. 18

16. Excõmunicatio cõtra Violantes Interdictu Sedis Apoſtolicæ.

Excommunicatio 17. referri ſolet à quibuſdam Doctoribus inter excommunicationes ab eodem Pontifice in eadem extrauagante contra conſpiratores in perſonam, aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiuſdem Pontificis, vel Sedis Apoſtolicæ: Sed re vera hæc excommunicatio includitur in illis, quæ reſeruatæ ſunt in Bulla Cœnæ, ideoque de ipſa dicendum eſt loco ſuo. 19

17. Excõmunicatio cõtra conſpirantes in Romanum Pontificem.

Excommunicatio 18. enumerari ſolet à Doctoribus. Illa, quæ habetur in extra ſanè, de Simonia vbi Vrbanus IV. videtur pœnam excommunicationis ponere contra dantes, vel recipientes aliquod temporale ob ingreſſum alicuius perſonæ in Religionem, cuius materia eſt Simonia, recipiendo temporalia ex pacto expreſſo, vel tacito pro re ſpirituali, vt in Religione recipiatur ad ſeruiendum Deo, ideòque tales incurrunt excommunicationem, latam contra Simoniacos, de qua dicendum eſt plenius in tractatu ſequenti, agendo de Simonia. 20

18. Excõmunicatio cõtra dantes, & recipientes ob ingreſſum Religionis.

Excommunicatio 19. ponitur illa, quam Paulus Venetus II. tulit in extra: Cum deteſtabile ſcelus, in qua excommunicauit omnes, & ſingulos Simoniacos, qui dant aliquod temporale, vel recipiunt pro ordine, & beneficio conferendo, vel recipiendo; Similiter etiam mandantes, & mediatores eiuſdem Simoniæ eamdem excommunicationem incurrunt, qui à ſolo Papa abſolui poſſunt, niſi in mortis periculo: Quod ſemper intelligitur de Simonia reali ex pacto expreſſo, vel tacito, vt videbitur loco ſuo. 21

19. Excõmunicatio cõtra Simoniacos in ordine, & beneficio.

Excommunicatio 20. lata fuit à Sixto IV. in c. Graue nimis. de Reliq. & Ven. Sanct. contra Prædicatores, alioſque aſſerentes, Beatam Mariam Virginem conceptam fuiſſe in peccato originali, vel qui dicunt feſtum eius conceptionis celebrantes grauiter peccare, qui omnes, & ſinguli huiuſmodi aſſerentes ipſo facto excommunicationem incurrunt Summo Pontifici reſeruatam. 22

20. Excõmunicatio cõtra aſſerentes opinionem cõceptionis B. M. V.

Excom-

23 21. Excõmunicatio cõtra omnes Dantes, & recipiẽtes pro iuſtitia Sedis Apoſtolicæ.

Excommunicatio 21. lata fuit à Bonifacio VIII. in extra. excommunicamus de ſent. excom. contra omnes, ſingulosque Clericos, ſiuè Religioſos, ſiuè Laicos vtriuſque ſexus, ſiuè ſint familiares Curiæ, ſiuè alij vndecunque, qui aliquod pactum expreſsè, vel tacitè fecerunt, ſiuè aliquod temporale promiſerunt, vel receperunt pro gratia, & iuſtitia impetranda apud Apoſtolicam Sedem: Quę etiam excommunicatio extenditur ad promittentes, & acceptantes dantes, vel recipientes huiuſmodi munera: Cuius abſolutio à ſolo Papa dari poteſt, niſi in mortis articulo.

24 22. Excõmunicatio cõtra offendentes Magiſtratus Prouinciæ Marchiæ.

Excommunicatio 22. lata fuit à Ioanne 22. in extra. Dierum. de Pœnis contra offendentes Magiſtratus prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, cuius excommunicationis abſolutio reſeruata eſt Sũmo Põtifici.

25 23. Excõmunicatio cõtra omnes dãtes nunciantibus vacationem beneficij. Filliucius.

Excommunicatio 23. habetur in quadam conſt. 4. Gregorij XIII. quæ incipit. Solicite, per quam excommunicantur dantes, vel promittentes nuntiantibus prouiſiones beneficiorum vacantium in Curia. Sed iſta excommunicatio hodie vix eſt in vſu, prout dicit Filliuc. de cenſ. tr. 15. c. 5. nu. 96.

26 24. Excõmunicatio cõtra occupantes bona Cardinaliũ in conclaui exiſtentium.

Excommunicatio 24. lata fuit in Concilio Conſtant. ſeſſ. 41. in Decreto: Omnis ætas: vbi excommunicantur omnes, & ſinguli bona Cardinalium in cõclaui exiſtentium pro electione noui Pontificis occupantes, vel diripientes.

27 25. Excõmunicatio cõtra fingentes ſe nepotes Cardinalium.

Excommunicatio 25. lata fuit à Leone X. conſt. 22. quæ incipit: Inhærendo, & ab Innocentio VIII. conſt. 7. quæ incipit cum ſicut confirmata. In quibus excommunicantur perſonæ ſingentes, ſe eſſe nepotes Cardinalium, vt expediant litteras Apoſtolicas gratis. Quę quidem excommunicatio hodiè non eſt amplius neceſſaria, vel quia hoc tempore non poteſt in praxi habere locum, cum nepotes Cardinalium dignoſcantur, ſicut etiam eorum familiares, & niſi conſtet non facilè creduntur.

28 26. Excõmunicatio cõtra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum.

Excommunicatio 26. lata fuit à Iulio III. Conſt. 3. quæ incipit. Rationi congruit: vbi excommunicantur omnes, & ſinguli impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, & Sacræ Pœnitentiariæ, extenditurque talis excommunicatio reſeruata contra præſtantes quomodolibet conſilium, auxilium, vel fauorem.

29 27. Excõmunicatio cõtra ſupponentes ſe in examine mentito nomine, vt beneficia impetrent.

Excommunicatio 27. lata fuit à Paulo IV. Conſtit. 33. quæ incipit. Inter cæteras: contra omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcumque ſint conditionis, qui mentito nomine, ſupponunt ſe in examine, vt pro alio beneficiũ Eccleſiaſticum impetrent: Cuius materia eſt malitioſa ſimulatio contra iuſtitiam circa beneficia, & eorum adeptionem, ideòque meritò à Pontifice excommunicantur.

30 28. Excõmunicatio cõtra Ambientes Papatum, ideòq; Simoniam cõmittentes.

Excommunicatio 28. lata eſt ab eodem: Conſt. 28. quæ incipit: Cum ſecundum Apoſtolum, in qua excommunicatur quæcumque perſona, cuiuſcumque conditionis, aut dignitatis ambiens Papatum, eiuſque cauſa Simoniam committens promittendo explicitè, vel implicitè temporalia dona.

31 29. Excõmunicatio cõtra facientes cõtractum innominatum pro futura electione Pontificis.

Excommunicatio 29. lata fuit a Gregorio XIV. quæ incipit. Cogit nos: contra facientes promiſſiones, ſiuè contractum innominatum, ſuper vita, aut morte, aut futura creatione Pontificis, quæ vulgò dicuntur (*Scommeſſe*) non modo quando fiunt viuente Summo Pontifice, verum etiam ſi fiant tempore Sedis vacantis, eamquè excommunicationem incurrunt permittentes eiuſmodi promiſſiones fieri in ſuis terris tacitè, vel expreſsè, aut conſilium, auxilium, aut fauorem prædictis dantes, & reſeruata eſt iſta excommunicatio eodem modo, ſicut præcedens, cui videtur eſſe ſimilis.

Excommunicatio 30. lata eſt à Pio IV. Conſt. 23. quæ incipit. Ea quæ, in qua excommunicantur ipſo facto committentes duellum, & concedentes locum, aſtantes, conſulentes, adhærentes, fautores, ſubſcribentes chartas talis duelli, affigentes, & publicantes. Qui omnes, & ſinguli ſunt ipſo facto excommunicati, reſeruata abſolutione Summo Pontifici: At quoniam circa iſtam excommunicationem Trident. Concil. & Greg. XIII. & Clemens VIII. alijque Pontifices, qui multas alias conſtitutiones fecerunt, & eſt res magni momenti, ideòque de ipſa ſpecialiter, & diffuſius dicendum eſt in ſequenti tractatu. 32

30. Excõmunicatio cõtra committẽtes & conſulẽtes, Duellum.

Excommunicatio 31. lata fuit à Pio IV. Conſtit. 43. Ex Apoſtolicæ, contra omnes, & ſingulos deferentes, & conducere facientes alumina ex Regionibus Turcarum, aliorumque infidelium ad partes Chriſtianorum: Similiter etiam illi, qui conducta, & adducta vendunt, vel emunt, laborantesque in eis, aut circa ea immiſcentes, vel aſſicurando naues, & alumina ipſa: Quæ excommunicatio comprehendit omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcumque gradus, & conditionis extiterint. 33

31. Excõmunicatio cõtra Deferentes alumina ex partibus infidelium ad fideles.

Excommunicatio 32. eſt eiuſdem Pij IV. Conſtit. 81. quæ incipit: In eligendis, in qua excommunicantur omnes, & ſinguli, qui litteras, vel ſcriptum cuiuſcumque generis, ſiuè nuntium miſerint ad eos, qui ſunt in conclaui pro electione Summi Pontificis facienda, & qui huiuſmodi litteras receperint, quæ excommunicatio omnes comprehendit, etiam Cardinales, qui contra tale Decretum facere præſumpſerint: cauſa autem talis conſtitutionis fuit, ne poneretur aliquod impedimentum, vel deuiatio voluntatis ad Canonicam electionem Papæ faciendam. 34

32. Excõmunicatio cõtra mittentes litteras, aut nũcium in conclaue.

Excommunicatio 33. lata fuit in Trident. Concil. ſeſſ. 22. c. 11. contra omnes, & ſingulas perſonas, cuiuſcumque gradus dignitatis, & conditionis, etiam Regalis, ſiue Imperialis occupantes, ſiuè vſurpantes, & ad proprios, ſiuè aliorum vſus applicantes, ſiuè impedientes cenſus, aut bona mobilia, ſiue ſtabilia montium Pietatis, aliorumque piorum locorum, qui omnes contra facientes ſunt ipſo facto excommunicati, cuius abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici. 35

33. Excõmunicatio cõtra occupantes bona montiũ Pietatis & locorum piorũ.

Excommunicatio 34. lata fuit à Pio V. Conſt. 22. quæ incipit: Regularium, contra omnes, ſingulaſque fœminas cuiuſcumque gradus, ſtatus, dignitatis, aut conditionis ingredientes Monaſteria, ſiuè conuentus Regularium quorumcumque etiam mendicantium, prætextu facultatum Apoſtolicarum conceſſarum, quas omnes dictus Pontifex per præſentem conſtitutionem reuocauit, & reuocat. 36

34. Excõmunicatio cõtra fœminas ingrediẽtes Monaſteria Regularium.

Hanc autem excommunicationem reſeruatam non ſolum incurrunt fœminæ ingredientes prætextu facultatum, quomodolibet conceſſarum, verum etiam abſolutè quomodocumque ingrediantur intra ſepta, ſeu clauſuram Monaſterij ſiuè conuentus Regularium: Et ita ſeruari in praxi Sacræ Pœnitentiariæ teſtantur Quaranta in ſumma Bullarij. Verbo Monaſteria. Et Filliuc. de cenſ. tr. 15. c. 5. n. 118. 37

Comprehendit omnes fœminas quomodocumq; ingredientes.

Quaranta. Filliucius.

Notandum inſuper non ſolum mulieres, ingredientes incurrere dictam excommunicationem reſeruatam, verum etiam ſuperiores Regularium, ac etiam quoſcumque Religioſos ſubditas eas admittentes, ſeu ingredi permittentes: ex Conſt. 36. Gregorij XIII. quæ incipit. Vbi Gratiæ: & ſeruatur in praxi Sacræ Pœnitentiariæ teſtatur Filliucius loc. cit. nu. 119. §. Notandum. 38

Etiam conſẽtientes & permittentes ingredi.

Filliucius.

Excommunicatio 35. eſt eiuſdem Pij V. Conſtit. 35. Admonet nos: vbi excommunicat Pontifex omnes, & ſingulos cuiuſcumque conditionis ſint, etiam 39

35. Excõmunicatio ſuadẽtes Papę vt infeudet loca Eccleſiæ Romanæ.

Car-

Cardinales ſuadentes Summo Pontifici, vel verba facere de infeudationibus, aut alienationibus locorum Sedis Apoſtolicæ immediat: ſubiectorum: ac etiam oratores ad hunc effectum miſſos a Principibus: qui omnes ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione reſeruata Summo Pontifici.

36. Excõmunicatio capiẽtes Chriſtianos habitãtes inter Turcas.

40 Excommunicatio 36. eſt eiuſdem Conſt. 56. quæ incipit: Licet omnibus: in qua excommunicantur omnes, qui capiuant Chriſtianos habitantes in terris infidelium, reducendo illos ad ſeruitutem, aut eorum bona diripiunt: nam tale ſcelus eſt contra Chriſtianam pietatem, & libertatem, ideoque tales excommunicantur excommunicatione reſeruata.

37. Excõmunicatio committentes Simoniam cõfidentialem.

41 Excommunicatio 37. eſt eiuſdem Pij V. Conſt. 87. quæ incipit: Intolerabilis, in qua excommunicantur omnes committentes Simoniam confidentialem, de qua excommunicatione dicendum eſt plenius in ſequenti tractatu, agendo ſpecialiter de Simonia confidentiali.

38. Excõmunicatio Non reuelantes conſpiratores cõtra Cardinales.

42 Excommunicatio 38. eſt eiuſdem Pontificis Conſtit. 93. quæ incipit Infelicis, quę lata eſt contra ſcientes, & nõ reuelantes conſpiratores, ſeu conſpirationes factas, aut faciendas contra Cardinales qualiſcumque ſcientia talis ſit, vel coniectura, etiam ſi res ſit occultiſſima, dummodo non ſit talis ſcientia habita medianre Sacramentali confeſſione: & Ratio huius eſt, quia huiuſmodi ſcelus reſultat contra præcipua membra Eccleſiæ, ideoque ſcientes talem conſpirationem tenentur reuelare, ne tale ſacrilegium ſequatur: Sicuti plenius dicendum eſt de conſpiratoribus in excommunicationibus reſeruatis in Bulla Cœnæ.

39. Excõmunicatio proponentes populo indicem caſuum, & Indulgentiarũ.

43 Excommunicatio 39. lata fuit ab eodem Pontifice Conſt. 93. quæ incipit Infælicis, vbi excommunicantur omnes, & ſinguli proponentes populo indicem caſuum, & gratiarum cum indulgentijs: Quæ prohibitio facta fuit ratione quorumdam Prælatorum, qui tale ſacrilegium, & Simoniacum quæſtum indulgentiarũ facere ſolebant, quare Prælati, qui in poſterum id agere attentarent ſuſpenſi ſunt ipſo facto ab ingreſſu Eccleſiæ, quamdiu meruerint ab Apoſtolica Sede a tali ſuſpenſione non abſolui, cæteri autem omnes ſunt ipſo facto excommunicati cum reſeruatione abſolutionis.

40. Excõmunicatio Accipientes fructus primi vel ſecundi beneficij.

44 Excommunicatio 40. eſt eiuſdem Conſt. 106. quæ incipit: Durum nimis, lata contra omnes accipientes aliquid ex fructibus primi, & ſecundi anni beneficij, vacantis in collatione, aut alia prouiſione ad poſſeſſionem illius. Cuius materia eſt ſordida auaritia, & labes Simoniaca in collatione beneficiorum Eccleſiaſticorum: quare Prælati hoc perpetrantes ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab executione Pontificalium, donec prævia ſatisfactione abſoluantur a Sede Apoſtolica, Capitula, & collegia ſunt ipſo facto interdicta. Singulares perſonæ ſunt ipſo facto excommunicatæ cum reſeruatione: de qua etiam fit mentio in Trident. Concil. ſeſſ. 24. cap. 14. de Reformatione.

41. Excõmunicatio Impugnantes inſtitutum Societatis Ieſu.

45 Excommunicatio 41. lata fuit à Greg. XIII. Conſtit. 102. Aſcendente Domino, anno 1584. in qua excommunicantur impugnantes inſtitutum Societatis Ieſu, eiuſque conſtitutiones, propter iniuriam, & calumniam Religioni collatam, quæ ab Apoſtolica Sede fuit approbata.

42. Excõmunicatio Facientes iurare illicita, & cõtraria libertati Eccleſiæ.

46 Excommunicatio 42. lata eſt ab eodem Gregor. XIII. Conſtit. 103. cuius initium eſt: Inter Apoſtolicas, per quam excommunicantur facientes iurare illicita, & impoſſibilia, aut contraria Eccleſiæ libertati, aut Decretis Tridentini Concilij: qui omnes, & ſinguli talia perpetrantes ſunt excommunicati cum reſeruatione abſolutionis.

Excommunicatio 43. eſt eiuſdem Gregorij XIII. Conſt. 110. quæ incipit; Sine graui, lata contra diripientes animalia, aliaque bona cuiuſcumque generis, & ſpeciei ſtatus Eccleſiaſtici, vel illa ſcientes ementes vel permutantes, aut recipientes, aut penes ſe habentes, & retinentes: & ita excommunicatio comprehendit omnes perſonas talia facientes cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, aut conditionis, non ſolum commorantes in ſtatu Eccleſiæ, ſed etiam in quouis Regno, Statu, Dominio, & Territorio, & locis vniuerſæ Italiæ, qui omnes ſunt ipſo facto excommunicati. 47

43. Excõmunicatio Diripientes animalia in Eccleſiaſtico ſtatu.

Excommunicatio 44. lata fuit à Gregorio XIV. in Decreto, quod incipit: Cum alias nonnulli, contra omnes, & quoſcumque violatores Eccleſiaſticæ immunitatis, de qua dicendum eſt plenius in ſequenti tractatu agendo de ipſa immunitate Eccleſiæ. 48

44. Excõmunicatio.

Excommunicatio 45. lata fuit à Clemente VIII. in Decreto edito: In congregatione generali Sanctæ Romanæ Inquiſitionis ſub die 20. Iunij 1602. contra docentes: Licere per litteras, ſeu internuncium confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, ab eoque per litteras abſolutionem recipere, quam opinionem Pontifex declarat eſſe temerariam, falſam, & ſcandaloſam contra Sacramenti Pœnitentiæ ſubſtantiam: Quare ſi quis in poſterum talem opinionem defenderet, vel doceret, ſiuè in publicis, ſiue in priuatis congreſſionibus, ſiue in praxi directe, vel indirectè declarauerit: ipſo facto in excommunicationem reſeruatam incidet, a qua non poteſt abſolui, niſi a Papa. 49

45. Excõmunicatio Docentes fieri poſſe abſolutione per litteram in abſentia pœnitentis.

Excommunicatio 46. lata fuit à Paulo V. die 23. Decembris 1605. quæ incipit: Inter grauiſſimas, contra extrahentes frumentum, bladum, legumina, animalia, aliaque id genus annonæ extra ſtatum Eccleſiaſticum: Cum declaratione facta eiuſdem Pontificis die 26. Auguſti 1606. quæ incipit. Pro peculiari, vbi declaratur, quod a locis immediatè ſubiectis, prædicta abſtrahi non poſſunt ad loca mediatè, neque à locis mediatè ad loca extra ſtatum Eccleſiaſticum ſub pœna excommunicationis reſeruatæ ipſo facto incurrendæ. 50

46. Excõmunicatio cõtra extrahentes frumenta, vel legumina extra ſtatum Eccleſiæ.

Iſtæ igitur ſunt excommunicationes reſeruatæ, quæ comprehendunt omnes perſonas fidelium in communi, ſiue ſint Clerici, ſiue Regulares, ſiue Sæculares; Si verò aliæ inueniantur, vel non ſunt amplius in vſu, vel ſi ſunt in vſu in præſenti reſeruatæ continentur in Bulla Cœnæ, de quibus dicendum eſt loco ſuo. 51

Concluſio ſupradictorum excommunicationum.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS Papæ reſeruatis contra Clericos.

CAP. II.

ENumeratis breuiterq; explicatis excommunicationibus Summo Pontifici reſeruatis contra omnes perſonas qualiſcumque conditionis: Conſequens eſt, vt in hoc ſecundo in ordine Capitulo huius tractatus ſpecialiter dicamus de alijs excommunicationibus latis contra Clericos, quarum abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici, quæ communiter à Doctoribus ad octonarium numerum reduci ſolent; quarum 1

Prima in ordine lata fuit à Clemente III. in c. Significauit de ſent. excommun. contra participantes ſcientes in diuinis cum publico denunciato excommuni- 2

Prima excõmunicatio cõtra participãtes.

ſed etiam excõmunicato à Papa admittendo in diuinis.

municato, vitando à Papa, admittendo talem in diuinis, videlicet in Sacramentis participatione; Vel tempore Miſſæ celebrationis, ſiuè in diuinis officijs publicis, vel poſt mortem concedendo eis Eccleſiaſticam ſepulturam. Quæ excommunicatio tantum comprehendit Clericos, ſiuè Sæculares, ſiuè Regulares, eo quod ad ipſos ſpectat admittere, vel expellere fideles in diuinis.

Intelligitur iſta excommunicatio pro rectoribus illius Eccleſiæ.

3 Ex quo ſequitur Laicum participantem cum tali excommunicato non comprehendi ſub hac cenſura, neque Clericum, qui ignoranter, ſiuè inaduertenter, aut iuſto metu concuſſus, & coactè, neque etiam, qui in humanis tantum cum talibus excommunicatis participat, neque etiam Clericus, qui tantum participaret in diuinis, vt alia perſona de populo, eo quod talis participatio debet eſſe receptiua, & admiſſiua in diuinis, cuius munus eſt Superiorum illius Eccleſiæ non autem aliorum. Ita Caiet. Verbo excommunicatio c. 58. Nauar. c. 27. num. 93. & Filliuc. d. tr. 15. c. 7. nu. 169.

Caietanus. Nauarrus. Filliucius.

Secunda excõmunicatio contra inducentes ad eligendã ſepulturam, eamq. non mutandã apud ſe.

4 Excommunicatio Secunda in ordine lata fuit à Clemente V. in Concilio Vienneſi in Clementina. Cupientes §. ſanè. Vbi Pontifex excommunicat ipſo facto omnes, & ſingulos Clericos, ſiuè Sæculares, ſiuè Regulares facientes contra Decretum primum de ſepulturis in ſexto, inducendo ad curandum, vel vouendum, ſiuè fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum Sæculares, vt ſepulturam apud ipſorum Eccleſias eligant, aut iam electam vlterius non mutent, quos omnes excommunicat ipſo facto excommunicatione maiori Summo Pontifici reſeruata.

Limitatio huius excõmunicationis.

5 Ex quo ſequitur, quod ſi quis hortando ſimpliciter induceret aliquos ad eligendam ſepulturam ad ſuam Eccleſiam non incurreret excommunicationem, niſi illum inducat ad votum, vel iuramentum faciendum, Nam textus non prohibet, quamlibet inductionem ad actum, ſed ad obligationem actus. Secundò requiritur, quod tales inducant illos ad talem obligationem ſcientet, & doloſè tranſgrediendo huiuſmodi conſtitutionem: quare in caſu ignorantiæ aliquo modo culpabilis, dummodò non ſit affectata, excuſat à tali cenſura excommunicationis incurrenda. Prout notauerunt Suarez de Cenſ. D. 22. ſect. 4. num. 26. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 51. Angelus verbo ſepultura num. 35. & Filliuc. d. tract. 15. cap. 7. num. 171.

Suarez. D. Antonius. Angelus. Filliucius.

Tertia excõmunicatio cõtra Procurantes fraudulẽter alienationes Eccleſiarum in earum detrimẽtum.

6 Excommunicatio Tertia lata fuit à Paulo II. Conſtit. 2. quæ incipit: Cum in omnibus contra procurantes fraudulenter alienationes rerum Eccleſiarum in earum detrimentum. Cùm enim in examinandis cauſis rerum Eccleſiarum, quæ committi quandóq; ſolent Iudicibus Eccleſiaſticis, vt cognoſcant: An tales alienationes in vtilitatem euidentem Eccleſiæ cadant necne? poteſt ſæpè contingere in corde hominis infirmi, ne timore amittendi hominum gratiam, vel odium illorum acquirendum mẽs illorum ad iudicandum in detrimentum Eccleſiarum rerum redundet: Ideóque præcipit Pontifex ſub pœna excommunicationis reſeruatæ, ne tales malitioſè conſentiant in talem alienationem, quæ reſultat in Eccleſiæ detrimentum.

Declaratur excommunicatio iſta.

7 Quare quicumque Clerici, ad quos talem alienationem facere ſpectat, ſi dolo, vel fraude ſcienter procurauerint, vel permiſerint talem alienationem fieri per ſordes, promiſſiones, aut iniquas donationes, aut per importunas perſuaſiones extorſerint, vel permiſerint cum detrimento Eccleſiæ: Sunt ipſo facto excommunicati excommunicatione Summo Pontifici reſeruata.

8 Excommunicatio Quarta lata fuit in Concil. Lateranenſi ſeſſ. 5. ſub Leone X. contra Cardinales, qui eligunt Papam mediante Simonia in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, ſiuè bona cuiuscumque generis, ideóque per hanc conſtitutionem præcipitur omnibus, & ſingulis Cardinalibus electoribus, qui pro tempore erunt congregati pro electione Pontificis facienda, ne contra in dicta conſtitutione ſtatuta, vel aliquod eorum ſtatuere, diſponere, ordinare, vel aliquo modo facere præſumant, quocumque colore quæſito ſub pœna excommunicationis ipſo facto Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ: prout explicant Caiet. verbo excommunicatio. cap. 24. & Suarez de cenſ. D. 22. ſect. 6. num. 2. & Filliuc. d. tr. 15. cap. 7. num. 174.

Quarta excõmunicatio cõtra Procurantes poſt mortẽ vnius Pontificis elegi in ſucceſſorem eius.

Caiet. Suarez. Filliucius.

9 Excommunicatio Quinta lata eſt in eodem Lateranenſi Concilio ſub Leone X. contra Prædicatores, qui concionando aliquid commiſerint contra ea, quæ in Decreto eiuſdem Concilij continentur, cuius prohibitiones ſunt quinque, quarum prima eſt. Ne Sacram ſcripturam ad falſas interpretationes extendant contra Doctorum veram, & germanam interpretationem. Secunda Ne tempus præfixum diei iudicij, aduentuiq; Antichriſti prædicare præſumant. Tertia Neque alia ſimilia futura tamquam reuelata dicant, aut alienas, inaneſque diuinationes aſſeuerent. Quarta Ne detractent ſtatus, & vita Prælatorum, aliorumque Superiorum Eccleſiaſticorum ſcandaloſa detractione. Et quinta Ne ficta miracula, & incerta prædicent: Quæ omnia prohibentur in dicta conſtitutione ſub pœna excommunicationis reſeruatæ.

Quinta excõmunicatio prædicantes contra eas, quæ prohibẽtur in Conc. Lateranenſi.

Quinq; prohibentur in hoc Decreto. Primò Scripturam Sacram falsè interpretando. Secundò determinando diem Iudicij. Tertiò neque futura prædicant tãquam reuelata. Quartò ne detractẽt Eccleſiaſticas perſonas. Quintò ne ficta miracula publicent.

10 Verum eſt tamen, quod multi Doctores ſatis dubitant: An tales excommunicationes latæ in dicto Concil. Lateran. ad præſens ſint amplius in vſu: Non enim omnes videntur ità rigoroſè in praxi receptæ, prout dicunt Caiet. Verbo excommunicatio ca. 81. in fine, & Bartholomeus Caroza in Sum. Concil. in fin. d. Concil. Later. citati, & Nauar. ca. 27. num. 110. & Suarez D. 22. ſect. 6. num. 8. cum Filliucio d. tr. 15. cap. 7. num. 177. Concedunt tamen omnes quod huiuſmodi Prædicatores talia prædicantes ſaltem peccent mortaliter.

Dubitant aliqui an excõmunicationes iſtæ ſint in vſu.

Caietan. Caroza. Nauarrus. Suarez. Filliucius.

Peccant tamẽ m.

11 Excommunicatio Sexta lata fuit à Pio IV. Conſt. 87. quæ incipit: Inter multiplices, contra Parochos, non adimplentes iuramenta præſtita de reſidendo in proprijs Parochijs infra certum tempus reſignando eas, vel permutando: Nam Parochi non adimplentes iuramenta facta de reſidentia in adeptione Parochialis beneficij ſacrilegium committunt, & prodigalitatem propriæ conſcientiæ, ideòque meritò à dicto Pontifice excommunicationis ſentẽtiam ſubijciuntur.

Sexta excommunicatio cõtra Parochos non adimplentes iuramẽtũ de reſidentia.

12 Excommunicatio Septima lata eſt ab eodem Pio IV. Conſtit. 109. quæ incipit: Romanum Pontificem, & iterum confirmata, & ampliata à Pio V. Conſtit. 87. quæ incipit: Intolerabilis, &c. contra accipientes, vel commutantes Eccleſiaſtica beneficia aperte, vel occultè in confidentiam beneficialem: nam huiuſmodi confidentiarij in tali actione committũt peccatum Simoniæ confidentialis, ideóque à Pio V. excommunicantur omnes exceptis Cardinalibus, qui per dictam conſtitutionem Pij V. non incurrunt, prout notauerunt Filliuc. d. tr. 15. ca. 7. nu. 179. & Nauar. cap. 23. num. 110.

Septima excõmunicatio cõtra Accipientes, vel retinẽtes beneficia quæcumq; in confidentiam.

Filliucius. Nauar.

13 Excommunicatio Octaua lata fuit à Paulo Veneto II. extra. Et ſi Dominici, de Pœnit. & remiſſ. & iterum à Clemente VIII. Conſt. quæ incipit Sanctiſſimus Dominus noſter ſub die 9. menſis Ian. 1601. & die 26. Nouembris 1602. cum litteris Sacræ Congregationis contra confeſſarios, ſiuè Sæculares, ſiuè Regula-

Octaua excõmunicatio cõtra abſoluentes à reſeruatis prætextu priuilegiorũ.

gulares, abſoluentes ſuos pœnitentes à caſibus Bullæ Cœnæ, vel à quibuſcumque Papalibus reſeruatis, ſiue etiam ab Ordinarijs locorum reſeruatis ſub prætextu priuilegiorum ſuorum ab alijs Pontificibus conceſſorum: Quæ Clemens VIII. per dictam conſtitutionem reuocauit, atque abrogauit: de qua excommunicatione, & conſtitutione dicendum eſt plenius in ſequenti tractatu: vbi ſpecialiter dicendum erit de quinque excommunicationibus reſeruatis ſpecialiter enumeratis in dicta conſtitutione Clementis VIII.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS SVMMO Pontifici reſeruatis contra Regulares.

CAP. III.

1 PRæter excommunicationes ſuperius numeratas contra clericos, ſiuè ſæculares, ſiue etiam Regulares: ſunt aliæ excommunicationes reſeruatæ, quæ tantummodò ſpectant ad Regulares, ideóque de ipſis in hoc tertio in ordine capitulo dicere opus eſt: Communiter autem excommunicationes tredecim eſſe enumerantur, quarum ſex pertinent ad omnes Regulares cuiuſcumque Ordinis, ſiue inſtituti; reliquæ verò ſeptem ſunt pro aliquibus Religionibus in particulari, quare de omnibus ſingillatim dicendum eſt, breuiter tamen, iuxta noſtrum inſtitutum.

2 *Prima Excõmunicatio contra Regulares adminiſtrantes Sacramenta ſine licentia proprij Parochi.*

Prima ergo excommunicatio contra Regulares lata fuit à Clemente V. in Concil. Vien. Clement. Religioſi de Priuileg. vbi excommunicantur excommunicatione Summo Pontifici reſeruara omnes, & ſinguli Religioſi, qui ſine licentia ſpeciali proprij Parochi, ſiuè Epiſcopi loci, adminiſtrare audeant Sacramenta Extremæ vnctionis, videlicet Euchariſtiæ, & Baptiſmi ſolemnis, aut ſolemnitates Matrimonij, quò ad benedictionem ſponſalitiam, eò quod in huiuſmodi actionibus mittunt falcem propriam in meſſem alienam, vſurpando iuriſdictionem proprij Parochi, ideóque ſub excommunicatione tales functiones illis prohibentur à Pontifice, quæ plenius explicantur à Filliucio d.tr.15. c.8. nu.184.

3 *Secunda excommunicatio contra euntes vltra mare ſine ſuorum ſuperiorum licentia.*

Excommunicatio ſecunda lata fuit à Ioanne 22. in extra: Ad noſtrum &c. de Regularibus contra ipſos Regulares cuiuſcumque Religionis, qui ſine licentia ſui ſuperioris in ſcripris obtenta ſe transferre audeant ad partes tranſmarinas: Hæc autem licentia concedi non debet à Prælatis niſi viris probatis, litteratis, prouidis, & expertis, Qui autem contra talem conſtitutionem Apoſtolicam facere præſumant dictus Pontifex excommunicat ipſo facto, à qua excommunicatione abſolui nullatenus poterunt, niſi à Romano Pontifice, præter quam in mortis articulo: Ratio autem huius ſententiæ excommunicationis fuit, ne liberè vagandi licentia Regularibus permittatur in detrimentū Religionis.

4 *Tertia excommunicatio contra Mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes ſine licentia Papæ.*

Excommunicatio tertia lata fuit à Martino IV. in extra: quæ incipit: Viam ambitioſæ, de Regularibus: Vbi excommunicantur Religioſi mendicantes, cuiuſcumque Religionis profeſſi, etiam Societatis Ieſu, qui tria vota ſimplicia emiſerunt poſt biennium nouitiatus, qui ſine facultate Apoſtolicæ Sedis ad aliam Religionem non mendicantium tranſeant: ſimiliter etiam eamdem excommunicationem reſeruatam incurrunt omnes, & ſinguli Prælati Monachorum non mendicātium: videlicet Benedictinorum, Ciſtercienſium, Camaldulenſium, Vallis Vmbroſæ, Canonicorum Regularium D. Auguſt. aliorumque ordinum Monachorum non mendicantium quomodocumque nominatorum, qui tales Regulares profeſſos in ſua Religione ſine debita facultate recipere audent.

Ac ſuperiores illos recipiẽtes.

5 *Excipitur Religio Carthuſianorum.*

Excipitur tamen ordo Carthuſianorum ad quã quilibet Religioſus cuiuſcumque Ordinis liberè, ſi voluerit, tranſire poterit propter ſtatum melioris vitæ; Similiter etiam mendicantes recipientes aliquem Regularem in ſua Religione non incurrunt hanc excommunicationem latam in hac extrauagante, eò quod tantum loquitur de Religionibus Monachorum non mendicantium, non de alijs, & pœnæ non ſunt ampliandæ. Quamuis aliqui Regulares poſſunt incurrere excommunicationem aliam alterius Decreti, vt videbitur infra in explicandis excommunicationibus contra aliquos Regulares in particulari.

Et Religiones mendicãtium inter ſe.

6 *Quarta excõmunicatio contra Detinẽtes ſcienter apoſtatas Dominicanorũ.*

Excommunicatio quarta lata fuit à Bonifacio VIII. quam refert D. Ant. 3.p.tit.24.c.70. contra Regulares illos, qui ſcienter detinent in ſuis Monaſterijs, ſiuè conuentibus apoſtatas fratrum Ordinis Prædicatorum. Quæ excommunicatio tantum afficit Religioſos, cuiuſcumque Ordinis, quorum auctoritate apoſtata in Monaſterio detinetur, ſi facta monitione non expellant, incidunt in excommunicationem reſeruatam, prout declarat idem D. Ant. loco ſupra citato. *D. Anton.*

7 *Quinta excõicatio contra Moniales exeuntes extra clauſuram ſine licentia in quibuſdam cauſis.*

Excommunicatio quinta lata fuit à Pio V. conſt. 100. quæ incipit. Decori contra Moniales exeuntes de Clauſura quacumque ex cauſa præter quam magni incendij, vel ne capiantur ob Infidelibus, vel pro infirmitate lepræ, aut epidemiæ curandæ, facta approbatione Epiſcopi loci: & in his caſibus non permittitur, niſi ad tempus neceſſarium remanere extra clauſuram Monaſterij, qua ceſſante, tenentur iterum redire ad Monaſterium ſub eadem excommunicationis pœna.

8 *Concedentes licentiam extra neceſſitatem eamdem excommunicationem incurrunt.*

Prælati verò, qui talem licentiam exeundi monialibus è Monaſterio quomodocumque conceſſerint præterquam in prædictis caſibus ineuitabilibus, & neceſſarijs eamdem excommunicationem ſimiliter reſeruatam incurrent vnà cum ipſis Monialibus exeuntibus contra votum, emiſſum de perpetua clauſura.

9 *Conſulentes, adiuuantes, & conſentientes, etiam.*

Inſuper non ſolum ipſæ Moniales, verum etiam quæcumque aliæ perſonæ auxilium illis præſtantes, conſulentes, vel adiuuantes eandem excommunicationem ſimiliter reſeruatam incurrunt: cauſa autem huius prohibitionis, & excommunicationis latæ, eſt periculum amittendi honeſtatem, & pudicitiam, quæ in ſexu fragili euenire poterit, ideoque rationabiliter puellæ Deo conſecratæ faciunt votum perpetuæ clauſuræ in profeſſione.

Quare moniales faciunt votum clauſuræ.

10 *Sexta excommunicatio cõtra non reuelantes ſollicitantes in cõfeſſione Sacramentali.*

Excommunicatio ſeſta lata fuit à Paulo V. anno 1606. contra ſuperiores Regularium; qui ſubditos ſuos de Hæreſi ſuſpectos cuiuſmodi ſunt ſollicitantes pœnitentes in Sacramentali confeſsione, ſiuè colore confeſsionis faciendæ, ſiue in loco ad hoc deputato non denuntiauerint Inquiſitoribus Sancti officij, vel ordinarijs locorum, poſtquam tale crimen ſuorum ſubditorum ad ipſorum venerit notitiam: Quare ſecus facientes excommunicantur ipſo facto, à qua abſolui non poterunt, niſi à Papa.

Sequuntur cæteræ Excomm. latæ contra aliquos Regulares ſpecialiter.

11 *Septima excommunicatio contra Minores recipiẽtes fratres Ordinis Prædicatorum ſine licentia Papæ.*

EXcommunicatio ſeptima in ordine noſtro lata fuit à Clemente Papa, quam refert D. Ant. 3. p. tit.24. c.70. contra fratres Minores, præſumen-

Digitized by Google

mentes recipere ad ſuum ordinem fratres Ordinis Prædicatorum profeſſos ſine licentia Summi Pontificis facientes expreſſam mentionem de huiuſmodi facultate conceſſa: Vel niſi prius ſuorum ſuperiorum licentia fuerit conceſſa: quare ſecus facientes excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incurrunt: prout teſtatur idem D. Ant. loco citato ſe vidiſſe.

D. Ant.

12 Octaua excommunicatio contra ſubornantes in electionibus faciendis ante ſex mēſes.

Excommunicatio Octaua in ordine lata fuit a Pio V. conſtit. 128. quæ incipit Paſtoralis officij nobis §.4. Contra fratres minores ſubornantes in electionibus capitularibus, ſiue localibus faciendis in Religione ante ſex menſes pro ſe, vel pro alijs: quos omnes, & ſingulos Pontifex excommunicat excommunicatione latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruata cum priuatione vocis actiuæ, & paſſiuæ in perpetuum, de qua habilitari non poſſint niſi per diſpenſationem Summi Pontificis.

13 Etiam contra non reuelantes, & ſcićtes.

Inſuper in eaſdem pœnas excommunicationis, & priuationis incidit ſubornatus, atque etiam ille, pro quo talis ſubornatio facta eſt, ſi habita ſcientia talis ſubornationis factæ non denunțient: Quas etiam pœnas incurrunt ijdem fratres procurantes fauorem extra ordinem ad officium, & prælaturam obtinendam in Religione, & vltra prædictas pœnas carcerentur per menſem, prout dicitur in §.5. dictæ Bullæ.

Procurantes fauores ad officia extra ordinem.

14 Nona excommunicatio cō[tra] ſuperiores [Re]gulares recipientes minimos ſine licentia Papæ. Filliucius, Baſſeus.

Excommunicatio Nona lata fuit á Pio II. in Bulla, quæ incipit: Virtute conſpicuos, quæ tamen non eſt Bullario inſerta, ſed eam refert Filliuc. tr.15. de cenſ. n.197. & Eligeus Baſſeus in florib. mor. verbo excommunicatio 7. excommunicatione 62. contra Regulares: vbi excommunicantur ſuperiores Regularium Clauſtralium, recipientes fratres Minimos ad ordinem ſuum ſine licentia ſpeciali Summi Pontificis.

15 Decima excommunicatio cōtra Tertiarios Eremitas portantes habitum Minorum fratrū.

Excommunicatio decima lata fuit á Leone X. quæ incipit. Licet alias, quæ neque inſerta eſt in Bullario, ſed eam referunt ſupra citati Doctores: Contra Eremitas tertiarios portantes habitum Religionis fratrum Minorum ſine licentia ſuperiorum dicti ordinis, vel Summi Pontificis.

16 Vndecima excommunicatio contra Minimos ſubtrahentes ſe ab obedientia Correctorū. Filliucius.

Excommunicatio vndecima lata eſt á Paulo III. quæ incipit: Cum ſicut; contra Religioſos Ordinis Minimorum, ſubtrahentes ſe ab obſeruantia ſuorum ſuperiorum quos dictus Pontifex excommunicat excommunicatione ſibi reſeruata: prout dicit Filliuc. loco ſupra citato.

17 12. Excommunicatio cōtra fratres Minores, tempore interdicti admittentes tertiarios ad diuina.

Excommunicatio 12. lata fuit á Clemente V. in Concil. Vien. Clementina: Cum ex eo de ſent. excom. in qua prohibentur fratres Minores ſub excommunicatione latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruata, ne prætextu cuiuſcumque priuilegij admittant impoſterum ad diuina officia tempore interdicti fratres, aut ſorores tertij ordinis, & hoc ad remouenda aliorum ſcandala, qui ab his excluduntur, & ne cenſura lata Interdicti vileſcat, & minoris auctoritatis ſententia exiſtimetur, Talis autem excommunicatio, ſatisfactione præmiſſa tolli poterit ab ordinario, alioqui remanet Papę reſeruata.

18 13. Excommunicatio cōtra Recipientes in Religione aliquem profeſſum Societatis Ieſu ſine ſui ſuperioris licentia.

Excommunicatio 13. lata fuit á Pio V. conſtit. quæ incipit, Æquum reputamus, & refertur in comp. priuileg. Societatis Ieſu, contra Religioſos omnes (exceptis Carthuſianis) qui recipiunt ad habitum ſuæ Religionis aliquem profeſſum Societatis Ieſu ſine ſuorum ſuperiorum licentia: quam etiam excommunicationem incurrunt ipſi de Societate ingredientes Religionem aliam a Carthuſia: Verum eſt tamen, quod ab iſta excommunicatione poterit alumnos ſuos abſoluere ſuperior eiuſdem Societatis; ex ſpeciali conceſſione: prout refert Filliuc. d. tr.15. cap.8. num.197. in fine.

Filliucius.

19 14. Excommunicatio non exiſtit ex defectu materiæ ideoque.

Solent autem aliqui Doctores enumerare excommunicationem 14. quæ lata fuit á Pio V. conſtit. 122. quæ incipit: Quemadmodum, contra profeſſos ordinis Humiliatorum, admittentes aliquem ad habitum, vel profeſſionem dicti Ordinis: At quoniam talis Religio ad præſens eſt pœnitus extincta, ideò talis excommunicatio á recentioribus prætermittitur, eò quod abolita iam ſit ex defectu materiæ, & perſonarum.

DE EXCOMMVNICAT. PAPÆ reſeruatis contra Perſonas publicas.

CAP. IV.

1 Perſonæ publicæ quę ſint & quomodo diſtinguūtur.

PRo præſentis Tractatus complemento de quibuſdam excommunicationibus ad perſonas publicas pertinentibus mentionem ſpecialiter facere opus eſt: Perſonæ autem publicæ tripliciter diſtingui poſſunt, iuxta munus dignitatum dictarum perſonarum: Aliqui enim poſſunt eſſe Epiſcopi, ſiue Cardinales. Alij Domini temporales, ſiue Duces, & Magiſtratus, alij tandem Iudices, tam Eccleſiaſtici, quàm ſæculares, de quibus dicendum eſt: Quare ſciendum eſt, quod communiter Doctores ſexdecim excommunicationes contra perſonas publicas latas enumerare ſolent.

Sexdecim excommunicationes.

2 Prima excommunicatio cō[n]tra Prelatos vexantes ſuos ſubditos, qui pro ſeruitio Papæ Romæ commorantur.

Quarum Prima in ordine eſt illa, quæ lata fuit ab Eugenio IV. in extra: Diuina in eminenti Sede: vbi præcipitur á Pontifice, ne Ordinarij, Epiſcopi, alijque Prælati ferre poſſint cenſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotijs Romam euntes, ibique manentes, aut ab ea recedentes, nec illos beneficijs priuare, aliàs enim iuriſdictio primariæ iuriſdictionis, quæ in Romana Sede reſidet offenderetur, eò quod perſonæ, quæ ibi reſident in ſeruitio Papæ vexarentur, ideòque ſi Epiſcopi in caſu ſecus fecerint irritum eſt, & ſi beneficia illorum alijs conferant, tam ipſi quàm recipientes ipſo facto ſunt excommunicati, ſuſpenſi, atque Interdicti, de quibus Eccleſiaſticis cenſuris á ſolo Papa abſolui poſſunt, non ſolum ipſi Epiſcopi, verum etiam eorum commiſſarij, & delegati vniuerſi, ſingulique quauis auctoritate præfulgentes, talia contra huiuſmodi Decretum perpetrantes.

3 Secunda excommunicatio cōtra Cardinales eligētes Summum Pontificem mediante ſimonia.

Excommunicatio ſecunda in ordine lata fuit á Iulio II. in quadam Bulla anno Incarnationis Domini edita 1505. quæ incipit: Cum tam diuino §.10. Vbi inhibetur Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnibus, & ſingulis, ne contraueniant ijs, quæ in dicto Decreto Pontificis ordinata ſunt: vt videlicet ſine aliqua Simonia eligatur Romanus Pontifex, quod ſi contra præmiſſa aliquid diſponere, ſtatuere, ſiue ordinare præſumpſerint excommunicationem latæ ſententiæ ipſo facto incurrent, á qua non niſi per Summum Pontificem canonice electum abſolui poſſunt, niſi in mortis manifeſto periculo.

4 Tertia excommunicatio cōtra Cardinales reuelantes geſta in Secreto Conſiſtorio præcepta ſub ſilentio.

Excommunicatio tertia lata fuit á Leone X. anno 1514. in Bulla, quæ incipit: Supernæ diſpoſitionis §.31. vbi præcipitur omnibus, & ſingulis Cardinalibus in Sacro Conſiſtorio exiſtētibus ne quouis modo vota in Conciſtorio data, & quæcumque ibi geſta ſunt, ſiue dicta, quæ in odium, aut præiudicium, ſiue ſcandalum alicuius redundare poſſint aliquo modo manifeſtent, maximè ea, ſuper quæ ſilentium expreſsè indictum fuerit, Quod ſi ſecus fuerint ipſo facto excommunicationem latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruatam incurrent.

Ex-

5 Excommunicatio Quarta lata fuit à Pio Quinto anno Domini 1568. in Bulla, quæ incipit: Quanta Eccleſiæ Dei; contra Epiſcopos, ſiue alios Prælatos collatores beneficiorum Eccleſiaſticorum, qui ſuſpenſi à collatione beneficiorum ob non reſeruatam formam reſignationis beneficiorum contentam in dicta conſtitutione Apoſtolica, beneficia conferre audent: ideòque taliter facientes ſunt excommunicati ipſo facto excommunicatione Summo Pontifici reſeruata: Si verò ſint Capitula, quia iſta excommunicari non poſſunt, loco excommunicationis incidunt in pœnam ſuſpenſionis à diuinis eodem modo reſeruatam: prout patet ex §.6. dictæ conſtitutionis Pij V.

Quarta excõmunicatio cõtra Epiſcopos, qui in ſuſpenſione cõferunt beneficia.

6 Excommunicatio Quinta lata fuit à Paulo Quarto Conſtitut. 38. quæ incipit: Cum ſecundum, contra Cardinales ambientes Papatum, eiuſque cauſa Simoniam committentes: At quoniam de Simonia in ſequenti Tractatu eſt agendum, ideo de iſta excommunicatione dicetur plenius loco ſuo.

Quinta excõmunicatio cõtra Cardinales ambiẽtes Papatũ, eiuſque cauſa Simoniam committentes.

7 Excommunicatio Sexta lata fuit a Pio V. Conſt. 87. quæ incipit: Intolerabilis, contra Cardinales Simoniam committentes in ordine, vel beneficijs, vel Simoniam confidentialem: qui omnes, & ſinguli tale ſcelus deteſtabile committentes ſunt ipſo facto excommunicati reſeruata abſolutione Summo Pontifici, iuxta extra: Cum deteſtabile de Simonia.

Sexta excommunicatio cõtra Cardinales Simoniacos in ordine, & beneficio.

8 Excommunicatio Septima lata fuit à Martino V. Calendis Februarij 1428. Conſtit. quæ incipit: Ad reprimendas inſolentias contra Prælatos, qui aliquam Eccleſiaſticam perſonam, Collegium, vel Conuentum ad forum Laicale traxerint pro cauſis, quæ de iure ordinario, vel conſuetudine ſpectant ad forum Eccleſiæ: Quare talia facientes, ſiuè permittentes Prælati Eccleſiaſtici ſunt ipſo iure excommunicati, cùm faciant, vel permittant rem penitus contra Eccleſiaſticam libertatem.

Septima excõmunicatio cõtra Prælatos, qui traxerint Eccleſiaſticos ad forum ſæcularem.

9 Excommunicatio Octaua lata fuit à Clemente V. in Clementina. Grauis de ſent. excom. contra dominos temporales, cogentes aliquem ad celebranda diuina officia tempore interdicti contra prohibitionem Eccleſiæ: Vel prohibentes, ſiuè impedientes, ne excommunicati vitandi exeant ab Eccleſia tempore celebrationis Miſſæ, ſiuè diuinorum, qui omnes, & ſinguli talia facientes ſunt ipſo facto excommunicati.

Octaua excõmunicatio cõtra Dominos temporales cogentes aliquem tẽpore interdicti ad celebrandum

10 Excommunicatio Nona lata fuit à Bonifacio VIII. in c. Eos, qui de Immunitate Eccleſiæ in 6. contra dominos temporales, prohibentes per ſtatutum ſubditis ſuis, ne aliquid vendant Eccleſiaſticis, neque ab eis emant, neq; eorum frumenta molent, aut panem faciant, aliaque obſequia exhibeant. Quare omnes, & ſinguli talia præcipientes per ſtatutum, ſunt ipſo facto excommunicati, prout nos explicauimus ſupra tract. 9. cap. 1. num. 14.

Nona excommunicatio cõtra prohibentes ſubditis, ne quidpiam vendant Eccleſiaſticis, neque ab eis emant.

11 Excommunicatio Decima lata fuit ab Vrb. VI. Idibus Decembris 1383. in Bulla, quæ incipit. Quia ſicut &c. in qua excommunicantur omnes, ſingulique Domini temporales, cuiuſcumque ſint conditionis, aut dignitatis, qui proſequi, ſiuè bannire præſumpſerint Eccleſiaſticas perſonas; quæ etiam excommunicatio extenditur ad conſentientes, adiuuantes, & conſilium dantes: Hæc autem excommunicatio videtur hodiè incluſa in Bulla Cœnæ contra eos, qui violant Eccleſiaſticam libertatem, de qua dicendum eſt loco ſuo.

Decima excõmun. cõtra Bannitẽs regulares, aut proſcribentes perſonas Eccleſiaſticas

12 Excommunicatio Vndecima lata fuit à Pio IV. in Bulla, quæ incipit: Ea quæ, &c. edita ſub die 13. Nouembris 1560. contra Principes, dominoſque temporales conculcantes, ſeu permittentes in terris ſuis loca, ad facienda duella; extenditurque ad aſtantes, & conſulentes, qui omnes ſunt excommunicati excommunicatione reſeruata Summo Pontifici, de qua dicendum eſt plenius in ſequenti tractatu loquendo ſpecialiter de Duello.

Vndecima excõmun. cõtra concedentes, vel permittẽtes Duellũ in terris ſuis.

13 Excommunicatio Duodecima lata fuit à Clemente V. in Concilio Vienn. Clementina Multorum &c. §. Verum de Hæretic. contra Inquiſitores Sancti officij inferiores Epiſcopis, alioſque officiales eiuſdem tribunalis, malè procedentes contra Hæreticos in adminiſtratione iuſtitiæ: vt ſi odij cauſa, vel amoris, ſiue lucri, aut commodi temporalis obtentu contra ordinem iuſtitiæ, & dictamen conſcientiæ, vel omiſerint procedere contra puniendos, quando fuerat procedendum, vel contra iuſtitiam ſub ſpe alicuius lucri, iniuſtè illos proſequendo incidunt ipſo facto in excommunicationem reſeruatam: Epiſcopi verò per triennium in ſuſpenſionem ab officio, præter alias pœnas pro grauitate culpæ imponendas.

Duodecima excommunicatio contra Inquiſitores male procedentes contra Hæreticos.

14 Excommunicatio Decima Tertia lata fuit à Paulo Tertio die 21. Aprilis 1544. Cuius initium eſt. Cum ſicut accepimus contra omnes, & ſingulos officiales Summi Pontificis non reddentes computa integraliter Cameræ Apoſtolicæ, qui propter iniuſtitiam excommunicantur ipſo facto excommunicatione maiori, latæ ſententiæ, à qua niſi per Romanum Pontificem abſolui non poſſunt.

Decima tertia excõmun. cõtra officiales non reddẽtes computa integrè Cameræ Apoſtolicæ.

15 Excommunicatio Decima Quarta lata fuit à Pio Quinto Calendis Iunij 1569. quæ incipit. In omnibus rebus &c. §. omnes verò: contra omnes, ſinguloſque officiales Sacræ Pœnitentiariæ expedientes, aut concedentes ſibi interdicta: in dicta conſtitutione: Videlicet Ne fructus, & emolumenta percipiant, ſi non ſint præſentes, & actu exerceant officium, niſi eſſent legitimè impediti: Vel ſi lucrentur, vel recipiant à partibus quodcumque ſtipendium etiam ſpontè oblatum, aut aliter quomodocumque pro celeritate expeditionis, vel pro extra ordinario labore, tam procurando, quam recognoſcendo, ac examinando. Sufficit enim, quod recipiant ſtata ſtipendia, iuxta ordinem pandectæ determinatæ. Quod ſi ſecus fecerint præter excommunicationis ſententiam contra huiuſmodi Decretum facientes determinatam, incidunt etiam ipſo facto in pœnam priuationis officiorum ſuorum, & ad futura obtinenda inhabiles, infameſque in perpetuum reputantur, prout à Pontifice per dictam conſtitutionem inhabiles, & infames declarantur.

Decima quarta excommunicatio contra officiales Pœnitẽtiariæ expedientes aut concedentes ſibi interdicta.

16 Excommunicatio Decima Quinta lata fuit à Paulo III. quæ incipit. Munera excæcare, ſub die 18. Martij 1466. contra omnes, & ſingulos officiales Curiæ, quicumque ſint illi, præter Cardinales, accipientes munera præter comeſtibilia biduo conſumptibilia contra iuramentum præſtitum in collatione officij. Nam antequam officiales Curiæ Romanæ ad officia admittantur, præſtant iuramentum de obſeruanda huiuſmodi conſtitutione, quare ratione periurij excommunicantur à Pontifice.

Decima quinta excommunic. contra officiales Curiæ recipientes munera dantes, & recipiẽtes contra iuramentum præſtitum.

17 Excommunicatio Decima Sexta tandem eſt Pij Quinti quæ incipit: Ex ſupernæ diſpoſitionis, ſub die 3. Iulij 1566. contra legatos, & gubernatores, facientes, vel defendentes aſſaſſinos, bannitos, & homicidas. Quos omnes dictus Pontifex per talem Conſtitutionem excommunicauit. Similiter etiam eos, qui tales receperint in terris ſuis. Verum eſt quod excommunicatio iſta mo-

Decima ſexta excõmunicatio contra defendentes, & recipiẽtes aſſaſſinos, & bãnitos.

Hæc excommunicatio modo ſublata eſt.

do fuit ſublata à Sixto V. per quãdam extra : quæ incipit : Hoc noſtri &cet. Calendis Iulij 1585. prout refert Filliucius d.tractat.15.de Cenſur.cap.9.numero 211.

Et hæc breuiter de ſingulis excommunicationibus Papæ reſeruatis, dicta ſufficiant : Vt autem facilius omnes iſtæ excommunicationes in promptu habeãtur opere pretium eſſe exiſtimaui Catalogum ſingularum apponere infra ſcriptum.

Catalogus excommun. prædictarum omnium reſeruatarum contra omnes.

1 Percuſſores Clericorum.
2 Perſeuerantes per annum in excommunicatione lata a delegato Papæ.
3 Falſarij litterarum Pontificalium.
4 Habentes litteras Apoſtolicas falſas, & non deſtruẽtes.
5 Incendarij ab homine excommunicati, & denunciati.
6 Sacrilegi effringentes Eccleſias.
7 Communicantes in Crimine cum excommunicato Papæ.
8 Eligentes potentia inſignem in Senatorem Romanum.
9 Vexantes eos, qui cenſuram in aliquos tulerunt.
10 Abſoluti ab excommunicatione ſub conditione, & non implentes.
11 Offendentes Cardinales.
12 Exigentes tributa à perſonis Eccleſiaſticis.
13 Violantes interdictum modis prohibitis in Clemẽtina Grauis.de ſent.excommun.
14 Falſificantes monetam Regis Franciæ.
15 Exenterrantes defunctorum corpora.
16 Violantes interdictum Sedis Apoſtolicæ.
17 Conſpirantes in perſonam Romani Pontificis.
18 Dantes, vel recipientes ob ingreſſum Religionis.
19 Simoniaci in ordine, & beneficio.
20 Taxantes opiniones de Conceptione B. M. Virginis.
21 Dantes, & recipientes pro gratia, aut iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam.
22 Offendentes Magiſtratus Prouinciæ Marchię Anconitanæ.
23 Dantes nuntiantibus prouiſiones beneficiorum.
24 Occupantes bona Cardinalium in conclaui exiſtentium.
25 Fingentes ſe nepotes Cardinalium, vt expediant litteras Apoſtolicas.
26 Impedientes executionem litterarum Sacræ Pœnitentiariæ.
27 Supponentes ſe in examine, vt beneficia impetrent.
28 Ambientes Papatum, eiusq; cauſa Simoniam committentes.
29 Committentes duellum, & conſulentes.
30 Deferentes alumina ex partibus infidelium.
31 Mittentes litteras, aut nuntium in conclaue.
32 Occupantes bona Montium pietatis, & locorum piorum.
33 Fœminæ ingredientes Monaſteria Regularium.
34 Suadentes Papæ, vt infeudet loca Eccleſiæ.
35 Capientes Chriſtianos, habitantes inter Turcas.
36 Committentes Simoniam confidentialem.
37 Non reuelantes conſpirationes contra Cardinales.

Proponentes populo indicem caſuum, & Indulgentias. 38
Accipientes fructus primi, vel ſecundi anni beneficij vacantis. 39
Impugnantes inſtitutum Societatis Ieſu. 40
Facientes iurare illicita, & contraria libertati Eccleſiaſticæ. 41
Diripientes animalia, & alia bona ex Eccleſiæ ſtatu. 42
Violantes Eccleſiaſticam immunitatem. 43
Docentes fieri poſſe Sacramentalem confeſſionem in abſentia. 44
Extrahentes frumentum ex Eccleſiaſtico ſtatu, & locis immediatis. 45

Contra Clericos, & Regulares.

Participantes cum excommunicato à Papa in diuinis. 46
Inducentes ad iurandum de eligenda ſepultura. 47
Procurantes alienationem Eccleſiarum. 48
Procurantes elegi in ſucceſſorem Papæ. 49
Prædicatores, qui non ſeruauerint decreta in Lateranenſi Concilio determinata. 50
Parochi non adimplentes iuramẽta de reſidẽdo. 51
Retinentes beneficia in confidentiam. 52
Abſoluentes à caſibus Bullæ Cœnæ, vel Ordinariorum. 53
Trahentes Eccleſiaſticum ad forum laicale. 54
Conſentientes vſurpationibus Eccleſiarum contra Religioſos. 55
Adminiſtrantes Sacramenta, Vnctionis, & Euchariſtiæ ſine licentia Parochi. 56
Euntes vltra mare ſine licentia ſuperiorum. 57
Mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes. 58
Retinentes Apoſtatas Dominicanos. 59
Moniales exeuntes de clauſura abſq; licentia. 60
Superiores non denuntiantes eos, qui ſolicitant mulieres in confeſſione. 61
Minores recipientes fratres Ordinis Prædicatorum. 62
Minores de Obſeruantia ſubornantes in electionibus. 63
Clauſtrales, recipiẽtes Minores ſine licentia Papæ. 64
Tertiarij portantes habitum Minimorum. 65
Minimi ſubtrahentes ſe ab obſeruantia Correctorum. 66
Minores tempore interdicti, admittentes tertiarios Ordinis ad diuina. 67
Recipientes aliquem è Societate Ieſu, exceptis Carthuſianis abſque licentia. 68

Contra Perſonas Publicas.

Prælati vexantes cenſuris, commorantes in ſeruitio Papæ. 69
Cardinales non ſeruantes ſtatuta à Iulio II. Cum tam diuino, &c. 70
Cardinales reuelantes geſta in ſecreto Conſiſtorio. 71
Epiſcopi, qui in ſuſpenſione conferunt beneficia. 72
Cardinales, ambientes Papatum, & Simoniam faciunt eius cauſa. 73
Prælati, qui Eccleſiaſticum traxerint ad forum laicale. 74
Cardinales Simoniaci in ordine, & beneficio. 75
Prælati dantes nunciantibus prouiſionem beneficiorum. 76
Domini temporales, cogentes aliquem tempore interdicti diuina facere. 77
Prohibentes ſubditis, ne vendant Eccleſiaſticis. 78
Bannientes perſonas Eccleſiaſticas. 79

Con-

80 Concedentes, vel permittentes duellum in terris ſuis.
81 Inquiſitores malè procedentes contra Hæreticos.
82 Officiales, non reddentes integrè compura Cameræ Apoſtolicæ.
83 Officiales Sacræ Pœnitentiariæ facientes ſibi interdicta.
84 Officiales ſtatus Eccleſiaſtici, recipientes munera præter comeſtibilia.
85 Gubernatores defendentes Aſſaſſinos, & Banitos. Sed iſta hodie non eſt vſus recepta.

TRACTATVS XI.

Et de quinque Excommunicationibus ſpecialiter Summo Pontifici reſeruatis.

Tract. VII.

PROOEMIVM.

QVoniam inter excommunicationes ex Iure Summo Pontifici reſeruatas, ſunt quædam excommunicationes maioris momenti, & conſiderationis præcipuè illæ quinque, de quibus nullus confeſſarius virtute cuiuſcumque priuilegij poteſt abſoluere, iuxta conſtitutionem factam à Sacra Congregatione Cardinalium ex mandato Clementis VIII. anno 1601. & iterum confirmata, & declarata anno 1602. Quæ incipit. Sacra Congregatio. Vbi inhibitum eſt, ne vllus confeſſarius virtute priuilegiorum hactenus conceſſorum abſoluere poſſit ſuos pœnitentes ab infra ſcriptis excommunicationibus Videlicet Violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV. quæ incipit: Cum alias nonnulli.

Prima.

Violationis clauſuræ Monaſterij Monialium ad malum finem.

Secunda.

Contra Duellantes in terminis Concilij Trid. & Conſtitutionis Gregorij XIII.

Tertia.

Simonia realis ſcienter contracta confidentia beneficialis.

Quarta.

Contra Clericorum percuſſores, iuxta Canonem, ſi quis ſuadente Diabolo, ac iuris diſpoſitionem: De quibus omnibus per ſingula in hoc præſenti tractatu ſpecialiter eſt dicendum.

Quinta.

DE VIOLATIONE Immunitatis Eccleſiaſticæ.

CAP. I.

1 Immunitas Eccleſiæ eſt de Iure poſitiuo humano

IMmunitas Eccleſiaſtica non eſt de Iure diuino poſitiuo, neque naturali, ſed ſimpliciter introducta eſt ex iure poſitiuo Eccleſiaſtico à tempore Conſtantini Imperatoris conceſſa, & à Summis Pontificibus confirmata, vt patet per multa Iura, & Canones: c. Inter alia de Immunitate Eccleſiæ: & Can. Miror, Can. Definiuit: Can. Nullus: 17. quæſt. 4. aliosque plurimos, & nouiſſimè hodie extat conſtitutio Gregorij Decimi Quarti edita die 28. menſis Maij anno 1591. quæ incipit. Cum alias nonnulli. Vbi præcipitur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quod hæc immunitas Eccleſiæ ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, vt patet ex §. octauo dictæ conſtitutionis Gregorij.

c. Inter alia. Can. Miror. Can. Definiuit. Can. Nullus.

Greg. XIV.

2 Immunitas Eccleſię quid ſit deſcribitur.

Immunitas autem Eccleſiæ eſt priuilegium, ſiuè exemptio conceſſa templo, ſiuè Eccleſiæ, vt fideles ad eam confugientes, nec capi, nec extrahi, neque moleſtari poſſint: Quæ quidem Immunitas deriuatur ab In: quod eſt ſine, & munere, quaſi ſine munere ideſt onere, prout colligitur ex textu in l. munus propriè, ff. de verbor. ſignific. Quare Immunitas Eccleſiæ dicitur Libertas, ſeu ſecuritas ipſius Eccleſiæ: quaſi extra munia ideſt officia, vel munia ſæcularia, ſiuè vexationes, ſiuè exactiones, quibus priuatæ perſonæ fatigari ſolent à Iudicibus ſæcularibus, quibus Eccleſia debet eſſe libera: prout dicit Archidiac. in Can. Deuotiſſimum, 12. quæſt. 2. numero 3.

Etymologia nominis.

Archidiaconus.

3 Differentia inter immunitatem, & libertatem.

Quamuis autem communiter loquendo ſæpè ſæpius à quibuſdam confundi ſoleant iſta duo nomina: Immunitas, & Libertas Eccleſiaſtica: ſtrictè tamen, & propriè loquendo ſeruando nominum proprietatem alia eſt Immunitas, alia Libertas: Nam Immunitas propriiſſimè ſumpta pertinet ad locum, cùm ſit exemptio loci Sacri: Libertas pertinet ad perſonas Eccleſiaſticas, quæ eſt exemptio perſonæ Eccleſiaſticæ in omnibus, quibus per liberum arbitrium vtitur, & poſſidet.

Immunitas reſpicit locum.

Libertas reſpicit perſonam.

4 Alia eſt excõmunicatio Immunitatis.

Quare ſi quis iniuriam loco Sacro faciet extrahendo aliquem vi ab Eccleſia in caſibus non conceſſis, vel percutiendo, non erit reus violationis Eccleſiaſticæ libertatis, ſed immunitatis, ideòque non incurrit excommunicationem, reſeruatam in Bulla Cœnæ, ſed illam Gregorij XIV. ſupra citatam: Qui autem iniuriam facit perſonæ Eccleſiaſticæ, libertatem illius impediendo ſiuè in perſona, ſiuè in bonis violat Eccleſiaſticam libertatem contra Bullam in Cœna Domini.

Alia libertatis violatio.

5 Immunitas quibus locis eſt conceſſa.

Immunitas ergo Eccleſiæ conceſſa eſt cuilibet templo, ſiuè Oratorio, vel Eccleſiæ auctoritate Epiſcopi fundatæ, ſiuè ſit benedicta, ſiuè non, & quamuis in ea Diuina officia non adhuc fuiſſent celebrata, etiam quod fuiſſet polluta, ſiuè interdicta, vel etiam ſecundum partem diruta, ſemper gaudet priuilegio Eccleſiaſticæ immunitatis, dummodò non ſit totaliter deſtructa auctoritate Epiſcopi, ſine ſpe reædificandi: quia in tali caſu locus talis amitteret immunitatem: prout dicunt Suarez tomo primo de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 2. Syluest. & Angelus Verbo Eccleſiæ, Bonac. tom. 2. D. 3. qu. 7. §. 2. num. 1. 2. 3. 4. & nouiſſimè ſequitur Baſſeus Capuccinus in florib. mor. Verbo Immunitas. num. 2. alijque communiter.

In quibus caſibus amittitur priuilegiũ immunitatis.

Suarez. Syluester. Angelus. Bonacina. Baſſeus.

6 Quid veniat nomine Eccleſiæ.

Aduertendum eſt autem, quod nomine Eccleſiæ non ſolum venit corpus interius ipſius Eccleſiæ verum etiam tota Eccleſiæ fabrica, vt tectum, partes parietum exteriores, campanile, ſacriſtia ipſius Eccleſiæ coniuncta, & Cœmeterium propè Eccleſiæ conſtructum, ſiuè atrium ipſius Eccleſiæ: prout colligitur ex Canon. Si quis in atrio: & Can. Id. conſtituimus. 17. qu. 4. Ita Suarez loc. cit. cap. 9. num. 20. Farinacius de carcer. & carceratis. q. 28. num. 14. & Bonac. ſupra num. 5.

Can. Si quis. Can. Id. conſtituimus. Suarez. Farinacius. Bonacina.

7 Domus, clauſtra horta, & officina Clericorum, & Regularium gaudent immunitate.

Sic etiam à fortiori ampliando aſſertionem dicimus: Monaſteria, ſiuè Conuentus Religioſorum, tam virorum, quàm mulierum, ac domus quæcumque Regularium, ſiuè Clericorum in congregatione viuentium, & habitantium in ea cum approbatione ſaltem Ordinarij loci, gaudere priuilegio immunitatis, non ſolum, quò ad Eccleſiam, & Oratorium, ſed etiam, quo ad totum clauſtrum, & viridarium coniunctum cum ipſo Conuentu, ſeu Monaſterio, eò quod totus ille locus reputatur ſacer:

Digitized by Google

prout explicatur in d. Bulla Gregor. XIV. & ex c. Ad hæc de Religioſis domibus: & Can. d. conſtituimus. 17. q. 4. Bonac. loc. cit. num. 7.

Hoſpitalia ſeminariū Clericorum. *Palatium Epiſcopi.* *Suarez. Couarruuias. Sayrus. Bonacina. Praxis Neapolitana.*

8 Inſuper extenditur tale priuilegium Immunitatis ad Hoſpitalia auctoritate Epiſcopi fundata, & ad ſeminarium Clericorum, Similiter etiam domus, ſiuè Palatium Epiſcopi, quando conſtructum ſit propè Eccleſiam infra quadraginta paſſus, quia vt ſic talia loca reputantur Sacra, & gaudent priuilegio immunitatis. Ita Suarez d. tom. 1. de Relig. tractat. 2. lib. 3. cap. 9. num. 20. Couarru. lib. 2. Var. reſol. cap. 20. num. 4. Sayrus de Cenſ. lib. 3. cap. 29. num. 18. & Bonac. d. tom. 2. D. 3. qu. 7. §. 2. num. 7. citans praxim Neapolit. c. 17. num. 10.

Domus Parochi, & Archipresbyteri an gaudeant priuilegio. *Dacianus. Ambroſinus. Bonacina.*

9 Imò multi Doctores probabiliter exiſtimant, quod etiam domus Parochi, ſiuè Archipresbyteri, ſiue Canonicorum, aliorumque Sacerdotum, exiſtentium propè Eccleſias gaudeant priuilegio immunitatis, quamuis etiam in talibus domibus habitent Laici ſimul cum Parocho. Nam priuilegium immunitatis directè conceſſum eſt locis, & non perſonis: Ita Dacianus de Immunitate ca. 25. num. 16. Ambroſin. cap. 10. num. 8. & Bonacin. loc. cit. num. 6. cum alijs.

Quæ perſonæ gaudent priuilegio immunitatis? *Gregor. XIV. Iul. Clar. Couarruuias. Suarez. Bonacina. Baſſeus.*

10 Fideles omnes baptizati, etiam quod ſint excommunicati, ſuſpenſi, ſiue interdicti confugientes ad Eccleſiam gaudent priuilegio immunitatis: ſiuè pro debitis ciuilibus, ſiue pro criminalibus, quibuſdam tamen atrocioribus criminibus exceptis, de quibus dicetur infra: iuxta conſtitutionem Gregorij XIV. Ita Iulius Clarus lib. 5. §. fin. quęſt. 30. num. 18. Couar. lib. 2. Var. reſolut. cap. 20. num. 11. Suarez d. tom. 1. de Relig. cap. 10. num. 13. Bonac. tom. 2. D. 3. qu. 7. §. 3. num. 1 & Baſſeus. in florib. mor. Verbo Immunitas num. 7. cum alijs communiter.

Hæretici, & Infideles non gaudent. *c. Non debet.*

11 Hæretici autem, & Infideles tali priuilegio non gaudent, nam Eccleſiæ immunitas non eſt conceſſa contra ipſam Eccleſiam, ſeu contra Iudicem Eccleſiaſticum, cùm ergo crimen hæreſis pertineat ad Eccleſiaſticum Iudicem, nam expreſsè excipitur in d. conſtitut. Gregorij Decimi Quarti §. 6. non enim debet quis fructum recipere ab eo, quod nixus eſt impugnare: c. Non debet de Regul. Iur. in 6. Infideles autem cùm non ſint de membris Eccleſiæ, ſed extra illam non poſſunt priuilegijs eius gaudere. Ita omnes communiter.

Infidelis conuerſus ad fidē gaudebit. *Suarez. Bonacina.*

12 Verum eſt tamen, quod ſi infidelis confugiens ad Eccleſiam, velit ſe conuertere ad fidem, & Baptiſmum ſuſcipere, tunc protegendus eſt ab Eccleſia, vt eius gaudeat immunitate, quia par eſt, vt Eccleſia eum defendat, qui ſe ipſum gremio Eccleſiæ committere non recuſat. Ita Suarez loc. cit. cap. 10. num. 11. Bonac. d. tom. 2. D. 3. qu. 7. §. 3. num. 5. cum alijs communiter.

Hæreticus cōuerſus quō poterit gaudere. *Ratio aſſertionis.* *Suarez. Bonacina.*

13 Quod etiam dicendum eſt, (ſequendo communiorem ſententiam) de Hæretico, qui vult pertinaciam Hæreſis relinquere, & ad fidem Catholicam reconciliari, ſi ex toto corde hoc faciat ſine ſimulatione poterit gaudere priuilegio immunitatis ab alijs delictis præter hæreſim; cuius iudicium pertinet ad Eccleſiaſticum Iudicem contra hæreticam prauitatem: & Ratio huius eſt, quia cùm Hæretici, per pœnitentiam reconciliati ſint Eccleſiæ conſequenter digni facti ſunt, qui ab Eccleſiæ immunitate protegantur. Ita Suarez ſupra num. 12. & Bonac. ſupra num. 3.

Effectus immunitatis qui ſint. Primus.

14 Effectus, quos parit Eccleſiaſtica immunitas multi ſunt: quorum primus eſt, vt Reus alicuius criminis ad Eccleſiam confugiens capi non poſſit à ſatellitibus, dum exiſtit in Eccleſia; Secundus eſt, vt non impediatur, ne talis habeat alimenta, aliaque ad vitam humanam neceſſaria: Tertius vt exiſtenti in Eccleſia nulla lis, aut iniuria inferatur: Quartus vt quamdiu in Eccleſia exiſtit, non poſſit à Iudice ad aliquam pœnam corporalem condemnari: Quintus vt ſi per vim ab Eccleſia iniuſtè extrahatur teneatur Iudex iterum reſtituere, aliter ſemper excommunicatus exiſteret, & omnes actus à Iudice contra dictum delinquentem, per vim extractum ſunt omnino nulli, & irriti. Ita Suarez d. tomo primo de Relig. tractat. 2. lib. 3. cap. 13. num. 5. Couarr. lib. 2. Var. reſolut. cap. 20. num. 18. & Bonac. d. tom. 2. D. 3. qu. 7. §. 5. num. 1. ſequiturque Baſſeus. loc. cit. num. 13.

Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. *Suarez. Couar. Bonacina. Baſſeus.*

Facta reſtitutione delinquentis in Eccleſia poterit violator abſolui ab Epiſcopo.

15 Ex quo ſequitur, quod ſi Iudex pœnitentia motus delicti commiſſi extrahendo delinquentem per vim ab Eccleſia, in qua gaudebat immunitate, ſi iterum reſtituat in integrum, vel eidem Eccleſiæ, ſiuè aliæ, vel ſaltem Epiſcopo loci: (nam Epiſcopus repræſentat ipſam Eccleſiam,) modo tali reſtitutione facta abſtractus ſit æquè tutus ſicut prius, ſatisfacta erit iniuria facta Eccleſiæ, & tales violatores Eccleſiaſticæ immunitatis poſſent abſolui ab excommunicatione incurſa ab Epiſcopo, ſiue ab alio habente facultatem, vt dicetur infra: numero 21.

In quibus caſibus nō gaudeat quis immunitate. *Primo ſtratarij.* *Secundò Depopulatores agrorum, & vinearum.* *Tertiò Homicidæ in loco Sacro.* *Quartò Proditores.* *Quintò Aſſaſſini.* *Sextò Hæretici formales.* *Septimò Crimen læſæ maieſtatis.* *Octauo Inſurgentes in perſonam Principis.* *Azorius. Nauarrus. Suarez. Bonacina. Filliucius. Baſſeus.*

16 Sunt autem aliqui caſus excepti, in quibus delinquentes non gaudent Eccleſiaſtica immunitate, iuxta conſtitutionem Gregorij XIV. Primò latrones publici, qui vias publicas obſident ad furandum homines, qui communiter dicuntur ſtratarij. Secundò Depopulatores agrorum idest qui diripiunt alienos agros, ſegetes, & fructus terræ ſurripientes in campania, & vineas vaſtantes. Tertiò committentes homicidium, ſeu mutilationem membrorum in loco Sacro, ſiuè in Eccleſijs, ſiuè in cœmeterijs: non enim par eſt, vt immunitate Eccleſiæ gaudeant, qui in Eccleſia talia delicta perpetrantur. Quartò Qui proditoriè proximum ſuum occiderit, dicitur autem Proditor, qui amicitiam ſimulabat ad occidendum, vel dolosè illum ſeducit ad occidendum. Quintò Aſſaſſinij, qui propter acerbitatem talis delicti priuantur priuilegio immunitatis: dicuntur autem Aſſaſſinij, qui mediante pecunia, ſiuè alio pretio dato, vel recepto aliquem occidunt, ſiuè per ſe, ſiuè per alios. Sextò Hæretici formales non poſſunt tali frui priuilegio, niſi prius reconcilientur: Sed in crimine Hæreſis nullo modo gaudere poſſunt: Blaſphæmi autem, qui non ſunt hæretici gaudent. Septimò Rei criminis, Læſæ Maieſtatis, Octauò Inſurgentes in perſonam Principis, quando ipſa perſona Principis offenditur à proprio ſubdito: Omnes ergo iſti caſus excipiuntur in dicta conſtitutione Gregorij XIV. Ita Azorius 2. par. cap. 9. quæſt. 9. Nauar. cap. 23. numero 20. Suarez de Relig. tomo primo cap. 11. num. 6. Bonacina tom. 2. D. 3. quæſt. 7. §. 13. num. 5. vſque ad 23. Filliuc. tomo primo tractat. 15. de cenſ. cap. 6. num. 153. Baſſeus in Florib. moral. Verbo Immunitas. num. 9.

Violantes Eccleſiæ immunitatem ſunt ſacrilegi, & iniuſtitiam cōmittunt, & ſūt excōmunicati.

17 Violatores Eccleſiaſticæ immunitatis grauiter peccant, quare extrahentes aliquem vi ab Eccleſia in caſibus non conceſſis peccant mortaliter peccato ſacrilegij, & iniuſtitiæ: nam iniuriam faciunt loco Sacro, in cuius reuerentia conceſſum eſt immunitatis priuilegium, & faciunt contra iuſtitiam, illius perſonæ, qui gaudet tali priuilegio Eccleſiæ, qui habet ius reſiſtendi, iuxta Sacros Canones, alioquin daretur certamen ex vtraque parte formaliter iuſtum, quod implicat: Nam licèt priuilegium immunitatis immediatè conceſſum ſit loco Sacro,

redun-

redundat tamen in vtilitatem hominum ad ipſam Eccleſiam confugientes, vt tuti ſint in Eccleſia exiſtentes. Ità Suarez loc.cit.cap.13.num.4.& 9. Valentia tom.3.D.6.q.15.p.1. Bonacina d.q.7.§.6. num.1. & alij.

Suarez. Valentia. Bonacina.

18 *Tenentur ad reſtitutionē perſonæ extracti. & omnium damnorum.*

Ex quo ſequitur: Iudicem, ſiuè alium extrahentem delinquentem ab Eccleſia in caſibus non conceſſis, non ſolùm peccare mortaliter peccato ſacrilegij, & iniuſtitiæ, & eſſe excommunicatum, verum etiam teneri ad reſtitutionem ipſius extracti, omniumque damnorum, quæ indè delinquens per vim extractus paſſus ſit: nam ex peccato iniuſtitiæ contra ius alterius conſurgit obligatio reſtitutionis omnium in integrum, prout dicunt Ambroſinus de Immun.Eccl. cap. 15. numero 7. cum Suarez, alijſque ſupra citatis.

Ambroſinus. Suarez.

19 *De Pœnis violantium Eccleſiæ immunitatem.*

Pœnas autem in quas incurrunt Violatores Eccleſiaſticæ immunitatis ſunt multæ, & graues tam de Iure Ciuili, quam etiam Canonico: nam in Can. Quiſquis.17.quæſt.4. imponitur pœna triginta librarum argenti examinati, & in Can. Si quis contraxit 17.quæſt.4. imponitur pœna nonaginta ſolidorum, præter pœnitentiam publicam iudicio Epiſcopi iniungendam: quas omnes pœnas Concil. Trident. ſeſſ. 25. capite 20. de Reformat. confirmauit, & innouauit: quod etiam poſtea fecit Gregorius XIV. in dicta conſtitut. in quibus omnes Canones ad Eccleſiaſticam immunitatem pertinentes innouantur. Additurque inſuper pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & Summo Pontifici reſeruatæ: vt patet ex §. 8. dictæ conſtitutionis, vbi dicitur. *Quicumque contra noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, Iuris, & Eccleſiaſticæ immunitatis violatores incurrunt, iuxta Sacros Canones.*

Ca. Quiſquis. Can. Si Quis. Concil. Trid. Greg. XIV. *Excommunicatio reſeruata latæ ſententiæ.*

20 *Mandantes, & conſentientes ſunt etiā excōmunicati.*

Quam etiam excommunicationem incurrunt omnes, & ſinguli extrahi mandantes, & conſentientes ad talem violationem immunitatis: Inſuper, & Iudex qui iniuſtè extractum ab Eccleſia reſtituere non vult, & retinet in carcere, vel eum condamnet, eò quod in omnibus huiuſmodi actionibus facit contra Canones, & conſtitutionem dicti Gregorij XIV. eò quod iniuſtè extractus reſtituendus ſit Eccleſiæ, vt gaudeat immunitate. Ità Bonac.loc.cit.num.7. & habetur ex praxi Neapolitan. cap.17.num.7. concordat Baſſeus cum alijs ſupra citatis.

Bonacina. Praxis Neap. Baſſeus.

21 *Confeſſarij priuilegiati non poſſunt ab hac excōmunicatione abſoluere.*

Ab excommunicatione incurſa ex delicto violationis immunitatis Eccleſiaſticæ: Nullus confeſſarius ſiuè Sæcularis, ſiuè Regularis abſoluere poteſt virtute cuiuſcumque priuilegij obtenti ante conſtitutionem Sacræ Congregationis ex mandato Clementis VIII. quæ incipit Sacra congregatio, niſi facultatem ſpecialem ad hunc effectum de nouo obtinuiſſent, & Ratio huius eſt, quia in dicto Decreto cautum eſt expreſsè, vt nullus Confeſſarius virtute priuilegiorum poſſit abſoluere impoſterum ab excommunicatione incurſa propter violationem dictę immunitatis in terminis conſtitutionis Gregorij XIV. quæ incipit: Cum alias nonnulli, &c.

22 *Epiſcopus facta reſtitutione poteſt abſoluere ab excōmunicatione incurſa.*

Verum eſt tamen, quod Epiſcopus loci, facta prius reſtitutione, & ſatisfactione ab eo, qui in excommunicationem inciderat poterit abſoluere: & Ratio eſt, quia in Decreto Clementis VIII. non adimitur facultas Epiſcoporum, ſed tantummodo confeſſariorum ſimplicium, ideòque tam Epiſcopus, quàm alius Sacerdos adhoc ſpecialiter ab Epiſcopo deputatus poterit ab hac excommunicatione abſoluere. Ità Bonacina tom.2. D.3. q.7. §.6.nu.8.

Bonacina.

23 *In caſib non conceſſis quo facienda eſt reſtitutio.*

Vltimò tandem dicimus, quod Prælati locorum quando delinquens propter qualitatem delicti non poteſt gaudere priuilegio immunitatis in caſibus exceptis in dicta conſtitutione Gregorij XIV. antequam permittant delinquentem extrahi poſſe ab Eccleſia, tenetur prius obtinere licentiam ab Ordinario loci, vel ab eius officiale ad hoc deputato, in qua conſignatione debet aſſiſtere aliqua perſona Eccleſiaſtica ad hoc deputata ab Epiſcopo, vel ab eius Vicario. Ità Bonacina tom. 2. D.3. qu.7. §.7. num.2.

Bonacina.

24 *Non licet Iudici ſine licētia Epiſcopi extrahere delinquentē ab Eccleſia.*

Ex quo patet non eſſe liberum Iudici Sæculari propria auctoritate extrahere delinquentem ab Eccleſia, ſed neceſſariam eſſe Epiſcopi, vel eius Vicarij licentiam cum aſſiſtentia alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ, auctoritatem ab ea habentis: Epiſcopus autem non tenetur ſtare proceſſui à Laica poteſtate facto, quò probatur delinquentem non poſſe gaudere immunitate: ſed debet Epiſcopus per ſuam Curiam nouas informationes capere, vt cognoſcat de veritate delicti, qua cognita: debet dare ſententiam declaratoriam, quod non gaudeat. Ità Farinacius in deciſ.crimin. conſil.76. & Iulius Clarus §. fin.qu.30.Verſ.Vltimo, & Bonacina tom. 2. d.3. qu. 7.§.7. num.2. & alij: Et hæc de Immunitate Eccleſiaſtica ſufficiant, quantum facit ad hanc excommunicationem.

Epiſcopus nō debet ſtare proceſſui facto à curia Sæculari. Farinacius. Iulius Clarus. Bonacina.

DE VIOLATIONE CLAVSVRÆ Monialium ad malum finem.

CAP. II.

1 *Clauſura quid ſit, & vnde dicatur.*

Clauſura monialium deducitur à claudendo, quod propriè ſignificat rem aliquam confinare, ſiuè clauſtrare, quare Clauſtrum communiter dicitur locus aliquis clauſus, priuans habitantes in eo, ne liberè eis egredi liceat: Ideòque in monialibus Cęnobium, ſiuè clauſtrum duo parit, & prohibet. Videlicet monialium extra Monaſterium egreſſus, & aliorum cuiuſcumque ſexus intra Monaſterium ingreſſus; prout dicunt Azor. in Sum.tom.1.lib.13.cap. 8.& Mirand.de monial.q.1.A.1.

Clauſtrū quid ſignificet. Azorius. Miranda.

2 *Moniales tenentur ſtare ſub clauſura monaſterij.*

Quapropter quælibet monialis cuiuſcumque ſit Religionis ſiuè inſtituti poſteaquam ſuam fecit profeſſionem ſolemnem cum voto perpetuæ clauſuræ tenetur ſub pœna peccati mortiferi toto tempore vitæ ſuæ in clauſura Monaſterij habitare: quæ quidem clauſura ſecundum ſe non eſt de eſſentia Religionis, neq; de Iure puro diuino, aut naturali, ſed ſolum de Iure poſitiuo Pontificio, inducta fuit talis obligatio, vt patet per ſanctiones Canonicas, quæ talem clauſuram in monialibus requirunt, eamq; ſtrictiſſimè pręcipiunt. Ita Rodriq.tom.1.qq.reg.qu.44. A.1.& Eligius Baſſeus in flor.mor. Verbo clauſ.n.1.

Clauſura non eſt de Iure Diuino, ſed Canonico. Rodriquez. Baſſeus.

3 Bonifacius 8. Concil. Trid. Pius V. Greg. XIII. Alia Bulla Gregorij.

Quæ quidem clauſura ſpecialiter præcepta fuit à Bonifacio VIII. in c.Periculoſo de ſtat.Reg.in 6.& à Trident.Concil.ſeſſ.25.cap.5. de Regularibus, confirmata, & à Pio Quinto in Bulla, quæ incipit: Cura paſtoralis, & à Gregorio XIII. in Bulla, quæ incipit, Deo Sacræ Virginibus, & in altera, quæ incipit Dubijs, quæ emerguntur, in quibus alijſque iuribus expreſsè præcipitur, ne aliqua monialis profeſſa cuiuſcumque Regulæ, ſiuè inſtituti extra earum clauſtra Monaſterij ſui egredi debeat, quocumque prætextu, etiam ad breue tempus, niſi ob legitimam cauſam ab Ordinario licentia fuerit obtenta. Qui quidem Superior pro ſubditis ſuis debet eſſe Epiſcopus loci, vel Prælatus Ordinis pro exemptis: Sede autem vacante Capitulum, vel Vicarius generalis; Secus au-

Quiſ ſit ſuperior, qui aliquando poſſet diſpenſare in clauſura.

tem facientes incidunt in excommunicationem latæ ſententiæ.

4 Quare præcepta ſit monialibus clauſura perpetua.

Ratio autem, quare monialibus ſub clauſura perſiſtere præcipiatur, declaratur a Bonifacio VIII. in d.c.Periculoſo de ſtat.Regul.in 6.vbi ait Pontifex: *Ideo ſancimus, vt nullus ingreſſus, vel acceſſus pateat ad moniales profeſſas cuiuſcumque Religionis, vel Ordinis in quibuslibet mundi partibus exiſtentes, ſed ſub perpetua debeant manere clauſura: vt ſic à publicis, & mundanis ſpectaculis, & aſpectibus ſeparatæ omninò Deo liberius ſeruire valeant, & laſciuiendi opportunitate ſublata, corda ſua, & corpora in omni Sanctimonia diligentius cuſtodire valeant, & ad euitandas Diaboli inſidias periculoſas, hominumque allocutiones.* c.In Monaſteria 18.qu.2.& Greg.XIII.in d.c.Vbi gratiæ.

Can.In Monaſteria Bulla Gregor. Vbi gratiæ.

5 Cauſæ neceſſariæ in quib. liceat aliquādo exire de clauſura quæ.

Cauſa autem legitima propter quam aliquando ab Ordinario poterit concedi licentia ad tempus egrediendi è clauſura debet eſſe neceſſaria, publica, & ineuitabilis, non autem priuata: e.g. periculum ineuitabile impediens, propter quod communis cohabitatio impoſſibilis reddatur: vt ſi aliqua monialis eſſet morbo epidimiæ, ſiue lepræ, ſiue alterius morbi contagioſi infecta, ne aliæ moniales tali morbo inficiantur. Item caſus incendij repentini Monaſterij, ne tali incendio pereant: Incurſus hæreticorum, vel infidelium, ne ab illis captiuentur: Vel ſi aliquando, aliqua ex illis monialibus electa eſſet Abbatiſſa alterius Monaſterij, ſiuè magiſtra Nouitiorum, Vel ad nouum Monaſterium eiuſdem Ordinis fundandum egrediatur. Ità Rodriq.tom.1. qq.reg. qu.69.A.3.4.& 5.num.1.& Eligius Baſſeus in florib. mor. Verbo clauſura num.5.

Rodriqu. Baſſeus.

6 Nomine clauſuræ quid intelligatur.

Nomine clauſuræ Monaſterij intelligitur clauſtrū, domus, officinæ interiores, & alia loca coniuncta, & contigua eiuſdem Monaſterij, quando ad ea ingredienda neceſſarius ſit tranſitus per clauſtra monialium: Quarum etiam Horti, & viridaria eiuſdem Monaſterij, in quibus ingrediuntur, & egrediuntur dictæ moniales dicuntur, & ſunt clauſtrata, prout colligitur ex motu proprio Conſtit. Greg.XIII. Vbi gratiæ. Vbi Pontifex declarauit per clauſtrum monialium, non ſolum intelligi domus, & officinas interiores, ſed etiam loca ipſius Monaſterij: quare termini, ſiuè limites iſtius clauſuræ complectuntur omnia Monaſterij loca, quæ ianua clauſa continentur, & ad quæ Sæculares non admittuntur: prout adnotauit. Capuccinus ad Sorbum: Verbo Ingredi Monaſteria. §. ex verbis pag.362. & Graſſius de caſibus reſeru.cap.6. num.51. Bonac.tom.3. quæſt.1.part.1. num.1.

Greg.XIII. Vbi gratiæ.

Sorbo. Graſſius. Bonacina.

7 Quæ ianua Monaſterij faciat clauſurā.

Igitur Ianua Monaſterij facit clauſuram non tamen illa, quam patere ſolet aditus Sæcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad cratem, ſeu loca colloquijs deſtinata, quæ vulgò appellantur Parlatoria, vel ad pulſandam ipſam ianuam clauſuræ: Sed porta illa Monaſterij facit clauſtrum, per quam ingreditur ad ipſarum monialium habitacula, in qua porta prohibiti ſunt omnes perſonæ cuiuſcumque ſexus, conditionis, & ætatis, dummodo doli ſint capaces, ſiuè ſint maſculi, ſiuè fœminæ, ſiue Religioſi, ſiuè Clerici, ſiuè nobiles, ſiuè pauperes, quantumcumque honeſtiſſimæ, ne ingrediantur dictam Monaſterij Ianuam, per quam habent, vel poſſint habere ingreſſum ad loca Monaſterij ſub excommunicationis pęna latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ: vt patet ex Trid.d.ſeſſ.25.cap.5. de Regular.& Mon.& ex c.Periculoſo de Statu Regul.in 6.& ex Bulla Greg. XIII. quæ incipit Deo Sacris Virginibus: & Pij V. quæ incipit. Cura paſtoralis.

Omnib perſonis cuiuſcū que conditione prohibetur Monaſterij ingreſſus.

Sub excōmunicatione latæ ſententiæ. Conc.Trid.

C.Periculoſo de ſtatu reg. Greg.XIII. Pius V.

8 Excipiuntur tamen aliqui caſus magnæ neceſſitatis ineuitabilis, in quibus permitti poteſt aliquando ingreſſus alicuius perſonæ honeſtæ in clauſtrum Monaſterij: Sed ad hoc licitè agendum tres conditiones requiruntur. Prima quod ſit cauſa honeſta, Secunda rationabilis, & neceſſaria, & Tertia quod habeatur expreſſa licentia ab Ordinario loci, vel ab illo ſub cuius iuriſdictione eſt tale Monaſterium, ſiuè alterius ſuperioris, habentis adminiſtrationem dicti Monaſterij, quando tale Monaſterium eſſet exemptum a iuriſdictione Epiſcopi: quæ quidem licentia debet eſſe obtenta toties quoties opus fuerit cum cognitione cauſæ neceſſariæ, & ineuitabilis: Quare conceditur medico, ſiuè minutori ſanguinis tempore infirmitatis alicuius monialis Monaſterij, quando neceſſitas ità expoſcat: Similiter dicimus de Confeſſario ad adminiſtranda Sacramenta neceſſaria, quādo deforis adminiſtrari non poſſent, vel pro commendatione animæ morientis. Ità etiam quando eſſet faciendum aliquod opus intra Monaſterium ad quod perficiendum non eſſent habiles moniales, & non poſſet extra Monaſterium perfici, Tunc in huiuſmodi caſibus de ſuperioris licentia poterit concedi facultas aliquibus perſonis honeſtis ingrediendi clauſuram Monaſterij pro tali neceſſitate explenda.

In quibus caſibus poteſt aliquādò cōcedi aliquib. perſonis ingredi clauſuram Monaſterij. Requiruntur tres conditiones. Prima. Secunda. Tertia.

Licentia obtinenda eſt ſpecialis toties, quoties cum cognitione cauſæ.

Pueri autem, vel puellæ minoris ætatis ſex annorum ingredientes Monaſteria non incurrunt pœnas Concilij Trid.ſeſſ.25.cap.5. de Regular.& aliorum Canonum eò quod Eccleſiæ prohibitiones, & leges præſuppounnt, & loquuntur de perſonis capacibus obedientiæ, & inobedientiæ criminoſæ, quare infantes non habentes adhuc rationis vſum non comprehenduntur, nam ſicuti non ſunt culpæ capaces, ità nec pœnę: Ità Capuccini adnotatio ad Sorbum Verbo Ingredi Monaſteria §. Aduerte.pag.362.& Graſ. de caſib.reſeru.lib.1.cap.6. num.48. Eligius Baſſeus in florib.moral. Verbo clauſura nu.7. alijq; communiter. 9

9 Infantes ante vſum rationis ingrediētes nō incurrunt excommunicationē.

Capuccin. ad Sorbum.

Graſſius. Baſſeus.

Hoc tamen intelligendum eſt ex vi Iuris communis, non autem particularis: nam in quibuſdam Diœceſibus facta eſt prohibitio monialibus, ne aliquo modo introducant infantulos, ſiuè infantulas per rotam introducendo tali medio puerum in Monaſterij clauſuram ſub pęna excommunicationis; Et tunc tales moniales, introducentes dictos infantulos inciderent in pœnam propter tranſgreſſionem obedientiæ Epiſcopi ità præcipientis. 10

10 Limitatio.

Similiter etiā dicimus: Moniales introducentes intra clauſuram Monaſterij amentes, & inſanos peccare mortaliter, & excommunicationem latam incurrere, quia licèt ipſi inſani, & amentes propter defectum iudicij excuſantur à peccato, non tamen excuſantur moniales introducentes, ſeu ingredi permittentes huiuſmodi perſonas, ideòque incidunt in excommunicationem Canonum, & Tridentini, eò quod prohibitio cadit ſuper actus turpes, & inhoneſtos poſſibiles fieri, quorum dicti amentes ſunt ſufficientes. Ità Graſſius loc.ſupra cit.num.49. 11

11 Moniales introducentes amentes, & fatuos incidunt in excōmunicationē.

Graſſius.

Notandum autem, quod anno Domini 1612. die 12. menſis Iulij, Paulus V. in quadam Bulla, quæ incipit Monialium ſtatui: prohibuit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ cum reſeruatione abſolutionis Summo Pontifici, ne aliqua mulier cuiuſcumque conditionis, & dignitatis, etiam quod ſint Ducillæ magnæ, aut Principiſſæ, virtute facultatū hactenus conceſſarum (quas oēs reuocauit, & reuocātur) ingrediatur: ideòq; ſine noua licentia obtinēda a Summo Pōtifice clauſuram Monaſterij ingredi nō poſſint: Superiores verò permittentes huiuſmodi ſine noua licentia intrare vltra excommunicationem 12

12 Notandum Bulla Pij V. reuocatoria priuilegiorū hactenus cōceſſorum.

Superiores permittentes ingredi, quas pœnas incurrunt.

ſuſpen-

ſuſpendit, & inhabiles reddit in poſterum ad alias dignitates recipiendas, in quibus ſolus Papa poteſt diſpenſare.

Notandum ſecundo expedita cauſa tenentur ſtatim exire.

13 Notandum ſecundo, quod illi, qui cum licentia ſuperioris Monaſterij in aliqua cauſa neceſſitatis permittuntur poſſe ingredi clauſuram Monaſterij: ſtatim expediti debent exire: nam quando aliquod propter neceſſitatem conceditur, tamdiu durat talis conceſsio, quamdiu durat talis neceſsitas, & non vltra, qua expedita, cauſa ceſsat etiam, & conceſſio facta ſub tali ratione, alias inciderent in culpam, & pœnam excommunicationis; prout notauit Graffius loc. cit. nu. 29.

Graffius.

Limitatio aſſertionis.

14 Verum tamen eſt, Hoc non eſse ità rigoroſè, & ſcrupuloſè intelligendum, adeò, vt huiuſmodi perſonę non poſsent aliquantulum quieſcere, & ſedere in Monaſterio expedita cauſa, quare ſi quis aliquando ex cauſa neceſsaria cum debita licentia ingrediatur clauſuram Monaſterij, qua neceſſitate expedita inuitatus à monialibus cum aſſociantibus deputatis pergeret ad videnda aliqua loca ipſius Monaſterij, ſine fraude, aut malitia, non incideret in excommunicationem Canonum: prout notauit Hieronymus à Sorbo loc. cit. pag. 340. §. vltimo pro ſcrupuloſis.

Sorbo.

Superiores quomodo poſſunt aliquando ingredi Monaſteriũ.

15 Superiores autem Monaſterij quemadmodum poſſunt concedere licentiam alijs ingrediendi Monaſterium rationabili, & honeſta cauſa interueniẽte: etiam in hoc poterunt ſibi ipſis diſpenſare ad ingrediendum aliquãdo clauſuram Monaſterij ratione viſitationis Monaſterij, ſiue alterius cauſę neceſsariæ: debent tamen in caſu ingredi aſſociati aliquibus paucis perſonis religioſis, & ſenioribus: prout dixit Greg. XIII. & Bonifacius VIII. in dictis conſtitutionibus ſupra citatis.

Gregor. XIII. & Bonifacius VIII.

Nomine Monialium, quæ perſonæ comprehendãtur.

16 Nomine Monialium intelliguntur omnes fœminę in clauſura exiſtentes etiam conuerſę poſt profeſsionem factam in Monaſterio, ſiue ſint moniales Ordinis D. Benedicti, ſiuè Baſilij, ſiue Bernardi, quę propriè appellantur Moniales, ſiue ſint Sorores Ordinum mendicantium cuiuſcumque regulę, aut profeſsionis: Nam iſta nomina Sorores, & Moniales ſunt Synonima, & idem omninò ſignificant, quò ad clauſuram ita enim habetur per Concil. Trid. ſeſſ. 22. de Reg. c. 22. vbi præcipitur omnia in Superioribus Decretis contenta ſeruanda eſſe in omnibus Cænobijs, ac Monaſterijs quarumcunque Sanctimonialium, quocumque nomine appellentur, & ſub quacumque regula, vel conſtitutionibus viuant. Itá Bonac. tom. 3. de clauſ. mon. q. 1. p. 2. num. 1. & Graff. de caſ. reſer. lib. 1. c. 5. n. 8.

Moniales, & Sorores pro eodem accipiuntur. Concil. Trid.

Bonacina. Graffius.

Violare clauſuram quid ſignificet?

17 Notandum autem vltimo, quod Violatio Clauſuræ quomodocumque fiat ingrediendo ſepta Monaſterij in caſibus non conceſſis, ſiuè per ianuam Monaſterij, ſiuè per tegulas, ſiuè per murum ſemper dicitur: Violatio; cum idem ſit violare clauſuras monialium, quam ingredi illarum Monaſteria abſque debita licentia, prius obtenta ob legitimam cauſam, quare ſecus faciens quęlibet perſona cuiuſcumque eſſet conditionis eſt ipſo facto excommunicata abſque alia declaratione.

Violare & ingredi pro eodem accipiũtur.

Ingreſſio ad malum finẽ: eſt reſeruata Summo Pontifici.

18 Si autem talis ingreſsus ſit ad malum finem tunc talis excommunicatio remanet reſeruata Summo Pontifici, à qua abſolui non poterunt, niſi in mortis articulo à quocumque confeſsario, niſi mediante Iubilęo, aut Bulla Cruciatę: eò quod Summus Pontifex Clemens VIII. derogauit omnia priuilegia quorumcumque confeſſariorum, etiam Regularium: Poterit tamen Epiſcopus, ſiue alius habens ab ipſo facultatem ſpecialem in foro conſcientiæ, etiam de iſta excommunicatione abſoluere virtute Trid. Concilij ſeſſ. 24. c. 5. de reformat. Ita Bonac. tom. 3. de clauſ. q. 1. p. 5. nu. 1.

Epiſcopus poteſt in foro conſcientiæ tantum abſoluere.

DE EXCOMMVNICAT. PROPTER ingreſſum fœminarum in clauſuram Religioſorum.

CAP. III.

Non licet fœminis ingredi clauſtra Religioſorum.

1 EXplicatis ijs, quæ ad violationem clauſuræ monialium faciebant: Opere pretium eſſe duxi etiam de fœminis ingredientibus conuentus Religioſorum virorum ſine debita, & conueniente facultate etiam dicere: Nam etiam conuentus Religioſorum habent proprium clauſtrum, in quod non licet fœminis intrare, ſine tranſgreſſione Sacrorum Canonum, & conſtitutionum Apoſtolicarum talem ingreſſum fœminarum inhibentium: Quare reſolutoriè concludendo dicimus.

Omnes fœminæ poſt annos diſcretionis prohibitæ ſunt ingredi clauſtra.

2 Omnibus ſinguliſque fœminis poſtquam ad eam peruenerint ętatem, quę ad rationis vſum ſit ſufficiens, ſaltem poſt ſeptimum annum interdictum eſse ingreſsum cuiuſcumque clauſtri, ſiuè alterius loci intra ſepta Monaſterij ſiuè conuentus exiſtentis, niſi neceſsitas aliquandò aliud expoſcat, vel talis fœmina habeat conceſſionem ſpecialem Apoſtolicę Sedis: Patet iſta aſſertio ex conſtitutione Pij V. quæ incipit: Regularium perſonarum, edita die 23. Octobris 1566. & ex altera Gregorij XIII. quæ incipit. Vbi gratiæ, ſub die 24. Iunij 1575. in qua Gregorius non ſolum interdicit ingreſſum fœminarum, aut virorum in Cęnobia monialium; Verum etiam ingreſſum fœminarum in Conuentus Religioſorum ſub pœna excommunicationis, latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruatæ.

Conſt. Pij V.

Gregor. XIII.

Aliquorum limitatio.

3 At quoniam in Conſtitutionibus ſupra citatis Pontificijs ſolummodo de fœminis ingredientibus prætextu facultatum à Summis Pontificibus conceſsarum ſermo eſt, quas facultates Pius V. in dicta Conſtitutione reuocauit, ideòque aliqui Doctores etiam magni nominis, attendentes ad litteras dictarum Conſtitutionum exiſtimarunt: Fœminas ingredientes conuentus Religioſorum non ſub prętextu facultatum, ſibi hactenus conceſsarum, ſed ſimpliciter ob curioſitatem, vel malitioſè, non ſubijci pœnis dictarum Conſtitutionum, neque Religioſos, illas admittentes, quorum ratio eſt, quia Conſtitutio pœnalis non eſt extendenda à caſu expreſso, ad alium non expreſsum: Itá Suarez to. 5. de cenſ. D. 22. ſect. 6. nu. 11. Rodriq. tom. 1. qq. reg. q. 28. A. 2. & Paulus Layman lib. 4. tr. 5. c. 12. nu. 4.

De fœminis ingredientibus non ſub prætextu priuilegij.

Ratio iſtorũ Doctorum, in quo fundatur.

Suarez. Layman. Rodriquez.

Oppoſita ſententia verior.

4 His tamen non obſtantibus abſolutè dicimus, & affirmamus: Fœminas ingredientes clauſtra Religioſorum, etiam ſine prætextu facultatum conceſſarum incidere in eamdem excommunicationem reſeruatam: patet hoc ex declaratione facta à Cardinali Alexand. Cribello ſub die 28. menſis Ianuarij anno 1568. vbi dicitur. *Omnibus, & ſingulis præſentes noſtras litteras aſpecturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamur fuiſſe, & eſſe intentionem Summi Pontificis, Pij V. quod eius littera in forma breuis ſub die 24. Octob. 1566. in quibus mulieribus quibuſcumque conuentus virorum Regularium ingreſſus cum derogatorijs clauſulis, & irritantibus conceſſionibus prohibetur non ſolum comprahendunt mulieres habentes, ſiue habere prætendentes facultates, & indulta ingrediendi huiuſmodi clauſtra Conuentuum, ſed etiam quaſcumque mulieres alias tam in genere, quam in ſpecie:* Quam declarationem teſtatur

Declaratio Cardinalis Alexandri Cribelli.

Ex mente Summi Pontificis Pij V.

dictus

Facta ſibi viuæ vocis oraculo. Quaranta.

dictus Cardinalis ſibi fuiſſe factam viuæ vocis oraculo a dicto Pio V. & ita refert: Stephan. Quaranta in ſumm. Bullar. verbo Monaſteria, & Conuentus. pag. 291.

5 Conſtitutio ipſius Pij V. anno 1570.

Inſuper poſtea idem Pontifex Pius V. fecit aliam Conſtitutionem, ex motu proprio die 16. menſis Iulij anno 1570. quæ incipit: Decet Romanum Pontificem, & inſerta eſt in tom 2. Bullatij pag. 199.

Declarauit expreſſè talẽ fuiſſe intentionem ſuã.

Vbi Summus Pontifex Pius V. expreſse declarauit, & declarat talem ſuam fuiſſe voluntatem, & intentionem, vt non ſolum mulieres prætextu cuiuſcumque facultatum habentes, vel habere prætendentes e Conuentibus Religioſorum arceantur; Verum etiam aliæ omnes: Qua propter dicit Pontifex:

Verba Pontificis.

Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium dicimus, & declaramus fuiſse, & eſſe mentem, & intentionem noſtram, quod conſtitutio noſtra edita anno 1566. die 23. Octobris, quæ incipit. Regularium perſonarum, non ſolum comprahendat mulieres habentes, ſeu habere prætendentes facultates, & indulta ingrediendi clauſtra Religioſorum, ſed etiam omnes, & quaſcumque mulieres alias ſub quocumque colore vel prætextu ingredi præſumentes: Et itá hodie habetur in praxi Sacræ Pœnitentiariæ: teſtante Filliuc. tom. 1. de Cenſ. tr. 15. c. 5. q. 7. nu. 118. concordant Nauar. c. 27. n. 150. & in c. Statuimus num. 62. in 4. notab. 19. q. 3. quod etiam tandem confeſſus eſt Suarez tom. 4. de Relig. lib. 7. c. 7. nu. 9. vbi ſe retractauit poſtquam habuit notitiam dictæ Conſtitutionis, & declarationis: Itá Bonac. tom. 3. de clauſ. q. 5. p. 2. & 3. concordat Baſſeus in florib. mor. verbo clauſura num. 14. in fine, ideòque ad præſens nulla ſupereſt difficultas.

Praxis Sacræ Pœnitentiariæ. Filliucius. Nauar. Suarez ſe retractauit to. 4. de Relig. Bonac. Baſſeus.

6 Quid intelligitur ſub clauſura Conuentus.

Quæritur ſecundo. Quid nomine Monaſterij, ſeu Conuentus intelligatur, adeò, vt fœminæ in tali loco licitè ingredi non poſſint?

Aſſertio reſponſiua.

Reſpondetur ſub nomine Clauſuræ Conuentus, ſiuè Monaſterij virorum compræhenditur totum illud ſpatium, quod intra Monaſterij ambitum continetur, quare Domus habitationis, & officinæ interiores, ac etiam horti Religioſorum contigui cũ ipſo Conuentu circumdati ſepium, ſeu murorum clauſuræ, quales ſunt horti Capuccinorum aliorumque ſimilium, qui habent hortos, & viridaria clauſa intra ſepta Conuentus, ſeu Monaſterij, omnia iſta compræhenduntur ſub nomine clauſuræ, ideòque ad iſta loca mulieribus aditus prohibetur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, prout in praxi vſu receptum eſt: Ita Rodriq. tom. p. qq. reg. q. 46. A. 1. Nauar. lib. 2. conſ. num. 3. conſ. 66. Sanchez in ſumm. lib. 6. c. 17. nu. 2. Sorbo in comp. verbo Ingredi nu. 1. Coriolan. p. 2. de caſib. reſeru. q. 4. n. 10. Bonac. tom. 3. q. 5. p. 1. nu. 1. & 6. alijque communiter.

Horti, & viridarij intra muros Conuentus, compræhenduntur ſub clauſura. Rodriquez. Nauarrus. Sanchez. Sorbo. Coriolanus. Bonacina.

7 Hoſpitia. & Infirmariæ nõ compræhenduntur.

Infirmariæ autem ſeparatæ à conuentu, & Domus deputatæ ad curandos infirmos, ſiue Religioſos eiuſdem Religionis tamquam hoſpites, quę non continentur in ſepta Monaſterij, ſed loco diſtincto, & ſeparato, non compræhenduntur ſub nomine clauſuræ: prout declaratum fuit a Sacra Congregatione Cardin. ſupra Regulares teſtante Sorbo d. Verbo Ingredi n. 11. & Coriolanus loc. cit. q. 2. n. 29. & Sanchez loc. cit. nu. 19. & Bonac. l. cit. n. 5. Quod idem intelligendum eſt de locis, qui de nouo fabricantur, vbi non adhuc introducta eſt familia, & non adhuc habitant fratres, ſeu Religioſi conuentuales, ſed ſolum quidam pro ſeruitio fabricæ.

Declaratio Sacræ Congregationis. Sorbo. Coriolanus. Sanchez. Bonacina.

8 Chorus contiguus cum Eccleſia quãuis diſtinctus non compræhenditur.

Chorus autem contiguus cum Eccleſia vbi decantatur Diuinum officium, ab ipſis regularibus, etiam ſi ſit ſecus altare maius, & habeat ianuam correſpondentem cum conuentu non compræhenditur ſub clauſura, ideòque non prohibentur mulieres ibi poſſe quandòque ingredi ſine peccato: & Ratio huius eſt, quia chorus exiſtimatur tamquam pars ipſius Eccleſiæ: etiam ſi Religioſi ipſius conuentus in dicto choro ſoliti ſint ſe inducere, ſacris veſtibus, & præparare ad celebrandam Miſsam; quamuis ſit aliqua diſtinctio inter chorum, & ipſam Eccleſiam, ſufficit enim quod ſit illi contiguus. Ità Bonac. cum alijs ſupra citatis.

Bonacina cũ alijs.

9 Difficultas de Sacriſtijs.

Sed Difficultas eſt de Sacriſtijs ipſorum Religioſorum: An contineantur ſub nomine clauſuræ?

Quando compræhenditur ſub clauſura.

Reſpondetur Primò diſtinguendo: quod quotieſcumque Sacriſtia eſt totaliter intra clauſtrum Conuentus, adeo vt, non pateat aditus ad illam, niſi per clauſtra conuentus, tunc reputanda eſt clauſura, ideòque ad illam ingredi fœminis non permittitur, quia ſi tranſirent per clauſtrum violarent clauſuram, & per conſequens in excommunicationem latam inciderent.

Quando non compræhenditur.

Quandò vero eſt ita contigua cum Eccleſia, adeò vt Religioſi ad ingrediendam illam debeant tranſire per Eccleſiam, tunc non compræhenditur ſub clauſura, eò quod extra clauſtrum conuentus continetur.

Quando in ſacriſtia ſunt duæ portæ.

Secundo Reſpondetur, quod quando Sacriſtia eſt contigua cum Eccleſia, & cum clauſura conuentus, adeò vt in ea ſint duæ portæ vna intra Eccleſiam, & altera intra clauſuram Conuentus: tunc videntur huiuſmodi Sacriſtiæ ſub clauſura contineri, ideòque fœminis in ipſas intrare non liceat: Quare circa hoc ad inſtantiam fratrum minorum Capuccinorum facta fuit declaratio Sacræ Congregationis Cardinalium, quod Sacriſtiæ ipſorum vbi ſunt duæ portæ, (vt ſupra declaratum eſt) compræhenduntur ſub clauſura Conuentus prout refert Coriolanus: p. 2. de caſibus reſer. q. 4. caſu 3. n. 11. Ità Bonac. q. 5. de clauſura p. 3. p. 1. n. 4.

Declaratio facta pro Capuccinis. Coriolanus. Bonacina.

11 An aliquando permitti poſſet ingreſſus fœminarum?

Quæritur tertio. An aliquando liceat fœminis ingredi clauſtra Religioſorum abſque vlla incurſione pœnæ Sacrorum Canonum.

Ex noua conceſſione ingredi poterunt.

Reſpondetur primò: quod Mulieres illæ quæ poſt conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. ſupra citatas obtinuerunt, vel obtinuerint nouas conceſsiones Apoſtolicas ingrediendi conuentus Religioſorum poſſe licitè ingredi eorum clauſuras, iuxta facultates, ſibi conceſſas: Hoc tamen intelligendum eſt, vt dixi per nouam conceſſionem ſpecialem: nam omnes conceſſiones factæ ante dictas Conſtitutiones fuerunt omninò reuocatæ, & irritatæ.

12 Aduertentiã quando eſſet aliquod ſtatutum regulæ in contrariũ.

Verum eſt tamen, quod ſi in aliqua Religione, ſiue Conuentu, aut Monaſterio eiuſdem religionis extet aliquod inſtitutum, ſeu præceptum regulæ non admittendi aliquo modo fœminas in earum clauſtra, & in priuilegio obtento non eſſet facta aliqua mentio ſpecialis non obſtante præcepto talis regulę: non poſſent in caſu tales fœminę virtute priuilegij generaliter conceſſi intrare clauſuram talis Conuentus: quia in generali conceſſione non veniunt ea, quę non eſſet quis vero ſimiliter conceſſurus: Et non pręſumitur voluiſse Pontificem derogare ſtatutum regulę alicuius religionis confirmatę ab Apoſtolica Sede, niſi de tali ſtatuto in petitione facta fuiſſet ſpecialis mentio: Ità Sanchez in ſumma lib. 6. c. 17. num. 32. & Bonac. tom. 3. de clauſur. q. 5. p. 4. n. 2.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis in ſpecie conceſſurus. Sanchez. Bonacina.

13 Fœminæ habentes priuilegium poſſunt ingredi conſtitutæ ab alijs fœminis.

Quando autem fœmina, quę obtinuit priuilegium a Pontifice ingrediendi Conuentus Religioſorum, eſſet perſona nobilis, & inſignis alicuius dignitatis, poterit ſecum conducere decentem familiam aliquarum fœminarum honeſtarum, iuxta

de-

Digitized by Google

decorem, & decentiam ſui ſtatus, & conditionis; nam huiuſmodi mulieres non ſolent ſine famulatu fœminarum incedere: neque præſumendum eſt, Summum Pontificem voluiſſe, vt fœminæ alicuius dignitatis ſine decente comitatu incedant: Ita Bonac. loco citato nu.3.

Bonacina.

14 *In caſu neceſſitatis poſſunt quandoque admitti.*

Dico ſecundo fœminas occurrente aliquando aliqua neceſſitate, cui alia via, & ratione commode occurri non poſſet: licitè ingredi poſſe aliquando Conuentum alicuius Religionis abſque aliqua incurſione pœnæ tam ipſius, quàm Religioſorum, permittentium ipſius ingreſſum: & Ratio huius eſt, quia præcepta Eccleſiæ benignè ſunt interpretanda, & non eſt ità ſtricta clauſura Religioſorum, ſicut illa monialium: Quare quandò aliquis religioſus infirmus inueniatur intra Conuentum, qui curari non poſſet, niſi mediante aliqua fœmina, quæ ſola ſit perita tali arte, poterit licitè ingredi clauſuram ad talem religioſum curandum.

Clauſtra virorum non ſunt ità ſtricta, ſicut monialium.

15 *Ad lactandum infirmu.*

Quod idem dicendum eſt, ſi talis Religioſus infirmus iudicio medicorum indigeret pro ſalute recuperanda, quod lactetur immediatè lacte alicuius fœminæ, nec commode poſſet extra conuentum fieri talis translatio infirmi, tunc poſſet fœmina ingredi clauſuram ad talem infirmum ſubleuandum, quia neceſſitas non habet legem: Ità Rodriq. to.p. qq. reg. q.46. A.7. circa finem: Sanchez in ſumm. lib.6. c.17. n.30. Sorbo in compend. verbo Ingredi nu.6. Bonac. de clauſ. tom.3. q. 5. p.4.nu.4. & alij.

Rodriquez. Sanchez. Sorbo. Bonacina.

16 *Tempore proceſſionis per clauſtra.*

Dico tertiò licitum eſſe fœminis tempore proceſſionis tranſire per clauſtra Religioſorum, quando talis proceſſio tranſit per eorum clauſtra: ſic etiā quando in eorum clauſtra celebrentur Miſſæ publicæ in aliqua Capella ibi exiſtente. Vel ſi in clauſtro celebrentur aliquando diuina officia publica, vel habeatur concio, vel defunctorum exequiæ, & huiuſmodi: nam huiuſmodi caſus in præfata conſtitutione Pij V. excipiuntur: Ità Bonac. lib. cit. à nu. 7. vſque ad 12. Non poſſunt tamen admitti ad videndam comediam, ſiuè Diſputationem, quæ aliquando in clauſtris Religioſorum fiunt.

Quando in clauſtris celebrentur Diuina officia.

Pius V. Bonacina.

17 *Tempore concurſus populi in Eccleſia.*

Similiter etiam dicimus, quod quando in Eccleſia eſt talis populi concurſus, vt fœminæ commodè ingredi Eccleſiam non poſſint, vel egredi ex ea, niſi tranſeant per eorum clauſtra, tunc in caſu permitti licitè poteſt etiam fœminis talis ingreſſus, ſiuè egreſſus per clauſtrum, dummodo non diuertant ad alia loca interiora Conuentus, ſeu Monaſterij: prout declaratum fuit ab Alexand. Cardinali Cribello de mente Summi Pontificis Pij V. facta ſibi tali declaratione viuæ vocis oraculo; die 26. menſis Ianuarij 1568. Quæ declaratio refertur à Steph. Quaranta in ſumm. Bullar. Verbo Monaſteria, & Conuentus col.3. pag.292. concordant Rodriq. to. 3. qq. reg. q.48. A.3. & Bonac. tom.3. de clauſur. q.5. p.4.nu.6. & 11.

Limitatio. Declaratio Cardinalis Alexandri Cribelli.

Quaranta. Rodriquez. Bonacina.

18 *An ſi Prælatus faciat proceſſionem ad talem finem?*

Quæritur quartò, An ſi Prælatus Religionis, ſiuè ſuperior Conuentus aliquando data opera ordinauerit proceſsionem tranſire per clauſtra Monaſterij, ſiuè Conuentus, vt tali occaſione fœminæ clauſtrum Conuentus ingrediantur propter ipſarum ſatisfactionem, & complacentiam: An peccet, & pœnas admittentium fœminas intra clauſtra incurrat?

19 *Reſolutio. Peccat m. ſed non incidit in pœnas.*

Reſpondetur (ſequendo communiorem ſententiam) huiuſmodi ſuperiorem grauiter quidem peccare abutendo vſum poteſtatis, ideòque dignum eſſe pœna infligenda: non tamen affici penis illatis à Summis Pontificibus: & Ratio huius eſt, quia in caſu dictus ſuperior non admitteret illicitè fœminas intra clauſtra in caſibus non conceſſis, nam ratione proceſſionis, vel diuinorum officiorum hoc eis conceſſum eſt: & quamuis Prælatus hoc faciat maliti̇oſè; inſtituta tamen proceſſione, tunc fœminæ licitè ingredi poſſunt ſine excommunicatione, & per conſequens talis Prælatus, qui ad hunc finem proceſſionem ordinauit non eſt excommunicatus licèt grauiter peccet. Ità Coriolanus de caſib. reſer. p.2. caſu 3. num.34. & Bonac. loc.cit.nu.14.

Ratio aſſertionis.

Coriolanus. Bonacina.

20 *An ſi diutius, quam par eſt, commoràdo peccet.*

Quæritur quinto, An quando aliqua fœmina iuſtam habuit cauſam ingrediendi religioſorum Conuentum finita cauſa propter quam eſt ingreſſa: ſi diutius commoretur tranſeundo ad videndum totum Conuentum incidat excommunicationem, latam contra fœminas ingredientes clauſuram conuentus?

Reſolutio. Peccat non incurrit tamē in excommunicationem.

Reſpondetur Negatiuè: & ratio huius eſt, quia excommunicatio eſt impoſita contra mulieres ingredientes illicitè, non verò contra ibi diutius, quàm par eſt commorantes: licèt enim in caſu talis mulier non excuſetur à peccato diutius in clauſura commorando, vel vlterius progrediendo: pœnā tamen excommunicationis non videtur incurrere, quia excommunicatio lata eſt contra fœminas præſumentes ingredi religioſorum Conuentus, non autem contra immorantes, & loca Conuentus curioſe aſpicientes.

Ratio aſſertionis.

21 *Religioſi comittantes mulieres ad loca non conceſſa incidunt in pœnas.*

Verum eſt tamen, quod Religioſi conuentus, qui mulieres comitarent ad eum Monaſterij locum, ad quem præfatæ mulieres accedere non liceat, peccarent mortaliter, & excommunicationem, aliaſque pœnas contra introducentes mulieres in clauſuram Monaſterij incurrerent, quia in caſu dicerentur mulieres admittere in loca clauſtri contra Sanctiones Pontificias, quod eſt illis prohibitum ſub pœna cenſuræ excommunicationis.

22 *Idem dicendum eſt de fœminis ingredientibus in locis non permiſſis.*

Quod etiam idem dicendum videtur probabiliter de fœminis, quæ cauſa proceſſionis, ſiuè audiendi Miſſam, aut diuina officia intra clauſtra religioſorum, ſiue cauſa tranſiendi per clauſtrum propter multitudinem populi: Si deindè ad interiora loca progredientur, nam tunc dicerentur verè ingredi clauſuram Conuentus non conceſſam contra conſtitutiones Pontificias, eò quod per talem ingreſſum ad loca non conceſſa violatur clauſura, ideòque in excommunicationem latam videntur incurrere: Ita Sanchez in ſum. lib.6. c.17.num.29. & Bonac. tom.3. de clauſ. q.5. p.4.num. 16.in fine. Et hæc de Violatione clauſuræ monialium, & Religioſorum ſufficiant.

Sanchez. Bonacina.

DE PVGNANTIBVS, SEV *Prouocantibus in Duellis.*

CAP. IV.

1 Tertia in ordine excommunicatio ſpecialiter Summo Pontifici reſeruata, à qua nullus Confeſſarius, etiam regularium abſoluere poteſt ſub prætextu cuiuſcumque conceſſionis, aut priuilegij hactenus quomodolibet conceſsi: iuxta litteras Sacræ Congregationis Cardinalium ſub forma Decreti ex mandato Clementis VIII. ſub die 26. Nouembris 1602. Eſt illa lata contra omnes, & ſingulas perſonas prouocantes, & pugnantes in duello publico, vel priuato in terminis Concilij Tridentini ſeſſ.25. de reformat. c.19. & iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. publicatam die 24. Decembr. 1582. quæ incipit: Ad tollendum.

Decretum Sacræ Congregationis.

Concil. Trid. Gregor. XIII.

De qua excommunicatione reſeruata ſpecialiter à nobis

Notandum.

a nobis diſcutiendum eſt in præſenti Capitulo, eò quod hæc duellorum materia faciliter apud mundanos homines, ſuadente Diabolo accidere poteſt, ideòque pro intelligentia eſt

2 Prouocatio dupliciter ſumi poteſt. Primò quo quacumque prouocatione

Primò Notandum: Talem excommunicationem latam eſſe à Summis Pontificibus contra prouocantes, & pugnantes in duello: Prouocatio autem (communiter loquendo) dupliciter ſumi poteſt: Vno modo pro quocumque inſultu, ſiuè aggreſſu facto contra aliquam perſonam, ſiuè verbis, quando quis iniurijs, & contumelijs prouocet aliquem ad iram, vt ille in ſimilibus vicem rependat: Vel factis quando quis aliquem armis aggreditur, vt ille ſimiliter ſe defendat ad inuicem pugnando.

3 Secundò modo pro duello propriè dicto

Secundò modo magis propriè accipitur ly Prouocatio, quando quis accedit ad aliquem diſſidandum offerendo illi locum, & tempus duelli, ſeu certaminis, vel pugnæ inter ipſos faciendæ, & talis prouocatio appellatur duellum, quod dicitur Diffidamentum, ſiuè diſſidatio: eò quod duo procedunt ad pugnam, & ſingulare certamen, alter ex parte vna, & alter ex parte altera deueniunt ad pugnam ad inuicem dimicantes, quouſque alter alterius mortem, ſiuè vulnus præſiliat: & ita accipitur in caſu, de quo in præſenti loquimur.

4 Neceſſe eſt vt inde ſequatur pugna, vt ſit duellum.

Verum eſt tamen, quod iſta prouocatio ſimpliciter facta vel verbis, vel factis non facit caſum, niſi inde ſequatur pugna, ideòque additur, Et pugnantium in duello: vtrumque enim requiritur ad contrahendam excommunicationem: prouocatio Videlicet, & pugnatio inde ſequuta: Si autem ad locum destinatum pugnaturi accerſerint, & ibi impediti ab alijs pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſtetit quin realiter pugnaſſent ad inuicem ſecundum conſtitutionem Gregorij XIII. ſupra citatam incidunt in excommunicationem reſeruatam, latam contra duellantes.

Si per ipſos non ſtetit, vt ſequatur inci dunt.

5 Notandum 2. Duelli vox Etymologia.

Notandum ſecundò quod Duellum eſt vox compoſita ex duabus dictionibus, Videlicet duo, & bellum diciturque per ſyncopen Duellum, quaſi duorum bellum, ideſt ſingulare certamen inter duos, ideoque in Iure appellatur Monomachia, quæ vox componitur ex dictione Græca μόνος ideſt vnus, & μάχη ideſt pugna, quaſi certamen, ſiue pugna ſingularis inter duos, vnius cum altero, vel ſingulare certamen, quãuis etiam ſi eſſent plures ex vtraque parte æquales, vt duo, & duo: quinque, & quinque hinc indè inter ſe decertantes, quamuis duellum ordinariè fieri ſoleat inter duos vnus contra vnum, propterea appellatur Monomachia: vt ait Gloſſa in Can. Monomachia 2. qu. 5. Ita Graff. de caſib. reſeru. lib. 1. cap. 7. num. 4. Filliuc. tom. 1. tract. 15. ca. 5. num. 10. & Bonacina tom. 1. de excommunicat. D. 2. quæſt. 6. p. 2. num. 1.

Monomachia quid ſignificet, & Vnde dicatur.

Gloſſa. Graffius, Filliucius. Bonacina.

6 Notandum 3. Monomachia accipitur dupliciter largè, & ſtrictè.

Notandum tertiò quod Duellum, quod dicitur Monomachia, duobus modis accipi poteſt: Vno modo largè, & communiter pro quocumque armorum certamine, inter duas partes quomodocumque fiat, ſiue ex permiſſione Iuris, ſiuè contra Ius, ſufficit enim ad rationem duelli, quod fiat inter duas partes æquales: Secundo modo accipitur propriè, & ſtricto modo pro pugna deliberata inter duos, vel plures pari numero ex condicto: hoc eſt, ex conuentione ſpontanea vtriuſque partis cum determinatione loci, & temporis, vſque ad effuſionem ſanguinis alterius partis, & de iſto duello nos in præſenti loquimur, de quo loquuntur Tridentinum, & Conſtitutiones Pontificiæ, contra quos decertantes, & conſentientes inflicta eſt pœna excommunicationis latæ ſententiæ reſeruatæ Apoſtolicæ Sedi.

Monomachia propriè dicta quid ſignificet.

7 Definitio duelli propriè dicti.

Vt autem hoc duellum prohibitum melius intelligatur ita poſſumus definire, dicentes: *Duellum eſt ſingularis pugna deliberata ex vtraque parte ſpontè, & ex condicto ideſt pacto inuicem inito ſuſcepta cum periculo occiſionis, vulneris, ſiuè mutilationis membrorum alterius, ſiuè vtriuſque partis.* Ita Salonius in 2. 2. q. 3. A. 3. cont. 3. & colligitur ex conſtitut. Gregor. XIII. & Clementis VIII. infra citandi. Ita Bonacina, & Filliucius & Graffius, locis ſupra citatis, ſequiturque Eligius Baſſeus in florib. mor. Verbo Duellum num. 1. alijq; communiter.

Salonius. Filliucius. Graffius. Baſſeus.

8 Tria requiruntur in ratione duelli propriè dicti.

Ex quo ſequitur, quod tria requiruntur ad rationem duelli prohibiti propriè dicti. Primò quod ſit pugna inter duos ſpontè, & deliberatè ſuſcepta: Secundò quod fiat ex condicto, ideſt ex conuentione ſpontanea vtriuſque partis, & tertiò cum manifeſto periculo occiſionis, & effuſionis ſanguinis alterius partis, quarum ſi altera pars deficiat non dici poteſt duellum propriè dictum, mediante quo inciditur in excommunicationem reſeruatam Summo Pontifici.

9 Notandum 4. Duellum omni Iure prohibitū eſt.

Notandum quartò, quod ad deteſtandum duellorum abuſum, fabricante Diabolo in orbe terrarum introductum contra leges diuinas naturales, & humanas: præter leges ciuiles duellorum certamina prohibentes, & damnantes: vt in leg. Vnica de Gladiatoribus lib. 11. & C. de conductoribus, & Procur. lib. 12. leg. 1. & alibi In Iure Eccleſiaſtico primo facta fuit inhibitio à Iulio II. anno Domini 1509. conſt. 19. quæ incipit: Regis pacifici, Poſtea Leo X. in alio motu proprio promulgato anno 1519. Conſtit. 31. quæ incipit. Quam Deo, & hominibus; eamdem Conſtitutionem ampliauit, ac confirmauit, quod etiam fecit deindè Clemens VII. & Pius IV. anno 1560. Conſtit. quæ incipit: Ea quæ, omnes conſtitutiones prædictas contra Bellantes in duello, ac ſpectantes, & conſulentes, ſiuè conſentientes excommunicauit alijſque pœnis obſtrinxit.

Lex Vnica de Gladiatoribus. Lex 11. & lex 12. Iulius II. Leo X. Clem. VII. Pius IV.

10 Conc. Trid. Gregor. XIII. Clem. VIII.

Poſtmodum Trident. Concil. ſeſſ. 25. cap. 19. de Reformat. eaſdem innouauit, & extendit etiam ad Reges, & Poſtremum Greg. XIII. anno 1582. Conſtit. quæ incipit: Ad tollendum, & tandem Clemens VIII. Conſtit. 11. quæ incipit: Illius vicesq; edita anno Domini 1592. omnes prædictas Conſtitutiones Apoſtolicas confirmauit, extenditque ad omnes tam duellantes, quàm permittentes, conſulentes, & adiuuantes, ac ſpectantes, & conſentientes, quos omnes, & ſingulos æterna maledictione maledixit, excommunicauit, & anathematizauit, alijſque pœnis inflixit.

11 Notandum quintò. Concil. Trid. extendit excõmunicationẽ ad Reges, & Imperatores.

Notandum quintò quod Conſtitutiones Pontificias editas ante Trident. Conc. non excommunicabant Reges, & Imperatorem duellum in eorum ſtatibus fieri permittentes: ideoque Patres Concil. Trident. ad exterminandum penitus tale deteſtabile ſcelus inter Chriſtianos extendunt dictam excommunicationem, aliaſque pœnas latas contra duellantes, eorumque fautores, etiam ad Reges, & Imperatorem, omneſque potentatos cuiuſcumq; eminentiæ, & poteſtatis.

12 Concil. Trid. Loquitur de Duellis publicis, & ſolemnibus. Primò excõmunicat Reges permittentes. Secũdò Duellantes Patrinos, & conſiliarios.

At quoniam Trident. Concil. ſolùm loquebatur de duellis publicis, & ſolemnibus, quæ fiunt cum patrinis, & chartulis cum conceſſione loci ad duellandum, quæ ſunt tria, quæ requiruntur ad duella publica: vt patet ex dictis ipſius Concilij; nam primò excommunicat Imperatores, ſiuè Reges, alioſq; quoſcumque nomine dominos temporales, qui locum ad Monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, alioſque priuat dominio, ac iuriſdictione: Secũdò excommunicat committentes pugnam,

corum-

Digitized by Google

Tertio ſuadentes, & ſpectantes.

eorumque Patrinos cum amiſſione omnium bonorum, ac perpetua infamia: & tertiò eos qui eiuſdem conſilium in cauſa duelli dederint, vel ad id ſuadentes, nec non ſpectatores, eodem excommunicationis, ac perpetuo maledictionis vinculo ligat, pugnantes verò, qui in ipſo conflictu deceſſerint Eccleſiaſtica ſepultura priuantur, quare manifeſtè colligitur, quod Concilium de Duellis ſolemnibus loquitur.

13 Gregor. XIII. ampliauit ad quodcumque duellum ſiuè publicum, ſiue priuatum.

Qua propter poſtea: Gregorius XIII. in dicta Conſtit. quæ incipit: Ad tollendum anno Domini 1582. extendit, & ampliauit Decretum Tridentini ad duella etiam priuata: hoc eſt ad omnes, qui non ſolum publicè cum ſolemnitatibus, ſed etiam priuatim ex condicto, ſtatuto tempore, & loco conuento ſingulare certamen inter eos commiſerint, ſi cum effectu fuerit ſecuta pugna, vel etiam ſi ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerint, & impediti ab alijs pugnam non commiſerint, dummodo per ipſos non ſteterit, quo minus pugna eſſet commiſſa: Quare in prohibitione abſolutionis dictæ excommunicationis contractæ poſita fuerunt illa verba à Clemente VIII. *In terminis Conc. Trident, & constitutionis Gregorij XIII.*

Ideò additur in terminis Trid. & Greg. XIII.

14 Concluſio. Senſus verborum Decreti Sacræ Congregationis.

Quare breuiter concludendo dicimus, quod Ad incidendum in caſum ſufficit alterum tantum, ſiuè prouocatio, & pugna fiat in duellis ſolemnibus, ſiuè priuatis, ideoque ſenſus verborum eſt, quod omnis, & quicumque aliquem ad pugnandum in Monomachia diffidauerit, ſiue in terminis Concilij, quod loquitur de ſolemnibus duellis, ſiuè priuatis voluntarie ex condicto ſtatuto loco, & tempore, iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. ſunt ipſo facto excommunicati, quorum abſolutio tantummodò reſeruata eſt Summo Pontifici, non obſtantibus quibuſcumque conceſſionibus à Summis Pontificibus confeſſarijs quibuſcumque conceſſis, quas omnes Clemens VIII. reuocauit, Ita Suarez de cenſ. D. 3 ſect. 4. nu. 48. Clauis Regia lib. 7. cap. 13. num. 11. Graffius lib. 1. de caſib. reſer. c. 7. n. 12. Floronus lib. de Duello cap. 2. Peregrin. de Duello q. 18. Filliuc. tom. p. tr. 15. c. 5. n. 193. Bonac. tom. p. de cenſ. D. 2. q. 6. p. 2. à nu. 10. & infra, ſequiturque Baſſeus; in florib. mor. Verbo Duellum nu. 8.

Suarez. Clauis Regia. Graffius. Floronus. Peregrinus. Filliucius. Bonacina. Baſſeus.

15 Inferentia.

Ex quo ſequitur, quod: Prouocantes, & pugnantes in duello publico, ſiue priuato proprie dicto grauiter peccant non ſolum contra Ius diuinum poſitiuum, & naturale: eò quod in huiuſmodi pugnis, & diffidationibus, vt plurimum exponitur manifeſto periculo vita propria, & alterius proximi aliquando innocentis; faciliter enim contingere poterit, quod ſanguis innocentis contra ordinem iuſtitiæ effundatur, quod eſt intrinſecè malum contra Ius naturæ, & diuinum: præcipiens, vt humanus ſanguis innoxius non fundatur. Verum etiam fit contra Ius Canonicum, & contra ſanctiones Pontificias prohibentes vſum duelli ſub pœna æternæ maledictionis, & excommunicationis, latæ ſententiæ, & Summo Pontifici reſeruatæ, in quam etiam excommunicationem aliaſque pœnas incidunt omnes, & ſinguli permittentes concedenteſque locum pugnæ conſulentes, fautores, adiuuantes, protegentes, & ſpectantes, qui omnes declarantur infames, & excommunicati, vt patet ex prædictis conſtitutionibus Pontificijs, & ſpecialiter Tridentini, & Greg. XIII. & Clementis VIII.

Peccant contra Ius diuinum.

Contra Ius Canonicum.

Incidunt omnes in excommunicationē reſeruatam.

16 In quibus caſibus excuſantur duellātes à pœnis inflictis.

His ergo poſitis, & declaratis, diſcutiendi ſunt aliqui caſus, in quibus pugnantes aliquandò excuſantur ab excommunicatione incurrenda, alijſque pœnis contra duellantes, inflictis: Nam cum Duellum propriè dictum ſit ſingularis pugna deliberata ab vtraque parte ex condicto ſuſcepta, & voluntariè cum periculo occiſionis, aut effuſionis ſanguinis vtriuſque, ſiue alterius partis, vt colligitur ex diffinitione duelli ſupra aſſignata, ſequitur,

Bellum non eſt duellum.

Primò. Bellum non eſſe duellum propriè dictum, eò quod non eſt ſingulare certamen, neque in bello ſeruatur conditio ſingularis certaminis ex condicto, vel idem perſonarum numerus ex vtraque parte, ſicut ſeruatur in duello, in quo vel vnus contra vnum, vel duo contra duos, aut quinque contra quinque ad inuicem decertare ſolent.

Bellum particulare, ad ſedandas diſcordias exercituum non eſſe duellum.

Secundò ſequitur: Illos conflictus, qui aliquando fieri ſolent in bellis, quando videlicet aliquis dux mittit in arenam decem milites contra alios decem ad ineundum cum eis ſingulare certamen, non eſſe proprie duellum, ſed partem belli, publica auctoritate ſuſcepti ob commune bonum, vt illo peracto, ceſſet vniuerſale certamen: quia in tali caſu permittitur exponi poſſe aliquorum vitæ periculum, ad ſedandos duos exercitus, vt indè ſequatur concordia, ſiue pax inter vtramque partem oppoſitam: Ita Azor. tom. 3. lib. 2. c. 5. q. 3. Tolet lib. 5. c. 6. Sanchez in ſum. lib. 2. c. 36. n. 16. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 6. p. 2. n. 11. & alij.

Azorius. Toletus. Sanchez. Bonacina.

18 In quib. caſibus tale certamen eſſet illicitum.

Verum eſt tamen: Tale conflictum eſſe illicitum quando fieret cauſa oſtentationis virium, ſiuè inanis gloriæ, & abſque iuſta cauſa, eò quod in tali caſu exponeretur periculo mortis vita aliquorum militum, ex quorum morte victoria non dependet: prout dicunt Valentia tom. 3. D. 3. & Clauis Reg. lib. 7. c. 13. n. 16. Peregrin. de Duello q. 2. & Lucas Floronus c. 3. de Duello.

Valentia. Clauis Regia. Peregrinus. Floronus.

19 Milites in acta coleræ diffidantes ſe, & concertantes, non incidunt in excommunicationem.

Tertio ſequitur, Milites, ſiue alios, qui ob priuatas inimicitias ſe ipſos diffidant, & prouocant ad pugnandum, & euaginatis, diſtrictiſque enſibus alter alterum occidit, ſiue vulnerat, ſi hoc non fiat ex condicto cum aſſignatione loci, & temporis, non dici propriè committere duellum, nec incidere in pœnas contra pugnantes in duello inflictas, eò quod tale certamen ſpeciale caret conditionibus requiſitis ad rationem duelli propriè dicti, non enim eſt aſſignatio loci, & temporis ex conuentione præmeditata, & pacta: Ita Floronus de Duello c. 1. & 2. Graffius lib. 1. de caſib. reſeru. c. 7. nu. 18. alijque communiter.

Floronus, Graffius.

20 Quotieſcumque adeſt aſſignatio loci, & temporis ex condicto, habet rationem duelli.

Secus autem dicendum eſt de aliquibus inimicis, qui ſe obuiam habentes diffidunt, ſe in tali loco pugnaturi, qui ſtatim tendunt, & ibi pugnant ad inuicem quouſque alter decidat; tunc enim excommunicationem incurrerent, eò quod in caſu adeſt aſſignatio loci, & temporis præſentis (vt ſupponitur.) Quare quando vnus dicit alteri. *Veni ad talem locum deſtinatum, ibi te expecto*, videtur incidere in pœnas taxatas contra duellantes, ſicuti etiam incidit, quando alter inimicus diffidatus caret enſe, illique dicat; *Vade in domum tuam accipe enſem, ſiuè arma, vt in tali loco faciamus ſingulare certamen: ibi te expecto*, eò quod in caſu facta eſt diffidatio ex condicto cum aſſignatione loci, & temporis præſentis, niſi aliquando huiuſmodi excuſari poſſent, quando talis prouocatio facta fuiſſet ex motu ſubitaneæ iræ in primis motibus iracundiæ, & non aduerterent, quod tale eſſet diffidamentum prohibitum in Iure. Ita Sanchez in ſum. lib. 2. c. 39. n. 28. & Filliuc. to. p. de excomm. tr. 15. c. 5. nu. 112. & Bonac. & Baſſeus locis ſupra citatis Quidquid dicat Graffius loc. cit. num. 22.

In quibus caſibus poſſet dari excuſatio.

Sanchez. Filliucius. Bonacina. Baſſeus.

21 Alij caſus excuſantes.

Si verò hoc faciat ad euitandam loci irreuerentiam, aut ſuum periculum, eò quod dicit inimico

iij

in Eccleſia exiſtente, & ibi ad pugnandum prouocanti; *Iſte non eſt locus pugnæ ex inde, quod tibi reſpondeam*, ſi hoc dicat ad ſeruandam loci reuerentiam non videtur in excommunicationem incidere: Similiter etiam: Si talis inimicus eſſet in loco ſibi periculoſo, vbi haberet multos famulos, & comitatũ, ideòque dicat illi prouocanti ad pugnam: *Relinque comitatum, & pugnemus ad inuicem ſoli.* Et hoc faciat, vt effugiat periculum: tunc non incideret in pœnas in duello pugnantium, quia in caſu non deſtinatur locus pugnæ, ſed ſolum intenditur euitatio periculi, vel loci irreuerentia: prout dicunt Filliuc. d. tr. 15. cap. 5. num. 111. & Floronus lib. 1. de Duello ca. 1. & Bonac. loc. cit. num. 6.

Alius caſus excuſans. — *Filliucius. Floronus. Bonacina.*

22 Similiter dicendum eſt, quando aliquis nobilis perſona diffidata eſſet per litteras ad faciendum ſimul ſingulare certamen. Si talis diffidatus non habeat verum intentionem faciendi realiter duellum, ſed illi reſpondeat: *Præpara locum certaminis, in terris Chriſtianorum*, cum intentione, vt indè certamen non ſit faciendum, ſperans Principes Chriſtianos hoc non permittere in ſuis terris, ſicut permittere non poſſent, vel ſperans, quod mediantibus perſonis interpoſitis pro pace vtrinſque indè non eſſet ſequenda pugna, tunc non incideret in excommunicationem, quia non intendit verè facere pugnam, ſed vitare periculum ſibi imminens.

Alius modus non incidẽdi in excommunicationẽ valdè notandus.

23 Quartò ſequitur Duellum non eſſe Ludricum, quod dicitur: Scrima, nec Ludum Troianum, neque Haſtiluchum, & huiuſmodi actiones, quæ per modum duelli cauſa ioci fieri ſolent in feſtis baccanalibus: eò quod talia facientes non verè pugnant inter ſe, ſed tales actiones faciunt ioci, vel exercitij cauſa. Vnde neque ipſi talia facientes, neque ſpectatores ſunt excommunicati, cum non ſit vera Monomachia, ſed ſimulata: Similiter nec etiam ſunt duella, quæ inſtituta ſunt ad diſcendam artem militarem, quæ omnia non ſunt illicita, maximè quando fiunt cum debita cautione, & non ſit euidens periculum occiſionis, ſiuè mutilationis membrorum; prout dicunt Salonius in 2. 2. qu. 64. A. 3. cont. 3. Bonac. de Cenſ. D. 2. qu. 6. p. 2. num. 9. Filliuc. tomo primo tract. 15. ca. 5. num. 107. & Baſſeus Verbo Duellum num. 1.

Scrima, ludus Troianus, Haſtiludium nõ ſunt duella. — *Salonius. Bonacina. Filliucius. Baſſeus.*

24 Quintò ſequitur: Mulieres inter ſe rixantes, non ſolùm verbis, & iniurijs contumelioſis, verumetiam pugnis, euulſione capillorum, & huiuſmodi etiam cum diffidamento facto ex condicto cum aſſignatione loci, & temporis ad huiuſmodi rixas inter ſe faciendas non incidere in talem excommunicationem, quod idem dicendum eſt de Viris, ſine alijs inſtrumentis non periculoſis, eò quod tales concertationes non fiunt cum periculo mortis, aut mutilationis membri: prout dicunt Filliuc. & Bonacina, & Baſſeus locis ſupra citatis.

Mulieres, & homines concertantes pugnis, ſiuè baculis non incidunt in excõmunicationẽ. — *Filliucius. Bonacina. Baſſeus.*

25 Dubium tandem de ſpectatoribus duelli ſoluendum remanet: An huiuſmodi ſpectatores ſemper incurrant excommunicationem reſeruatam, aliaſque pœnas, inflictas contra ſpectantes à Concilio, & Decretis Pontificijs?

Dubium de ſpectatoribus duelli.

Reſpondetur Tridentinum Concilium excommunicaſſe non ſolùm pugnantes in duello: verum etiam omnes, & ſingulos ſpectatores & teſtes, protegentes, excitantes, & conſentientes: quare omnes curioſi ſpectatores, qui ex condicto ſe offerunt certaminis ſpectatores, videntur eſſe quaſi fautores, & excitantes duellantium, ex tacita illorum conſentione: nam pugnantes in duello valdè excitantur ad pugnam ſpe victoriæ coram illis aſpicientibus, & mens Concilij fuit auertere à ſpectandis duellis eos quorum aſpectu pugnantes ad fortiter certandum animantur, & excitantur, ideòque huiuſmodi excommunicantur ſicut, & ipſi certantes, adiuuantes, protegentes, & conſentientes.

Mens Decreti Trid. Conc. — *Quare ſpectatores excommunicantur.*

Verum tamen eſt: quod ſi quis caſu fortè ſe inueniat in loco duelli, aut in illum incurrat ſuum iter agens: Ideò, qui illius duelli conſcius tendit in eum locum ſolum ex curioſitate; gratia videndi ſpectaculum, & ea quæ illic geruntur, & ponit ſe in loco remoto ad videndum per cancellos: non incurrit in pœnas inflictas contra ſpectatores ſimpliciter, cùm talis curioſitas non ſit damnata à Concilio: nam huiuſmodi aſpicientes ſunt per accidens, & non dicuntur per ſe ſpectatores cum non per illos promoueatur duellum, neque perficiatur, ideòque non ſubijciuntur pœnis, & excommunicationibus latis contra ſpectatores propriè dictos. Ita Filliuc. tom. 2. tract. 29. cap. 8. num. 177. Hurtadus de Mendoza in 2. 2. tom. 2. D. 170. ſect. 21. §. 192. Leſſius de Iuſt. lib. 4. cap. 4. d. 9. num. 83. Bonac. tom. 1. D. 2. qu. 6. p. 1. num. 10. Floronus lib. de Duello cap. 13. nu. 2. Et hæc de excommunicatione reſeruata ratione Duelli dicta ſufficiant.

26 *In quibus caſibus ſpectatores duelli excuſantur ab excommunicatione.* — *Filliucius. Hurtado. Leſſius. Bonacina. Floronus.*

DE SIMONIA REALI, ET Confidentia beneficiali, ſcienter contracta.

CAP. V.

EXcommunicatio Quarta in ordine, de qua in principio præſentis Tractatus inſtituimus agere, cuius abſolutio eſt tantummodo Summo Pontifici reſeruata, niſi pœnitens eſſet in mortis articulo conſtitutus: Eſt illa, quæ contrahitur propter Sacrilegum, & infeſtiſſimum ſcelus Simoniæ realis, ſcienter contractæ, cuius cognitio, vt è fidelium mentibus extirpetur admodum neceſſaria eſt, eò quod in tale vitium faciliter deſcendentes ab Adam propter fragilitatem humanæ naturæ pronæ, & malè affectæ ſæpè ſæpius incidere ſolent: (Faxit Deus, quod multi Prælati, & ſpirituales perſonæ in tale ſcelus miſerabiliter non incidant.) Ideòque de ipſa in præſenti Capitulo ſpecialiter aliquid dicere operæ pretium eſſe exiſtimaui, ea tamen claritate, & breuitate, qua ſecundum inſtitutum noſtrum ex Theologorum, & Canoniſtarum doctrina compilare, & colligere poterimus.

1 *Introductio præſentis Capituli.*

Vt igitur à nominis Etimologia incipiamus eſt Primò ſciendum: Simoniæ nomen deductum eſſe ab illo Simone Mago, qui primus in nouo teſtamento in ipſo principio naſcentis Eccleſiæ tali crimine fuit infectus; Videns enim quod per impoſitionem manus Apoſtolorum deſcendebat Spiritus Sanctus viſibiliter ſuper baptizatorum capita: Iniqua cogitatione motus obtulit pecuniam ad pedes Apoſtolorum, dicens: *Date, & mihi hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero manus recipiat Spiritum Sanctum: Cui reſpondens Petrus dixit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere: In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe*: prout in Actib. Apoſtol. cap. 8. legitur.

2 *Simoniæ nomen vndè deriuatum eſt.* — *Iniquitas Simonis magi.* — *Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ.* — *Acta Apoſt. cap. 8.*

Ex quo factum eſt, quod homines tali vitio infecti per anthonomaſiam appellentur Simones, ſiuè Simoniaci, eò quia in dicto Simone non ſolum ipſum vitium damnatum fuit, verum etiam radix eius, quæ eſt auaritia, & ambitioſitas ſacrilega contra reuerentiam, & exiſtimationem debitam rebus Sacris, commutando illas per res caducas, & temporales, ideòque Simonia ex ſuo genere peccatum mor-

3 *Quare appellantur Simoniaci.*

Digitized by Google

mortale ſacrilegij eſt: opponitur enim Religioni Chriſtianæ, quatenus fit iniuria rebus ipſis Sacris, & ipſi Deo à quo bona cuncta procedunt.

4 Grauitas peccati Simoniæ quæ. Sacri Canon. 1. q. 1. 3. & 7.

Grauitas autem huius criminis patet ex natura ipſa rei, & ex auctoritate Sanctorum Patrum, & Conciliorum, quorum dicta referuntur in Sacris Canonibus, 1. q. 1. 3. & 7. & alibi: in quibus dicitur: *Omnia crimina præter Simoniacam hæreſim, quaſi pro nihilo reputari*; eſt enim turpiſſimum lucrum puniendum ad inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis: cùm ſit peſtis periculoſiſſima, quæ facilè diffunditur, & inficit Eccleſiam Dei militantem; prout notauit Filliucius tom. 3. de Simonia trac. 45. cap. 5. num. 121. & Graffius libro primo de caſib. reſeru. cap. 7. num. 15.

Filliucius, Graffius.

5 Quomodo cõmittitur peccatum Simoniæ.

Committitur ergo tale crimen à fidelibus, quando ambitiones Eccleſiaſtica beneficia, ſpiritualeſque poteſtates mediantibus pecunijs, ſiue alijs rebus temporalibus emunt, ſiuè vendunt, ſiue alio quocumque modo directè, vel indirectè commutant res ſacras, ſiue ſpirituales pro temporalibus. Quare malitia talis ſceleris eſt intrinſeca tali vitio, quæ ex natura rei amoueri non poteſt: Eſt enim Simonia contra Ius diuinum naturale, eò quod natura ipſa, lumine fidei edocta naturaliter quodammodo cognoſcit dona Dei, cuiuſmodi ſunt res ſpirituales, diuina officia, & Eccleſiaſtica Sacramenta, & Sanctorum reliquias, cœteraque ſimilia ad cultum Dei ſpectantia, ſanctè eſſe tractanda, nec in temporales contractus deducenda: Ideoque probabiliſſimum eſt in Simonia non dari peccatum veniale ex leuitate materiæ, niſi inaduertentia, vel ignorantia iuſta ſit in cauſa, habente admixtam venialem negligentiam; prout dicunt Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 1. num. 7. & Filliucius tom. 3. de Simon. trac. 45. ca. 1. num. 13. ſequiturque Baſſeus in floribus mor. Verbo Simonia 1. num. 1. alijque communiter.

Malitia huius ſceleris eſt illi intrinſeca. Eſt cõtra Ius diuinũ naturale. In Simonia non datur paruitas rei ratione materiæ. Suarez. Filliucius. Baſſeus.

6 Simonia triplicitur Mentalis: conuentionalis, & Realis.

Hæc autem Simonia tripliciter diuidi ſolet, quarum vna dicitur Mentalis, altera Conuentionalis, & tertia dicitur Realis: Simonia Mentalis conſiſtit in interno propoſito, & voluntate merè interna dandi, vel recipiendi res ſpirituales mediante pretio aliquo temporali, quæ ſecundum D. Thomam in 4. D. 25. & 22. quæſt. 100. ita diffiniri poteſt: *Simonia mentalis eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi pretio temporali aliquod ſpirituale, vel annexum ſpirituali ſecundum ſe*: Et licèt aliquando aliquis tali voluntate, & intentione Simoniaca extrinſece munera offerat, celando tamen talem ſuam intentionem, talis etiam dicitur committere Simoniam mentalem, quia licet faciat actum externum, actus tamen internus Simoniæ non apparet exterius: vt colligitur ex c. Tua nos, & c. Vltimo de Simonia.

Mẽtalis quę. D. Thomas. Diffinitio Simoniæ mentalis. c. Tua nos. c. Vltimo de Simonia.

7 Simonia mẽtalis nõ ſubijcitur pœnis Eccleſiaſtic.

Ex quo ſequitur, quod Simonia mentalis vtroque modo accepta, ſiuè purè interna, ſiuè mixta, eo modo, vt ſupra declaratum eſt, cùm non ſit realis per actum externum declarata, non ſubijcitur pœnis contra Simoniacos ab Eccleſia taxatis, eò quod Eccleſia non excommunicat Simoniacos mentales, ſed conuentionales, & reales, ſequuto effectu: Non enim Eccleſia iudicat, nec punit internas cogitationes, ſed ſolummodo actiones externas. Verum eſt tamen, quod incidit in peccatum mortale conſummatum per actum voluntatis: nam Deus cognoſcit omnes cogitationes cordis: prout colligitur ex c. Cogitationis pœnam de Pœnit. D. 1. Ità Soto libro de Iuſtit. lib. 9. cap. 9. quæſt. 8. numero primo Azorius 3. part. lib. 12. cap. 1. de Simonia; & cap. 2. quæſt. 1. Nauarr. cap. 23. num. 102. Bonacina tom. 3. de Simon. qu. 2. num. 3. & Graffius lib. 1. de caſib. reſer. cap. 9. num. 2.

Eccleſia non iudicat de internis. Eſt tamen mortale peccatum. c. Cogitationis. Soto, Azorius. Nauar. Bonacina. Graffius.

8 Simonia conuentionalis quæ.

Simonia Conuentionalis, eſt illa, quando non ſolum adeſt internum propoſitum Simoniacum, verum etiam procedit ad externam conuentionem, & pactum commutandi rem ſpiritualem pro temporali, non ſequitur autem effectus, vel quia altera pars, ſiuè vtraque mutata voluntate diſſentit, & deſiſtitur antequam collatio fiat. Quæ conuentio poteſt fieri ſiuè factis, ſiuè verbis, ſiue expreſſis, & directis, ſiuè obſcuris, & obliquis, ſiue nutibus, & ſignis manifeſtantibus intentum Simoniacum commutandi, ſiuè acquirendi res ſpirituales, mediante pretio rei temporalis, quæ ità diffiniri poteſt: *Simonia conuentionalis, Eſt ſacrilegium, quod committitur in emptione, vel venditione, ſiue contractu quolibet conuentionali, commutatiuo, quo res ſpirituales, vt tales ſunt, pro rebus temporalibus commutari intenduntur*: Ita Suarez tom. 1. de Relig. cap. 1. num. 7.

Simonia conuentionalis quot modis fieri poteſt. Simoniæ conuentionalis definitioque. Suarez.

9 Simonia conuentionalis dicitur realis, ſed imperfecta, & incompleta.

Hæc autem Simonia conuentionalis dum non eſt opere executa, ſaltem ex vtraque parte, licèt ſit realis, non eſt tamen realis perfecta, ſed imperfecta, & incompleta, ideoque per eam non contrahitur excommunicatio, lata contra Simoniacos, quæ ſolùm contrahitur in Simonia reali, & perfecta ex vtraque parte contracta mediante conuentione facta, & opere executa. Ita Nauarrus d. cap. 23. num. 104. Graffius d. lib. 1. de caſib. reſeru. cap. 9. num. 4. Leſſius de Iuſtit. libro ſecundo cap. 35. d. 6. Bonacina tom. 3. de Simon. quæſt. 2. Sequitur Baſſeus ex noſtris in florib. moral. Verbo Simonia 1. numero 7.

Nauar. Graffius, Leſſius. Bonacina. Baſſeus.

10 Simonia Realis quæ.

Simonia Realis eſt illa, mediante qua traditur, vel recipitur res temporalis in pretium rei ſpiritualis ex pacto conuentionali facta, & effectu ſecuto ſaltem inchoatiuè, vt ſi collatio beneficij Eccleſiaſtici, ſiuè Sacramenti, ſiuè alterius rei ſpiritualis facta ſit, & pretium ſiuè pars pretij ſoluta, iuxta conuentionem factam tacitam, vel expreſſam implicitam, vel explicitam, ſaltem ſignis declaratam: Quare ad hoc, quod ſit Simonia realis perfecta requiritur executio operis, ideòque ad prædictam diffinitionem ſupra aſſignatam de Simonia conuentionali addendum eſt in fine, (*Opere ſubſecuta*,) per quam particulam reſtringitur diffinitio ad ſolam Simoniam realem, quæ propriè ad forum externum pertinet, quare, vt quis incidat excommunicationem latam contra Simoniacos, requiritur ſubſequutio operis mediante ſolutione, ſeu parte ſolutionis in pretium tacitum, vel expreſſum rei ſpiritualis. Ità Valentia tom. 3. D. 1. qu. 16. p. 5. Azor. 3. part. lib. 12. cap. 2. de Simon. Vgolinus de Cenſ. tab. 1. cap. 61. §. 1. & Nauarrus d. cap. 23. num. 104. Reginaldus lib. 23. num. 152. Filliucius tom. 3. de Simon. tract. 45. cap. 1. num. 3. in fine, & c. 10. num. 5. Bonacina de Simon. qu. 2. num. 5.

Ad Simoniã realẽ requiritur executio pacti conuentionalis. Reſtringitur definitio Simoniæ realis. Valentia. Azorius. Vgolinus. Nauarr. Reginaldus. Filliucius. Bonac.

11 Peccatum Simoniæ tripliciter fieri poteſt mediante manu, lingua, vel obſequio. Can. Saluator 1. q. 3.

Pretium autem, quod pro re temporali traditur, cuius traditione, & commutatione committitur Simonia, tripliciter fieri poteſt, vel mediante manu, vel lingua, vel obſequio; prout declarauit Vrbanus Secundus. Cuius auctoritas refertur in Can. Saluator 1. quæſt. 3. vbi ait Pontifex: *Quiſquis res Eccleſiaſticas, quæ dona Dei ſunt ab ipſo Deo gratis data, ideòque gratis donari debentur propter ſua lucra vendit, vel emit cum eodem Simone donum Dei poſſidere pecunia exiſtimat, quare qui eaſdem res ſpirituales, non ad quod inſtituta ſunt, ſed ad proprium lucrum, munere, lingua, vel obſequij, ſiuè pecuniæ largitur, vel adipiſcitur Simoniacus eſt*. Hæc ſunt verba Pontificis in-

Diſtinctio Simoniæ in munus à manu, à lingua, & ab obſequio.
Suarez.
Nauarrus.
Filliucius.
Bonacina.

in Canone: Quapropter communiter à Doctoribus fit illa triplex diuiſio materiæ Simoniacæ in Munus à manu, munus a lingua, & munus ab obſequio. Ità Suarez d. tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 38. num. 7. Nauar. cap. 23. num. 101. Tolet. lib. 5. cap. 84. num. 5. Filliucius de Simon. d. trac. 45. cap. 9. num. 12. & Bonacina de Simon. quæſt. 2. numero 2. cum alijs communiter.

12 Munus à manu quid ſit.
D. Thomas.
Suarez.

Notandum autem, quod per ly munus non intelligitur donum quodcumque liberale, & gratuitum, quod largiri ſolet ab hominibus cauſa amoris, ſiuè gratitudinis, ſed intelligitur quodcumque debitum iuſtitiæ commutatiuæ, quod datur in pretium expreſſum, ſiuè tacitum rei commutatæ: Vndè per munus à manu intelligitur non ſolum pecunia, quæ dicitur pretium, ſed etiam omnis alia res quæcumque ſit illa, tam mobilis, quam immobilis, etiam minima, quæ loco pretij exiſtimabilis eſt: Similiter etiam debiti remiſſio, ſiuè ſolutionis dilatio. Ità D. Thom. 2. 2. qu. 100. A. 5. Suarez d. lib. 4. ca. 40. num. 12.

13 Munus à lingua quid ſignificet.

Munus à lingua, accipitur pro quacumque actione facta mediante lingua: vt ſupplicationes interceſſiones in fauorem illius, quæ iure meritò ſub nomine muneris linguæ ſignificantur: Quare quæcumque laus, ſiuè adulatio, ſiuè preces pro aliquo interponendæ ex vi pacti expreſſi, ſiuè taciti, vt res ſpiritualis viciſſim conferatur: dicitur Munus à lingua, & poſſunt eſſe materia Simoniæ.

14 Quæ requiruntur, vt laudes habeant rationē Simoniæ.
D. Thomas.
Soto.
Leſſius.
Suarez.
Nauarrus.
Filliucius.
Azorius.
Layman.
Baſſeus.

Verum eſt tamen ad hoc, vt huiuſmodi actiones, ſiuè preces habeant rationem pretij; opus eſt, vt fiant ex pacto, inito inter collatorem, & recipientem explicitè, vel ſaltem implicitè, dum tamen ſigna ſint manifeſta: Si verò nullum pactum aliquando præceſſiſſet, vel ſi preces poſtulatæ non fuiſſent à collatore beneficij, ſeu rei ſpiritualis, tunc cenſentur factæ gratis, ideòque in caſu Simoniam non inducerent; eò quod in tali caſu non haberent rationem pretij ex defectu pacti, ſeu conuentionis non habitæ. Ità D. Thom. 2. 2. qu. 100. A. 5. Soto de Iuſtit. lib. 9. quæſt 7. cap. 3. Leſſius de Iuſtit. lib. 2. cap. 35. num. 118. Suarez tomo primo de Relig. libro 4. cap. 40. num. 12. Nauarrus cap. 23. num. 102. & 107. Filliucius d. trac. 45. de Simon. cap. 9. Azor. 3. part. libro 12. cap. 18. quęſt. 3. Layman libro 4. tractat. 10. c. Vltimo num. 25. & Baſſeus loc. cit. Verbo Simonia 2. num. 1.

15 Munus ab obſequio quid.
Suarez.
Syluester.
Filliucius.
Bonacina.

Munus ab obſequio denotat quodcumque opus hominis, conducens ad vtilitatem, ſeu commodum perſonæ conferentis beneficium: quare quæcumque obſequia, ſiuè ſeruitia alicui præſtita, vel præſtanda ſub obligatione conferendi beneficium Eccleſiaſticum, ſiuè Ordinem, ſiuè aliam quamcumque rem ſpiritualem: Quæ dicuntur munera ab obſequio, eò quod huiuſmodi obſequia temporalia ſunt pretio æſtimabilia: nam pretium tradi ſolet, vt tale obſequium, ſeu miniſterium temporale obtineatur, ideòque obſequium cadet ſub ratione pretij, & vocatur: Munus ab obſequio. Ità Suarez d. lib. 4. de Relig. cap. 39. num. 7. Syluest. Verbo Simonia q. 16. d. 4. Filliuc. d. trac. 45. cap. 9. num. 6. & Bonac. de Simon. qu. 1. §. 1. num. 8.

16 Obſequia, vt cadant ſub Simonia debēt fieri ex pacto cōuentionali.
Sine pacto nō eſt Simonia realis, ſed mētalis.
Suarez.
Couarruu.
Azorius.
Nauarrus.
Molfeſius.

Notandum autem, quod ad hoc, vt talia obſequia cadant ſub Simonia, opus eſt, vt intercedat pactum, ſeu conuenientia cum onere præſtandi aliquod obſequium temporale pro obtinendo beneficio, ſiuè aliam rem ſpiritualem. Si verò non intercedat pactum expreſſum, vel tacitum inter conferentem, & recipientem beneficium, Simonia realis dici non poteſt, vt ſi aliquis gratis alicui ſeruiat, vel obſequia illi præſtet cum ſpe, vt in eorum obſequiorum remunerationem gratuitam ad Eccleſiaſticū beneficium promoueatur, inſtituatur, ſiuè præſentetur, modo abſit pactum, non eſt Simonia realis perfecta contracta, ſed ſolùm mentalis. Ità Suarez loc. cit. & Couar. lib. Var. reſol. cap. 20. num. 4. Azor. d. p. 3. lib. 12. cap. 11. q. 2. Nauar. cap. 23. num. 106. Molfeſius trac. 6. cap. 15. num. 63.

17 Omnes res temporales continentur ſub hac triplici diuiſione, facta.
Exemplificatur, & probatur aſſertio.

Ex quo ſequitur: Hanc diuiſionem rerum temporalium in munus à manu, a lingua, & ab obſequio ſufficientem eſſe, adeò vt non neceſſarium ſit aliud membrum diuiſionis adijcere. Nam omnia bona temporalia externa, quæcumque ſint illa, quæ in commutatione, & communicatione interuenire poſſunt ſub quolibet membro ex his continetur formaliter, vel reductiuè, Vel ſint humanæ actiones, quæ membris corporis efficiuntur, & ita cadunt ſub ly munus ab obſequio. Vel ſunt fauores, & interceſſiones, quæ per voces, aut ſcripta præſtari poſſunt, & ita cadunt ſub ly munus à lingua. Vel ſunt aliæ res temporales, quę in ratione pretij commutantur, & ità cadunt ſub ly munus à manu, prout iam ſupra declaratum eſt.

18 Materia peccati Simoniæ quæ.
Simonia eſt ſacrilegium contra res ſacras.

Materia circa quam peccatum Simoniæ committi poteſt, eſt res aliqua ſpiritualis, ſiuè Sacra, ſiuè rei ſpirituali annexa: nam malitia Simoniæ in commutatione rei ſpiritualis pro temporali conſiſtit, ideòque peccatum Simoniæ directè opponitur Religioni Chriſtianæ, & cultui debito rei Sacræ; quare illius materia eſt eiuſdem rei Sacræ violatio: Vndè Simonia eſt ſacrilegium contra res Sacras, illas contemnendo ex pacto tacito, vel expreſſo; aut commutando pro rebus corruptibilibus, quod eſt intrinſecè malum, & contra Ius diuinum naturale, atque Eccleſiaſticum.

19 Res ſpirituales conſiderātur tripliciter Primò per eſſentiam.
Quomodo res ſpirituales dicantur vendi à nobis.

Res autem ſpirituales, quæ ſunt ſuperioris ordinis: tripliciter poſſunt conſiderari: nam Primò aliæ dicuntur tales per eſſentiam, & naturam, quales ſunt gratia ſanctificans, & gratum faciens, & dona Spiritus Sancti, quę ſecundum ſe ſunt res ſpirituales, quæ licèt de Iure, ſecundum ſe vendi, & emi non poſſint, cùm non ſint in hominum poteſtate, ſed gratis dentur ab ipſo Deo, dicuntur tamen moraliter vendi, ſeu commutari de facto ex praua hominum voluntate; quia miniſterio hominis aliquando datur, & confertur talis gratia in Sacramentis ex vi operis operati; ideòque huiuſmodi res ſpiritualis Simoniacè conferens ſacrilegium committit contra ipſas res ſacras.

20 Commutatio rei ſpiritualis poteſt fieri tripliciter.
Primò in cōcreto.
Secundò in abſtracto.
Et tertiò quò ad actum.
Can. Iudices.
Can Saluator.
Vgolinus.
Suarez.
Filliucius.
Bonacina.
Baſſeus.

Hæc autem ſacrilega commutatio: tripliciter fieri poteſt. Primò in concreto, vt ſi vendatur Sacerdos intuitu Sacerdotij, aut ſi pluris vendatur vir iuſtus, quam alioqui venderetur, habita ratione ad gratiam, & iuſtitiam, quam habere creditur. Secundò modo in abſtracto, vt ſi quis mediante munere à manu, vel à lingua, vel ab obſequio conferat alteri Sacrum Ordinem, aut ſacramentalem gratiam: & tertiò quo ad actum: vt ſi vendatur Sacramentalis abſolutio, per quam confertur gratia in recipiente abſolutionem, & ità de ſimilibus, quatenus prodeſſe poſſunt ad impetrationem gratiæ, vel meriti de congruo; prout colligitur ex can. Iudices, 1. qu. 1. & can. Saluator. 1. q. 3. Ità Vgolin. de cenſ. tab. 1. ca. 36. de Simon. Suarez d. tom. 1. de Relig. lib. 4. ca. 9. num. 7. Filliuc. tom. 3. trac. 45. de Simon. c. 2. qu. 15. nu. 22. Bonac. de Simon. q. 4. nu. 2. & Baſſeus in florib. mor. Verbo Simon. num. 1.

21 Secundò res ſpirituales dicuntur cauſaliter.

Secundò modo res ſpirituales ſunt, & dicuntur tales cauſaliter, cuiuſmodi ſunt Sacramenta nouæ legis, quæ cauſant gratiam in recipiēte ex vi operis

ope-

Digitized by Google

operati non Phyſicè (vt aliqui putant) ſed moraliter ex pacto facto ab ipſo Diuino Verbo Incarnato cū Eccleſia, vt ſuo loco in primo tomo noſtræ Theologiæ moralis in tractatu de Sacramentis in genere plenius explicatum eſt: Quare conferre Sacramenta, aut illa recipere mediante aliquo munere committitur ſacrilegium Simoniacum contra reuerentiam debitam rebus ſacris.

22 *Tertio modo per effectum.*

Tertio modo dicuntur, & ſunt res Sacræ per effectum, ſiuè per connexionem, cuiuſmodi ſunt res, quę ſecundum ſe materiales ſunt, tamen per coniunctionem, ſeu vinculum cum re ſacra, res ſpirituales dicuntur, & ſunt. Quam quidem connexionem tripliciter habere poſſunt. Primò Antecedenter, vt ſunt Vaſa Sacra, & veſtes Sacræ Sacerdotales, & ſimilia, quæ ſupponunt Sanctificationem ante factam: licèt enim illa ſi conſiderentur per ſe, & formaliter, vt conſecrata ſunt, ſint ſanctificata: materialiter tamen conſiderata per ſe non ſunt Sacra, ſed dicuntur Sacra antecedenter ratione materiæ, quæ ſupponit benedictionem.

Hanc connexionē habent tripliciter.

Primò Antecedenter.

23 *Secundo concomitanter.*

Secundò habent ſanctificationem effectiuè concomitanter, & per connexionem, quando Videlicet talis actio concomitatur rem ipſam Sacram, illique intrinſecè coniungitur, & eſt veluti pars illius, vnum totum cum re ipſa Sacra componens, qualis eſt labor ad rem, vel actionem Sacram peragendam requiſitus.

24 *Tertio modo effectiuè.*

Tertio modo dicitur habere ſanctificationem effectiuè conſequenter, quando Videlicet talis actio conſequitur rem ſpiritualem; & eſt veluti effectus illius rei ſpiritualis, quam ſequitur, cuiuſmodi ſunt beneficia Eccleſiaſtica, dignitates, & Prælaturæ, quæ conſequuntur ipſa diuina officia. Nam beneficia inſtituta ſunt propter diuina officia, ideoque dicuntur illis annexa, & conſequenter tanquam ab illis dependentia: prout dicunt Vgolinus de Cenſ. tab. 1. cap. 34. de Simonia, Suarez tomo primo de Relig. lib. 4. cap. 33. num. 2. Valentia tom. 3. D. 6. qu. 16. p. 1. Filliucius de Simonia tract. 45. ca. 5. qu. 1. 2. & 3. Reginaldus lib. 23. num. 115. Layman. lib. 4. trac. 10. ca. 8. num. 3. & Baſſeus in Florib. mor. Verbo Simon. 4. num. 1.

Vgolinus. Suarez. Valentia. Filliucius. Reginald. Layman. Baſſeus.

25 *Beneficia, & Prælaturæ nullo modo vendi poſſūt ſine Simonia.*

Ex quibus ſequitur, quod beneficia Eccleſiaſtica, & Prælaturæ, & dignitates, & cœtera huiuſmodi, quæ conſequuntur res ipſas ſpirituales, nullo modo vendi, neque emi poſſunt, ſine labe Simoniæ; quia ſpirituale vendi nullatenus poteſt, nec vt res vendita, nec vt ratio venditionis, hoc enim ipſo pretio æſtimatur: Si verò habent ſanctificationem antecedenter, vt ſunt Vaſa Sacra, tunc ipſa res materialis eſt pretio æſtimabilis, ideòque vendi, aut emi poteſt, non vt res conſecrata, ſed vt res materialis: Similiter etiam dicimus de labore, qui concomitatur rem ipſam Sacram: nam dignus eſt operarius mercede ſua: vndè poterit licitè Sacerdos recipere ſtipendium Miſſæ, ratione laboris, & eleemoſynæ: non verò ratione ſacrificij, quod idem dicendum eſt de Diuinis officijs, & ſimilibus; prout dicunt Suarez d. tom. 1. de Relig. 4. cap. 23. nu. 8. Filliucius de Simon. tractat. 45. cap. 5. qu. 4. Bonacina de Simon. D. 1. qu. 4. §. 12. & Baſſeus ſupra num. 2.

Veſtes Sacræ quomodo vēdi poſſunt.

Stipendiū ratione laboris, ſiuè eleemoſynæ.

Suarez. Filliucius. Bonacina. Baſſeus.

26 *In quo peccato Simoniæ contrahitur excommunicatio. Primo in collatione Ordinis, & beneficij.*

His ergo poſitis, & declaratis, concludendo dicimus, quod licèt peccatum Simoniæ ſit ſacrilegum, non eſt tamen pœna excommunicationis ipſo facto taxata contra Simoniacos, niſi in Simonia reali ſcienter contracta in collatione, ſeu receptione Ordinum, vel receptione ipſorum mediante aliquo pacto Simoniaco tacitè, vel expreſsè inito inter ordinantem, & ordinandum: Vel in collatione, vel receptione Eccleſiaſtici beneficij ex pacto, ſiuè in confidentia: & Tertiò ob Religionis ingreſſum mediante pretio Simoniaco: In alijs verò peccatis ſiuè Simoniæ mentalis, ſiuè conuentionalis imperfectæ non contrahitur excommunicatio ſtata contra Simoniacos, niſi talis Simonia ſit realis, & perfecta, ſecuto effectu Ordinis, vel confidentiæ beneficialis.

Secundò ob Religionis ingreſſum.

Vndè circa Primum de Ordine dicimus, quod Prælatus, Ordines Eccleſiaſticos conferens per Simoniam realem, eſt ipſo facto ſuſpenſus à collatione cuiuſcumque Ordinis, etiam primæ tonſuræ, ſecundum probabiliorem ſententiam: Ac etiam ab executione omnium munerum Pontificalium, atque interdictus ab Eccleſiæ ingreſſu: Et qui contra tales cenſuras ſuſpenſionis, & interdicti aliquid facere præſumpſerit, eſt ipſo facto ſuſpenſus ab omni adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, & à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum: Et inſuper ipſo facto incurrit excommunicationem maiorem latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruatam, à qua abſolui non poteſt, niſi ab ipſo Romano Pontifice, etiam in foro conſcientiæ, niſi eſſet in mortis articulo; prout habetur in extra. Cum deteſtabile, de Simonia: & ex Bulla Sixti V. contra malè promouentes, & promotos quæ incipit: Si quis Antiſtes §. Cœterum: & ex Bulla Pij IV. quæ incipit Romanum Pontificem 85. & Pij V. Conſtit. 45. quæ incipit Intolerabilis multorum peruerſitas. Ita Leſſius de Iuſt. lib. 2. cap. 35. d. 24. num. 133. Bonacina de Simonia qu. 7. §. 1. & 2. Baſſeus Verbo Simonia 6. num. 1. 27

Pœnæ contra Simoniacos in collatione Ordinis.

Extra: Cū deteſtabile.

Sixtus V.

Pius IV.

Pius V.

Leſſius. Bonacina. Baſſeus.

Similiter etiam ille, qui aliquem Ordinem per Simoniam ſuſcipit, eſt ipſo facto ab executione ſuorum Ordinum ſuſpenſus; & ſi in tali ſuſpenſione miniſtrare præſumpſerit efficitur irregularis: per dictam Extra: Cum deteſtabile, de Simonia. Inſuper per Bullam Sixti Quinti ipſo facto priuatur omnibus dignitatibus, & beneficijs Eccleſiaſticis, redditurque inhabilis impoſterum ad illa: Ac denique excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam ipſo facto incurrit; à quibus cenſuris abſolui non poteſt niſi à Romano Pontifice, etiam in foro conſcientiæ, prout dicunt Leſſius loc. cit. nu. 135. Layman lib. 4. trac. 10. c. Vltimo §. 7. nu. 71. Filliuc. d. trac. 45. cap. 13. q. 4. num. 12. & Baſſeus ſupra loc. cit. num. 2. 28

De pœnis ſuſcipientium Ordines ſimoniacè.

Leſſius. Layman. Filliucius. Baſſeus.

Circa ſecundum de collatione, & receptione beneficiorum mediante Simonia, dico Primò quod: Omnes, & ſinguli conferentes, vel procurantes alteri beneficium Eccleſiaſticum, ſiuè Prælaturam mediante Simonia reali, eligendo, procurando, præſentando, poſtulando, inſtituendo, confirmando, vel commendando, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione maiori Summo Pontifici reſeruata, per extra; Pauli Veneti II. quæ incipit: Cum deteſtabile: Et ſub nomine beneficij comprehenditur etiam Abbatia, & Prioratus, ſimileſque dignitates Eccleſiaſticæ; prout in dicta Extrauagante explicantur. 29

De pœnis cōtra conferentes beneficia Simoniacè, vel in confidentiam.

Sub nomine Beneficij, quę conueniunt.

Quod idem dicendum eſt de ſimilibus Prælaturis Regularium, tam maioribus, vt Generalatus, Prouincialatus; quàm etiam minoribus, vt Rectoratus, Prioratus, Guardianatus, Correctoratus, & huiuſmodi quomodocumque nomine nuncupatis: ſufficit enim, quod ſit officium curatum, quo durante, huiuſmodi Superiores facti per electionem Canonicam habent iuriſdictionem ordinariam in ſuos ſubditos: nam in talibus 30

Prælaturæ Regularium.

Superioribus Regularium, currit eadem ratio; & eadem incommoda, imo maiora ex Simonia, ex harum acquiſitione, ſeu collatione ſequerentur. Ita Leſſius de Iuſtit.lib.2.cap.35.d.25. num. 137. Nauar.ca.23. num.111. Paulus Layman.d.lib. 4.cap.10.§.7.num 72.& Baſſeus in Florib.mor.Verbo Simonia.6.num.2.

Leſſius. Nauarrus. Layman. Baſſeus.

31 *Recipientes Ordines ſiuè beneficia Simoniacè ſũt excommunicati.*

Similiter etiam dicendum eſt de illis, qui huiuſmodi beneficia Eccleſiaſtica mediante Simonia recipiunt: nam quilibet ipſorum eſt ipſo facto excommunicatus cum eadem reſeruatione, vt ſupra, & talis prouiſio ità facta, eſt ipſo iure nulla, nullumque Ius tribuit ipſi taliter electo: Inſuper fit inhabilis ad idem beneficium iterum obtinendum: Et ſi talis Simonia ſit publica, & deducta ad forum externum talis inhabilitas non poteſt tolli niſi à Papa: Nec regula triennalis poſſeſſionis aliquo modo prodeſt Simoniacè ingreſſis, ſicut nec intruſis.

Simonia publica non poteſt abſolui niſi à Papa.

32 *Mediatores ad Simoniam eaſdem pœnas incurrũt.*

Et tandem denique mediatores, qui ſunt cauſa proxima ad inclinandum Prælatum, ſiuè electores ad conferenda huiuſmodi beneficia Eccleſiaſtica mediante pretio Simoniaco, vel ad conferendos Ordines, per Simoniam, incurrunt eamdem excommunicationis pœnam, ſi ad executionem ex vtraque parte deuentum fuerit; prout colligitur ex eadem extra. Cum deteſtabile de Simonia, & ex c. A nobis fuit, & c. Sicut tuis de electione. Ita Leſſius de Iuſt.lib.2.cap.35.d.25.num.138.ſequiturque Baſſeus loco ſupra cit.num.2.

Extra: Cum deteſtabile. c. A nobis fuit. c. Sicut tuis. Leſſius. Baſſeus.

33 *Confidentia beneficialis quæ.*

Notandum autem, quod Simonia Confidentialis circa beneficia Eccleſiaſtica contingere ſolet in reſignatione, collatione, electione, præſentatione, tali animo facta, vt beneficium, vel fructus in totum, vel in partem reſtituantur, vel reſeruentur ipſimet reſignanti, ſiuè conferenti, ſiue eligenti, aut præſentanti, ſiuè alteri, iuxta ipſius electionem: In qua quidem confidentia beneficiali, recipiens tale beneficium, excommunicationem incurrit, & non opus eſt, vt talis confidentia in pactum expreſſum deducatur, cùm ſolum ſufficiat, vt reſignans, ſiuè conferens talem intentionem habeat, & reſignatarius, ſiuè recipiens tale beneficium talem animum conferentis, ſiuè reſignantis aduertat, eò quod in caſu cenſetur tacitè conſentire in confidentiam beneficialem, & Simoniam committere. Ita Bonacina de Simon.qu.7.§.1.nu.4.Suarez de Cenſ.D.22. ſect.6.nu.15.& Nauar.c.23. nu.109.

Sufficit intẽtio cognita, in confidẽtia beneficiali.

Bonacina. Suarez. Nauar.

34 *De Pœnis cõtra Simoniacos propter Religionis ingreſſum. Vrban.IV.*

Circa tertium de Simonia reali ob religionis ingreſſum alicuius perſonæ, mediante pacto Simoniaco: eſt Primò Notandum, quod Vrban.IV.in c. Sanè extra de Simonia pœnam excommunicationis maioris ſibi reſeruatam impoſuit ipſo facto incurrendam ſingulis perſonis dantibus, vel recipientibus aliquod munus temporale ex pacto pro ingreſſu Religionis: Capitulum verò, & Conuentus pœnam ſuſpenſionis incurrunt. Quare omnes, & ſingulæ perſonæ cuiuſcumque ſint dignitatis, qui recipiunt ad Ordinem, & ad profeſſionem aliquas perſonas mediantibus muneribus, pactis, ſiue pecuniis, aliiſque rebus temporalibus, illas exigentes, & recipientes in præmium talis receptionis ad Ordinem excommunicantur ipſo facto per dictam extrauagantem, ſimul cum ingredientibus religionem, dantibus huiuſmodi munera pro receptione ipſorum. Ad incurrendam autem talem excommunicationem oportet, quod interueniat pactum expreſſum, ſiuè tacitum cum præſumptione, dicitur enim in textu (*qui præſumpſerint.*) Ita Bonac.de Simon.qu.7. §.4 num.2.

Capitulum, & Conuẽtus ſuſpendũtur, & interdicuntur.

Perſonæ excommunicantur.

Oportet q̃ interueniat pactum ſaltẽ tacitum.

Bonacina.

35 Verum eſt tamen, quod: Si quis ingrediendo aliquam Religionem ſponte, & liberaliter ratione eleemoſynæ ſine pactione tacita, vel expreſſa aliquid daret ipſi Conuentui ſub prætextu eleemoſynæ, vel pro ſuſtentatione ipſius ingredientis, & aliorum Regularium in eodem Conuentu commorantium; etiam ſi talis Conuentus diues ſit, non incurreret excommunicationem, neque ipſe, nec illi recipientes, quia in caſu non daretur res temporalis pro ſpirituali, ſed pro ſuſtentatione licita, ſiuè ratione eleemoſynæ, ſponte datæ, quæ non eſt prohibita, cùm non ſit Simonia; prout benè probant Soto de Iuſtit.lib.9.qu.6.Art.2. ad 4. Syluest. Verbo Simon.nu.15. Miranda in Man.Prælat.trac. de monial.qu.8.A.7.concluſ.2. Bonacina de Simon.qu.7. §.4.num.4. Quamuis nonnulli aliter exiſtimare videantur, quando Conuentus eſſet diues. Noſtra tamen ſententia videtur eſſe probabilior, & in praxi ſecura, prout patet ex conſuetudine communiter recepta.

Ratione eleemoſynæ, vel pro ſuſtentatione nõ adeſt prohibitio.

Soto. Syluester. Miranda. Bonacina.

36 *De Dotibus monialiũ pro ſuſtẽtatione.*

Secundò ſequitur hanc excommunicationem non incurrere moniales, nolentes vllam monialem in Monaſterio admittere, niſi congruam dotem afferat, prout declarauit Martinus V. & Innocentius VIII. & Clemens VII. indulſit Monialibus, vt rei non ſint labis Simoniæ, dum conuentiones faciunt circa dotem recipiendam pro congruenti, & ſufficienti ſuſtentatione ipſarum in Monaſterio: Quæ priuilegia referuntur à Sorbo. in Comp.priuil.Capuc.adnotatio. Verbo Moniales num.16.pag.418. Ità Miranda in trac.de Monial.q.8.A.7. q.1. Leſſius de Iuſt.lib.2.cap.25.d.13.num.131. Bonacina de Simon.qu.7.§.4.num.6. Imò conſuetudo iſta exigendæ dotis, non pro ingreſſu religionis, ſed pro alimentis, & dote paſſim permittitur, tanquam licita etiam poſt extra. ſupra citatam.

Martinus V. Inno. VIII. Clem.VII.

Sorbo in compend. Miranda. Leſſius. Bonacina.

37 *In quibus caſibus aliquando excuſãtur à Simonia.*

Doctores aſſignare ſolent varias cauſas, in quibus aliqui excuſari quandoque ſolent à Simoniæ labe. Nos autem breuitati attendentes ad tria principalia capita, ſiuè titulos reducemus. Primus ergo titulus, excuſans à labe Simoniæ eſt, quando quis largiretur aliquod temporale, ſiuè ſpirituale ſub titulo amoris, liberalitatis, ſiuè gratitudinis in recognitionem beneficij recepti, quia tunc tale donum non haberet rationem pretij rei ſpiritualis, ſed gratitudinis; gratis enim recipitur beneficium, & gratis confertur munus, ſiue donum. Ità Suarez tom.1.de Relig.lib.4.cap.45.num.4 Valent.tom.3. D.6.qu.16.p.3. Filliuc.de Simon.trac.45. cap.10.11. & 12. Nauar.ca.23.num.106. & Layman lib.4.trac. 10.cap.8.num.8.

Primus titulus ratione gratitudinis.

Suarez. Valentia. Filliucius. Nauarrus. Layman.

38 *Secundus titulus ratione laboris.*

Secundus titulus eſt ratione laboris illius miniſtri, quem ſuſtinet in adminiſtrando rem illam ſpiritualem, quam ex officio miniſtrare non tenebatur, ſiuè in labore in procuratione licita beneficij, Quare Clerici, & Sacerdotes poſſunt iuſtè, & tuta conſcientia recipere diſtributiones ſolitas ratione ſtipendij taxati pro labore recitationis diuini officij in Choro celebrati, ſiuè pro defunctorum exequijs. Similiter eleemoſynam conſuetam, quæ taxata eſt pro celebratione Miſſarum, quæ eleemoſynæ traduntur Sacerdotibus à fidelibus non ratione pretij Miſſæ, ſed pro eleemoſyna in congruam ſuſtentationem celebrantis, & ratione laboris: nam dignus eſt operarius mercede ſua, & qui Altari ſeruit, de Altari viuere debet: Nec refert, quod Sacerdos habeat aliundè, vt poſſit viuere etiam commodè; hoc enim per accidens eſt, cum nemo etiam diues ſuis ſtipendijs militare teneatur. Ità Tolet.lib.5. cap.88. Regin.lib.23.nu.17. Filliuc. d.trac.45.ca.10. q.7.nu.27.& 28.

Stipendium Miſſæ, & diſtributiones Diuini officij.

Qui Altari ſeruit de eo viuere poteſt.

Toletus. Reginaldus. Filliucius.

Ter-

Digitized by Google

39 *Tertius titulus ratione rationabilis conſuetudinis.*

Tertius titulus eſt conſuetudo rationabiliter introducta, & ab Eccleſia permiſſa, quæ ſolùm habet locum ad tollendam Simoniam iure humano introductam: nam lex humana poteſt conſuetudine abrogari, non ſolùm in partem, verum etiam in totum: Quare mulieres ingredientes monaſteria pro monacatu ſolent offerre dotes, iuxta taxationem factam pro alimentis, Vnde in caſu recipitur aliquod temporale conueniens pro ſuſtentatione monialium abſque labe Simoniæ, & ità de ſimilibus, prout dicunt Suarez d.tom.2. de Relig.lib.4. cap.61.num.16 Azorius 3.par.lib.12.cap.19.Bonacina de Simon.qu.4.p.6. num.2. & approbatur in c. Apoſtolicam de Simonia: & in Tridem.ſeſſ.24.cap. 14.ita etiam Baſſeus Verbo Simonia in fine. Et hæc de Simonia dicta ſufficiant quantum ſpectat ad propoſitum noſtrum.

Suarez. Azorius. Bonacina. c. Apoſtolicā de Simonia. Concil. Trid. Baſſeus.

DE EXCOMMVNICATIONE, Incurrenda ob percuſſionem Clericorum peccaminoſam.

CAP. VI.

1 *Can. Si quis ſuadente Diabolo 17. q.4.*

PRo complemento huius præſentis Tractatus, dicendum ſupereſt de excommunicatione, quæ contrahitur propter iniectionem manus violentas in Clericos iuxta Canonem: Si quis ſuadente Diabolo, ac iuris diſpoſitionem, latam in Concilio Lateranenſi c.15. ſub Innocentio II. quæ refertur 17. q.4. Cuius abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici, cum derogatione Priuilegiorum hactenus conceſſorum per litteras Sacræ Congregationis ex mandato Clementis VIII. anno Domini 1601. & 1602.

Decretum Sacræ Congregationis.

2 *Excommunicatio Canonis.*

In quo Canone duo continentur: Excommunicatio, Vid. lata contra huiuſmodi ſcelus perpetrantes: ideòque dicitur: *Si quis ſuadente Diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat:* Deindè ponitur talis excommunicationis reſeruatio, quādo dicitur: *Nemo Epiſcoporum talem excommunicationem abſoluat [niſi imminente mortis vrgente periculo] donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.*

Reſeruatio excommunicationis.

3 *Septem conſiderantur circa hanc excōmunicationē.*

In qua quidem excommunicatione Canonis ſeptem breuiter veniunt explicanda. Primò, Quid intelligatur: per Manus violentas. Secundò, Quid nomine Clerici. Tertiò, Quid nomine Monachi. Quartò, Quas perſonas comprehendat, & leget talis excommunicatio Canonis. Quintò, Quæ conditiones requiruntur in tali percuſſione, vt ſit peccaminoſa, & ſubiaceat cenſuræ. Sextò, In quibus excuſantur fideles aliquando percutientes, ſiuè detinentes Clericos ab incurſione cenſuræ: & Septimò, Quis poteſt abſoluere à vinculo illius excommunicationis contractæ, tam in foro interno, quàm externo.

4 *Nomen Manus violentæ quid ſignificent.*

Primò notandum eſt, quod per ly manus violentas, intelligitur quæcumq; actio iniurioſa, facta contra Eccleſiaſticam perſonam immediatè conſiſtens in facto, & in opere, ſiuè talis actio fiat manibus, ſiue pedibus, ſiuè quocumq; alio membro, ſiuè inſtrumento, quo Clericus percutitur: nam per ly manus, (quod dicitur organum organorum) veniunt ſignificatæ omnes, & ſingulæ partes corporis, & quælibet inſtrumenta, quibus poterit Clericus percuti: Ideòq; non ſolùm intelligitur quæcumque percuſſio immediata facta à manu, ſed etiā, quæ fit mediante quocumq; inſtrumento Clerici perſonam offendente, vt baculo, lapide, gladio, fune, flagello, pede, ſiuè etiam quacumq; re, etiam liquida, vt aqua, vino, oleo contra talem perſonam iniurioſè proiecta: Ità Suar. lib. 5. de Cenſ. D.22. ſect.1. Tolet. lib.1. c.31. n.4. Bonac. de Cenſ. D.2. quæſt.4. p.1. num.11. Filliuc. tract. 14. de Cenſ. cap.1. num.19. Graffius lib.1. de caſib. reſer. cap.8. num.5.

Manus dicitur organum organorum corporis.

Omnis actio iniurioſa contra perſonam Clerici intelligitur.

Suarez. Tolet. Bonacina. Filliucius. Graffius.

5 *Actio contra Clericos duplex Principalis, & Acceſſoria.*

Actio autem, mediante qua incurritur excommunicatio Canonis: Duplex eſt: vna Principalis, altera Acceſſoria; actio Principalis eſt ipſa iniectio manus violentæ in perſonam Eccleſiaſticam, aut in res ipſi perſonæ adhærentes: In perſonam illam proſequendo furioſè, ità vt cogatur ſe præcipitem cadere, vel aliquod malum pati in perſonam, cum offenſione corporis, vel detinendo violenter in cuſtodia, ſiuè in alio loco, à quo non poſſit exire ſine dedecore, & pudore, vel in illam conſpuendo, aut virga, manu, vel pede alioque inſtrumento offenſiuo percutiendo, vel ſit cauſa mortis mediante veneno.

Actio principalis quæ.

6 *In rebus adhærentibus perſonæ ipſius Clerici.*

Secunda actio iniurioſa poteſt conſiſtere in rebus, quæ adhærent ipſi Clerico, vel illas eripiendo violenter, & iniurioſè è manibus ipſius, ſiuè violentiam faciendo rebus adhærentibus Clerico, violenter detinendo per veſtes, eaſdem lacerando, cohibendo equum fræno, aut frangendo illud dum Clericus actu eo vtitur, nam pro his, & ſimilibus actionibus fit iniuria perſonæ ipſius Clerici: Ità Suar. loc. citat. Sylueſt. Verbo excommunicatio 6. num.5. Filliuc. de Cenſ. tractat.15. cap.1. qu.5. num.20. Molina tom.4. de Iuſtitia tract.3. D.52. Nauarr. cap.27. num.78. & Bonacina de Cenſ. D.2. q.4. p.1. num.12. alijque.

Suarez. Syluester. Filliucius. Molina. Nauarr. Bonacina.

7 *Si res non adhæreant, non incurritur excommunicatio. Bonacina.*

Secus autem dicendum, ſi lacerentur veſtes, ſiuè aliæ res Clerici, quæ actu ipſi non adhærent, tunc enim excommunicationem Canonis non incurreretur, quia in caſu non eſſet facta violentia iniurioſa in perſonam Clerici, ſed in bona, quæ actu ipſi non adhærent, prout benè aduertit Bonac. loc. cit. num.15. cum alijs ſupra citatis.

8 *Actio Acceſſoria quæ, & quot modis fieri poteſt.*

Actio Acceſſoria, mediante qua incurritur hæc excommunicatio, eſt mandare percuſſionem, ſiuè iniectionem manus fieri contra Clericum, ſecuto effectu illam ſuo nomine factam, vel ipſam ratam habere præſtando conſenſum, vel conſilium, auxilium, vel fauorem præbendo, ſiuè aliquando ſtudioſè non impediendo, dum poterat impedire, & tenebatur ex iuſtitia impedire; ne ſequeretur talis percuſſio contra perſonam Clerici: Nam qui non obſtat cùm poſſit, & teneatur ex officio, ſeu ex iuſtitia obſtare, videtur tacitè conſentire, illique imputatur talis percuſſio facta Clerico, ſicut etiam, & alia mala inde ſequuta, ideòque excommunicationem Canonis incurrit, prout dicunt Molina d.tract.3. D. 33. membr.5. num.6. Bonacina de Cenſ. D.2. qu. 4. p.3. num.5. & Filliucius d.trac.15. cap.1. num.29. 30. & 31.

Molina. Bonac. Filliucius.

9 *Percutiens ſe ipſum ſuadēte Diabolo eſt excōmunicatus.*

Inſuper Dico, quod etiam quotieſcumque ipſemet Clericus ſuadente Diabolo percutit ſe ipſum, ſiuè per iracundiam, ſiuè per deſperationem, ipſo facto incurrit excommunicationem Canonis, eò quod huiuſmodi actio eſt iniurioſa ſtatui Clericali, cui perſona priuata cedere non poteſt: Si verò permittatur, & conſentiat, quod percutiatur ab alia perſona, non eſſet in caſu ipſo facto excommunicatus, ſed poteſt excommunicari, etiam ſi conſentiat ſe pluribus ictibus ſucceſſiuè percuti, quia omnes illi actus ſucceſſiuè facti reputantur tanquam vnus actus percuſſionis: prout colligitur ex c. Contingit de ſentent. excommunicat. vbi ponitur verbum: Excommunicetur, quod eſt verbum futuri temporis, indicans excommunicationem fe-

Ratio aſſertionis.

Permittens ſe percuti ab alio non eſt excommunicatus, ſed excōmunicandus. c. Contingit.

Digitized by Google

Suarez. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

rendam; non verò ipſo iure latam: Ità Suarez de Cenſur. D.22.ſect.1.num.57. Filliuc.d.tract.11. cap.1.qu.7.num.33.Regin.lib.1.num.222. & Bonacina de Cenſ.D.2.q.4.p.2.num.3.

10 Percutiens Clericum illo permittente eſt excommunicatus.

Verum eſt tamen, quod ille, qui percutere præſumpſerit dictum Clericum etiam conſentientem excommunicationem Canonis incurreret, quia talis percuſſio eſt iniurioſa ſtatui Clericali, cui talis Clericus præiudicare non poteſt per ſuum conſenſum: Nam priuilegium conceſſum eſt ſtatui Clericali, cui perſona priuata cedere non poteſt: Ità Sayrus de Cenſ.lib.3.cap.26.num.18. Caiet.Verbo excommunicatio.ca.10. Suarez de Cenſ.D.22.ſect.1.num.58.Coninch.D.14.d.15.num.168.

Sayrus. Caietanus. Suarez. Conink.

11 De ſecundò quid veniat ſub nomine Clerici.

Secundò videndum eſt. Quid veniat ſub nomine Clerici, quò ad excommunicationem incurrendam ſi percutiatur?

Reſpondetur, quod ſub nomine Clerici intelligitur quæcumq; perſona Eccleſiaſtica aliquo Ordine inſignita, etiã prima ſola Tonſura, licèt ſit coniugata, modo geſtet habitum Clericalem, & Tonſuram, & non ſit bigamus: nam bigamus amiſit priuilegium Clericale, quando erat in minoribus Ordinibus, & contraxit bigamiam: Si verò erat in Ordine Sacro, & contraxit bigamiam iniendo Matrimonium conſummatum cum vidua non amiſit priuilegium Clericale: quia in caſu non ſit bigamus bigamia vera, & propria, ſed tantum ſimilitudinaria: cum tale Matrimonium ſit ipſo facto nulliter contractum, ideòque percutiens talem, eſt excommunicatus, cum adhuc verè ſit Clericus.

Bigamia contracta in minoribus tollit priuilegium Clericale.

In minoribus non tollit.

Ratio iſtius aſſertionis.

12 Clericus coniugatus reſumés habitum Clericalé eſt vere Clericus.

Si vero Clericus in minoribus contraxit Matrimonium cum aliqua Virgine, etiam ſi dimiſiſſet habitum Clericale ad tempus, modo illum poſtea reaſſumpſiſſet, adhuc reputatur, & eſt verè Clericus, quia tunc pœnitentia illi prodeſſe debet, & gaudebit priuilegio Clericali: Quare talem Clericum percutiens incidit in excommunicationem Canonis: etiam ſi talis, vel alius Clericus fuiſſet tunc ſuſpenſus, vel interdictus, ſiuè etiam excommunicatus aut irregularis, aut degradatus tantum verbaliter; nam per huiuſmodi cenſuras non amiſit priuilegium Clericale. Ideòque immittens manus violentas contra illum incidit in excommunicationem Canonis. Ità Molina d.tom.4.de Iuſt.D.56.nu.12.Nauar.cap.27.num.79.Filliuc.d.tract.15. cap.1. qu.4.num.19.& Baſſeus in Floribus Moralibus Verbo excommunicatio 7.nu.3.

Clericus ſuſpenſus, vel interdictus, vel irregularis eſt vere Cleric⁹.

Clericus excõmunicat⁹, vel irregularis nõ amittit priuilegium Clericale.

Molina. Nauar. Filliucius. Baſſeus.

13 De tertio quid veniat nomine Monachi.

Circa tertium de nomine Monachi, gaudentis priuilegio Canonis dicimus, quod ſub tali nomine quinque genera perſonarum intelligi poſſunt. Primò omnes, & ſinguli Religioſi cuiuſcumque Ordinis, ſiuè ſtaturi, ſiuè ſint profeſſi, ſiuè Nouitij, ſiuè Clerici, ſiuè Laici, & conuerſi, ſiuè etiam bigami: nullo enim iure conſtat Religioſos bigamos priuatos eſſe priuilegio religionis, ſicut priuatur Clericus bigamus in minoribus, prout dicunt Sylu. Verbo Bigamus qu.8.Sayrus de Cenſ.lib.3.cap.27. num 32.Molin.d.tract.3. D.54. Suarez de Cenſ.D.22.ſect.1.Filliuc.d.tract.15. cap.1. num.14. & colligitur ex c.Illorum, & c.Non dubium de ſent. excommunic.& c.Religioſi §. Quamuis, eodem titulo in 6.

Monachus bigamus non amittit priuilegium.

Syluester. Molina. Sayrus. Suarez. Filliucius. c.Illorum. c.Non dubiũ. c.Religioſi.

14 Moniales etiã conuerſæ, & nouitiæ gaudent priuilegio Canonis. Tertiariæ facientes vota, & gregatim viuentes.

Secundò comprehenduntur omnes Moniales cuiuſcumque Monaſterij, tam profeſſæ, quam etiam nouitiæ, ac etiam conuerſæ, licet adhuc profeſſionem non emiſiſſent, quæ in eodem Monaſterio gregatim viuant ſub clauſura: omnes enim, & ſingulæ gaudent priuilegio Canonis: Similiter dicendum eſt de alijs mulieribus, quæ habitum tertij Ordinis D.Franciſci, vel D.Dominici geſtant, & collegialiter in aliqua domo gregatim viuunt, ſi vitam caſtam, ſiuè virginalem, ſiuè vidualem Domino vouerunt, gaudent etiam hoc priuilegio Canonis, quæ licèt in rigore moniales proprio non ſint, participant tamen modo aliquo illum ſtatum, propter votum caſtitatis licèt ſimplex emiſſum: Quod idem dicendum eſt de oblatis mulieribus ſeruientibus monialibus intra Monaſterium: Ità Filliuc.d.tract.15.cap.1.nu.14.Sequiturque Baſſeus in Florib.mor. Verbo excommunicatio 7.num.4.

Serujentes ſ.quæm oblatæ in Monaſterio.

Filliucius.

Baſſeus.

Tertio etiam Fratres tertiarij: eorumdem D. Franciſci, aut Dominici, qui habitum Religionis geſtant, ſiuè mantellati, ſiue corrigiati, alijque ſimiles habitum Religionis geſtantes, & collegialiter viuentes, ſiuè cum Regularibus habitent in obſequium alicuius Conuentus dictorum Regularium ſub obedientia Superioris illius Conuentus, quamdiu ità viuunt ſub tali inſtituto gaudent vtique tali priuilegio; nam pro illo tempore cenſentur tamquam Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicut cenſentur nouitij: Nam ſub nomine Religioſi non ſolum veniunt illi, qui profeſſionem emiſerunt, verum etiam, qui illius ſtatus ſunt participes, cuiuſmodi ſunt tales tertiarij gregatim viuentes. 15

Tertiarij D. Franciſci, & Dominici gaudent priuilegio.

Quãdo viuũt ſub obediẽtia Prælatorum.

Qui verò domi viuunt extra congregationem in proprio domo, quamuis ſeruent regulam tertij Ordinis, & geſtent habitum, non gaudent priuilegio Canonis, eò quod non veniunt ſub nomine Religioſorum, ſed ſecularium: Ita Nauar.in Man.ca.27. num.79.qui affirmat. Ità fuiſſe declaratum in deciſione Rotæ Cardinalium ſuper Regulares. Ità Suarez de Cenſur.D.22.ſect.1.num.20. Coninch.D.14. d.15.num.164.Filliuc.d.tract.15.ca.1.num.14. Molina d.tom.4.de Iuſt.tract.3.D.50.num.4. Bonac.de Cenſ.D.2.q.4.p.1.num.8. Sylu.Verbo excommunicatio 6.num.3.alijque. 16

Viuentes in propria domo non gaudent tali priuilegio.

Nauarrus. Deciſio Cardinalium. Suarez. Coninch. Filliucius. Molina. Bonacina. Syluester.

Quartò Eremitæ ſubiecti alicui Regulæ à Sede Apoſtolica approbatæ, etiam vt Religioſi ſunt exiſtimandi; ideòque gaudere debent dicto priuilegio Canonis: Quod idem dicendum eſt ſi aliquis Eremita cum habitu Regulari viuat ſub voto obedientiæ alicuius Prælati Eccleſiaſtici, qualis eſt Epiſcopus loci, tunc enim exiſtimandus eſt tamquam perſona religioſa, Deo dicata, ideòque probabiliſſimum eſt gaudere etiam priuilegio Canonis, maximè quando talem vitam duceret ex permiſſione Summi Pontificis tacita, vel expreſſa: licèt enim huiuſmodi Eremitæ propriè non ſint veri Religioſi, reducuntur tamen ad illos: Secus autem dicendum eſt de Eremitis vagis, qui non viuunt ſub obedientia alicuius Prælati, neque ſpecialem Eccleſiaſticam obligationem habent: quia tunc non gauderent tali priuilegio Canonis: prout dicunt Nauarr. Sylueſt.Suarez, Filliucius, Molina, & Bonacina, loc. ſupra citat. quibus addo Reginaldum libro nono num.353. 17

Eremitæ quales gaudẽt priuilegio Canonis.

Quales Eremitæ non gaudeant.

Nauarrus. Syluester. Suarez. Filliucius. Molina. Bonacina. Reginaldus.

Quintò Milites Hieroſolymitani, ſiuè Equites Melitenſes, qui emittunt tria vota communia paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis gaudent vtique tali priuilegio Canonis, nam tales ſunt veri Religioſi, quamuis habitent in domo propria extra clauſuram ſecundum eorum inſtitutum, prout dicunt Nauar.lib.3.Conſ.de Regularibus Conſ.13. & Sanchez in Sum.lib.4.cap.16.num.11. Soto de Iuſt. lib.7.qu.5.a.3. Idemque dicendum eſt de Equitibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantara, in Hiſpania, Ordinis Chriſti in Luſitania, & Sancti Stephani Florentiæ, & Sancti Lazari in Sabaudia: Omnes enim iſti gaudent priuilegio Canonis, qui licèt non 18

Equites Melitenſes gaudent priuilegio Canonis.

Nauarrus.

Sanchez. Soto.

Equites S.Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ S.Stephani, & S.Lazari gaudẽt etiã.

voueant

Digitized by Google

vouerant perfectam caſtitatem, & paupertatem: nihilominus habent priuilegium Canonis, quia promittunt tria vota religionis, & ſeruant modo ſuo, ſecundum eorum inſtituta, ideóque habentur tamquam perſonæ Eccleſiaſticæ, prout dicunt Nauarr. d.lib.3.Conſ.de Regul.Conſ.10.& Filliucius, & Bonacina cum alijs, loc.ſupra cit. Quibus addo Garciam de Beneficijs 1.p.c.4. nu.15.

Nauarr. Filliucius. Bonacina. Garcia.

19 Circa quartam de Perſonis, qui ligantur vinculo excommunicationis propter Clericorum percuſſionem breuiter concludendo dicimus: Comprehendi omnes, & ſingulos cuiuſcumque ſtatus, & conditionis, ſiuè ſint uiri, ſiuè fœminæ, ſiuè puberes, ſiuè impuberes, dummodo ſint capaces cenſuræ, quales ſunt baptizati, & vſu rationis præditi: ſiuè ſint inferiores, ſiuè Superiores, ſiuè Laici, ſiuè Clerici, aut Religioſi (ſolo tamen Summo Pontifice excepto, qui non ſubditur ſtatuto Eccleſiaſtico) reliqui verò omnes baptizati, & vſu rationis capaces quicumque ſint illi, qui ſuadente Diabolo manus violentas in Clericum miſerint, ſunt ipſo facto excommunicati, vt patet per particulam illam Canonis, dicentis: Si quis & c. nam indefinitè dictum generaliter eſt intelligendum: c.Sane de Priuileg.& c. De Monialibus de ſent.excommunic. Ità communiter omnes, vt videre eſt apud Tolet.lib.1.cap. 31. num.2. Filliucius d.tract.15.cap.1.q.3.nu.4.& Graſ. de caſib.reſeru.lib.1.cap. 8.num.3.

Quartam de Perſonis, quæ comprehenduntur in Canone.

Omnes præter Summum Pontificem.

Indefinitè dictum generaliter eſt intelligendum.

Toletus. Filliucius. Graſſius.

20 Circa quintum de conditionibus requiſitis ad incurrendam excommunicationem dicimus, quod requiritur, vt actio ſit peccaminoſa peccati mortiferi, non enim contrahitur excommunicatio maior, niſi mediante peccato mortali: Quapropter in Canone dicitur. *Si quis ſuadente Diabolo*, hoc eſt animo iniuriandi, & offendendi Clericum, illum percutiendo, vulnerando, conſpuendo & c. Quod intelligendum eſt (ſequuto effectu) ſiuè per ſe, ſiuè per interpoſitam perſonam ex mandato, ſeu conſilio ipſius ad tale ſcelus perpetrandum: Ideòque dicitur *Suadente Diabolo*: Ità Graſſ. cum omnibus ſupra citatis, quibus addo Filliuc. d.tract.15. cap.1. nu.15. & Baſſeum in Florib.mor. Verbo excommunicatio 7.num.6.

Quintū quæ conditiones requiſitæ ad incurrendam excommunicationem.

Suadente Diabolo quomodo intelligatur.

Graſſius. Filliucius. Baſſeus.

21 Circa Sextum de cauſis excuſantibus ab incurſione cenſuræ propter percuſſiones Clericorum: & c. Quamuis plurimæ enumerentur à Doctoribus: Nos autem breuitatis gratia ad Septenarium numerum reducemus: Quarum Prima eſt, quando quis percutiat Clericum ob iuſtam ſui defenſionem, ſiuè in perſona, ſiuè in honore, ſiuè in bonis, debetur tamen in caſu talis defenſio fieri incontinenter. Hoc eſt, in ipſo actu aggreſſionis: Quare quando quis aggreditur à Clerico, & non poteſt ſe defendere, niſi illum percutiendo, & non poteſt fugere ſine amiſſione ſui honoris, poterit licitè in caſu ſe defendere etiam illum percutiendo: *Nam, Vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ ad defendendum ſeipſum, vel rem ſuam, vel proprium honorem*: vt habetur ex c.Tenore: & c.Si verò de ſentent.excommunic. modo non excedatur modus inculpatæ tutelæ cum aduertentia, & deliberatione peccaminoſa.

Sextum de cauſis excuſantibus.

Prima cauſa excuſans eſt ad defendendum ſe, ſuaq; & honorem.

Vim vi repellere licet cū moderamine inculpatæ tutelæ.

c.Tenore. c.Si vero de ſent.excom.

22 Ex quo ſequitur poſſe licitè honeſtam fœminam, ſollicitatam ad turpia à Clerico, vel Religioſo, non ſolùm eum violenter repellere, verùm etiam ſi opus erit percutere ad defenſionem ſuæ pudicitiæ: Similiter inſequens Clericum aſportantem bona ſua, poteſt illum capere, & detinere violenter; inſuper quando opus eſſet, illum percutere, maximè quando bona, quæ ſubripuit eſſent alicuius valoris: Ità Suarez de Cenſ.D.22.ſect.1.num.39. Sayr. de Cenſ. lib.3.ca.27.num.20. Molina tom.4.tr.3.D.55.nu.1. Bonac.de Cenſ.D.2.q.4.p.4.nu.1.

Suarez. Sayrus. Molina. Bonacina.

23 Secunda cauſa eſt imperfectio actus, quando videlicet talis percuſſio facta fuit ex incōſideratione, inaduertenter, & in primis motibus, ſubitanea, vel caſualis, ſi animo illum defendendi ab inimico caſualiter percuſſerit Clericum, tunc enim talis percuſſio dicitur tantum materialiter facta in Clericum, & non formaliter, animo illum percutiendi: Similiter etiam dicendum eſt, ſi talis percuſſio fuit cauſa ioci & c. in his enim, & ſimilibus caſibus non inciditur in excōmunicationem Canonis, eò quod huiuſmodi percuſſio non fuit peccaminoſa, ſuadente Diabolo facta: neque eſt Clerico iniurioſa formaliter, ideòque non eſt ſacrilega: Excommunicatio autem maior non contrahitur, niſi per culpam mortalem, quæ in caſu non reperitur: Ità Molina d.tom.4.tr.3.D.51.num.7.& 8. Filliuc.de Cenſ. d.tract.15.cap.1.num.26. Soto in 4.D.22.qu.1.A.2. & Coninck D.14.d.15.num.190.

Secunda cauſa eſt imperfectio ipſius actus. In primis motibus.

Non animo offendendi.

Cauſa ioci & c.

Molina. Filliucius. Soto. Conink.

24 Tertia cauſa eſt Ignorantia facti, quando Videlicet, quis percuſſit Clericum, exiſtimans illum eſſe Laicum, vel quia tempore noctis, vel in loco tenebroſo, & obſcuro illum inuenit, ibique eum percuſſit, non aduertens eſſe Clericum, vel quia erat incognitus, vel quia non geſtabat habitum Clericalem, & tonſuram, vel ſi ferebat non cognoſcebatur eſſe Clericum: tunc in caſu iſte talis non eſſet excommunicatus, quia talis percuſſio Clerici non fuit formalis, ſed tantùm materialis, & ignorantia facti, & inaduertentia excuſat ab excommunicatione, quæ non contrahitur niſi per contumaciam: prout colligitur ex c.Si verò, de ſent. excomm. Ità Coninch D.14.d.15.nu.157. Filliuc.d. tract.15.cap.1.nu.27. & Bonac.de Cenſ.D.2.qu.4. p.4.num.2.

Tertia cauſa eſt Ignorātia facti, & inaduertentia.

c.Si verò de ſent.excom. Coninch. Filliucius. Bonacina.

25 Quarta cauſa eſt, quando talis percuſſio Clerici facta eſſet cauſa correctionis, & diſciplinæ ab habente legitimam facultatem, & poteſtatem ad illum corrigendum, & flagellandum: (modo non excedatur modus conueniens, vt exceſſus pertingat ad culpam mortalem:) Quare poſſunt licitè Prælati corrigere ſubditos, etiam cum flagellis, quando talis eſſet caſus, & illos iuridicè torquere: Similiter etiam magiſtri poſſunt diſcipulos Clericos ratione correctionis verberare in ſcholis: Ità etiam Domini ſeruos, & familiam, etiam ſi eſſent Clerici, Similiter etiam Parentes filios, & nepotes, Inſuper & propinquos, & conſanguineos, quando ad illos ſpectat Cura illos corrigendi & c. Ità Nauar.ca.27.num.80.& 82. Suarez de Cenſ.D.22.ſect. 1.num.48. Molina d. tom.4.trac.3.D.56.nu.10. Filliuc.d.trac.15. cap.1. num.25. Coninch.D.14.d.15. num.192.& Bonac.loc.cit.num.4. Reginald libro 1. cap.28.num.226.

Quarta cauſa excuſans eſt correctionis cauſa ab habente poteſtatem.

Nauar. Suarez. Molina. Filliucius. Coninch. Bonacina. Reginaldus.

26 Quinta cauſa excuſans, eſt quando Iudex Sæcularis inueniens Clericum in crimine detinet illum, & ponit in carcere in caſibus, & modis ſibi in Iure permiſſis animo rem tenendi quam primum ad ſuum Superiorem, & interim cuſtodit illum ratione fugæ: Vel ſi hoc aliquando faciat ex voluntate ſui Superioris, ſiuè expreſſa, ſiuè etiam tacita: & Ratio huius eſt, quia conceſſum eſt in Iure Prælatis capere ſuos ſubditos, etiam per Laicos, quando ſubeſt cauſa, propter quam conijciendi ſunt in carcerem.

Quinta cauſa, eſt animo cuſtodiendi ne fugat.

27 Verum eſt tamen non eſſe licitum ſatellitibus Laicis maiorem violentiam facere, quam ſit neceſſaria ad illos Clericos capeſſendos, alioquin vis iniurio-

Aduertentia pro ſatellitib.

Digitized by Google

iurioſa videretur inferri contra ſtatum Clericalem, & Religioſum, quod non eſt conueniens: Ideoque in caſu quando talis eſſet exceſſus malitioſè factus, non excuſarentur à cenſura: prout colligitur ex c. Si Clericus de ſentent. excommunic. in 6. Ita Molina d. tom. 4. de Iuſt. trac. 3. D. 56. num. 1. Filliucius d. trac. 15. cap. 1. num. 24. & Bonacina D. 2. qu. 4. p. 4. num. 13.

c. Si Clericus de ſent. excõmun. in 6. Molina. Filliucius. Bonacina.

28 Sexta cauſa quando inuenitur in flagranti crimine à conſanguineis.

28 Sexta cauſa exceptionis eſt, quando aliquis percutiat, vel occidat Clericum, inuentum in flagranti peccato cum matre, ſiue filia, aut vxore, ſiue ſorore ipſius, modò percutiat ſtatim in actu coleræ, & non facto interuallo temporis, quia licet in caſu taliter percutiens Clericum, vel illum occidens, non excuſetur à culpa mortali, excuſatur tamen ab incurſione excommunicationis, eo quod Eccleſia non exiſtimat huiuſmodi percuſſionem factam eſſe contra Clericum iniurioſe, ſed ex vehementi paſſione propter occaſionem datam a dicto Clerico contra honorem ipſius percutientis; prout dicunt Doctores ſtatim citandi numero ſequenti.

29 In quib. gradibus conſanguinitatis permittitur.

29 Secus autem dicendum eſt de alijs conſanguineis inferioris gradus, qualis eſſet neptis, conſobrina, auia &c. quia in huiuſmodi conſanguineis, ſeu affinibus gradus non eſt ita intimior, ſicut in prædictis, quæ ſunt in primo gradu conſanguinitatis: Non requiritur autem vt Clericus percuſſus inuentus ſit in actu carnalis copulæ, ſed ſufficit quod fuerit inuentus in quolibet actu turpi, & vitioſo, vt in oſculis, vel amplexibus, ſiue in loco ſuſpecto ſolus cum ſola, & de illo adſit rationabilis ſuſpicio mala: Ita Molina d. lib. 4. de Iuſt. trac. 3. D. 55. num. 6. Bonac. d. D. 2. q. 4. p. 4. num. 5. Nauar. cap. 27. num. 84. Filliuc. d. trac. 15. cap. 1. num. 22. & colligitur ex c. Si verò, de ſent. excom. §. Nec illa.

Molina. Bonacina. Nauar. Filliucius. c. Si vero.

30 Septima cauſa excuſãs eſt quando Clericus amiſiſſet priuilegiũ Clericale.

30 Septima tandem cauſa; excuſans ab excommunicatione Canonis, quando Clericus percuſſus iam amiſerat priuilegium Clericale: vt ſi fuiſſet degradatus realiter, & ſolemniter; ſi contraxiſſet bigamiam in minoribus; ſi eſſet ſcurra per annum, vel breuiori tempore, & ter admonitus à Prælato non deſiſtit, vel actu, & publicè exerceret macellum, vel tabernarium, & ter admonitus non deſiſtit: Item ſi incederet publicè in habitu Sæculari, ferens arma militaria, vel ſe immiſceas enormibus criminibus, quique factis ſolitis admonitionibus non deſiſtit, tunc enim quando eſt in minoribus cenſetur amiſiſſe priuilegium Clericale propter contumaciam, ideòque talem percutiens, non incidit in excommunicationem Canonis: Ita Sayrus de Cenſ. ca. 27. num. 20. Nauarr. cap. 27. num. 28. Graſſius libro 2. cap. 48. num. 27. Auila 2. p. cap. 5. D. 3. d. 13. Molina loc. citat. d. 54. num. 1. Reginaldus lib. 1. num. 234. cum alijs.

Explicantur multi caſus.

Sayrus. Nauar. Graſſius. Auila. Molina. Reginaldus.

31 De Abſolutione huius excomm.

31 Vltimò tandem dicendum eſt de Abſolutione excommunicationis propter Clerici percuſſionem contractæ ſuadente Diabolo factam: Quapropter breuiter concludendo dicimus: Abſolutionem excommunicationis iſtius regulariter Summo Pontifici eſſe reſeruatam: Patet hoc ex verbis Canonis, quando dicitur, *Nemo Epiſcoporum &c.* Quod intelligendum eſt, quando percuſſio Clerici fuiſſet grauis, & publica: tunc enim niſi pœnitens eſſet in mortis articulo, a tali vinculo abſolui non poteſt, niſi Sedi Apoſtolicæ ſe præſentet, & mandatum eius ſuſcipiat: Poterit etiam Summus Pontifex talem facultatem alijs committere, quare legatus à latere ipſius Pontificis, & Summus Pœnitentiarius, quibus talis facultas ordinariè committitur à Summo Põtifice abſoluere poſſunt taliter excommunicatos;

Grauis percuſſio eſt reſeruata Papæ, quando eſt publica.

Legatus Papæ è latere: & Summus Pœnitentiarius poſſunt abſoluere.

prout dicitur in c. Ad Eminentiam de ſent. excom. & c. Excommunicationis de officio legati: ſecundum Gloſſam ibi &c. Ita Sayrus de Cenſ. lib. 3. cap. 27. num. 8. & Bonacina de Cenſ. D. 2. qu. 4. p. 5. num. 1. & Baſſeus in floribus mor. Verbo excommunicatio 7. num. 7.

c. Ad eminentiam. c. Excommunicationis. Gloſſa. Sayr. Bonacina. Baſſeus.

32 In quib. caſibus cõceſſum eſt Epiſcopis abſoluere ab iſta excom. Primo in foro conſcientiæ. Concil. Trid. ſeſſ. 24.

32 Dixi autem [*regulariter*] quia aliquando Epiſcopus loci poterit per ſe, vel per alium Sacerdotem abſoluere huiuſmodi excommunicatos primò in foro conſcientiæ, vt patet per Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. vbi conceditur facultas Epiſcopis in propria Diœceſi abſoluendi ſuos ſubditos per ſe, vel per ſuum Vicarium ab omnibus excommunicationibus, & caſibus Summo Pontifici reſeruatis in foro conſcientiæ: In crimine tamen hæreſis ipſis, tantùm in foro conſcientiæ, non autem eorum Vicarijs hoc conceditur.

33 Pro leui percuſſione.

33 Secundo etiam poterunt Epiſcopi etiam in foro externo abſoluere ſuos ſubditos excommunicatos, quando talis excommunicatio fuiſſet contracta per leuem percuſſionem Clericorum: prout habetur ex c. Peruenit de ſent. excommunic. poteruntque talem facultatem alijs committere, quando ita ſibi videbitur expedire. Nam talis facultas abſoluendi à tali percuſſione leui, eſt facultas ordinaria, conceſſa à Iure, quæ competit Epiſcopo ratione dignitatis, & officij; ergo poterit illam alijs delegare: Cæteri verò Prælati non habent talem facultatem in foro fori, etiam ſi habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem: quia in d. c. Peruenit dicitur: *Tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum, &c.* Nullus autem, qui non ſit Epiſcopus appellatur frater Summi Pontificis, ſed filius ideòque &c. Ita Bonacina de Cenſ. D. 2. q. 4. p. 5. num. 1.

c. Peruenit.

Differẽtia inter Epiſcopos & alios Prælatos.

Bonacina.

34 Vicarius Generalis facit vnum tribunal cum Epiſcopo.

34 Vicarius autem Generalis videtur poſſe per ſe ipſum abſoluere ſuos ſubditos à tali vinculo excommunicationis, talemque facultatem alijs committere, quando percuſſio fuiſſet leuis, & Ratio huius eſt, quia Vicarius Generalis, & Epiſcopus faciunt vnum, & idem tribunal: nam quod Vicarius Generalis facit, dicitur & ipſe Epiſcopus facere, cuius vicem gerit: niſi quando in aliquibus caſibus ſpecialiter excluditur, vt patet de peccato hæreſis, quod Vicarius Generalis abſoluere non poteſt: quando ergo non eſt facta exceptio cenſetur facta conceſſio. Ita Molina tom. 4. de Iuſt. trac. 3. D. 59. num. 2. Sanchez lib. 3. de Matr. D. 7. nu. 10. & D. 19. num. 16. Speculum in Append. d. 1. ad finem; & Reginald. lib. 1. num. 238.

Molina. Sanchez. Speculum. Reginaldus.

35 Superiores Regularium ſubditos ſuos in foro conſciẽtiæ abſoluere poſſunt.

35 Superiores verò Regularium poſſunt etiam abſoluere ſuos ſubditos à tali vinculo excommunicationis in foro conſcientiæ, aut quando percuſſio fuiſſet leuis virtute priuilegiorum, illis à Summis Pontificibus conceſſorum, quæ referuntur à Sorbo in Compendio priuileg. in reſolut. Mat. verbo Abſolut. Capuccini adnotatio, & nos citauimus in primo tom. noſtræ Theolog. Moral. trac. 16. cap. 3. nu. 20. Quare Prælati Religioſorum abſoluere poſſunt non ſolùm profeſſos, verum etiam Nouitios in foro conſcientiæ ab excommunicationibus quibuſcumque etiam ante nouitiatum contractis, ac etiam in Irregularitatibus ex delicto prouenientibus in foro conſcientiæ diſpenſare.

Comp. Priu. Sorbi.

36 Poſſunt hanc facultatẽ cõmittere alijs Sacerdotibus Ordinis.

36 Si autem poſtea talis nouitius ita abſolutus exierit de Religione, tenebitur ſe præſentare illi, qui alias habebat talem facultatem illum à tali excommunicatione abſoluendi: Inſuper poterunt prædicti Superiores Regularium committere talem facultatem abſoluendi à talibus vinculis excommunicationum alijs Sacerdotibus Ordinis,

nam

Digitized by Google

Concessio Pij V. — Molina. — Reginaldus. — Syluester. — Bonacina.

nam in hoc videntur habere talem facultatem concessam à Pontifice iure ordinario, ideóq; poterunt illam quandoque alijs committere: vt patet ex conceſſione Pij V. relata à Sotoo loc. ſupra citato: Ita Molina d.D.59.& 60. Reginald.lib.1.num.258.Syluest.Verbo Abſolutio 4. num.3. & Bonac.de Cenſ. D.2.q.4.p.5.num.1.

37 Percuſſio grauis quæ.

Quoniam autem in præcedentibus facta eſt mẽtio de percuſſione leui, ideò oportet explicare, quæ, & qualis exiſtimetur percuſſio leuis, quæ grauis, & quæ mediocris: Quare breuiter dicimus: Illam eſſe grauem percuſſionem, quæ coniuncta eſt cum graui læſione, vel iniuria ipſius Clerici percuſſi: vt quando facta eſſet cum mutilatione alicuius membri, vel cum magna ſanguinis effuſione, quæ non ſit prouenta è naribus, ſed aliundè, vel cum magno vulnere, quamuis parum ſanguinis exeat propter aliquod accidens, vel quando talis percuſſio fuiſſet valdè ignominioſa, attentis qualitatibus Perſonæ percuſſæ: vt ſi perſonæ in dignitate conſtitutæ qualis eſſet Prælatus, ſiuè vir nobilis &c. impingeret quis alapam: Talis percuſſio diceretur grauis ratione perſonæ offenſæ in dignitate conſtitutæ: Ità Nauar.c.27. num.92. Molina ſupra D.57. num. 1. Suar.de Cenſ. D.22.ſect.1.num.88.Filliuc.d.trac.15. c.1, q.9.num. 44.Reginald.lib.1.nu.241.

Nauar. — Molina. — Suarez. — Filliucius. — Reginaldus.

38 Percuſſio leuis quæ.

Percuſſio leuis, dicitur illa, quæ regulariter fit pugno, palma, manu, pede, baculo, ſiuè lapide, alioque ſimili communi inſtrumento, quando nullam maculam, vel ſigillationem carnium reliquit, vel quæ fit abſque mutilatione membri, vel effractione dentium, ſiuè euulſione multorum capillorum, & ſine effuſione multi ſanguinis: Tales percuſſiones, & ſimiles dicerentur leues, non quia ſint peccata venialia, ſed ità dici ſolent reſpectu percuſſionum grauiũ, & mediocrium; prout communiter dicunt Doctores infra citandi, cum Nauar.c.27.nu.92.

Nauarrus.

39 Percuſſio mediocris quæ. Ad Epiſcopũ ſpectat declarare qualis fuerit percuſſio leuis, an grauis.

Mediocris percuſſio, eſt illa, quæ media eſt inter leuem, & enormem, qualis eſt illa, qua dens pugno, vel capillorum copia euellitur, aut ſigillatio carnis relinquitur, aut ſanguis copia effunditur abſq; graui læſione, vel abſque graui iniuria: Ad Epiſcopum autem ſpectat iudicium facere, & declarare, quandonam percuſſio fuiſſet leuis, mediocris, vel grauis; prout dixit Clemens III. in c.Peruenit de ſentent. excommun.

40 Quod intelligitur in foro externo. — Suarez. — Sayrus. — Philiarcus. — Filliucius. — Nauar.

Quod intelligendum eſt præcipuè, quò ad forum exterius, & ad declarationem authenticam; Nam in iudicio interiori, & foro conſcientiæ fieri poterit talis declaratio à quolibet viro docto, & prudente, imò à quolibet idoneo confeſſario: vt rectè docent Suarez de Cenſ.D.22.ſect.1.num.92.Sayr. de Cenſ. lib.3.cap.28.num.8.Philiarchus 1.part.lib.3. de offic.Sacerd.cap.33.Filliucius d.trac.15. cap.1. num. 45.& Nauarr.cap.27.num.92. Qui quidem Suarez refert quandam extrauagantem, quæ incipit: Perlectis &c. in qua iſta omnia diffuſius declarantur; Quæ quidem extrauagans eſt incerti Auctoris, & in corpore Iuris non reperitur: Aliqui enim dicunt fuiſſe Ioan.22. alij Pij II. cuius verba à Nauarr.loc. cit.ponuntur per extenſum: Ità etiam Bonacina de Cenſ.D.2.q.4.p.5.num.2. & Baſſæus Verbo excommunicatio 7.num.7.

Bonacina. — Baſſæus.

41 In quibus caſibus poſſunt Epiſcopi abſoluere etiam in foro externo. — Reducũtur ad tria capita.

Quamuis autem regulariter (vti iam dictum eſt:) Abſolutio huius excommunicationis pertineat ad Summum Pontificem, quando percuſſio Clerici fuit publica grauis, & enormis, ſiuè mediocris; Dantur tamen aliqui caſus, in quibus talis abſolutio etiam in foro externo ab Epiſcopo loci dari poterit, qui omnes reducuntur ad tria capita generalia, quorum primum eſt; Impedimentum corporale eundi Romam: Secundum Impedimentum Canonicum: & tertium Impedimentum Iuris beneficij: Quæ tria genera ſubdiuiduntur in plura capita.

42 Primum eſt Impedimentum legitimũ corporale. — Concil. Trid. — In articulo mortis cum onere reincidentiæ.

Vndè circa Primum de Impedimento corporali: Omnes qui ſunt in articulo mortis conſtituti poſſunt abſolui ab omni, & quocumque vinculo excommunicationis à quocumque Sacerdote: nam in tali articulo nulla eſt reſeruatio, vt patet per Tridentinum Concilium, ſeſſ.14.cap.7.& ex d. Can. Si quis ſuadente Diabolo 17.qu.4. Cum hac tamen limitatione, vt in caſu non concedatur abſolutio ab iſta excommunicatione, niſi præſtito iuramento ſe præſentandi Sedi Apoſtolicæ ſi ſuperuixerint ſub onere reincidendi iterum in excommunicationem.

43 c.Quamuis. — c.Quod de his. — Pater familias. — Filliucius.

Similiter etiam omnes, qui laborant aliquo impedimento eundi Romam, Vel quia fortè ſunt pauperes, qui ſine magno diſcrimine non poſſunt longum iter peragere: c.Quamuis, & c.Quod de his de ſent.excommunicat. Similiter ille, qui tenetur alere vxorem, & familiam, & non habet facultatem ſufficientem, vt iter agendo poſſet id honeſtè facere, cenſetur tanquam pauper, & in caſu poterit abſolui ab Epiſcopo, prout dicit Filliuc.d.trac.15. de Cenſ. cap.1.nu.36. alijque communiter.

44 Infirmi, conualeſcentes, cæci, claudi, Inimicitiæ graues. — c.Quamuis. — c.Ea naſcitur. — c.De cœtero. — c.Quod de his. — Bonacina. — Filliucius. — Suarez. — Angelus. — Nauarr.

Similiter Aegri, Valetudinarij, Senes, Debiles, cæci, claudi, vel laborantes grauibus inimicitijs, quarum ratione ſine periculo vitæ Romam pro abſolutione excommunicationis adire non poſſunt: tunc in caſu abſolui poſſunt ab Epiſcopo loci. Non enim eſt credibile Summum Pontificem voluiſſe abſolutionem huiuſmodi excommunicationis ſibi reſeruare cum tanto fidelium incommodo, & periculo; prout colligitur ex Iure Canonico pluribus in locis. c.Quamuis.c.Ea naſcitur.c.De Cœtero.c.Quod de his de ſent.excommun. Ità Bonac.D.2.qu.4.p.5.nu. 3.Filliucius d.trac.15.cap.1.num.37. Suar.de Cenſ. D.22.ſect.1.num.64. Angelus Verbo excommun.5. num.65.& Nauar. cap.27. nu.88.

45 Secũdum eſt Impedimẽtũ Canonicum. — Serui excuſantur. — Filij parentũ pauperum. — Mariti, qui tenentur alere vxores, & familiam. — Officiales ciuitatum. — Quare dicatur Impedimentum Canonicum. — Filliucius.

Circa ſecundum de Impedimento Canonico eũdi Romam ad Curiam excuſantur ſerui, ſiuè mancipia, Filij familias, qui ſui iuris non ſunt, adeò vt Dominus illorum graue damnum indè non patiatur ex abſentia ſerui ſine ſua culpa. Ità Sayrus lib.3. de Cenſ.cap.28.num.28. Similiter etiam filij quando ſubuenire debeant parentibus in neceſſitate exiſtentibus. Ità etiam Matrimonij vinculo ligati, qui non poſſunt ſine periculo relinquere vxores, & filios, maximè quando ſunt pupilli. Ità etiam officiales Ciuitatis, exercentes munus publicum, quod ſine magno detrimento proprio, vel aliorum prætermitti non poteſt: In his ergo, & ſimilibus caſibus ex interpretatione iuris poterit Epiſcopus in foro cõſcientiæ abſoluere à tali excommunicatione: Ideóque dicitur Canonicum Impedimentum: quaſi approbatum à Canone, & rationi conſentaneum; prout colligitur ex c.Quamuis de ſent.excomm. Ità Filliuc.d.trac.15.c.1.nu.38.

46 Tertium Impedimentum Iuris beneficij. — Mulieres. — Impuberes. — c.Pueris. — Molina. — Suarez. — Filliucius.

Circa tertium de Impedimento Iuris beneficij: Excuſantur primò Mulieres cuiuſcumque ſint ætatis, ſtatus, & conditionis: non enim decens eſt mulieres peregrinare; prout dicitur in c.Mulieres de ſent.excommunicat. Quod idem dicendum eſt de pueris impuberibus, qui non ſolùm abſolui poſſunt à percuſſione leui, ſed etiam à mediocri, & graui facta ante annos pubertatis, etiamſi abſolutionem petant poſtea quam facti ſunt puberes; prout dicitur in c.Pueris de ſent.excomm. Ità Molina d.59. Suar.& Filliuc.locis ſupra citatis.

Imò

47 Imò multi Doctores probabiliter exiſtimant Adoleſcentulum, etiam poſt annos pubertatis propter eandem rationem abſolui poſſe ab Epiſcopo maximè quando ſit periculum, ne talis adoleſcens aliquod periculum animæ, vel corporis in itinere patiatur, ſpectata conditione perſonæ, & alijs circumſtantijs ad iudicium boni viri. Ità Suarez d.D. 22.ſect.1.num.67. Molina loc.cit.& Bonacina D.2. q.4.p.5.num.3.

Adoleſcentuli formoſi. *Suarez. Molina. Bonacina.*

48 Similiter dicendum eſt de Clericis collegiatis in congregatione viuentibus, qui aliquando inuicem lenibus, vel etiam mediocribus ictibus ſe percutiant, ſicut etiam Religioſi ſe inuicem percutientes abſolui poterunt à Superiore ipſorum, ſi eiuſdem ſint Religionis: Si verò diuerſæ, abſoluendi ſunt non ſolùm à ſuo Superiore, verùm etiam à Superiore Religioſi percuſſi, cui facta fuit iniuria in percuſſione ſui ſubditi: Quamuis in caſu Superior Religioſi percuſſi poſſit ſi voluerit alteri vices ſuas committere; prout habetur ex c. Illorum de ſent. excommunic.

Clerici collegiati viuẽtes. *Religioſi.* *Quando percuſſus eſſet alterius religionis.* *c. Illorum.*

49 Si autem Religioſus aliquando percuſſerit ſuum Superiorem, tunc abſoluendus eſt à Papa: quia talis percuſſio, reſpectu perſonæ reputatur grauis, & enormis. Si verò percutiat alium Abbatem, ſiuè Superiorem extra ordinem, tunc quando percuſſio fuit leuis poterit abſolui ab Epiſcopo. Quando autem fuit grauis à ſolo Papa. Ità Filliuc. ſupra nu.40. Hæc autem, quæ dicta ſunt de Religioſis procedunt de Iure communi: nam per Priuilegia, mendicantes abſolui poſſunt in foro conſcientiæ à ſuis Prælatis, ſiue à confeſſarijs deputatis, iuxta eorum Priuilegia.

Percuſſio facta cõtra Superiorem abſoluenda eſt à Papa. *Filliucius.* *In foro conſcientiæ poſſunt abſolui virtute priuilegiorum.*

50 Dicimus tandem aliquando, quod poſſet eſſe excuſata aliqua perſona magnæ potentiæ, quæ propter ſuum ſtatum, & delicatam complexionem laborem longi itineris ſuſtinere non poſſet: tunc ſtandum eſt ad iudicium Epiſcopi. An in caſu conſulendus ſit Summus Pontifex, & expectanda correctio, & interim poterit abſolui in foro conſcientiæ tantùm ab Epiſcopo loci. Et hæc de excommunicationibus in Iure reſeruatis, dicta ſufficiant.

Perſona inſignis quandoque abſolui poteſt ab Epiſcopo, & quare.

TRACTATVS XII.

De Excommunicatione ab homine, Tract VIII.

PROOEMIVM.

Qvoniam omnis excommunicatio, vel eſt à Iure, vel ab homine: De excommunicationibus à Iure, tam reſeruatis, quàm non reſeruatis, tam ſufficienter in præcedentibus dictum eſt, Ideòque rectus doctrinæ petit ordo, vt conſequenter de alijs cenſuris excommunicationum, quæ appellantur ab homine ſpecialiter in hoc præſenti tractatu dicamus: In hoc enim differt excommunicatio à Iure, & ab homine, quia illa lata eſt per legem, ſeu per modum ſtatuti; Hæc autem ſolummodò lata eſt per modum ſententiæ, & præcepti particularis: Illa durat etiam poſt mortem conditoris; Hæc autem deficiente latore non habet ampliùs effectum, quando antea non eſſet contracta: Illa abſolui poteſt à confeſſarijs, quando non eſt reſeruata; Hæc autem abſolui non poteſt niſi à Iudice, qui eam tulit, vel ab eius Superiore, vel à ſucceſſore in officio, & dignitate, vel ab eo, cui ſpecialis facultas ab illis fuerit conceſſa pro tali excommunicatione auferenda, iuxta facultatem conceſſam à delegante: prout pleniùs dictum eſt ſupra in tract.7. cap.1.

Differentia inter excommunicationẽ à Iure, & ab homine. *Secunda differentia.* *Tertia differentia.*

Hæc autem excommunicatio ab homine dupliciter poteſt conſiderari, vel quatenus infligitur contra determinatas perſonas particulares, & de iſta nihil poteſt dici determinatè, quia de ſingularibus non datur vera ſcientia, cum ſingularia ſint contingentia, & poſſint eſſe infinita ſyncathegorematicè, ideòque de eis non poteſt eſſe determinata veritas: Ad eius tamen cognitionem ſufficiunt ea, quæ dicta ſunt in præcedentibus, & dicenda erunt in ſequentibus de excommunicatione in communi, quæ faciliter ad eam modo ſuo poſſunt applicari: Secundo modo conſiderari poſſunt, quatenus feruntur à Iudice contra delinquentes in communi, vel ad reſtitutiones faciendas, vel ad denunciandа crimina delinquentium, & de iſtis in hoc præſenti Tractatu dicere opus eſt, quapropter rem totam duobus Capitulis perſoluemus, in quorum priori dicendum eſt de excommunicationibus, quæ infligi ſolent à Prælatis Eccleſiaſticis contra fures ad reſtitutiones faciendas rerum ablatarum, & contra ſcientes, & non reuelantes: In Poſteriori de ijs, quæ feruntur ad denuncianda crimina, aut alia ſecreta reuelanda iuxta præceptum impoſitum à Prælatis ſub pœna excommunicationis: De alijs verò excommunicationibus, quæ feruntur, & renouantur quolibet anno à Summo Pontifice Feria V. in Cœna Domini, quorum abſolutio eſt tantummodò reſeruata ipſi Summo Pontifici ferens dicendum erit poſtea ſpecialiter in ſequentibus tractatibus.

Excommunicatio ab homine conſideratur dupliciter. *Primò contra perſonas particulares.* *Secũdò contra perſonas in communi.* *Diuiſio totius tractatus in duas partes.*

DE EXCOMMVNICATIONIBVS latis ab homine ad reſtitutiones faciendas.

CAP. I.

1 QVæritur Primò in hoc præſenti Capitulo: An licitè poſſint Prælati Eccleſiaſtici cenſuras excommunicationis infligere contra fideles pro cauſis temporalibus? & Ratio dubitandi eſt, quia videtur inconueniens animas fidelium Chriſtianorum grauiſſimo excommunicationis vinculo ligare, mediante quo priuantur fideles ſpiritualibus bonis, & traduntur poteſtati Sathanæ pro recuperandis rebus temporalibus, quæ ſunt corruptibiles, & reſpectu ſpiritualium nullius ſunt valoris.

Quæſitũ primum. An pro rebus temporalibꝰ poſſit infligi excõmunicatio?

2 His tamen non obſtantibus. Reſpondetur Non eſſe inconueniens pro aliquibus cauſis temporalibus infligere aliquandò cenſuras contra delinquentes, ordinando illas ad animarum ſalutem. Talis enim eſt finis intentus ab Eccleſia, quandò excommunicat fideles, qui non curauerunt reſtitutionem facere rerum alienarum, quas non poſſunt tuta conſcientia retinere, & niſi plenè reſtituant abſolutionis non ſunt capaces, ideòque Prælatus vtitur remedio ſalutari, fulminando excommunicationis ſententiam contra retinentes res alienas, & contra ſcientes, & non reuelantes, vt tali timore correpti reſipiſcant, & facta conuenienti reſtitutione à poteſtate Diaboli eruantur, & ſalui fiant in die Domini &c. Ita Suarez de Cenſ. D.20. ſect.1. num.21. Filliuc. de excommunic. trac.14. cap.1. num.1. & eſt doctrina Concil. Trident. ſeſſ.25. de reformat. cap.3. vbi dicitur: *Talem conſuetudinem eſſe licitam, & honeſtam.*

Reſolutio eſt affirmatiua. *Finis intẽtus in excommunicationibus qualis ſit.* *Suarez.* *Filliucius.* *Conc. Trid.*

3 Verum eſt tamen, quod ad hoc ritè faciendum obſeruandæ ſunt aliquæ circumſtantiæ: quarum vna eſt, quod huiuſmodi excommunicationes pro rebus temporalibus non ferantur, niſi ab Ordinario, vel eius Vicario Generali, qui gerit vicem ipſius Epi-

Prima circumſtantia obſeruanda. A quo ferẽda eſt talis excõmunicatio.

Epiſcopi in hoc caſu; quod idem dicendum eſt de Vicario electo à Capitulo pro tempore Sedis vacantis: Quod etiam intelligendum eſt de alijs Prælatis habentibus, quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem, quales ſunt Abbates, alijque Prælati exempti, qui ſecundum probabiliorem Doctorum ſententiam poſſunt etiam huiuſmodi excommunicationes inſligere contra ſuos ſubditos delinquentes, in quos habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem: Solum ergo excluduntur inferiores Iudices ſubordinati ordinario, vt ſolent eſſe Archipresbyteri, Archidiaconi, Parochi, &c. qui non habent facultatem ad huiuſmodi excommunicationes ferendas. Ità Suarez d. D. 20. ſect. 1. num. 2. Filliucius loc. cit. nu. 2. alijque communiter.

Archipresbyteri, Archidiaconi, & Parochi non poſſunt excommunicare. Suarez. Filliucius.

4 Secunda conditio eſt, quod tales excommunicationes non ferantur niſi pro re graui, & alicuius momenti, facta prius diligenti examinatione de re, pro qua inferenda eſt excommunicatio, & matura conſideratione, vt fideles tali timore correpti reſipiſcant, faciendo reſtitutionem, quam facere tenentur: Et in caſu Epiſcopus abſtineatur à proprio cõmodo, & intereſſe, ideòque abſtineatur quantum fieri poterit ab executione reali, & perſonali; prout dicitur expreſsè in d. c. 3. ſeſſ. 25. de reformat. Conc. Trid. Ità Nauar. cap. 27. nu. 10. Suarez, & Filliucius, locis ſupra citatis.

Secunda conditio obſeruanda. Tertia conditio. Concil. Trid. Nauarr. Suarez. Filliucius.

5 Quæritur Secundò: Quæ ſint cauſæ legitimæ, & iuſtæ ad ferendas cenſuras pro rebus temporalibus?

Quæſitum ſecundum.

Reſpondetur Duas eſſe, quibus Eccleſiaſticus Iudex moueri poteſt ad ferendas cenſuras, quarum Prima eſt, vt aliquod malum commiſſum emendetur reſtituendo oblata, vel reddantur alienæ Scripturæ, & ſimilia, quæ tuta conſcientia retineri non poſſunt: Secunda vt malum, quod committi, & timeri poteſt impediatur, lato præcepto ſub conditione aliquid faciendi, quod ſi non fiat incurratur excommunicatio propter contumaciam delinquẽtis, nolentis deſiſtere à malo.

Cauſæ legitimæ ad inferendas cenſuras. Prima. Secunda cauſa.

6 Ex quo patet, quod quando fertur à Prælato præceptum ſub pœna excommunicationis, non ponitur formaliter pro rebus temporalibus, vt temporales ſunt ſub titulo rerum temporalium, ſed ſub titulo, & ratione ſpirituali: Licèt enim Eccleſiaſtica poteſtas ſit ſpiritualis, poteſt tamen tale præceptum quandòque ferre pro rebus ipſis reſtituendis, tamquam pro materia talis præcepti, tendentis formaliter ad animarum ſalutem: prout dicunt D. Thom. in 4. D. 18. quæſt. 2. A. 1. quæſt. 3. Suarez de Cenſ. D. 10. ſect. 1. num. 9. & Filliuc. de excommunic. trac. 14. cap. 1. num. 6.

Finis formalis excommunicandi qualis ſit. D. Thomas. Suarez. Filliucius.

7 Quæritur tertiò: An Prælatus poſſit licitè excommunicare perſonas, retinentes res alienas generaliter, An vero ſpecialiter, & nominaliter?

Quæſitum tertium.

Reſpondetur primò, quod quotieſcumque Prælatus vult excommunicare perſonam Eccleſiaſticam, ſibi ſubditam, nolentem reſtituere res alienas, poterit licitè illam excommunicare explicitè nominando, ratione contumaciæ, factis prius debitis monitionibus; & Ratio huius eſt, quia cum Prælatus habeat iuriſdictionem directam in perſonas Eccleſiaſticas poterit vtique recognoſcere cauſas, & contra contumaces ferre ſententiam excommunicationis, vt reſipiſcant reſtituendo ablata.

Quomodo poteſt Prælatus excõmunicare perſonas particulares.

8 Secundò Reſpondetur: quod ſi perſona iudicanda ſit laica, & ſæcularis, non debet Prælatus immediatè illam condemnare, pro rebus temporalibus, ipſam ſpecialiter excommunicando, quia Prælatus non eſt Iudex immediatus ſæcularium circa temporalia: Poterit tamen generaliter excommunicare omnes, & ſingulas perſonas, retinentes res alienas, ſi elapſo tempore reſtitutionem facere non curent: Et tunc quicumque eſſet contumax excommunicationem incurreret: Verum eſt tamen, quod etiam ſi excommunicaret ſpecialiter aliquem ſæcularem, in quem habet iuriſdictionem excommunicatio lata valeret; prout probant Suarez loc. cit. nu. 7. & Filliuc. num. 8. cum alijs.

Excõmunicatio generalis, & ſpecialis quomodo facienda. Suarez. Filliucius.

9 Quæritur Quartò. An dentur aliqui caſus, in quibus excuſentur fideles ab excommunicationibus latis, contra ſures?

Quæſitum Quartum.

Reſpondetur quod, licèt plures cauſæ aſſignari ſoleant à Doctoribus excuſantes ab incurſione cenſurarum, ſicuti nos plenius explicauimus ſupra in tractatu 6. huius 2. p. Theolog. mor. cap. 8. & 9. vbi tractauimus de cauſis, excuſantibus ab excommunicationibus incurrendis: In particulari tamen loquendo quantum ſpectat ad propoſitum noſtrum pro materia reſtitutionis ad ſex reducemus, quarum tres erunt generales, aliæ verò tres particulares, de quibus omnibus breuiter eſt dicendum.

In quibus caſibus excuſetur ab excommunicatione incurrenda. Reducuntur ad tres.

Prima ergo cauſa generalis eſt Innocentia: Secunda Ignorantia, & tertia Impotentia.

Prima cauſa generalis eſt innocentia.

10 Dicimus ergo Primò: Certiſſimum eſſe apud omnes Innocentiam excuſare ſemper fideles ab incurſione cenſuræ, præcipuè maioris excommunicationis, quæ contrahi non poteſt, niſi intercedat culpa mortalis: Quando ergo aliquis fidelis certe nouit ſe non peccaſſe mortaliter in tali re furata, pro qua lata eſt excommunicatio, Vel quia rem alterius quidem accepit, ſed animo recuperandi rem ſuam, vel ſimilem, vel æquiualentem, aut ſibi debitam ab altero poſſeſſore, à quo non poterat alia via recuperare, tunc non ligatur excommunicatione, lata contra retinentes res alienas: eò quod iſte talis non iniuſtè, ſed iuſtè illam retinet pro compenſatione ſibi debita ex iuſtitia; prout dicunt Soto in 4. D. 22. qu. 1. A. 2. caſu 3. Nauarrus cap. 17. nu. 112. Corduba in Sum. qu. 64. p. 2. caſu 4. Filliucius de excommunic. trac. 14. c. 1. quæſt. 5. num. 11. & alij communiter.

Recompenſatio quando eſt licita. Soto. Nauar. Corduba. Filliucius.

11 Aduertendum eſt tamen, quod in caſu, quando quis accipit rem alienam pro compenſatione ſibi debita: prætenſum debitum debet eſſe certum, & liquidum, & quod non poſſet alia via recuperare, propter defectum, iniuſtitiam, ignorantiam, vel affectum Iudicis alteri parti facientis: Et qui quamuis recuperare poſſet non tamen ſine magno incommodo propter magnitudinem ſumptus in recuperatione faciendo, aut quia ex tali lite diſcordiæ oriri poſſent, & amiſſio gratiæ, & amicitiæ illius, qui illi debitum ſoluere tenebatur; prout benè aduertit Nauar. loc. ſupra cit.

Aduertentia. Nauarrus.

12 Secundò Aduertendum eſt, quod in tali recuperatione mediante compenſatione aliquæ conditiones interuenire debent, quarum prima eſt, vt debitum ſit certum, & quod alia via recuperari non poterat. Secunda ne plus debito ſuo accipiat. Tertia vt reſtituat damnum corporale, aut ſpirituale, quod ex eo in aliquem redundauit. Quarta vt res, quam accepit non eſſet aliena, nec furto, nec latrocinio ablata, nec inualidè ab eo, qui debet acquiſita: & Quinta ne permittat deindè debitum ab hæredibus ſolui, ſi fortè illi ſoluere voluerint, neſcientes rem pro compenſatione ab illo acceptam.

Prima conditio obſeruanda. Secunda conditio. Tertia conditio. Quarta conditio. Quinta conditio.

13 Secunda cauſa excuſans eſt Ignorantia, quæ quãdo eſt inuincibilis ſemper excuſat, non ſolum ab excommunicatione, verùm etiam à culpa, quæ ſine delinquentis malitia contrahi minimè poteſt: Vndè

Secunda cauſa excuſans eſt Ignorantia.

quando

quando fideles non habent notitiam talis præcepti, lati à Superiore ſub pœna excommunicationis,non poſſunt dici contumaces, ideóq; durante tali ignorantia excuſantur à culpa, & ab excommunicatione,quæ non contrahitur,niſi præcedat culpa.

14 Quare quando præceptum Superioris latum eſt ſub conditione, implenda intra certum terminum: Si aliquis propter imperitiam facti,ſiue præcepti,lati poſt lapſum terminum ſtatutum non adimpleſſet præceptum, non eſſet excommunicatus vſq; quo tranſeat ſtatutum tempus à die, quo nouit excommunicationem latam: nam tempus conſtitutum in monitorijs incipit currere à die ſcientiæ, quare qui ignorauit edictum non videtur eſſe peioris conditionis eo,qui illud nouit,ideoque videtur illi concedendus æqualis terminus;prout dicunt Suarez tom. 5.de Cenſ.D.20.ſect.3.num.13.Henriqu.lib.13.cap. 18.num.6.Lazarus lib.Can.qq.ſect.2. qu.6. num.7. Bonacina de Cenſ.D.2.qu.6.p.1.num.35.& nos diffuſius de hac materia tractauimus ſupra in tract.6. cap.8. loquendo de cauſis excuſantibus ab excommunicatione à num.5.vſque ad 27.

Terminus reſtituendi incipit à die ſcientiæ.

Suarez. Henriquez. Lazarus. Bonacina.

15 Tertia cauſa excuſans eſt: Impotentia moralis: nam talis impotentia excuſat a peccato contumaciæ,& præcepto, propter quæ impoſita fuit à Iudice pœna excommunicationis incurrendæ: Quare quãdo Iudex præcipit ſub pœna excommunicationis, latæ ſententiæ, vt niſi quis faciat reſtitutionem rei ablatæ infra tale tempus &c. ſi in tali tempore accideret impotentia moralis, propter quam ſoluere delictum minimè poſſet ſine magno detrimento ſui ſtatus, non obligatur ad præceptum, ideòque ſi per impotentiam, ſaltem moralem reſtituere non poſſet tempore præfixo non afficeretur tali cenſura, lata contra detinentes iniuſte res alienas, quia ad impoſſibile nemo tenetur: prout dicunt Soto in 4.D.22.qu.1.A.2.poſt 4.concl.Henriq.cap.18.num. 4.Filliucius de Cenſ.trac.11. cap.8. qu.8. num.241. & trac.14.cap.1.qu.7.num.17.Graff.lib.2. Deciſ.ca. 8.num.10.Sylueſt.Verbo excommunicatio 2. num. 1.caſu 12.Nauarrus c.Inter verba: conſ.6.num.2.q. 2.Videantur quæ nos diximus ſupra d.tr.6,cap.8. à num.39.vſque ad finem.

Tertia cauſa excuſans eſt Impotentia.

Impotentia moralis excuſat à reſtitutione facienda.

Soto. Rodriquez. Filliucius. Graſſus. Sylueſter. Nauarrus.

16 Aduertendum tamen eſt talem impotentiam debere eſſe actualem: qoia ſi quando lata fuit excommunicatio,talis erat potens, & non reſtituit, etiam ſi poſtea vere eaadat impotens, non effugiet excommunicationem: quia eam iam incurrit,hoc ipſo, quod non reſtituit, quando lata eſt, & actu erat potens: & Ratio huius eſt, quia in caſu iſte talis videtur eſſe contumax, eò quod voluntariè ſe fecit impotentem: dum enim præuidebat, ſe tempore præfixo reſtitutionem debitam amplius facere non poſſe, tenebatur tempore, quo erat potens facere reſtitutionem. Ita Bonacina de Cenſ.D.1.qu.2.p.3. num.1,Suarez de Cenſ.A.20. ſect.2. num.16. Filliucius d.tract.11.cap.8.num.243. Videantur ea, quæ nos de hac materia diximus ſupra in trac.6. cap.8. num.40.

Impotentia debet eſſe actualis, vt excuſet.

Voluntariè ſe faciens impotens non excuſatur.

Bonacina. Suarez. Reginaldus.

17 Dantur etiam aliæ cauſæ excuſantes ab incurſione cenſuræ latæ ab homine:quarum Prima eſt legitima appellatio interpoſita, vel de nullitate ſententiæ, vel de grauamine propter iniuſtitiam, factam a Iudice contra reum, non ſeruato iuris ordine in eſſentialibus: nam appellatio interpoſita ſuſpendit effectum ſententiæ latæ; prout dicunt Syluest.Verbo Excommunicatio 2. qu.1. Auila 2.part. cap.5.d.5.dub.11.concluſ.3. Sayrus de Cenſ.libro 1. cap.16.num. 24.Henriquez lib.13.cap.16.Bonacina de Cenſ.D.1.quæſt.2. p.2. num.2. & nos plenius de hac materia tractauimus ſupra d.tractat. 6.cap.8. num.27.

Appellatio interpoſita excuſat ab effectu excõmunicationis.

Sylueſter. Auila. Sayrus. Henriqu. Bonacina.

18 Secunda eſt Prolongatio termini,facta à Iudice, ſiue a parte, ad cuius inſtantiam lata eſt excommunicationis ſententia ſub conditione: nam ſicut condonante creditore debitum, ceſſaret excommunicatio; Ita concedente dilationem, vel ſuſpendente obligationem debitoris excommunicatio ſuſpenditur: Iudex enim non magis intendit obligare debitorem, quam vult, & intendit ipſe creditor in cuius fauorem,& inſtantiam conceſſa fuit excommunicatio, prout nos plenius explicauimus ſupra in tract.6.ca.9.num.9.ex doctrina Suarez de Cenſ.D. 3.ſect.3.num 8.Coninch.D.14. d.16.num.199. Bonacina de Cenſ.D.1 qu.2.p.4.num.1. Angelus Verbo excommunicatio num.2.& Filliuc.de Cenſ.trac. 11.cap.3.num.80.

Prolongatio termini [illegible] à cenſura [illegible].

Suarez. Coninch. Bonacina. Angelus. Filliucius.

19 Tertia Cauſa eſt voluntas, ſiuè intentio ſaltem interpretatiua partis, ad cuius inſtantiam lata fuit excommunicatio, nolentis aliquos intimos comprehendi, eò quod ſemper Iudex fert excommunicationem,iuxta ipſius partis intentionem, ideóque illi erunt excepti, quos pars ſaltem tacite intendit excipere: Quare quando ad inſtantiam mariti, ſiue patris &c. feratur excommunicatio contra eos,qui clam aliquid ab eis rapuiſſent, non comprehenderentur vxor, nec filij (regulariter loquendo) niſi in aliquo caſu de eis etiam expreſſa facta eſſet mentio; prout aduertit Filliuc.de Cenſ.tract.14. cap. 1. num.10.

Filliucius.

20 Quæritur quintò: An teneatur aliquis reſtitutionem facere quando vinea diſſipata eſt a multis ſucceſſiuè, quorum quilibet ex ſe partem paruam furatus eſt non ſufficientem ad peccatum mortale ex materiæ leuitate: ſingula tamen furta, ſimul conſiderata, inferunt damnum notabile Domino illius: An in caſu ſinguli, qui talem vineam furati ſunt teneantur reſtitutionem facere ex parte ſua poſtquam habuerunt notitiam damni, illati Domino illius vineæ, & hoc ſiuè ex communi conſenſu, ſiuè abſque illo, quilibet paruam quantitatem ſit furatus?

21 Reſpondetur,quod licèt: Ille, qui furatus ſit rem paruam ex materiæ leuitate in actione furandi non peccaſſet mortaliter,habita tamen notitia de damno illato à multis eſſe magni momenti, & quod Dominus talis vineæ paſſus ſit damnum notabile ex ſingulis furtis,tunc teneretur vnuſquiſq; ex parte ſua tale damnum reparare, alioquin quilibet illorum non excuſaretur à culpa mortali: Quapropter ſi lata eſſet excommunicatio contra illos, qui talem vineam diſſipauerunt, vnuſquiſque tenebitur reſtitutionem facere ex parte ſua, alioquin ab excommunicatione lata non eſſet immunis.

Habita notitia de damno illato tenentur reſtituere.

22 Exemplum patet de illo, qui ſingulis diebus furatus eſt obolum, non coniungens vnam actionem cum altera: Deindè verò,melius in ſe reuerſus quãdo cognoſcit ex ſingulis illis actionibus facere ſummam notabilem,& coaleſcere in grauem damnum Domini illius defraudati, tenebitur ſub culpa mortali omnia illa reſtituere, eò quod illa parua ſimul iuncta faciunt materiam notabilem in ratione furti,& multa parua faciunt vnum ſatis, &c.Ita dicendum eſt in propoſito;Ita Suarez de Cenſ.D.20.ſect. 2.num.3.Bonacina D.2.qu.6. num.33. Lazar.tract. q.q.Can.ſect.3,q.2.Soto in 4.D.22.qu.1.A.2. & Filliuc.d.tr.14.c.1.nu.13.

Multa parua faciunt vnum ſatis.

Suarez. Bonacina. Lazarus. Filliucius.

23 Quæritur Sextò: An poſſit Prælatus quandoque obligare ſubditos ſub præcepto obedientiali, obligante ad mortale,quando tranſgreſſio illius præcepti,

Quæſitum Sextum.

Digitized by Google

An Prælatus poſſit obligare in materia leui.

pti, ſecundum ſe conſiderata ſit leuis, non pertingens ad illam quantitatem, quæ ſit ſufficiens ad peccatum mortale conſtituendum?

Reſolutio.

24 Reſpondetur: quod quamuis communiter dicant Doctores (regulariter loquendo:) non poſſe ſuperiorem obligare ſubditos ſuos ad peccatum mortale, quandò materia in ſe ſit leuis: Poterit tamen aliquando, quando talis actio reſultaret in graue damnum communitatis, & contra bonum publicũ, facere præceptum obedientiale, ne quilibet ſuorum ſubditorum talem actionem audeat facere ſub pœna excommunicationis latæ ſententię ipſo facto incurrendæ: quia in caſu, licèt materia præcepti in ſe ſimpliciter conſiderata ſit leuis, & parui momenti, tamen quatenus indè oriri poterunt ſcandala, & damnum notabile contra communitatem poterit licitè, & validè Prælatus tale præceptum facere, & tranſgreſſores excommunicationem incurrerent propter contumaciam, & tranſgreſſionem præcepti: Ità Suarez de cenſ. D.20. ſect.2.nu.6. Couar. in c. Alma p.1. §.9.n.2. Pet. Nauar. de reſt. lib.3. c.1. d.5. nu.49. Soto D.22. q.1. A.2. Filliuc. de cenſ. tr. 14. c.1. n.16.

In quo caſu poterit obligare.

Suarez. Couarruuias. Pet. Nauar. Soto. Filliucius.

25 Quæritur Septimò: An fur, vel Socius delicti teneatur reuelare ſe ipſum, vel ſocios, quandò lata eſſet excommunicatio contra fures, & retinentes res alienas, ſcientes, & non reuelantes?

Quæſitum ſeptimum. Aſſertio.

Reſpondetur: eſſe communem Theologorum ſententiam aſſerentium: Neminem teneri prodere ſe ipſum, manifeſtando ſuum proprium delictum, ex qua manifeſtatione delicti, damnum notabile pateretur, vel in perſona, vel in honore: Ideòque fures non tenentur ſe ipſos furantes reuelare ex vi excommunicationis latæ contra ſcientes, & non reuelantes: tenentur tamen reſtitutionem rei furatæ in integrum ſoluere cum damnis inde ſequutis compenſare: & in hoc omnes conueniunt: vt videbitur ex Doctoribus ſtatim citandis.

Fures non tenentur ſe ipſos reuelare.

Tenentur tamen reſtitutionem facere.

26 Quod idem dicendum eſt de ſocijs criminis, & de alijs, quando ex tali reuelatione immineret infragabiliter aliquod detrimentum ipſi denuncianti: e.g. Si aliquis ſolus nouit aliquod delictum, commiſſum eſſe ab aliquo, qui certiſſimè nouit huiuſmodi ſolummodo perſonam eſſe conſciam talis criminis ab illo perpetrati: Tunc in caſu non tenebitur denunciare, quoties ex tali denunciatione ipſi denuncianti immineret periculum, ſiuè in vita, ſiue in bonis: & Ratio huius eſt, quia edictum, ſiuè præceptum Prælati benignè eſt interpretandum: Non enim credibile eſt Prælatum ſuperiorem voluiſſe obligare fideles cum tanto damno, & incommodo. Ità Nauar. c.25. nu.50. Auila 2.p. c.5. D.5. d.2. Henriquez lib.13. c.18. Bonac. de cenſ. D.2. q.6. nu.2. Graffius p.1. Deciſ. lib.4. c.8. n.3. Suarez de cenſur. D.22. ſect.3. num.9. Filliuc. d. tr.14. cap.2. q.5. & 6.

Socius furis non tenetur reuelare. Perſonæ certæ non tenentur reuelare, & quare.

Nauar. Auila. Henriquez. Bonacina. Graffius. Suarez. Filliucius.

27 Quare cognati idest parentes alijque aſcendentes, & deſcendentes ſaltem in primo gradu, vt filij, & filiæ: Vir, & Vxor, qui mediante Matrimonio facti ſunt vna caro, ſimiliter etiam Socer, gener, nurus, & Vitricus, ac Priuigna, inſuper fratres, & Sorores inter ſe, ac eorum filij, & filiæ excuſantur à denuntiatione facienda contra tales cognatos, quos nouerunt furatos eſſe res alienas, etiam ſi lata eſſet excommunicatio contra ſcientes, & non reuelantes: quia ſic eſt expediens pro conſeruatione Reipublicæ, quæ ſine amore, & vnione inter prædictos coniunctos, & familiam conſiſtere non poſſet: nam per huiuſmodi denuntiationes faciliter orirentur diſcordiæ, & diſſentiones, & ità diſſolueretur vnio, & pax, quæ inter huiuſmodi cognatos requiritur: Ità omnes præcitati Doctores, quibus addo Lazarium lib. can. qq. ſect.2. quæſt.14. & Guttier. cap.11. quæſt.51. Filliuc. d. tr.14. capit.2. quæſt.7. num.38.

Cognati, & parentes: An teneantur denunciare.

Ratio aſſertionis.

Lazarius. Guttierez. Filliucius.

28 Excipiuntur tamen duo caſus, quorum vnum eſt peccatum Hæreſis formalis, quod eſt infectiuum, & ſerpit velut cancer: Ideoque de hoc crimine tenetur vir denunciare vxorem, & Vxor maritum, ſimiliter etiam Pater filium, & è contra: Nam bonum fidei, & religionis Chriſtianę præponendum eſt honori debito parentibus: Ità Nauar. c. Inter verba conſil.6. num.327. Auila p.2. de cenſur. D.5. cap.5. d.2. Caſtro lib.2. de leg. pœnali: cum alijs ſupra citatis: Ità Bonacina de cenſ. D.2. q.6. p.1. n.5. cum alijs communiter.

Exceptio de peccato Hæreſis, & contra bonum publicum.

Nauar. Auila. Caſtro. Bonacina.

29 Alter caſus, qui communiter excipi ſolet eſt crimen læſæ maieſtatis, quando eſt in fieri, & non eſſent alij teſtes, quia tunc huiuſmodi cognati, tenerentur ſecreto modo tale crimen denunciare ad euitanda inconuenientia, ne ſequatur mors Principis innocentis, cuius mors in damnum communitatis redundaret, & eſſet contra bonum publicum, quod præferendum eſt priuato: propterea filius poteſt denuntiare, & teſtari contra parentes in cauſa hæreſis, aut in cauſa læſæ maieſtatis, quando crimen læſæ maieſtatis nondum eſt perpetratum, ſed eſt in fieri, vel pendet in futurum, eo quod in caſu periclitaretur caput reipublicæ contra bonum commune.

Crimen læſæ maieſtatis quando eſt in fieri, & quomodo.

30 Quod idem dicitur de Blaſphemia hæreticali, quando eſſet periculum, vt huiuſmodi parentes in tali vitio perſeuerent, eò quod honor, & gloria Dei præferri debeat reuerentiæ parentum, & aliorum hominum: Ità Comitolus lib.4. reſp. mor. q.8. Lazarius de Blaſph. q.12. num.57. & Bonac. de cenſ. D.2. q.6. p.1. n.5.

Blaſphemia hæreticalis quomodo eſt reuelanda.

Comitolus. Lazarius. Bonacina.

DE EXCOMMVNICATIONIBVS, LATIS Contra detinentes, ſcientes, & non reuelantes aliorum Crimina, & Scripturas.

CAP. II.

1 HÆc præſens materia circa huiuſmodi reuelationes faciendas pro conſcientiæ puritate ſeruanda ad modum neceſſaria eſt: nam ſæpe ſæpius tales excommunicationes à Prælatis Eccleſiaſticis fulminari ſolent contra ſcientes, & non reuelantes: Ideòque ne fideles in errorem, ſiuè confuſionem decidant explicandum nobis eſt in præſenti capitulo; Quando, & quomodo tales cenſuræ vim habeant obligandi, & quomodo ſint ſeruanda huiuſmodi edicta: Quare breuitati attendentes, quantum fas erit ad duo principalia capita rem totam reducemus: Primò agendo de excommunicationibus, quæ feruntur contra non manifeſtantes ſcripturas, ſiuè inſtrumenta, pro quibus reuelandis lata fuit excommunicatio à Prælato ad inſtantiam partis: Deindè de criminibus aliorum reuelandis pro illorum correptione: An Vid. compræhendant omnes ſcientes, & non reuelantes &c.

Neceſſitas huius doctrinæ quæ.

Duo veniunt conſideranda.

Quoad reuelationem ſcripturarum.

Quoad denunciandã aliorũ crimina.

2 Vndè pro intelligentia: Notandum eſt Primò quod ſcriptura reuelanda tripliciter poteſt conſiderari, Primò quatenus eſt alterius partis: ad cuius inſtantiam impetrata eſt excommunicatio, quæ ſcriptura non eſt propria ipſius poſſidentis, ſed falſo titulo, vel iniuſtè ab illo detinetur: Secundo

Scriptura reuelanda conſideratur tripliciter. Primo modo.

Secundo modo.

quatenus talis ſcriptura verè, & propriè eſt poſſidentis, vel quia iure hæreditario eam habuit, vel quia propria pecunia eam confecit, quamuis talis ſcriptura contineat ius alterius partis litigantis: Tertio quatenus talis ſcriptura eſt communis vtrique parti, quamuis ab vna tantum parte poſſideatur.

Tertio modo.

3 Concluſio circa primum modum.

His poſitis; circa Primum: Quæritur: An quando ſcriptura, de qua latum fuit præceptum ſuperioris ad reuelandum ſub pœna excommunicationis, verè pertineat ad partem, ad cuius inſtantiam facta fuit excommunicatio, teneatur illam poſſidens reddere proprio domino?

Quando ſcriptura eſt alterius reſtituenda eſt omnino.

Reſpondetur Affirmatiuè, imo etiam ante præceptum iudicis tenebatur ex iuſtitia illam reddere proprio domino, tamquam retinens rem alienam, ideòque Prælatus habuit iuſtam cauſam faciendi tale præceptum, prout communiter docent omnes Theologi, & Canoniſtæ: vt videre eſt apud Syluest. Verbo Falſarius quæſt. 3. & Auilam de cenſur. p. 2. cap. 5. D. 4. d. 1. Imò ſi non reſtituat non ſolum incidit in excommunicationem latam, ſed etiam tenebitur reſtituere damnum indè ſequutum proprio domino.

Sylueſter. Auila.

4 Limitatio.

Quid faciendum in caſu.

Limitatur autem hæc aſſertio, quando poſſidens talem ſcripturam, ipſam manifeſtando incurreret infamiam, vel aliquod damnum notabile in perſona, vel in bonis, quia tunc poterit talem ſcripturam dare alicui Religioſo, ſiuè Sacerdoti in ſecreto, qui illam conſignet in manu proprij domini, tacito nomine ipſius poſſidentis; prout notauit Auila de cenſ. p. 2. cap. 5. D. 4. concl. 3. circa medium.

Auila.

5 Quando ſcriptura eſt propria poſſidentis non tenetur.

Circa ſecundum quando ſcriptura eſt propria ipſius poſſidentis, vel quia iure hæreditario eam habuit, vel quia propria pecunia eam confecit, quamuis contineat ius alterius partis, tunc non tenebitur ratione iuſtitiæ illam alteri parti dare ante mandatum iudicis, eò quod talis ſcriptura non eſt appropriata parti litiganti, & nemo tenetur ex iuſtitia dare alteri quod ſuum eſt: Si autem Prælatus aliquando præciperet, vt talis ſcriptura, continens ius alterius manifeſtetur, tunc tenebitur illam manifeſtare, aliter excommunicationem incurreret, prout dicunt Soto in 4. D. 22. quæſt. 1. A. 2. caſu 3. Corduba in ſum. quæſt. 63. Ludouic. Lopez in Inſtruct. p. 2. c. 9. Auila de cenſ. p. 2. cap. 5. D. 4. d. 1. concl. 3.

Niſi quando lata eſſet excommunicatio.

Soto. Corduba. Lopez. Auila.

6 Limitatur aſſertio.

Hæc autem aſſertio limitatur, niſi ex tali manifeſtatione ſcripturæ illam poſſidens graue detrimentum, vel damnum pati poſſet, eò quod pars aduerſa habens talem ſcripturam poſſet contra ipſum litem monere, & iniuſtè moleſtare poſſet, petendo ab eo, quo titulo bona ſua adhuc bona fide poſſeſſa apud ſe retineat, quem titulum oſtendere non poſſet, eò quod talis ſcriptura, quæ titulum huiuſmodi poſſeſſionis continebat per iniuriam amiſſa eſt: Ideòque non tenebitur in tali caſu talem ſcripturam manifeſtare: nam lex humana, & præcepta Eccleſiaſtici iudicis humano modo, & benignè ſunt intelligenda humanæ fragilitati accomodata. ideòque non obligant cum tanto detrimento: nemo enim tenetur prodere ſe ipſum, nec dare propria arma aduerſario: prout dicunt Corduba in ſum. quæſt. 63. Vega lib. 3. caſu 365. & Auila de cenſ. p. 2. cap. 5. D. 4. concl. 3. circa medium, & alij.

Ratio iſtius Aſſertionis. Corduba. Vega. Auila.

7 De Tertio modo quando ſcriptura eſt communis vtrique parti.

Circa tertium quando talis ſcriptura eſt communis vtrique parti, quod dupliciter contingere poteſt: Primò quò ad ipſius proprietatem, vel quia talis ſcriptura pariter vtrique parti fuit donata, vel communi pecunia confecta, vel quia ſint ambo cohæredes, & talis ſcriptura eſt ipſis hæredibus communis: & tunc quando Iudex ad inſtantiam alterius partis faciat præceptum ſub excommunicationis pœna, vt quicumque habeat tale inſtrumentum apud ſe teneatur illud reuelare: ſi poſſidens tale inſtrumentum, ſiue ſcripturam non manifeſtet peccat mortaliter, & excommunicationem latam contra dictum præceptum incurret: In hoc enim omnes conueniunt, eò quod in caſu Prælatus habuit iuſtam cauſam ferendi excommunicationis ſententiam contra huiuſmodi ſcripturam poſſidentes, & non reuelantes; Ita Panorm. in c. 1. de Probat. Suarez de Cenſ. D. 20. ſect. 3. Auila p. 2. D. 4. cap. 5. d. 3. concluſ. 5.

Diſtinctio ſecundum Panormitan.

Panormitan. Suarez. Auila.

8

Secundo modo ſcriptura poteſt dici communis, eò quod materia in ea contenta vtrique parti fauere poteſt; continet enim rationes vtriuſque partis: charta autem non eſt communis, ſed poſſidentis, eò quod ipſius pecunia, ſiuè induſtria facta fuit: & tunc diſtinguendum eſt: Vel talis ſcriptura eſt Originalis, nec poteſt alio modo, & via inueniri ab altera parte, ad cuius inſtantiam lata fuit excommunicatio: & tunc tenetur talem ſcripturam poſſidens alteri parti accommodare, eò quod ex tali occultatione graue damnum, & detrimentum pateretur, cum non poſſet alia via ius ſuum obtinere.

Quando ſcriptura eſt originalis.

9 Quando eſſet exemplata.

Si verò talis ſcriptura eſſet exemplata, & confecta propria pecunia ipſius poſſidentis, & altera pars aduerſa peteret talem ſcripturam ad promouendam litem contra ipſum detinentem: tunc non tenebitur illam manifeſtare: quia nemo tenetur propria arma aduerſario miniſtrare contra ſe: ſed iſte exhibendo talem ſcripturam pateretur detrimentum in illa re, de qua litigatur, ergo illam exhibere non tenetur: Nam in caſu poterit pars aduerſa diligentiam facere ad inuenienda originalia, & ad ipſius expenſas habere exemplaria: Ita Panormitanus cum omnibus ſupra citatis.

Nemo tenet propria arma aduerſario dare.

10 Difficultas.

Sed maior difficultas eſt, An alij ſcientes ab aliquo poſſideri talem ſcripturam, de qua lata fuit excommunicatio contra ſcientes, & non reuelantes: omnes ſcientes teneantur talem ſcripturam, ſiue eam poſſidentes manifeſtare, ne dictam excommunicationem latam incurrerent?

An ſcientes teneantur reuelare.

11 Reſolutio eſt affirmatiua.

Reſpondetur: Omnes ſcientes eſſe obligatos ex vi monitorij talem ſcripturam manifeſtare, vel ſaltem eam detinentem, & non reuelantem, quotieſcumque ſciunt, & probare poterunt, dummodò ex tali denuntiatione aliquod notabile damnum ſibi reuelanti non immineret, quia tunc denuntiare non tenerentur cum tanto incommodo, & periculo, vel eſſent excuſati ratione ſecreti ſibi commiſſi, vel ratione conſanguinitatis, ſiuè ob aliam iuſtam, & rationabilem cauſam à tali denuntiatione facienda excuſantem, vt infra videbitur agendo de obligatione manifeſtandi aliorum delicta quando ſunt ſecreta: prout notauit Auila de Cenſ. p. 2. c. 5. D. 4. d. 3. concl. 4. & alij communiter.

Limitatio.

Auila.

12 Quæſitum tertium.

Quo ad ſecundam partem huius præſentis capituli de Denuntiationibus faciendis aliorum criminum.

Quæritur tertiò. An excommunicationes, quæ feruntur à Prælato ad denuntianda aliorum crimina obligent omnes, & ſingulas perſonas, talia crimina commiſſa ſcientes, & quomodò intelligenda ſunt huiuſmodi præcepta, & edicta Superiorum præcipientium ſub excommunicationis pœna, vt omnes ſcientes denuntient delicta aliorum commiſſa ad remedium illis adhibendum: At quoniam

De criminibus aliorum denuntiãdis.

præ-

Digitized by Google

præſens materia valdè neceſsaria eſt, & valdè intricata, ideò per aliquas regulas generales rem totam ad breuem ſummam reducemus: ſit igitur Prima Regula.

Prima Regula.

13 Quotieſcumq; ex denuntiatione alterius criminis facienda aliquod graue incommodum, ſiue periculum ipſi denuntianti immineret, non tenetur quis tale delictum, ab aliquo commiſſum denuntiare, quandò eſt ſecretum, & ipſe ſolus nouit tale delictum, tunc enim non tenebitur reuelare, quia in caſu ipſe denuntiatus veniret in notitiam ipſius denuntiantis, & faceret aliquod damnum contra ipſum denunciantem, quare ſuperior, qui poſuit præceptum ſub pœna excommunicationis, non intendit in tali caſu obligare ad reuelandum cum tanto incommodo, & ſuperioris præcepta benignè ſunt interpretanda: Ita Nauar. cap 25. num. 50. & cap. Inter verba concl. 6. num. 224. Henriq. lib. 13. cap. 18. Suarez de cenſ. D. 20. ſect. 2. numer. 9. Auila 2. part. cap. 5. D. 5. d. 2. concl. 2. Soto de tegendo ſecret. num. 2. quæſt. 6. d. 5. Bonac. de cenſ. A. 2. quæſt. 6. part. 1. num. 2. Filliuc. de excommun. tr. 14. quæſt. 6. num. 37. Corduba in ſumm. q. 63.

Quando imminet periculum contra denuntiantem non obligatur.

Præcepta ſuperiorum benignè ſunt interpretanda.

Nauarrus. Henriquez. Suarez. Auila. Soto. Bonacina. Filliucius. Corduba.

14 Ex quo ſequitur, quod quando delictum commiſſum eſt occultum, & non ſit cognitum niſi à ſocio criminis, non tenetur talis ſocius delictum denuntiare, eò quod reuelando denuntiatus veniet in cognitionem ipſius denuntiantis, qui ſolus notitiam habebat talis criminis, & faciliter odium, & inimicitiam contra denuntiantem denuntiatus conciperet, ipſumque offendere, vel in vita, vel in fama, vel in bonis faciliter poſſet. Nemo autem tenetur manifeſtare alterius crimẽ, quãdo ex denũtiatione reſultat damnum, & periculum ipſi denuntianti, vt communiter dicunt omnes præcitati Doctores numero præcedenti.

Socius criminis denuntiare non tenetur.

Secunda Regula.

15 Secunda Regula eſt: Neminem teneri ex vi edicti, ſiuè præcepti Superioris denuntiare id, quod nouit ſub ſecreto naturali, quod ſibi manifeſtatum fuit à delinquente in ſecreto ad conſilium ab eo capiendum, vel remedium ſalutare ab eo recipiendum pro ſalute animæ, aut corporis, ſiuè honoris ipſius delinquentis: Quare Medicus, qui conſilium dedit pro tali infirmitate curanda, quod idem dicendum eſt de obſtetrice alicuius mulieris grauidæ, Aduocato, Procuratore, & Theologo, ſiue alio quocumque cui debitum ſecretè reuelatum eſt cauſa capiendi conſilium, ſiuè remedium ab eo &c. qui non tenentur tale delictum, ſibi ſecretè manifeſtatum reuelare: quia reuelando grauiter peccarent.

Delictum ſecretè cognitum manifeſtari non debet. Medicus procurator, Theologus, & conſiliarius denunciare non tenentur.

16 Ratio autem huius eſt, quia ad bonum commune ſpectat, vt homines liberè, & ſine timore reuelationis, petere poſsint conſilium, ſiuè remedium in caſibus occurrentibus &c. alias enim terrerentur homines à petendo conſilio à viro perito, & daretur occaſio errandi, & in varios errores incidendi; quod eſſet magnum inconueniens: Quare Prælatus ex vi monitorij obligare non intelligit, (cum non poſsit licite) huiuſmodi perſonas ad tale ſecretum ſibi commiſſum reuelandum, quando hoc reuelare non poſsint: Ità D. Thom. 2. 2. quæſt. 70. A. 1. ad ſecundum. Palud. in 4. D. 27. A. 3. nu. 27. Nauar. cap. Inter verba conſil. 6. num. 229. Auila part. 2. de cenſ. D. 5. cap. 5. d. 2. concl. 3. Bonac. de cenſ. D. 2. quæſt. 6. p. 1. num. 7. Filliuc. tr. 14. de excommun. cap. 2. quæſt. 8. nu. 39. Valent. tom. 3. D. 5. q. 14. p. 1. alijque communiter.

Ratio aſſertionis.

D. Thomas. Paludanus. Nauarrus. Auila. Bonacina. Filliucius. Valentia.

17 Excipitur tamen quando in aliquo caſu iuſta, & rationabilis cauſa aliud expoſcat, quando ex tali occultatione delicti reſultaret damnum commune contra Rempublicam, vel contra tertium, ſi tale damnum alia via impediri non poſſet, tunc enim licite, ſaltem ſecrete tale delictum committendum reuelari poterit, ei cui poteſt prodeſſe, & non obeſſe: Quando autem ex tali reuelatione maius damnum euenire poſset ipſi denuntianti, tunc non teneretur cum tanto incommodo talem reuelationem facere: Vel ſi tale ſecretum probare non poſſet. qua propter exiſtimaretur ipſe denunciator proditor, & calumniator, quod in magnum dedecus ipſius denuntiantis reſultaret: prout dicunt omnes communiter Doctores ſupra citati.

Exceptio aſſertionis.

Alia exceptio exceptionis.

18 Excipitur etiam reuelatio facienda in cauſa Matrimonij contrahendi inter ſponſos, habentes aliquod impedimentum dirimens, quare ille, qui nouit eſſe aliquod impedimentum dirimens etiam ſecretum, quamuis probare non poſſit, tenetur reuelare ſecrete eo modo, quo poteſt: nam in impedimentis Matrimonij ſufficit vnus teſtis, prout dicitur in cap. Præterea de ſponſal. Ità Bonacina de cenſ. D. 2. quæſt. 6. p. 1. num. 9. citans Praxim Neapolitanam c. 2. nu. 2. circa finem.

Excipitur cauſa Matrimonij contrahendi.

C. Præterea de ſponſalib. Bonacina. Praxis Neap.

19 Tertia Regula eſt: Neminem obligari poſſe ad reuelandum ea, quæ non verè, & realiter nouit, quare ea, quæ audita ſunt à perſonis leuibus, quæ non ſunt fide dignæ, vel quarum eſt aliqua ſuſpicio mendacij, vel ſigna non firma talis veritatis, non eſt obligatio talia denuntiandi, cum huiuſmodi non propriè dicantur ſciri, ſed dubitanter ſciri: obligatio autem denuntiandi non eſt extendenda vltra id, quod exprimitur in edictis: nam ſuperiores præcipiunt reuelare ea, quæ propriè, & verè ſciuntur de cauſa ſcientiæ, vel ex dicto alicuius perſonæ fide dignæ, & non ſuſpectæ alicuius leuitatis Sermonis, aut mendacij &c. alioquin exponeretur fama proximi (forſitan innocentis) ſine cauſa, quod erit inconueniens. Ità Nauar. d. cap. Inter verba 11. quæſt. 3. conſil. 6. Reginald. lib. 24. num. 65. Clauis Regia lib. 12. cap. 14. n. 33. Rodriq. in ſum. p. 1. cap. 79. nu. 7. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 6. p. 1. num. 12. cum alijs.

Tertia Regula.

Quæ non ſciuntur à perſonis fide dignis non ſunt denũtianda.

Nauarrus. Reginaldus. Clauis Regia. Rodriquez. Bonacina.

20 Similiter etiam dicendum eſt de illo, qui audiuit delictum aliquod commiſſum eſſe ab aliquo, ſed non meminit, à qua perſona hoc audiuit, vel quia audiuit à perſonis ignotis, vel à perſona nil certi ſciente, ſed ſuſpicione, & opinione imaginatia: talis enim notitia, non dicitur vera ſcientia, inducens obligationem ad denuntiandum tale crimen dubioſum: Ità Sanchez de matr. lib. 3. D. 13. num. 7. Rodriq. p. 1. cap. 217. nu. 9. Auila de cenſ. par. 2. cap. 5. D. 5. d. 2. concl. 5. Nauar. cap. 25. numer. 46. Corduba in ſum. quæſt. 64. cum alijs, ſupra citatis.

Si non meminit perſonæ à qua audiuit, non tenetur denuntiare.

Sanchez. Rodriquez. Auila. Nauar. Corduba.

21 Quod etiam dicendum eſt de illo, qui audiuit delictum alicuius ab aliquo affirmante, ſe illum denuntiaſſe iuxta monitorium, tunc enim ſicut fides illi præſtatur in vno, præſtanda eſt etiam, & in altero, ideòque ille, qui talem delictum ità audiuit, non tenebitur aliquam denuntiationem facere, quia talis denuntiatio eſſet inutilis, & nihil prodeſſet: Nemo autem obligatur ad faciendum opus inutile: nam ſi ſemel iam facta fuit denuntiatio, (vt ſupponitur) non eſt iterum facienda alia denuntiatio ex dicto ipſius denuntiantis: Ità Graſſius p. 1. Deciſ. lib. 4. c. 8. nu. 3. Nauar. c. Inter verba cit. nu. 292. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 79. nu. 7. & Auila cum alijs ſupra citatis.

Qui audiuit delictum à quo iam facta fuit denũtiatio non tenetur denuntiare.

Graſſius. Nauarr. Rodriquez. Auila.

22 Quarta Regula: Quotieſcumq; Prelatus præcipit,

Quarta Regula.

N 2 etiam

Quando præmittenda eſt correctio fraterna ante denuntiationem.

etiam ſub excommunicatione incurrenda, vt manifeſtentur delicta commiſſa ab alijs ad ipſorum emendationem, vel ad impediendum aliquod peccatum futurum; Si ſperetur emendatio delinquentis mediante fraterna correctione, iuxta præceptum Euangelicum, non tenentur fideles, neque licitè poſſunt hujuſmodi delicta occulta manifeſtare, niſi prius ſit illis facta debita correctio fraterna; Vndè quando facta fuit debita correctio, & frater ſit emendatus, vel promiſit facere emendationem, non licebit illos denuntiare; non enim Prælatus habet intentionem præcipiendi contra diuinum præceptum, nec ſubditus tenetur obedire Prelato contra ordinem Euangelij; dicente Domino; *Si peccauerit in te frater tuus: corripe eum inter te, & ipſum ſolum, ſi te audierit lucratus eris fratrem tuum.*

Facta emendatione, non eſt facienda denuntiatio.

23 Ratio autem hujus eſt, quia non poſſumus licitè proximum diffamare, niſi adſit aliqua neceſſitas, ſiuè rationabilis cauſa. In hoc autem caſu diffamaretur proximus abſque neceſſitate, & rationabili cauſa; nam ſuppoſita emendatione delicti commiſſi, ceſſat ratio illum denuntiandi Prelato pro correctione. Ita D.Thom.2.2.quæſt.73. Art.7. Syluester Verbo Denuntiatio quæſt.4.Soto lib.5. de Iuſtit.quæſt.5.Art.1.Nauarrus cap.25.num.45. Clauis Regia lib.12.cap.14.num.27. Vaſquez de reſtit. cap.9.§.3.num.4.Auila de Cenſ.p.2. D.5.cap.5.d.4. concluſ.1.Filliucius de excommunicat.trac.14. ca. 2. quæſt.1. Bonacina de excommunic.D.2. qu.6.p. 1. num.17.

Ratio aſſertionis.

D.Thomas. Syluester. Soto. Nauarrus. Clau.Regia. Vaſquez. Auila. Filliucius. Bonacina.

24 Hæc autem Aſſertio intelligenda eſt, quando Iudex ſolum intendat emendationem delinquentis, de quo delicto communitas non remanet ſcandalizata, vel ſatisfactio non eſt facienda partis; quia ſi iam pars eſſet ſatisfacta, & facta fuiſſet emendatio delinquentis, mediante correctione ſecreta; non amplius obligat Superioris præceptum: nam Prælati Eccleſiaſtici in edictis generalibus communiter intendant magis emẽdationem delicti, quàm punitionem delinquentis, cùm excommunicatio ſit pœna ſpiritualis, & per modum medicinæ ad peccata vitanda infligi ſoleat; prout dicunt Suarez de Cenſ.D.20.ſect.2.num.8. Auila p.2. D.5.cap.5.d.4. concl.1.Filliucius de excom.trac.14.cap.2.num.28. & Bonacina de Cenſ.D.2.quæſt.6.p.1.num.18.

Limitatur Aſſertio.

Suarez. Auila. Filliucius. Bonacina.

25 Quando autem Iudex per Edictum non ſolum intendat emendationem, ſed etiam punitionem delicti commiſſi, eò quod delictum commiſſum eſt publicum, de quo communitas remanſit ſcandalizata, & præceſſit diffamatio, orta ex perſonis fidedignis, vel facta fuit ab aliquo denuntiatio, ſiuè accuſatio iuridica: tunc Superior licitè poteſt cogere ſubditos ad teſtificandum contra delinquentem, etiam poſt emendationem illius ad puniendum delinquentem de peccato commiſſo, de quo communitas remanſit ſcandalizata, ideòque ſubditus legitimè interrogatus ad teſtificandum tenetur teſtificari, alioquin peccaret mortaliter, & ſi eſſet pœna excommunicationis impoſita illam incurreret non teſtificando ratione contumaciæ; prout notauerunt Nauarrus ca.17.num.134.& Auila de Cenſ. p.2.ca. 5.D.4.d.2.concl.1. Syluester Verbo Viſitatio: caſu 7.num.6.Gutierez lib. Can.qq.1.cap.11.num.75. & Bonacina de Cenſ.D.2.qu.6.p.1.num.17.

Quandò Iudex procedit via depoſitionis tenentur ad teſtificãdũ illi qui nouerunt.

Nauarrus. Auila. Syluester. Gutierez. Bonacina.

26 Limitatur Secundo quoad peccatum Hæreſis formalis: nam quando quis incidit in peccatum Hæreſis ex malitia, tunc poterit, imò vnuſquiſque tenetur illum denuntiare Sancto officio, etiam ante fraternam correctionem; eò quod de Hæretico formali, peccante ex malitia non ſperatur emendatio mediante correctione fraterna: Cùm enim Hæreticus negligat monitionem, & determinationem Eccleſiæ, multò magis contemnet, & negliget monitionem hominis priuati: eò quod Hæreticus formalis eſt male affectus in ſua falſa opinione hæreticali, quam cum pertinacia defendit, ideòque talis hæreticus ſine aliqua monitione eſt denuntiandus: Et in hoc omnes conueniunt.

Hæreticus formalis denunciandus eſt etiam ante correctionem.

Ratio aſſertionis.

27 Verum eſt tamen, quod quando non eſt Hæreticus formalis, ſed tantummodo materialis, eò quod non peccat ex malitia, ſed ex errore, & ignorantia, ſiuè inaduertentia, tunc præmittenda eſt fraterna correctio, & ſi reſipiſcat non eſt denunciandus, eò quod in caſu non cenſetur iſte talis Hæreticus formalis, ſed tantummodò materialis, de quo adeſt ſpes reſipiſcentiæ: ideòque ante correctionem non eſt denuntiandus, niſi prius moneatur.

Hæreticus materialis, & nõ formalis, de quo ſperetur emendatio, monẽdus eſt.

28 Ex quo ſequitur, ex rigore iuris non eſſe denuntiandos concionatores, qui inter concionandum aliqua verba protulerunt inaduertẽter, prolata contra Catholicam fidem, ſi enim talia verba ex lapſu linguæ, & inaduertenter dixerunt non ſunt denuntiandi, ſed monendi: non enim ſemper eſt præſumendum Sacerdotes bonæ vitæ velle contrauenire judicio Eccleſiæ: aut ea dixiſſe cum plena deliberatione, & aduertentia, niſi aliter conſtet aliquando de ipſorum mente: Ita Bonacina de Cenſ.D.2.qu.6. p.1.num.20.

De concionatore inaduertenter proferente verba ſapientia hæreſim.

Bonacina.

29 Quinta Regula: Quotieſcumque aliquis tenetur denuntiationem facere alicuius criminis, iuxta monitorium, ſeu præceptum Superioris, præcipientis infra tale tempus denuntianda eſſe crimina ab alijs commiſſa à ſcientibus ſub pœna excommunicationis incurrendæ: Si quis non denuntiat infra tempus præſcriptum in edicto, non eximitur ab obligatione, ſed tenetur etiam elapſo tempore denuntiationem debitam facere, quam primum commodè potuerit, aliter excommunicationem latam incurreret, ſemperque maneret excommunicatus, donec præceptum Superioris adimpleat: Non enim terminus apponitur ad finiendam obligationem denuntiandi, ſed ad eam ſolicitandam, ideòq; elapſo termino non ceſſat obligatio talis denuntiationis faciendæ: Ita Nauar.c.25.num.46. Suarez de Cenſ.D. 20.ſect.2.num.14.& ſect.3. eodem numero, Rodriquez in Sum.1.p.cap.79. num.18. Reginald.lib.24. nu.63.Filliuc.de excomm. trac.14.cap.2.q.11.num. 42.Graff.1.p.Deciſ.lib.4.cap.18. num.10.& Bonac. de Cenſ.D.2.q.6.p.1.num.36.

Quinta Regula.

Non denuntiãs tempore præfixo non eximitur ab obligatione.

Terminus nõ præſcribitur ad finiendum tempus, ſed ad ſollicitandum.

Nauar. Suarez. Rodriqu. Reginaldus. Filliucius. Graffius. Bonacina.

30 Imò Bonacina probabiliter exiſtimat toties quẽ incurrere excommunicationem, quoties habet opportunitatem poſſe commodè denuntiare, & voluntariè negligit, ſeu determinat nolle denuntiare: & Ratio eius eſt: quia toties peccat mortaliter contra præceptum Superioris, latum ſub excommunicatione: Excommunicatio autem toties incurritur, & multiplicatur, quoties violatur præceptum, latum ſub excommunicatione: Ita Bonac.loc.cit.num.37. & D.1.qu.1.de Cenſ. in com.p.5. num.6. Quamuis alij exiſtimẽt non incurrere nouam excommunicationem, ſed tantùm manere in eadem excommunicatione. Ita Nau.c.17.num.134. Lazarius de monit. ſect.2.qu.4.num.8.cum alijs.

Opinio Bonacinæ exiſtimãtis toties incurrere excõmunicationem.

Alij contrarij exiſtimant.

Nauar. Lazarius.

31 Vltima tandem Regula eſt: Quotieſcumque aliquis excuſatur à culpa mortali à denuntiatione facienda, excuſatur etiam ab incurrẽda excommunicatione maiori, lata contra ſcientes, & non denuntiantes: Non enim excommunicatio maior incurritur, niſi præcedat peccatũ mortale, vt ex ſupradictis

Regula Sexta. Excommunicatio maior non incurritur niſi p peccatũ mortale.

patet

Suarez. Filliucius. Bonacina.

patet ex doctrina Suarez, Filliucij, & Bonacinæ, & Auilæ, aliorumque Doctorum ſupra citatorum.

32

Qui poteſt abſoluere ab iſta excõmunicatione incurſa.

Aduertendum eſt autem: Nullum confeſſarium inferiorem poſſe abſoluere ab excommunicatione contracta ob inobedientiam contra edicta, & monitoria, niſi facultatem abſoluendi obtineat ab eo, qui tulit edictum, & monitorium, nam regulariter talis abſolutio ſemper reſeruari ſolet à Prælatis: Ab excommunicatione autem lata ab homine reſeruata nemo poteſt abſoluere, niſi ferens, aut Superior, vel habens ab eis ſpecialem delegationem, vt ex ſupradictis patet: Et hæc de excommunicationibus contra non denuntiantes furta, aliaque crimina, & ſcripturas.

TRACTATVS XIII.

Et de Excommunicationibus Bullæ Cœnæ in ordine Cenſurarum.

T. X.

PROOEMIVM.

EXpeditis tractatibus cenſurarum excommunicationum maiorum, & minorum, tam à Iure, quàm etiam ab Homine reſeruatarum, & non reſeruatarum ſupereſt dicendum de quibuſdam excommunicationibus maioribus, quæ ſingulis annis publicari, & reſeruari, ac renouari ſolent in Curia à Summo Pontifice ſolemniter ſub forma Anathematis in die Iouis Sancti, quæ eſt Feria quinta maioris Hebdomadæ, quarum abſolutio tantummodò eſt reſeruata ipſi Summo Pontifici ferenti, niſi aliquando pœnitens eſſet in manifeſto mortis articulo, in quo periculo nulla eſt reſeruatio, quare huiuſmodi excommunicationes communiter dicuntur reſeruatæ in Bulla Cœnæ cum derogatione quorumcumque priuilegiorum hactenus à Summis Pontificibus quomodocumque conceſſorum, quarum abſoluendi facultas non conceditur, niſi in Iubilæis pleniſſimis de illis ſpecialiter fiat expreſſa mentio; Ideòque in ſequentibus tractatibus de iſtis excommunicationibus reſeruatis facienda eſt ſpecialis declaratio, ne confeſſarij incidant in pœnas abſoluendi de caſibus non conceſſis:

Diuiſio tractatus.

Hæc autem Bulla Cœnæ in duas principales diuiditur partes, in Proœmium, Vid. & Tractatum: Tractatus autem iterum in duas alias partes diuidi poteſt, in Canones Videl. continentes ſententias excommunicationum contra delinquentes fulminatas; & in Clauſulam, vbi fit reſeruatio facultatis abſoluendi dictas excommunicationes: Quare totam hanc materiam in tres principales Tractatus diuidemus: in quorum primo tria veniunt conſideranda: Explicatio Vid. Tituli, & inſcriptio dictæ Bullæ: Secundò explicatio ipſius Proœmij, & Tertiò explicanda ſunt quædam præambula, & diſcutienda quædam dubiola pro intelligentia dictæ Bullæ: Poſtmodum in ſequentibus Tractatibus ſpecialiter dicendum erit de alijs duabus partibus, ea breuitate, & claritate, quæ diuino protegente lumine conceſſum fuerit pro viribus noſtris.

Litteræ Proceſſus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Innocentij X. Lectæ Romæ in die Cœnæ Domini Anno MDCXLVII.

Innocentius X. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Paſtoralis ſollicitudo &c.

DE EXPOSITIONE inſcriptionis Proœmij.

CAP. I.

Litteræ quare dicantur Bullæ Apoſtolicæ.

1 PRiuſquam Proœmium iſtius Bullæ explicemus opere pretium eſt, titulum ipſius declarare, quarum prima dictio eſt Litteræ: Quare ſciendum, quod tribus præcipuè nominibus hęc Bulla Summi Pontificis à Doctoribus nominari ſolet: Primò ſub nomine Litterarum Apoſtolicarum; omnia enim reſcripta Pontificia, quæ in Diplomate continentur appellantur Litteræ: Quare titulus iſtius Bullæ incipit: *Litteræ &c.* eò quod omnia reſcripta Summi Pontificis, ſicut cuiuſuis alterius Principis, ſiuè gratiam, ſiuè iuſtitiam contineant, Litteræ quædam appellantur, diſtinctionis autem gratia appellantur *Apoſtolicæ*, eò quod ab Apoſtolica Sede ſunt emanatæ, quia ſunt Summi Pontificis ſucceſſoris Beati Petri Apoſtolorum Principis, cuius locum tenet Romanus Pontifex, tamquam Chriſti Vicarius in terris legitimè electus. Ità Vgolinus in explicat. Bullæ Cœnæ cap. 2. num. 1. & Rebuf. ibi in explicat. benefic. Concordant Filliuc. tom. 1. trac. 16. ca. 1. qu. 1. num. 2. & Duardus in Bull. Cœnæ lib. 1. ca. 4. & ca. 1. qu. 1. & alij.

Vgolinus. Rebuff. Filliucius. Duardus.

Litteræ iſtæ quare dicantur Proceſſ.

2 Secundum verbum explicandum eſt ly Proceſſus: quare Bulla hæc intitulatur Proceſſus Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ: eò quod huiuſmodi Litteræ per modum cuiuſdam proceſſus, & ſententiæ emanant à Sede Apoſtolica: quare ly proceſſus dupliciter ſumi poteſt. Primò in numero ſingulari, & tunc erit genitiui caſus, quaſi dicat Litteræ proceſſus: nam proceſſus includit omnia acta iudiciaria, & conſequenter ſententias in dicto proceſſu contentas. Secundò ly Proceſſus aſſumi poteſt, quaſi ſit nominatiui caſus pluralis numeri, & tunc erit ſenſus, Litteræ, ſeu Proceſſus, quod idem ſignificare videtur.

Ly Proceſſus ſumitur dupliciter vel in genitiuo, vel in nominatiuo.

Proceſſus dupliciter fieri poteſt in particulari, & in generali.

3 Cùm autem Proceſſus dupliciter formari poſſit; Vno modo in particulari contra aliquam determinatam perſonam præuia cauſæ cognitione cum examinatione teſtium, alijſque ſolemnitatibus iuris, reſpiciendo tempus, & actionem præteritam; Secundo modo in generali contra quaslibet perſonas, quæ hoc, vel illud fecerint, reſpiciendo tempus futurum: & iſto ſecundo modo accipitur in hoc titulo; ideòque rectè appellantur huius Litteræ Proceſſus, in generali, & non in particulari. Ità Duardus, & Filliucius cum alijs expoſitoribus huius Bullæ Proœmij.

Hic accipitur ſecundo modo.

Quare dicatur Bulla in Cœna Domini.

4 Tertiò appellatur etiam Bulla Cœnæ Domini: diciturque Bulla, eò quod huiuſmodi litteræ, ſiuè Proceſſus bullantur ſigno plumbeo, pendente ex eius charta, in quo ſunt impreſſæ effigies capitum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod fit ad differentiam aliorum Diplomatum, ſiuè breuium, ſiuè Bullarum, quæ ſine tali ſigillo plumbeo ſignari ſolent, ſed ſola cera. Iſtæ verò litteræ proceſſus, quæ leguntur, & publicantur quolibet anno in Feria quinta maioris Hebdomadæ bullantur ſigno plumbeo ad denotandam maiorem efficaciam huius Bullæ contra excommunicatos. Ità Graſſius tom. 1. Deciſ. lib. 4. cap. 18. Vgolinus de excommun. Bullæ

Quare ſignatur ſigno plũbeo.

Graſſius. Vgolinus. Filliucius.

Digitized by Google

Cœnæ 1.par,cap.3.& Filliucius d.trac.16. cap.1.numero 2.

5 Quare Summus Pōtifex appellatur ſanctiſſimus:

Additurque Sanctiſſimi Domini noſtri &c, ideſt Summi Pontificis,qui per anthonomaſiam appellatur Sanctiſſimus, eò quod ipſi conueniat maxima perfectio, & ſanctitas, cùm ſit immediatè Chriſti Domini Vicarius in terris, habens omnem poteſtatem, quæ Chriſto Domino, vt homini à Deo Patri tributa fuit in cœlo,& in terra, iuxta illud, quod ipſemet Dominus dixit in Euangelio Ioan. c.Vltimo: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo,& in terra*: quam poteſtatem contulit Petro ſuo Vicario, ac ſucceſſoribus eius;quando dixit; *Paſce oues meas; ideoque illi tradidit Claues Regni Cœlorum: vt quodcumque ſoluerit, & ligauerit ſuper terram erit quoque ab ipſo Domino ſolutum,vel ligatum in cœlo.*

Ioan. c.20.& 21.

6 Leo Primus fuit appellatus ſanctiſſimus à Patribus Concilij.

Quapropter ſicut Summus Pontifex tamquam Chriſti Vicarius eſt omnium in terris dignitate, & poteſtate eminentiſſimus, ità animum ab omni paſſionum turbine, & tempeſtate abſolutum habere debet, & conſequenter Sanctiſſimus eſt appellandus. Quare Leo primus huius nominis Pontifex maximus in Concilio Calcedonenſi à Patrib.Concilij Sanctiſſimus fuit appellatus, quo nomine, & titulo omnes ſucceſſores à Sanctis Patribus,& Theologis ſunt appellati,vſque ad præſens tempus.

7 Quare dicatur Dominus noſter.

Appellaturque etiam Romanus Pontifex: Dominus noſter, propter ſupremam dignitatem, quam habet in terris; nam eo præſente omnes dignitates humanæ quæcumque ſint illæ quieſcunt; prout dicitur in c.Volentes de offic.delegat. nam ipſe eſt ſupra omnes Principes terræ, ſiuè ſint Reges,ſiuè Imperatores &c.quare poterit illos ex cauſa aliquando eligere, creare, confirmare, atque deponere, & priuare,prout legitur aliquando fuiſſe factum; prout probat,& refert Duardus in Bulla Cœnæ libro 1, cap.1.q.1.num.21.& cap.4.qu.2.num.15.

Poteſtas Papæ ſupra omnes Reges &c.

Duardus.

8

Quapropter rectiſſimè dicitur, & eſt Dominus noſter, eò quod ipſe ſolus habet plenitudinem poteſtatis, tamquam Chriſti Vicarius cùm ſit legitimus ſucceſſor illius ſummæ, atque ſupremæ poteſtatis,ac iuriſdictionis,datæ Chriſto Domino,vt homini à Deo Patre, iuxta Dauidicum illud Pſalm.2. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ*: quare ipſe Dominus dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*, ideoque Summus Pontifex omnes iudicat, & à nemine iudicari poteſt, niſi ab ipſo Deo, cùm ſit omnibus ſuperior, & nulli prorſus inferior: Vndè ſententia lata à Summo Pontifice appellari non poteſt:eò quod appellatio fiat ab inferiori Iudice ad ſuperiorem; prout colligitur ex Gloſſa in c.Non putamus de conſuetud.in 6.Ità Duardus in Bull.Cœnæ lib.1,cap.4.qu.2.num.23.

Pſalm.2.

Prima ſedes à nemine iudicatur.

A Sũmo Pontifice appellari non poteſt.

Duardus.

9 Quare Summus Pōtifex adoratur.

Et hæc eſt cauſa quare Romanus Pontifex, tamquam Chriſti Vicarius ab omnibus hominibus adoratur, cuiuſcumque ſint dignitatis, & poteſtatis ſublimis,ſiue ſint Principes,ſiuè Reges,ſiuè Imperatores,ſiuè Epiſcopi,ſiuè Cardinales, quia cùm Papa ſit Chriſti Vicarius, habet eamdem poteſtatem in terris, quam Chriſtus, vt homo habebat, de quo in Pſalm.75.dictum fuerat: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei &c.*

Pſalm. 75.

10 Adoratio qd ſit ſecundum D.Thom.

Adoratio autem communiter loquendo eſt Reuerentiæ alicui rei propter eius excellentiam exhibitio, ſecundùm D.Thomam 2.2.qu.84.A.1.Quare experientia docet Romanum Pontificem poſt eius electionem ab omnibus Cardinalibus ſtatim adorari, quod ſimiliter faciendum eſt ab alijs quibuſcumque hominibus tempore ſuo, etiam ſi ſint Reges,ſiuè Imperatores: Vndè legitur Pipinum Imperatorem adoraſſe Stephanum Papam ſecundú huius nominis: & Carolum quintum adoraſſe Clementem VII. & à Carolo Magno adoratum fuiſſe Adrianum Pontificem,quod etiam de alijs referunt Hyſtoriæ:legite Mart.de Iuriſdic.1.p.c.46. & Duardus d.lib.1.cap.4.qu.3.num.1.

Imperatores, & Reges, & Cardinales etiam adorãt Summũ Pontificem.

Mart. Duardus.

11 Adoratio tripliciter Latriæ,Hyperduliæ, & Duliæ.

Notandum autem,quod Adoratio tripliciter denominari ſolet à Scriptoribus Eccleſiaſticis, quarum vna dicitur Latriæ,ſecunda Hyperduliæ, & tertia Duliæ, quæ voces quamuis ſecundum etymologiam dictionis Græcæ communiter ſignificent ſeruitutem, & reuerentiam, quæ tam Deo, quam hominibus exhibetur: Vſu tamen apud ſacros ſcriptores rationabiliter receptum eſt: vt Adoratio latriæ ſolummodo pro ſupremo ſeruitutis cultu, qui ſoli Deo rerum omnium conditori debetur propter eius ſummum Imperium, & Dominium ſuper omnia creata ex nihilo ſua infinita virtute, eaque conſeruat, & prouidet ſua diuina prouidentia: quare adoratio Latriæ ſoli Deo exhibetur, cùm ſit cultus Religionis internus,& externus, quo Deus ſuppliciter ab omnibus eſt adorandus.

Etymologia vocis græcæ quæ.

Adoratio Latriæ ſoli Deo tribuitur.

12 Chriſti humanitas.

Similiter etiam eadẽ adoratione adoratur Chriſti Domini humanitas Sanctiſſima, quatenus eſt hypoſtatice vnita cum Diuino Verbo. Ità etiam caro, & ſanguis Chriſti in illo triduo mortis eadem adoratione erant adoranda, quia, Quod ſemel aſſumpſit numquam dimiſit; eadem etiam adoratione adoratur lignum Sanctæ Crucis, in qua Chriſtus Dominus crucifixus fuit,ſimiliter etiam clauis, lancea,ſpinea Corona,& veſtes ipſius Chriſti,quatenus tetigerunt Chriſti carnem ſanctiſſimam,& madefacta ſunt eius pretioſiſſimo ſanguine. Ità etiam Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo virtute conſecrationis adeſt caro, & ſanguis Chriſti ſub illis ſpeciebus conſecratis. Ità Suarez de Relig.lib.2.cap.6.& 7.Azorius lib.9.Inſtit.mor.1.p.cap.4.qu.7.8.& 9.Syluest.Verbo Latria num.3.D.Thom.3.p.quæſt.25.A.1.& 2, Duardus in Bulla Cœnæ libro 1, cap.4.quæſt.3.nu.5.11.& 15.cum alijs communiter.

Caro, & ſanguis Chriſti in triduo.

Lignum Sanctæ Crucis. Clauis, lãcea, ſpinea corona, & veſtes.

Euchariſtiæ Sacramentum.

Suarez. Azorius. Sylueſter. D.Thomas. Duardus.

13 Adoratione Duliæ adorãtur ſancti.

Adoratione Duliæ, coluntur in terris omnes Angeli,& Sancti, qui ſunt in Cœlo cum Chriſto regnãtes,eorumque imagines,& reliquiæ:Inſuper eadem adoratione adoratur Romanus Pontifex tanquam Chriſti Vicarius, qui ratione ſui muneris, & dignitatis appellatur ſanctiſſimus,ac omnium ſupremus Paſtor eminentiſſimus:Inſuper Imperatores,ac Reges alijque ſuperiores inſigni virtute, & Sanctitate eadem veneratione Duliæ modo ſuo adorari poſſunt à ſubditis cauſa honoris,ac venerationis: nam Adoratio talis nihil aliud eſt, niſi reuerentiæ alicui rei propter eius excellentiam exhibitio: cùm enim huiuſmodi perſonis debeatur honor,talis adoratio, & cultus ſub iſta formalitate non eſt virtuti contrarius. Ità Armilla Verbo Adoratio: num.10.Sayrus tom.2.Clau. Regiæ lib. 4. cap.4. Suarez de Relig.tom.1.cap.5.num.4. Sylueſt.& Azorius loc.ſup.cit.& Duardus ſup.num.17.

Sũmus Pontifex. Imperatores & Reges.

Adoratio Duliæ quid.

Armilla. Sayrus. Suarez. Sylueſter. Azorius. Duardus.

14 Adoratio Hyperduliæ quę.

Adoratione Hyperduliæ adoranda eſt Beatiſſima Virgo Deipara, quæ ſuper omnes choros Angelorum exaltata eſt in Cœleſti Regno, ideòque ei cultus ſpecialis debetur, qui à Theologis appellatur: Hyperduliæ ideſt cultus quidem eximius, & excellens qui ſanctis impenditur: Ex quo ſequitur, quod tantummodo Latriæ cultus per ſe ſoli Deo eſt exhibendus: Hyperduliæ Deiparę Virgini Sanctiſſimę. Duliæ verò Sanctis alijs,ac Summo Pontifici, alijsq; potentatibus in ſublimi dignitate exaltatis eo modo,& formalitate,quo ſupra iam declaratum eſt.

Conclusio.

No-

Digitized by Google

15 *Quare Summus Pōtifex appellatur Papa.* *Papa quid ſignificet ſecūdum etymologiam.*

Notandum inſuper: Summum Pontificem appellari Papam eò quod ſit Pater vniuerſalis omnium fidelium: nam Παπα apud Græcos ſignificat Patrem: Quare patris nomen conſuetudine receptum eſt, ad denotandum honorem, qui debetur ſupremo Paſtori, qui tamquam pater venerandus eſt: Vnde per anthonomaſiam tribuitur ſupremo Pontifici Romano, qui Papa communiter eſt appellatus.

16 *Papæ nomen ſolum conuenit Sūmo Pōtifici Romano.* *Gregor. VII.* *Azorius. Duardus.*

Et quamuis in primitiua Eccleſia omnes Epiſcopi nominabantur Papæ propter eorum Pontificiam dignitatem, qui tamquam Patres venerandi ſunt à ſuis inferioribus; nihilominus ſucceſſu temporis Papæ nomen ſoli Romano Pontifici tribui cœpit à tempore Sancti Ignatij Epiſcopi Antiochenæ Eccleſiæ: Vnde deinde Gregorius VII. anno Domini 1073. in Romano Concilio ſanciuit, vt Papæ nomen vnicum eſſet in Vniuerſo orbe Religionis Chriſtianæ: nec liceret alicui ſeipſum, vel alium præter Romanum Pontificem taliter denominari. Ita Azorius lib. 4. Inſtit. mor. p. 2. cap. 4. qu. 1. Duardus in Bull. Cœn. lib. 1. cap. 4. q. 7. num. 4.

17 *Alia expoſitio.* *Papa quaſi Pater Patrū.*

Aliqui verò dicunt: Romanum Pontificem appellari Papam, quaſi ipſe ſolus in terris ſit vere pater patrum, ideſt omnium Prælatorum, eo quod ipſe ſupremam obtineat dignitatem, & poteſtatem ſuper Epiſcopos, & Patriarchas, Regesque atque Imperatores, qui quidem Romanus Pontifex, cum in honore, dignitate, & auctoritate, ac iuriſdictione primus, ac ſupremus ſit, meritò ipſi ſoli nomen Papæ tribuendum eſt.

18 *Papæ nomen dicitur à Papè interiectione admirantis.*

Alij tandem dicunt: Romanum Pontificem dici Papam à Papè, quæ interiectio admirantis eſt apud Grammaticos; Quare Romanus Pontifex dicitur: Papa, quaſi admirabilis in dignitate, cùm ſit immediatus Chriſti Vicarius, habens plenitudinem poteſtatis ſuper vniuerſam Eccleſiam militantem, diſpenſareque poteſt in omni, & quocumque iure humano, cui traditæ fuerunt Claues Regni Cœlorum ab ipſo Domino cum pleniſſima poteſtate ſoluendi, atque ligandi fidelium animas ab omni vinculo debitorum: aperiendique theſaurum meritorum Chriſti indulgentias ampliſſimas concedendo; vt colligitur ex Euang. Matt. cap. 16. & 18. & Ioan. ca. 20. & 21.

19 *Summus Pōtifex dicitur à poſſe facere omnia.* *Abbas Panor. Duardus.*

Ideoque dicitur Summus Pontifex à poſſe, & facere, eò quod omnia poteſt facere, quæ poterat Chriſtus facere, tamquam homo, & eſt ſupremus omnium Paſtor auctoritate, poteſtate, & dignitate Summus, ideoque rationabiliter appellatur Papa, ideſt admirabilis: quare communiter dicitur *Papa omnia poteſt*: quia tamquam Chriſti Vicarius in terris poteſt facere de plenitudine poteſtatis, quæ poterat Chriſtus facere cum eſſet in terris &c. Ita Panorm. in c. Venerabilem de electione nu. 18. Duardus in Bulla Cœnæ lib. 1. cap. 4. quæſt. 7. num. 57. 46. & 47.

20 *Quare dicitur Innocentius X.*

Additurque explicitè nomen proprium ipſius Papæ; vt omnibus pateat, à quo Pontifice tales excōmunicationum ſententiæ fulminatæ fuerunt, quæ in dicta Bulla continentur: ideòque explicatur nomen ipſius Papæ tamquam cauſa efficiens dictarum excommunicationum: quare præſens Bulla dicitur, & eſt Innocentij X. Papæ huius nominis quod ponitur ad diſtinctionem aliorum Pontificum, qui hoc nomine Innocentij nuncupati ſunt.

21 *Quare aſſignatur dies & annus.*

Aſſignatur inſuper dies, & annus, quo dictæ litteræ proceſſus lectæ in Curia ſolemniter fuerunt publicatæ, & renouatæ in Romana Curia: Feria Videl. Quinta in Cœna Domini anno 1647. in quo Proceſſu nihil eſt immutatum, ſed omnia continet eò modo, & forma, quo in Primo anno ſui Pontificatus huiuſmodi litteræ Apoſtolicæ emanatæ, & publicatæ fuerunt: Sequendo veſtigia aliorum Pontificum, qui ſaltem à Clemente VIII. vſque ad ipſum nihil de nouo appoſuerunt, neque aliquid ſuſtulerunt.

22 *Quare Sūmi Pōtifices mutant ſibi nomen.*

Notandum inſuper, quod Romani Pontifices ex conſuetudine ſolent ſibi nomen, quo in Baptiſmo fuerant nominati, in aliud nomen commutare poſteaquam in dignitate Pontificia quilibet electus eſt, ad denotandum, quod per nominis mutationem facta eſt mutatio morum ipſius hominis: nam cum Romanus Pontifex ante electionem eſſet purus homo, poſt electionem debet habere ſplendorem ſanctitatis, cùm ſit Chriſti Vicarius, ipſiusque in terris vicem gerat, ideòque ſe debet ſuo capiti conformare, quare nomen proprium in aliud commutatur, ad imitationem Petri Apoſtoli, qui cùm appellaretur Simon, à Chriſto Domino Petrus fuit nuncupatus, ideòque Summi Pontifices ſaltem à tempore Sergij Papæ, vſque ad præſens tempus, hoc facere conſueuerunt.

23 *Non eſt de præcepto, ſed de conſuetudine.*

Verum eſt tamen: Hoc non eſſe de præcepto, obligante Pontificem, quare ſi quis Pontifex nollet ſuum proprium nomen poſt electionem factam mutare, nullam culpam committeret, etiam venialem: quapropter in principio naſcentis Eccleſiæ, & poſt multa tempora Romani Pontifices poſt electionem nomen ſibi non mutabant, ſed illud nomen quod in Baptiſmo fuerat illis impoſitum retinebant, vt patet à Petro vſque ad Sergium; qui proprium nomen in Baptiſmo ſuſcepto retinuerunt.

24 *Quis fuit primus Papa, qui mutauit ſibi nomen.* *Archidiaconus. Duardus.*

Sergius autem mutauit ſibi nomen, eo quod nomen, quod habebat non erat conueniens, appellabatur enim Os porci, ideòque tale nomen mutatum fuit in Sergium: deinde tamen conſuetudine receptum eſt, vt alij Pontifices poſt electionem factam ad oſtendendam veram mutationem veteris hominis in nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia ſanctitate, & veritate, etiam per mutationem nominis oſtenderent. Ita Archid. in Procem. lib. 6. Decret. & Duard. in Bulla Cœnæ lib. 1. cap. 4. qu. 5. nu. 3.

25 *Summus Pōtifex ſibi ipſi nomē mutat, & nō ab alio.* *Nominis mutatio faciēda eſt à Superiore.* *Philippus Frācus. Duardus.* *Exemplum eorum, qui mutauerunt ſibi nomen.* *Quare in principio Bullarū appoṅitur nomen Pontificis.*

Eſt tamen notandum, quod quando Romanus Pontifex nomen proprium, quo prius nominabatur mutare voluerit, debet per ſe ipſum immediatè hoc facere, & non per alium, ne videatur Superiorem aliquem ſibi conſtituere: nam nominis mutatio facienda eſt à ſuperiore, qui iuriſdictionem habeat ſuper eum, cuius nomen mutatur: cùm autem Summus Pontifex nullum habeat ſuperiorem in terris, ſequitur, quod mutatio nominis à ſe ipſo eſt facienda, prout notauit Philippus Francus in Procem. lib. 6. Decret. & Duard. in Bulla Cœnæ lib. 1. cap. 4. q. 5. num. 3. Vnde Bonifacius VIII. primo dicebatur Benedictus: Innocentius Quartus Senibaldus, Gregorius Decimus Thebaldus, Gregorius XIII. Hugo. Sixtus V. Fœlix, Clemens VIII. Hyppolitus, Paulus V. Camillus, Gregorius XIV. Ludouicus: poſtea Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus VIII. ante promotionem eius vocabatur Mapheus, facta autem electione ipſius, ipſe ſibi nomen impoſuit Vrbani, nouiſſime tandem temporibus noſtris electus fuit in Summum Pōtificem Ioannes Baptiſta Pamphilius, & impoſuit ſibi nomen Innocentius Decimus; qui electus fuit in Pontificem Romanum anno Domini 1644. & adhuc in ſua Sede feliciter viuit. Quapropter incipit Procemium huius Bullæ ſub illis verbis. Innocentius X. vt omnibus notum ſit, quiſ-

Digitized by Google

quiſnam fuit, & eſt cauſa efficiens huius præſentis Bullæ, de qua in præſenti facimus mentionem, atq; declarationem: nam omnis liber denominatur à ſuo auctore, tamquam à cauſa efficiente. Quare communi conſuetudine receptum eſt, vt in Bullis Pontificijs ſemper exprimatur nomen ipſius Pontificis conditoris: ſtylus quoque Apoſtolicæ Sedis eſt, vt nomen Papæ anteponatur illis, quibus ſcribitur, ideòque ait Panormit. in Procem. Decret. lect. 1. in principio, quod ſi nomen Pontificis poſponeretur, Litteræ non valerent.

27 *An ſit de neceſſitate, q nomen Pontificis antepo natur in Bullis.*
Quare hic mouetur quæſtio à Doctoribus: An ſi in Bulla Cœnæ, alijsque Decretis Pontificijs, non eſſet appoſitum nomen ipſius Pontificis eſſent valida, & haberent effectum? nam nonnulli putauerunt hoc eſſe de neceſſitate, alias nullam vim, & efficaciam haberent, quod probant ex ſtylo Romanæ Curiæ: nam quælibet Bulla Pontificia, cum expreſſione nominis Pontificis, qui illam edidit conficitur, vt experientia docet: Stylus autem Curiæ ſemper eſt attendendus, & obſeruandus.

28 *Reſolutio.*
His tamen non obſtantibus, diſtinguendo Reſpondetur: quod Quotieſcumque conſtat de mente, & intentione Summi Pontificis volentis: Bullam Cœnæ habere effectum ſuum, licèt nomen ipſius Pontificis non eſſet inſcriptum, ſed ſimpliciter dicat Summus Pontifex, vel Sanctiſſimus Dominus noſter: quia tunc ex die datæ, clarè intelligitur, quis fuerit eius conditor, quare in caſu talis Bulla non careret ſuo effectu, dummodò conſtet, talem fuiſſe ipſius Pontificis intentionem.

29 *Obiectio de Stylo Curiæ.*
Nec valet dicere: Huiuſmodi litteras non eſſe emanatas, & confectas ſecundum Stylum Romanæ Curiæ, qui pro lege eſt ſeruandus ſecundum Speculum in tit. de teſtib. §.9. verſic. Deindè, & in tit. de Reſcrip. §.4. Verſ. Item excipitur.

30 *Solutio. Quando conſtat de mente, & veritate Papę ſunt validæ.*
Reſpondetur: Summum Pontificem non eſſe ſubiectum poſitiuis legibus, & conſuetudinibus introductis, ideòque poterit quotieſcumq; voluerit contra illos aliquando efficere; ſufficit enim in caſu cōſtare tales litteras fuiſſe emanatas ab ipſo Pontifice, talemque fuiſſe eius intentionem. Quare Iura annullantia litteras Apoſtolicas contra Stylum Curiæ fundantur in falſa illarum præſumptione. Quando autem conſtat de veritate, & voluntate Pontificis, ſemper ſortiuntur ſuum effectum, licèt non ſint ſecundum Stylum ordinarium Curiæ. *Quando non conſtat ſunt irritæ.* Secus autem dicendum eſſet, quando non conſtet de veritate litterarum, & de eiuſdem Pontificis voluntate: quia tunc non valerent propter præſumptionem falſificationis &c. Ita Duardus hic lib. 1. cap. 3. qu. 8. num. 8. & Bonacina D. 1. q. 1. p. 2. nu. 10.

31 *Quare Papa appellatur Romanus Epiſcopus.*
Dicitur etiam Innocentius Epiſcopus &cet. nam Summus Pontifex, licèt ſit ſupremus Prælatus omnium Eccleſiarum, & Chriſti Domini Vicarius, ſpecialiter tamen eſt Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ, & tanquam ſucceſſor Petri in Epiſcopatu Romano, dicitur Summus Pontifex, & Papa: nam Romanus Epiſcopus habet ſupremam poteſtatem ſuper vniuerſalem Eccleſiam, tamquam Chriſti Vicarius, vt benè probat Suarez contra Reg. Angl. lib. 3. de Primat. Sum. Pontif. à c. 9. vſque ad quintum decimum incluſiuè. *Suarez.*

32 *Dicitur Epiſcopus per anthonomaſia.*
Diciturque Epiſcopus per anthonomaſiam ratione totius dignitatis, ſolicitudinis, & poteſtatis, quam habet in totam Eccleſiam, & ratione ſublimis, dignitatis, & ratione ſupremi ordinis gradus: Nam Summus Pontifex tamquam Epiſcopus Romanus omnes, & ſingulas dignitates habet, vt benè probat Duard. d. lib. 1. c. 5. q. 2. n. 3. *Duardus.*

Additurque [*Seruus ſeruorum Dei*] ratione humilitatis, ad ſignificandum non debere Summum Pontificem ex dignitate eleuari in ſuperbiam, ſed potius ſe humiliare, reputans ſe eſſe omnium fidelium ſeruum, & miniſtrum, iuxta illud Domini Ieſu, dicentis in Euang. Luc. cap. 22. num. 26. *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter, & qui præceſſor, ſicut miniſtrator:* Quare Gregorius Papa primus huius nominis, fuit primus, qui voluit ſeruus ſeruorum Dei appellari, nam ante ipſum non legitur alium Pontificem hoc feciſſe: Ideòque alij Pontifices ſucceſſores rationabiliter conſueuerunt ſe: Seruus ſeruorum Dei appellare in litteris Apoſtolicis ratione humilitatis, non autem poteſtatis, & dignitatis: Ità quantum ad poteſtatem verè Summus Pontifex eſt Dominus Dominorum, adeò vt quæcumque dignitas, & poteſtas ſub cœlo exiſtens Romano ſubijciatur Imperio; prout dicit Baldus in Procem. Decret. numero 6. & Azorius lib. 4. Inſtitut. moral. p. 2. cap. 4. quæſt. 2. 33 *Quare dicitur ſeruus ſeruorum Dei. Gregori⁹ primus appellauit ſe ſeruum ſeruorũ Dei. Baldus. Azorius.*

Alij dicunt: Papam appellari: Seruus ſeruorum Dei: ad denotandum Summum Pontificem debere habere omnes cupiditates ſedatas, alias non diceretur verè ſeruus ſeruorum Dei, ſed ſeruus ſeruorum ſuorum cupiditatum. 34 *Aliarum expoſitio.*

Vel vt alij dicunt, quod Papa ſe nominat ſeruus ſeruorum Dei ideſt Apoſtolorum Petri, & Pauli, quorum vices gerendo ſeruire ipſis dicitur: Quare Papa non ſe appellat ſeruum, eò quod propriè ſit ſeruus: nam Papa non poteſt eſſe ſeruus: Vnde ſi aliquando ſeruus promoueretur in Papam, ſtatim efficeretur liber, ſed dicitur ſeruus ſeruorum Dei, ex rationibus ſupradictis, vel quia ipſi incumbit ratione officij ſeruire, & miniſtrare ſeruis Dei in ijs, quæ pertinent ad eorum ſalutem. Ità Duardus d. lib. 1. cap. 5. q. 3. 35 *Alia expoſitio.*

Additurque tandem in finem: Ad futuram rei memoriam ad inſinuandam differentiam inter edicta, & ſententias latas à Summo Pontifice viuę vocis oraculo, & inter ea, quæ feruntur in ſcriptis: nam hæc conſeruantur ad futuram rei memoriam: nam ea, quæ ſunt in ſcriptis ſunt notæ eorum, quæ ſunt in mente, & in voce, quæ ad futuram memoriam conſeruantur: Oracula autem viuæ vocis faciliter obliuiſci poſſunt: ideòque in litteris Apoſtolicis ſemper additur ad futuram rei memoriam; licèt ſcriptum in ſe non ſit de eſſentia, & ratione præcepti; nam præceptum ſuperioris poteſt etiam verbo ſufficienter publicari, & obligare: Sed quando reducitur in ſcriptis hoc fit ad futuram rei memoriam &c. Ità Duard. d. lib. 1. c. 5. q. 4. n. 2. 36 *Ad futuram rei memoriã. Duardus.*

Et hæc de expoſitione tituli huius Bullę, ſiuè litterarum Apoſtolicarum dicta ſufficiant, reſtat dicendum de expoſitione ipſius Procemij, quæ in ſequenti Capitulo breuiter dicetur.

DE PROOEMIO BVLLÆ SIVE Proceſſus Litterarum Cœnæ Domini.

CAP. II.

Verba Textus.

PAſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſolicitudo: Cum in omni Chriſtianę Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro ſui muneris offitio aſſiduè verſetur, tum potiſſimum in Catholicæ fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, vnitate, atque integritate retinenda, & conſeruanda, maximè eluceat: Nimirum, vt fideles Chriſti non ſint

par-

Digitized by Google

paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumuentionem erroris: ſed omnes occurrant in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectū: neque ſe in huius vitæ Societate, & communione lædant, aut inter ſe alteri offenſionem præbeant, ſed potius in vinculo pacis coniuncti, tanquam vnius corporis membra ſub Chriſto capite eius, qui in terris Vicario Romano Pontifice Beatiſſimi Petri Succeſſore, à quo totius Eccleſiæ vnitas dimanat augeatur in ædificationem: atque ita Diuina gratia adiutrice, ſic præſentis vitæ quiete gaudeant, & futura quoque Beatitudine perfruantur. Ob quas ſanè cauſas Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri hodierna die, quæ vniuerſaliter Dominicæ Cœnæ commemoratione ſolemnis eſt, ſpiritualem Eccleſiaſticæ diſciplinæ gladium, & ſalutaria iuſtitiæ arma, per miniſterium Summi Apoſtolatus ad Dei gloriam, & animarum ſalutem ſolemniter exercere conſueuerunt.

Nos igitur quibus, nihil optabilius eſt, quam fidei inuiolatam integritatem, publicam pacem, & iuſtitiam, Deo auctore, tuere vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes: Excommunicamus &c.

Proœmij Expoſitio.

1 *Cauſa motiua remota, quæ.*

TRia principalia in Proœmio huius Bullæ continentur, quæ à nobis breuiter in hoc ſecundo in ordine capitulo ſunt declaranda, quorum Primum eſt cauſa motiua remota, qua motus eſt Summus Pontifex Innocentius X. ad præſentem proceſſum renouandum, publicandum, & conficiendum: quæ eſt vetuſta Summorum Pontificum prædeceſſorum conſuetudo, qui multis ab hinc annis conſueuerunt ſolemniter hac ipſa die Iouis Sancto, quando per totam Dei militantis Eccleſiam celebratur memoria illius vltimæ cenę, quam fecit Dominus cum diſc pulis ſuis, pridiè, qua pro noſtra, totiuſque mundi ſalute pateretur, deditque ſe in cibum fidelibus manducandum ſub ſpeciebus panis, & vini, Diuina virtute tranſubſtantiati mirabiliter in corpus, & ſanguinē ſuum: Quare Summi Pontifices tali anniuerſali die, in quo Diuina officia cum magno totius populi concurſu celebrari ſolent: has litteras Apoſtolicas ſolemniter publicare conſueuerunt: vt omnibus notæ eſſent excommunicationis ſententiæ, quæ contra inobedientes proteruos hac die fulminantur.

2 *Paſtoralis Pontificis vigilantia.*

Ideòque Summus Pontifex publicè, & ſolemniter hunc præſentem proceſſum, cuius Proœmium talis eſt. *Paſtoralis Romani Pontificis vigilantia, & ſollicitudo &c.* Nam officium boni Paſtoris eſt vigilare ſuper gregem ſuum, ne Lupus in tempore noctis veniat, & rapiat, atque diſpergat oues gregis: Quare Epiſcopus, qui ſecundum nominis etymologiam ex littera Græca Paſtor vigilans, & ſpeculator eſt interpretatus, ideò Epiſcopi ſpecialem ſolicitudinem habere debent pro ſalute ouium ſuarum; inter quos Antiſtites Summus Pontifex ratione ſupremæ dignitatis ſpecialem vigilantiam pro animarum fidelium ſalute ſemper habere debet: Ideòque Proœmium huius Bullæ Apoſtolicæ incipit ſub illis verbis ſupra cit. *Paſtoralis ſolicitudo, &c.*

Epiſcopus, vigilans, & ſpeculator eſt interpretatus.

3 *Cauſa finalis proxima quæ eſt triplex.*

Secundum quod conſiderandum venit in hoc Proœmio eſt cauſa finalis proxima: quę triplex eſſe poteſt, quarum Prima eſt ad conſeruandam puritatem Chriſtianæ Religionis, quæ conſiſtit in vnitate, & puritate, atque integritate fidei Religionis Chriſtianæ: ideòque à Summo Pontifice excommunicantur omnes, & ſinguli Hæretici, cuiuſcunq; ſectæ, & quomodolibet nominati, ac etiam Schiſmatici: Nihil enim eſt tam pernicioſum, quod fidei puritatem, ita maculet, aut contaminet ſicut eſt Hæreſis, eiuſque affinis ſuperſtitio, & Idolatria: Quapropter per primum Canonem huius Bullæ omnes huiuſmodi excommunicantur Hæretici, eorumque fautores, defenſores, & receptatores.

Prima pro conſeruanda integritate Chriſtianæ Religionis. Prima excommunicatio eſt pro fide conſeruanda.

4 *Secunda eſt conſeruatio Iuſtitiæ publicæ.*

Secunda cauſa finalis proxima eſt conſeruatio Iuſtitiæ publicæ, quæ conſiſtit in vnitate membrorum Eccleſiæ ad vnum caput Chriſtum, eiuſque Vicarium in terris: Quæ quidem vnitas duplici modo perturbari poteſt: Vno modo per apertam rebellionem, diuiſionem, & Schiſma, ideòque in poſteriore parte primi Canonis excommunicantur omnes, & ſinguli huiuſmodi Schiſmatici, qui nolunt recognoſcere ſummum Pontificem Romanum tanquam ſupremum, & vniuerſalem Paſtorem totius Eccleſiæ, eique obedientiam præſtare noluerint: Secundo modo per velatam ſubtractionem obedientię, negando ſaltem implicitè primatum Summi Pontificis, quod faciunt appellando à ſententijs eius ad futurum concilium, ſiue ad aliud quodcumque tribunal, contra quos grauiſſima anathematis pœna per ſecundum Canonem fulminatur.

Secunda excommunicatio pro obedientia Pontificis.

5 *Tertia eſt conſeruatio pacis, & vnitatis Eccleſiæ.*

Tertia finalis cauſa proxima eſt publicæ iuſtitię, & pacis conſeruatio, quę cum varijs multiſque modis violari poſſit, ita etiam per perſonarum varietatem, quæ offendi poſſunt perſequentes decem, & octo Canones excommunicationum remedium adhibet Summus Pontifex contra eos, qui talem Eccleſiæ pacem, & tranquillitatem, auctoritatem, & vnitatem perturbare poſſunt, quæ ad tria capita reduci poſſunt: Primo ad Chriſtianam Eccleſiam, Secundo ad Apoſtolicam Sedem, & Tertio ad Eccleſiaſticam hierarchiam.

Pro Chriſtiana Eccleſia.

6 *Pro Chriſtiana Eccleſia ſunt quinque Canones.*

Vnde pro his, quæ pertinent ad Chriſtianam Eccleſiam, quæ violari poteſt, faciendo contra ipſa Eccleſiæ membra, quæ ſunt fideles, idcòque per tertium Canonem excommunicantur omnes piratæ, & curſales; & latrunculi maritimi: Et per quartum Canonem excommunicantur ſurripientes naufragantium bona, etiam in littore inuenta: Et per quintum Canonem imponentes noua pedagia, ſeu gabellas ſine conceſſione Apoſtolicæ Sedis: Et per decimum Canonem excommunicantur offendentes Romipetas, & Peregrinos ad Vrbem venientes, ibique commorantes: Et tandem per ſeptimum Canonem excommunicantur deferentes arma, ſiue quæcumque inſtrumenta, & vtenſilia ad bellum ſpectantia ad infideles, & inimicos Chriſtiani nominis: quare prædicti quinque Canones ſunt pro Chriſtiana Eccleſia, quo ad membra, & Principes eius.

Tertius. Quartus. Quintus. Decimus. Septimus.

7 *Pro Apoſtolica Sede ſunt alij ſex Canones 8. 9. & 12.*

Circa ſecundum de ijs, quæ ſpectant ad Apoſtolicam Sedem, quæ offendi poteſt dupliciter vel ratione perſonarum, quæ ſunt ſub eius poteſtate, & dominio ideòque per Canonem 8. 9. & 12. excommunicantur omnes, qui aliquo modo impediunt, vel prohibent victualia deferre ad Vrbem Romæ, vel impediunt ad Curiam accedere: Vel ſecundo modo offendunt, & violant auctoritatem, & iuriſdictionem ipſius Apoſtolicæ Sedis, qui omnes per 6. 13. & 14. Canonem excommunicantur: quare ſex ſupradicti Canones ad ipſam Sedem Apoſtolicam pertinent.

6. 13. & 14.

8 *Pro Eccleſiaſtica Hierarchia ſunt alij ſeptem Canones.*

Circa tertium de ijs, quæ faciunt ad Eccleſiaſticam hierarchiam: quæ tripliciter poteſt violari;

Primò

Vndecimus. Primò offendendo membra præcipua ipſius hierarchiæ Eccleſiaſticæ; ideòque per Canonem 11. excommunicantur omnes moleſtantes, & offendentes Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Epiſcopos, ſecundò ratione auctoritatis eius, ideòque in Canone 14. 15. & 16. excommunicantur, qui contra talem auctoritatem facere præſumpſerint, & tandem per 18. 19. & 20. Canonem excommunicantur omnes, qui faciunt contra Eccleſiaſticam libertatem, atque immunitatem, prout clarius videbitur ſingulos Canones excommunicationum explicando in ſequenti tractatu.

9 Effectus cauſatus in mente Pontificis ab iiſdē cauſis.

Tertium quod venit cōſiderandum in hoc proœmio ſunt effectus, quos egerunt huiuſmodi cauſæ in alios Pontifices prædeceſſores, ac etiam nouiſſimè ipſum Innocentium X. ad tales excommunicationes promulgandas, renouandas, & confirmandas pro bono Vid. communi totius Eccleſiæ, & pro animarum ſalute, ideòque tamquam medicus, Paſtor, & Supremus Pontifex vtitur armis iuſtitiæ, & medicamentis opportunis, quibus ſpirituales plagas fidelium curare intendit, reijciendo, & ſecando membra putrida, ne alia inficiant: Et hæc de ijs, quæ pertinent ad intelligentiam Proœmij huius Bullæ.

DE QVIBVSDAM PRÆCOGNOSCENDIS, ſpectantibus ad notitiam, & intelligentiam huius Bullæ,

CAP. III.

1 Antequam ad explicandos ſingulos canones huius Bullæ accedamus operæ pretium eſt nonnulla dubia, & difficultates explanare, quæ ſunt quædam præambula pertinentia ad Proœmium illius Bullæ, quæ rationabiliter præcognoſcenda ſunt pro maiori intelligentia, & cognitione eorum, quę in ſequentibus tractatibus ſunt explicanda, ideoque

2 De antiquitate, & origine huius Bullæ.

Primò: Quęritur de origine, & antiquitate huius Bullę: quo tempore, & à quo Pontifice fuerit primò promulgata?

Prima ſententia.

Reſpondetur: In hac re varias eſse Doctorum opiniones, quarum prima exiſtimat: Auctorem huius Bullæ fuiſse Martinum V. qui cum eſſet Summus Pontifex anno Domini 1420. in die Iouis Sancto hanc Bullam primus omnium ſolemniter publicauit: Ità exiſtimant: Soto in 4. D. 22. q. 2. A. 3. concl. 5. & Nauar. in cap. Ità quorumdam de Iudeis notab. 11. num. 23. & Graſſius lib. 4. deciſ. cap. 18. num. 3. (Soto. Nauar. Graſſius.)

3 Secunda ſententia ait, quod tempore Clementis V. ter in anno legi ſolebat.

Alij verò exiſtimant: Antiquiorem eſse hanc Bullam ipſo Martino V. quod ex eo patet, quod in clement. prima de Iudic. edita a dicto Clemente V. qui erat Pontifex anno 1310. huiuſmodi proceſſus legi conſueuerat ter in anno in die Vid. Aſcenſionis Domini, & in die dedicationis Baſilicarum SS. Petri, & Pauli, & in die Iouis Sancto maiori hebdomadę: prout dicit Gloſſa in dicta Clement. in verbo ſolemnes, cuius etiam trinę huius Bullæ promulgationis mentionem facit Panorm. in cap. Excommunicat. de Raptoribus num. 1. Ità Vgolin. de excom. reſeru. p. 1. cap. 5. Filliuc. tom. 1. tr. 16. cap. 1. nu. 4. Tolet. lib. 1. Inſt. mor. c. 18. & Coriolan. lib. 1. de caſib. reſer. in Bulla Cœnæ prælud. 6. & alij. (Gloſſa dictæ Clementinæ. Panormitan. Vgolinus. Filliucius. Toletus. Coriolanus.)

4 Canones ante Bullam.

Ità etiam quam plurimæ excommunicationes ex ijs, quæ continentur in Bulla emanatæ iam erant antea in Sacris Canonibus, vt contra Hæreticos, & eis credentes, & contra deferentes arma ad hoſtes Chriſtiani nominis, & res prohibitas: contra Piratas, & contra offendentes Romipetas, & Peregrinos: & contra exigentes, vel imponentes noua pedagia, & contra falſarios litterarum Apoſtolicarum, &c.

5 Concluſio.

Quapropter concludendo dicimus: Originem huius Bullæ fuiſse antiquiorem ipſo Martino V. De principio vero non habetur certa notitia, niſi quod tempore Clementis V. ter in anno legi conſueuerat a Pontifice: poſtea verò proceſſu temporis, cùm iam ſatis vbique diuulgatus eſſet rumor horum proceſſuum defecerunt tam frequenter fieri, & cœpit in vſu eſſe Proceſſus ſemel tantum in anno, & ſaltem a tempore ipſius Martini V. vſque ad præſens ſemper lecta ſunt, & eſt præſens Bulla in feria V. maioris hebdomadæ: propterea ad præſens talis Bula Cœnæ appellatur communiter, eò quod promulgatur quolibet anno illo die, quo celebratur ab Eccleſia memoria illius diei, quando Dominus Ieſus fecit vltimam cœnam cum diſcipulis ſuis. (Quare appellatur Bulla cœnæ.)

6 De ceremonijs, & ſolemnitatibus promulgationis iſtius Bullæ.

Secundò: Quæritur quibus cœremonijs, & ſolemnitatibus Bulla hæc a Pontifice promulgari ſoleat.

Reſpondetur: quod Summus Pontifex in die Iouis Sancto quolibet anno, de more in Sacro Palatio diuinis officijs illius diei celebratis, Pontificijs veſtibus indutus, præcedentibus Cardinalib. quam plurimis etiam Sacris veſtibus Sacerdotalibus, vel Pontificijs ornatis: Ipſe autem Pontifex diademate ex triplici corona conſtructo, capiti impoſito in ſella, ſerico panno obrizo, aureiſque bullis expolita, maieſtate quadam ad porticum baſilicę Sancti Petri, vndè ab vniuerſo populo conſpici poteſt vehitur: Vbi eo ſedente, duo Cardinales alter latina lingua, alter noſtrati, & vulgari idiomate, alta, & clara voce has litteras legunt, Cereo accenſo ante Pontificem ſtante; quibus promulgatis ſententijs, Romanus Pontifex ad deteſtandos eos, qui contra dictam Bullam venerint, in vulgus dictum cereum accenſum proijcit, quibus peractis inde diſcedit, & ad Sacrum Palatium redijt: Ità Vgolin. in Bulla cœnæ lib. 1. c. 4. n. 1. (Vgolinus.)

7 An ſint excommunicationes a Iure, vel ab homine.

Quæritur tertio: An excommunicationes, quæ feruntur in Bulla Cœnæ ſint a Iure, vel ab Homine.

Prima ſententia. Ratio iſtius ſententiæ.

Reſpondetur: Duplicem eſſe opinionem: aliqui enim exiſtimant huiuſmodi excommunicationes eſse à Iure, quod probant primò ex titulo ipſius Bullæ; vbi dicitur. *Ad futuram, ſiue perpetuam rei memoriam:* ergo ſi eſt perpetua habet vim legis, ideoque non extinguitur per mortem conditoris, ſed remanet, donec alter proceſſus de nouo publicetur, vt patet ex illa clauſula in dicta Bulla addita a Pio V. *Volentes hunc proceſſum durare, ſuoſque effectus omninò ſortiri, donec alius publicetur.* Ideòque dicunt iſti Doctores excommunicationes Bullæ cęnæ eſse à Iure, & non ab homine: nam leges non extinguuntur per mortem conditoris: ideò &c.

8 Secunda ratio. Tertia ratio. Quarta ratio.

Secundo probant, quia tales excommunicationes reſpiciunt futurum tempus, quod proprium legis eſt, nam ſententia excommunicationis ab homine reſpicit præterita crimina: Deindè ad eas incurrendas non requiritur admonitio, ſed ipſo facto incurruntur: In ſententijs autem, quæ feruntur ab homine ſemper præcedere debet admonitio: & tandem dicunt: quia plures ex his excommunicationibus ſunt a Iure: vt contra Hæreticos, & falſarios litterarum Apoſtolicarum, contra percuſſores Eccleſiaſticorum, & contra imponentes gabellas, & ſimilia: Ità Syluestr. Verbo excommunic. 7. n. 76. (Syluester.)

Feli-

Digitized by Google

Felicianus. Viualdus. Suarez. Duardus.

Felicianus Epiſcop. in Enchirid. de excom. cap.16. Viuald. in Candelab. aur. par.2. num.129. concordant Suarez de cenſ. D.21. ſect.1. nu.1. & Duardus in Bulla Cœnæ lib.1.c.3.q.7.n.28. ſaltem poſt illam moderationem additam à Pio V.

9 Secunda ſententia. Ratio iſtius ſententiæ. Sententia fulminata in proceſſu ſunt ab homine.

Secunda ſententia abſolute dicit: Excommunicationes Bullæ cœnæ non eſſe à Iure, ſed ab homine, cuius ratio eſt, quia fulminantur, & feruntur quolibet anno per modum proceſſus, & ſententiæ, prout expreſſè appellantur ab ipſo Summo Pontifice ferente in initio, & fine huius Bullæ: Sententiæ autem in Proceſſu fulminatæ, non ſunt Iuris, ſed ab homine: Vndè per nouæ Bullæ promulgationem præteritæ Bullæ obligatio expirat: quapropter, ſi quid in poſteriori proceſſu omittatur hoc ipſo ſublatum cenſetur, etiam ſi id expreſſè non reuocetur: ideóque non ſunt à Iure, ſed ab homine: In hoc enim differunt excommunicationes Iuris, & hominis, quia illæ ſunt perpetuæ: hæc autem temporales.

In quo differunt excommunicationes Iuris, & hominis.

10 Quare, mortuo Pontifice non extinguantur.

Quod autem hodie poſt additionem illam appoſitam à Pio V. quod extincto legiſlatore non ceſſat: hoc non prouenit ex natura ipſarum, ſed per clauſulam illam additam à Pio V. vbi declarantur durare vſque ad publicationem ſequentis Bullæ: quod etiam deindè reliqui Pontifices ſemper appoſuerunt; dicentes: *Volentes noſtros proceſſus durare, quouſque alij publicentur*: Quod factum eſt ad continendos magis in obſeruantia Chriſti fideles tempore vacationis Apoſtolicæ Sedis, & quouſque alter proceſſus non publicetur: Quapropter ante moderationem illam additam à Pio V. mortuo Pontifice extinguebantur: Quare per illam clauſulam non eſt immutata natura, & ſubſtantia cenſuræ, ſed tantum accidens quoddam, & circumſtantia accidentalis addita: Ità Vgolin. de excommun. Bullæ cœnæ p.1. c.7. §.2. Sayrus de cenſ. lib.3.c.1. num.18. Nauar. in man. cap.27. nu.73. Soto in 4. D.22. q.2. A.3. Tolet. lib.1.c.18. Filliuc. to.1. tr.15. cap.1. q.4. n.4. Graff. lib.4. Deciſ. cap.18. nu.4. Coriolan. de caſib. reſer. in explic. Bullæ Cœnæ Prælud.7. cum alijs.

Ante moderationē Pij V. extinguebantur.

Vgolinus. Sayrus. Nauar. Soto. Toletus. Filliucius. Graffius. Coriolanus.

11 Concluſio.

Ex quo patet probabiliorem eſſe ſecundam ſententiam, quam nos hic ſequimur: Vndè ad rationes prioris ſententiæ.

Soluitur prima ratio pro ſententia. De ly: Ad futuram rei memoriam.

Reſpondetur primò quod illa particula addita in calce tituli. (*Ad futuram, ſiue perpetuam rei memoriam*) non eſt poſita ad dandam illi Bullæ perpetuam firmitatem tamquam lex, ſed ſolùm ad dandam ei perpetuam memoriam apud homines, dum tamen alius proceſſus non publicetur: Quando autem Pontifex Bullis ſuis perpetuam firmitatem dare intendit tamquam legi, alio modo ſolet illam explicare, dicendo: *Hac perpetua conſtitutione: ſeu Hac perpetuo valitura conſtitutione*, & ſimilibus modis: prout benè aduertit Sayr. d.lib.3. de cenſ. c.1. num.20.

12 Soluuntur aliæ rationes.

Ad alias rationes ſecundo loco poſitas ſimiliter facile Reſpondetur: quod etiam ſententiæ ab homine aliquando feruntur pro culpis futuris, prout colligitur ex cap. A nobis de ſent. excom. & ex c. Romana Sedes §. Caueant eodem titulo in ſexto. Vndè neque ad ſententias, quæ feruntur pro culpis futuris neceſſaria eſt admonitio: Neque illa deeſt in præſentibus, hoc ipſo, quod quolibet anno promulgentur, & omnibus notæ redduntur: Neque etiam implicat contradictionem, vt ea quæ in Iure ſunt prohibita poſſint etiam per ſententiam prohiberi, prout rectè notauerunt omnes Doctores citati pro ſecunda opinione.

Concludimus ergo, quod ſententiæ latæ à Summo Pontifice quolibet anno in Proceſſu, qui legi ſolet in feria quinta Cœnæ Domini in Curia pro grauiſſimis culpis vitandis, à quibus nemo abſoluere poteſt, niſi Romanus Pontifex, vel habens ab eo ſpecialem facultatem, vel quandò pœnitens conſtitutus eſſet in manifeſto mortis articulo, vt loco ſuo videbitur in vltimo tractatu huius Bullæ: Ità communiter omnes ſupra citati Doctores pro ſecunda opinione, cum alijs. 13 Concluſio.

Quæritur quartò: Quænam perſonæ ligentur huiuſmodi cenſuris in hac Bulla Cenæ fulminatis? 14 Quæ perſonæ ligentur huiuſmodi cenſuris.

Reſpondetur: Hanc Bullam, ſententiaſque latas in ea contentas, obligare omnes, & ſingulos baptizatos quacumque dignitate, & præeminentia præditos, in quocumque gradu, & poteſtate conſtitutos, ſiuè Reges, ſiuè Imperatores, ſiuè Epiſcopos, ſiuè Cardinales, ipſo tamen Summo Pontifice excepto, qui ſe ipſum excommunicare non poteſt, neque ſubijcitur humanis legibus, & ſtatutis, ſiuè ſententijs: Nam prima Sedes à nemine iudicatur.

Reſolutio. Omnes præter Summum Pontificem.

Ratio autem quare omnes cæteros baptizatos adſtringat, eſt quia poteſtas Summi Pontificis ad omnes fideles Baptizatos ſe extendit: quare dixit Dominus Petro, & ſucceſſoribus eius: *Tibi dabo claues Regni Cœlorum: vt quodcumque ſolueris, vel ligaueris ſuper terram, erit quoque ligatum, vel ſolutum in Cœlis*: Deinde omnia, & ſingula, quæ in hac Bulla prohibentur, ſunt peccata grauiſſima, & vbi agitur de materia peccati mortiferi Summus Pontifex pleniſſimam habet poteſtatem, & iuriſdictionem in quemcumque baptizatum: prout dicitur in cap. Nouit. de Iud. & alibi: Inſuper multis in locis huius Bullæ hoc expreſſè explicatur, vt patet ex can.2.7. & 18. & in clauſula §. Non obſtantibus: Ità Duardus in Bulla cœnæ lib.1.cap.3.q.6. Vgolinus luc p.1. cap.10. num.2. Nauar. in cap. Quorumdam de Iudæis: not.11. Filliuc. tom.1. tr.15. q.5. nu.11. Coriolan. prælud.7. & alij. 15 Ratio aſſertionis.

C. Nouit, de Iudæis.

Duardus. Vgolinus. Nauarrus. Filliucius. Coriolanus.

Verum eſt tamen, quod requiritur promulgatio huius Bullæ, ſaltem in vno loco, vt Romæ, vel vbi tunc adeſt Romana curia; non eſt tamen neceſſarium, quod fiat promulgatio einſdem Bullæ in alijs Prouincijs, ſiue Diœceſibus, ſed ſatis erit moralis notitia, quod Romæ, ſiuè alibi promulgata fuerit à Pontifice, quæ ſingulis annis in die Iouis Sancto, à Romano Pontifice ſemper promulgatur, & renouatur: Ità Azorius tom.1. lib.5. cap.3. Filliuc. Vgolinus, Coriolanus cum alijs, locis ſupra citatis. 16 Requiritur promulgatio Bullæ in Curia Romana.

Azorius. Filliucius. Vgolin. Coriolanus.

Quæritur quintò: An ex quo ſingulis annis promulgentur dictæ ſententiæ toties delinquentes excommunicentur de nouo, & nouis excommunicationis vinculis afficiantur tranſgreſſores, & multiplicentur vincula excommunicationum? 17 An excommunicationes multiplicentur ex renouatione Bullæ?

Reſpondetur Negatiuè: & ratio huius eſt, quia in ipſo actu, quo publicatur nouus Proceſſus ceſſant omnes ſententiæ, & excommunicationes latæ in alijs Proceſſionibus, ideóque multiplicari non poſſunt: Nam prædictæ ſententiæ excommunicationum tamdiu habent vigorem, donec alius Proceſſus promulgetur. Reſolutio eſt negatiua.

Aduertendum eſt autem: Hoc eſſe intelligendum circa idem crimen: Nam ſi quis contra omnes, aut contra plures ageret, tot excommunicationes incideret, toties quoties huiuſmodi peccata perpetraret: & Ratio huius eſt, quia vnaquæque excommunicatio ab alia differt non ſolum numero, ſed etiam ſpecie: Imo excommunicationes per alia Iura latæ in prædicta Bulla pro iiſdem criminibus repetitæ non multiplicantur, ſed ſolummodò addi- 18 Intellige circa idem crimen.

tur

Nauarr. tur reſeruatio abſolutionis: prout dicunt Nauar. in man. cap. 27. n. 54. & in c. Ita quorumdam de Iudæ. Suarez. Filliucius. Coriolanus. Vgolinus. not. 11. n. 37. Suarez de cenſ. d. 21. ſect. 1. nu. 3. Filliuc. d. tom. p. tr. 15. c. 1. q. 6. n. 13. Coriol. & Vgolin. cum alijs, locis ſupra citatis.

19 An canones Bullæ ſint mutabiles? Reſolutio eſt affirmatiua. Quæritur ſextò: An cenſuræ Bullæ Cenæ ſint mutabiles, & quibus modis poterit in eis fieri aliqua mutatio?

Reſpondetur: omnes excommunicationes eſſe mutabiles, quotieſcumque enim aliquis Summus Pontifex in Domino expediens eſſe iudicauerit, poterit liberè, & licitè canones excommunicationum, qui continetur in hoc Proceſſu minuere, aut ampliare, reſtringere, aut dilatare ſecundum exigentiam temporis, occaſionis, aut perſonarum: cùm enim pendeant ex libera voluntate Pontificis, illas ferentis nulla eſt dubitatio quin poſſit illas, vel in totum, vel in partes variare: Patet hoc ex communi Eccleſiæ conſuetudine: nam conſtat in praxi varijs temporibus per Romanos Pontifices huiuſmodi Proceſſum ſucceſſiuè fuiſſe mutatum, tum per additionem alicuius nouæ clauſulæ, tum per alicuius antiquæ clauſulæ detractionem: vt infra videbitur.

Dupliciter poteſt fieri talis mutatio. Primo per additionem. Secundo per detractionē. Ex quo ſequitur quod: Dupliciter fieri poteſt talis mutatio huius Proceſſus: Primò addendo aliquos nouos canones excommunicationum, vel aliquam nouam clauſulam, ampliando, vel reſtringendo, aut limitando: Secundò per detractionem alicuius canonis, vel in totum, vel in partem, vel auferendo, aut mitigando aliquam clauſulam in prioribus Proceſſibus contentam, & vtroq; modo quintupliciter fieri poteſt.

21 Primus modus variationis per additionem. Primò enim variari poteſt hæc Bulla per additionem aliquam: Primò prohibendo aliquid, quod in Iure antea non fuerat prohibitum: & tunc clauſula illa addita durat, vſque ad ſequentis Bullæ promulgationem, non verò ceſſat per mortem Pontificis infra annum; & hoc mediante particula illa addita à Pio V. & ſucceſſoribus eius; *Volentes, &c.* Si verò in vltima publicatione talis clauſula non fuiſſet addita, tunc cenſetur fuiſſe reuocatam: quare mortuo Pontifice omnes excommunicationes latæ per canones dicti Proceſſus eſſent extinctæ, vſquequo per Pontificem ſucceſſorem renouarentur.

22 Secundus modus variationis. Secùdò variari poteſt iſta Bulla per additionem alicuius clauſulæ in iure alia cōtentę; quo caſu tota iuris diſpoſitio manet integra, ſicut prius, eò quod ius nūquā ceſſat, niſi expreſsè reuocetur, vel aliquid contra illud in contrarium ſtatuatur: In caſu autem nō dicūtur duæ cenſurę diſtinctæ, vna per Ius, & alia per Bullam: ſed tantummodò per iſtam clauſulam ſiuè additionem, additur reſeruatio abſolutionis, ad Summum Pontificem in forma huius Bullæ: qua ceſſante, ceſſat iſta reſeruatio, & remanet excommunicatio, prout antea fuerat in iure.

23 Tertius modus variationis. Tertio modo variari poteſt per Iuris antiqui renouationem: Quo caſu, ſi Ius illud fuerat expreſsè, ſiuè tacitè reuocatum, vel per contrariam conſuetudinem inoletum: tunc virtute renouationis factæ per Bullam reuiuiſcit eodem modo, ac ſi nouum Ius, vel conſuetudo, quę illud reuocauerat alio nouo iure inuocaretur.

24 Quartus modus variationis. Quarto modo variari poteſt Bulla per iuris antiqui extenſionem; quapropter tunc non modo locum habet in eo caſu, in quo prius in Iure habebat, ſed etiam caſus illius Iuris ad alium Bullæ caſum extenditur: quamuis in Iure de eo nulla facta eſſet mentio: qua propter Gregorius XIII. Crimen falſificantium litteras Apoſtolicas extendit etiam ad falſificantes ſupplicationes Apoſtolicas, ſignatas, &c. de quibus ſupplicationibus antea in Iure non fiebat mentio.

25 Quintus modus variationis. Quinto variatur Bulla per reuocationem alicuius canonis, aut priuilegij, prius conceſſi: Quó caſu, quamdiu tales reuocationes in Bulla manent, totam vim priuilegij, aut Iuris annullant, ideòque nemo illorum virtute, ſtante illa clauſula Bullæ poterit ſe tali priuilegio tueri.

26 Demutatione per detractionem quæ etiā quintupliciter fieri poteſt. Primo modo. Secundo modo. Tertio modo. Quarto modo. Similiter etiam è contra talis mutatio, ſiuè variatio fieri poterit per detractionem alicuius antiquæ clauſulæ præcedentium Bullarum iiſdem quinque modis, vt ſupra, modo tamen oppoſito: Primo vid. tollendo aliquid, de quo nihil in Iure fuerat ſtatutum: Secundo tollendo aliquid in iure ſtatutum: Tertio tollendo innouationem Iuris antiqui: Quarto auferendo reuocationem Priuilegiorum: Quo caſu ſi tollatur de Bulla reuocatio Priuilegiorum, probabile eſt talia Priuilegia reuiuiſci, & redire in ſua vi, ſicut prius, ſiuè talia Priuilegia, ſint alicui communitati conceſſa, ſiuè perſonalia, modo perſonæ, quibus conceſſa fuerant Priuilegia ſuperſtites ſint: Ità Sayrus de cenſ. lib. 3. c. 3. n. 4. Filliuc. tom. 1. tr. 15. c. 1. q. 7. n. 16. Coriolanus in Bulla cœnæ Prælud. 8. alijq; communiter. Sayrus. Filliucius. Coriolanus.

27 An excommunicationes ſint latæ ſententiæ vel ferendę. Reſolutio. Quæritur ſeptimò: An omnes excommunicationes, quæ in Bulla cœnæ continentur ſint latæ ſententię, vel ferendę?

Reſpondetur: omnes eſſe latę ſententię, eò quod omnes latę ſunt per modum ſententię per verbum de præſenti, vt patebit ſingulos canones excommunicationum exponendo. In quolibet enim dicitur. *Excommunicamus: Anathematizamus. Interdicimus, &c.* ideòq; ſtatim ac, quod aliquis contra tales canones faciat, excommunicationem latę ſententię ipſo facto incurrit; eſtque verè excommunicatus excommunicatione maiori, prout communiter dicunt omnes Doctores, qui de hac Bulla loquuntur, vt Suarez de cenſ. D. 21. Duardus, Filliucius, Vgolinus, Sayrus, Graffius, Nauarrus, & Coriolanus, locis ſupra citatis. Suarez. Duardus. Filliucius. Vgolinus. Sayrus Graffius. Nauarrus Coriolanus.

28 An excommunicati per Bullā ſint vitandi ante denuntiationē? Concil. Conſtant. Octauò tandem Quęritur: An excommunicati per Bullam Cœnę, quales ſunt publici, & notorij Heretici, ſint ipſo facto vitandi, antequam ſint denuntiati, & declarati tales ab Eccleſia.

Reſpondetur: quod licet ante Concilium Conſtantienſe publici, & notorij excommunicati, erant vitandi; tamen poſt conſtitutionem dicti concilij per extra. Ad Euitandam, &c. hodie non ſunt vitandi niſi ſint declarati, aut eſſent publici clericorum percuſſores, quando tale delictum cōmiſſum nulla poſſet tergiuerſatione celari, fuiſſetq; ſuadente Diabolo, prout nos explicauimus in tractatu de effectibus excommunicationis maioris: quare Doctor ait Toletus lib. 1. Inſtit. c. 20. n. 12. quod licèt per Bullam Cœnę excommunicentur Heretici, & Schiſmatici, & alij, & aliquorum nomina exprimantur, non tamen ob id ſunt nominatim excommunicati, & vitandi tanquam tales, quouſque ab Eccleſia pro talibus declarentur, quod etiam idem dicit Vgolinus, de excom. reſer. p. 2. c. 15. in fine. Toletus. Vgolinus.

Et hęc breuiter explicata ſufficiant pro ijs, quę prelibanda erant ad maiorem Bullę Cœnę intelligentiam: nam alia ſuperius in proprijs locis ſatis, ſuperque à nobis declarata ſunt in tractatibus de cenſuris, & excommunicationibus, tam in communi, quam in ſpecie, ideòq; reſtat dicendum de expoſitione Canonum ipſius Bullę, quę omnia in ſequenti Tractatu ſpecialiter explicabuntur. 29

TRA-

TRACTATVS XIV.

De Excommunicationibus reſeruat. in Bulla Cœnæ T. II. in ordine Cenſurarum. T. X.

PROOEMIVM.

POSTEA quam in præcedenti tractatu Proœmium Bullæ Cœnæ, atq; ea, quæ ad ipſius intelligentiam faciebant ſufficienter explicata ſunt: Accedimus ad ſecundum in ordine tractatum eiuſdem Bullæ, in quo explicandi veniunt canones excommunicationum, quæ quolibet anno à Summis Pontificibus in die cœnæ Domini fulminantur, quæ quidem excommunicationes ſunt numero viginti, in quarum: Prima excommunicatio. *Prima in ordine excommunicantur omnes Hæretici, Apoſtatæ à fide, & ſchiſmatici.*

2 *Secunda eſt contra appellantes à ſententijs Papæ ad futurum Concilium, ſiue ad aliud tribunal.*

3 *Tertia cõtra Piratas, curſarios, & latrũculos marinos.*

4 *Quarta contra ſurripientes bona naufragantium in littore inuenta, ſiue in mari, &c.*

5 *Quinta contra Imponentes noua pedagia, ſiuè gabellas eaſq; exigentes, ſine debita facultate.*

6 *Sexta contra falſificantes literas Apoſtolicas, vel ſupplicationes Apoſtolicas ſigillis ſignatas.*

7 *Septima contra deferentes arma, aliaq; prohibita ad infideles chriſtiani nominis inimicos.*

8 *Octaua contra impedientes, vel prohibentes portare victualia ad Vrbem Roma.*

9 *Nona contra impedientes, vel lædentes illos, qui pergunt ad Romana curiam.*

10 *Decima contra lædentes Romipetas, & Peregrinos accedentes, vel recedentes à curia.*

11 *Vndecima contra offendentes S. R. E. Cardinales, alioſq; Prælatos Eccleſiaſticos.*

12 *Duodecima contra lædentes quaſcumq; perſonas, quæ ad Romanam Curiam pro negotijs recurrant.*

13 *Tertia decima contra Appellantes à reſcriptis Apoſtolicis ad laicam poteſtatem.*

14 *Quartadecima contra impedientes executionem literarum Apoſtolicarum, & ad gratias impetrandas impedientes.*

15 *Quintadecima contra Iudices ſæculares trahentes ad ſua tribunalia perſonas Eccleſiaſticas.*

16 *Sextadecima contra impedientes iudices eccleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur.*

17 *Decima ſeptima contra vſurpantes Eccleſiaſticam iuriſdictionem, vel fructus Eccleſiæ ſequeſtrantes.*

18 *Decima octaua contra imponentes decimas perſonis Eccleſiaſticis.*

19 *Decima nona contra Iudices ſæculares violantes eccleſiaſticam libertatem.*

20 *Vigeſima contra occupantes bona, aut terras Eccleſiæ Romanæ, & in illis ſupremam iuriſdictionem vſurpantes, quæ omnes excommunicationes in ſingulis capitibus ſunt explicandæ.*

DE EXCOMMVNICATIONE prima contra Hæreticos, & ſchiſmaticos.

CAP. I.

Canon Primus.

EXcommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quoſcumq; Huſſitas, Vuicleffiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgonottos, Anabaptiſtas, Trinitarios, & à chriſtiana fide Apoſtas, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocumque nomine cenſeantur; & cuiuſcumq; ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumq; receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorundem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa publicè, vel occultè; quouis ingenio, vel colore: nec non ſchiſmaticos, & eos, qui à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſe ſubtrahunt, vel recedunt.

Expoſitio P. Canonis.

PRo notitia, & intelligentia huius primæ excommunicationis, quæ in hoc Canone infligitur, eſſent primo loco explicanda illa duo prima verba, 1 quibus Summus Pontifex abſolute incipit dicendo: *Excommunicamus, & Anathematizamus, &c.* At quoniam hæc fuerunt à nobis ſatis, ſuperq; declarata in tract. 1. excommunicationis, qui eſt quintus in ordine huius ſecundæ partis noſtræ Theologiæ moralis c. 1. à n. 2. vſq; ad 8. incluſiuè vbi etymologiam, propriamque ſignificationem horum verborum declarauimus, ideo breuiter dicimus, quod ly excommunicamus idem eſt, quod extra communionem, & ipſius Eccleſiæ, ac fidelium participatione, ac bonorum omnium participatione rerum ſpiritualium priuamus, excommunicatos illos, & tanquam putrida membra è corpore ipſius Eccleſiæ ſpirituali gladio reſecamus, eoſq; poteſtati Sathanæ quodam modo tradimus, donec à contumacia reſipiſcant. Excommunicamus, quid ſignificet.

Additurque ſecundo, [*& Anathematizamus*] nam verbum anathematis vltra excommunicationem maiorem latæ ſententiæ includit etiam deteſtationem, execrationem, & maledictionem, quæ ſolemniter profertur à Prælatis in deteſtationem eorum grauiſſimorum ſcelerum, ideòque additur Anathematizamus .i. maledicimus, execramur, ac deteſtamur, adeò vt, qui talia grauiſſima crimina ſine Dei timore perpetrare præſumpſerunt, non ſolum extra Eccleſiam eijciantur mediante excommunicatione, verum etiam diris maledictionibus, & execrationibus anathematum afficiuntur: Ità Vgolin. de excom. reſer. p. 1. c. 16. & colligitur ex can. Si is, qui præeſt 11. q. 3. 2 Anathematizamus. Vgolinus.

Deinde additur à Pontifice: [*ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, &c.*] Vbi notandum non ſine cauſa Summos Pontifices in huiuſmodi excommunicationibus ferendis triplici hac auctoritate vſos eſſe. Primo ad oſtendendam cauſam efficientem principalem excommunicationis, qui eſt Deus ipſe Trinus, & vnus, à quo omnis auctoritas, & iuriſdictio eſt emanata in Eccleſia Dei militante: nam auctoritas ipſius Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti eſt origo, & fons totius Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per Chriſtum in Eccleſia deriuatur, quæ tradita, & conceſſa fuit ab ipſo Domino Ieſu Apoſtolo Petro, quando dixit ei: *Paſce oues meas, & quodcumq; ſolueris, vel ligaueris ſuper terram erit quoq; ligatum, vel ſolutum in Cælo:* tunc enim dedit pleniſſimam auctoritatem in vtro- 3 Ex parte Omnipotentis Dei. Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Digitized by Google

que ſoro ligandi, atq; ſoluendi homines ſuo Vicario Petro, à quo deindè communicata eſt cæteris Apoſtolis, Epiſcopis, ac Prælatis, vt loco ſuo declaratum eſt a nobis pleniùs.

4 Quare additur auctoritas Petri, & Pauli.

Quare ſecundo loco ponitur auctoritas ipſius Petris tanquam primò à Chriſto communicata virtute clauium, quibus mediantibus deriuata eſt omnis legitima auctoritas, & in eius ſucceſſores Pontifices Romanos legitimè electos; a quibus deindè in alios Prælatos ipſius Eccleſiæ deriuatur: Additur inſuper auctoritas D. Pauli, qui Eccleſiæ Romanæ, eiuſq; primatus cum D. Petro cooperator, & fundator fuit: ſimul enim Romæ prædicanerunt, & Chriſti Eccleſiam fundauerunt, & vna, & eadem die in eodem loco martyrio fuerunt coronati: Ità S. Iræneus lib. 3. c. 1. ſuorum operum.

S. Iræneus.

5 Ac noſtra .i. Romani Pontificis.

Ac tandem tertio loco additur auctoritas ipſius Romani Pontificis, tanquam cauſa immediata, à qua huiuſmodi ſententiæ excommunicationis fulminantur: Non enim Summus Pontifex eſt ſimpliciter Vicarius Petri, ſed ipſius Chriſti cum poteſtate ordinaria, cui alij Pontifices ſucceſſiuè ſuccedunt, & hanc ordinariam poteſtatem immediatè recipit à Chriſto eo ipſo, quod a Cardinalibus, & legitimè electus in Romani Pontificem, & adoratus. Quare licet ordinaria iuriſdictio conceſſa Petro transfundatur in ſucceſſores Pontifices, ita tamen transfunditur, vt immediatè recipiatur à Chriſto præmiſſa Romani Pontificis legitima electione, vt benè probant Syluest. in Verbo Papa; Sayr. de cenſ. lib. 3. c. 4. n. 7. Coriolan. hic §. 5. & Duardus lib. 2. in Bulla Cœnæ q. 6.

Syluester. Sayrus. Coriolanus. Duardus.

6 Decem genera perſonarũ in hoc canone excommunicantur.

In hoc ergo primò canone decem perſonarum genera excommunicantur à Pontifice: Primò omnes Hæretici, cuiuſcunque ſectæ, & Apoſtatæ à catholica fide 2. Credentes, & acceptantes hæreticorum doctrinam: 3. Receptatores hæreticorum: 4. Fautores, & 5. eorum Defenſores: 6. Legentes eorum libros, continentes hæreſes, vel de eorum religione tractantes: 7. Retinentes, 8. Imprimentes, 9. Defendentes huiuſmodi libros, & quomodolibet, & quauis cauſa, & quouis ingenio, vel colore, ſiuè publicè, ſiuè occultè: & 10. omnes Schiſmatici, ſubtrahentes ſe, vel recedentes ab obedientia Romani Pontificis.

7 Quare nominantur aliquę ſectæ hæreticorum.

Notandum autem, quod licèt in hac excommunicatione expreſsè nominentur Huſſitæ Vuicheſſiſtæ, Luterani: Zuingliani, Caluiniſtæ, Vgonotti, Anabaptiſtæ, & Trinitarij: non tamen excluduntur alij cuiuſcumq; ſectæ illi ſint, ſed illi tantummodo nominantur in deteſtationem eorum hæreticorum, qui his temporibus alicubi durant; quare non excluduntur alij: vt Ariani; Sacramentarij, & alij quocunq; nomine dicantur, ideòq; in fine canonis additur particula illa: *Omnes, & ſinguli hæretici, quocunq; nomine cenſeantur, & cuiuſcunq; ſectæ exiſtant:* Ità Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 2.

Suarez.

8 Quare etiam additur, & Apoſtatæ à fide. D. Thom.

Inſuper in prædicta clauſula additur, & declaratur hac cenſura excommunicationis comprehendi omnes, & ſingulos à Chriſtiana fide Apoſtatas, qui licèt in re non differant ab hæreticis, prout D. Tho. 2. 2. q. 12. A. 1. docet; Nichilominus ſpecialiter etiam ibi nominantur ad maiorem charitatem, quamuis enim Apoſtatantes à Chriſtiana Religione ad aliam ſectam Mahometanam, Vid. aut Iudaicam tranſeuntes communiter à vulgo non appellentur hæretici, reuerà tamen hęretici ſunt, ideoque in canone dictæ Apoſtatæ expreſsè declarati ſunt, vt nulla dubitatio perſiſtere poſſet, quod etiam Apoſtatantes à fide virtute huius canonis excommunicati ſunt. Ità Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 1. n. 3. Coriolan. hic §. 8. Vgolin. p. 2. de excom. Bullæ cœnæ §. 8. n. 21. alijq; communiter.

Suarez. Coriolanus. Vgolinus.

9 Huſſitæ, qui ſint, & vnde dicantur.

Notandum inſuper pro maiori intelligentia huius canonis, quòd in eo ſpecialiter excommunicantur Huſſitæ, qui taliter appellati ſunt à ſuo Hæreſiarcha Ioanne Hus Boemo, qui cum eſſet chriſtianus baptizatus deindè deceptus eſt in ſuo intellectu: & triginta errores euomit, ac diſſeminauit contra catholicam fidem, cuius errores enumerantur in Bulla Martini V. quæ incipit: *Inter cunctas paſtoralis curiæ, &c.* qui quidem Ioannes Hus condemnatus fuit tanquam Hæreticus in Concil. Conſtantienſi, & viuus deindè combuſtus fuit, vnde eius errores ſectantes dicti ſunt Huſſitæ.

10 Vuiclephiſtæ, qui ſint, & vnde dicantur.

Vuiclephiſtæ dicti ſunt à Ioanne Vuiclepho Anglo, qui etiam tanquam Hæreticus quadraginta quinq; errores contra catholicam fidem ſcripſit, cuius errores in eodem Concilio Conſtantienſi damnati fuerant, & tamquam Hæreticus combuſtus fuit, cuius errores ab eodem Martino V. in eadem Bulla enumerantur ideòque eius errores ſectantes appellantur Vuiclephiſtæ.

11 Lutherani.

Lutherani dicti ſunt omnes Hæretici ſectantes falſam doctrinam Martini Lutheri Germani patriæ Iuſſibienſis, qui quadraginta, & vnum errores contra Chriſtianam Religionem diſſeminauit, cuius errores condemnati fuerunt à Leone X. in extra: quæ incipit. *Exurge Domine iudica cauſam tuam:* Cuius Lutheri ſtatua combuſta fuit Romæ anno 1526. cuius errores hodie Angeli ſequuntur, & profitentur cum alijs, ideòque Lutherani appellantur a ſuo hæreſiarcha Martino Luthero.

12 Zuingliani.

Zuingliani dicti fuerunt ab Huldrico Zuinglio Canonico Conſtantienſi, qui aſſerunt in Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ non eſſe verum corpus, & ſanguinem Chriſti, inſuper dixit peccatum originale non eſſe peccatum, ſed morbum naturæ aliosq; etiam errores hæreticales ſcripſit, quare eius doctrinam ſectantes appellantur Zuingliani à ſuo hæreſiarcha ità denominato.

13 Caluiniſtę.

Caluiniſtæ dicti ſunt omnes hæretici, ſectantes errores Ioannis Caluini Picardi, qui tempore Pauli III. Summi Pontificis Eccleſiam Catholicam perſecutus eſt, & Galliam, & Sabandiam ſuis erroribus infecit, qui tamquam hæreticus in multis Concilijs damnatus eſt, eiuſq; pernicioſi errores apud Genebriam adhuc vigent, qui omnes Caluiniſtæ ſunt appellati, qui defendunt polygamiam, & malè ſentiunt de Matrimonij Sacramento.

14 Vgonotti.

Vgonotti, qui etiam Sacramentarij appellantur, dicti ſunt ab Vgone hæreſiarcha, ſiuè ludi magiſtro, ſiuè Gapeto, vt aliqui volunt, quare iſti omnes denominantur ità à ſuo auctore hæreſiarcha: prout dicit Vgolinus de excom. Bullæ p. 2. §. 4. à n. 2.

Vgolinus.

15 Anabaptiſtæ.

Anabaptiſtæ autem ita appellati ſunt ab hæreſi, quam huiuſmodi heretici profitentur, qui negant in Sacramento Baptiſmi imprimi in Anima baptizati characterem indelebilem, ideòq; aſſerunt poſſe tale Sacramentum iterum, atque iterum reiterari, quare pueros baptizatos iterum ſæpius rebaptizant: ideòq; dicuntur Anabaptiſtæ ab ἀνὰ dictione Græca, quæ ſignificat rurſus: & Βαπτίζω verb. Gręco Βάπτω quod ſignificat abluo, ſiuè baptizo: ideòq; ab hoc errore appellati ſunt Anabaptiſtæ prout dicit Duardus in Bulla cœnæ lib. 2. p. 2. q. 2. num. 5. & Vgolin. loc. cit.

Duardus. Vgolinus.

16 Trinitarij.

Trinitarij tandem ab errore hæreticali, quo huiuſmodi heretici profitentur contra myſterium fidei Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis Diuinarum

Per-

Digitized by Google

Perſonaru n multos, varioſq; errores contra Sanctiſſimam Trinitatem proferentes, ac pertinaciter defendentes, quod ſimiliter dicendum eſt de alijs hæreticis, quocunque nomine, vel denominatione ſint appellati, partim ab hæreſibus, quas profitentur, & partim ab auctoribus hæreſum, vt ſupra iam declaratum eſt.

Alij hæretici quocumque nomine nuncupati.

17 Primum ergo genus perſonarum, quæ in hoc primo canone Bullæ excommunicantur à Pontifice, ſunt omnes Hæretici cuiuſcumque ſectæ, & quocumque nomine nuncupentur: Dicuntur autem Hæretici omnes, & ſinguli, qui poſt Baptiſmum ſuſceptum, & in fide Chriſtiana ſufficientes inſtructi de rebus credendis, deliberatè errant circa eamdem fidem cum pertinacia: eſt enim hæreſis voluntarius error intellectus cum pertinacia contra aliquam fidei veritatem: Ità Sanchez in ſum. lib. 2. c. 7. n. 14. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 2. n. 22. Bonac. tom. 1. de cenſ. D. 2. q. 5. p. 1. n. 1. Duard. hic lib. 2. can. 1. q. 20. n. 1. alijq; communiter.

Hæretici, qui dicuntur. Quid ſit Hæreſis. Sanchez. Filliucius. Bonacina. Duardus.

18 Eſt enim αἵρεσις dictio græca, quæ deriuatur à verbo αἱροῦμαι, quod ſignificat volo, eligo, ſiuè exopto: aliam ſectam, ſeu doctrinam contra veritatem catholicæ fidei, in eaq; pertinaciter ex errore intellectus vult perſiſtere, ideòq; ſecundum aliquos dicuntur Hæretici, quaſi adhæſiui ab adhærendo, eò quod falſæ doctrinæ pertinaciter adhæreant: Vel denominantur Hæretici ab erciſcendo: .i. diuidendo: nam Hæretici pertinaciter adhærentes falſæ doctrinæ, quam ſibi eligunt ex errore intellectus ab alijs ſanam doctrinam profitentibus ſe diuidunt, & elongant, ideòque apud Catholicos Hæretici reputantur infames, eò quod fidem Chriſti ſuſceptam deſerentes falſam aliquam ſectam condemnatam ſequi volunt: Ità Duardus cum omnibus ſupra citatis.

Hæreſis vndè dicatur. Secunda expoſitio. Tertia expoſitio. Duardus.

19 Ex quo ſequitur, quòd quatuor requiruntur ad conſtituendam hæreſiam formalem, per quam incurritur iſta excommunicatio canonis: Primò debet eſſe error intellectus practici, & rationalis, poſtquam fuit ſufficienter inſtructus de ijs, quæ neceſſariò ſunt credenda à fidelibus baptizatis, quare Cathecumini, quamuis interiùs, & exteriùs fidem recepiſſent, licèt poſtea aliquem articulum fidei negauerint, non dici poſſunt hæretici propriè dicti, eò quod nondum ſint profeſſi fidem catholicam ſolemniter, cuius profeſſio fit in Baptiſmo, cum autem cathecumini nondum ſint baptizati non poſſunt dici propriè hæretici, ſed infideles, ideòq; non incidunt in pœnas inflictas ab Eccleſia contra hæreticos, cum non adhuc ſint ſubditi iuriſdictioni ipſius, quod idem dicendum eſt de inualidè baptizatis: Ità Caietanus 2. 2. q. 10. A. 5. Tolet. in ſum. c. 3. lib. 4. n. 5. Filliuc. d. tr. 16. c. 2. n. 22. Sayr. lib. 3. c. 6. n. 11. Duard. lib. 2. in can. 1. q. 21. n. 3. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 5. p. 1. n. 2.

Quatuor conditiones requiruntur ad conſtituendā hæreſim. Prima eſt error intellectus practici. Caietanus. Toletus. Filliucius. Sayrus. Duardus. Bonacina.

20 Secundò talis error debet eſſe contra aliquam fidei veritatem determinatam ab Eccleſia, vndè ſi talis articulus non adhuc ſit determinatus per Sanctiones canonicas, de quibus aliquis eſſet ſufficienter inſtructus, non poſſet dici hæreticus verus, & formalis, quare multi idiotæ, & rudes homines nati in hæreſi etiam ſi baptizati ſint, quia tamen non fuerunt inſtructi de fide catholica, neq; ſciunt eſſe aliam Eccleſiam Catholicam, neq; ſcrupulum habent ſuæ ſectæ, ſed credunt in fide parentum, ſiuè maiorum non poſſunt dici hæretici (formaliter loquendo, & propriè) quia cum deficiat ſufficiens inſtructio, & ſcientia, non poſſunt dici hæretici formales, ſed tantummodo materiales. Ità Caſtro de Iuſt. hæretic. punit. lib. 1. c. 9. in 3. reg. & Filliuc. d. tr. 16. c. 2. n. 23. cum alijs ſupra citatis.

Secunda contra aliquam fidei veritatem determinatam. Caſtro. Filliucius.

21 Tertio talis error debet eſſe voluntarius elicitus à potentia rationali cum pleno conſenſu ipſius voluntatis deliberatè facto, quare primi motus infidelitatis, qui non aduertuntur, vel non ſunt cum plena aduertentia non faciunt hæreſim formalem, ſed materialem: eò quod nō poteſt eſſe culpa mortalis abſque conſenſu voluntatis, vt eſt communis doctrina omnium Theologorum, & nos ſatis ſuperq; probauimus in 1. to. noſtræ Theologiæ Mor. de Sacram. Pœnit. tract. 2. c. 1. n. 17. & Filliuc. d. tr. 16. c. 2. n. 24.

Tertio debet eſſe error voluntarius. Filliucius.

22 Quartò debet eſſe cum pertinacia .i. cum electione voluntaria, aſſentiendo contrario eius, quod dicit Eccleſia, quare pertinax non eſt paratus corrigi, qui verò non habet pertinaciam licèt erret circa res fidei, etiam culpabiliter, non ob id dicitur hæreticus formalis, niſi habeat talem pertinaciam, quæ non eſt attendenda pœnes durationem temporis, aut ob firmatam pertinaciam in errore; ſed ex cognitione, & animaduerſione definitionis Eccleſiæ contra illos errores: quare, qui ita malè affectus eſt in ſua pertinacia, quod etiam, quòd conuincatur à virò docto de ſuo errore contra fidem, nihilominus contrarium vult ſentire, eſt formaliter hæreticus, & incidit in excommunicationem canonis: Ita Vaſquez 12. D. 126. c. 3. Sylueſt. Verbo Hæreſis 1. q. 2. n. 5. Nauar. c. 11. n. 22. Azor. tom. 1. lib. 8. c. 9. q. 7. & 8. Bonac. & Filliuc. locis ſupra citatis cum alijs communiter.

Quarto debet eſſe cum pertinacia. Hæreticus formalis quis ſit. Vaſquez. Syluester. Nauarrus. Azorius. Bonac. Filliucius.

23 Ex quibus infertur, quòd ſi quis inaduertenter, ſiuè ex ioco, ſiuè ex timore illi incuſſo aliquam hæreſim proferret, non tamen habeat errorem in intellectu cum plena voluntate, hæreticus formalis dici non poſſet, & per conſequens excommunicationem canonis non incurreret, quamuis in foro Eccleſiæ tamquam hæreticus poſſet puniri, nam Eccleſia iudicat de exterioribus, quando aliter de mente delinquentis non conſtet.

Hæreſis materialis, & non formalis quādo dicitur.

24 Similiter etiam è contra: ſi quis tantum incideret in errorem intellectus, & voluntatis ſimpliciter in conſenſu interno, abſq; vllo ſigno exteriori facto, quo errorem ſuum contra fidem extrinſecè manifeſtaret, non incideret in excommunicationem canonis contra hæreticos fulminatam, eò quod Eccleſia non iudicat de occultis, & actibus purè internis ſed ſolū de externis aliquo ſigno externo manifeſtantis: Ità Soto in 4. D. 22. q. 2. A. 3. Nauar. c. 27. n. 16. Sayrus de cenſ. c. 4. n. 21. Filliuc. d. tr. 16. c. 1. n. 29.

Hæreticus internus non eſt excommunicatus. Soto. Nauarrus. Sayrus. Filliucius.

25 Si autem quis hæreſim ſuam internam aliquo ſigno externo manifeſtet, quamuis occultiſſimè, hoc eſt nullo alio vidente tale ſignum externum, eò quod tale ſignum nullo alio præſente ſit factum, vt ſi quis ſolus exiſtens in cubiculo, ſiuè in ſylua hæreſim ſuam mentalem aliquo ſigno externo manifeſtaſſet, ſiuè proferendo, ſiuè ſcribendo pro memoria, etiam ſi paulo poſt chartam dilaceret, aut deleat, ità vt à nemine legi poſſet, incurrit in excommunicationem ipſo facto: & ratio huius eſt, quia talis hæreſis interna iam facta eſt externa, & ex ſua natura probari potuiſſet, & audiri, ſi aliquis ibi adfuiſſet non enim refert, quod hæreſis ſit occulta ad excuſandum à cenſura, dummodo non ſit purè interna, ſed ſigno aliquo extrinſeco oſtenſa: Ita Filliuc. loc. cit. n. 28. Sayr. Suarez, Bonac. Duard. & Coriolanus cum alijs, locis ſupra citatis.

Hæreſis occulta ſed extrinſecam aliquo ſigno excommunicationē contrahit. Filliucius. Sayrus. Suarez, Bon. Duard & Coriolan.

26 Et quamuis olim in Bulla Pij V. Magi comprehendebantur ſub hac excommunicatione. eò quod de illis etiam expreſſa fiebat mentio in hoc cano-

Magi nō ſunt excommunicati in cœna Domini.

Digitized by Google

ne: Nunc autem ſaltem à Bulla Gregij XV. & Vrbani VIII. atque Innocentij X. non comprehenduntur, quia huiuſmodi non exprimuntur in canone: quare Magi, quia alias hæretici non ſunt virtute huius Canonis, non ſunt ipſo facto excommunicati, nec propter pactum initum cum Dæmone ratione magiæ exercendæ, neq; propter alia peccata pertinentia ad Tribunal Sancti officij propter ſuſpicionem hæreſis, vel ſuperſtitionis hæc cenſura in Bulla Cœnæ reſeruata incurritur, prout dicit Coriolanus de caſib. reſer. in Bulla Cœnæ can. 1. n. 7. ex D. Thom. 2. 2. q. 95. A. 1. & 2. Ita etiam Nauar. c. 27. n. 55. Filliuc. d. tr. 16. c. 2. n. 49.

Coriolanus. D.Thomas. Nauarrus. Filliucius.

27 Apoſtatæ à fide in quo differunt ab hæreticis.

Apoſtatæ autem à fide licèt communiter loquendo hæretici non appellentur; in rei tamen veritate, non differunt ab illis, quare Apoſtaſiæ crimen non eſt peccatum ſpecie diſtinctum ab hæreſi, ſed eſt quædam circumſtantia augens deformitatem, & turpitudinem criminis: Differunt autem in hoc, quod hæreticus pro parte recedit à fide Catholica, apoſtata verò à fide recedit in totum, & ſic omnis apoſtata a fide, eſt hæreticus formaliter, non tamen è contra, prout dicunt D. Thom. 2. 2. q. 12. A. 1. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 1. q. 10. n. 1. Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 3. Coriolan. in Bulla Cœnæ excom. 1. §. 8.

D.Thomas. Duardus. Suarez. Coriolanus.

28 Secundum genus perſonarum.

Secundum perſonarum genus, quæ in hoc primo canone huius Bullæ excommunicantur ſunt omnes, & ſinguli credentes erroribus hæreticorum non ſolum explicitè, verum etiam implicitè; ſed pro intelligentia eſt ſciendum, quòd huiuſmodi credentes poſſunt eſſe in duplici differentia: vno modo diſtinctè aſſentiendo eorum erroribus, & iſti potius hæretici, quàm credentes ſunt appellandi: alio modo confusè credendo veram eſſe hæreticorum ſectam, quæcumq; illa ſit, & iſti propriè dicuntur credentes, & comprehenduntur ſub hac clauſula: Nam licèt iſti etiam ſint hæretici credendo illo modo contra Catholicam Eccleſiam, docentem aliter; tamen, quia diſtinctè nihil credunt contra fidē, ſed confusè proprio nomine appellati ſunt, & ad maiorem claritatē ſub nomine credentium ſunt expreſſi.

Credentes erroribus hæreticorum tam diſtinctè quā confuse ſunt excommunicati.

29 Concluſio.

Quapropter concludendo dicimus: Omnes, & ſingulos baptizatos credentes erroribus Hæreticorum etiam confusè exiſtimantes: veram eſſe hæreticorum doctrinam cuiuſcumque ſit ſectæ, quamuis ſciant aliter, & aliter credere, quam tenet Catholica Eccleſia, idq; aliquo modo externo verbo, aut ſigno declarent ſufficienter expreſſiuo, ſunt ipſo facto excommunicati per hanc clauſulam huius canonis: Ità Nauar. c. 27. n. 55. Palud. in 4. D. 13. q. 3. concl. 2. Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 6. Filliuc. d. tr. 16. c. 2. n. 31. Bonac. de cenſ. D. 2. q. 5. p. 3. n. 2. Coriolani hic §. 9. alijq; communiter.

Nauarrus. Paludanus. Suarez. Filliucius. Bonacina. Coriolanus.

30 Credentes nō erroribus, ſed perſonis hæreticorum nō ſunt excommunicati.

Credentes autem, non eorum erroribus, ſed dictis eorum indifferentibus, quæ non ſunt contra fidem, habendo bonam exiſtimationem de aliquibus perſonis hæreticorum, exhibendo illis honorem, & reuerentiam, tanquam viris doctis, & prudentibus, vel nobilibus, eorum tamen erroribus minimè aſſentiendo, tales non dicuntur credentes ipſis, ideóq; non comprehenduntur in hac excommunicatione, eò quod non credant eorum erroribus, nec implicitè, nec explicitè, & non credunt ipſis formaliter, quatenus, ſunt hæretici ſed ſpecificatiuè quatenus ſunt tales perſonæ: Ità Suarez, cum Filliucio, cum alijs ſupra citatis.

Suarez. Filliucius.

31 Tertium Perſonarum genus Defenſores, & Receptatores hæreticorum.

Tertium Perſonarum genus, quæ in hoc canone excommunicantur ſunt omnes, & ſinguli defenſores, & receptatores hæreticorum, qui aliquem hæreticum occultant in domo, ſiuè alio quocumquè loco, ne capiatur a Iudicibus ad puniendum in cauſa hæreſi; quicumq; enim recipit, vel occultat talem hæreticum, vt ſic tutus, ne puniatur propter delictum hæreſis eſt ipſo facto excommunicatus in iure & virtute huius canonis, etiam ſi talis hæreticus ſit conſanguineus, ſiuè amicus eiuſdem receptatoris, & defenſoris talis perſonæ.

In cauſa hæreſis.

Si autem quis receptaret aliquem hæreticum in terris ſuis, ſiuè occultaret, ne caperetur a ſatellitibus propter alia debita homicidij, furti, &c. (dummodo non ſit propter hæreſim proſequutus) non incideret in hanc excommunicationem huius canonis, quæ ſolum infligitur contra receptatores hæreticorum in cauſa hæreſis, prout dicunt Vgolin. lib. 3. de cenſ. c. 5. n. 3. Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 8. Filliuc. d. tr. 16. c. 2. n. 34. Tolet. lib. 1. c. 20. n. 3. Caiet. Verbo excom. c. 10. Coriolanus hic n. 10. & Nauar. c. 27. n. 55. & alij. 32

In alijs cauſis non incidunt.

Vgolinus. Suarez. Filliucius. Toletus. Caietanus. Coriolanus. Nauarrus.

Quartò excommunicantur omnes hæreticorum fautores, qui verbo, aut opere, aut omiſſione iuſtitiæ illis fauent, protegunt, atq; defendunt in cauſa hæreſis; etiam ſi non credant eorum erroribus: ſufficit enim, quod eis faueant in cauſa hæreſis, vel quia eos mendaciter excuſant, tàm in iudicio, quàm extra, vel tanquam procuratores, vel tanquam conſanguinei, vel amici, dicendo eſſe bonos viros, & Catholicos, & innocentes à tali crimine, cum in rei veritate ſint hæretici, prout illis conſtat: Vel quia intercedant pro ipſis apud Inquiſitores, ne contra illos procedant, aut apud Principes, ne illos expellant è terris ſuis, vel præmonendo aliquem hæreticum, vt ſibi caueat, & abſcondat, eò quod Inquiſitores quærunt illum punire: Vel ſi foueant, & adiuuent illos, vt è carcere Inquiſitorum aufugiant: Excommunicantur etiam Inquiſitores, ac eorum officiales, qui culpabiliter ſunt negligentes ad puniendum hæreticos, eò quod omnes tales dicerentur hæreticorum fautores, qui virtute huius canonis ſunt excommunicati, prout dicunt communiter omnes ſupra citati Doctores cum Duardo in Bulla cœnæ lib. 2. q. 32. 33

Quartum genus perſonarum. Fautores hæreticorū, qui ſunt.

Duardus.

Quintò excommunicantur omnes defenſores hæreticorum, qui viribus, & potentia eos defendunt in cauſa hæreſis, ne à Iudicibus Eccleſiaſticis, ſiue ſæcularibus, tanquam hæreticus quis eorum puniatur quomodocumque id faciant, ſiue per ſe, ſiuè per alios, ſiuè directè, ſiuè indirectè, ſiue in iudicio, ſiue extra: illi enim non ſolum ſunt fautores, ſed etiam defenſores: Per hoc enim diſtinguitur hæc clauſula à præcedente, quia iſti vi, & potentia eos defendunt tamquam hæreticos in cauſa hæreſis, illi autem ſolum auxilio, & fauore: Si vero defenderentur non tamquam hæretici, ſed tamquam peccatores alijs criminibus proſequuti, huiuſmodi defendentes excommunicationem huius canonis non incurrerent; prout dicunt omnes Doctores ſupràcitati in Verbo Defenſores. 34

Quintū perſonarum genus. Defenſores hæreticorum.

In quo differunt Defenſores à fautoribus hæreticorum.

Sextò excommunicantur omnes illi, qui ſcienter, & voluntariè legunt hæreticorum libros, continentes hæreſes, vel de Religione hæreticorum tractantes: Quapropter tria requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationem: primò ex parte legentis, vt legat tales libros ſcienter, ſciens eſſe librum compoſitum ab aliquo hæretico: Secundò ex parte auctoris ipſius libri, vt auctor ſit hæreticus formalis: tertio ex parte materiæ ipſius libri, vt Vid. contineat hereſim, vel de Religione tractet, vt ſi exponat fidem, vel ſacram ſcripturam in totum, vel in partem. 35

Sextum genus Perſonarum. Legentes hæreticā libros de Religione tractantes.

Tres conditiones requiruntur. 1. Scientes. 2. Quod auctor ſit hæreticus formalis 3. De mat. heretica.

Qua-

Digitized by Google

36 *Legêtes alios libros non comprehenduntur in canone.* Quare legentes libros hæreticorum, tractantes de Philoſophia, vel alijs rebus indifferentibus, non pertinentibus ad fidem, non incidunt in hanc excommunicationem Bullæ Cœnæ, quamuis poſſent incidere in excommunicationem legentium libros prohibitos per indicem Sanctæ Inquiſitionis: Ità Sayrus de cenſ.lib.3.c.5.n.12. Vgolin.de cenſ. lib.2. Verſ. legentes, Filliuc.d. tr.16. c.2. n.45. *Sayrus. Vgolinus. Filliucius.*

37 *Quid intelligitur per libros hæreticorum.* Per libros autem hæreticorum intelliguntur quicumque codices, ſiue volumina, tam impreſſa, quàm manu ſcripta, etiam ſi nondum ſint conglutinata in librum, quare etiam libelli, & opellæ, etiam vnius folij, vel paginæ ſi ab hæreticis ſint compoſita, & hæreſim contineant, vel de Religione tractent, & ſecta, prohibita ſunt, eaque a fidelibus legi non poſſunt ſine incurſione huius excommunicationis Canonis: *Quando excuſantur à tali excommunicatione.* Verum eſt tamen, quod paruitas materiæ, ſiuè inaduertentia aliquando excuſare poteſt: quod iudicio prudentis viri relinquitur: Similiter etiam talem excommunicationem non incurrunt, qui ab Inquiſitoribus facultatem habent legendi huiuſmodi libros, aut retinendi ad confutandum: Ità Filliuc. tom.1. tr. 16. c.2. n. 45. Tolet.lib.1. cap.22. n.14. in Bulla cœnæ lib.2. q.35. num. 29. *Filliucius. Toletus.*

38 *Septimũ Perſonarũ genus Retinentes apud ſe huiuſmodi libros.* Septimò excommunicantur omnes, & ſinguli, qui apud ſe retinent huiuſmodi libros hęreticorum, vel de Religione tractantes, etiam ſi non habeant intentionem illos legendi, vel alijs tradendi: Sufficit enim quod apud ſe retineant, ſiuè in Bibliotecha, ſiuè domi, etiam ſi non intelligant, & ſint inlitterati, nec habeant intentionem accommodandi alijs, vt legant: tenentur enim ad illos comburendos, vel deferendos Inquiſitoribus, vel tradendos ijs, qui habent facultatem illos legendi, vel retinendi: *Ratio aſſertionis.* & Ratio huius eſt, quia tales vere apud ſe retinent hæreticorum libros: Nam lex non diſtinguit de intelligentibus, & non intelligentibus, quæ ſecundum proprietatem verborum eſt interpretanda: licèt enim ex eorum lectione tales infici non poſſent, eò quod non intelligant, alij tamen ex eorum lectione infici poſſent, & per accidens eſt, non incidere dictos libros in aliorũ manus: Ità Duard. hic lib.2. q.55. n.13. Tolet.lib.1.c.20. n.15. Filliuc. loc.cit. n.45. *Duardus. Toletus. Filliucius.*

39 *Octauum Perſonarum genus imprimẽtes.* Octauò excommunicantur etiam omnes imprimentes, vel defendentes prædictos hęreticorum libros de hęreſi, vel Religione tractantes quomodolibet, & ex quauis cauſa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore: *Imprimentes qui ſint.* Quapropter eſt ſciendum, quod per Imprimentes, non ſolum intelliguntur ij, qui componunt litteras, vel pręlum tractant, verum etiam, qui tranſcribunt ſcienter librum alicuius hæretici de hæreſia tractantem ad imprimendum, vel qui impreſſionem corrigunt: Similiter etiam domini illius domus, vel officinæ vbi dicti libri imprimuntur, & omnes, qui conſentiunt, & aliquo modo adiuuant ad libros huiuſmodi imprimendos; eò quod omnes iſti cooperantur proximè ad impreſſionem, & ſuo modo dicuntur imprimentes: Ità Sayrus de cenſ. lib.2. c.15. n.16. Filliuc. d.tr. 16.c.2. n.45. Coriolan.hic §.5. *Sayrus. Filliucius. Coriolanus.*

40 *Defenſores talium librorum.* Comprehenduntur etiam defenſores eorum librorum in hac clauſula: ij videlicet qui tales libros bonos eſſe dicunt, & pertinaciter defendunt non eſſe comburendos, aut quouis modo defendunt, ne ab Inquiſitoribus dicti libri capiantur, aut comburantur: Ità Tolet.lib.1. c.20.n.18. Filliuc.loc.cit. n.47. Coriolan. ſupra §.6. & alij. *Toletus. Filliucius. Coriolanus.*

41 *Nonum perſonarũ genus.* Nonò excommunicantur in hoc canone etiam omnes Schiſmatici, & ſunt illi, qui pertinaciter recedunt ab obedientia Romanæ Eccleſiæ: *Schiſmatici, & qui ſint.* Dicuntur autè Schiſmatici à voce Græca σχίμα quæ apud latinos ſciſſuram ſignificat, iuxta illud Apoſtoli 1. Cor. c.3. *Audio ſciſſuras eſſe inter vos.* Ideſt diuiſiones, & ſeparationes: nam ſchiſma ſeparat, & diuidit fideles ab Eccleſiæ vnitate: Vndè Schiſmatici propriè dicuntur ij, qui nolunt recognoſcere Summum Pontificem legitimè electum, vt Chriſti Vicarium, ideòq; nolunt illi obedientiam præſtare: Quapropter committitur peccatum Schiſmatis, quoties ab obedientia Summi Pontificis pertinaciter receditur, non in vna, vel altera re in particulari, ſed ſimpliciter non recognoſcendo illum, vt ſuperiorem, & ita ſe gerendo, vt ſi non eſſet ei ſubordinatus, ad quod ſatis eſt, vt actione, & voluntate quis ità ſe gerat, quamuis mente, & fide non erret: Si enim erraret in fide, non ſolum eſſet Schiſmaticus, ſed etiam hæreticus: Quare omnes hæretici ſunt Schiſmatici, non tamen è contra, ideoq; ad incurrendam hanc excommunicationem ſufficit aliquem eſſe Schiſmaticum pertinaciter: Ità Suarez de cenſ. D.21. ſect.2. n.12. Tolet. lib.1. c.20. n. 19. Filliuc.tom.1. tr.16.c.2.n.48. Duard.lib.2. c.54. n.1. *In quo differunt hæretici à Schiſmaticis. Suarez. Toletus. Filliucius. Duardus.*

Decimò tandem excommunicantur per hanc vltimam clauſulam huius canonis omnes, & ſinguli cuiuſcumque conditionis, qui ſubtrahunt ſe, & recedunt pertinaciter ab obedientia Summi Pontificis. Nec valet dicere Schiſmaticos ſignificatos eſſe etiam his verbis: nam tales ſupra proprio nomine ſunt excommunicati; Sed per hanc vltimam clauſulam ſignificantur illi, qui mandatis Romani Pontificis ſcienter, & pertinaciter obedire nolunt. **42** *Decimũ Perſonarum genus. Subtrahentes ab obedientia Romani Pontificis.*

Differunt autem iſti à Schiſmaticis, quia Schiſmatici propriè ſunt illi, qui in totum ab obedientia Romani Pontificis ſe ſubtrahunt opere ipſo non cognoſcendo eum eſſe ſuperiorem, & Chriſti Vicarium: In hac autem vltima clauſula excommunicantur illi, qui pertinaciter obedire nolunt ipſi Pontifici Romano, licèt in totum Schiſmatici non ſint: non enim omnis inobediens, eſt Schiſmaticus, ideòq; diſtinctionis gratia iſti ſpecialiter per hanc clauſulam excommunicantur: Ità Nauar.in man. c.27. n.57. Tolet.in ſum.lib.1. c.20. n.22. Suarez de cenſ. D.21. ſect.2.n.13. Filliuc.d.tr.16. c.2. n.48. Et hæc de prima excommunicatione huius canonis dicta ſufficiant. **43** *In quo differunt iſti à Schiſmaticis. Nauarrus. Toletus. Suarez. Filliucius.*

DE EXCOMMVNICATIONE II.
Contra Appellantes ad futurum Concilium.

CAP. II.

Canon II.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint: Vniuerſitates verò Collegia, & Capitula, quorumcunq; nomine nuncupentur interdicimus ab ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad vniuerſale futurum Concilium appellantes: Nec non eos, quorum auxilio, conſilio, vel fauore appellatum fuerit. *Textus Bullæ.*

Expoſitio II. Canonis.

DVæ ſunt actiones, quæ per hunc canonem ſecundæ excommunicationis prohibentur à **1** *Actiones duæ prohibentur.*

Vna principalis, altera acceſſoria.

Pontifice, vna Principalis; & eſt Appellare ab ordinationibus, ſeu mandatis Romani Pontificis ad futurum Concilium vniuerſale ſuo tempore congregandum: Altera eſt acceſſoria, & eſt fauor, Conſilium, & auxilium ad talem appellationem illicitam faciendam præſlitum: Similiter etiam: Perſonæ, quæ in hoc canone comprehenduntur ſunt etiam in duplici differentia; aliæ enim ſunt perſonę particulares appellantes, & tales excommunicantur omnes, & ſingulæ, cuiuſcumque ſint ſtatus, & conditionis, ſiuè laici, ſiue Clerici, ſiuè Epiſcopi, ſiue Cardinales, ſiue Reges, ſiuè Imperatores.

Perſonæ quæ excommunicantur in hoc canone.

2 Aliæ ſunt vniuerſales, vt communitates, collegia, ſiuè capitula, &c. aliæque congregationes, comitiæ, ſiue parlamenta quomodocumque ſint nominata, quæ non excommunicantur, cùm communitates ordinario iure non excommunicentur, ſed interdicuntur, vt dicetur: quapropter duæ ſententię feruntur in hoc canone: vna excommunicationis contra perſonas particulares, altera interdicti contra communitates, quod eſt particulare in hoc canone.

Communitates interdicũtur.

3 Primò ergo excommunicantur omnes, & ſinguli cuiuſcumq; conditionis ſint, qui appellant à ſententijs datis, & fulminatis à Romano Pontifice, pro tempore exiſtente ad futurum generale Conciliũ: Ratio autem huius excommunicationis eſt, quia talis appellatio eſt ſacrilega, & ſapit hæreſim, tendens contra primatum Summi Pontificis: eſt enim huiuſmodi appellatio quædam rebellio tacita, & palliata, & ſpeciem quemdam ſchiſmatis continet: malè enim huiuſmodi appellantes ſentire videntur de auctoritate, & poteſtate Summi Pontificis, qui nullum ſuperiorem habet in terris, cum ſit immediatè Chriſti Domini Vicarius: Qui autem appellat à ſententia Papæ ad futurum Concilium exiſtimat Concilium generale eſſe ſupra Papam (quod quidem falſum eſt, quidquid aliquando aliqui dixerunt) Hodiè tamen omnium ferè ſententia receptum eſt, vt nemini ſecus ſentire liceat: prout dicunt D. Thom. 2.2. q. 1. A. 10. D. Bona. in 4. D. 19. q. 6. Sylu. Verbo Papa IV. q. 15. Caietan. in ſum. Verbo excommunicatio q. 25. Suarez de cenſ. D. 2. ſect. 2. n. 15. Vgolin. in Bulla Cœnæ lib. 2. c. 2. n. 3. ſequiturq; Coriolanus, cum Duardo, qui varijs rationibus diffusè hoc probant; in expoſitione ſecundi canonis huius Bullæ.

Ratio huius excommunicationis quæ. Summus Põtifex non habet ſuperiorem in terris.

Concilium generale non eſt ſuper Papam.

D. Thomas. D. Bonau. Sylueſter. Caietanus. Suarez. Vgolinus. Coriolanus. Duardus.

Concluſio.

4 Concludimus ergo, quod per hanc ſecundam in ordine excommunicationem: anathematizantur ipſo facto omnes, & ſinguli cuiuſcumque ſint gradus, & conditionis, qui appellare præſumpſerint à ſententijs Papæ, ſiuè iuſtis, ſiuè etiam iniuſtis ad futurum Concilium congregandum, eò quod canon iſte abſolutè loquitur, & non diſtinguit de ſententijs iuſtis, ſiuè iniuſtis: tum quia ſemper fit eadem iniuria Chriſti Vicario, dum per huiuſmodi appellationem quis profitetur: Concilium eſſe ſupra Papam, quod quidem falſum eſt, & ſapit hæreſim: nam Papa tanquam Chriſti Vicarius nullum poteſt habere in terris ſuperiorem, ideòque meritò huiuſmodi appellantes, appellantur Schiſmatici, ſecundum Sylueſt. & Tabien. Verbo excommunicatio 7. n. 25. D. Ant. 3. p. tit. 23. c. 3. & Filliuc. d. tom. 1. tr. 16. c. 3. n. 52. cum alijs, ſupra citatis.

A quacunque ſententia Papæ appellare non licet.

Etiam ſi ſententia fuerit iniuſta.

Ratio huius aſſertionis quæ.

Sylueſter. Tabiena. Filliucius. D. Anton.

5 Et quamuis hæc excommunicatio contra appellantes ad futurum Concilium prius in Concilio Mãtuano tempore Pij Secundi anno Domini 1459. fulminata fuiſſet, cuius abſolutio fuit Papæ reſeruata in conſtitutione, quæ incipit: *Execrabilis, & priſtinis temporibus, &c.* quam confirmauit, & ampliauit Iulius Secundus per aliam conſtitutionem anno Domini 1500. quæ incipit: *Suſcepti regiminis nos cura ſolicitatur.* Nouiſſime autem per ſucceſſores Pontifices, talis excommunicatio fulminatur quolibet anno in Bulla Cœnæ, in qua nihil de nouo additum eſt, niſi ſpecialis reſeruatio cum derogatione priuilegiorum, hactenus conceſſorum: Ita Vgolin. hic c. 2. n. 7. Filliuc. d. tr. 16. c. 3. n. 54 Duardus in Bulla Cœnæ lib. 2. in can. 2. q. 1. n. 1.

De Antiquitate huius excommunicationis. Pius Secũdus anno 1459. Iulius Secundus anno 1500

In Bulla Cœnæ fulminatur quolibet anno.

Vgolinus. Filliucius. Duardus.

6 Solet autem hic diſcuti vna quæſtio à Doctoribus: An appellans à ſententijs Papæ ad præſens generale Concilium congregatum, vel ad Concilium Prouinciale, incurrat excommunicationem canonis contra huiuſmodi appellantes fulminatã: & Ratio dubitandi eſt, quia in pœnalibus non eſt facienda extenſio, cùm ergo Canon huius Bullæ tantummodò excommunicet appellantes ad futurum generale Concilium: ideòq; videtur, quod appellans ad generale Concilium præſens, vel ad Prouinciale non incurrat excommunicationem.

An appellantes ad concilium præſens congregatũ, vel ad Prouinciale ſint excõmunicati.

7 Vndè pro deciſione breuiter reſpondendo dicimus, quod licèt huiuſmodi appellantes ad præſens generale Concilium videantur non incurrere in talem excommunicationem Canonis, quia ſtandum eſt verbis legis, quæ exprimit Concilium generale, & futurum, & talis tamen appellatio erit inepta, & impertinens: nam appellatio fit ab inferiore ad ſuperiorem: Concilium autem quodcumque ſit illud non eſt ſupra Papam: cùm Prima ſedes à nemine iudicetur: præſens autem Concilium congregatum, ſi eſt legitimum viuente Papa, includit etiam tanquam caput ſuum ipſum Papam, quare inepta eſt appellatio à Papa ad Concilium cum principale membrum Concilij legitimè congregati ſit ipſe Papa: Quod idem dicendum eſt, ſi appelletur à mandatis Papæ præſentis ad eius ſucceſſorem: nam Par in parem non habet imperium.

Reſolutio.

Nullum Concilium eſt ſupra Papam.

8 Quare huiuſmodi appellantes à peccato mortali excuſari non poſſunt, & reputari poſſent malè ſentientes de fide, propterea quod ſucceſſor non eſt ſuperior præcedentis: prout dicitur in c. Inferior D. 21. & c. Intonuit de elect. Manet ergo indubitatum, & conſtans: Omnem appellationem quomodocumque fiat à ſententijs Papę ad Concilium quodcumque eſſe omninò illicitam: Ita Vgolin. de caſib. Papę reſer. p. 2. lib. 2. §. 1. n. 6. Filliuc. d. tr. 16. c. 3. n. 56. Coriolanus in can. 2. Bullę cœnę §. 23. & alij vt Sayr. lib. 3. c. 6. n. 5.

Huiuſmodi appellantes non excuſantur à peccato, & malè ſentiunt de fide. C. Inferior. C. Innotuit.

Vgolinus. Filliucius. Coriolanus. Sayrus.

9 Ex quo ſequitur in hanc excommunicationem non incidere eos, qui appellant à ſententijs datis ab alijs Prelatis, quicumque ſint illi, ſiuè legati à latere, ſiue collegium congregationis Cardinalium, etiam tempore Apoſtolicę Sedis vacantis: & Ratio huius eſt, quia ſolummodò Bulla loquitur de appellantibus à ſententijs Summi Pontificis, & non de alijs Prelatis: quare appellantes à ſententijs aliorum Prelatorum preter Papam, non incidunt in hanc excommunicationem Canonis; ſimiliter dicendum eſt de appellantibus à ſententijs aliorum iudicum ſæcularium, ſiuè ſint Reges, ſiuè Imperatores, eò quod Bulla non loquitur de illis, ſed ſolum de appellantibus à ſententijs Romani Pontificis: Ita Vgolinus loc. cit. n. 4.

Appellantes ab alijs Prælatis, ſiuè ſuperioribus non ſunt excommunicati.

Vgolinus.

10 Nec etiam in excommunicationem incidit, qui non appellat, ſed contra ordinationem, & ſententiam latam a Summo Pontifice preces eidem offert, humiliter ſupplicando, ſiuè per ſe, ſiuè per alium, vt mitius cum ipſo agat condonando delictum commiſſum in totum, vel in partem: nam ſupplicare, non eſt appellare: Ad omnes enim, à qui-

Supplicare non eſt appellare.

Digitized by Google

quibus appellare non licèt poſſumus preces offerre, & ſupplicare: vt habetur ex leg. ſi quis aduerſus C. de Præſup. imper. offic. prout notauit ibi Iaſon n. 1. & Vgolin. loc. cit. n. 3.

Lex ſi quis aduerſus. Iaſon. Vgolinus.

11 Non exequētes iniuſtam ſententiam, excommunicati non ſunt. C. Dilecta de ſent. excom. Clementina Paſtoralis de re iudicata. Pontifex tamquam homo poteſt errare.

Nec etiam incidit in excommunicationem, qui aliquando iniuſtam aliquam ſententiam contra ſe latam à Pontifice non exequitur, vt ſi Pontifex vellet aliquando priuare iniuſtè aliquem proprio regno, tunc ei reſiſtendo non eſt excommunicatus, eò quod cuilibet ſe, ſuaq; tueri licet: prout colligitur ex c. Dilecto de ſent. excom. in 6. & ex clement. Paſtoralis de re Iudicata: quare in caſu poterit ipſum Pontificem morare vt retractet ſententiam ſuam contra ipſum iniuſtè latam: quia Pontifex tanquam homo in propria cauſa aliquando poteſt errare, quamuis in ijs, quæ pertinent ad fidem errare non poſſet; prout notauit Sylueſt. Verbo Concilium n. 8. verſ. 5. & Vgolin. de caſib. Bullæ Cœnæ p. 2. c. 2. §. 1. n. 5.

Syluester. Vgolin.

12 Pœna interdicti contra vniuerſitates appellantes.

Deindè in hoc canone ponitur pena cenſuræ Interdicti contra vniuerſitates, capitula, ſeu collegia, ſeu quaſcumque Congregationes quomodolibet nuncupatas, quæ ab ordinationibus, ac mandatis, ſeu ſententijs Romani Pontificis ad futurum generale Concilium appellare præſumpſerint, quod ſpeciale eſt in hoc canone: nam in alijs huius Bullæ canonibus ſemper ponitur, & poſita eſt pœna ſententiæ excommunicationis latæ ſententiæ, ipſo facto incurrendæ: & Ratio huius eſt, quia licet perſonæ ſingulares ſimul ſumptæ communiter excommunicari poſſent propter eorum delicta: Communitates autem collectiuè ſumptæ licitè excommunicari non poſſunt, quia cùm excommunicatio ſit pœna grauiſſima ſemper ſupponit peccatum mortale delinquentium, quod in actu perſonali conſiſtit: nam actiones ſunt ſuppoſitorum, ideòq; omnes, & ſinguli de vniuerſitate excommunicari poſſunt, non autem ipſa communitas collectiuè ſumpta, non enim ſupponitur omnes perſonas illius communitatis ſemper eſſe delinquentes, ideòq; communitates, ſeu collegia collectiuè ſumpta non excommunicantur, ſed interdicuntur: prout ſtatuit, ac determinauit Innocentius III. in c. Romana ſedes de ſent. excom. in 6. vbi ait, contra Vniuerſitatem, vel Capitulum proferri excommunicationem pœnitus prohibemus.

Communitas collectiuè ſumpta excōmunicare non licet.

Actiones ſunt ſuppoſitorū.

Innocentius III.

13 Quid nomine Collegij, ſiuè capituli veniet.

Collegium autem, ſeu capitulum, & vniuerſitas eſt corpus quoddam fictum ex pluribus hominibus conſtans, vno nomine comprehenſum, quare vniuerſitatis nomine non modò comprehenditur Capitulum, & Collegium canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, ſed etiam Collegium Doctorum, communitates, & Parlamenta, quæ ſunt conſilia Ciuitatum, conuentus Regularium, & ſimilium, ideòque ſub hac cenſura Interdicti compræhenduntur omnes vniuerſitates, quomodocumque nuncupentur, ſiuè laicorum, ſiue clericorum, vt patet ex verbis expreſſis dicti canonis, vbi dicitur. Quocumq; nomine, &c.

14 Quod fit à maiori parte capituli ab omnibus preſumitur factum. Lex Quod maior. D. Thomas. D. Bonacina. Richardus. Soto. Nauar. Vgolinus.

Quare hæc pœna interdicti lata contra huiuſmodi appellantes afficit omnes perſonas illius communitatis, etiam ſi aliquæ perſonæ appellationi factæ non conſenſiſſent, ſed tantùm maior pars illius, nam: *Quod à maiori parte fit ab omnibus factum eſſe cenſetur*, vt in leg. Quod maior ff. de municipal. & ex toto titulo de Ijs, quæ fiunt à minori parte capituli: Ità D. Thom. in addit. 3. p. q. 22. A. 5. D. Bona. in 4. D. 18. Vltim 1 1. d. q. 3. Richard. A. 5. q. 3. Soto D. 22. q. 2. A. 2. Nauar. c. 27. n. 13. Vgolin. de cenſ. tab. 2. n. 26. Syluest. Verbo excommunicatio 1. n. 9. Duardus lib. 2. Bullæ Cœnę can. 2. q. 7. n. 22. Coriolan. in can. 2. Bullæ Cœnæ §. 13. Couar. lib. 2. var. reſol. c. 8. n. 9. & alij.

Syluester. Duardus. Coriolanus. Couaruuias.

15 Perſonæ particulares Capituli appellantes excommunicantur.

Verum eſt tamen, quod quando talis appellatio non eſt facta à maiori parte capituli, ſiue collegij, tunc talis communitas non incidit in pœnam interdicti, eò quod talis appellatio non ſit facta à maiori parte collegij: Quod idem dicendum eſt, quando tale capitulum appellans legitime non fuiſſet congregatum: tunc enim huiuſmodi appellantes non inciderent in pœnam interdicti, ſed excommunicationis, latæ contra perſonas particulares appellantes, eo enim quod talis appellatio ab vniuerſitate facta non eſt dicenda, ſed à ſingularibus perſonis: nam argumentum valet à ſufficienti partium enumeratione: Ita Vgolin. in can. 2. Bullæ Cœnę p. 2. Verſic, vniuerſitas §. 2. n. 2. Duardus loc. cit. n. 28.

Vgolinus. Duardus.

16 Quæſtio. An excommunicatio lata contra vniuerſitatem ſit valida? Prima ſententia negatiua. Ratio huius ſententiæ.

Sed hic moueri ſolet quęſtio à Doctoribus: An ſi feratur excommunicatio in communitatem, ſiuè collegium talis excommunicatio ſit valida? In qua quidem difficultate duę ſunt opiniones, & quælibet habet ſuos patronos, cum ſuis rationibus. Quidam enim negant excommunicationem latam contra vniuerſitatem eſſe validam, etiam ſi omnes huiuſmodi vniuerſitatis eſſent delinquentes, & Ratio iſtorum eſt, qui in caſu talis ſententia contineret errorem intollerabilem, nam per eam aliquando contingere poſſet innoxios aliquos excommunicari, quod eſſet intollerabilis error, quem errorem dum Pontifex tollere cupiebat pœnitus prohibuit, ne communitas excommunicaretur: Voluit enim Pontifex potius in caſu raró, aut nunquam contingente (ſcilicet quod omnes eſſent culpabiles) huiuſmodi nocentes aliquando ratione hac non puniri, quam innocentes aliquando condemnari, tum quia per talem conſtitutionem tollitur iuriſdictio, quantum ad excommunicandam vniuerſitatem, ideòq; ait Pontifex: (*Pœnitus prohibemus*) ideſt in omni caſu, & euentu prohibemus poteſtatem in hac parte ſubtrahendo, ne in Collegium, aut Vniuerſitatem ſententia excommunicationis feratur: Ità Richard. in 4. D. 18. A. 5. q. 3. Soto D. 22. q. 2. A. 2. concl. 2. Nauar. tom. 2. conſ. 20. n. 3. cum alijs, quos citat Coriolan. in can. 2. Bullæ Cœnę §. 15.

Richardus. Soto. Nauarr. Coriolanus.

17 Secunda ſententia affirmatiua.

Alij autem contrariam opinionem exiſtimant eſſe probabiliorem, dicentes, quod ſi aliquando talis excommunicatio feratur à Prælatis contra totam communitatem licet huiuſmodi Prælati faciunt contra ordinationem Innocentij III. in d. c. Romana Sedes, talis tamen excommunicatio habebit effectum ſuum contra omnes, eo quod Summus Pontifex per talem conſtitutionem non ademit poteſtatem Prælatorum excommunicandi aliquam communitatem, ſed tantummodò præcepit. Ità Henriquez in ſum. lib. 13. c. 25. de excom. §. 4. Syluest. Verbo excommunicatio 1. n. 10. Mart. Ledeſma 24. p. q. 24. A. 5. cum alijs quibuſdam Canoniſtis: vt Ioan. Andreas: Geminianus, in d. c. Romana Sedes: de ſent. excom. §. vniuerſitatem, & Couar. lib. 2. Variar. reſol. c. 8. n. 9.

Henriquez. Syluester. Mart. Ledeſma. Ioā. Andreas. Geminianus. Couar.

18 Concluſio.

Vndè pro deciſione huius quæſtionis nos breuiter diſtinguendo, concludendo dicimus: Vel enim talis excommunicatio contra Vniuerſitatem feratur à Summo Pontifice, vel ab alijs inferioribus Prælatis: Si primum: tunc abſq; vlla dubitatione talis excommunicationis ſententia erit valida, eò quod Summus Pontifex habet ſupremam poteſtatem in Ius poſitiuum humanum: nam Par in parem

Par in parem non habet imperium.

non

Digitized by Google

non habet imperium, nec poterat adimere poteſtatem excommunicandi à ſuis ſucceſſoribus in Pontificatu Romano: Bene tamen verum eſt, quod in caſu talis excommunicatio non caderet ſuper vniuerſos, niſi omnes eſſent culpabiles, ſed ſolùm ſupra ſingulos noxios talis criminis, cùm excommunicatio ſine culpa delinquentis effectum habere non poſſit: vt eſt communis ſententia omnium Theologorum, & Canoniſtarum.

In caſu tantùmodo culpabiles eſſent excommunicati non autem innocẽtes.

19 Ex quo ſequitur, quod ſi quis eiuſdem communitatis eſſet innocens in conſcientia vere non eſſet excommunicatus, quare ille, qui nullam culpam haberet, pro qua lata fuit excommunicatio, vel ingrediatur Ciuitatem, vel collegium poſt ipſam cenſuram excommunicationis promulgatæ illa non ligaretur: Quoties autem apertè non conſtet de alicuius innocentia ſemper in foro exteriori ſeruate debet ſententiam, ſaltem ad euitandum ſcandalum: Ita Couar.d. lib.2.var.reſol. c.8. n.9.& Felinus in c. Reſponſo de ſent. excom. & Sayrus de cenſ. lib. 1. c.8. n.18. Palud. in 4.D.18.q.2.ad finem Duard.lib.2.excom.Bullæ Cœnę can.2.q.3.n.4.Coriolanus 16. §.18.

Couar. Felin. Sayrus. Duardus. Coriolanus.

20 Vel ſecundo talis excommunicatio feratur ab inferioribus Prælatis, & tunc, ſi talis Prælatus facta debita informatione nouit omnes illius collegij, ſeu vniuerſitatis perſonas deliquiſſe eamque ferat: valida erit excommunicatio lata contra omnes delinquentes: Si verò hoc ei non conſtet eam tamen pronuntiet, probabile valde eſt etiam in hoc caſu validam eſſe ſententiam, & cadere ſuper ſingulos, qui deliquerunt: nam licèt Pontifex in d. c. Romana ſedes: prohibuerit vniuerſitates excommunicari, non tamen declarauit eſſe nullam talem excommunicationem, multa enim fieri non licent, quæ poſt facta tenent: quod ſolùm verum eſt in illis, qui culpabiles ſunt, non autem de alijs; licet Prælatus peccaret mortaliter, ſi Collegium, aut vniuerſitatem collectiuo, & ſimul excommunicaret, eò quod faceret contra conſtitutionem Papæ Innocentij III. in d.c. Romana Sedes: quod ſemper intelligendum eſt de Prælatis inferioribus Summo Pontifici.

De excõmunicatione lata ab inferiorib. Prælatis.

Licèt Prælatus peccet: excõmunicatio tamen valeret contra delinquentes tantum.

21 Extenditurq; deniq; in hoc canone cẽſura iſta excommunicationis, ſiuè interdicti, contra omnes, & ſingulos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit à ſententijs, & mandatis Summi Pontificis ad futurum vniuerſale Concilium: Debet autem tale auxilium, vel fauor antecedere, vel comitare dictam appellationem faciendam: nam ſi tantum ſubſequatur, deturq; ad reſiſtendum Pontificis præceptis ſub ſpecie talis appellationis, tunc non incurreretur hęc cenſura ex vi huius canonis, eò quod reuera non ſit datus fauor ad appellandum, ſed ad actiones poſtea ſubſecutas, quæ ſunt longè diuerſę: Hæc ſatis erit, quod is, qui appellat id faciat ſpe, & fiducia auxilij alterius, ſi illa non ex vi promiſſionis, aut verborum alterius concepta ſit, ſed ſolum ex titulo amicitiæ, vel alterius coniunctionis: prout benè notauit Suarez de cenſ. D. 21. ſect.2. n.16. & Duardus d.can.2. Bullæ Cœnæ lib.2. q.7. conc.3. num. 38.

Extenditur hæc cẽſura ad fautores.

Intelligitur de auxilio ante appellationem.

Fauor ſubſequens non comprehenditur.

Spes auxilij non comprehenditur.

Suarez. Duardus.

22 Aduertendum eſt autem, quod quando talis fauor præcedit appellationem non ſtatim incurritur hæc excommunicatio, donec appellatio reipſa ſubſecuta ſit: nam quando excommunicatio fertur non per ſe in propriam actionem, vt ſic, ſed ſolum, vt cooperatricem, vel adiutricem alterius; tunc ad incurrendam excommunicationem non ſatis eſt actio dantis fauorem, vel auxilium, niſi actio, vel effectus principaliter prohibitus ſubſequatur, quod optime ſignificatum eſt in illis verbis illius canonis Bullæ, dum dicitur *Quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit*, donec ergo non ſit appellatum, non incurritur hæc excommunicatio ab auxiliantibus, vel fauentibus: prout dicunt Caietanus in ſum. Verbo excom. in principio, & Nauar. c.27. n.58. Graffiis lib.4. Deciſ. c. 2. n.47. Vgolin. in hoc canone, Suarez de cenſ. D.21.ſect.2. n.16. & Duard. lib.2. Bullę Cœn. can.2. q.7.n.7.

Fauor ad appellandum intelligitur ſub ſecuto effectu.

Caietanus. Nauar. Graffius. Vgolinus. Suarez. Duardus.

Conſulentes autem ſimpliciter ad faciendam talem appellationem non incurrunt hanc cenſuram canonis, eò quod conſulentes, non exprimuntur in hoc canone, quare in alijs iuribus quando extenſio fit ad conſulentes expreſſa fit eorum mentio, ideòque per hanc clauſulam non comprehenduntur mere conſulentes: nam licèt conſilium ſit ſpecies quædam fauoris, & auxilij: tamen fauor, & conſilium habent diuerſos influxus, quoniam fauor, & auxilium adiuuat ab extrinſeco. Conſilium verò ab intrinſeco ideòq; non eſt facienda extenſio, cum ſimus in pœnalibus: Ita Sayrus in explicat. huius canonis lib. 3.de cenſ.c.6. n.6.Duard.ibi concl.3.n. 41. Suarez, & Vgolin.locis ſupra citatis, & hæc de expoſitione huius canonis. 22

Conſulentes ſimplices non comprehenduntur.

Conſilium & fauor habent diuerſos influxus.

Sayrus. Duardus. Suarez. Vgolinus.

DE EXCOMMVNICATIONE III.

Contra Piratas, & Curſarios.

CAP. III.

Canon III.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, & Latrunculos maritimos, diſcurrentes mare noſtrum, præcipuè à monte Argentario, vſq; ad Terracinam: ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

Textus.

Expoſitio III. Canonis.

IN hoc tertio Canone huius Bullæ excommunicantur à Pontifice omnes, & ſinguli Piratæ, ſiuè Curſales ſimileſq; latrunculi maritimi: Diuiditurq; canon iſte in quatuor partes; In quarum prima fertur excommunicationis, ſiuè anathematis ſententia: In ſecunda explicantur principales perſonæ, quæ virtute huius canonis excommunicantur. In tertia exprimitur actio, propter quam talis excommunicatio incurritur: In quarta tandem enumerantur perſonæ acceſſoriæ, quę etiam per ſe excommunicantur, & huiuſmodi ſunt eorum fautores, defenſores, & receptatores: Quare circa primum nihil aliud de nouo dicere opus eſt: Satis enim patet ex præcedentibus in tractatu de excommunicatione in communi vbi ſatis ſuperq; declarauimus: Quid ſit excommunicatio, & anathema, & quos effectus pariat in excommunicatos: non enim omnia prædicta ſunt iterum dicenda. 1

Diuiſio canonis in quatuor partes.

Prima pars. Secunda pars. Tertia pars. Quarta pars.

Quòad primam partem nihil aliud eſt dicendum.

Quò ad ſecundum de perſonis, quę excommunicationis vinculo alligantur clarè patent ex verbis eiuſdem canonis: Sunt enim omnes piratæ, curſales, maritimiq; latrunculi, qui inter ſe non differunt in ratione deprædandi: ſunt ergo Piratæ ij, qui in mari rapinam exercent, ſpoliando, ſiuè capiendo eos, qui negotiandi cauſa, alijſq; honeſtis cauſis nauigant: Dicuntur autem Piratæ à dictione Græca *πειρατ...* quæ apud latinos prædones maritimos ſignificare videtur: dicuntur autem ità per antonomaſiam à nomine primi latronis maritimi, qui 2

Perſonæ quæ in hoc canone excommunicantur.

Piratæ, qui ſint, & vndè dicantur.

Sparta,

Sparta, ſiue Pirata appellabatur, qui primus omnium latrocinij in mari munus exercuit, & tali vitio fuit infectus, a quo omnes prædones maritimi Piratæ dicti ſunt: Vel ſecundum aliquos deriuantur à verbo Græco: πείρω, quod ſignificat, tranſire, vel peruagari, & à nomine Græco πεῖρα, quod ſignificat dolum, & fraudem, ſeu damnum, & propterea, qui in mare damnum faciunt: Piratæ dicuntur, eò quod maria peruagentur, & in nauigantes impetũ faciant, incolaſq; ac loca maritima deprædentur: prout colligitur ex Lexicon. Greco in verbo πειρα, & in verbo πειράτης. Ità Vgolin.p.2.de excom. Bullæ cœnæ in expoſit: 3. can.n.1. & Graffiius. p.p. deciſ. c.18. n.63.

Alia expoſitio Etymologiæ.

Vgolinus. Graffius.

3 Quare ad conſtituendos curſarios, ſiuè piratas, (qui idem ſignificare videntur) tria debent concurrere: primò indifferentia in deprædando: Secundo intentio deprædandi, qua propter ſi aliqui aliquandò iter facerent per mare ad aliquod negotiũ peragendum, & caſu aliquos in via deprædarent non dicerentur piratæ, eò quod non ex offitio maritimum latrocinium exercerunt; Et tertiò, quod bellum ſiue iuſtum, ſiuè iniuſtum, non ſit inter eos, quia huiuſmodi in caſu nõ dicerentur Piratę, ſed hoſtes, ideòq. licèt tales peccarẽt mortaliter, & tenerentur ad reſtitutionem, maximè quando bellum eſſet iniuſtum, non tamen inciderent in excommunicationẽ huius canonis, in quo excommunicantur Piratæ propriè dictæ; Ita Sayrus de cenſ.lib.3. c.7. n.4. Graff. lib.4. Deciſ.c.18.n.63. & Duard.in can.3.Bullæ cœnæ lib. 2.q.2.concl.3.n.4.cum alijs.

Tres conditiones requiruntur ad Piratas propriè dictos.

Hoſtes nõ dicũtur Piratę.

Sayrus. Graffius. Duardus.

4 Latrunculi autem maritimi non differunt à Piratis in ratione deprędandi, ſed in aliquo alio differũt, non enim ſine cauſa in hoc canone Bullæ cœnæ ſpecialiter explicantur: ideòq. latrunculi maritimi propriè dicuntur illi, qui in exiguo nauigio prædantur in mari, & parui piratæ communiter dici ſolent, vel quia non ex offitio piraticam vitam exerceant, ſed aliquoties, & nõ intentione deprædandi nauigabãt, ſed habita occaſione latrocinium Chriſtianorum in mari cõmitunt, quare licèt iſti non dicantur propriè piratæ, ſunt tamen latrunculi maritimi, ideòq. per hãc vltimam particulam huius canonis excommunicationem incurrunt: Ita Duardus, cum alijs ſupra citatis.

Latrunculi Maritimi in quo differunt à Piratis.

Latrunculi maritimi ẽt comprehenduntur. Duardus.

5 Sed Difficultas eſt ad exponenda verba illa canonis vbi dicitur: (*Diſcurrentes mare noſtrũ &c.*) Quidnam intelligat Pontifex per mare noſtrum, in qua quidem difficultate tres ſunt Doctorum opiniones, quarum prima eſt Suarez de Cenſ.D.21.ſect.2.n.18 qui exiſtimat ex vi huius canonis excommunicatos eſſe omnes, & quoſcumq. piratas, ſiuè latrunculos maritimos, deprædantes Chriſtianos in quocumq. mare diſcurrentes: nam verba illa non ſunt coniungenda præcedentibus, vt determinatio ſeu limitatio eorum, ſed ſingula ſunt membra diſtincta, ſicut in ipſa Bulla virgulis interiectis diſtinguntur: Ita vt abſolutus ſenſus ſit: Excommunicamus omnes latrunculos maritimos, &c. & poſtea ſpecialiter additur: Diſcurrentes mare noſtrum præcipuè: Ita Suarez, quam opinionem nouiſſimè amplectitur, ac defendit Alterius in expoſitione eiuſdem canonis c.2.

Difficultas quid intelligatur per ly mare noſtrũ.

Prima opinio Suarez.

Alterius.

6 Secunda Sententia eſt quorundam aliorum, dicẽtium: In hoc Canone excommunicari tantum modo diſcurrentes mare Chriſtianorum, in eoq. Chriſtianos deprædãtes, & præcipuè in mari iuriſdictionis Pontificis Romani, non autem deprædantes in mari Barbarorum, ſiuè Infidelium, vt videtur exiſtimaſſe Suarez cum Alterio: atque adeo per ly mare noſtrum intelligat Pontifex mare Chriſtianorum, & per vltimam ſpecificationem intelligatur mare iuriſdictionis Apoſtolicæ Sedis, quod incipit à mõte Argentario, vſque ad Terracinam incluſiue: Ita Graffius lib.4. Deciſ. c.18. n.67. Sequiturq. Coriolan. in expoſit. eiuſdem Canonis §. 2. cum alijs aſſeclis.

Secunda ſententia.

Graffius. Corolianus.

7 Tertia Sententia dicit: in hoc Canone tantum modo excommunicari à Romano Pontifice eos piratas, ſiuè latrunculos maritimos, diſcurrentes mare, quod alluit terras Sedis Apoſtolicę immediatè, ſiuè mediate ſubiectas, vt eſt mare ſupræmum, & mare infimum Tyrrhenum, hoc eſt Adriaticum, & Ionicum, quod alluit Regnum Neapolitanum, Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, quæ mediate ſunt Sedis Apoſtolicæ Iuriſdictionis, & ſpecialiter excommunicari eos, qui latrocinium exercent in mari immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecto, quod eſt totum mare intermedians à Monte Argentario, vſq; ad Terracinam, quæ ſunt maria immediate ipſi Sedi Apoſtolicę ſubiecta in actu, quò ad dominium tẽporale.

Tertia ſententia.

8 Quare vera, & propria litteralis intelligentia eſt, quòd ſummus Pontifex in hoc Canone ipſo facto excommunicet omnes Piratas, & latrunculos maritimos, diſcurrentes Mare Eccleſię dumtaxat, ergo non intendit comprehendere prędantes in alterius Maribus, ſiuè ſint Barbarorum, ſiuè Chriſtianorum: prout prima, vel ſecunda ſententia exiſtimabat, eò, quod incluſio vnius eſt excluſio alterius, ideòq. Pontifex expreſsè declarauit, & declarat intentionem ſuam excommunicandi tantummodò Piratas, diſcurrentes mare noſtrum .i. Eccleſię, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè ſubiectum eo modo, vti ſupra declaratum eſt: Ita Filliuc. tom.1. tit.16. c.4.num.75. Tolet. in ſum. lib.1. c.20. num. 5. §. Aduertendum, & Duardus in expoſit.3. Canonis huius Bullę lib.2. q. 3. num. 5.

Vera, & litteralis expoſitio.

Filliucius. Toletus. Duardus.

9 Ex quo patet, quod per ly mare noſtrum nullo modo poteſt intelligi, quodcumq. mare, vt dicebat prima opinio, neq. omnium Chriſtianorum, vt dicebat Secunda: & Ratio huius eſt, quia Romanus Pontifex in rebus temporalibus non habet dominium, vſum, & poſſeſſionem omnium Regionũ, niſi illarum, quę ſunt de Patrimonio Eccleſię, ideòque mare alienum, etiam Chriſtianorum Principum, nõ poteſt dici propriè mare Romani Pontificis, cum ly noſtrum ſignificet dominium, & eo magis, quia infra in eodem Canone expreſſam mentionem facit de mare ipſius Eccleſię immediatè ſubiecto à Monte Argentario, vſq. ad Terracinam; In pęnalibus autem non eſt facienda ampliatio, ſed reſtrictio, vt omnes communiter fatentur.

Reijciuntur prima, & ſecũda ſententia, & amplectitur tertia.

In penalibus non eſt faciẽda extenſio.

10 Circa quartam partem huius Canonis, in quo excommunicantur perſonę acceſſorię, quę ſunt triplicis generis: nempe Fautores, Defenſores, & Receptatores: Dicuntur autem piratarũ fautores illi, qui quacumq. ratione auxilium, vel fauorem: faciunt ipſis piratis ad tale latrocinium maritimum exercendum, ſiuè verbis, ſiuè factis: primo modo, quãdo verbis ſiuè literis, ſiuè ſignis certiores fiunt dicti piratæ, quo tempore Chriſtiani aliqui debeant iter facere per tale mare, vt illos obſeruent ad prędandũ, vel quomodò, & quibus medijs hoc facere poſſint. Secundo factis, vel rebus, quandò quis armat rates, vel naues aliaq. inſtrumenta, quibus veteres farciãtur, recenteſq. fiant, atque adeo ligna, canabum, puluerem, plumbum, & hęc ſimilia illis ſubminiſtrãt vel comitatum prętant, vel aliquid aliud agunt, quo prędicti prædones piraticam artem exerceant, & in illa perſeuerent: omnes enim huiuſmodi dicuntur Piratarum fautores, &c.

Perſonę acceſſoriæ quæ excommunicãtur.

Fautores piratarum, dictis, vel factis eſſe poſſunt.

De-

Digitized by Google

11 *Defenſores.* Defenſores verò piratarum appellantur ij, qui piratas ipſos ab aliquo eodem impugnante defendunt, ſeu protegunt, vel præſto ſunt illis, ne capiantur, & mulctetur à iuſtitia, & hoc ſiuè verbis, ſiuè factis eos defendunt, &c. talis enim defenſio piratarum eſt pernicioſa Eccleſiæ, ideòq; meritò excommunicantur in canone huius Bullæ, cum ſint cooperatores ad malum.

12 *Receptatores piratarum.* Receptatores deniq; ſunt, qui dictos piratas recipiunt, & abſcondunt in domibus, vel locis, vel ne capiantur ab hoſtibus, vel ad aliud commodum, & vtilitatem dictarum piratarum, nam receptatores ipſorum videntur eſſe cooperatores ad tale malum perpetrandum, dicimus ergo breuiter hæc omnia proportionaliter eſſe intelligẽda, ſicut ea, quæ dicta ſunt de fautoribus, defenſoribus, & receptatoribus hæreticorum, &c. nam omnes huiuſmodi ex vi huius Canonis ſunt ipſo facto excommunicati, prò vt communiter dicũt omnes expoſitores canonis huius Bullæ Cœnæ: Ita Duard. in q.1. huius can. n.2. *Duardus.*

13 *Conſulentes non comprehenduntur.* Conſulentes autem in hoc canone non excommunicantur à Pontifice, eò quod conſilium dantes piratis non explicantur in canone, & in pœnalibus, vbi non eſt expreſſa facta illorum mentio, non eſt facienda extenſio, cum pœnę ſint potiùs reſtringendæ, quàm ampliandæ: Nam quando Pontifex vult excommunicare conſilium dantes, illos explicare ſolet, vt patet in alijs canonibus huius Bullæ, vbi etiam conſulentes explicantur. Tum, quia conſilium propriè loquendo non eſt auxilium, nec fauor [prout videtur dicere Nauar. c.27. n.59.] nam ſunt influxus diſtincti, & ad diuerſos fines ordinantur: Conſilium enim eſt ad inſtructionem mentis, & adiuuat conſultos ab intrinſeco pro ratione dirigenda: Fauor autem, & auxilium ad executionem pertinent, ideòque conſulentes ſimpliciter, ſecundum probabiliorem ſententiam hanc excommunicationem non incurrunt præcipuè à Bulla Gregorij XIII. vſque ad præſens, quia vox illa conſulentes dempta eſt.

Conſilium diſtinguitur à fauore. Nauarrus.

Conſilium ordinatur ad inſtructionẽ mentis. Fauor, & auxilium ad executionem.

14 *Angelus, & Caietanus loquuti ſunt ſecundum Bullas antiquas.* Quando autem aliqui auctores extendunt hanc cenſuram, etiam ad conſilium dantes, prout dicunt Angelus in ſumma Verbo excommunicatio 5. caſu 18 & Caiet. in ſumma Verb. excom. c.18. alijq; Doctores: Illi loquuntur iuxta antiquiores Bullas aliorum Pontificum ante Gregorium XIII. in quibus expreſsè additum erat etiam adhoc conſilium dantes: Modo tamen talis clauſula omninò deleta eſt, ideòq; conſilium dantes ſimpliciter non excommunicantur, ſed tantummodo fauentes, defendentes, & recipientes, &c.

15 *Alia quæſtio. An piratæ de facto nihil deprædantes excommunicationem incurrant? Prima opinio negatiua. Sayrus.* Mouetur ergo quæſtio à Doctoribus: An Piratæ diſcurrentes mare iuriſdictionis Eccleſiæ animo deprædandi chriſtianos nauigantes, & de facto nulla ſit ſequuta deprędatio in facto eſſe, hanc excommunicationem incurrant? Et ratio dubitandi eſt, quia Sayrus de cenſ. tom.1. c.7. n.5. in explicatione huius Canonis cum ſuis aſeclis exiſtimare videtur partem negatiuam: quia non ſufficit internus animus deprædandi, niſi indè ſequatur effectus deprædationis, quia excommunicatio ferri non poteſt pro actibus internis.

16 *Secunda ſententia affirmatiua verior.* His tamen non obſtantibus, oppoſitam ſententiam veram eſſe iudico: nam talis diſcurſus piratarum per mare Pontificium animo depredandi chriſtianos ſufficiens eſt ad excommunicationem incurrendam, quia talis diſcurſus eſt opus extrinſecum, proueniens à voluntate deprædandi, quæ ſufficienter manifeſtatur per actionem extrinſecam: quare hæc excommunicatio præcipuè à tempore Clementis VIII. vſq; ad præſens ſimpliciter fertur contra Piratas diſcurrentes per mare Pontificium ad prædandos Chriſtianos, ideòq; ſimpliciter eſt intelligenda non enim ſine cauſa in nouiſſimis Bullis Clementis VIII. aliorumque ſucceſſorum omiſſa fuerunt alia verba, quæ in Bullis aliorum Pontificum apponebantur. Videlicet deprædantes, mutilantes, ſiuè occidentes, &c. vt patet ex Bulla Gregorij XIII. aliorumq; prædeceſſorum.

17 *Ad præſens poſt Bullam Gregorij XIII. nulla eſt dubitatio.* Quare ad præſens, Canon huius Bullæ, in quo dempta ſunt verba illa Gregorij XIII. generalius eſt intelligendus, de ſimplicibus Piratis diſcurrentibus tale mare animo deprædandi Chriſtianos: eò quod talis actio per ſe ſufficiens eſt ad grauem iniuriam Summo Pontifici inferendam, quatenus Romanus Pontifex eſt dominus, & cuſtos ſui maris, ſiuè immediatæ ſiuè mediatæ iuriſdictionis, &c. ideòq; talis actio ſufficiens eſt ad talem excommunicationem incurrendam: Ità Graffius lib. 4. Deciſ. p.1. c.18. n.67. Suarez de cenſ. D.21. ſect.2. n.19. Vgolin. in hoc canone §.1. Alterius 16. c.2. colum.2. Verbo. Secunda difficultas, ſequiturq; Duardus lib. 2. excom. Bullæ Cœnæ, can.2. q.4. n.2.

Ratio huius aſſertionis.

Graffius. Suarez. Vgolinus. Alterius. Duardus.

18 *Reſpondetur tacitæ obiectioni.* Nec valet dicere: Eccleſiam non poſſe punire actus internos, ergo animus deprædandi in mari non eſt ſufficiens ad incurrendam excommunicationem, niſi ſequatur effectus conſumatus deprædationis.

Solutio difficultatis. Reſpondetur enim quòd, cum talis diſcurſus per mare Eccleſiæ hic, & nunc cum talibus circumſtantijs, ſit per ſe manifeſtatiuus animorum Piratarum deprædare volentium, ſufficiens eſt ad excommunicationem incurrendam, cum Piratæ ex eo dicantur, quod piraticam actionem exerceant, ideòq; talis diſcurſus per mare ſatis eſt ad grauem iniuriam Summo Pontifici inferendam, quatenus eſt Dominus, & cuſtos illius maris, quare continet delictum ſufficiens ad talem excommunicationem latam incurrendam.

19 *Quæſtio ſecunda.* Quæritur ſecundo: An Piratæ diſcurrentes per mare Eccleſiæ, animo deprædandi tantummodo infideles, aut hæreticos incurrant excommunicationem huius canonis?

Deprædantes Hæreticos, ſiuè infideles non comprehenduntur in canone. Reſpondetur: Negatiuè non enim Eccleſia ſub tàm graui cenſura protegere intelligit infideles, & hæreticos, præcipuè infeſtos, quales ſunt Hæretici Angliæ, & Flandriæ, alijq; ſimiles: non enim æquum eſt, vt qui ſunt extra Eccleſiam, & totis viribus eam oppugnant, eiuſdem ſpiritualibus armis defendantur ſicut Catholici.

20 Quare ſi quis deprædaret infideles, aut hæreticos in mari nauigantes, etiam ſi tales pacem habeant cum fidelibus, & Catholicis, talem excommunicationem canonis non incurrunt, quæ ſolùm lata eſt contra deprædantes chriſtianos, nauigantes per mare Eccleſiæ, quod idem dicendum eſt, ſi deprædentur Piratæ, vel alij latrunculi maritimi; huiuſmodi enim habentur tamquam hoſtes, & publici diffidati, ideòq; deprædantes eos non ſunt excommunicati: prout probat Duard. in can.2. Bull. Cœn. q.6. n.5. & q.14. n.20. concordant Suarez de cenſ. D.21. ſect.2. n.21. Sayrus lib.3. c.7. n.9. Tolet. lib.1. c.21. n.6. Viualdus in expoſit. huius Bullæ n.30. & alij.

Deprædantes piratas non ſunt excommunicati.

Duardus. Suarez. Sayrus. Toletus. Viualdus.

21 *Aduertentia.* Verum eſt tamen, quod Piratæ formaliter, qui latrocinium indifferenter exerceant tàm contra fideles, quàm contra infideles, ſi diſcurrant Pontificium mare eſto, quod ibi tantummodò de facto infideles deprædentur, incidunt in hanc excommunicationem canonis, quia in caſu ſufficit illa intentio, habita deprædandi quoſcumq; ſi verò poſtea in facto

eſſe

Digitized by Google

eſſe non deprædati ſint, niſi infideles, non excuſantur, quia parati iam erant deprædare etiam fideles, & in actu iam mare Pontificium diſcurſerunt cum tali animo: Ita Duard. loc.cit. q 5.nu.3.

Duardus.

22 Quæritur tertiò: An Piratæ pluries diſcurrentes mare Pontificium animo deprædandi fideles in eo nauigantes toties excommunicationem incurrant quoties hoc faciant, an vnicam tantum?

Quæſtio tertia. An excommunicatio multiplicatur per multiplicationem actuum piratarum? Reſolutio eſt affirmatiua.

Reſpondetur: quoties huiuſmodi piratas tales mare diſcurrentes tali animo, toties nouam excommunicationem incurrere: nam vna, & eadem excommunicatio pluries contrahitur propter eamdem rem pluries repetitam: Cum igitur ex vi huius Canonis excommunicentur piratæ, & latrunculi maritimi, diſcurrentes Pontificium mare ad deprędandos Chriſtianos, ſequitur, quòd ſi plures diſcurrant, pluries talem excommunicationem incurrant, quod intelligendum eſt, quando diuerſis actibus hoc faciant.

23 Secus autem dicendum eſſet ſi eodem impetu diſcurrentes ingrediantur, egrediantur, & regrediantur ab ipſo mari, quia tunc vnicam tantum excommunicationem incurrerent, cum omnes huiuſmodi actiones reputetur tanquam vna actio: Ita Henriq. lib.13. de excomm. cap.25.n.4.& c.30.n.2. & Sayr. lib.1. de cenſ. c.10.num.9.

Limitatio. Henriq. Sayrus.

24 Quæritur Quartò: An Chriſtiani, qui ſunt ab infidelibus in ſeruitutem redacti, & in piraticis triremibus diſcurrentes metu mortis, ſiue flagellorum remigant fortiter contra Chriſtianorum naues hanc excommunicationem incurrant?

Quæſtio quarta.

Reſpondetur Negatiuè, & ratio huius eſt, quia cum huiuſmodi captiui remigio ſint mancipati dominorum iuſſu, & metu mortis compulſi remigantes, id agunt, vt ſuo muneri ſatisfaciant: non enim propria voluntate remiges ſunt effecti: neque illis præcipitur, vt remigent contra Chriſtianos, ſed abſolutè, & ſimpliciter remigent: & actio illa remigandi de ſua natura indifferens eſt, & poteſt dirigi ad bonum, ſiue ad malum finem: ideoq; huiuſmodi captiui ita remigantes non ſolùm excuſantur ab excommunicatione Canonis, verum etiam à mortali culpa, cum ſolùm vi, & metu verborum remigent: Ita Azorius lib.8. Inſtit. moral.p.1.c.23.q.17. Coriolanus in hoc Canone: d.1. & Duard. lib.2. can.3. huius Bullæ, q.13. concl.1.nu.5.

Mancipia Turcarū remigantes contra Chriſtianos non ſunt excommunicati.

Azorius. Coriolanus. Duardus.

25 Quæritur Quintò: An deprædantes chriſtianos in terris, vel in fluminibus in ſtatu Pontificio hanc excommunicationem incurrant?

Quæſtio quinta.

Reſpondetur Negatiuè: nam canon iſte ſimpliciter loquitur de piratis diſcurrentibus mare Pontificium: quarè non comprehenduntur latrones terreſtres, dato, quòd poſt prędam ſumptam in mare Pontificium ſe conferant, & eadem ratione excluduntur piratæ, & latrunculi diſcurrentes per flumina Pontificia, quare, qui in Tyberi propè Romam, & in dictione Eccleſiæ deprædantur non ſunt excommunicati virtute huius canonis, cum deprædatio facta ſit in flumine, & non in mari, & incluſio vnius eſt excluſio alterius: quare hæc excommunicatio non eſt lata contra deprædantes in fluminibus, in quibus raro hoc accidit, ſed contra piratas deprædantes in mari: vbi ſæpiùs hoc contingerè poteſt: Flumina enim non dicuntur maria. Ita Vgolinus: de excomm. Bullæ Cœnæ p.2. §.2. huius canonis. Verſ. Quarto, & Duard. loc.cit.n.15.

Deprędantes Chriſtianos in flumine, vel in terris non comprehenduntur.

Vgolinus. Duardus.

26 Limitatur autem hæc aſſertio, niſi huiuſmodi piratæ aliquando proſequentes aliquos Chriſtianos in mari Pontificio: in flumine tandem confugientes ibi deprædentur: quia in hoc caſu initium deprædationis huiuſmodi inceptum eſt in mari, vbi contra tales piratas diſcurrentes ad deprædandum fideles excommunicatio lata fuit: Ita Tolet. in ſumm. lib.1.c.21.num.8. Vgolinus ſupra in fin. Angelus Verbo Pirata, & Duard. in Bull. Cęn. can.3. q.10. nu.1. & q.14.n.15. Et hæc de tertio Canone huius Bullæ dicta ſufficiant.

Limitatio aſſertionis.

Toletus. Vgolinus. Angelus. Duardus.

DE EXCOMMVNICATIONE CANONIS IV. contra raptores bonorum Chriſtianorum naufragantium.

CAP. IV.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcumque nauibus tempeſtate, ſeu tranſuerſum (vt dici ſolet) iactis, vel quoque modo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem iacta in mari, vel in littore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tàm noſtri Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſcumque maris regionibus, & littorib. ſurripuerint: ita vt nec ob quodcumq; priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunq; prætextum excuſati poſſint.

Expoſitio Canonis IV.

1 QVarta in ordine excommunicatio lata, eſt contra raptores bonorum Chriſtianorum naufragantium: In quo canone quatuor veniunt conſideranda, quorum primum eſt ſententia ipſa excommunicationis, latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ abſque alia iudicis declaratione, ſeù monitione præmiſſa: nam ipſa lex, quæ continetur in hoc canone eſt continua monitio, ideòque talis excommunicatio afficit, ac ligat omnes quoſcumque delinquentes contra talem ſententiam excommunicationis virtute huius canonis fulminatam, & quolibet anno in die Cęnæ Domini a Summo Pontifice ſolemniter promulgatam.

Quatuor conſiderantur in hoc Canone. Primum. Excommunicatio latę ſententiæ.

Sub forma anathematis.

2 Daturque talis excommunicationis ſententia ſub forma anathematis, cuius abſolutio ſolummodò eſt reſeruata Romano Pontifici, niſi excommunicatus eſset in manifeſto mortis articulo, in quo nulla adeſt reſeruatio abſolutionis: Ideòque incipit Canon abſolutè dicens: *Excommunicamus, & anathematizamus &c.* Quæ quidem excommunicatio licèt in Sacris Canonibus ante iſtam Bullam Cęnæ lata eſset à multis Pontificibus prædeceſſoribus, non tamen ibi erat Summo Pontifici reſeruata, neque erat ita generalis, ſicut modo per hanc Bullam Cœnæ eſt inflicta, & ampliata.

Antiquitas huius excōmunicationis.

Differt enim excommunicatio iſta à præcedente, quia in illo præcedente Canone huius Bullæ, tantummodo excommunicabantur piratæ, ſiuè latrunculi maritimi, in mari Eccleſiæ ſubiecto: In hoc autem Canone excommunicantur omnes, & ſinguli ſurripientes bona naufragantium in quocumque mari, & littoribus, quorumcumque regionum, In qualibet mundi parte, dummodo bona ſint Chriſtianorum, ideòque dicitur in Canone iſto: *Tàm noſtri Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus dicta bona ſurripiantur*: Ita Duard. in expoſit. huius Canonis quæſt.4. nu.8. Caiet. in ſum. Verbo excommunicatio c.23. Sylueſt. eodem verbo 7. §.57. Panorm. in cap. Excommunicationi de Raptoribus nu.3.

Differentia huius excommunicationis & præcedentis.

Duardus. Caietanus. Syluester. Panormitan.

Secunda Pars Canonis.

4 In ſecunda parte explicantur, & declarantur perſonæ,

Perſonæ quæ in hoc Canone excommunicantur.

ſonæ, quæ virtute huius Canonis excommunicantur: Sunt autem omnes, & ſinguli Chriſtiani cuiuſcumque gradus & conditionis, ſiuè ſint Laici, ſiuè Clerici, & Eccleſiaſtici, ſiuè priuati, ſiuè in dignitate quacumque poſiti, ſiuè viri, ſiuè fœminę: in hoc enim Cannone excommunicantur omnes, & ſinguli bona naufragantium Chriſtianorum ſurripientes, ergo nullus excipitur, nam ly (*omnes*) comprehendit omnes Chriſtianos cuiuſcumque generis, & nationis, ſiuè ſit Italus, ſiuè Hyſpanus, ſiuè Gallus, ſiuè alterius nationis, ſiuè Latinus, ſiuè Grecus, dum tamen ſit baptizatus: nam infideles non baptizati, cum ſint extra corpus Eccleſię, excommunicari non poſſunt: ly (*ſinguli*) comprehendit perſonas particulares, in quas cadit talis cenſura, quia vniuerſitas collectiuè ſumpta excommunicari non poteſt, vt ex ſupradictis patet.

Infideles non baptizati excommunicari non poſſunt.

In tertia parte exprimitur materia criminis, ſupra quam cadit talis cenſura, quę eſt furtum, ſeu rapina bonorum Chriſtianorum naufragantium in quocumque littore, ſiue mari reperta: actus autem eſt ipſa ſurreptio huiuſmodi Chriſtianorum bonorum, ſiue in ipſis nauibus naufragium paſſis, ſiuè ex eiſdem eiecta ad eas alleuiandas tempore naufragij, & in mari, vel in littore inuenta, ſiuè ſint ipſæ naues, ſiuè partes ipſorum nauium, ſiuè ligna, ſiuè anchoræ, ſiuè remigia, aliaque inſtrumenta earundem nauium, naufragium paſſarum, ſiue merces aliaque bona Chriſtianorum, quæ in dictis nauibus aſportabantur, & in mari ſint eiecta propter tempeſtatem, &c. Surreptio iſtarum rerum, vel partis earum, eſt omninò prohibita ſub pœna anathematis latæ ſententiæ Summo Pontifici reſeruatæ virtute huius præſentis Canonis: Ità Alterius in explicat. huius Canonis. cap.2. d.5. & 8., Filliuc. tom.1. tit. 16. cap.4. num.87. Duardus ibi q.3. num. 3. alijque communiter.

Tertia Pars Canonis.
5
Materia huius criminis quę. Actiones prohibitię ſunt.
Res prohibitæ, quæ.
Alterius.
Filliucius. Duardus.

6 Nomine autem nauium naufragium paſſarum, veniunt quæcumq. nauigia cuiuſcumque generis, vel nominis nuncupatæ, vel ſint triremes, ſiuè Phaſelli, ſiuè Mioparones, ſiuè Cymbæ, ſiue Scaphæ, ſimiliaque nauigiorum genera, tam maiora, quàm etiam minora, quæ deſeruiunt pro nauigatione facienda: Explicantur autem ſpecialiter naues, quia in illis, vt plurimùm, transferri ſolent in mari merces, aliaq; bona negotiantium.

Nomine nauium, quid veniat.

7 Quare ſi huiuſmodi nauigia, aliaq. ſimilia quęcumq; ſint illa, vel ſubmerſa ſint in mari, vel in eo ſint naufragium paſſa ex vi ventorum, ſiuè tempeſtatis inciderent in Scopulos, vel in Syrtes, vel ex vetuſtate ſint fracta, vel ſummerſa in mari, vel quomodocumq; ſint naufragium paſſa res Chriſtianorum, quæ in ipſis aſportabantur à nemine ſurripi poſſunt, non enim eſt addenda afflictio afflictis: nã naufragium eſt vna ex grauioribus afflictionibus, quas homines in hac vita ſuſtinere poſſunt, ideòque rationabiliter Summus Pontifex prohibuit, & prohibet ſub pœna grauiſſimæ ſententiæ anathematis, ne huiuſmodi bona Chriſtianorum naufragiũ paſſa ab aliquo ſurripiantur, & capiantur: Ità Viualdus. in Candel. de excom. Bullæ Cœnę caſu 4. num. 1., omneſq. alij expoſitores huius Canonis Bullæ.

prohibitio generalis omnium rerum naufragãtiũ.
Non eſt addenda afflictio afflictis.
Viualdus.

8 Ex quo ſequitur, quòd ad incurrendam excommunicationem huius Canonis tria requiruntur Primum, quòd bona, quæ ſurripiuntur ſint fideliũ Chriſtianorum naufragantium: nam ſi ſint bona infidelium, vel hæreticorum non includuntur in Canone: non enim videtur fuiſſe mens conditoris huius Bullæ eorum bona protegere: cum enim Infideles non ſint de corpore Eccleſiæ propter carentiam Sacramenti Baptiſmi non ſuſcepti, ideòque earum bona ſurripientes non excommunicantur virtute huius Canonis, quo proteguntur bona Chriſtianorum tantum, non autè infidelium, vt bene probat Duardus hic q. 3. num.1., & Sayr. de Cenſ. lib.3. cap.18. num. 7.

Tria requiruntur ad incurrendam hanc excõmunicationem.
Primũ quod requiritur.
Bona infidelium nõ prohibentur in Canone.
Duardus. Sayrus.

9 Neq; etiam intelligitur de bonis Hæreticorum, qui licèt baptizati ſint, propter tamen peccatum hęreſis, in quod miſerabiliter inciderunt, apoſtatando à fide, tanquam membra putrida præciſi ſunt ab Eccleſię communicatione, & vnione, ideòq; tanquã infectiſſimi hoſtes ipſius Eccleſię execrãtur potius, & proſequuntur cenſuris, & publicatione eorum bonorum, quàm proteguntur; quare appellatione Chriſtianorum in fauorabilibus ſoli Catholici intelliguntur, prout colligitur ex Can: Caue: & ſequenti 28. q.1. Vgolin: in Bull. Cœnę p.2. §.2. can.4

Bona hæreticorum non comprehenduntur.
Hæretici reputantur tanquam hoſtes.
Can. Caue 28 q. 1. Vgolinus.

10 Neque etiam intelligitur de bonis piratarũ naufragantium, quia hoc genus perſonarum ęquiparatur hoſtibus Chriſtianorum, & ſunt publici diffidati, ità vt bona ipſorum ab omnibus ſurripi poſſint, prout habetur ex Baldo in Authent. Nauigia C. de Furtis. Ità Nauar. in man: c.27. num.99; Filliuc. t. 1. tr. 16. c.4. num.91. Syluest. Verb. naufragium nu.1. Vgolinus. loc. cit., & alij expoſitores huius Canonis.

Bona piratarum naufragantium non comprehenduntur. Baldus. Nauarrus. Filliucius. Syluester. Vgolinus.
Secunda, quòd requiritur.

11 Secundo requiritur, quod huiuſmodi bona Chriſtianorum naufragãtium ſurripiantur à Chriſtianis animo ea retinendi, & contrectandi: nam ſi aliquando acciperentur animo illa reſtituendi proprijs Dominis, cum primum illi noti fuerint, non eſſent tales excommunicati, eò quia in caſu non dicerentur ſuſcepiſſe illa ad contrectandum, ſed ad conſeruandum in fauorem Dominorum, ideòque talis potius eſſet actus meritorius, quàm peccaminoſus: Non incurritur autem excommunicatio niſi intercedat peccatum mortale: Ita Viualdus in Candel. aur. lib.1. cap. 22. num.4. & Quaranta in ſum. Bull. Verbo Bona naufragantium limitatione. 4. cum alijs expoſitoribus huius Canonis.

Requiritur animus ea retinendi.
Viualdus. Quaranta.
Tertia, quòd requiritur.

12 Tertio requiritur, quòd talia bona ſurrepta ſint aliqualis quantitatis notabilis ſufficientis ad conſtituendum furantem reum pœnę excommunicationis, quę non infligitur niſi pro furtis alicuius momenti, quare Trident. Concil. ſeſſ. 25. de reformat. *cap.3. ſtatuit ne excommunicatio, quæ eſt pœna grauiſſima ſpiritualis feratur à Prælatis pro quacumque re furata, ſiuè perdita vulgari, niſi ſint alicuius momenti*; Quare ſecundum probabiliſſimam ſententiam grauiſſimorum Doctorum recentiorum ad minus debet excedere quantitatem duorum aureorum, ideòque ſi talia bona naufragantium ſurrepta non excedant quantitatem duorum aureorum: non contraheretur præſens excommunicatio huius Canonis: pro vt colligitur ex Trident. loc. citat. & ex lege, Si Oleum §. fin. & ſequenti, ff. de Dolo Malo: Ita Quaranta loc. ſupra citat. & Duard. in expoſit. 4. Can. huius Bullę. quęſt. 11. num. 5.

Quantitas rei furatę quanta debeat eſſe.
Concil. Trid.
Conc. Trider. Lex ſi Oleum
Quaranta. Duardus.

13 Quare licèt res furata excederet quantitatem duorum iuliorum, ſiuè Regalium, cuius quantitas ſecundum communem ſententiam multorum, Doctorum ſufficiẽs eſt ad peccatum mortale in ratione furti, non tamen indè ſequitur, quòd etiam ſit ſufficiens ad incurrendam hanc excommunicationem Canonis, quę non incurritur niſi res furata ſit notabilis, vt ſupra declaratum eſt, quamuis Filliuc. d. tr. 16. cap. 4. nu. 95. & Vgolin. in expo-

Opinio aliorum in oppoſitum reijcitur.
Filliucius. Vgolinus.

Digitized by Google

expoſit. huius canonis verſ.7.contrarium ſentire videantur.

In quibus caſib. excuſant ab excõmunicatione incurrenda. Ignorãtia, bona fides, & inaduertẽtia excuſant. Abbas.

14 Aſſignantur inſuper aliæ duæ cauſę generales excuſantes accipientes huiuſmodi bona naufragantium, ſiuè in mari, ſiuè in littore eiuſdem inuenta ab hac excommunicatione: quarum vna eſſe poteſt ignorantia iuſta, ſiuè inaduertentia, quandò ſimpliciter quis inaduertenter, ſiuè bona fide inueniendo aliqua bona in mari, ſiuè in littore ea acciperet tanquam quædam inuenta, prout notanit Abbas in cap. Excommunicationi de Rapt. Vel, quia probabiliter neſciebat talem cenſuram fuiſſe impoſitam contra talia accipientes, vel, quia credebat probabiliter: hoc ſibi licere, vel eſſe permiſſum, prout dicunt Angelus, & Syluest.in verbo Naufragium, Nauarr. cap.27.numer.61. Filliucius tom.1. tr.16. cap.4. numer.95. & ratio iſtorum eſt, quia ignorantia, vel inaduertentia, ſiuè bona fides ſæpe ſæpius excuſant ab excommunicatione lata incurrenda, prout etiam notauit Coriolan. in expoſit.huius Canonis §.4.

Angel. Sylueſter. Nauar. Filliuc. Coriolanus.

Quando res habẽtur pro derelictis. Leg.1.ff.pro derelictis. L.Falſus.ff.de Furt.

15 Altera cauſa eſt, quando huiuſmodi bona naufragantium in mari proiecta habeantur pro derelictis: nam tunc naturali ratione fiunt occupantium, ſiuè accipientium: prout dicitur in leg.1. & ſequenti. ff.pro derelict.& in leg.ſalſus. ff.de furt. §.ſed iactum ex naue: Non enim lex in tali caſu obligare intendit, quæ tantum fauere voluit ijs, qui naufragium patiuntur,& habent intentionem ea bona recuperandi, cui fauori renuntiare Domini poſſunt: Ita Syluest. verbo Naufragium num.4. Angel.in 3. Armilla eodem verbo in fine, Vgolin.in expoſit.huius canonis lib.2. §.2.n.1. Pro derelictis autem res inuentæ exiſtimantur, quando eorum Dominus ea mente abiecit, vt in numero rerum ſuarum ea eſſe non reputauit, ideoque ſtatim Dominus illorum eſſe deſinit, ac tacitè declarauit.

Sylueſter. Angelus. Armilla. Vgolinus. Quæres inuẽtæ exiſtimant derelictæ.

Quomodo res exiſtimãtur pro derelictis. Quatuor cõiecturæ.

16 Verùm eſt tamen, quòd non parùm difficultatis affert ad cognoſcendum quando tales res ſit proiectæ a naufragãtibus in mari, habeantur à Dominis illarum pro derelictis ideoque à Doctoribus aſſignantur quatuor rationes, ex quibus quaſi ex talibus coniecturis faciliter id poteſt cognoſci, quarum: Prima eſt ex natura ipſius rei proiectæ, & conditione: ſi enim talis res ſit, quæ ſtatim in mari peritura ſit, exemplum patet de ſaccharo, farina, papyro, & his ſimilibus, quæ ex vi aquarum faciliter conſummantur: Similiter ſi in altum mare proijciantur metalla, quæ pro grauitate tendunt ad profundum, & difficiliter poſſunt recuperari, ideòque talia rationabiliter exiſtimantur pro derelictis, quare ſi quis caſu ea acciperet non incideret in excommunicationem canonis.

Prima coniectura ex natura rerum.

Secunda coniectura ex modo, quo proiecta ſint in mari.

17 Secunda deſumitur ex modo, quo talia proiecta fuerunt: Si enim proijciatur in mare librum apertum, cenſetur illum animo derelinquendi, Dominum illius proieciſſe, quod ſecus dicendum eſſet, ſi clauſum, aut pannis inuolutum proieciſſet, tunc enim exiſtimabitur habuiſſe animum iterum recuperandi: Ideoque in caſu non eſſet exiſtimandum huiuſmodi res tali modo proiecta, eſſe facta animo derelinquendi: prout docet Gloſſa in l.falſus. §.fin. ff. de furtis. & Panorm. in c. Cum dilecti de Accuſat.numer.11, Sayrus de Cenſ. lib.3. cap.8. num.9. Vgolinus, & Coriolanus in expoſit. huius Canonis.

Gloſſa. Panormit. Sayrus. Vgolinus. Coriolanus.

Tertia coniectura ex intẽtione proijcientis.

18 Tertia ex intentione cognita illius proijcientis, adeò vt ex facto, rem ſuam abieciſſe iudicetur, vt ſi propè aliquam Ciuitatem,& portum naufragium ſecutum eſſet, & Dominis illarum rerum in portu receptus, non curaſſet bona iactata recuperare, & tacet, neque per ſe, neque per alium quærit, tunc videtur habere intentionem, vt illa habeantur pro derelictis: Ita Angelus in verbo Inuentari princip. & Syluest. eodem verbo q.1. & Verbo Naufragantium in fine, Sayrus, Filliucius, & Coriolanus, loc. ſupra cit.

Angelus. Sylueſter. Sayrus. Filliucius. Coriolanus.

Quarta coniectura ex tẽpore, quo fuerũt proiecta. Sayrus.

19 Quarta quando res illa proijciatur in mare extra præſens periculum grauis tempeſtatis, cum ergo in hoc caſu non vrgeat grauis neceſſitas ad ea proijcienda, præſumitur Dominus illarum rerum animo derelinquendi proieciſſe: Ita Sayrus de Cenſ. lib.3. c.8.nu.9.in fine, omneſq; alij Doctores ſupra citati in expoſitione huius canonis.

Prima dubitatio de ſurripientibus in flumine.

20 Duo verò dubiola circa tertiam partem huius præſentis Canonis reſtant dilucidanda: quarum Primum eſt: An eadem ſit habenda ratio de rebus naufragantium in fluminibus ſicut in mari?

Reſolutio, & negatiua.

Reſpondetur tamen breuiter, (ſequendo probabiliorem Doctorum ſententiam.) Negatiuè: nam excommunicatio Canonis ſolùm lata eſt contra ſurripientes bona naufragantium in mari, ſiuè in littore inuenta: nulla autem fit mentio de fluminibus, vel lacubus: In pœnalibus autem non eſt facienda extenſio pluſquam verba legis ſonant: nam Summus Pontifex habuit reſpectum ad ea, quæ communiter accidere ſolent: in fluminibus autem, & in lacubus raro, aut nunquam huiuſmodi naufragia contingere ſolent, ideoque accipientes huiuſmodi bona in fluminibus inuenta, non incidunt in hanc excommunicationem: Ita Filliuc.tom. 1.tr.16.c.4.nu.97. & Nauar.c.27.n.59. in fine cum alijs aſſeclis.

Filliucius. Nauarrus.

Secunda dubitatio. De accipientibus in cuſtodiam bona furata. Reſolutio.

21 Secundum dubium eſt de ijs, qui accipiunt in cuſtodiam dicta bona naufragantium furata. An in talem excommunicationem incidant, ſicut principales ſurripientes?

Reſpondetur etiam negatiuè, ſaltem poſt Bullam Cœnæ à Sixto V. promulgatam: licèt enim in antiquioribus Bullis à predeceſſoribus Pontificibus, editis, aderat particula illa. (*Aut ſcienter ſibi acceperint, aut ab alijs rapta, ſeu accepta ſcienter receperint*) vt patet ex Bulla Gregorij XIII. quam expoſuit Nauar.in man.c.27.nu.60. à Sixto tamen. V. qui dicto Gregorio XIII. ſucceſſit, talis clauſula de receptatoribus huiuſmodi bonorum fuit penitus ſublata, quod idem fecerunt alij ſucceſſores vſque ad noſtra tempora, ideoque huiuſmodi bonorum receptatores non ſunt excommunicati, niſi eſſent cõplices in tali ſurreptione: Tenentur tamen huiuſmodi receptatores dictorum bonorum ſi ſcienter id fecerint, reddere ea veris Dominis, alioquin peccarent mortaliter contra iuſtitiam: Similiter etiam dicendum eſt de Conſulentibus, aut auxilium dantibus: non enim tales in hoc canone ſunt expreſſi, ſicut in alijs: Ita Filliuc.d.tr.16.c.4.n.96.cum alijs.

Nauarrus. Receptatores, & conſiliarij non cõprehenduntur. Filliucius.

4. Pars canon. Derogatio priuilegiorũ, & conſuetudinum.

22 In quarta tandem parte huius Canonis: Summus Pontifex irritauit, & irritat omnia, & quæcumque priuilegia, ſtatuta, aut conſuetudines, etiam immemorabilia quomodòcumque introducta, ſiuè ſtatuta à Principibus contra determinationem huius Canonis; Ideò enim Summus Pontifex huiuſmodi bona naufragantium prouidere voluit, vt omnia priuilegia, & leges, aut conſuetudines longiſſimi temporis annullata eſſe cenſeantur, eò quod tales conſuetudines, & leges ſint iniuſtæ, & peſſimæ contra Ius Diuinum naturale, ideoque nullam efficientiam habere debent: nam afflictio non eſt addenda afflictis. Ita Vgolinus in expoſit.huius Canonis §.1. p.2. verſic.7. Duard.16. quæſt.17. num.1. Na-

Vgolinus. Duardus. Nauarrus.

tuar, cap.27. numer.117. cum alijs.

Et hæc de expoſitione 4.Canonis huius Bullæ dicta ſint ſatis.

DE EXCOMMVNICATIONE CANONIS V, Contra imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes.

CAP. V.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſiuè gabellas, præterquam in caſibus ſibi à Iure, ſeù ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt, vel augent, ſeù imponi, vel augeri prohibita, exigunt.

Expoſitio Canonis V.

1 Tres partes hui' canonis. Prima.

QVintus in ordine Canon huius Bullæ, in tres diuiditur partes, in quarum Prima fertur excommunicationis ſententia ſub forma anathematis latæ ſententiæ: In ſecunda (Secunda.) ponuntur perſonæ, quæ excommunicantur, tamquam ſubiectum in quod cadit excommunicatio: In tertia (Tertia.) explicantur actiones propter quas fertur cenſura, quibus mediantibus talis contrahitur excommunicatio à delinquentibus contra præceptum huius Canonis: quæ quidem actiones ſunt tres: (Actiones phibitæ sût tres.) Impoſitio videlicet nouorum pedagiorum, ſiuè gabellarum in caſibus non conceſſis, vel ipſa augere ſine debita facultate, vel exigere, prout ex verbis textus manifeſtè patet.

2 De antiquitate huius excõmunicationis.

Quare circa primam particulam eſt Primo notandum, Excommunicationem iſtam eſſe antiquiſſimam, fundatam in Iure, non ſolùm Pontificio, verùm etiam Ciuili: ſemper enim Impoſitio nouarum gabellarum fuit, & eſt in Iure prohibita: quare in ipſo Ceſareo Iure in lege Prima C. de Vectigal. nouis (Lex Prima C. de Vectigal. nou.) præceptũ erat, ne huiuſmodi noua pedagia à Principibus imponerentur in terris ſuis, ſine debita facultate obtenta à ſuperioribus, ideoque ſecus facientes grauiſſimis pœnis plectebantur, non ſolùm pecuniarijs, verùm etiam pœnam infamiæ incurrebant, prout habetur ex lege Vnic. ff. de cenſ. C. ad legem Iuliam: (C. ad legẽ Iuliã ff. de cẽſ.) & alibi: In Iure autem Canonico fidelium communione tanquam excommunicati carebant, prout habetur ex cap. Innouamus de Cenſib. & C. Quamquam eodem titulo in 6. & Can. ſi quis Romipetas.24. quæſt.3. (C. Innouam. C. Quamquã Can. ſi quis. Sayrus. Duardus.) Ità Sayrus de Cenſ.lib.3.c.9. num.2. Duard. in expoſit. huius can. q.1.n.2.

3 Variatio Canonis huius Bullæ.

Deindè verò talis excommunicatio lata eſt in Bullis Pontificijs, quæ publicari ſolent quolibet anno feria V. in Cœna Domini, ſed priſtinis temporibus, vſque ad Martinum quintum (Martinus V.) Summum Pontificem tantummodo excommunicati erant imponentes noua pedagia: ſeù gabellas: Deinde verò à Iulio ſecundo (Iulius ſecũd'.) addita fuit alia particula, ac etiam exigentes illa; Poſtmodum autem à ſucceſſoribus præcipuè à Clemente VIII. vſque ad Innocentium X. (Clemẽs VIII. Innocẽtius X.) incluſiuè addita fuit tertia particula, vel etiam augentes, &c. quare ad præſens tres actiones perſonarum excommunicantur, imponentium videlicet, exigentium, & augentium: vt patet ex verbis textus huius Bullæ, quam in præſenti nos explicamus.

4 Ratio additionis in hoc canone, quæ.

Rationabiliter autem clauſulæ iſtæ additæ fuerunt, quoniam peccatum iniuſtitiæ, nõ ſolùm committitur per impoſitionem nouarum gabellarum, verùm etiam illas exigendo, vel augendo abſque debita facultate impoſitas, ſiuè auctas: Nam ratio huius prohibitionis fuit, & eſt, ne Domini temporales indebitè exhauriant ſubditorum facultates, quod æquè fit per exactionem, & augmentationem illarum, ſicut per nouam impoſitionem: Ità Sayrus lib. de Cenſ.lib.3.cap.9. num.3. Filliuc. tom. 1.tr.16. cap.5. numer.102. Coriolanus in expoſit. huius Canonis; Duardus ibi, & alij communiter. (Sayrus. Filliucius. Coriolanus. Duardus.)

Notandum ſecundò, quod in hoc canone explicitè excommunicantur, qui noua pedagia, ſeù gabellas imponunt, ideoque primò videndum eſt: 5
Quid ſit pedagium, & quid ſibi tale nomen importet? Quare breuiter dicimus pedagium nihil aliud (Pedagiũ quid ſit, & vnde dicatur.) eſſe, quam tributum, ſiuè telonium, quod exigitur à tranſeuntibus per quædam determinata loca Principum, ſiuè Dominorum per modum gabellæ inſtitutæ pro conſeruatione viarum, ſiuè pontium, vel pro expenſis factis, aut faciendis pro fabrica, & conſeruatione dictarum viarum pro commodo tranſeuntium, qui adſtringuntur ſoluere dicta pedagia, per modum gabellæ: ideoque dicuntur pedagia à pede tranſeuntium.

6 Guidagium, quid ſit, & vnde dicatur.

Stipendium autem, quod ſoluitur à tranſeuntibus pro ſecuritate, & cuſtodia viarum, ne tranſeuntes moleſtẽtur ab hoſtibus, appellatur: Guidagium, quod vulgò dicitur: Saluum conductum, eò quòd pro ducatu, viæq; ſecuritate ſoluitur, quare exigentes guidagium debent præſtare ſoluentibus tale ſtipendium ſecuritatem, (Exigentes guidagia tenentur territorium cuſtodire.) mediante ſaluo conducto, ideòque quilibet illorum Dominorum exigentium dictum guidagium tenẽtur in cõſcientia Territoriũ ſuum cuſtodire, ne à latronibus, ſiuè hoſtibus tranſeuntes moleſtentur: quare ſi per iniuriam, aut negligentiam Principum tranſeuntes, qui dictum guidagium ſoluerunt, ſpolientur à latronibus; tenẽtur damnum paſſum illis reſarcire, prout docet Bald. (Baldus.) in C. Conuenticula de Pot. tuenſ. & in l. prima de conſuetudine: Ita Duard. lib.2. in expoſit. huius Canonis q.3.n.3. (Duardus.)

Gabella verò dupliciter ſumi poteſt, vno modo ſpecialiter, ſecundo generaliter: Primo modo 7 (Gabella proprie dicta quid ſit.)
ſtrictè, & propriè, & tunc ſignificat id, quod ſoluitur, vel exigitur pro rebus intra ciuitatem venditis, vel quomodocumque diſtractis, vel pro frumẽto, quod molitur, vel pro rebus, quæ in Ciuitatem inferũtur, vel ab ea aſportantur: Quare idem eſt gabella, quod veſtigal, ſiue telonium: τέλος.n. Græce, apud (Telonium quid ſit. Vectigal quid ſit, & vnde dicatur.) Latinos ſignificat vectigal, quod dicitur à vehendo, & eſt gabella, ſiuè Doana, ſiuè vt alij dicunt Dogana, quæ pro rebus rectis ſoluitur. Ità Sylueſter verbo Gabella 1.num.1. Filliucius tom.1.tr.16. cap.4.num.103. Bonac.tom.3. D.1. q.4. in expoſit. Bullæ Cœnæ nu.2. Duard. in expoſit. huius Canonis q.4.n.4. alijque expoſitores. (Sylueſter. Filliucius. Bonac. Duardus.)

Secundo modo accipitur latè, & communiter, & 8 (Gabella latè ſumpta, quid importet.)
tunc importat quodcumque tributum, ſiuè cenſum, ſiuè penſionem, aut vectigalia, ſiuè pedagia, aut portoria, quæ ſoluuntur, vel pro tranſitu viarum, vel pro redditibus rerum ad cenſum conceſſarum cum onere ſoluendi cenſus, ſiuè penſiones, vel quodcumque tributum in recognitionem ſubiectionis, vel pro aſportatione, & ingreſſu mercium, aliarumque rerum, tam vtenſibilium, quam commeſtibilium, quæ omnia comprehenduntur ſub nomine gabellæ generaliter dictæ.

Ex quo ſequitur, quod imponentes nouas gabel- 9 (Imponentes nous Peda-)
las, ſiue pedagia, ſiue veſtigalia, ſiue portoria, aliaque

Digitized by Google

gia, ſiuè gabellas, ſunt excommunicati.

que grauamina ſoluenda à Vaſsalis, ſine debita facultate iuris, vel Sedis Apoſtolicæ incidunt in hanc excommunicationem huius canonis, prout dicunt communiter omnes expoſitores huius Bullæ cœnæ: Ita Suarez tom.5. de cenſ. D.21. ſect.2. nu.35. Duard.in expoſit.huius canonis loc. cit. concluſ.3. num.5.

Suarez. Duardus.

10 Penſio, quid ſit.

10 Penſio autem deriuatur à verbo pendo, ſiue penſo frequentatiuum à pendo, quod ſignificat: ſoluo, quare penſio ſecundum Grammaticos ſignificat ſolutionem quandam rerum vtenſilium, quas quis pro vſu tenetur ſoluere quolibet anno penſionario illius rei, quam actu poſſidet: Cenſus verò eſt annua ſolutio pro re vendita, ſiue locata ad cenſum ſoluendum ipſi concedenti, iuxta conuentionem cum ipſo factam.

Cenſus, quid ſit.

11 Portorium, quid ſit, & vndè dicatur.

11 Portorium verò dicitur à portu maritimo, in quo recipiuntur naues, & eſt ſpecies quædam gabellæ, ſiue vectigalis, quòd ſoluitur pro rebus, quæ in naui deferuntur, & à quodam loco ad alium aſportantur, ideòque Domini illarum rerum adſtringuntur ad ſoluendam Doanam, ſeu gabellam, quæ appellatur Portorium à portu maritimo, prout dicunt Syluester verbo Gabella, alijque expoſitores communiter.

Syluester.

12 Tributum, quid ſit, & vndè dicatur.

12 Tributum autem eſt annua penſio determinatæ quantitatis conſueta ſolui à Vaſsallis eorum Principi in perpetuum in ſignum ſubiectionis, vel pro penſione in ipſius terris commorantibus, vel pro agris, & terris illis conceſsis, & poſſeſſis, diciturq; tributum à tribuenda, & ſoluenda penſione, prout colligitur ex leg. fin. ff. de cenſibus: Ita Filliuc.tom. 1. tr.16. capit.4. numer.103. Bonacin. tom.3. D.1. quæſt.4. num.3. Syluest. alijque Doctores ſupra citati.

Lex fin. de Cenſ. 6. Filliucius. Bonacina. Syluester.

13 Collecta, Tallia, Taxa, & Præſtantia, quid ſignificent.

13 Collecta, ſiue Tallia, ſiue Taxa, ſiuè præſtantia aliaque ſimilia, quæ idem omninò ſignificare videntur ſub diuerſis nominibus, idem ſignificantibus, nihil aliud ſunt, quàm Telonium, ſiue pecunia, ſiue compoſitio, ſiuè taxa, quæ quandoque ſoluitur à Vaſsalis ſuo Principi ſeruata conditione perſonarum, & proportione ſubſtantiæ, ſiue facultatum cuiuſque prout notauerunt Syluest. in Verbo Gabella 1. num.4. Sayrus de cenſ. lib.3. cap.9. num. 10. Suarez de cenſur. D.21. ſect.2. num.41. Bonacina, Filliucius, & Duardus, locis ſupra citatis.

Syluest. Sayrus. Suarez. Bonacina. Filliucius. Duardus.

14 Angaria.

14 Angaria, tandem, eſt violentia compulſio, ſiuè coactio, & obſequium perſonale, ſiue proprijs ſumptibus præſtandum à vaſsallis ſecundum tempus: Perangaria verò eſt ſeruitus perſonarum, & rerum eodem modo, vt ſupra, diciturque Perangaria, quaſi perfecta angaria, quæ deriuatur ab ango, ſignificatq; afflictionem, & moleſtiam ſubditorum, eò quod per talem angariationem affliguntur ſubditi, & Vaſsalli ad tale onus ſuſtinendum: Ita Syluest. cum alijs ſupra citatis.

Perangaria. Syluester.

15 Concluſio.

15 Ex his itaque dictis, & explicatis colligitur: Penſiones, cenſus, collectas, ſiuè Tallias, Angarias, & Perangarias, & huiuſmodi non contineri ſub nomine Pedagij, & Gabellæ, quare illa imponentes, ſiue exigentes in terris ſuis non incidunt in excommunicationem huius præſentis Canonis, in quo ſolummodo excommunicantur imponentes noua Pedagia, ſeu Gabella, ſiue Vectigalia aliaque ſimilia, ad quæ ex identitate rationis reducuntur: Portoria, aliaque huiuſmodi: Nam in pœnalibus non eſt facienda extenſio, præter intentionem legiſlatoris, ſed ſimpliciter ſunt intellihenda, vt verba ſonant, prout notauerunt Bonacina d. tomo 3. D.1. quæſt.4. p.1. numer.4. & Duard. in expoſition. huius canonis quæſt.4. numero 6. alijque communiter.

Bonacina. Duardus.

16 Sed difficultas eſt, de Dominis temporalibus inſtituentibus in terris ſuis domus, panis, vini, aliarumque rerum comeſtibilium, in quibus locis ſpecialiter deputatis tantummodo licitum eſt illa vendere, & non alibi, quæ loca à Græcis appellantur Monopolia à μόνος, quod eſt vnum, & πωλῶν, quod eſt venditio, quare μονοπώλιον deriuatur ἀπὸ τῦ μόνος, καὶ πωλέομαι, quæ vox apud Latinos importat domus, ſiue locus ſpecialiter deputatus, in quo vni ſoli licitum eſt vendere aliqua cibaria, aliaque ſimilia vltra prætium conſuetum, quæ loca rudi vocabulo apud Siculos appellantur Zaxnara: An huiuſmodi inſtituentes in terris ſuis ſine debita facultate incidant in hanc excommunicationem Canonis?

16 Difficultas de Monopolys: vbi ſolummodo vendi poſſunt comeſtibilia. Monopoliũ, quid ſit, & vnde dicatur.

17 Ratio autem dubitandi eſt, quia huiuſmodi loca venditionis non videntur cadere ſub nomine gabellarum, & pedagiorum, ideoque aliqui Doctores exiſtimant huiuſmodi monopolia inſtituentes in terris ſuis non eſse excommunicatos virtute huius Canonis, in quo ſolummodò excommunicantur imponentes noua pedagia, ſeù gabellas, lex autem pœnalis non eſt amplianda, ſed potiùs reſtringenda: Ita Filliucius tom. p. tr.16. c.4. nu.110. & Bonac. tom.3. in expoſit. huius Bullæ D.1. qu.4. num.41.

17 Duplex eſt ſententia. Prima ſententia.

Filliucius. Bonacina.

18 His tamen non obſtantibus alij Doctores oppoſitum exiſtimant: Negari enim non poteſt, huiuſmodi monopolia, ſiue domos deſtinatas, vt ibi tantummodo aliqua comeſtibilia vendantur vltra iuſtum prætium, eſse grauamina, quare coguntur incolæ illarum terrarum, ſiue Ciuitatum emere dicta comeſtibilia pluſquam alibi vendi ſolent, ideòque habere rationem gabellæ, & conſequenter huiuſmodi Domini illarum terrarum illa de nouo inſtituentes ſine debita facultate iuris, vel conceſſione Apoſtolicæ Sedis incidere in excommunicationem latam contra nouas gabellas inſtituentes.

18 Secunda ſententia.

19 Quamuis autem excommunicatio ſit pœna grauiſſima, & odioia, ideòque ſtrictè ſit interprætanda, prout verba ſonant, & non ſit communiter facienda extenſio: Quando autem, ex identitate rationis exiſtimentur res habere eandem interprætationem, non eſt inconueniens aliquam facere extenſionem, quæ ſecundum ſe non eſt extenſio, ſed vera iuris interpretatio, ſecundum mentem legiſlatoris maxime quando per talem interprætationem euitentur animarum pericula: nam intentio Summi Pontificis in hoc Canone fuit, & eſt ne vaſsalli grauentur oneribus nouarum gabellarum, quibus facultates eorum exhariantur: Ita Graff. p.1. Deciſ.lib.4. c.18. num.79. qui dicit: Hoc eſſe valdè notandum: Sequiturque Coriolanus in expoſit. huius Canonis §.2. Duard. lib.2. de excom. Cœnæ Domini, ſequentes doctrinam Anton. de Burt. in cap. ſuper quibuſdam de Verb. ſignificat. in fine.

19 Ratio ſecundæ ſententiæ.

Vera interprætatio iuris non eſt extenſio.

Graffius. Coriolanus. Duardus. Ant. de Burt.

20 Notandum tertiò: Non omnes Principes, ſiue Barones imponentes nouas gabellas incidere in excommunicationem, ſed ſolum, qui illas imponit in caſibus in Iure non conceſſis; Quare illi, qui noua pedagia, ſiue gabellas in terris ſuis inſtituunt, vel augent, & exigunt in caſibus à iure permiſſis, vel quando facultatem habent à ſuperioribus,

20 In quib. caſibus non incurritur excommunicatio.

bus, vel ab Apoſtolica ſede non ſunt excommunicati virtute huius canonis, prout ex verbis eiuſdem canonis expreſsè declaratur: Quare ex communi Doctorum ſententia quatuor requiruntur ad licitè imponenda noua pedagia, ſeu gabellas, iuxtà numerum quatuor cauſarum, quarum Prima deſumitur ex cauſa efficiente.

21 *Primo reſpectu cauſæ efficientis.* *Principes abſoluti non incurrunt.*

Ideòque dico primò: Principes magni non recognoſcētes in temporalibus aliquem Superiorem, ad quem ab ipſis admitti poſſet legitima appellatio ſententiæ, prout ſunt Imperatores, & Reges, alijque Principes abſoluti, vti eſt Dux Subaudię, & Florentiæ, alijque ſimiles, etiam ſi habeant vtile dominium, & ſint feudatarij, dummodo ſint Principes abſoluti, non recognoſcentes aliquem Superiorem in temporalibus, imponentes noua pedagia, ſeu gabellas non incidere in hanc excommunicationem canonis, eò quod non comprehendantur in hac clauſula, nam iure hoc illi permittitur, prout patebit ex rationibus, & auctoribus ſtatim citandis.

22 *Reſpublicę liberæ non incurrunt.* *Ratio aſſertionis.*

Similiter etiam Reſpublicæ liberæ, vt Venetarum, & Ianuenſium, aliæque ſimiles Reſpublicæ, & Ciuitates ſupremam habentes auctoritatem, vt Luccenſes, & huiuſmodi, quæ licitè ſecundum iura poſſunt quandòque occurrente caſu rationabili gabellas ſoluendas imponere ſine labe excommunicationis: & ratio huius eſt, quia cum huiuſmodi Reſpublicæ, & Principes abſoluti ſupremam habeant facultatem circa regimen, & adminiſtrationem ſuarum Ciuitatum; & impoſitio gabellarum ſit effectus iuriſdictionis ſupremæ, ideoque tales gabellas imponentes non incidunt in excommunicationem huius canonis, cum non faciant contra Ius, eò quod in Iure nulla exſtat prohibitio facta circa huiuſmodi Principes, & Reſpublicas abſolutas: Ità Vgolin. de cenſ. p. 2. c. 5. §. 1. Verſ. 5. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 6. p. 3. n. 1. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 4. n. 104. *Vgolinus. Bonacina. Filliucius.*

23 *Concilij generale. Summus Pontifex poteſt talem facultatem alijs concedere.*

Quod idem dicendum eſt de Concilio Generali, & multo magis de Summo Pontifice, qui non ſolum interris ſubiectis Apoſtolicæ ſedi verùm etiam in alijs ſubiectis Principibus temporalibus poſſunt huiuſmodi gabellas licitè imponere, directè quidem in terris ſibi temporaliter ſubiectis, indirectè autem in alijs in ordine ſcilicet ad bonum ſpirituale alicui Regni, vel Prouinciæ concedendo facultatem Dominis illarum, vt poſſint licitè talem gabellam pro bono ſpirituali inſtituere in terris ſuis ſine incurſione cenſuræ: Ità communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati, quibus addo D. Antoninum 2. p. tom. 1. c. 13. §. 7. Nauar. c. 27. n. 61. Viuald. in candel. p. 2. in expoſit. huius can. caſu 5. n. 36. & colligitur ex c. ſuper quibuſdam de verb. ſignificat. *D. Anton. Nauar. Viualdus. C. Super quibuſdam de verb. ſignific.*

24 *Alij Principes, & Ciuitates quomodo poſſunt gabellas imponere.*

Ex quo ſequitur: alios Duces, Comites, & Barones, Marchiones, Principes, alioſq; Dominos temporales, poteſtatem ſupremorum Principum non habentes, non poſſe nouas gabellas licitè imponere in caſibus ſibi in Iure non permiſſis ſine incurſione talis excommunicationis, latæ ſententiæ, & Summo Pontifici reſeruatæ. In Regno autem Neapolis, & Siciliæ omnes ciuitates Regni, atque Barones poſſunt imponere gabellas, habito prius conſenſu ciuium per Conſilium, & confirmatum aſſenſu Regio: Ità Tolet. in ſum. lib. 1. cap. 22. n. 10. ad finem, Bonac. cum alijs ſupra citatis, & Coriolanus in expoſit. huius canonis §. 2. circa finem. *Toletus. Bonacina. Coriolanus.*

25 *Secundo requiritur cauſa finalis iuſta.* *Impetratio ſurreptitia non excuſat.*

Secundo requiritur iuſta cauſa, & publica neceſſitas, vel vtilitas illius Ciuitatis, in qua gabella ſit inſtituenda, cui neceſſitati aliter prouideri non poſſet ex ordinarijs ſumptibus, ſiue redditibus: Si non enim adſit iuſta cauſa talis gabella licitè inſtitui non poteſt: Quare quando impetratur conceſſio, & aſſenſus ciuium cum confirmatione Regij fiſci, ſi talis cauſa non adſit, & falsè impetretur, non excuſarentur huiuſmodi imponentes ab incurſione huius cenſuræ: quia cauſa finali non exiſtente nulla erit huiuſmodi impetratio, cum ſit ſurreptitia, nulliuſque valoris.

26 *Tertio requiritur cauſa formalis.*

Tertiò requiritur cauſa formalis ex parte, & iuſtitia ipſius legis, vt videlicet imponatur gabella, iuxta quantitatem, & neceſſitatem rei occurrentis, iuxta facultates Ciuium, ſeruetūrque iuſtitia diſtributiua, & tantummodo duret, & exigatur durante tali neceſſitate, & inſumatur cum effectu pro ea re, pro qua fuit impoſita, iuxta conſenſum Ciuium, & conceſſionem impetratam: prout benè aduertit Filliuc. d. tom. 1. tract. 16. c. 4. num. 104. & num. 106. *Filliucius.*

27 *An ex defectu iuſtitiæ incurratur excommunicatio.* *Prima opinio Suarez. D. Anton. Syluester. Angel. Tabien.*

An autem ex defectu talis iuſtitiæ incurratur huiuſmodi excommunicatio huius canonis? controuerſia eſt inter Doctores: Alij enim affirmant, vt Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. num. 37. ſequens opiniones antiquorum Doctorum, vt D. Anton. 2. p. tom. 1. cap. 17. §. 7. Syluest. Verbo Gabella 3. num. 7. Angel. & Tabien. aliorumque veterum Summiſtarum eodem verbo, quorum ratio eſt, quia in canone huius Bullæ non ſolùm excommunicantur ij, qui poteſtatem non habent, ſed etiam ij, qui in caſibus ſibi non permiſſis gabellas imponunt: ergo etiam ſi alias habeant poteſtatem ad eas imponendas ſi ea vtantur in caſibus ſibi non permiſſis contra hanc prohibitionem agunt, ideoq; hanc cenſuram videntur incurrere.

28 *Secunda ſententia.* *Rationes ſecundæ ſententiæ.*

His tamen non obſtantibus, alij recentiores contrarium exiſtimant, dicentes: Imponentes nouas gabellas non incurrere in hanc excommunicationem, niſi ex defectu poteſtatis, & non ex defectu ſolius iuſtitiæ, eo quia eæ ſolùm dicuntur iure prohibitæ ex d. capit. ſuper quibuſdam de verb. ſignificat. tùm, quia rectè potuerunt ſecundum tenorem præſentem verba illa canonis [*Præter quam in caſibus ſibi a iure non permiſſis*] intelligi de caſu, in quo adſit poteſtas: Tùm, quia deficientes in ſola iuſtitia non reputantur communiter incidere in Bullam, quamuis peccent mortaliter faciendo contra iuſtitiam, non tamen ſunt excommunicati, quia in pœnalibus non eſt facienda extenſio pluſquam verba ſonant: Ità Tolet. in ſum. lib. 1. cap. 22. num. 10. & Nauarr. capit. 27. num. 61. Sayr. de cenſ. lib. 3. capit. 9. num. 7. alijque recentiores, quos ſequitur Filliuc. tom. 1. tract. 16. capit. 4. num. 105. *Toletus. Nauarrus. Sayrus. Filliucius.*

29 *Quarto requiritur cauſa materialis, quæ duplex eſt.* *Primo ex parte materiæ.*

Quartò requiritur cauſa materialis, quæ dupliciter conſiderari poteſt: Primò ex parte materiali, ſeu rei propter quam imponitur gabella, & ita ſolummodo licet illam imponere de his rebus, quæ cauſa negotiationis, vel mercemonij deferuntur, quare de his, quæ quis facit portare pro neceſſitate ad vſum ſuæ vitæ, vel familiæ, non poteſt licitè, & iuſtè imponi, aut exigi gabella: prout ex leg. omnium C. de vectigalibus habetur, nec valet conſuetudo in contrarium ſecundum Hoſtienſ. in c. ſuper quibuſdam de verb. ſignificat. Ità Angel. *Angelus.*

Verbo

Digitized by Google

Tabiena. Caietanus. Sayrus. Duardus. Coriolanus.

Verbo Pedagium n. 3. Tabiena n. 4. Caiet. Verbo excommunicatio cap. 71. Sayrus de cenſ.lib.3.c. 9. n. 6. Duardus lib.2.cenſ. 5. huius Bullę q.5.n.5. & Coriolanus ibi §.3.alijque expoſitores communiter.

30 Secundò ex parte ſubiecti. Eccleſiaſtici ſunt exemtes à gabellis.

Secundo cauſa materialis conſiderari poteſt ex parte ſubiectorum, ſeù perſonarum, quibus datium, ſeu gabella oluenda imponitur, quare prohibitum eſt per ſacros canones gabellas imponere, vt eas Eccleſiaſtici ſoluere teneantur, ſine expreſſa licentia Summi Pontificis, quæ non debet concedi, niſi aliqua vrgens, & rationabilis cauſa intercedat, aliàs facientes, taleſque gabellas ab Eccleſiaſticis perſonis exigentes, eſſent ipſo facto excommunicati, faciendo contra Eccleſiaſticam libertatem, de qua dicendum eſt in decimooctauo canone huius Bullæ: Et hæc de expoſitione huius præſentis canonis huius Bullæ dicta ſufficiant.

DE EXCOMM. CANONIS VI. contra falſificantes litteras Apoſtolicas.

CAP. VI.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, aut ſupplicationum, gratiam, vel iuſtitiam continentium, per Romanum Pontificem, vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarium, ſeù gerentes vices eorum, aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatarum: Nec non falsò fabricantes litteras Apoſtolicas, etiam in forma breuis: Ac etiam falsò ſignantes ſupplicationes huiuſmodi ſub nomine Romani Pontificis, ſeù Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.

Expoſitio Canonis VI.

1 Tres actiones prohibentur in hoc canone. Prima actio.

QVoniam in hoc præſenti canone huius Bullæ, tres actiones ſub pœna anathematis prohibentur, quarum Prima eſt ipſa falſificatio Bullarum, ſeù litterarum Apoſtolicarum, ſiuè in forma breuium, ſiuè ſupplicationum, ſiue gratiam, ſiuè iuſtitiam continentium: addendo, vel ſubtrahendo aliqua verba, quæ ſenſum intentum à concedente varient: (Secũda actio.) Secunda actio eſt ipſa falſa fabricatio dictarum litterarum Apoſtolicarum: & (Tertia actio.) tertia eſt ipſa ſignatio litterarum ementito ſigillo eiuſdem Romani Pontificis, vel eius vicem gerentis: prout ex verbis ipſius canonis manifeſtum eſt: Ideòque in hoc præſenti capitulo tria veniunt ſpecialiter conſideranda, & explicanda.

2 Tria veniunt conſiderãda.

Primò, quid veniat ſub nomine Bullarum, aut ſupplicationum Apoſtolicarum, quarum falſificatio ſub pœna anathematis ipſo facto incurrenda prohibetur: Secundo quæ nam ſit materia huius excommunicationis, & quænam actiones inhibeantur, & quid nomine falſificationis veniat: & Tertio tandem, quid ſit ſubiectum, in quo cadit iſta excommunicatio .i. Quæ nam perſonæ virtute huius canonis excommunicantur, de quibus omnibus per ſingula dicendum eſt.

3 Apoſtolicæ litteræ quæ dicantur. Quare dicuntur Apoſtolicæ.

Quare circa primum dicimus breuiter, quòd Apoſtolicæ litteræ dicuntur reſcripta emanata a Romano Pontifice, quibus decernitur, mandatur, aut conceditur aliquod ad iudicium, & poteſtatem iuriſdictionis Summi Pontificis ſpectans; ideòque tales litteræ dicuntur Apoſtolicę, quoniam ab ipſa Apoſtolica ſede emanant: nam Romanus Pontifex, tanquam Chriſti Domini Vicarius, & ſucceſſor Petri eiuſdem Apoſtolicæ ſedis primatum tenet: Quæ quidem reſcripta, partim dicuntur litteræ Apoſtolicæ ſimpliciter, & partim Breuia Apoſtolica, ſiuè Bullæ.

4 Quæ differentia eſt inter Breuia, & Bullas, & quare ita appellentur.

Hæc eſt autem differentia inter Bullas, & Breuia, quòd Bullæ dicuntur illæ, quę bulla plumbea expediuntur, & bullantur pendente ex eius charta, in qua ſunt impreſſæ effigies capitum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod fit ad differentiam Breuium, quæ ſola cera rubea annulo piſcatoris ſignantur, dictaque ſunt Breuia, quoniam breuioribus verbis adſcribi ſolent: prout colligitur ex lege Inter C.de conuent.Fiſci lib.10.Ita Felinus in Rub. de Reſcriptis n. 8. verſic. Breuia,Vgol. in hoc canone n.1. Bonac.tom.3. D.1.q.7.p.1.n.1. (Lex inter c de conuent. Felinus. Vgolinus. Bonacina.)

5 Supplicationes Pontificiæ, quæ dicantur?

Supplicationes autem ſunt petitiones illæ, quæ fiunt Pontifici Romano ad obtinendam gratiam, ſiue iuſtitiam, quæ ſupplicationes factæ deindè confirmantur à Pontifice per ly, *fiatur verbum Papale*, & expediuntur per reſcripta, ſigillata annulo piſcatoris, ex mandato ipſius Papæ, ſiuè Vicecancellarij, vel alterius illorum vicem gerentis, (Concluſio.) Quicumque ergo huiuſmodi ſupplicationes, ſiuè Bullas, ſiuè Breuia, aut reſcripta ipſius Romani Pontificis alterauerit, ſeu falſificauerit, eſt ipſo facto excommunicatus virtute huius canonis, cuius abſolutio tantummodò ipſi Romano Pontifici eſt reſeruata, niſi delinquens eſſet in mortis articulo: Ita Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. num. 45. & Reginald. lib. 9. capit. 17. num. 187. Sayrus de cenſ. lib. 3. cap.10. num. 9. Bonac. tom.3. D.1. q.7. p.1. num. 1. (Suarez. Reginaldus. Sayrus. Bonacina.)

6 Falſificantes aliarum litteras non ſunt excommunicati.

Ex quo ſequitur, quòd falſificantes cæteras litteras, quæ non ſint eiuſdem Apoſtolicæ ſedis, vt Sacræ Congregationis Cardinalium Pœnitentiariæ, Nuntij Papæ, ſiuè etiam ipſius Legati à latere non eſſe excommunicatos virtute huius canonis, eò quod tales litteræ nõ comprehenduntur ſub nomine litterarum Apoſtolicarum, aut Vicecãcellarij, ſed nomine illarum, quæ expediuntur ab eorum commiſſarijs: In hoc autem Canone ſolummodò excommunicantur falſificãtes Apoſtolicas litteras, ſiuè Breuia, non autem aliorum tribunalium, & in pœnalibus non eſt facienda extenſio pluſquam verba ſonant: Ita Nauarr. c.27. n.61. Suarez ſupra n. 49.Reginald. n.289. Graff. p.1. Deciſ.lib.4. c.18. n. 96. Tolet.lib.1. c.3. n.2. Bonac.tom.3.D.1.q.7.p.1. n.2. Vgolin. Duard.& Coriol. in expoſit.huius can. (Nauarrus. Suarez. Reginaldus. Graffius. Toletus. Bonacina. Vgolinus. Duardus. Coriolanus.)

7 Materia huius excommunicationis, quę. Actiones prohibitæ ſunt tres.

Quo ad ſecundum de materia huius excommunicationis dicimus: Eſſe ſacrilegium, quo offenditur auctoritas Apoſtolicæ ſedis in falſificatione ipſius litterarum in forma breuium, ſiue ſupplicationum ab ipſa Apoſtolica ſede emanatarum: actiones verò principales, quibus tale ſacrilegium committi poteſt, quæ in hoc canone prohibentur ſub pœna excommunicationis ſunt tres: (Prima.) Ipſa videlicet falſicatio litterarum Apoſtolicarum per additionem, vel ſubtractionem aliquorum verborum mutantium in totum, vel in partem ſenſum intentum à concedente: (Secunda.) Secunda ipſa ſignatio earundem ſupplicationum ſub nomine Papæ, ſiuè Vicecancellarij, vel alterius vices eorum gerentis; (Tertia.) & Tertia ipſa falſa fabricatio litterarum Apoſtolicarum etiam in forma Breuis.

8 Quibus modis litteræ Apoſtolicæ falſificari poſſunt. Primo modo.

Hæc autem multipliciter fieri poſſunt: Primò addendo, vel minuendo ſcribendo, vel ſubſcriuendo, quare quando per talem additionem, ſiuè ſubtractionem, &c. redduntur litteræ ex inualidis validæ aut ex validis magis validæ, etiam ſi minima

ſit talis mutatio, quamuis vnius litteræ, vel puncti incurritur excommunicatio, eò quia talis mutatio exiſtimetur ſubſtantialis: Si verò nullum damnum, vel vtilitatem afferat huiuſmodi mutatio probabile eſt non incurri, quia tunc tantum eſſet accidentalis mutatio: Cauendæ tamen ſemper ſunt tales mutationes, cum ſint odioſæ, & ſuſpectæ; prout benè aduertit Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 8. num. 189. citaus Angelum, Tabien. Nauar. & Toletum, ſequiturq; Sayr. de cenſ. lib. 3. c. 10. n. 11.

Filliucius. Angelus. Tabiena. Nauarrus. Toletus. Sayrus.

9 Secundo modo. Tertio modo. Quarto modo. Quinto modo. Sexto modo.

Quod etiam ſecundo modo fieri poteſt radendo leuiter ſcripturam, ſecundo, aut lauando, vt aliquid loco illius addatur de nouo, quod antea non erat: tertio ſecando, lacerando, aut conglutinando papyrum ad falſificandam ſcripturam in ea contẽtam, quarto ſigillum verum, litteris falſificatis apponendo: quinto fabricando falſas litteras, aut ſignando falsò ſigillo, vel etiam verò ſine conſenſu illius ad quem ſpectat: ſexto comprehenduntur etiam artifices, ſiuè fabri bullarum, qui talia ſigilla falsò fabricata alicui priuato donant, aut vendunt ad ſabricandas litteras falſas: & ſeptimo fabricantes annulum Piſcatoris ementito vero, ad falſificandas litteras Pontificias: Ità Duard. in expoſit. huius canonis q. 1. n. 4. Coriol. ibi. §. 3. Suarez, Sayrus, Vgolinus, Reginaldus, locis ſupra citatis, cum Bonacina tom. 3. D. 1. q. 7. p. 1. n. 4. & alij.

Septimo modo. Duardus. Coriolanus. Suarez. Sayrus. Vgolinus. Reginaldus. Bonacina.

10 Quando litteræ Apoſtolicæ exiſtimantur falſificatæ.

Ex quo ſequitur, quod ad hanc excommunicationem incurrendam requiritur doloſa falſificatio litterarum Apoſtolicarum aliquo modo ex ſupradictis, ſiuè in totum, ſiuè in partem: Quare falſificantes litterarum Apoſtolicarum dicuntur illi, qui dolosè immutauerunt veritatem in eis contentam, cuius additione, vel detractione ſenſus verborum a Summo Pontifice intentus aliquomodo varietur, ſeu alteretur, etiam per additionem, vel detractionem alicuius paruæ particulæ: & ratio huius eſt, quia per talem mutationem grauis iniuria irrogatur ipſo Summo Pontifici, cuius auctoritas per talem mutationem contemni videtur, quæ ſufficiens eſt ad excommunicationem incurrendam: prout benè obſeruat Alterius lib. 5. de cenſ. D. 7. c. 2. verſ. cum enim, & Bonac. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 2. n. 5.

Ratio aſſertionis. Alterius. Bonacina.

11 In quo caſu excommunicatio non incurritur. Non eſt attendenda verborum quantitas.

Secus autem dicendum eſſet: ſi aliquis aliquando corrigeret aliquam litteram, vel punctum, quæ non mutent ſenſum intentum à Pontifice, maximè quando talis additio facta eſſet ſine dolo, aut alterius damno, eò quod tunc talis non diceretur alteratio ſubſtantialis, ſed accidentalis, ideóque in hac materia non eſt attendenda verborum quantitas, quæ additur, vel detrahitur, ſed ſignificatio: nam fieri quandòq; poteſt, vt additione vnius verbi, puncti, vel apicis mutetur ſenſus à Papa intentus, aliquandò verò non mutetur mutatione aliquarum litterarum.

12 Corrigendo errorem grammaticalẽ non incurritur.

Quare, qui errorem grammaticalem aliquando corrigeret, aut etiam, qui verba aliqua addiderit, vel ſubtraheret, quibus additis, vel ſubtractis adhuc remanet ſenſus ſubſtantialis à Papa intentus, tunc excommunicationem præſentis canonis talis non incurreret, eo quod talis mutatio non videtur materia ſufficiens ad incurrendam cenſuram, cum non adſit formalis falſificatio, nec quidquam videtur fieri in caſu contra intentionem Summi Pontificis: Ità Richard. in 4. D. 18. q. 4. A. 12. Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 46. Sayr. de cenſ. lib. 3. c. 10. n. 11. Reginald. lib. 9. cap. 17. n. 288. Graffius tom. 1. deciſ. lib. 4. c. 18. n. 92. Nauar. c. 27. n. 62. Tolet. lib. 1. c. 18. n. 5. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 2. n. 4. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 8. num. 189. Duardus in hoc canone quæſt. 7. & Coriolanus ibi, alijq; expoſitores.

Richardus. Suarez. Sayrus. Reginaldus. Graffius. Nauarrus. Toletus. Bonacina. Filliucius. Duardus. Coriolanus.

13 Oppoſita ſententia aliquorum.

Sunt autem nonnulli Doctores, qui volunt, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem in falſificatione literarum Apoſtolicarum, vltra dolum requiratur damnum intentum contra tertium: Ità enim ſentire videntur Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 45. Graff. p. 1. deciſ. lib. 4. c. 18. n. 85. Caietanus Verbo falſarius; Duard. in hoc canone q. 5. n. 3. & q. 10. n. 7. Quare ſecundum iſtos Doctores: ſi quis tantummodo aliquam particulam dictarum literarum ſine dolo, & præiudicio tertiæ perſonę, vel fiſci accomodaret, hanc excommunicationem canonis non incurreret, quia per talem immutationem non auſertur aliquid, quod de iuſtitia alicui deberetur, ideoq; non videtur tali pœna excommunicationis plectendus.

14 Reijcitur, & altera ſententia amplectitur.

His tamen non obſtantibus aliqui oppoſitum exiſtimant: abſolutè dicentes: Quamcumque falſificationem litterarum Apoſtolicarum, cuius additione, vel detractione ſenſus verborum à Pontifice intentus variatur, etiam ſi fortè alicui, vel fiſco graue damnum indè non ſequatur, eſſe prohibitam ſub pœna cenſuræ: & ratio iſtorum eſt, quia alias ſequeretur: nullum peccatum, vel cenſuram incurri per alterationem litterarum Apoſtolicarum, quoties talis alteratio in nullius damnum reſultaret: [Quod quidem falſum eſt] quia in caſu iſte talis vere falſarius exiſtimatur: Nam licèt falſificatio per ordinem ad partem, vel fiſcum grauem iacturam non pariat, per ordinem tamen ad ſuperiorem, cuius auctoritas mediante falſificatione formali litterarum contemni videtur, grauiſque ipſi Pontifici iniuria irrogatur, quæ ſufficiens eſt ad excommunicationem hanc canonis incurrendam: Ità Alterius lib. 5. de cenſ. D. 7. c. 2. ſequiturque Bonac. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 2. num. 5. cum alijs recentioribus, quam opinionem probabiliorem eſſe exiſtimo.

Alterius. Bonacina.

15 Subiectum huius excommunicationis comprehendit omnes fideles vtriuſq; ſexus.

Circa tertium de ſubiecto huius excommunicationis, dicimus breuiter eſſe omnes, & quoſcumq; fideles cuiuſcumque conditionis, vel dignitatis ſint, qui dolosè aliquo modo Apoſtolicas litteras, ſiuè ſupplicationes Summi Pontificis, eiuſque Vicecancellarij, aut ipſorum vices gerẽtium falſificare præſumpſerint in totum, vel in partem, addendo, vel minuendo aliqua verba variantia ſenſum intẽtum à Pontifice, vel ſigillum dictarum litterarum Apoſtolicarum falſificauerit, vel addendo fictum, vel verum ſigillum litteras falſas imprimendo, eo modo vti ſupra declaratum eſt, ipſo facto in hanc excommunicationem incideret: & ratio huius eſt, quia huiuſmodi actiones ſunt ſacrilegæ ſub pœna excommunicationis reſeruatæ, prohibitæ, ideoque excommunicationem latam contra huiuſmodi actionem perpetrantes incurreret, niſi paruitas materiæ, aut inaduertentia aliquando excuſaret eo modo, vti ſupra explicatum eſt.

Ratio aſſertionis.

16 Litteræ particulares Sũmi Pontificis non includuntur in Canone.

Ex quo ſequitur, quòd: ſi quis aliquando falſificaret litteras, quas Summus Pontifex tãquam perſona priuata alicui ſcriberet, vt ſi amico ſcribat, vt ad ſe inuiſendum accedat, vel quid ſimile excommunicationem non incurreret, quia in caſu huiuſmodi litteræ falſificatæ, non dicuntur Apoſtolicæ, cum non ſint factæ nomine Pontificis tanquam ſuperioris, ſed tanquam perſonæ particularis, ideoq; talia perpetrantes non ſunt excommunicati virtute huius canonis, in quo tantummodo excommunicantur falſificantes Apoſtolicas litteras: in pęnalibus autem non eſt facienda extenſio pluſquam verba ſonant: Ita Vgolin. in hoc canon. §. 2. nu. 5. verſ. 6.

Vgolinus.

Digitized by Google

Duardus. Bonacina.

verſ.6. Duard. ibi q.10.nu.15.& Bonac.tom.3.D.1. q.7.p.3.num.10.

17 Mandantes, aut conſulentes non includuntur.

Secundò ſequitur: Conſulentes, aut mandantes falſificationem ſaciendam litterarum Apoſtolicarum non eſſe excommunicatos virtute huius canonis, in quo ſolummodo excommunicantur illas falſificantes, ergo non extenditur ad mandantes, & conſulentes, cum ſimus in penalibus, & odioſis, in quibus non eſt ſacienda extenſio: non enim mandantes,& conſulentes dicuntur litteras Apoſtolicas falſificare ſecundum communem vſum loquendi, licèt ſint cauſa impulſiua, lex autem huiuſmodi non excommunicat, quando de illis nou facit mentionem, quia ſi voluiſſet comprehendere explicaſſet: Ità Filliuc. tom.1. tr.16.c.8.n.187. Graſſ.p.1. deciſ. lib.4. cap.18. nu.95. Duard, in hoc canone c.3.n.3. & Bonac, tom.3. D,1.q.7. p.3.nu.8. alijque expoſitores communiter,

Filliucius. Graffius. Duardus. Bonacina.

18 Mentes litteris falſificatis non comprehenduntur.

Tertiò ſequitur: Neque etiam hanc excommunicationem incurrere illos, qui penes ſe retinent prædictas litteras falſificatas, vel illis ab alijs falſificatis poſtea etiam ſcienter vtautur, eo quia in hoc canone nulla fit mentio de vtentibus, ſed ſolummodò de falſificantibus: Quamuis talibus litteris falſificatis ſciens, vel ignorantia culpabili vtens cõtrahat aliam excommunicationem latam in cap. Falſariorum de Crim. falſi: talis tamen excommunicatio non eſt reſeruata in Bulla Cœnæ: Ità omnes Doctores ſupra citati numero præcedente.

Contrahunt aliam excommunicationẽ falſariorum. C. Falſariorum de Crimine falſi.

19 Impetrantes litteras ſurreptitias, non includuntur.

Quartò ſequitur: Impetrantes litteras Apoſtolicas veras, ſed ſurreptitias, vel quia in ſupplicatione veritatem occultaſſent, qua falſitate cognita Summus Pontifex litteras non conceſſiſſet, ideo tales litteræ cum ſint ſurreptitiæ: nullius ſunt valoris in foro conſcientiæ. Quare talibus litteris ſurrepritijs vtens, quamuis peccet mortaliter, & falſarius dici poſſet, non eſt tamen falſarius litterarum Apoſtolicarum, eò quia huiuſmodi litteræ in ſe non ſint falſæ, quamuis falſa ſugeſtione impetratæ: Ità Suarez de cenſ.D.21.ſect.2.n.50. Nauar.c.27.n.62. Sayrus de cenſ. lib.3. c.10.n.5. Bonac.tom.3. D.1. q.7. num.3. Filliuc, d. tr.16. c.8. nu.185. Sylueſt. Verbo excommunicatio 7. nu.8. Tabien. ibi caſu 5. nu.2. Caiet. verbo excommunicatio cap.26. Viuald. & Tolet. alijque citati à Sayro loc.cit.

Suarez. Nauarrus. Sayrus. Bonacina. Filliucius. Syluester. Tabiena. Caietanus. Viualdus. Toletus.

20 Nomine alterius litteras impetrantes non comprehenduntur.

Similiter etiam dicendum eſt de illis, qui nomine alterius, quod ſibi falſo imponunt, impetrant veras litteras Apoſtolicas, aut ijs vtantur: licèt enim huiuſmodi ſint mendaces, & falſarij proprij, vel alieni nominis, non ſunt tamen falſarij litterarum Apoſtolicarum, qui ſolummodò excommunicantur virtute huius canonis, in quo dicitur: *Excommunicamus Apoſtolicas litteras falſificantes, &c.* Ità Filliuc. loc. cit. nu.186. Duard. q.4.nu.5. Bonac. ſupra n.4. alijque apud Sayrum loco citato.

Filliucius. Duardus. Bonacina. Sayrus.

21 Falſificantes litteræ Apoſtolicæ, licet ſint inualidæ comprehenduntur.

E contra verò falſificantes litteras Apoſtolicas ſubiacere pœnis fulminatis in Canone, etiam ſi forte huiuſmodi litteræ Apoſtolicæ ſint inualidæ ratione ſurreptionis, aut iniuſtitiæ, &c. modo dictæ litteræ ſint completæ, eò quia licèt huiuſmodi litteræ ſint inualidæ: ſunt tamen veræ litteræ Apoſtolicæ falſificatæ: quamuis poſtea talis huiuſmodi litteris falſificatis non vtatur: ſufficit enim ad excommunicationem incurrendam ipſa falſificatio litterarum, quæ conſiſtit in ipſo actu externo falſificationis: &c. Ità Alterius de cenſ. c.4.d.6. Bonac. d. tom.3. D.1. q.7. p.3. nu.7. alijque expoſitores huius canonis: Et hæc de expoſitione huius ſexti Canonis dicta ſufficiant.

Alterius. Bonacina.

DE EXCOMMVNICATIONE CANONIS VII. contra aſportantes arma, aliaque vſui bellico idonea ad infideles.

CAP. VII.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, alioſq; Chriſtiani nominis hoſtes, & inimicos, vel Hæreticos per noſtras, ſiue huius Sanctæ Sedis ſententias expreſſè, vel nominatim declaratos deferunt, ſeu tranſmittunt, equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, Chalybem, omniaque alia metallarum genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipſo canape, quam ex quacunque alia materia, & ipſam materiam, aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant; nec non illos, qui per ſe, vel per alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentib. in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ Religionis inimicos, nec non Hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciũt: Illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant: Non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, quibuſuis perſonis Principibus Rebus publicis per nos,& Sedem prædictam hactenus conceſſis de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus,

Expoſitio VII. Canonis.

1 Canon iſte in quatuor diuiditur partes. Prima pars.

EXcommunicationis ſententia, quæ in hoc præſenti ſeptimo in ordine canone fulminatur à Pontifice, in quatuor diuiditur partes principales, in quarum Prima excommunicantur omnes, & ſinguli fideles cuiuſcumque ſexus gradus, & conditionis ſint, qui ſubminiſtrare, vel deferre præſumpſerint arma, aliaque omnia, quæ deſeruire poſſunt in arte bellica, ſiue mediatè, ſiue immediatè, quibus infideles, & hæretici, alijq; inimici Chriſtianorum & Catholicorum eos expugnare poſſent; In ſecunda parte inſuper excommunicantur ijdem, qui per ſe, vel per alios de rebus, ſtatum Chriſtianæ Religionis concernentibus eoſdem infideles, & Hæreticos in Chriſtianorum perniciem certiores ſaciunt: In tertia parte etiam excommunicantur ad id quomolibet conſilium, auxilium, vel ſauorem præſtantes: In quarta tandem fit derogatio priuilegiorum hactenus quibuſlibet conceſſorum, quibus concedebatur facultas deferendi dicta prohibita ad infideles, quæ omnia clarè patēt ex verbis illius Canonis.

Secunda pars. Tertia pars. Quarta pars.

2 Quatuor conſiderantur in Canone.

Ideòq; quatuor ſpecialiter veniunt conſideranda in hoc capite: Primo, Quænam ſit materia proxima huius excommunicationis, ſeù quænam actiones hic prohibeantur? Secundo, Quænam ſit materia remota, & ſubiectiua .i. quænam ſint res, quæ deferri ad infideles prohibeantur, & quod ſit ſubiectum in quod cadat dicta excommunicatio? Tertio erga quos homines huiuſmodi actiones prohibitas facere prohibeantur? & Quatto an aliquis excuſari poſſet ab hac excommunicatione incurrenda aliquando titulo priuilegij cõſuetudinis, ſiuè alterius cauſę?

3 Materia huius excõmunicationis, quæ.

Quare circa primum dicimus breuiter materiam proximam huius excommunicationis eſſe ſacrilegium cõtra Chriſtianam Religionem commiſſum, quod crimē contrahitur mediantibus tribus actionibus prohibitis à Pontifice ſub pœna anathematis: quarum Prima eſt ſubminiſtrare arma, aliaq, vtenſilia ad bellum apta hoſtibus Chriſtianorum, ne tali adminiſtratione potentiores fiant contra fideles;

Tres actiones prohibẽtur in Canone.

Se-

Secũda eſt huiuſmodi Chriſtianorum inimicos certiores facere de ijs, quę agũtur in Ciuitatibus Chriſtianorum, vt eos opprimant: & Tertia eſt eiſdem infidelibus dare auxilium, ſiuè fauorem, ſiuè conſilium cõtra Chriſtianam Rempublicam: ex qualibet autem actione iſtarum dno committuntur peccata, vnum ſacrilegij, alterum iniuſtitiæ: quia quælibet iſtarum actionum eſt contra Religionem Catholicam, ideòq; eſt Sacrilega, & iniuſta: Ita Caiet. Verbo excommunicatio c.20.Sayrus de Cenſ.lib.3. c.11, num.2., Filliuc.tom.1. tr.16.c.6. num.127., & Bonac.tom.3.D.1.q.8. p.1. nu.5., citans Azorium, Reginaldum, & Medinam.

Quælibet actio duo includit peccata.

Caietanus. Sayrus. Filliucius. Bonac. Azorius. Reginaldus. Medina.

4 Circa autem primam partem eſt primò notandũ excommunicationem iſtam fulminatam fuiſſe in Iure Canonico à diuerſis Pontificibus ante proceſſum huius Bullæ; quare Alexander Papa III. qui Sedit in Pontificato anno Domini 1159. & refertur in cap. Ite quorundam de Iudæis, vbi excommunicantur deferentes arma, ferrum, & lignamina galearum, aliaq; apta ad impugnandos Chriſtianos infidelibus, illiſq; auxiliantes in arte bellica, & piratica: Deindè Innocentius III. qui ſedit in Pontificato anno Domini.1198. in c. Ad liberandum, de Iudęis excommunicauit omnes illos, quos Alexander excommunicauit, & inſuper excommunicat eos, qui dant fauorem, aut conſilium infidelibus, eiſq; ſubminiſtrant neceſſaria ad pugnã contra Chriſtianos.

Antiquitas huius excommunicationis Alexander Papa III.

Innocentius III.

5 Inſuper Clemens III. in cap. quod olim, de Iudæis excommunicauit omnes illos, qui tempore belli cum Saracenis commercium habent, aut per ſe, aut per alios ſubſidia, vel conſilia illis impedunt tempore belli inter illos, & fideles; Quod etiam fecit poſtea Clemens Papa V. in extra: Multa mentis, de Iudæis: vbi renouat prædictas excommunicationes, & inſuper excommunicat eos, qui victualia, aliaq; quæcumq; mercimonia in loca Saracenorum deferre, mittere, vel portare, ſeu de portibus eorum, vt eiſdem deferantur extrahere, vel extrahi permittere, aut eis aliàs auxilium, vel fauorem pręſtare quoque modo præſumant ſub pæna excommunicationis reſeruatæ præter alias pœnas illic oppoſitas.

Clemens III.

Clemens V.

6 Tandem à tempore Martini V. vſque ad noſtra tempora quolibet anno in feria 5. maioris hebdomadæ huiuſmodi excommunicatio promulgari, & renouari conſueuit in proceſſu huius Bullæ, quæ licèt in multis conueniat, in aliquibus autem differt: conueniunt enim excommunicationes illæ latæ in Iure cum præſenti Canone huius Bullæ; in omnibus enim prohibetur, ne ad infideles, vel hæreticos alioſq; inimicos Chriſtiani nominis ea deferantur, ſeù ſubminiſtrentur, quibus potentiores fieri poſſent in bello ad pugnandum contra Catholicos.

Martinus V. poſuit in Bulla Cœnæ. In quo conueniat Bulla Cœnę cũ alijs iuribus.

7 Differt autem excommunicatio iſta ab alijs, quæ latæ ſunt in Iure; Nam in aliquibus ex illis prohibẽtur etiam victualia, & merces, ne ad infideles tranſmittantur à Chriſtianis per ſe, ac directè, quatenus talia ſunt, etiam ſi non deferantur animo adiuuandi infideles ad impugnandos Catholicos, ſed ob alios quoſcumq; fines, vt negotiandi, ſeu lucrandi cauſa &c. In hoc autem Canone huius Bullæ tantummodò per ſe, & directè ſpecialiter interdicitur dilatio rerum, quæ præordinantur ad bellum, quatenus tales ſunt: victualia autem, & merces prohibentur in genere, quatenus ſubminiſtrantur intentione formali, vel virtuali, vt ex illis rebus infideles adiuuentur in bello ad impugnandos Chriſtianos.

In quibus differt. Prima differentia.

8 Secundo differt, quia in Canone huius Bullæ ea deferri prohibentur ſub excommunicationis ſentẽtiam, cuius abſolutio eſt ſolummodò reſeruata Summo Pontifici cum derogatione priuilegiorum, hactenus cõceſſorum: In alijs autem iuribus ſolummodò facta erat prohibitio ſub excommunicatione ſimplici, quæ non vbique erat reſeruata, ſed in quibuſdam inflicta erat pœna temporalis, vt in Bulla Innocentij III. in c. ad liberandum de Iudeis.

Secunda differentia.

Tertio In Bulla Cœnæ excommunicantur illi, qui certiores faciunt infideles, aut hæreticos, alioſque inimicos Chriſtiani nominis de rebus pertinẽtibus ad ſtatum Chriſtianorum, & Catholicorum in eorum damnum, & perniciem, qui tamen in illis conſtitutionibus non excommunicabantur: Inſuper in Bulla Cœnæ expreſsè prohibetur, ne vlla ratione prædicta arma ad huiuſmodi infideles, aut hæreticos deferantur, cum tamen olim ad nonnullos infideles, & Saracenos licebat tempore pacis ea differre ſaltem ante conſtitutionem Clementis V. 9

Tertia differentia.

Quarta differentia.

Notandum eſt autem, quod licèt excommunicationes iuris, & huius Bullæ in aliquibus differant, non multiplicantur tamen iuxta numerum conſtitutionum, quę pro eodem opere excommunicationem infligunt: Nam licèt Summus Pontifex idem ſcelus ſub excõmunicationis pœna ſæpè prohibeat, non tamẽ intendit multiplicare excommunicationes iuxta conſtitutionum numerum, ſed hoc agit addendo aliquam circumſtantiã, vel prædictas renouando ad maiorem timorem incutiendum, vt homines magis à contumacia retrahat, ideoq; illas violans vnam tantummodò excommunicationem incurret, vnaq; ſola abſolutione indiget: Quare in hac Bulla ſolummodò additur reſeruatio cum derogatione priuilegiorum: ità Duard. in expoſit: huius Canonis: q.1. à n.18. vſq; ad 21 incluſiuè. 10

Notandum ſecundo excõmunicatio Cœnæ non multiplicatur in eodem crimine per aliã lata in iure.

Duardus.

Notãdum tertiò circa ſecundam actionem prohibitam; in qua excommunicantur illi, qui certiores faciunt infideles de rebus concernẽtibus ad ſtatum Religionis Chriſtianæ in ijs, quæ reſultant, vel reſultare poſſunt cõtra fideles, & hęc quidem actio prohibetur per ſe, & directè, quare contra facientes excommunicationem incurrunt, non ſolùm reuelantes per ſe immediatè, ſed etiam illi, qui ſunt cauſa, vt alter ea reuelet, modo reuelatio vera indè ſequatur, ideoq; in Canone additur particula illa [*Quomodolibet*] quæ refertur ad omnes actiones præcedentes prohibitas, ideòq; tales cooperatores huiuſmodi reuelationis ſunt excommunicati: quare deferentes litteras in quibus rationabiliter ſuſpicatur reuelationem huiuſmodi ſecreti contineri, ſubijciuntur huic cenſuræ, ſicut mittentes litteras. Ità Vgolin: in hoc Canone num.3. Duard.q.31.num.2. Alterius lib.5.de Cenſ. D.8.c.10.col.2., Filliuc.tom. 1.tr. 16. c.6.q.10. num.154., & Bonac. tom.3. D.1. q.7. p.1. num.4. 11

De ſecunda actione prohibita in Canone de ijs, qui certiorẽ faciunt infideles.

Quomodolibet releuantes.

Deferentes litteras comprehẽduntur.

Vgolinus. Duardus. Alterius. Filliucius. Bonacina.

Notandum quartò circa tertiam actionem, quòd etiam ſub hac cenſura excommunicationis includuntur ij, qui conſilium, aut fauorem quomodolibet infidelibus præſtant ad impugnandos, & offendendos fideles: Quæ etiam excommunicatio per ſe, & directè contradictos conſulentes, vel auxiliantes infligitur, ideòque in Canone dicitur; *Dantes conſilium, vel fauorem illis ad id*, hoc eſt, in damnum Chriſtianorum. Ità Bonac. loc.cit. num.3. 12

Notandum 4. Dãtes ad hoc cõcilium, vel fauorem per ſe excommunicantur.

Bonacina.

Circa autem ſecundam partem iſtius Canonis duo veniunt conſideranda: Primò, Quæ ſit materia remota circa quam tales actiones prohibeantur: Secundò, Quęnam ſit materia ſubiectiua, ſeù potiùs quid ſit ſubiectum huius excommunicationis: Materia autem prohibita, eſt omne illud, quod ad bellicas actiones conferri, ſeù ordinari poteſt, ſiuè ſint pro- 13

De ſecunda parte huius Canonis. Materia prohibita in hoc Canone: quæ.

proxima inſtrumenta bellica, vt arma, enſes, lanceæ tormenta bellica, & huiuſmodi, ſiuè ſint animalia, vt equi, muli, boues, cameli, aut res aliæ, quibus fieri poſſent inſtrumenta bellica: vt ferrum, chalybs, aurum, argentum, metallum, plumbum, & cætera ſimilia, aut funes cannabis, & quæcumq; alia materia, ex qua funes confici poſſent, quæ ad vſum bellicum poſſunt quomodolibet deſeruire, ceteraq; omnia, quæ in bello ſunt neceſſaria ad expugnandos inimicos fideles: Iſta enim omnia, & ſimilia ſunt prohibita, ne ad infideles tranſmittantur, ne potentiores fiant ad expugnandos fideles, quæ omnia patent ex verbis Canonis, & omnes expoſitores vnanimiter fatentur: Ita Sayrus de cenſ. lib. 3. c. 11. num. 27. Duard. in hoc Canone q. 19. Filliuc. d. tr. 16. c. 6. nu. 134. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 2. alijq; ab ipſis citati.

Sayrus. Duardus. Filliuccius. Bonacina.

14 Perſonæ, quæ in hoc Canone excommunicantur.

Subiectum autem, ſiuè cauſa ſubiectiua huius excommunicationis ſunt omnes, & ſinguli Chriſtiani, cuiuſcumq; dignitatis, & conditionis ſint: nam Canon Bullæ ſimpliciter dicit. [*Excommunicamus omnes*] ideòq; nullus excipitur, qui deferat, vel tranſmittat prædicta prohibita, quæ deſeruire poſſunt ad vſum bellicum, ſiuè immediatè, ſiue mediatè, vel eos certiores faciunt de rebus, quę reſultare poſſunt in damnum fideliũ, etiam ſi huiuſmodi actiones fiant à fidelibus abſque praua intentione non enim carentia prauæ intentionis tollit contumaciã, & tranſgreſſionem præcepti Eccleſiaſtici: Ita Nauar. in c. Ita quorundam de Iudæis notab. 8. nu. 11. & in Man. c. 23. num. 63. Duard. hic q. 2. num. 15. & q. 38. n. 7. & Bonac. d. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 2. n. 9.

Etiam ſine mala intẽtione.

Nauarrus. Duardus. Bonacina.

15 Primum genus perſonarum infideliũ

Circa autem tertiam partem huius Canonis, quæ à nobis in principio fuit propoſita de perſonis, quibus facta eſt inhibitio, ne arma, aliaq; prohibita in Canone ſubminiſtrentur inimicis fidelium Chriſtianorum, dicimus breuiter: Ad quatuor perſonarum genera reduci poſſe: Primò enim expreſsè nominati ſunt Saracęni, ità dicti ſecundum probabiliorem ſententiam à Sarica vrbe Arabiæ, ex qua originem contraxerunt, qui in Alexandria Ægypti, vel etiam in Aſia, & præſertim verſus maritimas partes degere conſueuerunt: qui quidem Saracęni ſunt ſectatores Mahometanæ perfidiæ, ideòq; inimici Chriſtiani nominis, quare à Pontifice rationabiliter quodcumq; auxilium, quod contra Chriſtianos redundare poſſet illis præbere ſub pœna anathematis expreſſe prohibetur.

Saracęni, qui ſint, & vndè dicantur.

16 Secundum genus perſonarum ſunt Turcæ.

Secundum genus perſonarum ſunt Turcæ, ità dicti ab antiquiſſima vrbe, quæ dicebatur Troconia, cuius populi Traconij erant appellati, deindè verò à Scithis, qui Regionem illam habitare cæperunt, dicta Ciuitas Turcia fuit appellata, ideòq; populi illius, ad præſens Turcæ appellantur, qui præcipuè Aſiam minorem incolunt, & iſti Turcæ naturales dicuntur: illi autem, qui habitant in Aſia maiori etiam Turcæ appellantur, ſed non ità propriè, qui modo habitãt per totam Syriam, Meſopotamiam, & Arabiam, aliaſq; Orbis oras, quibus dominatur Ottomanus Imperator Orientalis, qui omnes ſequuntur infeſtiſſimam Mahometicam ſectam, & ſunt Chriſtianorum infeſtiſſimi hoſtes.

Turcæ, qui ſint, & vndè dicantur.

17 Concluſio.

Quapropter nomine Saracęnorum, & Turcarum intelliguntur omnes Mahometicæ perfidiæ ſectatores, qui actu, vel habitu ſunt Chriſti nominis inimici omniumque Chriſtianorum infeſtiſſimis hoſtes: ideòq; Summus Pontifex in hoc Canone prohibuit, & prohibet ſub pœna anathematis, ne arma aliaq; prohibita in dicto Canone ad huiuſmodi Chriſtianorum hoſtes à fidelibus tranſmittantur, ne potentiores fierent ad fideles expugnandos, neq; illis conſilium, aut fauor aliquo quouis modo ad id præſtetur: Ita Nauar. in c. Ita quorundam de Iudæis notab. 4. n. 7. Sayr. de cenſ. lib. 3. c. 11. num. 14. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 3. n. 1. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 6. num. 128. Duard. in hoc Canone q. 3. n. 4.

Nauarrus. Sayrus. Bonacina. Filliucius. Duardus.

18 Tertium perſonarum genus.

Tertium perſonarum genus ſunt alij omnes Chriſtianorum inimici, quocumq; nomine nuncupentur ſiuè ſint Tartari, ſiue Pagani, ſiue Idolatræ, ſiuè Iudæi, habitatores in terris infidelium, qui nomini Chriſti valdè ſunt infeſti, & Eccleſiam acriter impugnare conantur ſi potentia, & viribus valerẽt, quales ſunt nonnulli ex Indis, alijſque Regionibus, quod idem dicedum eſt de Apoſtatis a fide Catholica: qui omnes reputantur tamquam hoſtes omnium Chriſtianorum: ideòq; in Canone generaliter oppoſita ſunt illa verba: *Et omnes alios Chriſti nominis hoſtes:* Ita communiter omnes expoſitores huius Bullæ: quibus addo Reginald. lib. 9. c. 18. nu. 293. & Vgolinum in hoc can. §. 2. num. 4.

Sunt omnes infideles, quocumq; modo nuncupati.

Omnes Chriſtiani nomine hoſtes.

Reginaldus. Vgolinus.

19 Quartum perſonarum genus.

Quartum perſonarum genus ſunt omnes Hæretici, cuiuſcumq; ſectæ expreſſe, vel nominatim declarati à Sede Apoſtolica: ſpecificantur enim iſti, qui quamuis non ſint [propriè loquendo] inimici nominis Chriſti, eò quod Chriſti nomen profiteri videantur: ſunt tamen infeſtiſſimi hoſtes Catholicæ Religionis, eamq; odio habent, & totis viribus impugnare, & extirpare conantur, ideòq; in Canone huius Bullæ ſpecificantur ſaltem à tẽpore Sixti V. vſq; ad tempus præſens, vt patet ex Bullis Summorum Pontificum ſucceſſorum ipſius Sixti V. Pontificis Magni.

Hæretici omnes ſunt infeſtiſſimi hoſtes Catholicæ fidei.

20 Schiſmatici non comprehenduntur.

Schiſmatici autem non comprehenduntur in Canone: nam [propriè loquendo] illi communiter non ſunt hęretici (vt ſupponimus) neq; Chriſtiani nominis hoſtes, ſed ſolummodò ſunt inobedientes Summo Pontifici Romano: cum ergo non ſint expreſſi in Canone, nec explicitè, neq; implicitè, non eſt ad illos facienda extenſio, cum ſimus in pœnalibus in quibus ſtricta facienda eſt expoſitio, & interpretatio: prout communiter dicunt: Bonac. d. tom. 3. D. 1. q. 7. p. 3. nu. 7. & Duard. in hoc canone 7. q. 5. n. 3. Quicquid aliud Viualdus in candelab. ſuo in contrarium ſentire videatur.

Bonacina. Duardus.

21 De cauſis excuſantibus ab incurſione cenſuræ.

Circa tandem quartam partem ſupra citatam n. 2. huius capitis de cauſis excuſantibus ab excommunicatione incurrenda huius præſentis canonis, dicimus breuiter, quòd licèt variæ multæque cauſæ aſſignari ſoleant à Doctoribus, quarum altera ex iſtis mediante excuſentur aliquando fideles, agendo aliquam actionem ex his prohibitis ab incurſione cenſuræ: Nos autem breuitatis gratia ad quinq; capita principalia reducemus: Quarum prima eſt: paruitas materiæ, ſecunda imperfectio actionis: tertia metus grauis, quarta Epijkeia, ſiue interpretatio Iuris, & quinta eſt priuilegium Summi Pontificis de nouo conceſſum: de quibus omnibus breuiter eſt dicendum.

Reducuntur ad quinq; & quæ.

22 Prima eſt paruitas materiæ & quæ ſit.

Prima ergo cauſa excuſans eſt: paruitas materiæ, quæ ſecundum probabiliorem opinionem ſemper excuſat ab incurſione huius cenſuræ: nam ad incurrendam excommunicationis pœnam requiritur grauis culpa, ſed paruitas materiæ excuſat à culpa mortali; ideò ratione paruitatis materiæ datur excuſatio: modo tamen non tantùm numerus, rerum, quæ traduntur, verùm etiam quantitas attendatur, ideòque magna prudentia opus eſt in diiudicanda materiæ paruitate, vel grauitate: vnde illa cenſenda eſt grauis materia, ex qua graue damnum ab hoſtibus iudicio prudentis viri afferri

poteſt:

Nauarrus. Reginaldus. Viualdus. Filliucius. Duardus. Sayrus. Bonacina.

poteſt: leuis vero, ex qua leue damnum timetur: Ità Nau. in cap. Ità quorundam not.8.n.31. de Iudæis, Reginald. lib.9. c.18.n.298. Viuald. in hoc can.7. num:12. Filliuc. tom.1.tr.16. c.6. n.146. Duard. in hoc canon.7. q.15.num.8. Sayr. de cenſ.lib.3.c.11. num.22. & Bonac. tom.3. D.1. q.8. p.4.nu.1.

23 Ex quo ſequitur, quòd ſi quis titulo gratitudinis, vel negotij benè geſti dono daret pugionem, enſem, arcum, aut quid ſimile, alicui infideli, non incurret hanc cenſuram, eò quod talis res eſt paruæ quantitatis, vel potius paruæ vtilitatis infidelibus contra Chriſtianos: ſecus autem dicendum eſt, ſi donaret armaturam integram vnius hominis, vel nauim, vel Triremem, vel æquum, & quid ſimile, quia tunc talis non eſſet exiſtimanda leuis materia, ſed grauis maximè, quando ex traditione talis rei infidelis potentior fieret ad pugnandum contra fideles: prout dicunt communiter omnes Doctores ſupra citati.

Titulo gratitudini quando excuſatur.

Quando materia exiſtimatur grauis, & notabilis.

24 Secunda cauſa excuſans eſt imperfectio actionis prohibitæ in Canone: quare quando talis actio non eſſet adhuc perfecta, & conſummata, non contraheret excommunicationem, quia imperfectio actus excuſat à cenſura incurrenda, eò quia materia cenſurarum eſt pœnalis, & odioſa, ideoq; non eſt amplianda, ſed reſtringenda: nam verba legis cum effectu ſunt intelligenda, niſi aliud conſtet de mente legiſlatoris: Quare ſi quis arma ad infideles detulit, ſed non tradidit, non eſt excommunicatus, quia translatio non dicitur perfecta, niſi res perueniat ad eum, ad quem deſtinata erat: Similiter is, qui mandauit arma, aliaque prohibita ad infideles deferri non eſt excommunicatus, ſi mandatarius re ipſa non detulit, quia effectus non eſt indè ſecutus: Ità Filliuc. d.tr.16.c.6. nu.143. Sayrus de cenſ. lib.3. c.11. nu.17. Nauar. in d.c. Ità quorundam not.8. num.22. & Duard. hic q.10.nu.11. Reginald. nu.298.

Secunda cauſa excuſans eſt imperfectio actionis non adhuc conſumatæ.

Mandans quando excuſatur à cenſura.

Filliucius. Sayrus. Nauarrus. Duardus. Reginaldus.

25 Similiter etiam dicendum eſt de illo, qui reuelat Turcis, aliiſque infidelibus ea, quæ ipſis iam antea nota erant, non ligari hac cenſura, modo nihil noui addat, quod reſultare poſſet contra Chriſtianos: & ratio huius eſt, quia talis non facit actum completum ſub excommunicatione prohibitum, cum in caſu non dicatur certiores facere infideles, nam qui certus eſt de aliquo de eodem certificari ampliùs non poteſt: prout habetur ex Reg. Iur. in 6. Reg. Eum, qui certus eſt: Ità Duard. q.33.nu.2. Bonac. tom.3. D.1.q.8. p.4. nu.5. & alij.

Quando infideles certi erant de tali re non incurritur excommunicatio.

De Reg. Iuris Duardus. Bonacina.

26 Tertia cauſa excuſans, eſt metus grauis damni recipiendi ab infidelibus, niſi tale opus faciat, quando aliter tale damnum euadere non poſſet, tunc enim: Si quis ageret contra prohibita in Canone excommunicationem non contraheret, quia Eccleſiaſtica præcepta [regulariter loquendo] non obligant cum tali graui damno, vel incommodo, quãdo aliter euitari non poteſt: Quare Chriſtiani, qui in Triremibus Turcarum retinentur remigantes contra Chriſtianos metu mortis, ſiue flagellorum adſtricti non ſunt excommunicati, quia tunc violenter adſtringuntur ad actionem ex ſe indifferentem: Quod idem dicendum eſt de ijs, qui naues armis onuſtas, aut artem armis inſtructam metu mortis aufugientes derelinquunt, quamuis per talem fugam dicta arma in manus infidelium inciderent, tunc enim huiuſmodi non eſſent excommunicati, quia non voluntariè, ſed metu mortis id efficiunt: Ità Duard. hic q.13.n.2. Sayrus d.lib.3. c.11. n.18. Filliuc. d.tr.16.c.6. n.152. Bonacina d.tom.3. D.1. q.8. p.4. num.7.

Tertia cauſa excuſans eſt metus grauis.

Remigantes violenter contra Chriſtianos excuſantur.

Relinquentes naues cum armis non incurrunt.

Duardus. Sayr. Filliucius. Bonacina.

Sed difficultas eſt: An, qui vi tormentorum adſtrictus detegit infidelibus ea, quæ ſtatutum Chriſtianæ Reipublicæ concernunt hanc excommunicationem incurrat. 27

De ijs, qui vi tormentorũ reuelant ſecreta Chriſtianorum.

Reſpondetur breuiter diſtinguendo: quòd ſi in caſu poſſet huiuſmodi vi tormentorum adſtrictus vti verbis amphibologijs, & ita eludere infideles, eum interrogantes de huiuſmodi rebus, quarum notitia in perniciem Chriſtianorum reſultaret: tunc teneretur vtique reſpondere, aliter enim faciendo non eſſet excuſatus à peccato, & per conſequens excommunicationem incurreret, quia in caſu non diceretur iſte talis ſecreta reuelare per metum grauem, cum poſſit faciliter tali arte à tormentis ſe liberare.

Reſolutio cum diſtinctione.

Quando vti poteſt verbis amphybologicis, tenebitur vti.

Si verò nequeat eludere, & rationabiliter credat, ſe acriter torquendum ab infidelibus donec ipſis de rebus concernentibns ad ſtatum Chriſtianæ Reipublicę plenè ſatisfaciat, ſecundum probabiliorem ſententiam videtur hanc excommunicationem nõ incurrere, quia in caſu non videtur Eccleſia velle obligare fideles cum tanto diſpendio, quando aliter tormenta euitare non poſſet, nec poſſit verbis amphibologicis infideles eludere: Ità Duard. in hoc can. q.32. n.3. & Bonac. d.tom.3. q.8. D.1.p.4.n.9. 28

Quando verò non poteſt excuſabitur.

Duardus. Bonacina.

Quarta cauſa excuſans: eſt Epykeia, ſiue interpretatio legis, ſecundum mentem legiſlatoris: nam lex non excedit legiſlatoris voluntatem à qua robur, vireſque accipit, quare quando caſus aliquis occurrerit, qui ex circumſtantijs ſuperuenientibus exiſtimetur à legiſlatore non eſſe intentus, qui ſi in caſu de hoc eſſet interrogatus, ſecundum iudicium boni viri reſponderet non habuiſſe intentionem in tali caſu obligandi, & in caſu legem ſuam moderaret, & diſpenſaret, tunc faciendo contra talem legem, eſſet excuſatus à culpa mortali, & per conſequens à cenſura, quando eſſet appoſita: Nam Epykeia etiam ſecundum Ariſtotelem excuſat à lege: Ità Suarez de leg. lib.6. cap.7. n.11. Leſſius de Iuſt. lib.2. c.47. d.9.nu.63. Vaſq. p.2. q.96.A.6. Salas de leg. D.2. ſect.10. & Bonac. tom.2. de leg. D.1.q.1. p.11. n.9. & tom.3. D.1.q.8. p.4.nu.11. 29

Quarta cauſa excuſans eſt Epykeia.

Epykeia excuſat à lege.

Suarez. Leſſius. Vaſquez. Salas. Bonacina.

Ex quo ſequitur, deferentes arma, pecuniam, aliaq; prohibita in canone ad Infideles pro captiuorum redemptione, non incurrere hanc excommunicationem, eò quod in tali caſu per Epykeiam datur interpretatio mentis legiſlatoris nolentis in hoc obligare fideles: nam maius commodum ſentiunt fideles de redemptione captiuorum, quàm de translatione dictarum rerum ad infideles, maximè quando non eſſet in tali quantitate, ex qua reſultare poſſet damnum notabile in bello, quod contra Chriſtianos agunt dicti infideles, nam in tali caſu non liceret ad illos arma deferre: ceſſante tamen tale periculo, non eſſet inconueniens, prout colligitur ex doctrina Innocentij III. in c. ſignificauit de Iudæis, vbi Summus Pontifex declarauit. *Licitum eſſe citra pœnam aliquam res illas, vt ſupra prohibitas deferre ad infideles pro redemptione captiuorum*, Tùm quia vſu receptum eſt, vt captiui redimantur delata ſaltem pecunia, quæ inter prohibita, primum ſibi vendicat locum, ideòque talis caſus videtur per Epykeiam exceptus: Ità Nauar. in c. Ità quorundam de Iudæis, not.8.n.26. Sayr. de cenſ. lib.3.c.11. nu.34. Bonac. tom.3.D.1. q.8. p.4.nu.12. Graff. p.1. Deciſ. lib.4.c.18.n.104. Viuald. in hoc canone.n.16. Duard. ibi q.11.num.3. & 9. Filliuc. tom.1.tr.16.c.6. num.145. 30

Pro redimendis Captiuis non incurritur.

Innoc. III.

Nauarrus. Sayrus. Bonacina. Graffius. Viualdus. Duardus. Filliucios.

Quod idem dicendum eſt: ſi aliquis aliquando neceſſitate adſtrictus pro conſeruatione propriæ vitæ, 31

Neceſſitas quando excuſat per Epikeiam.

Digitized by Google

vitæ, vel recuperatione rerum ſuarum, aliorumque propinquorum, ſiuè amicorum, quando aliter recuperare non poſſet: niſi dando aliqua prohibita infidelibus in mediocri quantitate, ex qua donatione non reſultare poſſet damnum notabile cõtra Chriſtianos, non incurreret in excommunicationem latam in hoc canone; quia non præſumitur ſuperiorem in tali caſu velle obligare cum tanto incommodo: Quod idem dicendum eſt à fortiori quando talis commutatio rerum reſultaret in vtilitatem, vel commodum Chriſtianorum: in his enim, & ſimilibus caſibus: per Epykeiam videtur talis commutatio non eſſe illicita. Ità Sayr. d.lib.3.c.11. nu.34. Filliuc. loc.cit. nu.147. Nauar. lib.2.conſ. de ſent. excomm.conſ.31. Bonac. loc. cit.nu.13.

Quando reſultat in vtilitatem Chriſtianorum.

Sayrus. Filliucius. Nauarrus. Bonacina.

32 Quinta cauſa excuſans, eſt conceſſio expreſſa Summi Pontificis.

Quintus caſus, excuſans poterit eſſe quando quis haberet conceſſionem ſpecialem Summi Pontificis, vt poſſet in aliquo caſu licitè deferre arma, aliaque prohibita in hoc canone ſine incurſione huius cenſuræ, modo in tali priuilegio facta ſit expreſſa mentio huius prohibitionis, alias ſecùs: eò quod in calce huius canonis ſunt verba illa, in quib. dicitur: *Non obſtantibus quibuſcumq; priuilegijs, quibuſuis perſonis, Principibus, rebus publicis per Sedem Apoſtolicam hactenus cõceſſis:* de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.

33 Ratio noſtræ aſſertionis.

Ratio autem noſtræ aſſertionis eſt, quia excommunicatio lata pendet ab intentione, & voluntate Summi Pontificis: Si ergo Summus Pontifex aliquando conceſſerit ex rationabili cauſa alicui priuilegium ſpeciale, vt poſſit ea deferre ad infideles, non obſtante inhibitione facta in canone nulla eſſet difficultas, quin hoc concedere poſſet, quia legitimus Superior, & Legiſlator poteſt in ſuis legib. diſpenſare: *Nam auctor legis poteſt deſtruere legem, & par in parem non habet imperium.* quod, etiam dicitur de ſucceſſore legitimè electo pro tempore exiſtente.

34 Victualia deferentes, in quam excommunicationẽ incurrent.

Verùm eſt tamen, quòd ſi quis deferret merces, aut victualia iiſdem infidelibus aliaque, quæ in hoc canone explicitè, ſiue implicitè prohibita non ſunt, non contraheret excommunicationem latam in hoc canone, ſed aliam, quæ lata eſt in c. Quod olim de Iudæis: & in alia extra: Multa, ſub eodem titulo, prout bene aduertit Bonacina cum alijs locis ſupra citatis: Et hæc de ſeptimo canone huius Bullæ dicta ſint ſatis.

Bonacina.

DE EXCOMMVNICATIONE VIII. Canonis contra impedientes deferre victualia aliaque neceſſaria ad Vrbem.

CAP. VIII.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeù inuadentes eos, qui victualia, ſeù alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur prohibent, impediunt, ſeù perturbant, ſeù hæc facientes defendunt per ſe, vel per alios, cuiuſcumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiam Pontificali, ſeù regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Expoſitio VIII. Canonis.

1 Tria conſiderantur in hoc Canone.

IN hoc Octauo in ordine Canone huius Bullæ tria præcipuè ſunt explicanda: Primo, Quænam ſit materia huius excommunicationis: Secundo quodnam ſit ſubiectum, in quod dicta excommunicatio cadit, & tertio in quibus caſibus excuſantur homines à tali excommunicatione contrahenda: Deindè verba, quæ continentur in Canone ſingula per ſe ſunt explicanda: At quoniam materia huius cenſuræ dupliciter poteſt conſiderari, primo remotè, ſecundo propinquè, ideoque primo loco dicendum eſt de materia remota, poſtea de proxima.

De materia remota huius excommunicationis.

2 Materia eſt Sacrilegium.

Dicimus ergo Primo: Materiam remotam huius cenſuræ, mediante, qua contrahitur excommunicatio eſſe ſacrilegium, quod committitur à fidelibus, offendendo Sedem Apoſtolicam in perſonis exiſtentibus ſub eius protectione ratione victualium, cęterorumque, quę neceſſaria ſunt Romanę Curiæ, cuius perſonę ferè omnes ſunt Eccleſiaſticę, & officiales Summi Pontificis, ideòque ea deferre impediendo Sacrilegium committitur, cuius ratio eſt, quia pręſens canon inſtitutus eſt, in commodum, & vtilitatem Curialium Apoſtolicę Sedi inſeruientium, ideòque per pręſentem Canonem inhibetur, ne Romana Curia in Victualibus, alijſque neceſſarijs offendatur: Nam ſicut Sacrilegium ab eo committitur, qui ſibi bona Eccleſiaſticorum vſurpat, vel ſimilia facit in damnum perſonarum Eccleſiaſticarum: Ità, qui Sedem Apoſtolicam, ſeù Romanam Curiam in ſuis victualibus, alijſque ad ipſius vſum pertinentibus lędit, Sacrilegium committit.

Ratio huius Canonis.

Ita Caiet. in ſum. Verbo excommunicatio c.19. Sayr. de cenſ. lib.3. c.12.nu.2. Regin. lib.9.cap.19. nu.307. Filliuc. tom.1.tr.16.c.7. nu.155. & Duard. in hoc canone q.10.n.3.

Caietanus. Sayrus. Reginaldus. Filliucius. Duardus.

3 Materia proxima huius cenſuræ.

Materia autem proxima iſtius cenſuræ ſunt omnes actiones in hoc canone prohibitæ, quarum actiones aliæ dicuntur principales, aliæ acceſſoriæ: Principales ſunt primo impedire, ſeù inuadere eos, qui victualia, ſeù alia, quæ ad vſum Romanæ Curiæ ſunt neceſſaria adducunt: Secundo prohibere, impedire, ſeù perturbare perſonas, ne prædicta ad Romanam Curiam adducant: Actiones autem acceſſoriæ ſunt per ſe, vel per alias, mediatè, vel immediatè defendere illos, qui prædictas actiones principaliter in canone præſcriptas facere præſumpſerint: Quare quæcumque perſonæ, cuiuſcumque gradus, ſtatus, & dignitatis, & præeminentiæ, ſiue Eccleſiaſticæ, ſiue mundanæ fuerint, quæ contra inhibitiones factas in Canone iniuſtè facere præſumpſerint ſunt ipſo facto excommunicatæ virtute huius canonis.

Actiones principaliter prohibitæ.

Actiones acceſſoriæ.

4 Prima actio eſt impedire.

Vt autem clariùs omnia pateſcant explicanda ſunt primò verba illa quatuor, quæ habentur in Canone, quibus prohibentur huiuſmodi actiones facere, quorum primum eſt: Impedire, quod ſignificat actionem, qua quis alteri obſtat, ſeù detinet, ne ad Romanam Curiam victualia, aliaque neceſſaria adducat, ſiuè impediat per vim, ſiue per metum, ſiuè alio quocumque medio: Nam verbum impedire tribus ſyllabis conſtat: ex In Pes, & Ire, quaſi in pedes, ſeù contra pedes ire: quare, qui cauſa eſt impulſiua, ne huiuſmodi victualia ad Romanam Curiam, adducantur, impedire dicitur: Ità Vgolinus lib. de caſibus Bullæ Cœnæ p.2. in expoſitione huius Canonis nu.1. Alterius D.9.c.4.col.2. Verſ. Item, Bonac.tom.3.D.1.q.9.p.1. num.2.

Impedire, quid ſignificet.

Vgolinus. Alterius. Bonacina.

5 Impedimentum quomodolibet factũ includitur.

Ex quo ſequitur, quod: quicumque mendacijs, metu deceptione, ſiuè precibus, aut blanditijs, ſiuè aliqua alia ratione iniqua in cauſa eſt, vt adducens victualia, aut alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria ab incepto deſiſtat excommunicationem latam in Canone contrahit, eò quod facit vnam ex actio-

Digitized by Google

actionibus in hoc canone inhibitam : ſufficit enim, quòd aliquo modo impediat eos, qui victualia, &c. ad Romanam Curiam portare determinauerant : Ita Duard. in expoſit. huius Canonis, q.2.n.5. Alterius D.8. c.1. col.4. Vgolin. & Bonac. locis ſupra citatis.

Duardus. Alterius. Vgolinus. Bonacina.

6 Secũda actio eſt Inuadere. Inuadere, quid ſit, & quomodo differt ab impedire.

Secundum verbum eſt : Inuadere, quod compoſitum eſt ex In, & vadere : quaſi contra vadere, ſeù ire, quare quicumque impetum, ſiue cum infert, ſeù aggreditur, ſiue irruet in aliquem, vt illum interficiat, ſiue offendat, ſiue damnum, ſiue iniuriam inferat, inuadere dicitur : Cum enim verbum inuado importet vim, ſeù actionem violentam in alium, vt ex etymologia vocis patet, ſequitur, vt omnis, qui violenter impedit, ne victualia adducantur inuadere dicitur : Nam omnis, qui inuadit impedit, ſed non è contra, vndè verbum impedire eſt tanquam genus, inuadere verò eſt eius ſpecies: ideòq; Summus Pontifex poſuit hæc duo verba in Canone excommunicando omnes impedientes, ſiue inuadentes, vt comprehenderet omnes, tam genericè, quàm ſpecifice : Ità Vgolinus loc. cit. nu.6. Duard. ibi, alijque expoſitores huius Canonis.

Vgolinus. Duardus.

7 Tertia actio eſt prohibere. Prohibere, quid ſit, & vnde dicatur.

Tertium verbum eſt : Prohibere, componiturque ex pro, & habeo, ideòque inhibere : auertere, ſeù impedire ſignificat: Differt autem à duobus precedentibus dictionibus in hoc, quod Prohibere verbum generale eſt etiam ante actionem inceptam : Inhibere ſupponit actionem inceptam ; illud auertit, ne quid facere quis incipiat, hoc eſt, ne pergat, ſed potiùs deſiſtat : Quare, Prohibere, (propriè loquendo) ſignificat verbis impedire, ſiue id faciat auctoritate publica, ſiue priuata: In hoc enim caſus iſte differt à præcedentibus, quia in illis excommunicantur impedientes eos, qui victualia iam deferunt, hic autem, qui deſerre volebant, ſed non dum ferre cęperant: Ità Vgolin. in hoc canone §.4. Verſic. Ac etiam num.1. Duard. q.7.n.1. & q.10.n.8. in hoc Canone.

Prohibere quomodo differt à præcedentibus.

Vgolinus. Duardus.

8 Quarta actio eſt perturbare. Perturbare, quid ſit.

Quartum verbum eſt : Perturbare, conſtans ex duabus dictionibus : Per, & Turbo, quaſi valdè turbo, confundo, ſeu commoueo ; Vnde Perturbatio ſecundum mentem Ciceronis lib.4. Tuſc. qq. eſt auertere à recta ratione contra naturam animi commotio: quare ſignificat violenter impedire, ſeù quouis modo obſtare verbis, vel factis : ex quo ſequitur, quòd omnia verba iſta genericè loquendo ſignificant impedimentum, ſiue oſtaculum ponere, ne victualia adducantur ad curiam : Propriè autem loquendo : Prohibere ſignificat impedimentum verbis inferre : Impedire etiam factis : Perturbare autem eſt impedimentum quomodolibet inferre, ſiue id verbis tantùm, ſiue verbis ſimul, & factis : Ideòque ille reuera perturbare dicitur in terminis præſentis canonis, qui timorem incutit, tumultuat, contumelijs infert riſibus confundit, qui bona aliqua promittit, aut largitur, aut quocumque alio modo impedit, ne victualia, aliaque ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducantur: Ità Vgolin. & Duard. loc. ſupra cit. Bonac. alijque expoſitores huius Canonis Octaui huius Bullæ.

Concluſio.

Propria ſignificatio cuiuſcumque verbi Canonis.

Vgolinus. Duardus. Bonacina.

9 Quid nomine victualium veniat.

Quæritur ſecundò : Quid nomine victualium intelligatur ? & Quænam res aliæ neceſſariæ ad vſum Romanæ Curiæ dicantur in Canone.

Reſpondetur : Nomine victualium intelligenda eſſe ea omnia, quæ ad cibum, & potum pro ſuſtentatione humani corporis ſpectant, cuiuſmodi ſunt omnia comeſtibilia, & potabilia, vt panis, frumentum, farina, legumina, cæteriq; fructus terræ, oleum, lac, mel, oua, caſeus, carnes, piſces, Medicinæ, cæteraque comeſtibilia cuiuſcumque generis, & ſpeciei, ſimiliter etiam vina, ceruiſia, cæteriq; liquores potabiles pro ſuſtentatione humanæ vitæ : inſuper, & ligna, ſine quibus veſci prædicta nequeunt, & his ſimilia.

Etiam potabilia, &c.

10 Quid nomine vtenſilium aliorumque veniat.

Per alia autem verba Canonis ſubſequentia vbi dicitur ; aliaque ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria, comprehenduntur veſtes, quæ ad cultum, & indumentum corporis pertinent, ideòque ſericum, ſiue lana, ſiue linum, quibus veſtes confici poſſunt ex quacumque materia, denique quæcumque neceſſaria ſunt ad vitam curialem, & familiæ Summi Pontificis conſeruandam, vt candelæ, papyrus, libri, atramentum, merces, ferrum, cæteraque vtenſilia, non tantùm ſimpliciter neceſſaria, ſed etiam ad bene eſſe: immo ad decentem, & honeſtam curialium recreationem, vt inſtrumenta muſicalia, aliaque ſimilia, quæ omnia comprehenduntur ſub illis verbis : Ità Duard. in hoc canone q.5. Filliuc. d.tr. 16.c.7.n.159. Alterius D.9.c.2.col.2. cœterique expoſitores huius Bullæ.

Duardus. Filliucius. Alterius.

11 Canes Accipitres, Pſittaci, aleæ, & taxilia non comprehenduntur.

Verum eſt tamen, quòd canes accipitres venationi inſeruientes non comprehenduntur, quia non videntur neceſſarij ad neceſſarium, & decorum curialium ſtatum, præſertim cum venatio Eccleſiaſticis non concedatur, quod idem dicendum eſt de ſimijs, pſittacis, taxilis, aleis, alijſque huiuſmodi, quia huiuſmodi non videntur neceſſaria ad decentem Curialium ſtatum, & conſequenter ſi quis impediret, ne præfata ad Romanam Curiam deferantur non ligaretur hac excommunicatione Canonis, quia: *Vbi verba diſpoſitionis Iuris non conueniunt, nec diſpoſitio conuenire debet*, vt habetur in leg.4. §. Tories ff. de damno infecto. Ità Duard. d.q.5. n.4. Vgolin. hic §.4. in fine, & Bonac. tom.3. D.1.q.9. p.1. num.9.

Leg.4. ff. de Damno infecto. Duardus. Vgolinus. Bonacina.

12 Quid nomine Romanæ Curiæ intelligatur.

Quæritur tertiò : Quid nomine Romanæ Curiæ intelligatur in Canone, cuius intuitu ſub excommunicatione prohibetur, ne victualia, &c. deferri impediantur ?

Reſpondetur : Per Romanam Curiam intelligi locum, vbi Sedes Apoſtolica reſidet, & Romanus Pontifex domicilium habet cum familia, Iudicibus, & alijs officialibus pertinentibus ad expedienda negotia Apoſtolicæ Sedis ; cum ergo Romana Curia, dicatur locus ille vbi Sedes Apoſtolica reſidet, ſequitur, quòd ſi quando Romana Curia duobus in locis reperiatur, quando Summus Pontifex ad aliquem locum ſe transferret cum nonnullis officialibus, & miniſtris neceſſarijs pro expeditione negotiorum pertinentium ad Curiam, Nonnulloſque etiam officiales Romæ relinquat ad alias cauſas, & negotia ad Apoſtolicam Sedem pertinentia expedienda, tunc in his duobus locis, dicitur eſſe Romana Curia: prout benè aduertit Bonacina loc. cit. num.11. ſequens Duard. hic q.6.n.3.

Quando Romana Curia dicitur eſſe in duob. locis

Bonacina. Duardus.

13 Inferentia.

Ex quo ſequitur : eum, qui dum Summus Pontifex, e. g. Ferrariæ, ſiue alibi cum ſua audientia, ſiue Curia reperiatur, impediat ad eum locum adduci victualia, aliaque neceſſaria in excommunicationem Canonis incurrere, eò quod ibi tunc reſidet Apoſtolica Sedes : Quod idem dicendum eſt de illo, qui tunc temporis prohibet, eadem Roma defferri abſente Summo Pontifice, modo ipſo abſente Romæ remanſerint alij officiales, & iudices neceſſarij ad expediendas cauſas, pertinentes ad Apoſtolicam Sedem : nam in caſu Curia etiam Romæ exiſtit de licentia eiuſdem Summi Pontificis, cum ea ſit ratio totius, & partis.

Secus autem dicendum eſſet, ſi abſente Summo Ponti-

Limitatio aſſertionis.

Digitized by Google

Pontifice, curia omnimodè transferatur cum eodẽ Pontifice, quia tunc ibi tantùm eſſet locus Apoſtolicæ Sedis, & non alibi, ideòque ſi tunc quis impediret victualia, & cætera adduci Romam, quando ibi non reſidet curia, non eſſet excommunicatus virtute huius Canonis, eò quod Summus Pontifex non prohibet impedire delationem ad Vrbem Romanam ſimpliciter, ſed ad Curiam Romanam, quæ tunc ibi non reſidet: Ità Vgolin. cap. 8. §. 3. Verſ. 8. & §. 4. Verſ. 4. Duard. q. 10. num. 8. cum alijs, ſupra citatis. *Vgolinus. Duardus.*

15 *Incidunt tamen in alias excommunicationes Iuris.* Verùm eſt tamen, quòd huiuſmodi inciderit in aliàs excommunicationes latas à diuerſis Pontificibus, Clementis VII. Pij V. & Greg. XIII. qui in diuerſis conſtitutionibus excommunicant eos, qui impediunt victualia adduci Romam, de quibus excommunicationibus, dictum eſt loco ſuo agendo de excommunicationibus in Iure latis, quæ differũt in multis ab excõmunicatione huius canonis, prout aduertit Bonac. d. tom. 3. D. 1. q. 9. p. 1. num. 13. *Bonacina.*

16 *Subiectum huius excommunicationis.* Circa ſecundam partem huius Canonis conſiderandam propoſitam in principio huius capituli, de ſubiecto huius excõmunicationis, dicimus breuiter; Eſſe omnes, & ſingulos Chriſtianos cuiuſcumq; dignitatis, ſiuè præexcellentiæ ſint, ſiuè Reges, ſiuè Prælati, ſiuè Regulares, ſiuè Clerici, ſiuè Seculares, ſiuè Maſculi, ſiuè Fœminæ [ipsò ſolo Summo Pontifice excepto] qui iniuſtè, & ſine cauſa rationabili impediunt, ſiuè inuadunt, ſiuè prohibent, ſiuè perturbant eos, qui ad Romanam Curiam victualia, cæteraq; ad vſum eius adducere volebant, ſiuè hoc faciant per ſe immediatè, ſiuè per aliòs mediatè: ità enim expreſsè declarat Summus Pontifex in hoc Canone, ideòque circa hac nulla eſt difficultas.

17 *Impedientes victualia deferri ad Curiam tàm per ſe, quàm per alios excommunicantur.* Notandum autem, hac cenſura ligari non ſolùm illos, qui huiuſmodi actiones prohibitas in Canone faciunt, verùm etiam illos, qui per ſe, vel per alios præfata facientes defendunt, ſed cum hac differentia, quòd illi excommunicantur per ſe, iſti autem accessoriè ideòque, qui protegit aliquem, vel defendit, aut protegi, & defendi mandat, vt is tutò, & liberè inuadat deferentes victualia, aliaque neceſſaria ad Curiam, aut quomodolibet impediat, ne ea ad Curiam adducantur excommunicationem incurret: quare in Canone dicitur; *Qui per ſe, vel per alios hæc facientes defendunt*: nam, qui mandat per alios facit: Ità Duard. in hoc Canone q. 8. Auila de Cenſ. p. 2. D. 3. c. 5. d. 21. Bonac. d. tom. 3. D. 1. q. 9. p. 2. num. 23. *Iſti per ſe, alij acceſſoriè. Duardus. Auila. Bonacina.*

18 *Differentia inter vtrumq.* Verùm eſt tamen hoc eſſe intelligendum modò ſequatur effectus ideſt modò defendat eum, qui re ipſa, innadit, vel impedit delationem victualiũ, &c. nam actio iſta defenſionis eſt acceſſoria, excommunicatio autem lata ob actionem acceſſoriam non incurritur, non ſecuto effectu, vt benè aduertit: Alterius de Cenſ. D. 9. cap. 5. cum Bonac. loc. ſupra cit. *Alterius. Bonacina.*

19 Similiter etiam dicendum eſt de illo, qui defendit, ſeù protegit eum, qui poſt ſecutum effectum impedimenti, vel inuaſionis, ſi eum defendat, ne ob delictum commiſſum capiatur à ſatellitibus, vel ne puniatur: nam iſte talis non incideret in excommunicationem huius Canonis; Iſte enim potiùs dicitur defenſor perſonæ, quàm delicti: Ità Alterius, cum alijs ſupra citatis. *Alterius.*

20 *Tertia pars huius Canonis. In quibus caſibus datur excuſatio.* Vltimò tandem dicendum ſupereſt de tertia parte huius Canonis, ſuperius propoſita: in quibus caſibus datur excuſatio, ne impedientes victualia, &c. ab excommunicatione lata in Canone ſint immunes: ideòq; breuiter reſpondendo dicimus: illum eſſe excommunicatum, qui iniuſtè, & ſine rationabili cauſa impedit, ne victualia ad Curiam Apoſtolicam adducantur, aliàs ſecùs.

21 *Habens iuſtã cauſam impediendi excuſatur.* Ex quo ſequitur, quòd ſi quis haberet iuſtam cauſam, & rationabilem impediendi non incurreret excommunicationem Canonis, quare, qui iure licito impediunt non ſunt excommunicati: Cùm enim excommunicatio ſit pœna grauiſſima non incurritur, niſi mediante graue delictum: Qui autem iuſtam cauſam habet impediendi, ne victualia ex ſuo territorio transferantur non peccat talem prohibitionem faciendo, ideòq; ab excommunicatione lata in Canone erit immunis.

22 *Princeps impediẽs neceſſitatẽ ſui oppidi excuſatur.* Quare, ſi Princeps, ſiuè Dux, aut Gubernator alicuius oppidi, ſiuè Republica proſpiciendo neceſſitatem ſui territorij prohibeat, ne triticum, aliaq; huiuſmodi pro ſuo territorio neceſſaria extrahantur nõ eſſet excommunicatus, cum talis prohibitio facta ſit ex cauſa iuſta, & rationabili, cum teneatur Princeps damnum imminens, & ineuitabile ſuæ iuriſdictionis præcauere: Ità Suarez de Cenſ. D. 21. ſect. 2. num. 63. Sayr. lib. 3. c. 12. nu. 4. Graff. tom. 1. deciſ. lib. 4. c. 18. nu. 96. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 9. p. 2. num. 4. & Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 7. n. 156. *Suarez. Sayrus. Graffius. Bonacina. Filliucius.*

23 *Tempore peſtilentiæ propter infectionis periculũ impedire licet.* Quòd idem ſimiliter dicendum eſt de Duce alicuius oppidi, vel Ciuitatis, qui dum aliquis ſuæ iuriſdictionis tempore peſtilentiæ vult ire ad Romanam Curiam ad adducendam victualia &c. prohibet, ne per talem practicam ſit periculum infectionis, reportando in ſuum territorium morbum contagioſum, impediendo non eſt excommunicatus, quia in hoc caſu habet iuſtam cauſam impediendi: Quod etiam dicendum eſt, ſi impediat, ne incidat in latrones, vel ſummergatur in mari, vel flumine: Ità Vgolin. in hoc Canone cap. 8. §. 4. Viuald. in ſuo Candel. in expoſit. huius Canonis num. 9. Nauar. c. 27. num. 64. *Vgolinus. Viualdus. Nauarrus.*

24 *Aliæ cauſæ excuſantes.* Inſuper excuſantur illi ab hac excommunicatione incurrenda, qui occidunt, vel feriunt, vel inuadunt aliquos inimicos caſu in itinere inuentos, qui deferebant victualia ad Romanam Curiam: non enim in caſu huiuſmodi illos ſpoliant, vel inuadunt tanquàm deferentes victualia ad Curiam, ſed tanquàm inimicos, vel alia quauis cauſa, dum tamen non ſit facta animo impediendi ſimpliciter ne victualia deferantur, vel hoc procedat propter inimicitiam, ſiuè ignorantiam, ſiuè inaduertentiam, aliamque ſimilem cauſam, excuſantem à tranſgreſſione præcepti huius Canonis: nam huiuſmodi circumſtantiæ tollunt rationem ſacrilegij, ideòque excuſant ab excommunicatione contrahendi: Ità Filliuc. num. 17. cum alijs expoſitoribus huius Bullæ locis ſupra citatis: & hæc de octauo Canone huius Bullæ dicta ſint ſatis. *Filliucius.*

DE EXCOMMVNICATIONE IX. Canonis contra vexantes, morantes, venientes, & recedentes à Romana Curia.

CAP. IX.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, nec nõ illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam à nobis, vel noſtris iudicibus non habentes, illam ſibi temere vendicantes, ſimilia contra morantes in eodem Curia audent perpetrare. *Textus.*

Q Expo-

Expoſitio IX. Canonis.

1 Quare inflicta ſit hæc excommunicatio.

EXcommunicatio iſta huius Canonis lata eſt in fauorem Apoſtolicæ Sedis, ne lædatur in perſonis, quæ ad Summum Pontificem Romanum confugiunt, vel in Curia eiuſdem Pontificis commorantur, ideòque quicumque aliquam perſonam ex his vexare, aut offendere præſumpſerit excommunicationis ſententia ipſo facto virtute huius canonis eſt innodatus, cuius excommunicationis materia eſt ſacrilegium, quod committitur à traſgreſſoribus huius Canonis ratione injuriæ, quæ fit Apoſtolicæ Sedi, offendendo perſonas, quæ ſunt ſub eius protectione, ipſas interficiendo per ſe, vel per alios, mutilando, ſpoliando, capiendo, vel detinendo eos, qui ad ipſam Sedem Apoſtolicam accedunt, vel ab ea recedunt: aliàs enim impederetur liber acceſſus ad illam, & conſequenter exercitium illius iuriſdictionis.

Materia huius excommunicationis eſt Sacrilegium.

2 Tria genera perſonarum proteguntur.

Proteguntur ergo in hoc Canone tria genera perſonarum: videlicet venientes ad Sedem Apoſtolicam, recedentes ab ea, & morantes in eius Curia pro negotijs expediendis, pertinentibus ad ipſius iuriſdictionem: actiones autem prohibitæ, quæ ſunt materia proxima huius excommunicationis ſunt quinque: videlicet interficere, per ſe, vel per alios ad eam recurrentes, ſecunda mutilare membra dictarum perſonarum, tertia ipſas perſonas ſpoliare iniurioſè, quarta violenter capere, & quinta detinere illas in vinculis, vel aliquem ipſorum recurrentium, vel recedentium ab ea: quæ omnes actiones, & ſingulæ illarum principaliter, & per ſe ſunt prohibitæ in hoc Canone.

Actiones prohibitæ ſunt quinque.

3 Differentia inter offendẽtes, veniẽtes, & recedentes à Curia, & in ea commorantes.

Notandum autem, quòd alio modo ſe habent actiones prædictæ contra offendentes, venientes, vel recedentes a Curia, & alio modo circa morantes in ea, quoad excommunicationem hanc incurrendam: nam reſpectu venientium, vel recedentium ſatis eſt ad excommunicationem contrahendum, vt aliqua actio ex quinque ſuperiùs nominatis contra huiuſmodi perſonas perpetretur: reſpectu verò morantium in Curia, non quicumque interficit, mutilat, vel ſpoliat, capit, aut detinet eſt excommunicatus virtute huius canonis, ſed tantummodò ille, qui auctoritatiuè hoc faciat: ideſt, qui faciendo ſe iudicem in cauſa, cum non ſit reſpectu iſtarum perſonarum aliquam actionem prohibitam ex his facere præſumpſerit contra dictas perſonas.

4 Oportet interuenire iuriſdictio vſurpata ad excommunicationem hanc incurrendam.

Quare, quicumque huiuſmodi actiones faceret tanquàm iudex, & Magiſtratus ordinarius loci illius vbi tunc reſidet Curia contra illos, qui ibi venerunt propter negotia agenda apud Apoſtolicam Sedem, ibique adhuc ſunt commorantes pro expeditione talis cauſæ: Si tunc aliquis tanquam iudex ordinarius contra illos publica auctoritate procedere præſumpſerint ciuiliter, aut criminaliter ob debita, vel delicta carcerando illos, vel detinendo in carcere, ſiuè aliquo modo puniendo in excommunicationem huius canonis incurreret: non enim in caſu ad illos, pertinet talis iuriſdictio, ſed ad Apoſtolicam Sedem, ſub cuius protectione tunc commorantur, ideòque ſortiuntur eius forum, & ab eà debent recognoſci, & puniri. Ità Caietan. in ſum. Verbo excommunicatio c.15. Sayr. de cenſ. lib.3. cap.13. num.4. Vgolin. hic Verſic. Nec non illos, Suarez de cenſ. D.21. ſect.2. num.66. Tolet. lib.1. cap.26. num.4. Filliuc. d.tr.16. cap.7. quæſt.7. nu.167. Bonac. tom.3. D.1. q.10. p.1. n.34. Duard. quæſt.33. num.6.

Caietanus. Sayrus. Vgolinus. Suarez. Toletus. Filliucius. Bonacina. Duardus.

5 Notandum ſecundò.

Notandum Secundò: quòd Ciues, & incolæ illius loci, vbi tunc reſidet Romana Curia non cenſentur in numero morantium in Curia, niſi in ea habeant negotia ad Apoſtolicam Sedem ſpectantia, ſiuè tanquàm principales agentes, ſiuè tanquàm aduocati, aut procuratores illorum, ſiuè denique tanquàm iudices, & officiales eiuſdem Apoſtolicæ Sedis: ratio autem hujus eſt, quia aliæ perſonæ, quæ non ſunt hujuſmodi, licèt materialiter morentur in Curia ratione loci, in quo ſunt, & adeſt Curia, non tamen morantur ibi formaliter, ideſt ratione ipſius Curiæ, ob negotia ad ipſam ſpectantia, quare commorantes ad talia negotia debent morari in ea, vt poſſint tali priuilegio gaudere. Ità Filliucius loc. cit. num.165. cùm alijs ſupra citatis.

Quæ conditiones requiruntur, vt verè dicantur commorare in Curia Romana.

Filliucius.

6 Quæſitum.

Sed quæritur modò: Quinam verè dicantur venientes ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentes, ratione cuius acceſſus, & receſſus, non poſſint offendi in perſonis ſine crimine ſacrilegij?

Qui verè dicantur veniẽtes ad Curiã.

Reſpondetur: Illos eſſe, qui ratione Summi Pontificis, ſeù intuitu negotiorum in Curia tractandorum iter inchoauerunt animo ſe transferendi ad Romanam Curiam ad peragenda negotia pertinentia ad Apoſtolicam Sedem, ſiuè talia negotia concernant gratiam, ſiuè iuſtitiam, ſiuè ſpiritualia, ſiuè temporalia, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè huiuſmodi cauſæ ad Apoſtolicam Sedem ſpectent: Ità Caiet. Verbo excommunicatio cap. 14. Nauar. cap.27. num.65. Tolet. lib.1. cap.26. d.1. num.3. Sayr. de cenſur. lib.3. cap.13. num.3. Filliuc. tom.1. tr.16. c.7. q.6. num.64. & Coriolan. in hoc canone Verbo Aduerte.

Caietanus. Nauarrus. Toletus. Sayrus. Filliucius. Coriolanus.

7 Qui veniunt ratione recreationis, vel aliarum rerũ non proteguntur.

Ex quo ſequitur omnes, & ſingulos, qui propter alias cauſas Romam, vel vbi tunc adeſt Romana Curia veniunt, vt cauſa curioſitatis, vel lucri, vel inuiſendi cauſa amicos: & cognatos, ſiuè cauſa ſtationum, & Indulgentiarum, ſiuè recreationis cauſa, ſiuè animo ibi commorandi, ſiuè tranſeundi, &c. non comprehendi ſub nomine venientium, vel recedentium ab Apoſtolica Sede, ideòque huiuſmodi offendentes, mutilando, occidendo, ſpoliando, capiendo, aut detinendo, huius excommunicationem Canonis non incurreret, in quo ſolùmmodo excommunicantur offendentes venientes ad Apoſtolicam Sedem ratione cauſarum ad ipſam ſpectantium: Ità Filliuc. Bonac. alij Doctores ſupra citati.

Filliucius. Bonacina.

8 Quæſitum Octauum.

Quæritur Secundo: Quid intelligatur ſub nomine Apoſtolicæ Sedis in hac canone?

Quid intelligatur ſub nomine Apoſtolicæ Sedis in hoc Canone. Aſſertio.

Reſpondetur ſub hoc nomine intelligi Summum Pontificem cum ſua Curia, non ſolùm quatenus eſt Paſtor, & caput totius Eccleſiæ Catholicæ, iuriſdictionem habens ſpiritualem in ipſam à Chriſto Domino traditam, prout aliqui volunt, vt Reginaldus lib.9. nu.308. & Alterius D.10. cap.2. d.4. Verùm etiam, ſequendo probabiliorem ſententiam aliorum, quatenus iuriſdictionem, & poteſtatem habet, non ſolùm ſpiritualem, verùm etiam temporalem, ſaltem in terris Eccleſiæ, ſibi immediatè ſubiectis, in quibus vtrumque habet gladium ſpiritualem, & temporalem: Nam verba legis accipienda ſunt iuxta communem loquendi modum: Sedes autem Apoſtolica iuxta communem modum loquendi accipitur pro ipſo Summo Pontifice, ſeù pro tribunali ipſius Pontificis concernente ipſius iuriſdictionem in vtroque foro in illis locis vbi etiam temporalem poteſtatem habet, ideòque nomine Apoſtolicæ Sedis venit ſignificata ipſa Romana curia, non ſolùm, quò ad audientiam ſpiritualem Papæ, ſed etiam temporalem: Ità Filliuc. tom.1. tr.15. c.6. q.3. n.159. & tr.16. c.7. q.6. n.164. Duard. lib.2. in can.9.

Reginaldus. Alterius.

Filliucius. Duardus. Azorius. Bonacina.

can.9.huius Bullæ,q.1.n.2. Azor.tom.3.lib.13. c.23. d.3. & 4. Bonac. tom.2.de 8.præcept. Decal.D.10. q.2.p.8. num.4.

9 Concluſio.

Ex quo ſequitur, quòd: Si quis ad locum vbi reſidet tunc Summus Pontifex cum ſua Curia ad tractandas cauſas pertinentes ad Curiam ipſius Pontificis, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè: ſe tranſferat, vt ſi Romam veniat ſoluendi cauſa tributum, vel decimas Summo Pontifici debitas, vel cauſa impetrandi beneficium, penſionem, officium, vel gratiam, & quid ſimile tàm ſpirituale, quàm temporale: prout dictum eſt ſecundum communiorem ſententiam non poteſt ab aliquo offendi in perſona, vno ex quinque modis ſuperiùs enumeratis ſine incurſione huius excommunicationis latæ in hoc Canone: Ità Bonacina tomo 3. D.1. quæſt.10. p.1. numer.3. cum alijs ſupra citatis. (Bonacina.)

10 Subiectum huius excommunicationis etiam infideles recurrentes ad Sedem Apoſtolicam proteguntur.

Subiectum autem huius excommunicationis in quod cadit prohibitio huiuſmodi actionum ſub cenſura prohibitarum ſunt omnes, & ſinguli Chriſti fideles baptizati cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, qui per ſe, vel per alios occidunt, vel mutilant, vel ſpoliant, vel capiunt, vel detinent, quamcunque perſonam, etiam infidelem, aut hæreticum, (dum tamen ad Apoſtolicam Sedem recurrat,) aut ab ea recedentem, aut apud illam commorantem, vſurpata tamen iuriſdictione aliquam actionem ex præfatis temerè, & ſcienter facere præſumpſerit: Ratio autem huius eſt, quia finis Pontificis in hac conſtitutione eſt, vt illis, qui apud Summum Pontificem negotia tractaturi ſunt liber, & ſecurus pateat aditus: Talis autem finis non ſolùm ſubſiſtit, reſpectu fidelium, verùm etiam infidelium ad ipſam confugientium, omnes enim benignè admittit, nullique gremium claudit: Ità Alterius de cenſur. D.20. capitul.2. colum.4. d.3. Vgolinus in hoc Canone Verbo ſpoliant. num.4. Viuald. in Candel. in hoc can.9.n.5.Bonac.tom.3. D.1.q.10. p.2.n.12. (Ratio aſſertionis. Alterius. Vgolinus. Viualdus. Bonacina.)

11 Mandantes non excommunicantur niſi ſecuto effectu.

Notandum autem, quòd mandantes huiuſmodi actiones fieri non incidunt in excommunicationem huius canonis, niſi realiter ſecutus fuerit effectus occiſionis, vel mutilationis, &c. non enim in caſu contrahitur excommunicatio à mandante, niſi mandatarius faciat effectum, ſi autem mandans ante executionem mandati reuocaſſet ſuum mandatum, & talis reuocatio realiter fuerit explicata mandatario, tunc ſi mandatarius ex ſua malitia, occidat, &c. non incidit in excommunicationem ille, qui mandauerat talem actionem fieri, eò quòd expreſsè ſuum mandatum iam reuocauit.

12 Auxiliantes, & cõſulentes non excommunicantur in hoc canone.

Auxiliantes autem, aut conſulentes ſimpliciter huiuſmodi actiones prohibitas fieri non incidunt in hanc excommunicationem huius canonis; eò quod nullum verbum in eo reperitur, quod referatur ad conſulentes, vel fauentes, ſed ſolùm ad mandates: Ita Bonacina tomo 3. quæſt.10. D.1. p.2. numero 5. Suarez de cenſur. D.21. ſection.2. numero 66. Filliucius d.tract.16. capit.7. quæſt.5. numero 163. (Bonacina. Suarez. Filliucius.)

13 Ignorantia probabilis excuſat ab excommunicatione.

Notandum tandem, ignorantes probabiliter ſupradictas perſonas venire ad Sedem Apoſtolicam, vel ab eadem recedere: eſto illos offendant actionibus prohibitis in canone non incurrere excommunicationem huius canonis: & ratio huius eſt, quia licèt peccent peccato iniuſtitiæ, non tamen Sacrilegij, & contumaciæ ob ignorantiam, & conſequenter non incidunt in excommunicationem, quæ tantum fulminata eſt contra Sacrilegos, & contumaces: Ità Filliucius tom.1. tract.16. cap.7. quæſt.7. numero 168. Et hæc de hoc Canone dicta ſufficiant. (Filliucius.)

DE EXCOMMVNICATIONE X.

Canonis contra vexantes Romipetas, ſeù Peregrinos, ad Vrbem venientes, vel recedentes.

CAP. X.

Textus.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeù deprædantes Romipetas, ſeù Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeù peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.

Expoſitio X. Canonis.

1 Decima excommunicatio in ordine huius Bullæ eſt illa, quæ infligitur contra eos, qui Chriſtianam Eccleſiam offendunt in membris eius, qui ſunt fideles, ideòque præter tertiam, quartam, & quintam excommunicationes ſuperiùs explicatas, quæ ad eamdem rationem pertinent: decimo in ordine loco lata eſt præſens excommunicatio contra offendentes Romipetas, & Peregrinos venientes ad Vrbem cauſa religionis, & deuotionis, in quo quidem canone quatuor veniunt conſideranda, & explicanda. Primo, Quænam ſit materia huius excommunicationis, tàm proxima, quam remota, quibus mediantibus contrahitur excommunicatio: Secundo, Quodnam ſit ſubiectum eius in quod cadit excommunicationis ſententia: Tertio, Quæ ſunt perſonæ, quæ proteguntur in hoc canone, quibus offenſis contrahitur excommunicatio: & Quarto in quibus caſibus excuſentur fideles ab hac excommunicatione incurrenda: quæ omnia breuiter, quantum fas erit in hoc capitulo ſunt diſcutienda. (Quatuor in hoc canone ſunt conſideranda. Primum. Secundum. Tertium. Quartum.)

2 Quare circa primum dicimus: materiam iſtius excommunicationis eſſe Sacrilegium commiſſum à fidelibus propter aliquam actionem iniurioſam, & Sacrilegam contra Romipetas, & Peregrinos, qui Romam veniunt cauſa deuotionis: cum enim huiuſmodi Peregrini animo colendi Deum in Sanctis ſuis ad Vrbem ſe conferant, in eaq; commorentur, & ab ea recedunt religionis ſpecimen exhibent, & inducunt quandam religioſitatem perſonæ, quare Eccleſia illos ſub ſuam protectionem, & tutelam recipit, ideòque illos lædentes, occidendo, vulnerando, detinendo, aut deprædando mediante vna ex actionibus prohibitis in canone iniuriam quodamodo ipſi Eccleſiæ, infert lædendo eos, qui Eccleſiæ protectione ſecuritatis priuilegio gaudent, ideòque meritò tranſgreſſores huius canonis gladio ſpirituali anathematis ferit, quia ſi accedentibus, vel recedentibus à Romana curia impunè damnum inferri permitteretur, non leue damnum ipſa Apoſtolica Sedes pateretur: Nam extranei illius acceſſum prætermiſcerent, & retardarentur à deuotione viſitandi limina Apoſtolorum: Ità Caietan. Verbo excommunicatio capit.13. Sayr. de cenſur. lib.3. cap.14. num.2. Filliuc. tomo 1. tr.16. cap.5. q.7. n.129. Bonac. tom.3.D.1.q.11.p.1.n.1. alijque expoſitores. (Materia remota huius excommunicationis, quæ. Ratio huius excommunicationis. Eccleſia recipit peregrinos, à Romipetas ſub ſua protectione. Caietanus. Sayrus. Filliucius. Bonacina.)

3 Actiones autem prohibitæ in hoc Canone, quarum vna ex illis mediante contrahitur excommuni- (Actiones per ſe prohibitæ ſunt ſex.)

catio ſunt numero nouem, quarum ſex dicuntur principaliter, & per ſe prohibitæ, aliæ tres ſunt acceſſoriè: Prima ergo actio eſt; Illos interficere, ſecunda mutilare aliquod membrum illorum iniurioſè, tertia Vulnerare, quarta eſt capere illoſque incarcerare, quinta illos in vinculis detinere, & ſexta illos deprædari; Quare Summus Pontifex in hoc Canone à grauioribus delictis ad leuiora deſcendit ob id primo loco excommunicat interficientes, ſecundo mutilantes, tertio vulnerantes, & ità deinceps; quare non ſolùm excommunicat illos, qui occidunt, ſed etiam ſi ſolummodò eos mutilant priuando aliquo corporis membro, & ſi ad hoc non perueniat ſufficit quæcumque vulneratio facta in carne cum effuſione ſanguinis, quæ ſufficiens eſt ad excommunicationem latam contrahendam.

Acceſſoriè autem tres. Quæ ſunt actiones per ſe prohibitæ.

4 Quare diſcrimen eſt inter vulnerationem, & percuſſionem: nam percuſſio quandoque eſſe poteſt ſine vulnere ideſt ſine ſciſſura, & ſeparatione carnis, quando fit ſolo tactu violento facto in corpore ſine ſanguinis emiſſione: Vulnus autem tunc dicitur inferri, quando cutis carnis rumpitur, & ità aliqua pars corporis aperitur, quæ fieri non ſolet ſine effuſione ſanguinis, quare in vulneratione requiritur effuſio ſanguinis, per quam diſtinguitur à ſimplici percuſſione, quæ fieri poteſt ſine vulnere.

In quo differat vulneratio à percuſſione.

5 Ideòque ſi quis Romipetam, ſiuè Peregrinum ſimpliciter percuſſerit, ſiuè manibus, ſiuè pedibus, ſiuè virga, ſiuè baculo, aut lapide, ex qua percuſſione vulnus relictum non ſit cum effuſione ſanguinis excommunicationem huius Canonis non incurret: eò quòd Summus Pontifex excommunicat vulnerantes, non autem ſimpliciter percutientes: In pœnalibus autem non eſt facienda extenſio pluſquam verba ſonant: Ità Duard. lib. 2. can. 10. q. 2. nu. 2. Vgolin. in eodem Canone, Verſic. vulnerantes n. 2. Filliuc. d. tr. 16. cap. 5. quæſt. 9. num. 124. Viuald. in ſuo Candel. caſu 10. nu. 3. alijque expoſitores huius præſentis Canonis.

Percutientes ſine vulnere non incidunt in hanc excommunicationem.

Duardus. Vgolinus. Filliucius. Viualdus.

6 Quòd idem dicendum eſt de reliquis actionibus prohibitis, nam fieri quandoq; poteſt, quòd aliquis non interficiat, neque mutilet, neque vulnus incutiat in Peregrinum, ſed ipſum capiat, ponendo in cuſtodiam, & ità impediat quominus corporaliter iter peregrinationis peragere poſſet, ideòque hæc actio eſt ſufficiens ad excommunicationem Canonis contrahendam quare quarto loco ponitur actio iſta captionis.

Capientes Romipetas excommunicantur.

7 Similiter etiam dicendum eſt de quinta actione, prohibita in Canone, quæ eſt: Detentio, nam fieri poteſt, quòd ipſe non capiat Romipetam, neque per ſe neque per alium, ſed in vinculis adſtrictum retineat, adeò vt non poſſit ſuam peregrinationem peragere, ideòque per hanc etiam actionem ſimplicis detentionis excommunicationem incurret. Ità Duard. lib. 2. in expoſit. huius Canonis q. 25. alijque expoſitores ſupra citati.

Detinentes in carcere etiam comprehenduntur.

Duardus.

8 Vltimum tandem verbum harum actionum prohibitarum eſt: Deprædatio, quòd in plus ſe habet, quàm ſurreptio, ſeu ſpoliatio, Quæ actio expoliationis eorum, qui ad Sedem Apoſtolicam recurrunt in præcedenti Canone fuit prohibita: Hic autem dicitur deprædari, quòd ſignificat rem alterius iniuſtè, & violenter auferre: nam prædones non ſolùm dicuntur ij, qui res alienas ſurripiunt, homines expoliando, verùm etiam, qui homines violenter furantur, eorum bona auferendo: Quare in hoc Canone excommunicantur omnes, & ſinguli prædones, qui vias obſident, & adoriuntur Romipetas, & peregrinos, ab illiſque pecuniam, veſtes, iumenta, aliaque bona ſubtrahunt violenter. Ità Duardus libr. 2. can. 10. quæſt. 3. numer. 1. Vgolinus, in d. can. 10. huius Bullæ, Verſic. Prædones, & Bonacina tomo 3. D. 1. quæſtion. 11. p. 1. numero 7.

Deprædatio, & ſurreptio in quo differant.

Deprædari propriè quid ſignificet.

Duardus. Vgolinus. Bonacina.

Ex quo ſequitur, quòd ſi quis furtim pecuniam, aliaque bona Romipetarum clàm ſurripiat ſine vi, non incidit in excommunicationem huius Canonis, eò quòd iſte talis in caſu diceretur potiùs furari, quàm deprædari, cùm huiuſmodi res, non violenter, ſed clàm ſurripiat, vt ſupponitur: In hoc autem ſolùm deprædantes Romipetas excommunicantur, non autem ſimpliciter furantes, & expoliantes: Quòd idem dicendum eſt à fortiori: Si quis peregrinum ab alio occiſum veſtibus, ſiuè pecunijs ſpoliet: nam corpori mortuo nulla vis infertur, nec deprædari dicitur, nam vis eſt à principio extrinſeco, reſiſtente paſſo: Ità Vgolinus loco citato numer. 5. Alterius D. 11. capit. 1. col. 2. Filliuc. d. tr. 16. c. 5. nu. 124. & Duard. in hoc Canone q. 3. nu. 2. Et hæc quantum ſpectat ad ſex actiones per ſe, & principaliter prohibitas in hoc Canone. 9

Furans ſimpliciter Romipetas ſine vi non eſt excommunicatus.

Vgolinus. Alterius. Filliucius. Duardus.

Actiones autem acceſſoriæ prohibitæ ſunt tres, videlicet auxilium, fauor, & conſilium contra Romipetas exhibitum ad ipſos deprædandos, detinendos, capiendos, vulnerandos, mutilandos, ſiuè interficiendos, quando mediante tali conſilio, auxilio, vel fauore aliqua ex his actionibus prohibitis in Canone contra dictos Romipetas exerceantur. 10

Actiones acceſſoriæ, quæ.

Quare, qui aliqua ratione confert opem ad aliquam actionem ex prædictis, per ſe prohibitis perpetrandam, commodando pecuniam, arma, & huiuſmodi, vel qui crimen perpetrantibus aſſiſtit, ne metu retrahantur dicitur: auxilium, & fauorem illis præſtare, vel, qui conſulit talia facere, ſi conſilium datum fuit efficax, & influit in effectum excommunicationem incurret, poſt effectum ſecutum realiter, alias ſecus; nam cum huiuſmodi actiones, non per ſe, ſed acceſſoriè prohibeantur, ſequitur, quòd non incurratur excommunicatio, niſi realiter Romipetæ ſint deprædati, capti, ſiuè vulnerati, &c. Ità Alterius D. 11. c. 5. Vgolin. in d. can. 10. Verſic. In his dantes; Filliuc. d. tr. 16. c. 5. nu. 126. Bonac. loc. cit. nu. 15. 11

Actiones acceſſoriæ debent eſſe efficaces.

Alterius. Vgolinus. Filliucius. Bonacina.

Circa ſecundam partem conſiderandam de ſubiecto huius excommunicationis dicimus breuiter eſſe omnes, & ſingulos fideles vtriuſque ſexus, cuiuſcumque gradus, & conditionis fuerint etiam regia, vel pontificali dignitate præditos, qui huiuſmodi Romipetas, ſiuè Peregrinos, ad Vrbem cauſa deuotionis, vel peregrinationis accedentes, vel in ea adhuc commorantes, vel ab ea recedentes occiderint, ſiuè mutilauerint, aut vulnerauerint, ſiuè ceperint, ſiuè detinuerint, aut deprædauerint: vel in his faciendis aliquo modo dederint fauorem, auxilium, aut conſilium, qui omnes, & ſinguli in excommunicationem incidunt, dum tamen huiuſmodi cenſuræ ſint capaces, quòd dicitur propter infideles non baptizatos, qui excommunicationis vinculi ſunt incapaces, cum ſint extra Eccleſiam. 12

Secunda pars conſideranda.

De ſubiecto huius excommunicationis.

Perſonæ autem, quæ in hoc Canone proteguntur à Pontifice, ne lædantur, tres debent habere conditiones, quarum altera deficiente illas offendentes non eſſent excommunicati: quarum Prima eſt, quòd debeant eſſe Romipetæ, ſiuè Peregrini, 13

Perſonæ, quæ proteguntur in Canone tres debent habere conditiones.

Prima conditio.

Secunda. Tertia.

grini; Secunda, quòd tales veniant ad Vrbem, vel in ea commorentur, aut ab ea recedant, & tertia, quòd talis peregrinatio facta ſit voti cauſa, ſeù deuotionis: ita enim clarè, & expreſsè in Canone dicitur; Ità Sayrus libr.3. de cenſur. capit.14. num.6.

Sayrus.

14 Romipetæ autem dicuntur illi, qui Romam petunt, ſiue pergunt: Peregrini verò, qui per diuerſa loca vagantur, & à propria patria peregrinantur, ſiuè proficiſcuntur; vt patet ex Etymologia vocabulorum: Quare in plus ſe habet Romipeta, quam Peregrinus; nam Romipeta ſecundum vim vocabuli denotat quemcumque Romam petentem, qui dupliciter accipitur vno modo latè, & vniuerſaliter pro eò, qui quauis de cauſa proficiſcitur ad Vrbem, prout ipſummet nomen apertè indicat: Secundo modo accipitur ſtrictè, & per ſe pro eo, qui Romam cauſa deuotionis accedit, & ità accipitur in noſtro canone, prout in ſubſequentibus verbis manifeſtè declaratur: Ità etiam Peregrinus, qui à peregrinando deriuatur, dupliciter etiam accipitur latè videlicet, & ſtrictè, primo pro eò, qui extra patriam verſatur, & alio nomine vocatur extraneus, aduena, hoſpes, forenſis, ſecundo ſtrictè, & præcſſe pro eò tantùm, qui cauſa deuotionis ad limina Apoſtolorum, vel alia loca voti cauſa accedit: At quoniam Summus Pontifex in hoc Canone non ſolùm ſimpliciter peregrinos, ſed etiam quoſcumque Romam petentes voti cauſa protegere intendit, ideòque vtrumque nomen ſecundo modo accepto declarauit: Ità Caietanus in ſumm. verbo excommunicatio cap.13. Sayr. de cenſ. lib.3. c.14. num.6. Filliuc. tr.16.c.5.q.8.nu.120. Alterius D.11. c.2. Duard. can.10. q.4.

Romipetæ, & Peregrini qui ſunt. — Romipeta in plus ſe habet, quam peregrinus. — Romipeta, & Peregrini dupliciter accipiuntur latè, & propriè. Secundo modo proteguntur non vero primo modo. — Peregrinus quis ſit, & vnde dicatur. — Peregrinus latè quid ſignificet. — Quare Summus Pontifex mentionem fecit de Romipetis, & peregrinis. — Caiet. Sayrus. Filliucius. Alterius. Duardus.

15 Secunda conditio eſt, vt tales peregrini ad Vrbem vadant cauſa deuotionis, & peregrinationis, quia ſi ad viſendos amicos, aut alia negotia peragenda, vel curioſitatis gratia ad videndam Ciuitatem, aliaque ædificia, quis peteret non diceretur verè peregrinus, ideòque non protegeretur hoc Canone, in quo ſolummodò proteguntur peregrini, qui Romam petunt cauſa voti, & deuotionis: Ità communiter omnes expoſitores huius Canonis; legite Duardum hic q.6.

De Secunda conditione. — Duardus.

16 Ille autem dicitur accedere cauſa deuotionis, qui Romam pergit animo colendi Deum in ſe ipſo, vel in Sanctis ſuis, ideòque, qui ad viſitandas Sanctorum Eccleſias, venerandas Sanctorum reliquias, vel indulgentias conſequendas, vel adimplendi votum, vel pœnitentiam à confeſsario, vel alio iudice Eccleſiaſtico impoſitam dicitur deuotionis cauſa Romam adire, etiam ſi habeat animum ibi videre amicos, aliaque negotia peragere: nam vnus, & idem actus plures fines habere poteſt, nec ratio vnius finis deſtruit alium, maximè quando finis principalis fuit cauſa deuotionis, vel ſaltem æquè principaliter Romam adire intendit, cum nullus ferè Romam veniat cauſa deuotionis, quin ſimul aliquod ibi agat negotium: Ità Bonac. tom.3. D.1. q.11. p.3. num.14.

Qui dicuntur accedere Romam cauſa deuotionis. — Ratio vnius finis non deſtruit alium. — Bonacina.

17 Quod ſecus dicendum eſt, quando finis principalis intentus, fuit fruendi amicis, aliaque negotia temporalia peragendi, & ſecundarius finis fuit loca ſacra viſitandi; tunc enim non diceretur Romam adire deuotionis cauſa, ſed negotium: nam actio ſpecificatur ab actu principali, & non à ſecundario, & in qualibet actione accipitur id, quòd principaliter agitur: aliàs enim ſequeretur, quòd omnes Romam accedentes vocandi eſsent peregrini, cum nullus ferè Romam veniat, qui pro opportunitate temporis aliquas Eccleſias non viſitet, vel aliquod pietatis, & deuotionis opus non præſtet: Ità Vgolinus, & Duardus, locis ſupra citatis, Filliucius, Viualdus, & Bonacina, cum alijs.

Actio ſpecificatur ab actu principali, & non à ſecundario. — Vgolinus. Duardus. Filliucius. Viualdus. Bonacina.

Tertia conditio eſt, vt huiuſmodi Peregrini, ſeù Romipetæ iter iam inceperint ad eundum Romam, vel ab ea recedant, vel in ea adhuc morentur cauſa voti, & peregrinationis, etiam ſi tunc ibi non adeſset Summus Pontifex, nec Curia: Nam iſte Canon non reſpicit Papam, aut Curiam, ſed Vrbem Romæ, ideoque quamuis Romanus Pontifex cum ſua Curia alibi eſſet nihilominus tamen excommunicationis vinculo ligarentur offendentes illos, aliqua ex actionibus prohibitis, ſufficit enim, quòd Romam petant cauſa deuotionis, vel ab ea recedant: Ità Sayrus de cenſ. libr.3. cap.14. nu.8. Sebaſt. de Medic. in ſum. p.2. tit.9. q.78. n.149. Coriolanus in hoc Canone. 18

De tertia conditione. — Canon iſte ſolùm habet reſpectum ad Vrbem non ad Curiam. — Sayrus. Sebaſt. de Medicis. Coriolanus.

Sed difficultas eſt: An offendens aliqua ex illis actionibus prohibitis in Canone peregrinum, ſiuè Romipetam Iudæum, Paganum, aliumque infidelem, ſiuè Hæreticum, ſiue excommunicatum, alioque cenſuræ vinculo adſtrictum, accedentem ad Vrbem cauſa conuerſionis, vel deuotionis incidat in hanc excommunicationem Canonis? 19

Dubitatio. An etiam infideles protegantur.

Reſpondetur affirmatiuè: & ratio huius eſt, quia cui conuenit ratio diſpoſitionis iuris, conuenit, & ipſa diſpoſitio, cum autem præfatis perſonis conueniat ratio huius diſpoſitionis, quia poſſunt ire Romam pro ſalute animarum ſuarum, & Summus Pontifex illos in Canone non excludat, ſed indiſtinctè loquitur: infligit enim excommunicationem ſimpliciter contra vexantes Romipetas, vel Peregrinos: ideo, & cætera. 20

Concluſio eſt affirmatiua.

Quare ſi quis infidelis adiret Romam, vt ibi baptizetur, & præcepta fidei addiſcat, dicitur illuc adire cauſa deuotionis: nam tunc tanquam catechumenus poſſet licitè Eccleſias viſitare, ibique preces, & orationes ad Deum fundere, prædicationes Miſsamque Cathecuminorum audire; ſimiliter etiam Hæreticus, vt obtineat reconciliationem, & abſolutione obtenta, poterit ibi Eccleſias viſitare, aliaq; pia opera deuotionis cauſa exercere: Quod idem dicendum eſt de excommunicatis, ſchiſmaticis, & huiuſmodi alijs cenſuris, pœniſque Eccleſiaſticis innodatis, &c. Ità Filliuc. tom.1. tr.16. c.5. q.8. num.120. Vgolin. in hoc Canone §.1. num.1. verſ.4. Duard. ibi q.10. nu.2. Alterius D.1. cap.4. d.1.2. & 3. Bonacina tom.3. quæſt.11. p.3. num.26. & alij. Et hæc quantùm ſpectat ad tertiam partem huius Canonis ſuperiùs propoſitam. 21

Quomodo infideles dicantur adire Romam cauſa deuotionis. — Filliucius. Vgolinus. Duardus. Alterius. Bonacina.

Supereſt tandem, vt dicamus de quarta parte, in qua diſcutiendum erat. In quibus caſibus detur aliquando excuſatio ab excommunicatione huius Canonis incurrenda: Quæ breuitatis gratia ad tria principalia capita reduci poſſunt: Quarum prima cauſa excuſans eſt ignorantia inuincibilis, ſiuè iuris, ſiuè facti, quæ excuſat ab excommunicatione incurrenda: nam cum excommunicatio ſit pœna grauiſsima, ſine graui culpa delinquentis contrahi minimè poteſt, qui autem ex ignorantia delinquit, non peccat mortaliter, cum non ſit contumax ideòque non eſt excommunicatus: Quare prædones, & greſsatores viarum, deprædantes ſiuè occidentes, vel vulnerantes peregrinos, qui nullum veſtigium peregrinationis, & voti cauſa oſtendunt, nec illis aliquo modo eorum intentio, & deuotio eſt nota, neque in dubium mentis venit, ſtante tali ignorantia, excuſantur ab hac excom- 22

De quarta parte Canonis. — In quibus caſib. excuſantur ab excommunicatione. Prima eſt ignorantia, ſiue inaduertentia.

Bonacina.

excommunicatione; Ità Bonac. d. tom. 3. D. 1. q. 11. p. 4. num. 1.

23

Secunda eſt iuſta cauſa.

Secunda cauſa excuſans eſt iuſta cauſa, quæ ſicut excuſat à peccato, ità ab excomunicatione: Quare ſi quis Iudex, iuris ordine ſeruato peregrinum delinquentem detineri, vel ſuſpendi iubeat: Aut ſi quis ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ ob ſui defenſionem, vel tanquam exulem præſcriptum à ſuo Principe, vel quia delictum commiſerit in alieno ſolo, capitali pœna dignum occiderit, ſiuè vulnerauerit, non eſſet excommunicatus, cum in caſu non faciat contra Ius. Ità Vgolin. in hoc can. §. 2. n. 1. Filliuc. d. tr. 16. c. 5. num. 122. Bonacina d. q. 11. p. 4. num. 4. & q. 9. p. 2. num. 2. Duard. hic q. 18. nu. 9. Sayr. lib. 3. de cenſ. cap. 14. num. 8. Reginaldus lib. 9. cap. 19. n. 311.

Vgolinus. Filliucius. Bonacina. Duardus. Sayrus. Reginaldus.

24

Vulnerans peregrinum in flagranti crimine excuſatur.

Quod idem dicendum cenſeo: ſi quis peregrinum in flagranti crimine adulterij deprehenſum cum propria vxore, matre, filia, ſiuè ſorore, vulneret, ſiuè occideret modo talis vulneratio fiat in eodem actu coleræ, & iræ iuſtè contra illum conceptæ, propter iniuriam honoris illi illatam: non incidit in excommunicationem Canonis, eò quod habuit iuſtam cauſam illum vulnerandi; neque Eccleſia in tali caſu iudicat huiuſmodi vulnerationem malo animo factam, ſed ex magno paſſionis impetu ad defenſionem proprij honoris, ideòque in caſu excommunicare non intendit, non enim in caſu vulnerat peregrinum, vt peregrinum, ſed vt iniuſtum inuaſorem proprij honoris: Ità Duard. d. d. q. 10. can. 10. nu. 10.

Duardus.

25

Tertia cauſa excuſans eſt paruitas materiæ.

Tertia tandem eſt: paruitas materiæ, quæ in omni caſu excuſat à peccato, cum de minimis non curret lex: ideòque quando culpa eſſet leuis ex paruitate materiæ non contrahitur excommunicatio: Verùm eſt tamen, quòd ad cognoſcendam hanc materiæ paruitatem requiritur magna prudentia ad iudicium boni viri, qui attentis circumſtantijs, & qualitatibus delicti ſecundum iura hoc determinare poterit.

DE EXCOMMVNICATIONE XI. *Canonis contra offendentes Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, alioſque Prælatos.*

CAP. XI.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes: S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sedis Apoſtolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eos à ſuis Diœceſibus, territorijs, terris, ſeù dominijs eijcientes: nec non ea mandantes, vel rata habentes, ſeù præſtantes in eis auxilium, conſilium, vel fauorem.

Expoſitio Canonis XI.

1

Quæ perſonæ proteguntur hoc Canone.

Actiones per ſe prohibitæ ſunt nouem. Quinque autem aliæ prohibentur acceſſoriè.

IN hoc præſenti Canone huius Bullæ, qui vndecimum locum in ordine tenet lata eſt excommunicatio contra offendentes Cardinales S.R.E. alioſque Prælatos, mediante aliqua actione ex his prohibitis in Canone, quarum quælibet ſine peccato ſacrilegij committi non poteſt, eò quòd in his læditur Eccleſiaſtica Hierarchia in præcipuis membris Eccleſiaſtici ordinis, quales ſunt Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Legati, & Nuntij Apoſtolicæ Sedis: contra quos prohibentur quatuordecim actiones, quarum nouem ſunt primò, & per ſe prohibitæ ſub excommunicatione latæ ſententiæ: & ſunt ſequentes videlicet interficere, mutilare, vulnerare, percutere, capere, carcerare, detinere, hoſtiliter inſequi, eoſque eijcere ex Diœceſibus, territorijs, terris, vel dominijs ſuis; aliæ autem quinque acceſſoriè prohibentur, & ſunt mandare, ratum habere, auxiliari, conſulere, & facere ad prædictas actiones principaliter prohibitas faciendas.

2

Quatuor conſiderantur in hoc Canone. Primum. Secundum. Tertium. Quartum.

Quatuor ergo in hoc Canone, ſicut, & in cęteris veniunt conſideranda, & explicanda: Primum, quænam ſit materia proxima, & remota huius excommunicationis? Secundum, quænam perſonæ proteguntur in hoc Canone, contra quas perſonas actiones prohibitæ fieri debeant, vt excommunicatio incurratur? Tertium, quodnam ſit ſubiectum in quod cadere poteſt cenſura huius Canonis? Quartum, An dentur caſus excuſantes à tali excommunicatione incurrenda: Quæ omnia breuiter ſunt explicanda.

3

Materia huius excommunicationis eſt ſacrilegiũ.

Quare circa primum dicimus: materiam primariam, & principalem huius excommunicationis eſſe peccatum ſacrilegij, quod committitur à fidelibus lædendo iniurioſè Eccleſiaſticos Prælatos, eos interficiendo, mutilando, vulnerando, percutiendo, capiendo, carcerando, detinendo, hoſtiliter proſequendo, vel eijciendo, ex Diœceſibus, territorijs, terris, vel dominijs ſuis, quarum quælibet actio ex iſtis materia ſufficiens ſacrilegij eſt, mediante qua contrahitur excommunicatio, lata in hoc Canone: Ità Sayrus de cenſ. lib. 3. c. 16. nu. 1. Filliuc. tom. 1. tr. 16. capit. 11. num. 233. & Bonacina tomo 3. D. 2. quæſt. 12. num. 1.

Sayrus. Filliucius. Bonacina.

4

Explicantur quatuor primæ actiones prohibitæ.

Quid autem quælibet actio ex his prohibitis ſignificet, dicimus illas quatuor priores actiones, quæ ſunt Interficere, Mutilare, Vulnerare, & Percutere expoſitione non indigere, cum per ſe notæ ſint, & ex ijs, quæ in præcedentibus dicta ſunt manifeſtè patent: ſolummodo de reliquis quinque eſt aliquid explicandum: Quare dicimus, quòd tres illæ actiones ſubſequentes, quæ ſunt: Capere, carcerare, & detinere differunt inter ſe; nam capere ſignificat aliquem comprehendere ſiuè manu, ſiuè fune, ſiuè alio vinculo cuiuſcumque generis: Carcerare autem nihil aliud eſt, quàm aliquem in quodam determinato loco cuſtodire, ne fugiat: ad hunc enim finem carcer inuentus eſt, ne carceratus è cuſtodia exire poſſet: Detinere autem idem eſt, ac carceratum apud ſe habere, ne deinceps liber exire poſſet, etiam ſi detinens illum non cepiſset: nam fieri poteſt, vt quis aliquem capiat, illumque alteri detinendum tradat: Quare Summus Pontifex non ſolùm prohibet Prælatos Eccleſię iniurioſè capere, verùm etiam illos in carcerem ponere, inſuper, & detinere: nam vna actio ex iſtis poteſt eſse aliquando ſine altera, cum ſe habeant ſicut magis commune, & minus commune, ideòque Summus Pontifex, omnes tres actiones iſtas diſtinctè expoſuit, vt omnes illas comprehenderet actiones; taliter iniurioſè factas contra Prælatos Eccleſiæ, ſiuè illas faciat auctoritate publica, ſiuè priuata.

Explicantur aliæ quinque. Capere quid ſignificet.

Carcerare quid ſignificet.

Detinere, quid.

Se habent tanquam magis, & minus commune.

5

Hoſtiliter proſequendo quid.

Circa octauum verbum de octaua actione prohibita declarata per ly (*Hoſtiliter inſequentes:*) In hoc Canone nihil aliud ſignificatur, quàm aliquem ex Prælatis Eccleſiæ iniuſtè inſequi animo nocendi ipſis aduertentibus, ſibique cauentibus, ſiuè fugientibus, vt manus inſequentium euadant: Quare, qui cum Cardinalem, ſiuè alium Eccleſię Prelatum maiorem inſequitur animò capiendi, ſiuè carcerandi, ſiuè

ſiuè detinendi, ideoque contra illum ſaxum, ſiuè telum, ſiuè quodcumque aliud inſtrumentum offenſiuum immittit, vt illum percutiat, eſt ipſo facto excommunicatus, dato, quod caſu tali inſtrumento proiecto illum non tangat, ſufficit enim ipſa inſecutio hoſtiliter facta animo percutiendi cum actione extrinſeca proiectionis ſaxi, &c. Quæ actio ſufficiens eſt ad incurrendam excommunicationem huius Canonis: Ita Sylu. Verbo excommunicatio 7. n. 23. Nauar. conſ. 31. nu. 4. de ſent. excom. Filliuc. d. tr. 16. c. 9. q. 8. n. 246. Sayr. lib. 3. de Cenſ. c. 14. nu. 7. cum alijs.

Sufficit emiſſio lapidis, licet nō percutiat.

Syluester. Nauarrus. Filliucius. Sayrus.

6 Ex quo patet differētiam eſſe inter excommunicationem huius Canonis, & illam, quæ lata eſt in Can. ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. nam illa generaliter lata eſt contra percutientes realiter omnes, & quoſcumque clericos: Excommunicatio verò noſtri Canonis ſolummodò infligitur contra offendentes aliquos Prælatos maiores, non ſolùm percutiendo, verùm etiam hoſtiliter proſequendo, quamuis illos actu non percutiant: Ita Duard. lib. 2. in expoſit. huius canonis. q. 5. n. 1. Vgolinus hic Verſ. Hoſtiliter inſequentes, D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 2. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 12. p. 1. n. 6. Coriolan. in hoc canone cum alijs ſupra citatis.

In quo differt iſta excommunicatio ab illa: Si quis ſuadēte Diabolo.

Duardus. Vgolinus. D. Anton. Bonacina. Coriolanus.

7 Circa nonum verbum de vltima actione, quæ eſt (eijcere aliquem Prælatum ex locis ſuis) dicimus, quod ly: Eijcere denotat aliquem expellere è loco, quem poſſidet, quare non idem eſt eijcere, & non admittere, ideòque ſi quis aliquem Prælatum ex illis nominatis in canone non admitteret intrare in locum ſuæ iuriſdictionis, antequam fuiſſet receptus non incideret in excommunicationem huius Canonis, eò quòd in caſu illum verè expellere non dicatur, prout benè aduertit Bonac. tom. 3. D. 1. q. 12. num. 7.

Eijcere Prælatu ex terris ſuis, quid ſignificat.

Eijcere, & nō admittere differunt.

Bonacina.

8 Ad incurrendam ergo excommunicationem huius canonis requiritur, quòd Prælatus realiter ſit eiectus è ſua Diœceſi, vel territorio, Ciuitate, vel dominio in quo habet iuriſdictionem: nam ſi eſſet eiectus à loco, in quo iuriſdictionem ſpiritualem adhuc non habet in poſſeſſionem non incideret in hanc excommunicationem iſtius canonis, ideoque dicimus expellentem Epiſcopum, ſiuè Cardinalem à domo, vel Palatio alicuius Principis non eſſe excommunicatum, quia in caſu non diceretur expellere ex loco ſuæ iuriſdictionis: Ita Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 70. Duard. lib. 2. can. 11. q. 4. n. 6. Sayr. de Cenſ. lib. 3. c. 15. n. 8. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 9. nu. 247. Reginald. lib. 9. n. 313.

Quod requiritur ad incurrendam hanc excommunicationem.

Eijcientem, ſiue expellētem à domo nō incidit in excōm. canonis iſtius.

Suarez. Duardus. Filliucius.

Reginaldus.

9 Ideoque in canone appoſita fuit illa dictio (*è Diœceſibus ſuis*) quæ dictio dupliciter eſt intelligēda: nam aliquando refertur ad ipſos eijcientes, aliquādo ad Prælatas eiectos: nam reſpectu Legati à latere, & Nuntij Apoſtolicæ ſedis refertur ſolummodò ad eijciētes; reſpectu verò aliorum Prælatorum Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & Epiſcoporum refertur ad ipſos eiectos: Quapropter taliter verba Canonis ſunt explicanda: Excommunicamus, &c. eijcientes Legatos, vel Nuntios è terris ipſorum eijciētium, in quibus videlicet Legati, vel Nuntij funguntur officio ſuæ legationis, vel nunciaturæ: Item excommunicamus eijcientes Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Patriarchas, è terris ipſorum Prælatorum, in quibus ſpiritualem habent iuriſdictionem.

Eijcere Prælatos è terris ſuis dupliciter poteſt intelligi.

Primo modo.

Secundo modo.

10 Ad Cardinales autem non refertur, niſi etiam fuerint Epiſcopi conſecrati, vel Legati à latere, &c. nam quatenus Cardinales non Epiſcopi Diœceſim, & iuriſdictionem habere non ſolent, non dicuntur eijci è terris, & locis ſuis, in quibus nullam habent ſpiritualem iuriſdictionem: ſi verò eijciantur ab Eccleſijs ſuis titulantibus, tunc illos eijcientes excommunicationem canonis incurrerēt, quia in caſu expellerentur è locis, in quibus iuriſdictionem, & dominium habent: Ita Alterius de Cenſ. D. 5. c. 4. col. 11. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 9. q. 9. n. 247. & 248. & Bonac. loc. cit. n. 16.

Notandū pro Cardinalib.

Alterius. Filliucius. Bonacina.

Notādum autem, quòd talis eiectio Prælatorum è locis ſuis dupliciter fieri poteſt, vel factis, vel verbis: nam quandoque fieri poteſt ſolummodò verbis comminatorijs, eijciendo Prælatum è loco ſuæ iuriſdictionis præcipiendo ei, vt diſcedat à loco ſuo, & tūc ſi talis Prælatus ob minas ſibi factas relinquat ſuam Diœceſim, vel Eccleſiam, recedendo ab ea, ſecuto effectu: eijciens illum eſt excommunicatus; nam verba legis intelligenda ſunt cum effectu iam ſecuto: Quare iudices præcipientes Epiſcopo, vt è Regno, Diœceſi, vel Ciuitate, diſcedat ſecuto effectu eiectionis ſunt excommunicati: Ita Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 9. n. 249. Bonac. loc. cit. n. 19. & colligitur ex c. Relatum de cleric. nō reſidēte: & hæc de actionibus nouem per ſe prohibitis in Canone. 11

Eiectio Prælatorum fieri poteſt dupliciter verbis, vel factis.

Filliucius. Bonacina. c. Relatum.

Actiones autē acceſſoriæ ſunt quinque videlicet mandare, Ratum habere Auxiliari: conſulere, & fauere, ad faciendam aliquam actionem ex prohibitis per ſe in Canone: nam per huiuſmodi actiones, etiam committitur peccatum ſacrilegij contra Eccleſiaſticas perſonas in dignitate cōſtitutas, ideo, que talia facientes excommunicationem huius canonis incurrūt poſt effectum ſecutum ex tali actione, ſiuè mandata, ſiuè rata habita poſt factum, ſiuè mediante auxilio, vel fauore, vel conſilio ad talem actionem contra reuerentiam debitam S. E. R. debitè perpetrandam. 12

De actionibus acceſſorijs.

Mandare autem eſt committere alteri aliquod fieri, vel gratis, vel mediante pretio, ſiuè promiſſione tacitè, vel expreſsè, vt munus, ſeu mandatum illi impoſitum, ſiuè iuſſum exequatur: nam, qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur: Quidquid enim mandatarius facit nomine mandantis facere dicitur. 13

Mādare, quid ſit?

Ratum autem habere eſt approbare, & ratificare actionem illam nomine ipſius factam, hoc enim requiritur ad rationem ratihabitionis propriè dictæ, quod approbetur actio, tanquam ſuo nomine facta: Quare ſi quis aliquando approbaret delictum commiſſum ab aliquo, gaudeatque de illa actione, neſciens ſuo nomine facta fuiſſe non diceretur propriè ratam illam habere, ideoq; licet peccet conſentiendo ad peccatum alterius, non tamen eſt excommunicatus, quādo talis actio ſub excommunicatione fuiſſet prohibita: eò quòd non fuit facta nomine ipſius: Ita Syluest. Verbo conſenſus n. 6. Duard. in hoc canone q. 13. Reginald. lib. 9. n. 314. 14

Ratum actionem habere, quid ſignificet?

Syluester. Duardus. Reginaldus.

Requiritur inſuper ad excommunicationem incurrendam, vt factum approbetur aliquo ſigno externo, ſiuè verbis, ſiuè nutibus, ſiuè ſigno aliquo æquiualenti: Nam excommunicatio non incurritur niſi per actum externum, cum Eccleſia militans, de internis non iudicet: Ac etiam opus eſt, quòd talis ratam habens actionem illam ſuo nomine factam, fuiſſet idoneus ad talem actionem præcipiendam, tempore, quo talis actio fuit perpetrata, alias ſecus: Quare ſi quis approbaret aliquando percuſſionem alicuius Prælati ſuo nomine factam, ſi tunc temporis, quando fuit facta percuſſio talis approbans non erat habilis ad tale mandatum faciendum, excommunicationem non incurreret. Ita Syluest. & Duard. cum Bonac. locis ſupra citatis. 15

Duo requiruntur ad actioné approbandā.

Syluester. Duardus. Bonacina.

Auxilium verò, eſt opem ferre alicui ad perpetrandum 16

Auxiliū, quid ſit?

trandum aliquod delictum ex prohibitis in Canone, quod multipliciter dari poteſt, vel ſubminiſtrãdo arma, vel alia inſtrumenta ad delictum perpetrandum apta, ſiuè accommodando miniſtros ad Prælatum capiendum, vel detinendum, aut occultando aliquos, vt data opportunitate indè poſſint exire ad interficiendum, ſiuè vulnerandum, vel percutiendum &c. Vel ſubminiſtrando pecuniam, aliaque neceſſaria ab tale ſcelus committendum, Ità Alterius D.12. c.6, col.16. & 17. Duard. in can.11. huius Bullæ q.17. Vgolin. ibi verbo præſtantes auxilium.

Alterius. Duardus. Vgolinus.

17 Conſulere eſt actio, qua quis ſuadet, verbiſque impellit, vel modum patrandi delictum docet, aut ſecuritatem aperit, vel vtilitatem ſecuturam oſtendit: Iſte enim dicitur in huiuſmodi actionibus dare conſilium ad tale opus faciendum; prout dicitur l. in Actione ff. de Furt. Ità Vgolin. in hoc can. verſ. Conſilium §.2. Duard. ibi q.18.

Cõſulere quid ſit.

Leg. In actione ff. de Furt.

Vgolinus. Duardus.

18 Verùm eſt tamen, quòd ad hanc excommunicationem incurrendam, latam contra conſulentes oportet tale Conſilium fuiſſe efficax, vt influat in effectum, & poſſit eſſe cauſa talis actionis efficiendæ: Quare ſi quis conſilium det alicui, vt aliquem Prælatum percutiat, vulneret, &c. ſi tunc talis iam paratus erat ad tale ſcelus perpetrandum, adeò vt dato, quòd ille talis non conſuliſſet, nihilominus ex propria malitia, & praua voluntate ille talis eſſet facturus: tunc in caſu huiuſmodi cõſulens, licèt mortaliter peccet, non tamen eſt excommunicatus virtute huius Canonis: Ità Bonac. tom.3. D.1. q.12. p. 2. num.28.

Conſiliũ debet eſſe efficax.

Bonacina.

19 Fauere tandem nihil aliud eſt, niſi commodum, ſeù vtilitatem, & fauorem præſtare, ſeù aliquid facere, conferens, & iuuans ad finem ab alio intentum perpetrandum, commendando, vel laudando delinquentem, vt delictum ſine timore committat, ſiuè ipſum comitetur aliaque faciat in fauorem ipſius delinquentis: Tunc ſi talis fauor influat in effectum, mediante, quo fauore delictum ſit commiſſum, tunc huiuſmodi, qui fauorem dedit in excommunicationem incidit, latam in Canone contra Conſilium dantes: Ità Sayr. de Cenſ. lib.3. c.15. n.13. Syluest. Verbo excommunicatio 7. nu.44. Tabiena verbo excommunicatio 5. nu.2. Viuald. in expoſitione huius Canonis num.89. Vgolin. hic Verbo Fauentes; Duard. ibi q.17. Et hæc de prima parte huius Canonis conſideranda.

Fauere, quid ſignificet.

Sayrus. Syluester. Tabiena. Viualdus. Vgolinus. Duardus.

20 Circa ſecundam partem huius canonis, in qua veniunt conſiderandæ perſonæ, quæ proteguntur a Pontifice, ne contra eas poſſet ſine incurſione cenſuræ fieri aliqua actio ex iis, quæ in canone ſunt prohibitæ tàm principaliter, quàm acceſſoriè: nominantur autem à Pontifice ſex perſonarum genera videlicet Cardinales S. R. E. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Legati à Latere, & Nuntij Romani Pontificis, ideoque, vt clariùs omnia pateſiant vidẽdum eſt. Primo, quid nomine Cardinalium veniat in hoc canone, deindè de alijs Prælatis eſt dicendũ.

De ſecunda partes huius Canonis. Perſonæ, quæ proteguntur in Canone.

21 Cardinales igitur S.R.E. dicuntur illi, qui ad gradum, & dignitatem Cardinalatus electi ſunt à Romano Pontifice, iique poſt electionem factam in ipſorum perſonis conſenſum præſtiterunt expreſsè, ſiuè tacitè conſentiendo; his enim duabus actionibus creantur Cardinales, nominatione Vid. Summi Pontificis facta in publico conſiſtorio, & aſſenſu ipſorum electorum acceptantium dignitatem, licèt galerum rubeum nondum accepiſſent, ſunt tamen veri Cardinales legitimè creati, ideoque illos offendentes aliqua ex prædictis actionibus prohibitis in Canone excommunicationem incurrunt: Ità Palud. in 4. D.18. q.3. A.2. Caſ.16. Sayrus de Cenſ. lib.3. c.15. n.3. Filliucius tom.1. tr.16. c.9. nu.239. Duardus hic q.6. n.1. Vgolinus d.c.11. §.1. num.1.

Cardinales S.R.E. qui ſunt, & quomodo creantur.

Paludanus. Sayrus. Filliucius. Duardus. Vgolinus.

22 Dicuntur autem Cardinales, eò quia ſicut cardine ſuſtentatur oſtium domus, ita Eccleſia Sancta Dei eorum conſilio, ſcientia, vitæ Sanctitate, ac prudentia ſuſtentatur, prout dicitur in Can. Sacro Sanctæ D.21. in fine; additurque in Canone; S.R.E. ad excludendos alios Cardinales ſimpliciter ità nũcupati, vt ſunt Cardinales Eccleſiæ S. Iacobi Eccleſiæ, Compoſtellanæ, & Rauẽnenſis: qui licèt dicantur Cardinales, & induantur veſtibus rubeis, nõ ſunt tamen veri Cardinales S.R.E. ideòque eos offendẽtes nõ ſunt excommunicati virtute huius Canonis: Ità Alterius D.12. c.2. col.2. Filliucius, & Duard. loc. ſupra cit.

Cardinales S.R.E. vnde dicantur, & qui ſunt.

Can. Sacro Sſtæ Diſt.21.

Cardinales cõpoſtellanæ Eccleſiæ, & Rauennenſis.

Alterius, Filliucius, Duardus.

23 Deindè nominantur in Canone Patriarchæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi; nam Pontificium ordo, præter Summum Pontificem, qui ſupremam ſedem Pontificalem tenet, & eſt caput totius Eccleſiæ triplex eſt, Patriarcharum, Vid. Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum; Dicuntur autem Patriarchæ illi Prælati Eccleſiæ, qui pluribus prouincijs præſunt, qui alio nomine etiam Primates appellantur, eò quod primum locum inter Epiſcopos poſt Summum Pontificem tenent; dicuntur autem Patriarchæ, quaſi Summi Patres: prout colligitur ex tex. in Can. Cleros. D.21. Ità Duard. in hoc Can. q.7. num.1. & Panormit. in c. Antiqua, de Priuileg. num.5.

Patriarchæ, & Primates, qui ſunt, & vndè dicantur.

Can. Cleros. d.21. Duard. Panormit.

24 Archiepiſcopi autẽ ſunt illi Epiſcopi, qui vni prouinciæ, & Epiſcopis eiuſdem prouinciæ præſunt, qui etiã appellãtur Metropolitani, ità dicti à metro, ſeù mẽſura polorũ. i. Eccleſiarũ diuerſarũ Ciuitatũ: Epiſcopi verò dicuntur Prælati illi, qui tantum vni Diœceſi præſunt, in eamque iuriſdictionem habent Epiſcopalem: Dicuntur autem Epiſcopi à verbo Græco ἐπισκοπεῖν, quod ſpeculator apud latinos ſignificat: quare hodie nomine Antiſtitis communiter appellari ſolèt, eò quod illorum præcipuum munus ſit gregis ſibi commiſſi vitam explorare.

Archiepiſcopi, qui ſint. Quare dicuntur Metropolitani. Epiſcopi, qui ſint, & vndè dicantur.

25 Notandum autem, quòd nomine Epiſcoporum in hoc canone tantum veniunt illi, qui iam conſecrati ſunt Epiſcopi, non autem illi, qui tãtummodo fuerunt electi, & confirmati, quia licèt Epiſcopus electus, & confirmatus dicatur Epiſcopus, quò ad ea, quæ iuriſdictionis ſunt, adhuc tamen deeſt conſecratio, quæ præcipuè videtur hoc priuilegium reſpicere, maximè in materia pœnali, in qua nõ licèt fieri extenſio, ideòque Epiſcopus non adhuc conſecratus nõ gaudet hoc priuilegio huius Canonis, etiã ſi poſſeſſionem rerum tẽporalium adeptus ſit; Quapropter offendentes Epiſcopum non adhuc conſecratum, non ſunt excommunicati virtute huius Canonis; Quamuis poſſint incidere in aliam excommunicationem, latam contra percutientes clericos; Si talis eſſet iam clericus initiatus, Ità Caietanus Verbo excommunicatio c.12. Nauar. c.27. nu.67. Suarez de Cenſ. D.21. ſect.2. num.69. Regin. lib.9. c. 20. num.313. Filliuc. tom.1. tr.16. c.5. num.240. cum alijs, quos citat Bonacina tom.3. D.1. quæſt.12. p. 2. num.7.

Quid nominẽ Epiſcopi veniat. Epiſcopus debet eſſe cõſecratus.

Caietanus. Nauarrus. Suarez. Reginaldus. Filliucius. Bonacina.

26 Epiſcopus verò, ſemel conſecratus, qui poſtea Epiſcopatui, & dignitati, & iuriſdictioni renuntiauit, gaudet adhuc hoc priuilegio huius Canonis, quia per renuntiationem factam, non amiſit characterem Epiſcopalem, tũc Character indelebiliter in anima ipſius perſeueret: Quod idem dicendum eſt, ſi fuiſſet depoſitus tantùm verbaliter, vel ſi eſſet excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, ac etiã irregu-

Epiſcopus Excommunicatus, & depoſitus verbaliter, gaudet hoc priuilegio Canonis.

Digitized by Google

irregularis, quia per huiuſmodi cenſuras, & eccleſiaſticas pœnas non amittitur Ordo, & Character: ſecus autem dicendum eſſet, ſi fuiſſet degradatus realiter, quia tunc in caſu omnibus clericalibus priuilegijs eſſet priuatus: Ità Sayrus de cenſ.lib.3.c.15. num.4. Vgolinus hic c.11.§.1.num.1. Duard.ibi q.8. num.5.& q.22. num.18. Reginald.lib.9.nu.313. Bonac.tom.3.D.1.quæſt.12.num.8.& Alterius c.3.d.6. & alij.

Degradatus non gaudet. Sayrus. Vgolinus. Duardus. Reginaldus. Bonacina. Alterius.

Legati à latere, qui ſint. Legati nati, qui ſint. Legati miſſi, & Nuntij, qui ſint. Duardus. Vgolinus. Filliucius. Salas.

27 Legati tandem Apoſtolicæ Sedis, & Nuntij dicũtur illi, qui à Summo Pontifice negotiorum cauſa deſtinantur, & mittuntur cum auctoritate pontificia ad Principes terræ: Horum autem alij dicuntur legati à latere, ad quod munus ſolummodò Cardinales deſtinari ſolent à Summo Pontifice propter grauiſſimas cauſas, quibus conceditur ampliſſima facultas. Alij dicuntur legati nati, & iſti ſunt qui Epiſcopalem dignitatem conſequuntur, quibus ex conceſſione Summi Pontificis annexum eſt munus legati: Alij tandem ſunt ſimpliciter miſſi, & tales Nuntij Apoſtolicæ Sedis appellantur; prout colligitur ex c.1. de offic. legati in 6. Ita Duard.lib.2.can. 11.huius Bullæ:q.7.num.2. Vgolinus c.11.huius can. num.9. Filliucius d.tr.16.c.5.n.241.& Salas de legib. D.8.ſect.11.num.51.

De officio l. Romm. Bonacina.

28 Iſti ergo omnes ſiuè ſint legati à Latere, ſiuè Nati, ſiuè Nuntij Apoſtolicæ Sedis, gaudent priuilegio huius Canonis, donec legationem, & officium ſuum compleuerint, qui ſtatim, ac portam vrbis egrediũtur gaudent priuilegijs, & prærogatiuis legatorum, & Nuntiorum, non ſolùm dum ad præfixum, & deſtinatum locũ accedunt, verùm etiam dum redeũt, legatione peracta: Ità Bonac.tom.3.D.1.q.12.p.2. num.9.cum omnibus ſupra citatis.

De tertia parte Canonis. Subiectũ huius excõmunicationis.

29 Circa tertiam autem, & quartam partem in hoc capite ad conſiderandum propoſitam de huius excommunicationis ſubiecto, & cauſis excuſantibus ab incurſione cenſuræ dicimus breuiter: Subiectum huius excommunicationis eſſe omnes, ſinguloſque fideles vtriuſque ſexus cuiuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis, ſiuè ætatis, dummodò ſint doli capaces, & cenſuræ: dicitur enim in Canone: *Excommunicamus omnes, qui quamcumque actionem ex prohibitis in Canone contra Prælatos S.R.E. in eodem Canone nominatos facere præſumpſerint.*

Cardinales aliiq; Prælati cõtra facientes nõ excuſant. Vgolinus. Duardus. Bonacina.

30 Ex quo ſequitur, quòd ſi aliquis Prælatus, ſiuè ſit Cardinalis, ſiuè Epiſcopus, qui alium Cardinalem, ſiuè Legatum, ſiuè Nuntium, aut Epiſcopum percutiat, ſiuè hoſtiliter offendat, &c. ipſo facto excommunicationem latam in Canone incurret: & ratio huius eſt, quia priuilegium hoc datum eſt Prælatis ipſis offenſis, & nõ offendentibus, ideòque iſtis hoc priuilegium minimè ſuffragatur, vt alios impunè offendere quandoque poſſint: Ità Vgolin.in hoc Canone §.1. Duard.ibi q.22.n.1.& 2. Bonac.tom.3.D. 1. q.12.p.3.n.1.& 2. alijque communiter.

De quarta parte Canonis. De cauſis excuſantibus ab incurſione cẽſuræ huius. Iuſta cauſa excuſat. Suarez. Nauarrus. Duardus.

31 Cauſæ autem excuſantes à tali excommunicatione incurrenda ſunt omnes illæ, quæ excuſant tranſgreſſores huiuſmodi actionum prohibitarum à culpa mortali, & contumacia: quapropter interueniente iuſta cauſa, vt ſi aliquando quis ad ſui defenſionem, & ſuorum familiarium pro conſeruatione vitæ pudicitiæ, ſiuè aliorum bonorum, cùm moderamine inculpatæ tutelæ Epiſcopum, ſiuè Cardinalem, ſiuè alium quemcumque Prælatum occidat, ſiuè percutiat, eximitur ab excommunicatione canonis contrahenda, eò quòd in tali caſu talis actio contra Prælatum non eſt facta iniuſtè, ſed cum rationabili cauſa, excuſante à culpa lethali: Ità Suarez de cenſ. D.21.ſect.2.n 69. Nauar.c.27.n.67. Duard. hic q.22.n.16. Vgolinus ibi §.2. Sayr.de cenſ.lib.3. c. 15. n.5. Alterius hic. c.5.n.1.

Vgolinus. Sayrus. Alterius. Ignorãtia iuris, & facti excuſat.

32 Quod idem dicendum eſt de ignorantia inculpabili, ſiuè iuris, ſiuè facti: Quare ſi quis percuſſerit aliquando Cardinalem, ſiue alium quemcumque Eccleſiæ Prælatum inculpabiliter, ignorans hanc diſpoſitionem Canonis, non afficeretur pœna huius Canonis, eò quod in caſu huiuſmodi laborat probabili ignorantia iuris.

Ignorãtia facti, quæ. Suarez. Duardus. Vgolinus.

33 Dixi etiam facti, quia ſi quis tempore noctis incedens, percutiat aliquem Cardinalem, ſiuè alium Prælatum incognitum, eò quòd mentito habitu incedebat, neſciens illum eſſe Cardinalem, &c. non ligaretur excommunicatione huius Canonis, quia in caſu ignorabat inculpabiliter qualitatem perſonæ percuſſæ, ideòque cum non fecerit cõtra præceptum Canonis excommunicationem non incurret, Ità Suarez loc.cit. Duard.num.18. Vgolin.hic verbo ſeù præſtantes auxilium num.4.& alij.

De paruitate materiæ.

34 Sic etiam dicendum eſt de paruitate materiæ, excuſante à mortali culpa, quæ ſicuti excuſat à culpa, ità, & à cenſura, quare quicumque actionem aliquã tantùm culpabilem venialiter ex ratione materiæ leuis facit, non adſtringitur excommunicationis vinculo, quare non contrahitur, niſi mediante culpa lethali, vt ex ſupra dictis patet.

Limitatio aſſertionis. Leuitas actionis nõ eſt attendẽda phyſicè, ſed moraliter. Bonacina.

35 Verùm eſt tamen, quod talis leuitas materiæ in caſu non attendẽda eſt tantùm reſpectu corporalis læſionis, ſed etiam reſpectu iniuriæ, quæ mediante tali actione irrogatur contra honorem, & reuerentiam Prælatis Eccleſiæ debitas, ideòque quandoque contingere poteſt, quòd actio licèt in ſe Phyſicè, & entitatiuè conſiderata leuis ſit, conſiderata tamen, ſecundum moralem exiſtimationem reputetur grauis propter iniuriam, quæ fit cõtra talem perſonam in tali dignitate poſitam: Quare ad diſcernendam leuitatem materiæ in hoc caſu magna prudẽtia adhibenda eſt, cõſideratis circumſtantijs loci, & temporis, & perſonæ offenſæ: prout benè aduertit Bonac.tom.3. D.1.q.12.p.3.n.6. cum alijs: Et hæc de vndecimo Canone huius Bullæ dicta ſufficiant.

DE EXCOMMVNICATIONE XII. CANONIS Contra offendentes recurrentes ad Romanam Curiam pro ſuis negotijs.

CAP. XII.

Textus.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui vel per ſe, vel per alias perſonas Eccleſiaſticas quaſcumque, vel ſæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illas in eadem Curia proſequẽtes, ac procurantes, negotiorumque geſtores, Aduocatos, Procuratores, & agentes, ſeu etiam auditores, vel iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorũ huiuſmodi occidũt, ſeù quomodolibet percutiunt, bonis ſpoliant, ſeù per ſe, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procuratore, aut eiuſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

Expoſitio XII. Canonis.

Dubitatio præſentis Canonis.

1 PRiuſquam verba iſtius Canonis explicentur vna ſe offert difficultas explicanda: An Vid. differãt inter ſe excommunicatio iſta ab illa, quæ lata eſt in Canone nono huius præſentis Bullæ, & ratio dubitandi

tandi

Digitized by Google

tandi eſt, quia vtraque videtur in aliquibus conuenire: nam in vtraque fertur excommunicatio contra iniuſte offendentes eos, qui accedunt ad Romanam Curiam cauſa negotiorum, ibique commorantur, & ab ea recedunt.

Differet ia inter canonem nomi, & præſentem. Prima differentia.

2 Reſpondetur tamē, quòd licèt verùm ſit, quòd in aliquibus conueniant ratione Vid. termini, & cauſę, vt in dubio propoſito dictum eſt: Differunt tamen in pluribus: Primò, quia excommunicatio illa tantùm habet locum contra offendentes eos, qui ad Romanam Curiam accedunt, quocumque modo, & occaſione: In hac verò præſentis canonis excommunicantur ij, qui offendunt accedentes ad Curiam non ex quacumque cauſa, & intuitu, ſed occaſione cauſarum, & negotiorum, quæ in ipſa curia geruntur: Secundò differunt, quia in illa ſolum attenditur ad fauorem perſonarum recurrentium: In iſta autem non ſolùm intenditur fauor perſonarum, ſed etiam cauſarum, ne illarum expeditio, executio, & impetratio impediatur, quòd fieret, ſi perſonæ, per quas hæc tractanda, vel expedienda ſunt, ea ratione offendantur.

Sēcūda differentia.

Tertia differentia.

3 Inſuper tertiò differunt, quia ad illam excommunicationem incurrendam requiritur, vt offenſio inferatur in perſonas accedentium ad Romanam Curiam: Ad iſtam autem præſentis Canonis contrahenda ſatis eſt, ſi offenſio inferatur in perſonas transferentium tantùm eorum cauſas ad Romanam Curiam, etiam ſi ibi non accedant: nam in hoc Canone non ſolùm prohibetur offenſio in recurrētes in proprijs perſonis, ſed etiam in tranſmittentes: & quartò differunt, quia in illo Canoue tantum excommunicantur offendentes illos, qui accedunt, vel recedunt à Curia: in hoc autem Canone non ſolum excommunicantur illi, verùm etiam, qui offendunt eorum Procurarores, Aduocatos, Auditores, & Iudices, &c. Ita Sayrus de Cenſ. lib. 3. c. 16. n. 5. Suarez D. 21. ſect. 2. num. 73. & Duard. in hoc Canone q. 2. n. 1. & 2.

Quarta differentia.

Sayrus. Suarez. Duardus.

Expoſitio Canonis tria cōſiderantur. Primum. Secundum. Tertium.

4 Hoc ergo ſuppoſito dicimus breuiter, quòd in præſenti Canone tria veniunt explicanda: Primò, quæ perſonæ excommunicantur à Pontifice virtute huius Canonis, quæ ſunt ſubiectum huius excommunicationis: Secundò mediantibus, quibus actionibus dictæ perſonæ in excommunicationem incidunt: & Tertiò, Quæ ſunt perſonæ, quæ proteguntur à Pontifice, ne contra eos huiuſmodi actiones licitè fieri poſſint ſine incurſione cenſuræ latæ in Canone.

De Subiecto huius cēſuræ.

Quod ſit ſubiectū capax huius excōmunicationis.

Comprehēdit omnes fideles baptizatos.

5 Quare circa primum dicimus: Subiectum huius excommunicationis, ſicuti, & aliarum eſſe omnes, & ſingulos fideles vtriuſque ſexus cuiuſcumque gradus, cōditionis, vel dignitatis, vèl præeminentiæ exiſtant, dummodò excommunicationis, & doli ſint capaces, qui per ſe, ſiue per alias mediatè, & immediatè iniuſtè offendunt eos, qui ad Romanam Curiam negotiorum cauſa recurrunt, illos occidendo, percutiendo, vel ſpoliando eorum bonis, ac etiam Conſilium, auxilium, vel fauorem ad huiuſmodi crimina contra dictas perſonas perpetrantes donant: eſt enim excommunicatio iſta generalis, ideòque omnes comprehendit, quare Summus Pontifex abſolutè, & ſine limitatione dixit: *Excommunicamus omnes illos cuiuſcumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint, offendentes, &c.*

Actiones prohibitæ ſunt nouem. Tres principales, ſex acceſſoriæ.

6 Actiones autem, quæ inhibentur ſub anathematis pœna ſunt nouem: quarum tres ſunt principales, & per ſe intentæ, & reliquæ autem ſex acceſſoriæ: Actiones principales ſunt Primò: Interficere, ſecundò percutere, & Tertio ſpoliare bonis perſonas in hoc Canone proiectas: Actiones acceſſoriæ ſunt Primo mandare, vt dicta crimina committantur, ſecundo illa exequi, Tertio procurare eadem fieri, Quarto dare auxilium, Quinto Conſilium, & Sexto fauorem ad talia crimina facienda.

Materia huius excommunicationis eſt ſacrilegium.

Ex quo ſequitur: Materiam huius excommunicationis eſſe ſacrilegium commiſſum à fidelibus, faciendo huiuſmodi actiones prohibitas in Canone contra perſonas ſub protectione Apoſtolicæ Sedis exiſtentes, cum ad eam recurrant pro negotijs ad Sedem Apoſtolicam pertinentibus, ideoque tales perſonas offendentes in perſonis, ſiuè in bonis fit iniuria Apoſtolicæ Sedi ſub cuius protectione cōtinentur. Ita Caietanus verbo excommunicatio c. 15. Sayrus de Cenſ. lib. 3. c. 16. nu. 2. Filliucius tom. 1. tr. 16. c. 7. q. 9. n. 172. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 13. p. 1. n. 1. & 8. Alterius D. 13. c. 1. & alij. 7

Caietanus. Sayrus. Filliucius. Bonacina. Alterius.

Perſonæ, quæ proteguntur in Canone, quæ.

Perſonæ, quæ offendi prohibentur à Pontifice in hoc Canone ſunt nouem: Primo omnes, & ſinguli recurrētes ad Romanam Curiam pro cauſis, & negotijs ipſorum expediendis in Curia: Secundè proſequentes eadem negotia in ipſa Curia: Tertio procuratores expeditionem earumdem cauſarum, & negotiorum: Quartò Geſtores eorumdem negotiorum, Quintò Aduocati, Sextò Procuratores. ſeptimò Agentes ipſorum, Octauò Auditores deputati ſupra dictis cauſis, & negotijs, & Nonò Iudices deputati, vel particulariter, vel ex officio ad eadem negotia definienda per ſententias: Quæ omnia clarè patent ex verbis Canonis. 8

Romana Curia, quæ i hoc Canone intelligitur.

Circa quas perſonas eſt: Primo notandum, quòd pro Romana Curia intelligitur tribunal Romani Pōtificis vbicumque Pontifex cum ſuis officialibus exiſtat, non ſolùm, vt Pontifex eſt, & ſpiritualem iuriſdictionem habet in totam Eccleſiam, ſed etiam, vt Rex, & Princeps temporalis totius ſtatus Eccleſiæ: Nam Summus Pontifex in Canone abſolutè, & generaliter loquitur de Romana Curia, nulla facta diſtinctione de iuriſdictione ſpirituali, & temporali: Tum quia conceſſiones rerum temporalium, & feudalium expediuntur nomine Sedis Apoſtolicæ, cui applicatum, & annexum ſuit temporale dominium multarum Ciuitatum Italiæ, & talis vſus eſt, & praxis Sacræ Pœnitentiariæ in expediēdis negotijs pertinentibus ad Romanam Curiam: Ita Filliuc. tom. 3. tr. 16. c. 7. q. 10. nu. 176. Duardus hic q. 1. & Bonac. tom. 3. D. 1. q. 13. p. 2. n. 3. 9

Filliuc. Duardus. Bonacina.

Recurrentes ad Romanā Curiam, qui ſint.

Recurrentes igitur ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs dicuntur ij, qui ad eamdē Curiam confugiunt, ſiuè per viam appellationis, ſiuè per viam principalis prouiſionis: his enim duobus modis ad Romanam Curiam recurri ſolet, vel appellando à ſententijs latis ab inferioribus Prælatis ad Summum Pontificem, aut cauſa inchoandi litem, nam recurrere idem ſignificat, quòd confugere, ſeu celeriter ire, quod proprium eſt litigantium. 10

Cauſæ, quæ ſint, & vnde dicantur.

Iudiciū, quid ſit.

Iuſtitia, quid.

C. Foras de verborum ſignificat.

Vgolinus.

Dicitur ergo cauſa à cauſando, cum ſit origo negotiorum, quæ proponuntur in iudicio nondum diſcuſſionis examine patefacto, quæ dum proponuntur dicuntur cauſæ à caſu, eò quod adhuc dubius eſt litis euētus, dum diſcernitur cauſa appellatur iudicium; quando autem determinatur per ſententiam, & exequitur, appellatio iuſtitia dicitur prout colligitur ex cap. Forus de verb. ſignificar. Quare negotia in hoc Cannne ſumuntur pro quacumque cauſa, ſiuè Ciuili, ſiuè Criminali, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quæ habentur coram iudice S. R. E. Ita Vgolinus in expoſit. huius Canonis n. 5. cū alijs expoſitoribus, ſupra citatis. 11

Proſe-

Digitized by Google

12 Proſequentes deindè negotia, & cauſas in Curia dicuntur illi, qui cauſam iã inceptam agunt, & proſequuntur: dicitur enim iſta dictio à pro, & ſequor, quaſi aliquem ante euentum ſequi, quare, qui attendunt ad cauſas, ſeù negotia finienda dicuntur cauſarum proſequentes: Itá Vgolinus ſupra n.7. Duard. n.4. Bonacina num.7.

Proſequentes cauſas, qui ſint, & vnde dicantur.

Vgolinus. Duardus. Bonacina.

13 Procurantes, & negotiorum geſtores ſunt illi, qui ad negotia expedienda cooperantur: Differunt autem inter ſe in hoc, quod procurantes dicuntur ij, qui ſuam præſtant operam, ſeù opem, vel cooperationem, vt cauſa, ſeù negotium expediatur: geſtor verò negotij dicitur, qui negotium alterius agit, etiam extra litem: vt quis e. g. beneficium, penſionem, diſpenſationem, vel alia ſimilia conſequatur, in quo de neceſſitate mandatum non requiritur: Itá Vgolinus in hoc can. Verbo Negotiorum geſtores n.1. Duardus nu.6. Sayr. lib.3. de Cenſ. c.16. n.6. Reginald. lib.9. c.20. n.317. Alterius D.13. c.3. col.6. & Bonac. tom.3. D.1. q.13. p.1. n.8.

Procuratores, & Geſtores, qui ſint, & quomodo differant.

Vgolinus. Duardus. Sayrus. Reginaldus. Alterius. Bonacina.

14 Aduocati dicũtur ij, qui cauſæ patrocinium aliorum ſuſcipiunt, & quid de iure faciendum ſit oſtendunt: prout habetur ex leg.1. §. Poſtulare ff. de Procurat. Verùm eſt tamen, quòd illi, qui Romam pergunt ad exercendum aduocati munus in genere nõ gaudẽt priuilegio huius Canonis, quoniam Romanis Pontifex in Canone iſto tantùm loquitur de illis, qui aduocati munus exercent in fauorem eorũ, qui recurſum actu habent ad Romanam Curiam, non autem de alijs. Itá Vgolin. & Duard. loc. ſupra cit. ſequiturque Bonacina ſupra num.9. & Alterius D.13. c.3. col.6. Verſ. Aduocatos.

Aduocati, qui ſunt. L.1. ff. de Procurat. Quales aduocati gaudent priuilegio Canonis.

Vgolinus. Duardus. Bonacina. Alterius.

15 Agentes dicuntur illi, qui procuratoris perſonam ſuſtinent, ſed ab eo conſtituuntur, qui adhuc motæ cauſæ dominus non eſt, ideoque Curator, Tutor, aut Syndarus, quoniam ante litem cõſtitutam litis Domini non ſunt, ideòque procuratorem conſtituere nequeunt, propterea agentem tantummodo conſtituunt, prout dicitur in l.1. ff. de Procurat. & in l. Neque Tutores C. de Procurat. Itá Vgolinus, Duardus, Alterius, & Bonacina, loc. ſupra cit.

Agentes, qui ſunt. Differẽtia inter agentẽ, & procuratorẽ. L.1. ff. de Procurat. l. Neque tutores C. de Procurat.

Vgolinus. Duardus. Alterius. Bonacina.

16 Auditores ſunt illi, quibus cauſæ cognoſcendæ committuntur, non autem definiendæ, niſi ſpecialiter id eis concedatur: conſtituuntur autem huiuſmodi auditores à Principe ſæculari, vel à Romano Pontifice, de quibus agitur in hoc Canone, quorum officium ex poteſtate illis tradita cognoſcitur, quæ ſecundum magis, & minus concedi ſolet, ſecundum voluntatem inſtituentis: Itá Zabarel. in Clement. Auditor. q.2. nu.6. Ioan. Andr. in c. ſolet de ſent. excom. Vgolin. Duard. & Bonac. loc. ſupra cit. alijque expoſitores.

Auditores cauſarũ, qui ſunt.

Zabarella. Io. Andreas. Vgolinus. Duardus. Bonacina.

17 Iudices tãdem dicuntur illi, qui cauſam litis poſitæ iure ordinario, aut delegato cognoſcunt, & per ſententiam iuridicè definire poſſunt: qui gaudent hoc priuilegio Canonis non ſolùm ſi Romæ exiſtant; verùm etiam, ſi extra curiam: nam Romanus Pontifex cauſas recurrentium ad Apoſtolicam Sedem ſæpe ſæpius ad Epiſcopos, alioſque Iudices ordinarios, aut ab eo in cauſis delegatos, etiam extra Romanam Curiam exiſtẽtes committere ſolet: Quod idem dicendum eſt de Auditoribus, Aduocatis, & Procuratoribus, atque ſollicitatoribus, non ſolùm quando Romæ exiſtunt, verùm etiam ſi extra Curiam delegant modo cauſa, ſeù negotium ab iſtis agatur, ſeù proſequatur in Romana Curia: Itá Vgolinus hic, verbo Auditores, vel Iudices num.2. Duard. num.8. Reginaldus lib.9. n.316. Filliucius tr.16. c.7. n.174. Alterius D.13. c.3. col.7. Bonacina loc. cit. n.12. & alij.

Iudices, qui ſint.

Omnes iſti gaudẽt priuilegio Canonis vbicumq; exiſtant.

Vgolinus. Duardus. Reginaldus. Filliucius. Alterius. Bonacina.

Omnes ergo iſtæ perſonæ ſupra nominatæ gaudent priuilegio Canonis, ideòque quicumque illos offenderit aliquo ex tribus modis occidendo, vel percutiendo, aut ſpoliãdo eorum bonis, occaſione negotiorum, & cauſarum, quas agunt illorum, qui ad Romanam Curiam recurrunt in excommunicationem latam à Summo Pontifice in hoc Canone ipſo facto incurrunt, cum faciant contra prohibitionem ſub excommunicationis pęna latæ in Canone huius Bullæ. 18

Aduertendum eſt autem, quòd ſi quis aliquando huiuſmodi actiones faciat cõtra præfatas perſonas non intuitu negotiorum, & cauſarum reuerentiam ad Apoſtolicam Sedem, ſed ex alijs motiuis, & occaſionibus: vt ſi caſu, quis occidat, ſiuè percutiat, vel furetur aliquem ex his, cauſa inimicitiæ, vel occaſione furandi, non inciderit in excommunicationẽ huius Canonis: quia Summus Pontifex ſolummodò excommunicari illos, qui recurrentes ad Apoſtolicam Sedem per ſe, vel per alios ſuper eorum cauſis, & negotijs occaſione cauſarum, & negotiorum occidant, percutiant, aut ſpolient, ideòque opus eſt, vt huiuſmodi actiones intuitu cauſarum, ſeu negotiorum fiant. Itá Alterius loc. cit. Filliucius d. tr.16. c.7. n.173. Vitald. in hoc Can. n.92. Sayr. lib.3. c.16. n.4. Suarez de Cenſ. D.21. ſect.2. num.73. Caietanus Verbo excommunicatio c.18. 19

Aduertentia aſſertionis prædictæ.

Alterius. Filliucius. Vitaldus. Sayrus. Suarez. Caietan.

Actiones tãdem acceſſoriæ prohibitæ in hoc Canone, quibus mediantibus incurritur, etiam excommunicatio ſunt ſacrilegia, quæ cõmittuntur à fidelibus, committendo, vel exequendo, aut procurando, quòd aliqua actio principaliter prohibita in Canone contra eos, qui ad Sedẽ Apoſtolicã recurrunt ratione negotiorum, vel cauſarum ad eamdẽ Apoſtolicam Sedem ſpectantium, vel quomodolibet præbent conſilium, auxilium, vel fauorem ad tales actiones prohibitas faciendas. 20

De actionib. acceſſoriè prohibitis.

Verùm eſt tamen, quòd cùm ſex iſtæ poſteriores actiones ſint acceſſoriè prohibitæ, & non per ſe, & principaliter interdicantur à Pontifice, non incurritur excommunicatio mediante aliqua actione ex iſtis niſi talis actio ſit efficax, & influat in effectum, prout in ſupradictis alijs Canonibus probatum eſt de actionibus acceſſorijs: Itá Bonacina tom.3. D.1. q.13. p.1. num.8. & alij expoſitores huius Bullę communiter: Et hæc de Canone duodecimo huius Bullæ ſint ſatis. 21

Requiritur in iſtis actio efficax.

Bonacina.

DE EXCOM. XIII. CANONIS CONTRA appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad laicam poteſtatem.

CAP. XIII.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes tàm Eccleſiaſticos, quam ſæculares, cuiuſcumq; dignitatis, qui præuertẽtes friuolam quadam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tàm gratiam, quàm iuſtitiam concernentẽ: nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorũ, monitoriorum, proceſſuum, executorialium, aliorumq; decretorũ à nobis, & à ſede prædicta, ſeù Legatis, Nuntijs, Præſidentibus Palatij noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſarijs, alijſque Iudicibus, & Delegatis Apoſtolis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea

Textus.

Prima Pars Canonis.

inſtante

inſtante etiam fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt:

Secunda pars.

* Quiuè illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi litterarum, & proceſsuum executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt tradere debeant impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeù eorum agentes, conſanguineos affines, familiares, notarios, executores ſub executores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, exciuitatib. locis, & regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel per alium, ſeù alios publicè, vel occultè:

Tertia pars.

* Quiuè aliàs quibuſcumque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeù gratijs, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut reuerſum habeant, ſeù gratias ipſas, vel litteras à dicta Sede impetrent, ſeù impetrantis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, vel mandare, vel ad eas apud ſe, aut Notarios, ſeù tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

Expoſitio XIII. Canonis.

1 Excommunicatio iſta in tres diuiditur partes.

Prima pars.

EXcommunicatio iſta præſentis Canonis huius Bullæ communiter ab eius expoſitoribus in tres partes diuidi ſolet, eò quòd contineat tres excommunicationes contra eos, qui offendunt auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, quæ tripliciter offendi poteſt: Primò appellando à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum recurrendo ad poteſtatem laicam, vel faciendo admitti talem friuolam, & vanam appellationem à laica poteſtate, & inſtante fiſci procuratore, ſeù aduocato: vel faciendo capere huiuſmodi litteras

Secunda pars.

Apoſtolicas, faciendo retinere ab illis: Secundò impediendo executionem dictarum litterarum A-

Tertia pars.

poſtolicarum quouis modo, ſiuè colore: Tertiò prohibendo, vel impediendo accedentes ad Romanam Curiam pro negotijs proſequendis, ſiuè litteris, ſiuè gratijs impetrandis, vel ne impetratis vtantur, vel dictas litteras apud ſe, vel apud alios retinendo, quæ omnia facientes excommunicantur in hoc Canone: quarum Prima excommunicatio incipit, ac principio vſque ad dictionem illam: quiuè illa ſimpliciter, ſecunda ab iſta dictione vſque ad quiuè aliàs, & tertia ab hac vſque ad finem.

2 Primum Sacrilegium tripliciter committitur contra primam partem Canonis.

Appellatio fit ab inferiori ad ſuperiorem.

Caietanus. Sayrus. Reginaldus. Filliucius.

Materia ergo huius primæ excommunicationis, quæ continetur in prima parte Canonis eſt ſacrilegium, quo Sedis Apoſtolicæ auctoritas læditur tripliciter, primo recurrendo ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem prætextù friuolæ appellationis à grauamine prætenſo, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum: nàm per talem appellationem contemnitur auctoritas Apoſtolicæ Sedis, exiſtimando laicam poteſtatem eſſe illi ſuperiorem, appellatio enim fit ab inferiori ad ſuperiorem, & non è contra: quare appellans à Sede Apoſtolica ad Principes ſæculares iniuriam facit ipſi Apoſtolicæ Sedi, ideòque ſacrilegium committit: Ità Caiet. verbo excommunicatio c.29. Sayr. de Cenſ. lib.3. c. 17.n.2. Reginald. lib.9. c.21.n.320. Filliuc. d. tr.16. c. 8.q.4.n.192.

3 Secundum ſacrilegium contra eandem partem.

Secundò violatur auctoritas eiuſdem Apoſtolicę Sedis, faciendo admitti huiuſmodi appellationes à laica poteſtate inſtante etiam fiſci Aduocato, aut Procuratore, ideòq; excommunicat Summus Pontifex non ſolùm eos, qui recurrunt per ſe ipſos ad Curiam ſæcularem ab illaque obtinent appellationem admitti ad expediendam executionem litterarum Apoſtolicarum, & prouiſionum: verùm etiam illos, qui immediatè non appellant, ſed confugiunt ad Aduocatum: ſeù Procuratorem fiſci curiæ ſecularis, & eius opera vtuntur ad retardandam dictam executionem ideſt, vt ipſe compareat, & appellet, vel procuret appellationem admitti: Ità Vgolin. in hoc canone verſ. Quiuè illa n.1. Duard. ibi, Alterius ibi Verſ. & ab ea inſtante, Bonacina, cùm alijs locis ſupra citatis.

Vgolinus. Duarda. Alterius. Bonacina.

4 Tertium ſacrilegium contra eandem partem.

Tertiò violatur eiuſdem Apoſtolicæ Sedis auctoritas, faciendo capi, vel retineri prædictas litteras ab eadem laica poteſtate: nam per huiuſmodi retentionem litterarum Apoſtolicarum fit iniuria ipſi Sedi Apoſtolicæ cuius litteræ capiuntur, & retardantur, vel retinentur à ſæcularibus contra Eccleſiaſticam libertatem, ideòque rationabiliter excommunicantur à Pontifice propter crimen ſacrilegij commiſſum contra auctoritatem eiuſdem Apoſtolicæ Sedis: prout dicunt omnes ſupra citati Doctores communiter.

5 Appellatio friuola, & vana, quæ ſit.

Pro intelligentia autem huius primæ partis huius canonis: eſt ſciendum, quòd appellatio friuola dicitur illa, quæ fit ſine legitima cauſa, vel quando quis appellat iniuſtè, & malitioſè, agnoſcens ſe non fuiſse aggrauatum, appellat tamen mendaciter via grauaminis, vt effugiat iudicium, & executionem ſententiæ iuſtæ contra ipſum latæ, vndè illa dicitur friuola appellatio, quæ fit vel ſine legitima, & ſufficienti cauſa, vel, quæ inualida eſt, & innanis, vana, & nullius valoris.

6 Aſſignatur ratio aſſertionis, & declaratur.

Duardus. Filliucius. Bonac. Coriolanus. C. cū appellationibus friuolis.

Dicitur quoque friuola appellatio quando fit à Iudice ſuperiori ad inferiorem: nam legitima appellatio facienda eſt ab inferiori ad ſuperiorem: Quare cùm quis à Decretis Romani Pontificis ad ſæcularem Curiam appellat iniquè; & vanè dicitur appellare, quia talis appellatio facta eſt contra Regulas iuris à ſuperiori ad inferiorem: Ita Duardus lib.2.can.13.q.2. nu.1. Filliuc. tr.16. c.8.q.5. n.196. Bonac. tom.3. D.1.q.14.p.1. n.3. Coriolanus in explicat. huius Canonis nu.5. & colligitur ex c. Cum appellationibus friuolis de Appellat. nu.6.

7 Litteræ Apoſtolicæ, quæ intelliguntur in Canone.

Iulius III.

Nomine autem litterarũ Apoſtolicarum, à quibus ad laicam poteſtatem appellari non licet veniunt non ſolùm Bullæ Pontificiæ, quæ plumbeo ſigillo muniri ſolent, ſed etiam Breuia, ſiuè reſcripta Pontificia, quæ annulo Piſcatoris in cera rubea ſignantur, ſiue gratiam, ſiuè iuſtitiam continentia, ideòque, vt vtraque comprehenderetur, addita fuit particula illa in Canone (*etiam in forma Breuis.*) Quod idem intelligendum eſt de litteris Sacræ Pœnitentiariæ, quæ expediuntur à Summo Pœnitentiario, tanquàm à Præſidente, & delegato à Papa, vt habetur ex Iulio III. ex conſtit. quæ incipit: Rationi congruit.

8 Litteræ Sacræ Congregationis Cardinalium dicuntur Apoſtolicæ, & quare.

Bonacina.

Quod idem à fortiori dicendum eſt de litteris Congregationis Cardinalium expoſitioni Concilij Tridentini præfectorum, quoties de mandato Papæ ſcribuntur ſeruandis: nam huiuſmodi Cardinales in tali euentu ſunt Iudices à Summo Pontifice delegati, non ſolùm ad declarandum, verùm etiam ad Ius dicendum in tali euentu, & conſequenter huiuſmodi litteræ emanare dicuntur à delegatis Apoſtolicis: Ita Bonacina tom.3. D.1. quæſt.14. p.1. num.23.

Inſuper

Digitized by Google

9 Compreheṅduntur etiam citationes, & quæcumque alia mandata.

Inſuper ſub nomine litterarum Apoſtolicarum intelliguntur etiam citationes, quæ fiunt nomine ipſius Papæ, ſiuè fiant per nuntium, ſiuè per Epiſtolam, ſiuè voce præconis, ſiuè per edictum in loco publico. Inſuper inhibitiones eiuſdem, ſequeſtra, proceſsus, executoriales, & quæcumque alia præcepta Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ: Legatorum, Nuntiorum, Præſidentium, Auditorum Cameræ Apoſtolicæ, Commiſſariorum, Iudicum delegatorum Apoſtolicorum, ideòque additur in Canone particula illa: aliorum Decretorum, vel ab alijs Iudicibus Apoſtolicis, etiam ſi non ſint Bullæ: Breuia, & citationes, & ſimilia: Ità Vgol. in expoſit. huius can. Duard. ibi q.1.n.2. Filliuc. to.1.tr.16.c.8. n.198. Bonac. to.3.D.1.q.14.p.1.à n.9. vſque ad 16.

Vgolinus. Duardus. Filliucius. Bonacina.

10 Subiectum huius excommunicationis

Subiectum verò excommunicationis huius Canonis, in quod cadit excommunicationis ſententia ſunt omnes baptizati, dummodò ſint doli capaces, ſiuè ſint ſæculares, ſiuè Eccleſiaſtici, cuiuſcumque conditionis, dignitatis, ſiuè præeminentiæ ſint, qui aliquam ex tribus actionibus præfatis contra ordinationem huius Canonis facere aliquo quo cumq; modo præſumpſerint, & non ſolùm ſi id faciant auctoritate publica, ſed etiam priuata: non ſolùm enim in hoc Canone excommunicantur appellantes à litteris, & ſententijs Apoſtolicæ Sedis, ſed etiā quomodolibet facientes huiuſmodi appellationes acceptare, & recipere: Ità Nauar. c.27.n.96. Vgolinus hic §. Quiuè illa verſ. Poſtremo, Viuald. ibi n.95. Ant. de Souſa D.72.n.3. Bon. to.3, D.1.q.14.p.1.n.2.

Ampliatur excōmunicatio.

Nauarrus. Vgolinus. Viualdus. Souſa. Bonacina.

11 De ſecunda Parte Canonis. Excommunicantur quomodolibet impedientes.

In Secunda parte huius Canonis excommunicantur inſuper impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, cæterorumq; mandatorum, & ſententiarum, vel impediendo ſimpliciter ſine vlla conditione, & cauſa, ne decreta Pontificia executioni mandentur, vel impediendo ſecundùm quid, ne ſcilicet ſine beneplacito, & conſenſu, vel examine Curiæ ſæcularis exequantur: nā huiuſmodi actiones omnes ſunt ſacrilegæ, cum fiant contra auctoritatē Apoſtolicæ Sedis, & libertatē Eccleſiaſticam.

12 Ampliatur excommunicatio ad alias perſonas.

Inſuper excommunicantur impedientes Tabelliones, & Notarios, cæteroſque miniſtros, ne conficiant acta, vel inſtrumenta ſuper executionem dictarum litterarum Apoſtolicarum, ſiuè proceſſuum, ſiuè decretorum, vel impedientes, ne inſtrumenta huiuſmodi, vel acta confecta ſuper executionem dictarum litterarum tradantur parti, cuius intereſt, vel capientes partes actrices, vel ipſarum agentes conſanguineos, affines, familiares, notarios, executores, vel ſubexecutores dictarum litterarum, vel ipſos percutiendo, vulnerando, carcerando, detinendo, eijciendo ex Ciuitatibus, locis, vel Regnis, vel ipſos ſpoliando bonis, perterrefaciendo, concutiendo, ſiuè comminando, ſiuè publicè, ſiuè ſecretè, mediatè, & immediatè ſiuè per ſe, ſiuè per alios: Ità Vgol. & Duard. alijq; expoſit. huius Canonis, Filliuc. d.tr.16.c.8.n.201. & Bonac. to.3. D.1.q.14. p.2.n.7.

Vgolinus. Duardus. Filliucius. Bonacina.

13 Quæ conditiones requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationē.

Aduertendum eſt tamen, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem, oportet, quòd præfatæ perſonæ offendantur occaſione dictarum litterarū, & citationum Apoſtolicarum; nam ſi alia occaſione offendantur, vt ſi occidantur ob priuatas inimicitias, ſpolientur lucri cauſa, è locis eijciantur timore incommodi, ab ipſis recipiendi, niſi eijciantur excommunicationem non incurrerent: quia intentio Summi Pontificis eſt ne præfatæ perſonæ offendantur occaſione prædictarum litterarum, ſeù citationum, &c. Nam actus agentium non operantur præter eorum intentionem: Ità Vgolin. in hoc Canone §. Quiuè illa verſ. Excipitur tamen; Duard. ibi q.9.n. 14. Coriol. ibi §. Excipitur, Tolet. excom. 9.n.4. Reg. lib.9.c.21.n.320. Bon. to.3.D.1.q.14.p.2.n.8. & alij.

Actiones agētium non operantur præter eorum intentionem. Vgolinus. Duardus.

Coriolanus. Toletus. Reginaldus. Bonacina.

Ex dictis ſequitur: Subiectum huius excommunicationis eſſe omnes illas perſonas, quæ aliquam actionem ex expreſſis nominatis in Canone facere præſumpſerint; nam quælibet actio ex his reſultat contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ actiones ſacrilegæ ſunt, impedire executionem litterarum Apoſtolicarum, vel ſimpliciter ne executioni tradantur abſque conſenſu, vel beneplacito Curiæ ſæcularis, vel impedire, ne acta, vel inſtrumenta ſuper executionem prædictarum litterarum conficiantur, vel ne parti, cuius intereſt tradantur. 14

Inſuper capere prædictas perſonas, vel eas percutere, vulnerare, carcerare, detinere, eijcere, bonis expoliare, perterrefacere, concutere, & comminari, auctoritate publica, vel priuata, ſiuè per ſe, ſiuè per alios mediatè, & immediatè: Quæ omnia patent ex verbis iſtius Canonis: Ità Nau. c.27.n.68. Graff. p.1. Deciſ. lib.4. cap.18. num.107. Filliuc. tom.1. tr.16. c.8. q.7. nu.202. & alij expoſitores huius Bullæ. 15

15 Ampliantur actiones prohibitæ in Canone.

Nauar. Graffius. Filliucius.

Excommunicatio tertia, ſeu potiùs materia excommunicationis tertiæ partis huius Canonis eſt ſacrilegium, quod committitur à fidelibus mediante aliqua ex duab. actionibus prohibitis in hac tertia parte huius Canonis: quarum Prima eſt præſumere iniuſtè; & ſcienter, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, aut mandare in genere, vel in ſpecie, ne quis ad Romanam Curiam accedat, vel recurſum habeat pro quibuſuis negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris impetrandis, ſeù ne gratias ipſas, vel litteras à Sede Apoſtolica impetret, ſeù impetratis vtatur. 16

16 Tertia pars huius Canonis. Prohibet duas actiones Prima actio prohibita, quæ.

Secunda actio eſt præſumere prædictas litteras apud ſe retinere, vel apud Notarios, ſeu Tabelliones quomodolibet: Quæ omnia clarè patent ex verbis iſtius Canonis, ideòq; alia expoſitione non indigēt: Quare hæc ſufficiāt pro notitia iſtius Canonis. 17

17 Secunda actio, quæ.

DE EXCOM. XIV. CANONIS CONTRA officiales, alioſque iudices, qui cauſas Eccleſiaſticas auocant ab Eccleſiaſticis iudicibus.

CAP. XIV.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel per alios auctoritate propria, ac de facto quarumcumq; exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſtolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas ab auditorib. & commiſſarijs noſtris, alijſq; iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illorumq; curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, Conuentus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illorum cognitione tanquam iudices interponunt. * Quiuè partes actrices, quæ illas committi fecerūt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut aliàs litteras, in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales prohibitiones emanarunt à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui, vel per ſtatutum, vel aliàs compellunt, * Vel executionem litterarum Apoſtolicarum, ſeù executorialium, proceſſuum, & decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, * Vel ſuum ad id fauorem, cōſilium, aut aſſenſum præſtant, * Etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætenſionum, ſeù etiam donec ipſi ad nos informādos, vt dicūt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi corā nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequātur, etiam ſi talia cōmittentes fuerint Præſides

Textus.

Cancellariorum, Conſiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Conſiliarij, Ordinarij, vel Extraordinarij, quorumcumque Principum ſæcularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeù Vicarij fuerint.

Expoſitio XIV. Canonis.

1 Quinque ſequentes clauſulæ pertinēt ad Eccleſiaſticam libertatem.

QVoniam in præcedentibus Canonibus huius Bullæ actum eſt de ijs, quæ ad fidem Catholicam ſeruandam faciebant, & ad auctoritatem ipſius Romani Pontificis, qui eſt caput totius Catholicæ Eccleſiæ: Nec non de ijs, quæ ad Eccleſiam Chriſtianam pertinebant ratione ſuorum membrorum, & ſui Principatus, Inſuper de ijs, quæ ad Sedem Apoſtolicam ſpectabant ratione perſonarum, quæ ſunt ſub eius poteſtate, vel ratione ipſius auctoritatis, vel ratione præcipuorum membrorum ipſius, quales ſunt Cardinales, & Epiſcopi, alijque Eccleſiæ Prælati, quæ omnia à primo Canone vſque ad decimum tertiùm incluſiuè continentur, quæ excommunicationes in præcedentibus explicatæ ſunt.

2 Eccleſiaſtica Hierarchia quintupliciter offendi poteſt, quo ad eius libertatem. Primò. Secundò. Tertiò. Quartò. Quintò.

Tandem Summus Pontifex à quarto decimo Canone, vſque ad decimum octauum excommunicat eos, qui aliquo modo faciunt contra Eccleſiaſticā Hierarchiam, quæ quintupliciter offendi poteſt, quo ad eius libertatem: Primò ipſam offendendo quantùm ad cognitionem cauſarum ſpiritualium: ſiuè ſpiritualib. annexarum, ſecundò quantùm ad immunitatem fori, Tertiò quantùm ad recurſum à iuriſdictione Eccleſiaſtica ad Curiam ſæcularem, Quartò vſurpando, vel ſequeſtrando iuriſdictionem fructus, redditus, prouētus, &c. ſine licentia Summi Pontificis, ſiuè aliorum habentium ad id facultatem: & Quintò quantùm ad impoſitionem onerum perſonis Eccleſiaſticis cōtra Eccleſiaſticā libertatē.

3 Quare iſti Canones non abſoluuntur vſque ad vltimum ſicut cæteri.

Pro quibus omnibus, & ſingulis modis Summus Pontifex quinque excommunicationes diſtinctas contra talia facientes in hac Bulla Cœnæ quolibet anno fulminauit, & fulminat, quæ excommunicationes in quinque diſtinctis Canonibus continentur incipiendo à decimo quarto vſque ad decimum octauum incluſiuè, ideòque Canon iſte non abſoluitur in hoc numero, ſeù clauſula decima quarta, ſed protenditur in concluſione vſque ad numerum, ſeù clauſulam decimam octauam, vt expreſsè videbitur in ſequentibus clauſulis, ſiuè canonibus in quibus non repetuntur illa verba (*Excommunicamus, & anathematizamus*) initio præfigi ſolita, ſed ſequentes clauſulæ vſque ad decimam octauam incluſiuè ab his verbis hic poſitis dependent.

4 Canon iſte præſens diuiditur in quinque partes. Prima pars. Secunda pars. Tertia pars. Quarta pars. Quinta pars.

Canon ergo iſte præſens diuiditur in quinque partes principales, in quarum prima excommunicantur auocantes ſibi de facto, & auctoritate propria cauſas beneficiales decimarum, & ſpirituales, ſpiritualibuſque annexas à iudicibus Eccleſiaſticis illarumque curſum, & eos, qui proſequi eos volunt impedientes, aut in earundem cognitione tanquam Iudices ſe interponentes: In ſecunda parte, quæ incipit ab illis verbis: (*Quiuè partes actrices*) excommunicantur compellentes per ſtatutum, vel alias partes actrices ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, inhibitiones, & alias litteras eis decretas: vel ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt à cenſuris pœniſque in illis contentis abſolui: In tertia, quæ incipit (*Vel executionem litterarum*) excommunicantur impedientes executiones litterarum Apoſtolicarum, ſeù executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum: In quarto, quæ incipit ab illis verbis: (*Vel ſuum ad id fauorem*) excommunicantur fauentes, conſulentes, & aſſenſum ad aliquam actionem ex his prohibitis præſtantes. In quinta ampliatur diſpoſitio huius Canonis, & in vno caſu limitatur: vt patet ex illis verbis: [*Etiam prætextu violentiæ*] vſque ad finem Canonis præſentis.

5 Actiones, quæ prohibentur in hoc Canone ſunt nouē ſex principales. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta.

Ex quo ſequitur actiones, quæ in præſenti Canone prohibentur eſſe nouem, quarum ſex principaliter, & per ſe ſunt prohibitæ, reliquæ verò ſex prohibentur acceſſoriè: eſt ergo Prima actio principaliter prohibita: auocare cauſas ſpirituales à Iudicibus Eccleſiaſticis ad iudices ſæculares: Secunda eſt impedire earundem cauſarum curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conuentus, collegia, &c. cauſas prædictas proſequi volentes: Tertia eſt interponere ſe tanquam iudices de cognitione huiuſmodi cauſarum: Quarta eſt compellere partes actrices, quæ committi fecerunt huiuſmodi cauſas, vel ad reuocare faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras decretas in huiuſmodi cauſis. Quinta compellere eoſdem partes ad faciendum abſolui à cenſuris, alijſque pœnis, eos, contra quos tales inhibitiones erant emanatæ, aut ad conſentiendum eoſdem abſolui: ſexta eſt impedire executionem litterarum Apoſtolicarum executorialium, proceſſuum, & decretorum quomodolibet.

6 Actiones acceſſoriè ſunt tres. Prima. Secunda. Tertia.

Tres aliæ actiones prohibentur à Pontifice in hoc Canone, non quidem per ſe, & primo, ſed acceſſoriè, quarum prima eſt: Præſtare auxilium, ſeù fauorem ad faciendam quamcumque actionem ex ſupradictis contra diſpoſitionem Canonis: Secunda eſt dare Conſilium efficax ad tales actiones, ſeu aliquam illarum quomodolibet perpetrandam, & tertia eſt præſtare aſſenſum, ſeù conſenſum voluntarium in huiuſmodi actionibus faciendis: Quæ cùm ſint actiones acceſſoriè non contrahitur excommunicatio, niſi ſecuto effectu iſtarum actionum.

7 Cauſæ, quæ prohibentur in Canone ſunt res ſpirituales. Cauſæ ſpirituales, quæ ſunt. Exemplificatur, quæ ſint iſtæ cauſæ ſpirituales.

Cauſę autem in ordine ad quas præfatę actiones ſub excommunicationis pœna prohibitæ, ſunt in Canone, ſunt cauſæ ſpirituales, ſeù ſpiritualibus annexæ: cauſæ autem ſpirituales dicuntur illæ, quæ nō ſolùm ſecundum ſe entitatiue, & formaliter ſpirituales ſunt, verùm etiam illæ, quæ antecedenter, & conſequenter ſpirituales vocantur, in quibus agitur de rebus, quarum cognitio, & determinatio ad Eccleſiaſticum iudicem ſpectat: vt de rebus Sacramētorum, Cenſurarum, Decimarum, Oblationum, Primitiarum, Beneficiorum, de iure præſentandi, eligendi, nominandi, &c. e.g. An Sacramentum tali forma adminiſtratum teneat? An hoc, vel illud matrimonium valeat? An hic ad decimarum ſolutionem teneatur? An huic competat ius nominandi, eligendi, vel præſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica? An talis habeat ius ſepulturæ? Ius decimarum? Ius collationis beneficij? Cauſæ ſpiritualibus annexæ ſunt illæ, quæ licet ſecundum ſe, & formaliter entitatiuè non ſint ſpirituales habent tamen annexionem cùm rebus ſpiritualib. vti eſt Iuſpatronatus, quod dicitur annexum rei ſpirituali, quia dirigitur ad beneficium, ſeù ad conferendū alteri ius in beneficij fructus, quòd eſt aliquod ſpirituale, ideòq; agere de ipſo iure patronatus pertinēt ad iudicē Eccleſiaſticū, & nō ad laicū: Ita Bon. t. 3. D. 1. q. 15. p. 1. n. 9.

8 Cauſæ ſpiritualibus annexæ, quę ſint.

Prima actio prohibita explicatur. Bonacina.

9 Auocare cauſæ ſpirituales quid ſit.

His ergo præmiſſis oportet ſingulas actiones per ſe prohibitas in Canone explicare: quarum Prima eſt Auocare: ideſt ad ſe trahere, & reuocare cognitionem, ſeù definitionem cauſarum ſpiritualium, ſeù ſpiritualibus annexarum, quarum cognitio ad Eccleſiaſticum ſpectat iudicem, quæ quidem

Auo-

Auocatio iſta tripliciter fieri poteſt. Primo modo. Secundo modo.

Auocatio tribus modis fieri poteſt: Primò expreſsè trahendo ad ſe cauſas pendentes apud Eccleſiaſticos iudices, ad forum Laicale: Secundò prohibendo primo Iudici, corā quo agitur ne amplius in ea cauſa procedat, ſeù ne ſe ingerat, vel intramiſcat, vel inhibendo partibus, ne cauſam coram Eccleſiaſtico iudice proſequātur: & Tertiò tacitè cognoſcēdo de ipſis cauſis pendentibus, coram Eccleſiaſtico Iudice, ſeù ad eum ſpectantibus, vt definiendo ſine conceſſione Romani Pontificis: Ità Alterius de Cēſ. D.15.c.1. Vgolin. in hoc Canone §. 1. Duard. ibi q.7. n.1. & q.13.n.2. Filliuc. tom.1.tr.16. c.10.q.10.num. 243; & Bonac.d.tom.3.D.1. q.15.p.1.n.2.

Tertiò modo. Alterius. Vgolinus. Duardus. Filliucius. Bonacina.

10 Qua auctoritate facienda eſt iſta auocatio cauſarū.

Aduertendum eſt tamen, quòd adhoc, vt incurratur præſens excommunicatio: opus eſt, quòd talis auocatio cauſarum fiat auctoritatiuè ideſt ſiuè propria auctoritate, ſiuè pretextū exemptionum, ſiuè aliarū gratiarum, ac litterarū Apoſtolicarū, quibus aliquando talis auctoritas conferri ſolet: Vtrumq; enim ſub particula copulatiua proponitur, quare hæc clauſula, vel ſupponit dictas prætenſas litteras, vel gratias Apoſtolicas, nulla eſſe, vel falsò confingi, aut certe eas reuocat quæcumque illæ fuerint: Ex quo ſequitur, quòd quacumque auctoritate talis auocatio fiat à Iudicibus Eccleſiaſticis ad laicos, ſemper incurritur hæc excommunicatio Canonis: Ità Suarez de Cenſ. D.21. ſect.2.n.75. Duard. in hoc can.q.3.n.1. Reginald. lib.9. c.22.num.335. Anton. de Souſa D.77. num.5. Sayr. lib.3. de Cenſ.c.18.n.5.

Suarez. Duardus. Reginaldus. Souſa. Sayrus.

11 Difficultas de iſta auocatione. Tres opiniones proponūtur.

Sed difficultas eſt: an ſi talis auocatio cauſarum non ſolùm fiat auctoritate laica, verùm etiam ſi fiat auctoritate Eccleſiaſtica: in qua quidem difficultate tres ſunt Doctorū ſententiæ, duæ extremæ, & vna media: quæ nobis videtur probabilior, & magis rationi conſentanea.

12 Prima ſententia extrema.

Eſt ergò prima ſententia abſolutè, dicens: Auocationem cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis vetitam eſſe abſolutè quacumq; auctoritate fiat, quare ſi Epiſcopus trahat ad ſe cauſam pendentem coram alio Iudice ſuperiore auctoritate propria excommunicationem incurret, eò quod Summus Pontifex in hoc Canone generaliter loquitur de auocantibus ſine debita auctoritate cauſas apud Iudicem Eccleſiaſticum pendentes, & Eccleſiæ auctoritas non ſolum violatur in ſua iuriſdictione ſi auocatio fiat auctoritate laica, verùm etiā ſi fiat auctoritate Eccleſiaſtica, quare Summus Pontifex expreſse excommunicat facientes contra diſpoſitionem huius Canonis, ſiuè ſæculari dignitate fulgeant, ſiue ſint Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, &c. Illi autem auctoritate Eccleſiaſtica gaudent, ergo auocatio cauſarum inhibita eſt à quocumque fiat à Iudicibus Apoſtolicis ad aliud quodcumque forum inferiorem: Ita Reginald. lib.9.cap. 22. n.335. & Filliuc. tom.1.tr.16.cap.10.q.2.n.253.

Reginaldus. Filliucius.

13 Secunda ſententia extrema. Nauarri. Sayri. Sebaſt. de Medices.

Secunda ſententia oppoſita eſt Nauarri cap. 27. num.70. Sayri de Cenſ. lib.3, cap.18.num.5. Sebaſt. Medices in ſum. tit.9.q.78 nu.18. & aliorum exiſtimantium reuocationem cauſarum prohibitam eſſe ſolum ſi fiat auctoritate laica: nam Summus Pontifex in hoc Canone ſolùm excommunicat auocantes ſpirituales cauſas à iudicibus Eccleſiaſticis auctoritate laica, prætextu cuiuſcumq; priuilegij falsè præſumpti ideò, &c.

14 Tertia ſententia media.

Tertia ſententia media diſtinguit dicens: ſi talis auocatio cauſarum ſpiritualium fiat ab eo, qui fungitur auctoritate Eccleſiaſtica, & non laicali, non incurrit hanc excommunicationem Canonis, proue tenet ſecunda ſententia, ſi vero fiat ab Epiſcopo, ſeu Cardinali iuriſdictionem Regis in ipſius Curia exercens, & ad ſe trahat, quæ coram Nuncio, vel commiſſarijs Sedis Apoſtolicæ agitur excommunicationem incurret, quia in caſu offenditur iuriſdictio Eccleſiaſtica introductione alienæ poteſtatis, ideòque in Canone fit mentio de Epiſcopis, Archiepiſcopis, &c. & hæc ſententia videtur probabilior, quam tuentur. Suarez de Cenſ. D.21. ſect. 2. num.76. Duard. hic q.4.Can.1.num.1. Anton. Souſa c.15.D.77. n.3. Alterius D.15.c.1, Bonac.tom. 3. D.1.q.15. p. 1, num.5.

Suarez. Duardus. Souſa. Alterius. Bonacina.

15 Secūda actio prohibita explicatur.

Secunda actio prohibita in Canone eſt impedire curſum cauſarum ſpiritualium, proſecutionem, audientiam, perſonas, Capitula, Conuentus, vel Collegia, quæ præfatas cauſas proſequi vellent, ac ſe de illarum cauſarum cognitione, tanquam iudices interponunt, quæ conditio addita eſt in tertia actione, quæ neceſſariò requiritur ad hanc incurrendam Cenſuram, quare Summus Pontifex addidit particulam [Ac] quæ ſimultatem requirit, ideòq; ſi quis ſimpliciter impediret curſum dictarum cauſarum, non tanquam iudex, ſed tanquam procurator, &c. non incideret hanc excommunicationem Canonis: prout benè aduertunt: Alterius in hoc can. c.2. col.2. Verſ. Ac ſe, & Bonac. loc. cit. n.14.

Hæc actio coniungitur cū tertia. Alterius. Bonacina.

16 Tertiā actio prohibita explicatur.

Tertia actio eſt interponere ſe tanquam iudicem in prædictarum cauſarum cognitione, quæ actio prohibita includitur cum ſecunda actione, vt dixi, ideòq; ſi quis tanquam Aduocatus, aut Procurator impedire conaretur verſum dictarum cauſarum, nō eſſet excommunicatus virtute huius Canonis, vt dicunt: Vgolin. §. 2.n.2. Duard. q.13.n.5.

17 Quarta actio prohibita explicatur.

Quarta actio: eſt Compellere auctoritatiuè partes actrices, quæ præfatas cauſas committi fecerunt, ad reuocandum, & reuocare faciēdas citationes, inhibitiones, ſiuè alias litteras decretas; ſuper huiuſmodi cauſis; Nomine partis actricis intelligūtur ij, qui cauſas prædictas Eccleſiaſtico iudici committi fecerunt, vel faciunt, ſiuè ſint ipſimet rei, ſiuè actores, ſiuè vtrique ſimul: nam Canon de omnibus ſimpliciter, & generaliter loquitur, ſiuè id faciant, tanquam iudices, ſiue quacūq; alia pretenſa facultate, ſiuè publica, ſiue priuata: Ità Vgolin. in hoc can. §. *Quinè partes actrices* n.1. Duard. d. can.14.q.13.n.8.

Partes actrices, quæ ſint. Vgolinus. Duardus.

18 Quinta actio prohibita explicatur.

Quinta actio eſt; Cōpellere eaſdem partes actrices ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt abſolui à pœnis, & cenſuris in illis contentis, aut ad conſentiendum illos abſolui, ſiuè id faciant tanquam iudices ſiuè tanquam priuatæ perſonæ: Ità enim intelligit Vgolinus cum Duardo, locis ſupra citatis, ſequiturq; Filliuc. tom. 1. tr.16.c. 10. q.4.n.253. Quamuis Alterius, cum Bonacina d. tom.3.D.1.q.15.n.19. hoc nō admittat de perſonis priuatis, ſed tantùm de iudicibus. Prima tamen ſententia mihi videtur probabilior: dicitur enim in Canone, (*ſiuè compellant per ſtatutum,*) quod refertur ad iudices. (*Siuè alias quomodolibet*) quod refertur ad omnes.

Secunda ſententia. Prima. Vgolinus. Duard. Filliuc. Secunda. Alterius. Bonacina. Prima eſt probabilior.

19 Limitatio.

Verùm tamen eſt, quòd ille, qui via iuridica, aut precibus, aut promiſſionibus, ſiuè mediante pecunia inducit partes actrices ad præſtandum prædictū conſenſum non incidit in excommunicationē, quia talis non dicitur compellere: Is enim compelli dicitur, qui ad aliquod agendum contra ſuam voluntatem iniuſtè inducitur: ſimiliter, neque is afficitur hac excommunicatione, qui compellit iudicem, à quo excommunicatio aliæq; pœnæ inflictæ fuerunt, vt abſolutionem impendat: Non enim Canon loquitur de compellere iudicem, ſed de compellere partes actrices: Ità Vgolinus in hoc Canone §. quinè partes actrices. Verſ. Item excipitur,

Secūda limitatio. Vgolinus.

Duardus. Alterius. Filliucius.

Duard.d.q.13, nu.9. Alterius D.15.c.2.col.3. Filliuc. d.tr.16.c.10.num.253.

20 Sexta actio prohibita explicatur.

Sexta actio eſt: Impedire quomodolibet executionem litterarum Apoſtolicarum executorialium, proceſſuum, ac decretorum auctoritate iuridica: Quare, qui prædictos Apoſtolicas litteras recipi non permittit, vel publicari, ſiuè ſimpliciter, ſiuè iuxta ipſorum tenorem, ſiuè alia ratione executioni tradi, excommunicationem incurrit; dicit enim Canon: *Quomodolibet impediendo*, ideſt quocunque modo, & via. Ità omnes Doctores ſupracitati communiter.

21 Actiones acceſſoriè prohibitæ explicantur.

Actiones tandem minus principales, quæ non primo, & per ſe inhibentur in Canone, ſed acceſſoriè reſpectu illarum ſunt tantùm tres: videlicet Conſilium, fauorem, & aſſenſum præſtare auctoritatiuè in quacumque actione primò, & per ſe principaliter prohibita in Canone: ſed cum illę actiones prohibeantur tantùm acceſſoriè, & non per ſe, ſequitur, quòd in his non incurritur excommunicatio niſi fauor, conſilium, aut aſſenſus habeant effectum: ideſt cauſa principali iam exhibita. Ità Bonacina d.tom.3. D.1. q.15. p.1. num.18. alijque communiter.

Bonacina.

22 Subiectum huius excommunicationis.

Subiectum autem huius excommunicationis, ideſt perſonæ, quæ excommunicantur in hoc Canone ſunt omnes, & ſinguli, in quacumque dignitate exiſtant, non ſolum ſæculares, verùm etiam Eccleſiaſtici Prælati, qui ſine ſpeciali Summi Pontificis facultate de nouo conceſſa actiones prædictas in hoc Canone prohibitas per ſe, vel per alios auctoritatiuè, & de facto facere præſumunt: nominantur autem explicitè pro maiori declaratione Præſidentes Cancellariorum, Conſiliorum, ſeù Parlamentorum, deindè ipſi Cancellarij: tertio Vicecancellarij ſupradictorum, quartò Conſiliarij, tàm ordinarij, quàm extraordinarij quorumcumque Principum ſæcularium, etiam ſi imperiali, regali, aut ducali, aliaque quacumque præfulgeant dignitate: quinto Archiepiſcopi, ſexto Epiſcopi, ſeptimò Abbates, octauò commendatarij, & nonò Vicarij, alijque quomodolibet nominati.

Explicitè nominantur genera perſonarum nouem.

23 De vltima parte huius Canonis. Caſus in quibus datur excuſatio ab hac excommunicatione incurrenda. Primus caſus.

Circa tandem vltimam partem huius Canonis ſuperius propoſitam, diſcutiendi ſunt nonnullæ difficultates: An videlicet dentur aliqui caſus in quibus poſſit admitti aliqua excuſatio ab hac cenſura incurrenda? Quoſquidem caſus breuitatis gratia ad quinque capita principalia reducemus: quorum Primus eſt: An priuilegium Summi Pontificis alicui Principi conceſſum contra hanc diſpoſitionem Canonis excuſet ab excommunicatione incurrẽda?

24 Conceſſio de nouo expreſſa à Pontifice excuſat.

Reſp. Priuilegium Romani Pontificis legitimè conceſſum, vt in quibuſdam caſibus poſſint licitè auocare cauſas ſpirituales, & Eccleſiaſticas à iudicibus Eccleſiaſticis, vel illarum curſum impedire, excuſaret ab hac cenſura incurrenda, quando tamen tale priuilegium fuiſſet legitimè conceſſum, & confirmatum a Pontifice poſt huius Bullæ promulgationem non obſtante tali clauſula huius Canonis: & ratio huius eſt, quia Canon iſte loquitur de auocantibus, ſeu impedientibus, &c. auctoritate propria, ſeù reſpectu priuilegiorum hactenus conceſſorum, ſi ergo Pontifex poſtmodum concedat nouum priuilegium contra talem diſpoſitionem huius Canonis, tunc vtique non ageretur contra inhibitionem Canonis propria auctoritate, ſed virtute priuilegij Pontificis, nouiter conceſſi, non obſtante clauſula dicti Canonis: nam auctor legis poteſt in ſuis legibus diſpenſare, vt, & communis Doctorum ſententia.

Auctor legis poteſt in ſuis legib. diſpenſare.

25 Limitatio.

Verùm eſt tamen: quòd in caſu conſideranda ſunt verba priuilegij, & diſtinctè ſecundum limites, & conditiones conceſſionis obſeruanda: quia quidquid vltra priuilegij præſcriptionem ageretur, propria auctoritate diceretur fieri, cùm detrimento Eccleſiaſticæ libertatis; nam in generali conceſſione communiter non veniunt ea, quæ non eſſet Pontifex verò ſimiliter conceſſurus, aliter enim non eſſet excuſatio à peccato ſacrilegij, & per conſequẽs ab excommunicatione Canonis nõ eſſet immunis.

In generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet quis veriſimiliter cõceſſurus.

26 Aduertentia.

Aduertendum eſt etiam, quòd priuilegia circa hanc materiam generaliter conceſſa ante huius Bullæ promulgationem non excuſant, quia per clauſulam illam huius canonis cenſentur reuocata, vbi dicitur: *Non obſtante quorumcumque prætenſionum prætextu.* Ità Suar. de cenſ. D.2.ſect.2.nu.75. Filliuc. tom.1. tr.16.c.10.nu.255. Duard.lib.2. can. 14.q.9. num.7. & Bonac. tom.3. D.1. quæſt.15.p.4. §.1. num.6.

Suarez. Filliucius. Duardus. Bonac.

27 Tolerantia Pontificis nõ induit priuilegium.

Neque tolerantia Summi Pontificis poteſt inducere tale priuilegium contra Eccleſiaſticam libertatem, & diſpenſationem huius Canonis: quoniam ſimplex tolerantia ſaltem dum Pontifex commodè obſtare poteſt, priuilegium non induit contra diſpoſitionem iuris, tùm, quia in caſu non adeſt tolerantia, dum Summi Pontifices quolibet anno in promulgatione huius Bullæ excludunt omnes prætextus priuilegiorum, & exentionum hactenus conceſſorum, ideò, &c. Ita Caietanus Verbo excommunicatio c.30. Duard.lib.2.can.15. q.13.num.11. Filliuc. tom.1.tr.16.c.10.nu.256.& 258.

Caietan. Duardus. Filliucius.

28 Secundus caſus eſt ſupplicatio interpoſita ad ipſum informandũ.

Secundus caſus eſt ſupplicatio Summo Pontifici interpoſita, quæ excuſare quandoque poteſt ab excommunicatione huius Canonis, quando impediretur executio litterarum Apoſtolicarum prætextu exhibendi ſupplicationem Summo Pontifici ad ipſum informandum de veritate facti, ne litteræ eſſent impetratæ ſubreptitiè: modò tamen dictam ſupplicationem coram Summo Pontifice legitimè proſequatur, & talis ſupplicatio non interponatur calumnioſè ad effugiendam pœnam, ſed pro veritate cognoſcenda, nam ſi quis hoc faciat malitioſè non eſſet excuſatus ab excommunicatione: nam fraus, & dolus patrocinari non poteſt: Ità Filliuc. d.tr.16. c.10.nu.258. Alterius lib.5.D.15.c.2. col.4. Bonacina loc.cit. num.2.

Filliucius. Alterius. Bonacina.

29 Tertius caſus.

Tertius caſus eſt conſuetudo, ſaltem immemorabilis in contrarium introducta, & tolerata, hæc tamen in hoc caſu excuſare non poteſt: & ratio huius eſt, quia, vt conſuetudo excuſet à lege debet eſſe legitima, & præſcripta: Hæc autem præſcribi non poteſt, quoties ſubiectum illius rei, quæ per conſuetudinem induci prætenditur incapax eſt: Cùm ergo laici incapaces ſint Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, ſequitur ipſos non poſſe hanc iuriſdictionem per conſuetudinem acquirere, ideòque talis prætenſa conſuetudo ab excommunicatione huius Canonis excuſare non poteſt, maximè, quia talis conſuetudo videtur ſublata, cùm ſingulis annis in promulgatione huius Bullæ expreſſe à Summis Pontificib. reprobetur, & reuocetur per illam clauſulam ſupradictam. Ità Nauar. c.27.nu.69. Sayrus lib.3. de cenſ. c.18. nu.8. Duard. lib.2. can.14. q.9. n.3. Reginald.lib.9.c.22.n.341. Filliuc.tom.1. tr.16. c.10.q.4. n.255. & 264. Alterius D.15.c.3.& Bonacina tom.3.D.1. q.15. p.4.§.3.nu.1.

Conſuetudo præſcripta in caſu non excuſat. Ratio aſſertionis.

Nauarrus. Sayrus. Duardus. Reginaldus. Filliucius. Alterius. Bonacina.

30 Quartus caſus neceſſitas defenſionis in caſu non excuſat.

Quartus caſus eſt neceſſitas, ſeù defenſio, ſeù prætextus violentiæ arcendæ: ſed talis caſus hic admitti non poteſt, quia talis prætextus exhibendæ violentiæ, & iniuriæ, & damni impediendi non eſt

titulus

titulus ſufficiens ad excuſandum eos, qui cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas à iudicibus Eccleſiaſticis auocant, aut litterarum Apoſtolicarum executionem impedire volunt, aut alia in hoc Canone prohibita faciunt: nam Summus Pontifex in clauſula huius Canonis non obſtante huiuſmodi prætextu excommunicat eos, qui talia faciunt: Ita Alterius D.15. c.3. col.8. Azorius p.1. lib.5. cap.14. quæſt.6. Duard. hic quæſt.10. Reginald. lib.9. c.22. n.338. Suarez lib.4. de Immunit. cap.2. c.24. num.38. Bonacina loc. cit. q.15. p.4. §.4. Filliuc. ſupra n.257.

Ratio aſſertionis. Alterius. Azorius. Duardus. Reginaldus. Suarez. Bonacina. Filliucius.

31 Quintus caſus tandem eſſe poteſt prætextus legis, vel non publicatæ in tali Prouincia, vel non receptæ: Reſpondendo tamen dicimus: talem prætextum in caſu non excuſare, quia licèt in aliquibus Prouincijs hæc Bulla Cœnæ non eſſet publicata, & acceptata, hoc tamen non obſtante obligat omnes Chriſti fideles, etiam ſi ſolũmodò Romæ, vel in Romana Curia tantùm fuiſſet publicata: Ita enim vſu receptum eſt, & nullo iure cautum eſt, vt alijs in locis publicatio huius Bullæ, quolibet anno ſolemniter fiat.

Quintus caſus. Promulgatio particularis, & acceptatio in caſu nõ excuſat.

32 Neque excuſat prætextus, dicentium hanc Bullam in tali Prouincia non adhuc fuiſſe acceptatam: quia Summus Pontifex vult, & intelligit hanc Bullam omnes independenter obligare, etiam ſi aliqui nollent eam acceptare, quare Summus Pontifex in Canone excludit quemcumque prætextũ, & prætenſionem in contrarium quomodolibet. Ità Bonacina tom.3. D.1. q.15. p.4. §.5. cum alijs expoſitoribus communiter.

Bonacina.

33 Iſti ergo ſunt quinque caſus de quibus diſputari ſolet inter Doctores, an excuſent ab iſta excommunicatione? nam de alijs cauſis excuſantibus, vt eſt ignorantia inuincibilis, obliuio, paruitas materiæ, & huiuſmodi nihil ampliùs eſt dicendum ſpecialiter, cum de iſtis actum ſit in tract.6. c.8. huius noſtræ ſecundæ partis Theologiæ Moralis, agendo de cauſis excuſantibus ab excommunicatione incurrenda, & in præcedentibus Canonibus ſæpè ſæpiùs dictum eſt, non enim omnia ſingulis quibuſq; locis repetenda ſunt: Et hæc de præſenti Canone dicta ſufficiant.

De alijs cauſis excuſantibus dictũ eſt ſupra.

DE EXCOMMVNICATIONE XV. CANONIS

Contra iudices ſæculares, trahentes ad ſua tribunalia perſonas Eccleſiaſticas.

CAP. XV.

Textus.

DEcima quinta excommunicatio huius Bullæ in hæc verba fertur. Quiq; ex prætenſo eorum officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorũ quarumcumq; & perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, Collegia Eccleſiarum quarumcũq; coram ſe ad ſuum tribunal, audientiam, Cancellariam, Conſiliũ, vel Parlamentum, præter iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè quouis quæſito colore: Nec non qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeù quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, vel quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, vel ordinatis vſi fuerint, vndè libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeù in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quoquis modo reſtringitur, ſeù noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudicatur.

Expoſitio XV. Canonis.

QVoniam Canon iſte decimus in ordine quintus, prout ſupradiximus cùm precedente Canone continuatur, extenditurque vſq; ad Canonẽ decimum octauũ incluſiuè, ideoq; in iſtis, tribuſq; alijs ſubſequentibus nõ incipit ſicut in alijs ab illis verbis (*Excommunicamus, & anathematizamus, &c.*) quia hæc verba præſupponuntur ex precedenti Canone, cùm quo habet cõtinuationẽ eiuſdẽ, quaſi materiæ pro libertate Eccleſiaſtica ſeruanda, ideòq; Summus Pontifex ſequitur dicẽs: (*Quique ex eorũ prætenſo officio:*) quaſi dicat: Itẽ excõmunicamus quoſcũq; qui Eccleſiaſticã libertatẽ violauerit, &c. 1

Quare Canõ iſte non incipit ab illis verbis. Excommunicamus, &c.

Continet autem Canon iſte duas partes, in quarum prima fulminatur excommunicatio aduerſus illos, qui Eccleſiaſticas perſonas, Capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiarum quarumcumq; coram ſe ad ſuum tribunal trahunt præter iuris Canonici diſpoſitionem: In ſecunda verò parte excommunicantur lędentes ipſam Eccleſiaſticam libertatẽ per ſtatuta, ordinationes, pragmaticas, ſeù quibuſcuq; alijs Decretis, tollentibus, ſiuè minuentibus illam, quare materia iſtius cenſuræ eſt duplex ſacrilegium, vnum, quo læditur libertas Eccleſiaſtici fori, alterũ, quo offenditur ipſamet libertas in quauis alia re per ſtatuta. 2

Duæ excommunicationes cõtinẽtur in hoc Canone. Prima. Secunda.

Vtraque ergo excommunicatio præſentis Canonis vniuerſalis, & generalis eſt, ideòq; comprehẽdit omnes fideles, tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticos, cuiuſcumq; generis, & cõditionis extiterint, qui auctoritatiuè, ſiuè ad inſtantiã partis trahunt, aut trahi faciunt, aut procurant trahi perſonas Eccleſiaſticas ad tribunalia ſæcularia: nam in qualibet ex his actionibus læditur Eccleſiaſtica libertas, quo ad ſecularium, ſiuè hoc faciant ex prætenſa auctoritate officij, ſiuè ad partis, aliorumq; inſtantiam: Similiter etiã modo ſub eadem excommunicationis pœna prohibetur omnibus, & ſingulis, ne ſtatuta, ordinationes, aut cõſtitutiones, ſiuè pragmaticas: aliaq; Decreta, quibus Eccleſiaſtica libertas in aliquo tollitur, læditur, reſtringitur, vel deprimitur, iuribuſq; illius aliquo modo præiudicatur: conficiant, ſiuè ordinent, aut publicent, ſiuè publicare faciant, ſiuè illis quomodolibet factis vtantur, ſufficit enim quæcumque actio ex his ad excommunicationem incurrẽdam: Ita Duard. in expoſit. huius Canonis, & Vgolinus ibi, ſequiturque Sayr. lib.3. de Cenſ. c.19. nu.2. & 3. alijque expoſitores. 3

Hæc excõmunicatio omnes comprehendit, quia vniuerſalis eſt. Similiter etiã ſecunda ex omnibus. Duardus. Vgolinus. Sayrus.

His ergo præmiſſis: Dico primò, quod in prima parte huius præſentis Canonis quatuor veniunt cõſideranda, & explicanda: Primum, quid ſignificent verba illa Canonis, vbi dicitur: *Trahunt, trahi faciunt, vel procurant trahi:* Secundum, quare adduntur verba illa: (*Præter iuris Canonici diſpoſitionem:*) Tertium. Quæ ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ gaudent priuilegio fori, & Quartum. Quòd ſit Eccleſiaſtica libertas, & quo iure fuit introducta, quæ omnia breuiter in hac prima parte huius Canonis ſunt explicanda. 4

In prima parte Canonis quatuor veniunt conſideranda. Primum. Secundum. Tertium. Quartum.

Quare circa primũ dicimus, quòd verba illa: vbi dicitur: (*Trahi faciunt, aut procurant trahi*) cõiũgẽda ſunt cum illis primis verbis eiuſdẽ Canonis, (*Quicũque ex eorũ prætenſo officio, ſiuè ad inſtantiam partis trahunt:*) ideòq; ſolũmodo talis excõmunicatio afficit eos, qui auctoritatiuè trahunt, aut trahi faciunt, vel procurãt trahi, quare ipſamet pars, quæ hoc procurat nõ incidit in hanc excõmunicationẽ, cũ hoc nõ faciat propria auctoritate: imò, neq; ipſemet Iudex, neq; miniſtri iuſtitię, ſi precib. amicabiliter perſonas 5

Primũ verbũ cõſiderãdum trahi faciũt, quid ſignificet. Perſuadere amicabiliter non eſt trahere.

Eccleſiaſticas inducant, vt voluntariè iudicio laico ſe ſubmittant, & ratio huius eſt, quia perſuadere amicabiliter non eſt trahere, ſed inducere: Ità Vgolin. in hoc Canone §. 1. nu. 11. Duard. lib. 2. can. 15. q. 10. Sayrus lib. 3. de Cenſ. cap. 19. num. 6. Alterius D. 16. cap. 1. col. 15. Bonac. tom. 3. D. 1. quæſt. 16. p. 4. num. 3.

Vgolinus. Duardus. Sayrus. Alterius. Bonacina.

6 Secundo explicandum eſt: Quid ſignificent illa verba limitantia præſentem excommunicationem, quando dicitur [*Præter iuris Canonici diſpoſitionem*] Quæ addita ſunt ad excuſandos ab hac excommunicatione eos, qui laica poteſtate perſonas Eccleſiaſticas in caſibus à Iure non expreſſis ad ſua tribunalia trahunt; eò quòd ſecundum Iura non gaudeant priuilegio fori, Ità Nauar. in ſum. c. 27. n. 70. & Sayrus de Cenſ. lib. 3. c. 19. n. 5.

Secundum verbum. Præter iuris diſpoſitionē, quid ſignificet. Nauarrus, Sayrus.

7 Plurimi autem caſus enumerantur à Doctoribus, in quibus videntur Clerici amittere priuilegium fori, adeò, vt poſſint in aliquo caſu ex his puniri à Iudice ſæculari: Hos autem (ſequendo communiorem Doctorum ſententiam) ad quinque caſus breuiter reducemus, quorum:

In quibus caſibus clericus amittit priuilegium fori.

8 Primum eſt: Quādo Clericus, ſiuè quæcumq; perſona Eccleſiaſtica eſt incorrigibilis, & per ſententiā iudicis Eccleſiaſtici declaratur talis, traditurq; brachio ſæculari, tanquam incorrigibilis, & relaxus, facta priùs degradatione, quando erat in ſacris, tunc enim iudicari, & puniri poteſt à iudice ſeculari, nam per degradationem amittit omnia priuilegia clericalia: prout dicitur in cap. Degradario de Pœnis in ſexto, Ita Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 36. n. 35. Ambroſinus de Immunit. cap. 17. num. 7. Molin. tom. 4. tr. 3. D. 49. & 54. num. 10. Duard. lib. 2. can. 15. q. 11. num. 87. Bonacina tom. 3. D. 19. p. 6. n. 3.

Primus caſus incorrigibilis per ſententiā declaratus. Per degradationem amittūtur priuilegia clericalia c. Degradario Iulius Clarus. Ambroſinus. Molina. Duardus. Bonacina.

9 Secundus caſus eſt, quando Clericus prima tonſura, ſiue minoribus ordinibus initiatus amittit priuilegium fori Eccleſiaſtici eò quòd non deferat habitum, & tonſuram, & in enorminibus delictis ſe immiſcet, vel faciendo officium macellarij, ſiuè hyſtrionis, ſcurræ, ioculatoris artem nimiam agendo, ſi ter admonitus talem ignominioſam vitam non deferat, priuatur priuilegio clericari, ideòque in tali caſu poterit à Iudice laico puniri, & iudicari, prout habetur ex can. Vnico de vita, & honeſt. cleric. in 6. Ità Suarez tom. 5. de Cenſ. D. 22. ſect. 1. num. 15. Reginald. lib. 19. num. 70. Molina tom. 4. tr. 3. D. 49. num. 20. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 11. q. 9. num. 314. Duard. lib. 2. can. 15. q. 11 n. 88.

Secundus caſus. Quando Clericus amiſit priuilegium clericale. De Vita, & honeſt. clericorum. Suarez. Reginaldus. Molina. Filliucius. Duardus.

10 Tertius caſus eſt in cauſa feudi: nam vaſſallus quamuis clericus in ijs, quæ pertinent ad feudum ſubijcitur Domino feudi, quamuis ſæculari: nam in cauſa feudi nō ſubijcitur iudicio Domini feudi tanquam perſona Eccleſiaſtica, ſed tanquam feudatarius à Principe, ſeù Domino feudi conſtitutus prout habetur ex c. Verum de foro competente: & c. Cęterum de Iudicijs: Ità Iulius Clarus lib. 4. §. Feudum q. 90. n. 8. Suarez de Immunit. lib. 4. c. 14. n. 12. Tolet. lib. 5. c. 59. Reginald. lib. 9. n. 351. Clauis Regia lib. 12. c. 8. n. 9. Sylueſt. Verbo Iudex 1. q. 2.

Tertius caſus. Eſt in cauſa feudi. c. Verùm. c. Cæterum. Iulius Clarus. Suarez. Toletus. Reginaldus. Syluester. Clauis Regia.

11 Quartus caſus eſt cauſa reconuentionis: nam ſi Clericus in ciuilibus conueniat laicum coram Iudice ſæculari, poterit laicus conuentus reconuenire ipſum clericum in materia ciuili coram eodem iudice, dum arbitratur ſe aliquam actionem contra Clericum in eadem cauſa ciuili habere: & ratio huius eſt, quia in caſu neceſſe eſt hanc actionem laico conuento concedere, vt ius ſuum commodius contra clericum tueri poſſit, ne lites multiplicentur: prout dicitur in cap. 1. & 2. de mutuis petitionibus. Ità Reginald. lib. 9. num. 359. & Clauis Regia loc. cit. Bonacina tom. 3. D. 1. q. 16. p. 6. nu. 8. alijq; ſupra citati.

Quartus caſus. Eſt cauſa reconuētionis. Aſſignatur ratio aſſertionis. Canones. Reginaldus. Clauis Regia. Bonacina.

Hoc autem intelligendum eſt in cauſa ciuili, ſi talis reconuentio fiat incontinenti in principio litis, vel ſtatim poſt conteſtationem litis, nam cauſæ conuentionis, & reconuentionis ſimul tractandæ ſunt, & hoc in eadem cauſa reconuentionis, non verò in executione ſententiæ, quia quamuis Clericus poſſit a laico reconueniri, & teneatur ſtare ſententiæ, nihilominus ſecuta ſententia, non poterit a laico iudice cogi ad ſoluendum, quia coactio ſupponit iuriſdictionem: Iudex autem laicus non habet iuriſdictionem in clericum, niſi in cauſa reconuentionis. Ità Reginaldus d. lib. 9. n. 352. cum alijs ſupra citatis. 12

Limitatio. Executio ſententiæ pertinet ad Eccleſiaſticū iudicem. Reginaldus.

Quintus caſus eſt crimen aſſaſſinij: nam in cap. 1. de Homicid. in 6. ponitur pœna depoſitionis a dignitate, ordine, & officio, & beneficio ipſo facto vltra excommunicationis ſententiam, contra Clericos, qui aliquem occidere faciant per aſſaſſinos, verum eſt tamen Clericum aſſaſſinij reum non ſubijci poteſtati ſæculari niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam, quæ ſententia declaratoria ferēda eſt per iudicem Eccleſiaſticum: Ità Iulius Clarus q. 36. num. 31. Ambroſinus c. 17. num. 11. Farinacius de Inquiſit. q. 8. num. 85. Molina tom. 4. tr. 3. D. 49. num. 5. Duard. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 13. & Bonacina tom. 3. D. 1. q. 16. p. 6. nu. 17. 13

Quintus caſus. In caſu aſſaſſinij. Facta priùs declaratione a Iudice Eccleſiaſtico. Iulius Clarus. Ambroſinus. Farinacius. Molina. Duardus. Bonacina.

Ponuntur autem alij caſus à Doctoribus, qui non ſunt ità certi, vel ſaltem non ſunt in vſu, vel ſi ſint in vſu reducuntur ad iſtos ſupradictos, ideòq: nihil ampliùs de hoc eſt dicendum. 14

Tertiò oportet videre: Quęnam ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ gaudeant priuilegio fori, adeò, vt non poſſint trahi ad tribunalia ſæcularia niſi in caſibus in Iure expreſſis. 15

Perſonæ Eccleſiaſticæ gaudētes priuilegio fori, quæ ſint.

Reſpondetur omnes perſonæ Eccleſiaſticę vtriuſque ſexùs, ſiuè Clerici, ſiuè Regulares, etiam nouitij, habitum deferentes alicuius Religionis approbatæ ab Eccleſia Romana: Inſuper Equites militares, ſiuè Sancti Ioannis Hieroſolymitani, ſiue D. Iacobi de ſpata, ſiuè Alcantaræ, ſiue Calatrauæ ſiue Ordinis Chriſti in Luſitania, ſiuè Sancti Stephani in Florentia, & Sancti Lazari in Subaudia, alijque ſimilis, qui ex priuilegio Summi Pontificis ſub foro Eccleſiaſtico comprehenduntur, omneſque alij de quibus ſupra egimus in tr. 11. c. 6. de excom. reſeruat. num. 18.

Inſuper etiam veniunt Capitula, Conuentus, & Collegia, quia hæc nihil aliud ſunt, quàm cætus, congregatio, ſeù multitudo perſonarum Eccleſiaſticarum, ſimul cohabitantium, quæ congregatio perſonarum alicubi appellatur capitulum, vti eſt capitulum Canonicorum, alicubi conuentus, vti ſunt monaſteria, ſiuè domus Religioſorum Monachorum, alicubi Collegium, vt ſunt Collegia Societatis Ieſu: Verùm eſt tamen, quod iſtæ voces, (vt plurimùm) confunduntur, & idem ſignificat collegium, quòd conuentus, ſeu capitulum: quare concludendo dicimus, quòd trahentes ad forum laicale perſonas Eccleſiaſticas ſuperiùs explicatas, ſiuè in particulari, ſiuè totam communitatem collegialiter viuentē, ad forum laicale, incidunt in hanc excommunicationem Canonis, quia in his ſemper læditur Eccleſiaſticas libertas, quo ad forum. 16

Capitula, collegia, & conuentus, quid ſignificent. Concluſio.

Circa quartam rem conſiderandam in prima parte huius præſentis Canonis, dicimus breuiter: quod libertas Eccleſiaſtica eſt immunitas, & exemptio ab oneribus, vel à ſubiectione, vel coactione temporalis poteſtatis; eſt enim libera facultas fa- 17

Quarta pars Canonis. Libertas Eccleſiaſtica, quæ ſit.

cien-

Digitized by Google

Libertas Eccleſiaſtica quomodo læditur.

ciendi, quòd fieri licet, quidquid in iure inhibitum non eſt: Ex quo ſequitur, quòd libertas Eccleſiaſtica læditur, quoties Laici aliquid Clericis præcipiunt, quòd iure Diuino, vel Canonico illis inhibitum non eſt, aut quoties eis aliquid prohibetur, quod ipſis nullo iure prohibitum eſt: Ità enim dicitur in leg. libertas ff. de ſtatu hominum: Ità Caiet. Verb. excommunicatio c.31. notab.5. Duard. lib.2. can.15. q.19. num.2. & q.15. num.3. Bonac. tom.3. D.1. q.16. p.1. n.1.

L. libertas ff. Caiet. Duardus. Bonacina.

18 Immunitas Eccleſiaſtica, quæ ſit.

Hæc autem Eccleſiaſtica libertas alio nomine dici ſolet immunitas Eccleſiaſtica, quæ ſecundùm Etymologiam vocis ſignificat, ſine onere rerum ſæcularium, diciturque talis à ſubiecto, cui ineſt, puta, vel materiali templo, vel Eccleſiaſticis perſonis in ſe ipſis, vel in eorum bonis, ideòque ſequitur: Eccleſiaſticam immunitatem eſſe triplicem, ſeù tribus modis accipi poſſe: quorum prima dicitur localis, quæ competit locis, vti eſt priuilegium immunitatis conceſſum Eccleſijs, alijſque locis Deo dicatis, ne qui ad ea confugiunt extrahi poſſint, & à laicis comprehendi, aut moleſtari ſine ſacrilegio, & excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda: de qua dictum eſt pleniùs ſupra in tractatu 11. 2. p. noſtræ Theolog. Moral. c.1. ideòque de ipſa immunitate loci nihil aliud eſt dicendum.

Immunitas Eccleſiaſtica triplex. Prima localis & quæ ſit.

19 Secunda dicitur realis, & quæ ſit.

Secunda dicitur immunitas realis, & eſt illa libertas, & immunitas, qua gaudent bona Eccleſiarum, quæ à cenſu, tributo, ſeù collectis poteſtatum ſæcularium libera, atque immunia ſunt: de qua immunitate dicendum eſt pleniùs infra c.17. & 18. huius præſentis tractatus in expoſitione dictorum Canonum.

20 Tertia dicitur perſonalis, quæ dicitur propriè libertas.

Tertia dicitur perſonalis, quæ perſonis ipſis Eccleſiaſticis conceſſa eſt, ne oneribus ſæcularium afficiantur à laica poteſtate: Cùm enim perſonæ Eccleſiaſticæ cultui Diuino ſint dicatæ rationabiliter ab oneribus, & iudicijs laicorum Principum immunes eſſe debent: & hæc proprio vocabulo dicitur libertas, quæ propriè reſpicit Eccleſiaſticas perſonas, quò ad immunitatem fori, de qua ſpecialiter agitur in hoc canone, quam libertatem violantes in caſibus in iure canonico non permiſſis ipſo facto excommunicationis vinculo ſunt adſtricti, cuius abſolutio eſt Summo Pontifici reſeruata.

21 Omnes perſonæ Eccleſiaſticæ gaudent Eccleſiaſtica libertate.

Omnes ergo perſonę Eccleſiaſticę cultui Diuino dicatæ, ſiuè ſint regulares, ſiuè Clerici ſæculares ſaltem prima tonſura ordinati, ſiuè laici religioſorum, ſiuè profeſſi, ſiuè etiam nouitij vtriuſq; ſexus, qui gaudent priuilegio canonis, de quibus dictum eſt ſupra nu.15. huius præſentis capituli, iure canonico, & ciuili, atque etiam Diuino, exempti ſunt à laica poteſtate, non ſolùm, quo ad cauſas ſpirituales, verùm etiam, quo ad temporales, & quo ad perſonas: cùm hac tamen differentia, quòd in ſpiritualibus exempti ſunt de iure Diuino, quo ad temporales de iure poſitiuo imperiali, ſiue regali, aut de iure canonico à Summis Pontificibus conceſſum, valdè tamen conſono ipſi Diuino iuri, prout dicunt Salonius 22. q.67. A.1. concl.5. Salas de leg. ſect.11. D.14. n.120. Leſſius de iuſt. lib.2. c.33. d.4. & Molina tom.4. tr.3. D.49. Sayr. de cenſ. lib.3. cap.22. nu.8. & hæc de prima parte huius canonis.

Iure diuino Eccleſiaſtico, & Ciuili.

Salonius. Salas. Leſſius. Molina. Sayrus.

22 Secunda pars Canonis. Tria conſiderantur in hac ſecunda parte. Primum.

Circa verò ſecundam huius canonis partem in qua prohibentur aliquæ actiones, quibus libertas Eccleſiaſtica per ſtatuta, & ordinationis violatur, aut diminuitur, tria veniunt conſideranda, & explicanda: Primum, quænam ſit huius excommunicationis materia, & quænam actiones in hac ſecunda canonis parte ſub excommunicationis ſententia inhibentur: Secundum, quænam ſint ſtatuta, vel decreta, quæ contra libertatem Eccleſiaſticam cenſeantur? & Tertium, quodnam ſit ſubiectum huius cenſuræ? ideſt contra quas perſonas talis excommunicatio eſt inflicta: quę omnia breuiter ſunt explicanda.

Secundum. Tertium.

23 Quatuor actiones prohibentur in canone iſto. Prima actio, quæ.

Actiones ergo, quæ in hac ſecunda canonis parte prohibentur ſunt quatuor, quarum prima eſt condere ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, aliaque quæuis decreta, tàm generaliter, quàm ſpecialiter, quibus Eccleſiaſtica libertas in totum, vel in partem tollitur, vel læditur, reſtringitur, aut deprimitur, aut iuri illius aliquomodo præiudicatur: Secunda actio eſt ipſamet ſtatuta quomodolibet ordinare: Tertia eſt eadem publicare, & Quarta eſt ſtatutis prædictis, quomodolibet factis aliquo modo vti, quarum quælibet actio ſufficiens eſt ad hanc excommunicationem incurrendam, eò quòd in qualibet ipſarum committitur ſacrilegium, quo Sedis Apoſtolicæ Eccleſiaſtica libertas offenditur: Ità Duard. lib.2. can.15. Vgolinus, alijque Doctores in expoſit. huius can. Sayrus de cenſ. lib.3. c.19. Bonac. tom.3. D.1. q.16. ſect.2. p.1.

Secũda actio. Tertia, & Quarta actio. Quælibet iſtarum eſt materia ſufficiens ſacrilegij.

Duardus. Vgolinus. Sayrus. Bonacina.

24 Statuere ordinationes, & decreta quid ſit.

Statuere autem ordinationes, decreta, conſtitutiones, &c. eſt aliquid per modum legis, ſiuè præcepti, ſiuè ſtatuti conſtituere: Quare decreta, ordinationes, & ſtatuta, &c. in hoc canone pro eodem accipiuntur, prout denotat dictio illa (*ſeu*) quæ antecedentia declarat. Ità Vgolin. hic verſ. nec non, qui ſtatuta Filliuc. tom.1. tr.16. c.10. q.7. num.267. Alterius D.14. c.3.

Vgolinus. Filliucius. Alterius.

25 Dictæ actiones debẽt eſſe publicatæ, licet non executantur pro cenſura incurrenda.

Verùm eſt tamen, quòd huiuſmodi ſtatuta, ſiuè conſtitutiones contra libertatem Eccleſiæ facientes, non incidunt in excommunicationem, niſi poſtquam tales conſtitutiones fuerint promulgatæ: nàm leges, & decreta non habent rationem decretorum, & legum antequam publicentur; facta autem promulgatione, illorum auctores, ſiuè promulgatores, & exequutores ipſo facto ſunt excommunicati, quamuis talia decreta nunquàm poſtea executioni mandentur, quia facta publicatione, iàm adeſt actio ſub excommunicatione prohibita: Ità Anton. de Souſa in hoc can. c.16. D.81. n.2. Duard. ibi quæſt. 21. num.1. Filliuc. tom.1. tr.16. cap. 10. num.266.

Souſa. Duardus. Filliucius.

26 Secũda actio prohibita in Canone.

Secunda actio eſt ordinare eadem ſtatuta, ſeù decreta: ordinare autem nihil aliud eſt, quàm diſponere, ſeù componere illa, menteṁque legislatoris verbis, ſiuè ſcriptis explicare: fieri enim poteſt, vt Princeps, ſiuè Dux, dùm ſtatutum facere intẽdit, imponat Conſiliario, aut alteri tabellioni, ſeù notario, vt illud componat, explicet, ſiue alia ratione ordinet, & in formam ſtatuti redigat, in quo caſu vtrique ſecuta publicatione in excommunicationem incidunt, maximè quandò vtrique auctoritatiuè id faciant: Ita Filliuc. loc. cit. nu.267. Alterius d.c.3. n.5. Vgolin. cùm alijs, ſupra citatis.

Ordinare ſtatuta quid ſit.

Filliucius. Alterius. Vgolinus.

27 Tertia actio prohibita.

Tertia actio eſt eadem ſtatuta, vel decreta publicare, quæ publicatio fieri poteſt, ſiuè voce præconis, ſiue expoſitione, ſiuè in voce, ſiuè in ſcriptis affigendo talia ſtatuta in locis publicis, & conſuetis: Quare in caſu non ſolùm in excommunicationem incidunt huiuſmodi decretorum conditores, verùm etiam, & ipſi præcones, ſeù tabelliones, & affigentes, alijque Miniſtri, qui talia edicta publicauerint, & ratio huius eſt, quia iudiciale tribunal ex his omnibus miniſtris conſtare videtur, & ſimul omnes videntur conuenire ad ſtatutum, ſuo modo faciendum, & publicandum, niſi ignorantia, aut inaduertentia eos aliquando excuſaret: Ità Filliuc.

Publicatio decretorum, quid ſit.

Etiam quomodolibet publicantes incidunt.

Filliucius.

quibus

Alterius. Suarez. Bonacina.

loc. cit. num.267. Alterius cùm alijs ſupra citatis, quibus addo Suarez de Cenſ. D.21. ſect.2. nu.79. & Bonac.tom.3.D.1.q.16. ſect.2.p.1.n.7.

28 Quarta actio prohibita. Vti Decretis, quid ſit.

28 Quarta actio eſt: Vti ijſdem Decretis contra libertatem Eccleſiaſticam ordinatis: Ille autem dicitur vti ſtatutis, qui ea obſeruat, ſeù adhibet ad aliquem vſum: nam proprius legis vſus eſt illius obſeruantia: Quare quando quis iudicat, ſecundum huiuſmodi ſtatuta, aut alias ſeruari facit, exigendo: e.g. Gabellas Clericis impoſitas,in iſtam excõmunicationem incidit, quia vtitur ſtatutis impoſitis contra Eccleſiaſticam libertatem: imò non ſolùm Iudex, verùm etiam Notarij, alijque curiæ officiales, qui ſtatutis, ſiuè decretis contra libertatem Eccleſiaſticam edictis vtuntur, vinculo huius cenſuræ adſtringuntur: eò quia huiuſmodi ſunt perſonæ publicæ, auctoritatem publicam exercentes, & auctoritatiuè operantur, ſtatutiſq; contra Eccleſiæ libertatem vtantur: Ita Sayrus de Cenſ. lib.3. c.19. n.10. Filliuc.d.tr.16.c.10.nu.168. Duard. lib.2. can. 15. q.24.n.1. Alterius hic c.3.col.8.& Bonac.tom.3. D.1.q.16. ſect.2.n.9.

Sayrus. Filliucius. Duardus. Alterius. Bonacina.

29 Decreta, ſeù ſtatuta cõtra libertatẽ Eccleſiaſticam, quæ ſint.

29 Secundò videndum eſt: Quænam ſint iſta decreta, ſeù ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam,ſeù contra iura Eccleſiarum:ideòq;breuiter reſpondendo dicimus: Illa eſſe, quibus in genere, vel in ſpecie læduntur, vel reſtringuntur priuilegia, & exemptiones conceſſæ à Deo, vel à Iure communi Canonico, vel ciuili Eccleſiaſticis perſonis, cuiuſmodi ſunt Ius decimarum, exemptio à foro, & legibus laicorum: libera rerum Eccleſiaſticarum gubernatio, Ius exercendæ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ: immunitas locorum Sacrorum,& ſimilia: Quare quicumq; Iudex, ſiuè Princeps, qui ſuo decreto, vel ſtatuto lædit, vel reſtringit, ſiuè impedit directè, ſiuè indirectè quocumq; modò, ſiuè via huiuſmodi exemptiones, & priuilegia Eccleſiarũ, ſiuè Eccleſiaſticorum, eſt ipſo facto excommunicatus, quia ſtatuit, vel ordinat aliquid, quo libertas Eccleſiaſtica læditur, & in hoc omnes expoſitores huius Bullæ conueniunt.

30 Subiectum huius excommunicationis quid ſit.

30 Ex quo ſequitur, quòd ſubiectum huius excõmunicationis, ſeù potiùs perſonę, quę tale excommunicationis vinculo afficiuntur ſunt omnes, & ſinguli, cuiuſcumq; gradus,& conditionis extiterint: qui ſtatuta, vel decreta quælibet in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa faciunt, ordinant, vel publicant, ſiuè illis factis, vel ordinatis vtuntur, quibus libertas Eccleſiaſtica læditur, vel iuribus Apoſtolicæ Sedis, vel aliarum quarumlibet Eccleſiarum quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudicium infertur, excommunicationis vinculo virtute huius Canonis ipſo facto afficiuntur.

31 Conſulentes, & fauentes non comprahenduntur.

Limitatio.

31 Verùm eſt tamen, quòd præſtantes auxiliũ, conſilium, vel fauorem ad facienda ſtatuta, vel decreta contra Eccleſiaſticam libertatem, non incidunt in excommunicarionem huius Canonis, quia talis cenſura non eſt lata contra auxiliantes, vel conſulentes: Excommunicatio enim ſimpliciter lata contra facientes non extenditur ad conſulentes, & auxiliantes, dummodò tales ſuo voto, & ſuffragio, alioque ſimili modo ad huiuſmodi ſtatuta, vel decreta edenda non concurrant effectiuè: Ita Duard. in hoc Canone quæſt.22. num.1. Ant.de Souſa hic D. 83. num.4. & cap. 19.num.3. Alterius lib.5. D.19. cap.4. Verſ. Nec non Bonacina d.quęſt.16.ſect.2.p.3. num.5. & alij: Et hæc de preſenti Canone dicta ſufficiant.

Duardus. Souſa.

Alterius. Bonacina.

DE EXCOMMVNICATIONE XVI.

Contra impedientes Prælatos Eccleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur.

CAP. XVI.

Textus.

NEc non, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſq; Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoſcumque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando eorum agentes, procuratores, familiares, nec non conſanguineos, & affines impediunt, quo minùs ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque vtantur, ſecundum, quòd Canones,& Sacræ conſtitutiones Eccleſiaſticæ, decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt, ac etiam eos, qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumq; ſententias, & decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici iudiciũ eludentes ad cancellarias, & alias Curias ſæculares recurrunt,& ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia ordinarijs, aut alijs delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoq; qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeù dant conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.

Expoſitio XVI. Canonis.

DEcima ſexta in ordine excommunicatio incipit ab illis verbis:(Necnon,&c.) Iſte enim Canon (vti diximus) continuationem habet cum præcedentibus duobus Canonibus, in quibus etiã agitur de ijs, quę ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam pertinent, ideòque Summus Pontifex ſequitur dicens: (Nec non) ideſt excommunicamus eos, qui Prælatos, ſeù Eccleſiaſticos Iudices ordinarios impediũt, quominùs ſua iuriſdictione contra quoſcumq; vtãtur, ſecundum, quòd Canones,& conſtitutiones Eccleſiaſticæ, ſeù Decreta ſtatuunt, & decernunt: Hęc eſt enim prima pars huius præſentis Canonis, qui in duas partes principales diuiditur. 1 Canon iſte continuatur cum præcedentis, & diuiditur in duas partes. Prima pars.

In ſecunda verò parte non ſolùm de ordinarijs Prælatis, verùm etiam de Delegatis fit mentio, ideòq; in iſta excommunicantur omnes, qui poſt ordinariorum, vel Delegatorum quorumcumq; iudicium, ſententias, aut Decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes ad Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, & Delegatis prædictis decerni,& contra illos exequi procurant: eos quoq: qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant conſilium, patrocinium, & fauorem eiſdemque. 2 Secunda pars.

Differunt autem duæ iſtæ huius Canonis partes, quoniam in prima parte in fauorẽ Ordinariorum Prælatorum, & Eccleſiarum Iudicum fertur excõmunicatio: In ſecunda verò parte etiam in fauorẽ delegatæ poteſtatis, & reſpicit particulares actus, & ſpecialem modum eludendi Eccleſiaſticam iuriſdictionem: Illa fertur contra impedientes Ordinarios iudices, ne vtantur ſua iuriſdictione generaliter in quacumq; parte iudicij, vel ante inceptionẽ, vel in ipſa proſecutione, aut poſt ſententiam pronunciatam: Hæc autem contra impedientes, ne ſententiæ mandata, executioni tradantur: Illa afficit omnes quomodolibet impedientes: hæc verò illos, qui impediunt, recurrendo ad Cancellarias, aliaſq; Curias ſæculares, ab eiſq; impetrant prohibitiones, & mandata contra quoſcumque Eccleſiaſticos Iudices, ne ſententias latas exequantur: Ita 3 In quo differunt inter ſe iſtæ duæ partes Canonis. Secunda differentia. Tertia differentia.

Sua-

Digitized by Google

Suarez. Duardus. Suarez de cenſ. D.21. ſect.2. num.91. Duard. lib.2. can.16. q.1.

Ex quo ſequitur: materiam vtriuſque excommunicationis eſſe ſacrilegium, quod contra Eccleſiaſticam libertatem committitur, faciendo aliquam actionem, ſiuè principaliter, ſiuè acceſſoriè in hoc Canone prohibitam, qua Eccleſiaſtici iudices, ne ſua iuriſdictione vtantur, impediuntur: Actiones autem, quæ in hoc Canone prohibentur ſunt nouem, quarum quinque primò, & per ſe principaliter inhibentur, aliæ autem quatuor acceſſoriè.

4 Materia vtriuſque eſt ſacrilegium.

Prima actio principalis eſt impedire Eccleſiaſticos Iudices ordinarios, ne iuriſdictione ſua vtantur contra quaſcumque perſonas: Secunda eſt recurrere ad curias ſæculares eludentes ſententias Eccleſiaſticorum iudicum, ſiuè ordinariorum, ſiuè delegatorum: Tertia eſt procurare à curijs ſæcularibus prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia contra ſententias prædictorum iudicum: Quarta eſt decernere prohibitiones, & mandata huiuſmodi: & Quinta tandem eadem mandata exequi quomodolibet.

5 Actiones principales, quæ. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

Actiones verò acceſſoriè: ſunt dare conſilium, Auxilium, Patrocinium, vel fauorem ad aliquam ex præfatis actionibus primo, & per ſe prohibitis faciendam, quæ omnia reſultant contra Eccleſiaſticam iuriſdictionem, & libertatem: Ità Sayrus de cenſ. lib.3. cap.20. nu.2. Bonac. tom.3. D.1. qu.17. p.1. Filliuc. tom.1. tr.16. c.10. n.176. alijque omnes expoſitores huius Bullæ communiter.

6 Actiones acceſſoriæ, quæ.

Prima ergo actio eſt impedire quomodolibet directè, vel indirectè, ne Archiepiſcopi, ſiuè Epiſcopi, alijque Prælati, & Eccleſiaſtici Iudices ordinarij ſua iuriſdictione vtantur, iuxta diſpoſitiones Canonum, & Conciliorum, maximè Tridentini: Verbum autem impedire propriè ſignificat pedes implicare, ſeù obſtaculum ponere quominus ſuam functionem habeant: componitur enim ex tribus dictionibus: In: Pes, & Ire, quaſi in pedes ire: Hic tamen accipitur pro impedimentum ponere, ne Prælati Eccleſiaſtici ſua iuriſdictione liberè vtantur: Ità Vgolinus p.2. de cenſ. cap.8. num.1. & c.16. n.1. Duard. in hoc canone lib.2. q.1.

7 Prima actio prohibita eſt impedire. Impedire propriè, quid ſignificet. Etymologia vocis. Vgolinus. Duardus.

Ex quo ſequitur, quòd ſi quis iuſtè aliquando impediret Iudicem, ſeù Prælatum, ne ſua iuriſdictione vtatur, eò quòd illa careat, vel, quia ſit publicus excommunicatus, ſiuè ſuſpenſus, vel, quia non habet ampliùs iuriſdictionem in cauſa, mediante legitima appellatione interpoſita, &c. non incideret in hanc excommunicationem, quia in caſu non diceretur impedire iniuſtè, ſimiliter etiam dicendum eſt, ſi in aliquo caſu impediret executionem ſententiæ latæ, eò quia lata fuit contra perſonam ſibi non ſubiectam: nam in huiuſmodi caſibus: tale impedimentum non eſſet contra diſpoſitionem Canonum, & Conciliorum, ideòque excommunicationis vinculo non afficeretur: Ità Duard. lib.2. can.16. q.1. nu.3. Vgolinus hic §.2. verſ.4. n.2. Alter. lib.5. D.17. cap.1. ſub finem: Ant. de Souſa ibi cap.17. n.4. Filliucius d. tr.16. c.10. n.277. Bonacina tom.3. D.1. q.17. p.1. nu.4.

8 Iuſtè impediens non eſt excommunicatus. Duardus. Vgolinus. Alterius. Souſa. Filliucius. Bonacina.

Similiter etiam dicimus, quòd ſi quis ſine vi, & metu, ſed precibus, perſuaſionibus, litteris hortatorijs, proemio, amore, aliaque ſimili ratione in cauſa eſt, ne iudex iuriſdictione ſua in aliquo caſu vtatur, non incidit in excommunicationem, quia in caſu non dicitur propriè impedire, eò quòd iudex in caſu liberè, & voluntariè deſiſtit, & quaſi ſubornatus, & non inuitus ad aliquod iniuſtè agendum mouetur: Ità Filliuc. d. tr.16. cap.10. num.278. Vgolinus hic §.2. verſ. Modi num.2. Graſſius p.1. Deciſ. lib.4. c.18. nu.124. & 138. Duard. lib.2. can. 16. q.6. nu.3. & Bonac. tom.3. D.1. q.17. p.1. nu.3.

9 Impedire ſine vi, & metu non incidit excommunicationem. Filliucius. Vgolinus. Graſſius. Duardus. Bonacina.

Secus autem dicendum eſt, quando quis mediante aliqua vi, metu, vel minis in Eccleſiaſticum Iudicem, vel in ſuos familiares, & conſanguineos, vel in eorum bona inſurgens impedit, ne iudex faciat ea, quæ ad ipſius ſpectant iuriſdictionem, vel ne facta executioni mittantur, vel ante executionem mandata facta reuocentur: tunc enim ipſo facto in excommunicationem inciderit, eò quia in caſu verè, & propriè diceretur impedire vſum Eccleſiaſticæ iuriſdictionis contra huius Canonis prohibitionem: Ità communiter omnes expoſitores huius Bullæ in hoc Canone communiter, vt videre eſt ex Doctoribus ſupra citatis.

10 Impedire per metum, & vim.

Secunda actio eſt recurrere ad Cancellarias, ſeù ſæculares Curias animo eludendi, ſiuè impediendi decreta, ſiuè ſententias iudicum Eccleſiaſticorum, ſiuè ordinariorum, ſiuè delegatorum, tam latas, quàm ferendas, ità enim denotat particula illa, vbi dicitur (*Quorumcumque ſententias, aut aliàs*) ideſt aliter, vel alio modo, &c. Quare ſi quis timore alicuius decreti ab Eccleſiaſtico Iudice contra ſe ferendi recurrit ad tribunalia ſæcularium, vt ab illis impetret, ne quid contra ſe recurrentem ab Eccleſiaſtico iudice decernatur excommunicationis vinculo erit ligatus. Ità Reginald. lib.9. n.369. & Filliuc. tom.1. tr.16. c.10. q.11. nu.283. Bonac. tom.3. D.1. q.17. p.1. num.23.

11 Secūda actio prohibita eſt recurrere ad ſæcularem Curiam, ne exequatur ſententia iudicis Eccleſiaſtici. Reginaldus. Filliucius. Bonacina.

Cancellaria dicitur tribunal quorumdam Principium, quod tali nomine appellari ſolet: nomine autem Curiæ ſæcularis denotatur quodcumque tribunal iudicum ſæcularium quomodocumque dicatur: ideòque Summus Pontifex ad maiorem declarationem addidit particulam illam vniuerſalem, (*& aliàs Curias ſæculares,*) vt omnia ſæcularia tribunalia, quomodocumque nuncupata comprehenderet: Ità Marius Alterius D.17. c.2. col.2. Verſic. ad Cancellarias.

12 Cancellaria, quid ſit. Curia ſæcularis, quid ſit. Alterius.

Ille autem dicitur eludere iudicium fori Eccleſiaſtici, qui non habita ratione Eccleſiaſticæ iuriſdictionis ad ſæculares Curias confugit in præiudicium iuriſdictionis, & poteſtatis, qua iudex Eccleſiaſticus contra confugientem exercuit, vel exercere debebat, idem enim eſt eludere, quàm deridere, contemnere, decipere, ſiuè fallere; quiſquis enim confugit ad ſæculare iudicium contra ſententiam latam, vel ferendam ab Eccleſiaſtico iudice, videtur eludere Eccleſiaſticam poteſtatem, ideòque excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrit, etiam ſi ſententia lata ab Eccleſiaſtico iudice fuiſſet aliquomodo contra iuſtitiam; debet enim in caſu habere recurſum ad ſuperiorem iudicem Eccleſiaſticum, & non ad ſæcularem contra Eccleſiaſticam iuriſdictionem: Ità Bonacina d. tom.3. D.1. q.17. p.1. nu.27.

13 Eludere iudicium Eccleſiaſticū, quid ſit. Eludere idē eſt, quòd contemnere. Recurſus debet fieri ad Eccleſiaſticū Giudicem. Bonacina.

Tertia actio eſt: Procurare à Curijs ſæcularibus decerni mandata, vel prohibitiones contra ſententiam Eccleſiaſticorum Giudicū, etiam ſi talia mandata non ſint pœnalia: Canon enim abſolutè, & generaliter loquitur: Et licèt addatur particula illa (*etiam pœnalia,*) non additur reſtrictiuè, ſed ampliatiuè adeò vt ſenſus ſit: Eum ligari excommunicationis vinculo, qui ad Curias ſæculares confugit, vt ab illis impetret mandata, quomodocumque etiam ſi ſint pœnalia: Ita Reginald. d. lib.9. nu.369. Alterius D.17. cap.2. col.2. Duard. lib.2. can.16. q.7. nu.9. Bonac. loc. cit. nu.32.

14 Tertia actio, quæ. (Pœnalia) additur ampliatiuè non reſtrictiuè. Reginaldus. Alterius. Duardus. Bonacina.

Quarta

15 *Quarta actio, quæ.* Quarta actio eſt: Decernere huiuſmodi prohibitiones, & mandata: hoc eſt ſtatuere, & facere, conſtituere, ſancire, & definire prædictas prohibitiones, ſeù mandata contra præfatos Iudices Eccleſiaſticos: Quare Iudex laicus, qui huiuſmodi mandata decernit, & facit ſtatim excommunicationis vinculo ligatur, etiam ſi talia mandata poſtea executioni mandari non curet: nam decernere eſt actio diſtincta ab executione: Ita Vgolin. in hoc Canone Verſ. Eos, &c.

Decernere propriè, quid ſit. *Vgolinus.*

16 *Quinta actio, quæ. Executio dictarum actionum.* Quinta actio eſt: Exequi huiuſmodi mandata, ſeù prohibitiones contra Eccleſiaſticos Iudices: vt ſi quis præcepta huiuſmodi intimet Eccleſiaſtico Iudici, ab eoque pœnam exigat, ſiuè alia quacumq; ratione talia mandata exequatur, quare ſatellites, alijq; miniſtri iuſtitiæ quacumq; nomine appellati, qui præfata mandata exequuntur vinculo excõmunicationis ligantur, niſi fortè metus grauis, & ignorantiæ probabilis titulo aliquando excuſarentur: Ita Alterius D. 17. c. 2. col. 4. Verſ. Eos quoque: Vgolin. loc. cit. n. 2. Duard. lib. 2. can. 16. q. 7. nu. 9. & Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 10. n. 286.

Alterius. Vgolinus. Duardus. Filliucius.

17 *Actiones acceſſoriè prohibitæ, quæ. In his requiritur effectus ſecutus.* Actiones autem acceſſoriè prohibitæ ſunt quatuor Vid. præſtare auxilium, patrocinium, conſilium, & fauorẽ ad præfatas actiones principaliter prohibitas, ſiuè aliquam ex illis faciendam: requiritur tamen ad cenſuram incurrendam, quòd ſequatur effectus actionis perpetratæ, mediante tali conſilio, patrocinio, ſeù fauore: talis enim, & ratio actionum acceſſoriè prohibitarũ, vt ſecuta ſit actio, mediante tali conſilio facta, vt in præcedentibus ſatis, ſuperq; explicatum eſt: Ita Reginald. lib. 9. c. 24. n. 369. Vgolin. Alterius, & Coriolanus in expoſitione huius Canonis concordat Bonac. cum alijs locis ſupracitatis.

Reginaldus. Vgolinus. Alterius. Bonacina.

18 *Dare cõſiliũ, & auxilium, quid ſit.* Ille autem dicitur dare conſilium, qui rationibus perſuadet alicui ad aliquam actionem ex his in Canone prohibitis exequendam: Auxilium dare, eſt accommodare pecuniam, aliaq; neceſſaria, vt pars recurrens obtineat mandata à ſeculari Iudice contra ſententiam Eccleſiaſtici Iudicis; vel quomodolibet auxilium ad huiuſmodi actiones perpetrandas præbeat.

19 *Patrocinari propriè, quid ſit.* Patrocinari propriè dicitur ille, qui defendit cauſam ſui clientuli, quare Aduocati, & Procuratores, qui appellãtis à decretis Iudicum Eccleſiaſticorum ad Curias ſæculares patrocinium ſuſcipiunt, & apud Iudicem laicum inſtant, illumq; rationibus, ſeù iuribus iniuſtè inducunt ad ferendas prohibitiones, vel mandata contra Eccleſiaſticos Iudices, vel ad alia executioni mandanda, pœnis huius Canonis ſubijciuntur: & quamuis actio iſta videatur identificari cum auxilio, aut fauore, nihilominus Summus Pontifex voluit hoc clarioribus verbis exprimere, vt nulla dubitandi ratio remaneret: Ille tandem dicitur fauorem præſtare, qui facilis ingreſſus ad ſæculares Curias audientiam habere facit, & ad mandata obtinenda fauorem quomodolibet præbet: Ita Reginald. cum alijs locis citatis.

Fauorẽ præſtare, quid ſit. *Reginaldus.*

20 *Subiectũ huius excõmunicationis, quid ſit.* Subiectum tandem huius excommunicationis, ſeù perſonæ, quæ hac cenſura ligantur ſunt omnes, & ſinguli cuiuſcumq; ſexus, & conditionis, & dignitatis iniuſtè quomodolibet, directè, vel indirectè impedientes Eccleſiaſticos Iudices, ſiuè ordinarios, ſiuè delegatos, ne ſua iuriſdictione contra quoſcũq; vtantur: Ac etiam omnes illi, tàm laici, quàm Eccleſiaſtici, qui iudicium Eccleſiaſtici fori eludentes ad Curias ſæculares recurrunt, animo impediendi Eccleſiaſticam iuriſdictionem; aliaſque actiones in Canone prohibitas quomodolibet procurando, decernendo, vel exequendo, aut conſilium, patrocinium, auxilium, & fauorem ad illa perpetranda præſtant eo modo, vt ſupra ſatis declaratum eſt: & hæc quantum ſpectant pro intelligentia præſentis Canonis.

DE EXCOMMVNICATIONE XVII.
Contra vſurpantes iuriſdictionem, aut fructus pertinentes ad Eccleſiaſticas perſonas.

CAP. XVII.

Textus. QVicunque iuriſdictiones, ſeù fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcumq; Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes vſurpant: vel etiam quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreſſa licentia, ſequeſtrant.

Expoſitio XVII. Canonis.

DEcima ſeptima in ordine excommunicatio fertur etiam pro defenſione Eccleſiaſticæ immunitatis, ne bona Eccleſiaſtica, ſeù ad perſonas Eccleſiaſticas ſpectantia vſurpentur ab externis: Diuiditurq; iſte Canon in duas partes, in quarum prima fulminatur excommunicationis ſententia cõtra vſurpantes iuriſdictionem fructus, prouẽtus, redditus, & ſimilia ad Sedem Apoſtolicam, & ad quaſcumq; alias Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumq; beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentium, quare in hoc Canone Eccleſiaſtica iuriſdictio latiùs, quàm in præcedenti defenditur: hic enim non ſolùm ſpiritualis iuriſdictio Eccleſiaſtica, verùm etiam temporalis, ſiuè ratione Eccleſiæ, ſiuè beneficij defenditur. 1

Canoniſtæ diuiditur in duas partes. *Prima pars.*

In ſecunda autẽ iſtius Canonis parte excõmunicãtur omnes ij, qui ſine expreſſa licẽtia Summi Pontificis, vel aliorum habentium ad id facultatem iuridicè ſequeſtrant fructus, redditus, prouentus, ad eaſdem perſonas Eccleſiaſticas pertinẽtes: Ita Suarez de Cenſ. D. 21. ſect. 2. n. 95. Duard. lib. 2. can. 17. q. 1. n. 1. Vgolin. ibi n. 1. alijq; expoſitores huius Bullæ in hoc Canone. 2

Secunda pars. *Suarez. Duardus. Vgolinus.*

Materia ergo vtriuſq; cenſuræ, quæ in vtraque iſtius Canonis parte continetur, eſt Sacrilegiũ, quod dupliciter committi poteſt, Primò vſurpatione perſonæ Eccleſiaſticæ in ſuis bonis; ne Eccleſiaſtica libertas, & auctoritas in tali vſurpatione bonorum offendatur, & violatur: & ratio huius eſt, quia Eccleſiaſtici redditus inſtituti ſunt prò miniſtrorũ alimentatione, vel cultu conuenienti Eccleſiarum, rerumq; diuinarum; ideòque illas vſurpantes crimen Sacrilegij committunt. 3

Materia eſt Sacrilegium, quod dupliciter cõmittitur. Primò violãdo Eccleſiaſticam libertatem.

Itemque ſecundò idem Sacrilegij crimen committitur per eandem rerum ſequeſtrationem ſinè legitima facultate, vel Summi Pontificis, vel aliorum, habentium ad id facultatem: nam per huiuſmodi ſequeſtrationem Eccleſiaſtica auctoritas, atq; libertas læditur: Ita Caiet. in ſum. Verbo. excõmunicatio cap. 27. Nauar. conſ. 3. de Immunit. Eccl. Sayr. de Cenſ. lib. 3. c. 21. n. 2. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 8. q. 8. n. 209. Anton. de Souſa in expoſit. huius Bullæ cap. 18. nu. 1. & Bonacina tom. 3. D. 1. q. 18. p. 1. n. 1. 4

Secũdo modo ſequeſtrando prouẽtus Eccleſiaſtici. *Caietanus. Nauarrus. Saytus. Filliucius. Souſa. Bonacina.*

Ex quo ſequitur: Actiones prohibitas in hoc Canone eſſe duas, quarũ prima eſt vſurpare iuriſdictiones, fructus, redditus, & prouentus ad Eccleſiaſticas perſonas pertinentes, ratione bonorum Eccleſiaſti- 5

Actiones prohibitæ in Canone, quæ ſint. Prima actio.

Secũda actio

ſiaſticorum: Secunda eſt ſequeſtrare eadem ſinè expreſſa licentia Eccleſiaſticorum Prælatorum, habẽtium talem facultatem, vt ſunt Superiores, Prælati, qui talem facultatem habent de Iure, eamque poſſunt alijs delegare.

6 Perſonæ, quibus prohibẽtur tales actiones, quæ.

Perſonæ autem, quibus prohibentur talia bona vſurpare, ſunt omnes vniuerſaliter, quamuis primò, & per ſe talis excommunicatio referri videatur ad perſonas publicas, & poteſtatem habentes, ſiuè ſint officiales, ſiuè Magiſtratus, ſiuè etiam Reges, ſiuè Principes, eò quia ratione poteſtatis, quam habent faciliùs, quàm priuatæ perſonæ bona prædicta vſurpari ſibi ſoleant.

7 Verum eſt tamen, quòd omnes, quicumq; ſint, ſiuè Clerici, ſiuè laici, ſiuè Religioſi, ſiuè Reges, ſiuè Principes vſurpãtes huiuſmodi bona propria auctoritate ſinè legitimo titulo, excommunicationem ipſo facto incurrunt: Perſonæ verò, quæ ſequeſtrare inhibentur, eæ tantùm comprehenduntur, quæ publicam auctoritatem habẽt: Sequeſtratio enim bonorum legitimè fieri non poteſt, niſi ab habente publicam auctoritatem: vt dicetur: Ita Filliuc. d.tr.16. c.8. num.212.

Sequeſtrum fieri non poteſt niſi à Iudice.

Filliucius.

8 Quæritur ergò primò: Quid ſibi velit ly verbũ, vſurpare?

Vſurpare, quid ſignificet in Canone.

Reſpondetur, quòd (propriè loquendo, ſecundum propriam vocis ſignificationem in hoc Canone) vſurpare dicitur ille, qui aliena ſibi adſcribit tanquã propria, & ſibi debita licèt ſciat, vel ſcire debeat ea ad alium pertinere, his tamen non obſtantibus Eccleſiaſtica bona propria auctoritate ſibi vendicat, quaſi poteſtatem ad hoc faciendum habeat, prout explicant Caietanus in ſum. Verbo excom.cap.27. Nauar. c.27 n.69. Tolet. lib.1.c.28. Suarez de cenſ. D.21. ſect.2.nu.96. Vgolin. in hoc Canone num. 4. Duard. lib.2. can.17.q.10.& 11. nu.1. Filliuc. tr. 16. c.8. n.225. Reginald.lib.9.c.25. n.372. & Bonacina tom.3. D.1.q.18.p.1.n.3.

Caietanus. Nauarrus. Toletus. Suarez. Vgolinus. Duardus. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

9 Ex quo infertur: Fures, & latrones, & milites, alioſque, qui prouentus, aliaque bona Eccleſiaſticorum furantur, non incidere in hanc excommunicationem Bullę Cœnæ, latam in hoc Canone, quia in caſu non dicerentur hæc bona vſurpare, ſecundum propriam, & ſtrictam formalitatem verborum huius clauſulæ, cum talia bona non ſubtrahantur, tanquam propria, ſeù ad ſe pertinentia ex prætenſo aliquo iure; ſed rapiantur tanquàm aliena, vt ſupponitur.

Furantes bona huiuſmodi non comprehenduntur.

10 Similiter dicendum eſt, ſi quis fructus huiuſmodi Eccleſiaſticorũ, ab alijs ſublatos apud ſe retineat, non tanquàm ſibi debitos, ſeù ad ſe pertinentes, quamuis ſciat ab alijs iniuſtè antea fuiſſe vſurpatos: Quòd ſecùs dicendum eſſet ſi talia bona, tanquam propria retineret ex aliquo prætenſo iure, quia tunc verè diceretur vſurpator. Et parum refert fuiſſe primum, vel ſecundum vſurpatorem, prout benè notauit Alterius D.18.c.1. d.2. ad finem: Filliuc. d. tr. 16.c.8.num.224. Duard. lib.2. can.17.q.13. nu.3. & Bonacina tom.3.D.1.q.18. p.1. n.5. & p.3.n.3.

Retinens fructus vſurpati ab alijs non cõprehendit.

Alterius. Filliucius. Duardus. Bonacina.

11 Non requiritur autem, vt bona Eccleſiaſtica vſurpantes tanquam bona Eccleſiaſtica ſub hac formalitate, vſurpent, vt aliqui exiſtimare videntur, quia quauis intentione dicta Eccleſiaſtica bona vſurpentur, tanquàm ad ſe pertinentia, ſufficiens eſt ad excommunicationem incurrendam: Nam Summus Pontifex in hoc Canone indiſtinctè, & abſolutè loquitur, & excommunicat omnes, qui prædicta Eccleſiaſtica bona vſurpant, & tanquam propria ſibi vendicant, ſeù appropriant: Sufficit enim ad hanc excommunicationem incurrendã, vt vſurpans ſciat talia bona eſſe Eccleſiaſtica, & ſibi adſcribat, tanquam ſibi debita, & quaſi proprio vſurpato iure: Ita Sayrus lib. 3. de cenſ.c.21. n.4. Tolet. lib.1.cap.29. n.7. Filliuc. d.tr.16.c.8.n.223. cum alijs ſupra citatis.

Aduertentia.

Sayrus. Toletus. Filliucius.

Dixi (*non eſſe excommunicatos ex vi huius Canonis*) nam ratione aliorum Iurium in excommunicationem inciderent: Nam bonorum Eccleſiaſticorum inuaſio, & vſurpatio non ſolùm in Bulla Cœnæ, verum etiam in pluribus iuribus, & Canonibus, & Cõcilijs ſub excommunicationis pœna eſt prohibita, vt in Concil. Triburienſi: Aurelienſi, Pariſienſi, & Lateranenſi, & in c. Conqueſtus de Foro competenti, & alibi, in quibus iuribus prohibetur vſurpatio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, iurium, & bonorum, tàm mobilium, quam immobilium, Eccleſijs applicatorum, etiam ſi Eccleſia vacet proprio Paſtore. 12

12 Furantes incidũt in alijs excom. Iurũ.

Concilia. Tiburienſe. Aurelienſe. Pariſienſe. Lateranenſe c. Cõqueſtus.

Inſuper in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 11. *Strictiſſimè prohibetur, ne quis alicuius Eccleſiæ, vel beneficij, vel loci pij bona mobilia, vel immobilia, cenſus, ac iura, etiam feudalia, & Emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeù quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent per ſe, vel per alios, quauis arte in proprios vſus conuertere præſumat, aut impediat, ne ab ijs percipiantur ad quos de iure pertinent, alioquin incidit in excommunicationem, à qua abſolui non poteſt, niſi à Romano Pontifice, & facta reſtitutione.* 13

13 Concilium Tridentinum

Differt autem excommunicatio noſtri Canonis ab excommunicatione lata in Concilijs, & Decretis: Nam Decreta Conciliorum, vniuerſalia ſunt, & plura prohibent, quàm prohibeat Canon huius Bullæ: nam in Bulla Cœnæ nõ prohibetur mandatum, ſed ſolùm vſurpatio propriè accepta, & ſequeſtratio iuriſdictionis, fructuum, & prouentuum debitorum, ratione Eccleſiæ, Monaſterij, & beneficij. 14

14 In quo differt excõmunicatio Bullę Cœnæ ab alijs conciliorum, & Iurium.

In Concilio verò prohibetur mandatum, impedimentum, & qualibet iniuſta inuaſio, & vſurpatio bonorum, iurium fructuum, emolumentorum, & quarumcumq; obuentionum, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, ſiuè percipiantur ex aliqua Eccleſia, ſiuè alijs locis pijs.

Quæritur ſecundo; quid ſit ſequeſtrare, quòd in ſecunda parte huius Canonis ſub excommunicatione prohibetur? 15

15 Sequeſtrare, quid ſit.

Reſpondetur, quòd ſequeſtrare nihil aliud eſt, quã rem aliquam, de qua inter duos controuertitur tradere alicui certæ perſonæ cuſtodiendam, vel etiam poſſidendam, donec lis diffiniatur, & conſtet, cui de Iure debeatur: prout dicitur in leg. Sequeſter: ff. de Verb. ſignific.

L. ſequeſtrũ ff. de verb. ſignificat.

Quare in hoc Canone ſequeſtrare ſumitur pro deponere iudicialiter Eccleſiaſtica bona, ſeù illa impedire, ne ab Eccleſiaſticis perſonis, ad quas ratione Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ſeù beneficiorum pertinent, percipiantur: Itá Suarez de Cenſ.D. 21.ſect.2. num. 98. Duard.hic q.10. Reginald.lib.9. c.25.n.373. Alterius D.18.c.2.cũ alijs, ſupra citatis. 16

16 Quomodo intelligitur in Canone.

DE EXCOMMVNICATIONE XVIII.

Contra, imponentes, ac exigentes decimas, Collectas, aliaq; onera à perſonis Eccleſiaſticis.

CAP. XVIII.

QVique collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi abſq; ſimili Romani

Textus. Prima pars Canonis.

mani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita etiam à ſpontè dantibus, & concedentibus recipiunt: " Nec non, qui per ſe, vel alios, directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumq; ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeù Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus, quicumq; etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris, quoque modo præſidentes, Conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti: " Innouantes decreta ſuper his per Sacros Canones, tàm in Lateranenſi nouiſſimè celebrato, quàm alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

Secunda pars Canonis. — *Tertia pars Canonis.*

Expoſitio XVIII. Canonis.

1 *In fauorem Eccleſiaſticæ libertatis.*

DEcima octaua in huius Bullæ ordine excommunicatio lata eſt in fauorem Eccleſiaſticæ immunitatis cõtra imponentes gabellas, ſeù collectas, aliaq; onera perſonis Eccleſiaſticis, alijſq; locis pijs contra Eccleſiaſticam libertatem: nam Eccleſiaſtici omnes, ſiuè Regulares, ſiuè Clerici ſæculares ſaltem prima tonſura ordinati, deferentes habitum, & tonſuram, etiam coniugati, ac etiam Eccleſiæ, & Monaſteria, aliaque loca pia, gaudentia immunitatẽ, & Eccleſiaſticam libertatem, immunia ſunt ab omni onere ſoluendi gabellas, ſiuè collectas, aliaque onera, tàm in bonis, quàm in perſonis: Hoc enim priuilegium in fauorem Eccleſiæ perſonis Eccleſiaſticis in Iure conceſſum eſt, ità vt à laicis ſinè expreſſa licentia Romani Pontificis compelli non poſſint ad talia onera ſoluenda; prout patet ex Sacris Canonibus, & Concilijs cap. Non minùs cap. Aduerſus de Immunitat. Eccl. cap. Non nulli eodem titulo in 6. cap. Quamquàm de Cenſib. in 6. & Clement. Præſenti eodem titulo: & ex Trid. ſeſſ. 25. de Ref. c. 20. vbi immunitates, & priuilegia Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum innouantur, & confirmantur.

Antiquitas huius immunitatis. — *c. Non minùs. c. Aduerſus. c. Non nulli. de Immunit. Eccl. c. Quamquã de Cenſibus. Clemẽt. Præſenti. Concil. Trid.*

2 *In Bulla Cœnæ renouantur, & ampliantur.*

Quare nouiſſimè Summus Pontifex per præſentem Canonem facit eamdem prohibitionem ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, cuius abſolutio ipſi Romano Pontifici remanet reſeruata, & inſuper confirmat, & innouat eadem priuilegia, & exemptiones immunitatis, & Eccleſiaſticæ libertatis in alijs Iuribus, & Concilijs præſcriptis: Quæ verba præſentis Canonis per ſe clara ſunt, & expoſitione non indigent.

3 *Canon iſte in quod differat ab alijs ſupra dictis.*

Quamuis autem ea, quæ in hoc Canone continentur videantur implicitè, & virtualiter contineri in præcedentibus Canonibus huius Bullæ, in quibus agitur de Eccleſiaſtica libertate: in hoc autem præſenti Canone innouantur, & confirmantur omnia prędicta, inſuper ampliantur, & declarantur, vt quæ in illis eſſent obſcura, hic manifeſtiora fiant: ideòq; in preſenti Canone manifeſtius dicitur, quòd quæcumque impoſitio oneroſa, ſiuè per modum ſtatuti, ſiue præcepti perſonis Eccleſiaſticis impoſita quacumq; ratione fiat, ſemper eſt prohibita.

4

Inſuper in hoc Canone fit extenſio ad tales collectas recipientes ab ipſis Eccleſiaſticis, etiam ſi ſinè vi: talia onera, quaſi voluntariè ſoluerent, quod non erat in alijs Canonibus declaratum: Quomodò autem intelligenda ſit iſta voluntaria ſolutio gabellarum dicetur infrà: Ità Nauar. c. 17. num. 201. Suarez de Cenſ. D. 21. num. 99. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 11. nu. 303. Coriolanus in expoſit. huius Canonis, alijque expoſitores.

Nauarrus. — *Suarez. Filliucius. Coriolanus.*

5 *Canon diuiditur in tres partes.*

Diuiditur ergò Canon iſte in tres partes principales: in quarum prima excommunicantur imponentes, & exigentes collectas, ſiue gabellas à perſonis Eccleſiaſticis contra diſpoſitionem huius Canonis, In ſecunda parte, quæ incipit ab illis verbis (*Nec non qui, &c.*) excommunicantur inſuper facientes, exequentes, ac procurantes prædicta ad eaq; conſilium, auxilium, & fauorem quomodolibet præſtãtes: In tertia parte, quæ incipit ab illis verbis (*Innouantes, &c.*) confirmantur, & innouantur prædicta iura in fauorem Eccleſiaſticæ libertatis, tàm in Lateranenſi Concilio, quàm in alijs edita.

Prima pars. Secunda pars. — *Tertia pars.*

6 *Actiones prohibitæ ſunt octo.*

Actiones autem, quæ in hoc Canone inhibentur ſunt octo, quarum tres in prima parte Canonis, primo, & per ſe ſpecialiter inhibentur: Prima eſt Impoſitio decimarum, ſiuè collectarum, ſiuè gabellarum, & ſimilium onerum perſonis Eccleſiaſticis ſinè licentia Summi Pontificis contra Eccleſiaſticam libertatem: ſecunda actio eſt prędicta exigere ab ijſdem perſonis, & tertia eſt eadem recipere etiam à ſpontè dantibus, & ſoluentibus dictas gabellas.

Tres principales. Prima actio principalis. Secũda actio. Tertia actio.

7 *Quinque acceſſoriæ.*

Actiones autem acceſſoriæ, quæ in ſecunda parte Canonis continentur ſunt quinque, quarum prima eſt executio dictarum actionum in prima parte Canonis prohibitarum, ſecunda eſt procuratio dictarum actionum, tertia eſt ad eas faciendas conſilium adhibere, quarta auxilium dare, & quinta fauorem præſtare ad ea facienda contra prohibitionem Canonis.

Prima actio acceſſoria. Secũda actio. Tertia actio. Quarta actio. Quinta actio.

8 *Perſonę, & res, quæ proteguntur in Canone, quæ.*

Perſonæ verò Eccleſiaſticæ, & res, quibus hæc onera imponi prohibentur ſunt omnes Eccleſiaſtici, ſiuè Clerici, ſiuè Regulares cuiuſcumque conditionis, & dignitatis, ſiuè ſubditi, ſiuè Prælati, Inſuper, & bona earumdem perſonarum, ſiuè Eccleſiarum, ſiuè Monaſteriorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, nec non, & fructus, redditus, & prouẽtus eorumdem locorum, ſiuè perſonarum: Ità Sayrus de Cenſ. lib. 3. c. 22. Vgolin. in hoc Canone §. 3. Duard. ibi q. 1. Tolet. lib. 1. c. 29. Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 11. nu. 298.

Sayrus. Vgolinus. Duardus. Toletus. Filliucius.

9 *Prima actio explicatur.*

Vt autem clariùs omnia pateſiant: oportet ſingulam actionem per ſe declararare, ideòque dicimus: Primam actionem per ſe prohibitã eſſe imponere collectas, decimas, tallias, præſtantias, aliaq; onera Eccleſiaſticis perſonis, eorumq; & Eccleſiarũ, Monaſteriorum, aliorumq; beneficiorũ, bonis fructibus, & prouentibus, abſq; Summi Pontificis facultate, eademq; tributa, ſiuè onera exigere; Nomine autem collectarum, talliarum, præſtantiarum intelliguntur quæcumque onera ſoluenda ſuper bonis, ſeù prouentibus, ſeù perſonis ipſis Eccleſiaſticis impoſita quomodocumque nuncupentur, ideòque addita fuit particula illa generaliter omnia complectens; *Aliaque onera, &c.* Quid autem quodlibet eorum per ſe ſignificat, iam explicatum eſt à nobis ſupra in cap. 5. huius præſentis tractatus.

10 *Secũda actio.*

Secunda actio in hoc Canone prohibita eſt, eadem tributa, ſiuè onera Eccleſiaſticis, ſiuè eorum bonis impoſitas exigere, quæ quidem actio coniungitur cum præcedente actione, ideòq; ad incurrendam huius Canonis cenſuram non ſatis eſt ſimpliciter imponere dicta onera, & tributa, ſed requiritur, vt exigantur, quia vtraque actio in hoc Canone copulatiuè exigitur; Dictio autem copulatiua poſtulat omnia copulata verificari, & ſimul eſſe: Verùm eſt autem, quòd hæc ſecunda actio ex ſe ſufficiens eſt ad incurrendam cenſuram; quare ſi

Aduertentia pro ſecunda actione.

Google

re ſi quis tantùm exigeret gabellas ab Eccleſiaſticis ab alio impoſita, contraheret excommunicationem huius Canonis. Ità Duard. libr.2. can.18. quæſt.4. num.1. Molina D.670. Tolet.lib.1.cap.30. num.6. Quaranta in Verbo Vectiglia verſic.vt autem, & Bonac.tom.3.D.1.q.19.p.1.tr.3.

Duardus. Molina. Toletus. Quaranta. Bonacina.

11 Tertia actio.

Tertia actio eſt: Recipere eadem tributa, ſeù onera Eccleſiaſticis, ſeù eorum bonis impoſita, etiam ſi prædicti Eccleſiaſtici voluntariè, & ſinè vi huiuſmodi collectas ſoluerent, quæ conditio ſpecialiter exprimitur à Pontifice in hoc Canone.

12 Limitatur aſſertio.

Verùm eſt tamen, quòd ſi quis aliquid aliquando recipiat à Clericis, ſeù perſonis Eccleſiaſticis propria voluntate libera, & ſpontè donantibus, non eſſet excommunicatus, cum quilibet ſit moderator, & arbiter ſuarum rerum, & Summus Pontifex in Canone tantummodò loquitur de recipientibus tributa, & onera impoſita Eccleſiaſticis perſonis: Qui autem omninò liberè tradunt non ratione tributi,impoſiti,ſed gratioſè: talia recipientes excommunicationem minimè incurrunt, vt per ſe patet.

13 Limitatio limitationis, notanda.

Secùs autem dicendum eſſet, quando dictæ Eccleſiaſticæ perſonæ ſoluerent intuitu collectæ impoſitæ etiam ſi nulla vi cogerentur ad ea ſoluenda abſq; vlla petitione coacta, ſufficit enim, quòd recipiantur à ſoluentibus intuitu gabellæ impoſitæ, quia in vſu licèt voluntariè ſoluerent, talis voluntas non eſt ſimpliciter libera, ſed exiſtimatur implicitè quodam modo coacta, & ita intelligenda eſt clauſula huius Canonis: pro vt aduerterunt Suarez de cenſ. D.21.ſect.2. num.99. & D.23.ſect.4. num.21. Sayrus lib.3.c.22. num.10. Viuald. in expoſit. huius Canonis caſu 18.num.12. Quaranta in Verbo Vectigalia verſ. vt autem, Anton. de Souſa cap.19.D. 93.n.2. Bonacina d.q.19.p.1.n.10.

Suarez. Sayrus. Viualdus. Quaranta. Souſa. Bonacina.

14 Aduertentia notanda.

Notandum autem, quòd quælibet iſtarum actionum ſiuè fiat per ſe, ſiuè per alium, mediatè, ſiuè immediatè, directè, vel indirectè ſufficiens eſt ad hoc,vt ſit materia huius excommunicationis incurrendæ: ideòque non ſolùm imponentes dicta onera Eccleſiaſticis perſonis, ac eorum fructibus ligantur huius excommunicationis vinculo, verùm etiam imponentes alijs, quoties ex huiuſmodi impoſitione, Eccleſiaſtici detrimentum aliquod patiantur: nam in caſu licèt tale onus non ſit illis impoſitum directè, ſufficit, quòd ſit indirectè reſultans contra illos: prout dicunt omnes Doctores ſupracitati.

Sufficit quacumq; impoſitio etiã indirectè.

15 Quòd idem dicendum eſt de illis, qui mediante alio, tales impoſitiones exigunt, vel receptiones dictarum collectarum faciunt; tunc enim non ſolùm imponentes gabellas, verùm etiam illas exigentes, ſeù imponentes, vel recipientes ex mandato Principum, excommunicationem cõtrahunt, quare Summus Pontifex in Canone addidit illa verba (*mediatè, ſiuè immediatè, &c.*) Ità omnes expoſitores huius Canonis ſupra iam citati: Et hæc de prima parte huius Canonis.

16 De actionibus acceſſoriè prohibitis Prima actio.

In ſecunda autem huius Canonis parte prohibentur aliæ quinque actiones non primo, & per ſe, ſed acceſſoriè, reſpectu prædictarum, quarum prima eſt: prædicta onera impoſita per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè exequi, ideòque, tàm Principes, ſiuè alij mandantes prædicta onera Eccleſiaſticis, vel ipſorum bonis impoſita exigi; quàm huiuſmodi mandata exequentes excommunicatione huius Canonis afficiuntur, cum faciant vnam ex actionibus in Canone prohibitam.

17 Secũda actio, acceſſoriè prohibita, quæ.

Secunda actio eſt: Procurare eodem modo, vt ſupra per ſe, vel per alium, directè, vel indirectè, vt talia onera Eccleſiaſticis imponantur, & exequantur, & illa impoſita recipiantur contra diſpoſitionem Canonis: Nam licèt huiuſmodi non ſit principale agens, eſt tamen mediator, & procurator ad talia facienda, ideòque officiales, & Satellites alijque miniſtri iuſtitiæ, qui Eccleſiaſticos citant ad ſoluenda onera, aut capiunt, vel pignus recipiunt, vel fructus ſequeſtrant, vel, quid ſimile agunt, vt Eccleſiaſtici collectas, & onera ſoluere cogantur etiam in excommunicationem huius Canonis incidunt, eò quòd prædicta procurare non verentur, niſi ignorantia iuſta, aut inaduertentia illos aliquando excuſaret. Ita Vgolinus in hoc can. Verſic. Nec non num.4. Duard.ibi quæſt.20.nu.4. Alterius D.19.cap.4.col.2.

Tertia actio acceſſoria eſt. Dare auxilium ad huiuſmodi actiones faciendas contra prohibitionem Canonis; Hæc autem actio conſiſtit in præbendo auxilium iudicibus ſæcularibus ad imponenda, exigenda, vel recipienda tributa, impoſita aliaque onera à Clericis, ideòque tabelliones, & Notarij, alijque, qui edicta huiuſmodi perſcribunt, vel, qui ea componunt, aut dictant, vel exigentes comitantur, & quoque modo adiuuant ad talia onera exigenda, excommunicationis vinculo ligantur, eò quòd auxilium ad actiones in Canone prohibitas preſtant. 18

Tertia actio prohibita.

Quarta actio eſt: conſilium pręſtare, ideſt ſuadere rationibus, & hortationibus, vel rationem, & modum præſcribere, quo prædictas collectas, ſeù gabellas, ſinè onera contra diſpoſitionem Canonis imponi debeant, exequi, & recipere. 19

Quarta actio prohibita.

Quinta tandem actio eſt: Fauorem præſtare ad imponenda, & exigenda, vel recipienda tributa, aliaue onera Eccleſiaſticis, vel ipſorum bonis, vel fructibus impoſita, quare quicumq; ſuam operam pollicetur imponentibus, vel exigentibus tributum impoſitum, aut volentibus tributa exigere opem ferunt, vel aſſiſtunt, vt Eccleſiaſtici ad ſoluenda tributa cogantur, ſiuè inducantur fauorem præſtare dicuntur: prout explicant Vgolinus in hoc Canone Verſ.aut in eiſdẽ n.3. Duard.& Bonac. locis ſup. cit. 20

Quinta actio prohibita. Vgolinus. Duardus.

Verùm eſt tamen, quòd ad incurrendam excommunicationem huius Canonis: debent prædictæ actiones acceſſoriæ prohibitę eſſe efficaces; nunquã enim dantes conſilium, auxilium, & fauorem in excommunicationem incidunt, niſi ſequuto effectu actionum prohibitarum in Canone mediante tali conſilio, auxilio, vel fauore,vt ex ſupra dictis patet. 21

Huiuſmodi actiones debent eſſe efficaces.

In tertia tandem parte huius Canonis innouatur à Pontifice Decreta ſuper his per Sacros Canones, & Concilia generalia edita, etiam, quò ad cenſuras, & pœnas in illis contentas: Quòd intelligendum eſt de Decretis Conciliorum generalium, quo ad illas actiones, quę in Canone huius Bullæ exprimuntur: ideòq; in Canone poſita fuerunt illa verba, *Innouantes decreta ſuper his in Concilijs generalibus edita.* 22

De tertia pars Canonis.

Et quamuis ante hæc poſita fuiſſet particula illa (*Innouantes Sacros Canones*) intelligendum eſt, quò ad actiones in hoc Canone expreſſas: ideòq; ſi quis aliquã actionem fecerit per alios Sacros Canones prohibitas, quæ non eſt expreſſa in hoc Canone, inciderit quidem in pœnas illorum Canonum, non verò in cenſuram huius Canonis: Ità Tolet. lib.1. c. 30. num.8. Reginald.lib.9. num. 375. Sayrus lib. 3. cap. 22. num.11. Duard. lib.2. can.18.q.19. Suarez de cenſ. D.21.ſect.2. nu.100. Anton.de Souſa c. 19. D.94. num.4. Et hæc de expoſitione huius Canonis dicta ſufficiant. 23

Aduertentia notanda. Toletus. Reginaldus. Sayrus. Duardus. Suarez. Souſa.

DE EXCOMMVNICAT. XIX. CONTRA *Iudices ſæculares interponentes ſe cauſis criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas.*

CAP. XIX.

Textus. Prima Pars Canonis.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcumq; Magiſtratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeù criminalibus cõtra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeù ſententias contra illos proferendo, vel exequẽdo, ſinè ſpeciali ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, Quique eiuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs perperam abutuntur, etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij: Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

Secunda pars Canonis.

Expoſitio XIX. Canonis.

1 Materia huius Canonis, quæ.

EXcommunicatio decima nona in huius Bullæ ordine fertur in defenſionem Eccleſiaſticæ libertatis, ne Iudices ſæculares quomodolibet ſe interponere audeant cõtra Eccleſiaſticas perſonas in cauſis criminalibus, extenditurq; ad omnes officiales, & miniſtros, ſiuè publicos, vt ſunt tabelliones, & Notarij, ſiuè priuatos, vt ſunt ſcriptores exequentes huiuſmodi mandata: quorum crimen eſt Sacrilegiũ, quod contra Eccleſiaſticas perſonas committitur à poteſtate, & iuriſdictione fori laicalis in cauſis criminalibus in præiudiciũ immunitatis, & Eccleſiaſticæ libertatis: ideòq; omnes huiuſmodi anathematizantur, & excommunicantur, tanquam Sacrilegi, & tranſgreſſores huius Canonis.

Crimen eſt Sacrilegium.

2 In quo differat Canon iſte à præcedentibus.

In hoc enim differt Canon iſte à præcedentibus, in quibus de eadẽ immunitate, & libertate agitur, quòd in illis defenditur Eccleſiaſtica libertas, quò ad bona tẽporalia, tàm reſpectu perſonarũ, quàm Eccleſiarum: In hoc autem Canone defenduntur Eccleſiaſticæ perſonæ, ne Iudices ſæculares aliquo modo cõtra eos procedant in cauſis criminalibus.

3 Canon iſte diuiditur in duas partes. Prima pars Canonis, quę.

Diuiditur autẽ Canon iſte in duas partes, in quarum prima excõmunicantur Magiſtratus, omneſq; alij Iudices ſæculares, ac eorum miniſtri quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeù criminalibus aliquam actionẽ ex prohibitis in Canone quomodolibet faciendo contra quamcumq; Eccleſiaſticam perſonam ſinè ſpeciali, & expreſſa licentia Apoſtolicæ Sedis.

4 Secunda pars

In ſecunda parte excommunicantur inſuper illi, qui obtenta licentia à Summo Pontifice procedẽdi in aliquo caſu contra perſonas Eccleſiaſticas, illam extendunt ad perſonas, & caſus nõ expreſſos, vel qui aliàs huiuſmodi licentia perperam abutuntur: Quæ omnia clarè patent ex verbis Canonis, ideòq; alia expoſitione egere non videntur: prout dicunt Suar. de cenſ. D.21. ſect.2. num.102. Sayr. lib. 3. cap. 23. Duardus lib. 2. can. 19. Vgolinus, & Coriolanus, omneſq; alij expoſitores huius Canonis.

Suarez. Sayrus. Duardus. Vgolinus. Coriolanus.

5 Perſonę, quæ in hoc Canone excommunicantur. Reducuntur ad tres ſpecies perſonarum. Prima ſpecies

Perſonæ autem, quæ in hoc Canone expreſsè excommunicantur ſunt vndecim, Vid. omnes Magiſtratus, Iudiceſq; ſæculares, Notarij, Scribæ, Executores, Subexecutores, Conciliarij, Senatores, Pręſidẽtes, Cancellarij, & Vicecancellarij, alijq; quocũq; nomine nuncupati, quę ad tria perſonarum genera reduci poſſunt: Primò ad omnes Iudices, & Magiſtratus, alioſq; Præſidentes, & Conſiliarios, ſæculares, qui ſe interponunt in quacumq; criminali cauſa contra quaſcumq; Eccleſiaſticas perſonas, foro Eccleſiaſtico gaudentes, etiam ſi executioni deinceps non mandentur: Secundò ad omnes officiales, & miniſtros eorundem ſæcularium iudicum, ſiuè publicos, ſiuè priuatos, facientes exempla ſcripturarũ, etiam ſi tantummodo vnum, aut alterum actũ talẽ faciant: & Tertiò ad executores, & ſubexecutores earumdem actionum: Ità Filliuc. d. tract. 16. cap. 11. num. 307.

Secunda ſpecies.

Tertia ſpecies Filliucius.

6 Actiones ſunt ſex. Prima ſpecies generalis omnes alias cõplectens.

Actiones verò prohibitæ ſunt ſex, quarum vna vniuerſalis, & generalis eſt, ſub qua omnes aliæ actiones ſpecificę continentur, & talis eſt: Quomodolibet ſe interponere contra Eccleſiaſticas perſonas ſinè ſpeciali licentia Apoſtolicę Sedis in caſibus criminalibus non permiſſis: Quæ quidem generalis actio ſpecificatur per quinq; ſubſequentes actiones ſpecialiter in Canone prohibitas, quæ ſunt Proceſſare, ſiuè Bannire, vel capere, vel proferre ſentẽtias, aut eas exequi contra perſonas Eccleſiaſticas ſinè ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa licentia Apoſtolicę Sedis.

Specificatur per quinque ſpecies explicatas.

7 Prima ſpecies explicatur.

Vt autem clariùs, & diſtinctiùs omnia pateſiant, quælibet iſtarum actio per ſe venit declaranda: quarum prima generaliter in Canone prohibita eſt: *Quacumq; interpoſitio in cauſis criminalibus à ſæcularibus perſonis contra Eccleſiaſticos, illos proceſſando, &c.* Quæ quidem actio, licèt non ſit ſpecificè ab alijs diſtincta (vt dixi) ſed genericè, quæ in alijs actionibus deinde expreſſis includitur, ab illiſq; contrahitur tanquam genus in ſuis ſpeciebus; ideòq; Summus Põtifex in hoc Canone primò generaliter excõmunicat omnes ſæculares, quomodolibet ſe interponẽtes in cauſis criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas: Deindè ſpecificat, & declarat quãlibet actionem per ſe prohibitam, dicendo, *Proſequendo, Banniendo, &c.* prout benè obſeruat Bonac. tom. 3. D. 1. q. 20. p. 1. n. 7. Connumeratur autem talis generalis actio inter numerum ſex actionum in hoc Canone prohibitarũ ad maiorem declarationẽ. Ità Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 11. nu. 305. Duard. lib. 2. can. 19. q. 1. Sayrus lib. 3. de Cenſ. c. 23. num. 2

Specificatur, & declaratur quælibet actio. Bonacina.

Filliucius. Duardus. Sayrus.

8 Cauſæ capitales, & criminales, quæ ſunt.

At quoniam, tàm iſta generalis actio, quàm alię ſpeciales intelliguntur de cauſis capitalibus, & criminalibus, prout expreſsè dicitur in Canone ideò primò explicandum eſt, quid veniat nomine iſtarum cauſarum capitalium, & criminalium? Quare dicimus, quòd cauſæ capitales dicuntur illæ, in quibus pro pœna delictis debita impendenda eſt pœna mortis, ſiuè naturalis, ſiuè violentæ, aut mutilatio alicuius membri corporalis, & huiuſmodi.

9 Ampliatur expoſitio, & exẽplificatur.

Inſuper intelliguntur eæ, in quibus eodem modo pro pœna libertas adimitur, vt quando quis damnatur ad perpetuas Carceres, ſiuè ad triremes, &c. Denique in quibus adimitur ciuitas, ſiue patria, vt contingit deportatis, qui relegantur ad aliquem locum, vel coguntur exulari à propria patria: nam condemnati ad tales pœnas ſubtrahuntur à patria, & capitis damnationem aliqualiter puniri dicuntur; prout habetur ex Inſtitut. de capit. diminut. & Iaſon in leg. Tranſigere cap. de Tranſlat. Ità Alterius lib. 5. D. 20. cap. 1. col. 3. Verſic. In cauſis, Vgolinus hic can. 19. num. 1. Duard. lib. 2. can. 19. q. 4. num. 2. Filliuc. tom. 1. tr. 16. cap. 11. num. 311. Ant. de Souſa in hoc can. cap. 20. num. 3. & Bonac. tom. 3. D. 1. q. 20. p. 1. n. 4.

Inſtituta. Iaſon. Alterius. Vgolinus. Duardus. Filliucius. Souſa. Bonacina.

10 Cauſæ criminales, & ciuiles, in quo differant.

Cauſæ autem criminales dicuntur illæ, in quibus agitur de pœna inferenda, vt iuſtitiæ vindicatiuę ſatiſfiat: nam iuſtitia vindicatiua poſtulat delicta à Iudicibus, & Magiſtratibus eſſe punienda: ideòque illa cauſa cenſetur criminalis quoties in

ea de pœna corporali pro ſatisfactione Fiſci, ſeu iuſtititiæ vindicatiuæ agitur, ſicuti è contra quamdo agitur de pœna applicanda parti, vt ſatisfactio illi præſtetur de bonis temporalibus pecuniarum, ſiuè aliarum rerum dicitur cauſa ciuilis, & non criminalis: Ita Reginald. lib. 3. cap. 26. num. 384. & Graffius p. 1. Deciſ. lib. 4. cap. 18. num. 134. Vgolinus, & Coriolanus in expoſit. huius Canonis, Ant. de Souſa, cum Bonacina locis ſupra citatis.

Reginaldus. Graffius. Vgolinus. Coriolanus. Souſa. Bonacina.

11 De actionibus ſpecificis. Proceſſare quid ſit.

Deueniendo ergò ad actiones ſpecificas incluſas in hac prima actione generica: Primò videndum eſt, quid ſit; Proceſſare. Reſpondetur breuiter, quòd Proceſſare nihil aliud ſignificare videtur, niſi contra aliquem iudicialiter inquirere, & informationes cōtra eum accipere, vel aliquos iudiciales actus circa aliquam cauſam facere.

12 Nomine proceſſus quid veniat.

Nomine autem proceſſus communiter intelligitur quæcumque iudicialis informatio, & inquiſitio contra aliquem iudicialiter accepta vſq; ad ſententiam diffinitiuam: ex quo ſequitur quemcumq; iudicem ſæcularem in cauſa criminali iudicialiter informationes capientem, contra Eccleſiaſticam perſonam excommunicationem ipſo facto incurrere, cum faciat contra prohibitionem Canonis, interponendo ſe in proceſſando perſonas Eccleſiaſticas: Ita Ant. de Souſa: in hoc can. c. 20. n. 3. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 10. p. 1. n. 7.

Souſa. Bonacina.

13 Secūda actio eſt Bannire Eccleſiaſticos. Bannire propriè quid ſignificet.

Secunda actio ſpecialiter prohibita, eſt Bannire Eccleſiaſticam aliquam perſonam: Bannire autem nihil aliud ſignificare videtur, quàm relegare, vel eijcere, ſeu priuare aliquem patria, vel Ciuitate, ſiue in perpetuum, ſiuè ad tempus: Bannire enim verbum eſt Curialium, & ſignificat, tùm ponere aliquem, qui erat in Ciuitate extra illam in pœnam alicuis criminis commiſſi, tùm condemnare aliquem abſentem in pœnam propter inobedientiam, & contumaciam in non comparendo coram Iudice eumdem vocante; ſiuè pœna ſit bonorum preſcriptio, ſiuè, quod habeatur pro confeſſo, aut, quòd poſſit ab omnibus impunè offendi: prout dicunt Bald. in leg. 1. de Hæred. Inſtitut. d. tract. 16. c. 11. n. 313. Sylueſt. Verbo Bannum n. 4.

Baldus. Filliucius. Syluester.

14 Tertia actio eſt illos capere. Capere quid ſit.

Tertia actio eſt: Capere, ſeu quomodolibet interponere, ſeu in capiendo perſonas Eccleſiaſticas, capere autem nihil aliud, eſt niſi perſonaliter aliquem apprehendere, ſeu comprehendere, hoc autem fit ſiuè quis detineatur iniectis in ipſum manibus, ſiue etiam ſinè manuum iniectione, ità vt cuſtodiatur, vt e loco in quo cuſtoditur liberè exire non poſſet: Ità Nauar. de ſentent. excom. conſ. 13. Filliuc. d. tract. 16. cap. 11. num. 313. Alterius cap. 20. col. 8.

Nauarrus. Filliucius. Alterius.

15 Quarta actio eſt proferre ſententiam contra eos.

Quarta actio eſt: Proferre ſententiam contra Eccleſiaſticas perſonas, quæ nihil aliud eſt, quam ferre præceptum iudicialiter, ſeu decretum, quo condemnatur Eccleſiaſtica perſona ad talem pœnam ſuſtinendam, ſecundum acta, & probata: quam ſententiam contra Clericos iudex ſæcularis ferre non poteſt, ſine præiudicio Eccleſiaſticæ libertatis.

16 Quinta actio eſt ſententiā latā exequi.

Quinta actio eſt: præfatam ſententiā latam executioni mandare, ſiuè exequi, quòd Iudex laicus cōtra Eccleſiaſticam perſonam contra prohibitionem Canonis decreuit: Ad incurrendā autem hanc excōmunicationē ſufficit quælibet ex prædictis actionibus: nam quælibet actio eſt per ſe prohibita diſiunctiuè, vt patet ex verbis Canonis.

17 Secunda pars Canonis. De actionibus acceſſorijs.

In ſecunda autem parte huius Canonis prohibetur acceſſoriè alia actione vid. Iudices laici, habentes facultatem Apoſtolicæ Sedis ad cognoſcendas aliquas cauſas contra Eccleſiaſticas perſonas illa abutantur, extendendo ad perſonas, vel cauſas, facultateſque non cōceſſas: Nam huiuſmodi facultas à Summo Pontifice conceſſa, debet eſſe ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa: Quare, vt tale priuilegiū ſit validū requiritur, vt in eo fiat ſpecialis mentio de tali delicto: Ità Bonacina tom. 3. d. 1. q. 20. p. 1. n. 17.

Bonacina.

18 Facultas debet eſſe explicita quoad crimen ſpecifice, & nō generaliter.

Non dicimus tamen, talem facultatē debere eſſe explicatam, quò ad perſonas ſpecificatas, quò ad indiuidua perſonarum, & delictorum ſufficit enim, quòd talis facultas data ſit circa delictum in ſpecie, etiam ſi facultas vniuerſalis ſit, quò ad perſonas: ideòq; ſi Iudex laicus habeat facultatem à Summo Pontifice cognoſcendi cauſas Clericorum in crimine læſæ maieſtatis, non poterit illa vti ad cognoſcēdas cauſas aliorum delictorum, & criminum, vt falſificationis monetæ, homicidij, furti, & ſimilium, quia tunc extenderetur facultas in caſibus non conceſſis, contra prohibitionem huius Canonis.

19 Requiritur mentio ſpecifica talis delicti. In generali conceſſione non veniunt ea.

Similiter etiam: ſi Summus Pontifex conceſiſſet facultatem alicui cognoſcendi cauſas Eccleſiaſticorum, non poterit talis cognoſcere cauſas criminales, quia talis facultas non fuit ſpecialiter conceſſa, ſed generaliter: requiritur enim, vt in conceſſione facta ſit mentio ſpecifica talis delicti, ſaltē in ſpecie: Nam in generali conceſſione non veniunt ea, quæ non eſſet Summus Pontifex conceſſurus, ſi de hoc fuiſſet ſpecialiter interrogatus: prout cōmuniter dicūt omnes Doctores in expoſitione huius Canonis.

20 Perſonæ, quæ excommunicantur in Canone, quæ ſint.

Perſonę, quę excommunicantur propter violationem præſentis Canonis diſtinctè explicatæ ſunt in Canone: vbi ſpecificātur Magiſtratus, alijq; Iudices, officiales, & miniſtri iuſtitię quomodocumq; nūcupentur: Magiſtratus ſunt Gubernatores Ciuitatū, & locorum, Proreges, ſiuè Præſides prouinciarū, Conſiliarij alijq; ſimiles in officio, & miniſtratione Iuſtitiæ cuiuſcumq; ordinis, ſiuè dignitatis, tàm ſupremę, quàm mediæ, quam infimæ; Canon enim abſolutè loquitur de omnibus Magiſtratibus, & Iudicibus, alijſq; miniſtris inferioribus dictis Magiſtratibus.

21 Reges, & Principes abſoluti non comprehenduntur in Canone. Incidunt tamen in aliam excommunicationem.

Non comprehenduntur autē in hoc Canone Reges, & Principes abſoluti, quia Summus Pontifex de talibus nullam facit mentionem in Canone, ſed de miniſtris illis inferioribus: Verum eſt tamen huiuſmodi Reges, & Principes puniēdo Clericos in cauſis criminalibus incidere in excommunicationem, latā contra inijcientes manus in Clericos, & in alijs Canonibus latam: & hæc de præſenti Canone.

DE EXCOMMVNICATIONE XX.
Contra vſurpantes, inuadentes, & occupantes terras Romanæ Eccleſiæ, ſubiectas.

CAP. XX.

Textus. P. P. Canonis.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alios, directè, vel indirectè ſub quocumq; titulo, vel colore inuadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint in totum, vel in partem Almam Urbem, Regnū Siciliæ, Inſulas Sardiniæ & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuſcia, Ducatū Spoletanum, Comitatum Venuſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Prouincias, illarūq; Terras, & loca, & Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Ciuitateſq; noſtras, Bononiam, Cæſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſiam, Auenionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Clomacū, & alias Ciuitates, terras, & loca: * Vel iura ad ipſam Romanā Eccleſiam pertinentia dictęq;

Secunda Pars Canonis.

Tertia P. Canonis. Actiones principales. Acceſſoriæ.

Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta, * Nec non ſupræmam iuriſdictionem in illis, Nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præſumunt, nec non adherentes fautores, & defenſores eorum, ſeù illis auxilium, conſilium, vel fauorem, quomodolibet præſtantes,

Expoſitio X X. Canonis,

1 In hoc Canone proteguntur bona temporalia Apoſtolicæ Sedis.

EXcommunicatio vigeſima in huius Bullæ Cœnæ ordine fertur à Romano Pontifice in ſpecialem defenſionem temporalis dominij ad Apoſtolicam Sedem ſpectantis contra omnes, ſingulosque Chriſtiaños, qui per ſe, vel per alios ſub quocũq; titulo, & colore inuadere, deſtruere, occupare, aut detinere præſumpſerint in totum, vel in partem, Ciuitates, terras, aut loca, ſiuè iura temporalia ad ipſam Apoſtolicam Sedem pertinentia, vſurpando, aut perturbando ſupremam iuriſdictionem, quam Romanus Pontifex in illis habet; Quare iure meritò ratione ſacrilegij, quo in talibus actionibus ipſa Apoſtolica Sedes offenditur, huiuſmodi perpetrantes excommunicationis vinculo ligantur: Ità Caiet. in ſum. verbo excom. c.17. Sebaſt. de Medices in ſum. pec. tit.9.q.78 n.26. Filliuc. tom.1. tr.16. c.3. n.18. Suarez de Cenſ. D.21. ſect.2. n.104. Bonac. tom.3. D.1. q.21. q.2. p.1. n.1.

Ratio huius excommunicationis. Caietanus. Sebaſt. de Medic. Filliucius. Suarez. Bonacina.

2 Actiones prohibitæ ſunt tredecim.

Actiones autem, quæ in hoc Canone prohibentur, quibus mediantibus tale ſacrilegium committitur, eò quod Romani Pontificis auctoritas, prout eſt Princeps ſupremus tẽporalis certæ Orbis partis in ſuis iuriſdictionibus, & iuribus offenditur ſunt numero tredecim, quarum octo primo, & per ſe principaliter ſunt prohibitæ; reliquæ verò quinque acceſſoriè, vt infra dicetur.

Octo principaliter, & quinque acceſſoriè.

3 Diuiditur in tres partes. Prima pars. Secunda pars. Tertia pars.

Diuiditurque iſte Canon in tres partes, in quarũ prima fertur excommunicatio contra inuadentes, iniuſtèque occupantes terras, loca, & Ciuitates Romanæ Eccleſiæ, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè ſibi ſubiectas: In ſecunda, quæ incipit ab illis verbis (*Vel iura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia*) in qua excommunicantur, Iura ipſius Romanæ Eccleſiæ violantes: In tertia extenditur eadem cenſura contra eos, qui ſupremam iuriſdictionem temporalem ad eamdem Apoſtolicam Sedem pertinentem aliqua actione ex prohibitis in Canone offendunt, quæ pars incipit ab illis verbis (*Nec non ſupremam, &c.*) In prima, & ſecunda continentur quatuor priores actiones principaliter per ſe prohibitæ. In tertia parte reliquæ quatuor minus principales, & aliæ quinque acceſſoriè.

4 Prima Actio quæ. Inuadere, quid ſit, & quomodo intelligatur in Canone.

Eſt ergo prima actio: inuadere terras Ciuitates, vel loca ſiuè immediatè, ſiuè mediatè Apoſtolicæ Sedi ſubiecta in totum, vel in partem, directè, ſiuè indirectè ſub quocumque titulo, vel colore: Quod intelligendum eſt de quacumque iniuſta aggreſſione, etiam ſi hoſtiliter non fiat talis aggreſſio: nam inuaſio ex ſua natura non importat neceſſariò hoſtilem incurſum (vt aliqui dicere videntur) ideòque Summus Pontifex Innocentius X. in hac Bulla talem particulam non appoſuit, quæ antea in alijs Bullis addebatur: Ità Alterius in hoc Canone lib.5. D.21. c.1. col.1. verſ. Inuadere, Duardus lib.2. Can.20. quæſt.4. Bonacina tom.3. D.1. quæſt.21. p.1. num.3.

Alterius. Duardus. Bonacina.

5 Ex quo ſequitur: Illum, qui Oppidum aliquod Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubiectum, quo ad iuriſdictionem temporalem iniuſtè aggrederetur ad capiendum, vel deſtruendum in totum, vel in partem, etiam conſentiente illius Oppidi Gubernatore in excommunicationem incurrere: licèt enim iſte talis hoſtiliter non inuaderet, ſeù deſtrueret, cùm pacificè ſine armis, & de conſenſu Gubernatoris illius Oppidi hoc facere, non excuſaretur tamen ab incurſione cenſuræ, quia talis Gubernatoris conſenſus eſſet iniuſtus, atque inualidus. Ità Doctores ſupracitati.

Cõſenſus iniuſtus gubernatoris non excuſat.

6 Secũda actio, quæ. Deſtruere, quid ſit.

Actio ſecunda eſt: Deſtruere eadem loca Apoſtolicæ Sedis, quod intelligendũ eſt eodem modo, ideòque quicumq; ſiuè per ſe, ſiuè per aliũ demolitur, ſiuè corrumpit, aut extructum diruit aliquem locum ad Sedem Apoſtolicam pertinentem iniuſtè locum illũ deſtruere dicitur, quod ſufficit ad hanc excommunicationem incurrendam, etiam ſi hoſtiliter id non faciat: ſufficit enim quæcumque iniuſta deſtructio, ſecundum Doctores ſupra citatos, quamuis Suarez cum alijs aliud ſentire videantur.

Contra Suarez.

7 Tertia actio, quæ. Occupare cõtra iuſtitiam.

Tertia actio eſt Occupare contra iuſtitiam talia loca, quod nihil aliud ſignificare videtur, quàm iniuſtè vſurpare, vel rapere, ſeù eadem loca capta violenter contra Pontificis permiſſionem detinere.

8 In quo differt iſta excommunicatio à quarta.

Et quamuis videatur hæc tertia actio idem ſignificare cùm quarta actione prohibita, quæ eſt eadem loca iniuſtè detinere, diſtinguuntur tamen in hoc: quia quarta actio propriè ſignificat talia loca iniuſtè occupata non reſtituere, ſiuè ea iniuſtè poſſidere, etiam ſi ipſe poſſidens huiuſmodi loca nullatenus inuaſiſſet, ideòque hæredes illius, qui iniuſte inuaſerunt, vel occupauerunt aliqua loca ad Sedem Apoſtolicam ſpectantia, excommunicationis vinculo ſunt adſtricti, ſi talia loca à prædiceſſoribus iniuſtè occupata reſtituere nolunt, dicuntur enim iniuſtè ea retinere.

9 Sufficit quæcumq; actio per ſe ſeorſum acta.

Notandum autem: Ad hanc excommunicationẽ incurrendam ſufficere quamcumque actionem ex præfatis: licèt enim huiuſmodi actiones copulatiuè videantur enumerari in Canone, intelliguntur tamen diſiunctiuè, quia ſic ſupponit ſubiecta materia, de qua agitur alioquin Summus Pontifex non ſufficienter conſuluiſſet bonis Apoſtolicæ Sedis: nam per quamcumque actionem ex præfatis, ſeorſum ſumpta, ſufficienter violatur iuriſdictio Romani Pontificis, quo ad temporalem dominium: Quare ſi quis tantum inuadat, ſiuè deſtruat, ſiuè occupet, ſiuè detineat iniuſtè aliquem locum ipſius Romanæ Eccleſiæ excommunicationem huius Canonis incurret: Ita Suarez de Cenſ. D.21. ſect.2. nu.105. Duard. lib.2. Can.20. q.1. n.2. Alterius D.21. c.1. col.8. verſ. Dixi, Bonac. loc. cit. n.8. Filliuc. d. tr.16. c.3. num.64.

Suarez. Duardus. Alterius. Bonacina. Filliucius.

10 De alijs quatuor actionibus.

Addũtur etiam aliæ quatuor actiones etiam per ſe prohibitæ, ſed minus principaliter, quarum prima eſt huiuſmodi loca iniuſtè vſurpare, tanquam ſibi debita, & ad ſe pertinẽtia, iniuſto aliquo colore accipere, & poſſidere: Secunda actio eſt: Perturbare, & moleſtia afficere eum, qui in poſſeſſione eſt, vt ipſe perturbans talia loca habeat, & poſſidentem expellat: Tertia eſt retinere contra iuſtitiam, quæcumque loca Apoſtolicæ Sedis quomodocumque vel a ſe, vel ab alijs contra iuſtitiam vſurpata: Quarta tandem actio eſt: vexare .i. obſidere, vel expugnare loca Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, licèt ea poſtea non capiat, ſufficit enim vexatio quæcumque ad ea capienda: Ità Vgolin. hic verſ. Nec non nu.3. & 7. Bonac. & Duard. locis ſupracitatis.

Prima actio minus principalis. Secũda actio. Tertia actio. Quarta actio. Vgolinus. Bonacina. Duardus.

11 De Actionib. acceſſoriè prohibitis.

Actiones tandem acceſſoriè prohibitæ in hoc Canone ſunt quinque, quarum primà eſt adhærere quomodolibet delinquenti aliquam ex actionibus

præfatis,

Prima eſt adhærere delinquenti quomodolibet.

præfatis, iniuſtè perpetranti: Ille autem propriè dicitur adhærere, qui alicuius factionem liberè ſequitur abſque præuio pacto, ad diſtinctionem confœderationis, quæ pactionem præſupponit, prout benè notauerunt Vgolin. in hoc Canone §. vltimo, & Bonac. d.q.20.p.1. num.26.

Vgolinus. Bonacina.

12 Secũda actio eſt defendere: tertia conſilium. Quarta auxilium. Quinta fauorem præſtare.

Secunda actio eſt prædictas actiones prohibitas defendere, Tertia conſilium ad ea facienda præſtare, Quarta auxilium, Quinta fauorem quomodolibet præſtare ad eas actiones contra prohibitionẽ Canonis faciendas; Quæ omnia clarè patent ex ſupradictis, nam ſæpè ſæpiùs explicatum eſt, quid ſit defendere, auxiliari, conſilium, & fauorem præſtare: Ad excommunicationem autem incurrendam requiritur, quòd actio acceſſoria conſequatur effectum iuxta conſilium, auxilium, vel fauorem.

13 Perſonæ, quæ excommunicantur, quæ.

Perſonæ autem, quæ in hoc Canone excommunicationis vinculo ligantur ſunt omnes, & ſinguli, fideles baptizati, qui ſunt excommunicationis capaces, cuiuſcumq; ſint dignitatis, & conditionis faciẽtes aliquam actionem ex illis, quæ in hoc Canone ſub anathematis pœna ſunt prohibitæ: & ratio huius eſt: nam Summus Pontifex in Canone huius Bullæ indiſtinctè, & generaliter loquitur abſolutè, dicens: *Excommunicamus omnes, &c.* Ideòque nemo excluditur, ſiuè ſit Rex, ſiuè Imperator, ſiuè Princeps, ſiuè etiam quicumque Prælatus Eccleſiaſticus cuiuſcumque eminentiæ, & dignitatis: Ità communiter omnes expoſitores iſtius Canonis.

14 Aduertentia notãda ex facto detinent.

Aduertendum eſt autem, quòd in Canone excommunicantur à Pontifice illi, qui de facto, hoc eſt iniuſtè vſurpant, inuadunt, detinent, &c. non autem, qui ſecundum iura aliquam actionem ex illis faciunt, vt ſi poſſideant aliqua loca ex conceſſione Summi Pontificis, ſiuè alio iuſto titulo, aut prę̨ſcriptione antiqua centum annorum, excommunicationem præſentis Canonis minimè incurrerent.

15 Pro Rege Hiſpaniarum, & aliorum Principum.

Ideòque Rex Hiſpaniarum, qui ſupremam iuriſdictionem, & dominium in aliquibus Regnis, quæ nominantur in Canone, vt Siciliç Regnum, Sardiniç, terrarum circa Pharum, & huiuſmodi, ſimiliter etiam Reſpublica Genuenſis, quæ eamdem iuriſdictionem in Corſica exercet, ex conceſſione Sũmorum Pontificum, ſimiliter etiam dicendũ eſt de alijs Principibus poſſidentibus aliquas Ciuitates Sanctę Romanæ Eccleſię illis in feudum cõceſſas à Romanis Pontificibus, &c. excommunicatione huius Canonis non innodantur; Nam Summus Pontifex tãtùm excommunicat in Canone eos, qui de facto huiuſmodi loca iniuſtè detinent, quòd videtur ſignificare dictio illa (*De facto*) ideòq; non includuntur, qui de Iure, ſiuè iuſto titulo ea loca detinent, Ità Reginald. lib.9. num.387. Filliuc. tom.1. tr. 16. cap.3. num.68. Alterius lib.5. D.21. c. 1. Bonacina tom.3. D.1. q.21.p.1.nu.23. Vgolinus, & Duardus, alijque huius Canonis expoſitores.

Excommunicantur illi, qui de facto retinent hoc eſt iniuſtè.

Reginaldus. Filliucius. Alterius. Bonacina. Vgolinus. Duardus.

16 Loca, quæ proteguntur in Canone, quæ.

Loca autem, & Ciuitates, & Iura, quę à Romano Pontifice in hoc Canone proteguntur, ne iniuſtè ab alienis vſurpentur ſunt omnes Ciuitates, & Regna ad dominium Apoſtolicæ Sedis pertinentia, ſiuè in quibus Romanus Pontifex habeat temporale dominium, ſiuè immediatè, ſiuè mediatè, ſiuè ex antiqua conceſſione Imperatorum, & Regum, qui talia Regna, & loca Romanę Eccleſiæ donarunt: ſuntque omnes numero viginti ſeptem, quæ omnia clarè explicata ſunt in hoc Canone.

17 Quæ loca dicũtur immediatè ſubiect.

Illa autem loca dicuntur immediatè ſubiecta, in quibus Romanus Pontifex Ius dicit, ſeù poteſt dicere, vel per ſe ipſum immediatè, ſiuè per ſuum Gubernatorem, vel Conſulibus, ſiuè Preſidentibus Ciuitatum ad quas Romanus Pontifex huiuſmodi Gubernatores, vel Iudice, ſiuè alios officiales deſtinauit, & prępoſuit.

18 Quę dicuntur ſubiecta mediatè.

Illa autem mediatè dicuntur ſubiecta, in quibus Romanus Pontifex iuriſdictionem non exercet in temporalibus, ſed facultatem Ius dicendi in alios tranſtulit, retento ſibi dominio directo, vt ſunt loca, quę aliquibus in feudum tradita ſunt: Ideòque Summus Pontifex in hoc Canone non ſolùm protegit loca ſibi immediatè ſubiecta, ſed etiam illa, quæ mediatè ad ipſam Apoſtolicam Sedem quomodolibet ſpectant: Ità Alterius hic D.21. cap. 1. col.4. Verſic. Additur quoque Vgolinus. cap.20.n. 7. Filliucius tom.1. tract. 16. cap. 3. quęſt.8. nu.65. Duardus lib.2. can.20. q. 7. Bonacina tom. 3. D.1. p.2. num.3. Et hęc de Vltimo Canone, alijſq; Canonibus huius Bullæ dicta ſufficiant.

Alterius. Vgolinus. Filliucius. Duardus. Bonacina.

TRACTATVS XV.

De Clauſulis huius Bullæ Cœnæ. Tract. XI.

PROOEMIVM.

Introductio.

EXplicatis explicandis, & declaratis declarandis, quæ neceſſaria erant pro cognitione Canonum excommunicationum, quæ in Bulla Cœnæ continentur, ſupereſt dicendum in hoc vltimo tractatu præſentis materia de vltima parte huius Bullæ in qua adduntur à Pontifice quadam Clauſula in quibus agitur de duratione dicta Bulla, ac de Abſolutione Cenſurarum, quæ in dictis Canonibus contra delinquentes fulminantur, & de pœnis in quas incurrunt præſumentes abſoluere à dictis Cenſuris ſine facultate Romani Pontificis: ac de ijs, quæ obſeruanda ſunt in abſolutione ab excommunicationibus Bulla recipienda ab eo, qui excommunicationem contraxit, vt abſolutio ſubſiſtat, ac de reuocatione priuilegiorum, & conſuetudinum præſcriptorum: Inſuper de Publicatione dicta Bulla, & obligatione Curatorum retinendi, legendi, ac publicandi dictam Bulla ſingulis annis, ne à fidelibus ea, quæ in ea, continentur, violarentur: quæ omnia breuiter in tribus capitulis diſcutientur.

Clauſulæ huius Bullæ quę ſint. Diuiſio tractatus.

Reuocatio priuilegiorũ.

Publicatio Bullæ Cœnę.

DE DVRATIONE BVLLÆ COENÆ, ac de Abſolutione Cenſurarum, quæ in Canonibus infliguntur, & de Pœnis contra abſoluentes à caſibus Bullæ Cœnæ.

CAP. I.

Textus. Prima pars Clauſulæ.

VOlentes pręſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quęcumque his litteris contenta, quouſquè alij huiuſmodi proceſſus à Nobis, aut Romano Pontifice, pro tempore exiſtente fiant, aut publicentur, durare, ſuoſque effectus omninò ſortiri.

Secunda pars.

Ceterùm à prędictis ſententijs nullus per alium, quã per Romanum Pontificẽ, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiã tunc, niſi de ſtãdo Eccleſię mãdatis, & ſatisfaciẽdo, cautione pręſtita abſolui poſſit etiã pretextũ quarumuis facultatũ & indultorũ qui-

buſcumq; perſonis Eccleſiaſticis,ſęcularibus,& quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militarium Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, nec non Laicis etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per Nos,& dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta verbo litteris,aut alia quacumq; ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorũ, & innouatorum,ac concedendorum, & innouandorum.

Tertia P. Clauſulæ reſeruatio abſolutionis.

Quòd ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathematè laqueatis,vel eorum alicui abſolutionis beneficium impẽdere de facto præſumpſerint,eos excõmunicationis ſentẽtia innodamus, grauiùs cõtra eos ſpiritualiter, & tẽporaliter,prout expedire nouerimus proceſſuri.

Expoſitio huius Clauſula.

1 TExtus clauſulæ huius Bullæ tria paragrafa continet,ideóq; in tres diuiditur partes: In prima agitur de duratione iſtius Bullę: In Secunda Romanus Pontifex abſolutionem à Cenſuris in Bulla contentis ſibi reſeruat,eamdem limitat, ac ampliat; In tertia agitur de pœnis contra abſoluentes à caſibus Bullæ: prima pars incipit ab illis verbis: *Volentes.* Secunda: *Cæterum à prædictis.* & Tertia *Quòd ſi fortè.*

2 De Duratione huius Bullæ.

Circa primum de duratione huius Bullę nulla ad præſens eſt dubitatio clarè enim dicitur in principio huius clauſulę: eam ſemel promulgatam vim habere, & durare in ſuo robore, & firmitate, donec alia de nouo edatur, & promulgetur, non enim extinguitur alia ſimpliciter condita, ſed non dum promulgata, quia Summus Pontifex intendit fideles ad obſeruantiam huius Bullæ obligare, donec alia fiat, quæ obliget: ſubſequens autem alia Bulla obligare non poteſt, niſi ſit publicata: particula autem illa (*Aut*) intelligenda eſt copulatiuè, & declaratiuè prout habetur ex leg. Sæpè ff. de Verb. ſignificat. & lege cum quidam eodem titulo: Ità Alterius hic lib. 5. D.22.c.1. ſub fine, Barboſa de Dictionibus: Dictione 36. n.2. Salas de leg.D.12.ſect.1.n.6.Nauar. cap.23. num.4.& Bonacina tom.3. D. 1. quæſt. 22. p.1. num.2.

Dictio (Aut) hic intelligitur copulatiuè, & non diſtributiuè.
Alterius.
Barboſa.
Salas.
Nauarrus.
Bonacina.

3 Quãdo ceſſat obligatio præſentis Bullæ.

Ex quo ſequitur: obligationem huius Bullæ non ceſſare ſi Summus Pontifex eſſet mente captus, vel ſi contingat ab hoſtibus capi, vel ſi ipſe ſpontè Pontificatum renuntiet, aut per illius mortem ciuilem, vel naturalem alius Papa de nouo eligatur à Cardinaliũ Collegio donec alia Bulla de nouo fiat, vel ab ipſo viuente, vel à ſucceſſore poſt eius mortem, & publicetur: Non eſt autẽ neceſsè,quòd ſequens Bulla publicetur feria quinta in Cœna Domini, quia quocũq; die, & tempore publicetur ſubſequens Bulla,dummodò habeat eamdem rationem Bullę Cœnæ, ſufficiens eſt ad obligandum ad obſeruantiam ipſius, & ceſſat obligatio prioris Bullæ: Ità Duard. lib.3.§.1. q.2.n.2. & Bonacina loc.cit.n.3.

Quocũq; die alia Bulla publicetur ſufficiens eſt.
Duardus.
Bonacina.

4 Quis poſſit abſoluere ab Excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Circa ſecundum de Abſolutione cenſurarũ iſtius Bullæ: videndum eſt primò: Quiſnam poſſit abſoluere delinquentes ab excommunicationibus contractis propter tranſgreſſionem eius.

Reſolutio. Solus Sũmus Pontifex, vel alius ex ipſius facultate.

Reſpondetur. Neminem poſſe legitimè,& validè quemquã abſoluere à talibus cenſuris, niſi ipſemet Summus Pontifex, vel alius habens facultatem ſpecialẽ à Romano Pontifice, ſiuè virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatę,vel per ſpecialem conceſſionẽ alicui factam, ſiuè in ſcriptis, ſiuè in voce: ſufficit enim voluntas Summi Pontificis concedentis,quomodocumq; explicetur, vel ſi pænitens eſſet in manifeſto mortis periculo:& ratio huius eſt,quia per hãc clauſulam talis abſolutio eſt ſolummodò Romano Põtifici reſeruata, adempta alijs omnibus abſoluendi facultate ſub quocumque titulo, aut priuilegio hactenus conceſſo: quæ omnia clarè patent ex verbis huius clauſulæ §. Cæterum.

Vel in mortis articulo.

5 Difficultas Quid faciendum ſit, quãdo Summus Põtifex eſſet mente captus Reſolutio.

Sed difficultas eſt quando in aliquo euentu Summus Pontifex eſſe mente captus, & amiſiſſet rationis vſum: Quiſnam in caſu poſſet delinquentes abſoluere à talibus cenſuris reſeruatis.

Reſpondetur, quod cum cenſurarum abſolutio ſit actus humanus, ideóq; ab amente, & rationis vſus deſtituto exerceri non poſſit,ipſóq;Papa viuente,nõ poteſt fieri alia Romani Pontificis electio, cum ſit ſpes reſipiſcentiæ ſaltem per miraculũ, ideóq: dicũt Doctores:in caſu,Sacri Cardinalium Collegio dandum eſſe Curatorem, qui à cenſuris Summo Pontifici reſeruatis poſſet legitimè abſoluere, & reliqua pertinentia ad iuriſdictionem præſtare poſſet,durãte tali amentia: Ità Vgolin.hic.n.5.Duard.lib.3.§.2. q.1.n.3.& Bonac.tom.3.D.1.q.22.p.2.n.1.

Eligendus eſt Curator Papę viuente ipſo, &c.
Vgolinus.
Duardus.
Bonacina.

6 Secundum Quæſitum. An Epiſcopus poſſit in foro conſcientiæ abſoluere.

Quæritur ſecundo: An Epiſcopus poſſit in ſua Diœceſi abſoluere ſuos ſubditos delinquentes contra Bullam Cœnæ.

Prima opinio affirmatiua, & eius ratio, quæ.

Reſpondetur,duplicem eſſe Doctorum ſententiã, vnam affirmatiuam, alteram verò negatiuã, ratio prioris ſententiæ affirmatiuæ eſt, quia Concilium Tridentinum ſeſſ.24.c.6. concedit facultatẽ, vt quilibet Epiſcopus poſſit abſoluere ſuos ſubditos à quacumq; excommunicatione, etiam Summo Pontifici reſeruata in foro conſcientiæ, quando crimen eſt occultum, & hoc per ſe, vel per ſuum Vicarium ad id ſpecialiter deputatum: ſed in crimine hæreſis per ſe tantùm immediatè, cùm ergò talis facultas conceſſa ſit Epiſcopis ex Tridentino Concilio,ideóque dicunt iſti Doctores, quòd poſſunt illos abſoluere in foro conſcientiæ de quacumque excommunicatione reſeruata Papæ etiam in Bulla Cœnæ.

7 Reſp. obiectioni de reuocatione in clauſula.

Neque obſtat dicere: Decretũ Tridentini cenſeri reuocatum fuiſſe in hoc per clauſulam illam huius Bullę: quia decreta Concilij generalis, præſertim noui, & vltimi cuiuſmodi eſt Tridentinum non cẽſentur reuocata, niſi illius Concilij expreſſa fiat mẽtio, prout habetur ex c. Ex parte de Capell. Monach. & c. Non nulli de Præſcript.& Felinus ibi nu. 7. Ità Poteanus in 22. q.11.A.4. Fagund. de Præcept. Eccl. tr.2. lib.8.c.8. n.32 Portella in addit ad dub. reg. Verbo Epiſcopus num.1. Souſa in Bull. Cœnæ c.23.D.100. num.7. Nugn. in 3.p.tom. 2. q. 8. A.2. d.10. Em. Sà Verbo Epiſcopus num.37. Henriqez, lib.6.c.14. n.7. cum alijs ab ipſis citatis.

c. Ex parte.
c. Nonnulli.
Felinus.
Puteanus.
Fagundez.
Portella.
Souſa.
Nugnus.
Em. Sà.
Henriquez.

8 Secunda ſententia negatiua. Ratio ſecũdæ ſententiæ.

Secunda ſententia oppoſita abſolutè exiſtimat: non poſſe Epiſcopos his temporibus abſoluere quẽcumq; à caſibus Bullæ Cœnę etiam occultis,niſi pęnitẽs eſſet in mortis articulo, & ratio huius eſt,quia per hanc clauſulam in calce Bullæ Cœnæ additam reuocantur omnia decreta cuiuſcumque Concilij etiam generalis: tùm, quia Summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. & Clemens VIII. ſępè ſepiùs expreſsè declarauerunt: nullum poſſe abſoluere delinquentes ab excommunicationibus latis in Bulla Cœnę etiam in foro conſcientiæ.

Pius V.
Gregor. XIII.
Clemẽs VIII.

9 Ad obiectionem de Concilio Tridentino Reſpõd.

Et quamuis in clauſula Bullæ Cœnæ non fiat ſpecialis mentio Concilij Tridentini, hoc tamen nihil eſt, quia ad reuocationem huius facultatis non fuit neceſsè expreſſam mentionem facere Concilij Tridentini, cum ſufficiat illa generalis derogatio, quæ

con-

Digitized by Google

continetur in illis verbis: (*Cuiuſcumque Concilij, &c.*) Nam propter honorem, & reuerentiam Tridentini Concilij non erat expediens ipſum ſpecialiter, & in indiuiduo nominare, cùm ſufficienter includatur in illa clauſula generali: quia, qui totum dicit nihil excludit: Ità enim habetur in quadam deciſione Rotæ, quæ incipit: Sancti Angeli penſionis, facta ſub die 16. Decembris 1594. & altera, quæ incipit Prioratus ſub die 9. Iunij 1606. prout referunt Hieronym. Gonzales ad reg. 8. Gloſſ. 6. num. 120. Garzias de Benef. p. 11. c. 10. nu. 115. Franciſcus Penna in 3. p. Direct. in Scholion. ad q. 92. & alij, quos referunt Suarez, & Bonacina cùm Coriolano locis infra citandis.

Deciſiones Rotæ. Gonzales. Garzias. Penna. Suarez. Bonacina. Coriolanus.

10 Hanc etiam ſententiam, quòd modo per Bullam Cœnæ cenſetur derogata facultas Epiſcoporum abſoluendi à caſib. Bullæ Cœnæ ſuſtinent Sanchez in ſumm. tom. 1. lib. 2. c. 11. num. 27. Sanctarellus de Hæreſi c. 5. d. 5. nu. 21. Villalobos in ſumm. p. 1. tr. 9. d. 61. nu. 2. Molina tom. 4. de Iuſt. q. 64. nu. 8. Azorius p. 1. lib. 8. c. 19. q. 3. & cap. 10. q. 10. Filliuc. tom. 1. tr. 16. cap. 12. num. 320. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 22. p. 2. nu. 8. Barboſa de poteſt. Epiſcop. p. 2. allegat. 40. nu. 21. Faber de Sacram. Ord. diſt. 25. qu. 1. Diſp. 3. c. 4. nu. 126. Floronius de caſ. reſer. p. 1. c. 4. §. 22. nu. 2. Coriolanus de Abſolut. caſ. Bull. Cœnæ ſequiturque Diana p. 1. tr. 5. de Abſolut. ab hæreſi reſol. 2. cum alijs, quos iſti citant: vt Viualdus in Cand. palinodiam recantãs in recentiori eddit. p. 1. tit. 11. de Abſolut. Bullæ Cœnæ nu. 15. ideòque hæc videtur probabilior ſententia, & in praxi ſecurior.

Sanchez. Sanctarellus. Villalobos. Molina. Azorius. Filliucius. Bonacina. Barboſa. Faber. Floronius. Coriolanus. Diana. Viualdus.

11 Quæritur tertiò: An Inquiſitores Sancti Officij contra hæreticam prauitatem deputati habeant facultatem abſoluendi ab excommunicatione contracta ob peccatum hæreſis in foro conſcientiæ, maximè quandò tale crimen adhuc ad Tribunal Sancti officij non fuerit delatum.

Quæſitum tertium. An Inquiſitores poſſint hæreticos abſoluere.

12 Reſp. Affirmatiuè: Clarum enim eſt, poſſe Illuſtriſsimos Inquiſitores Sancti Officij contra hæreticam prauitatem deputatos abſoluere omnes, & quoſcumque Hæreticos à quocumque vinculo excommunicationis ob crimen hæreſis contracto, non ſolùm in foro externo, verùm etiam in foro conſcientiæ, quamuis tale crimen adhuc iudicialiter ad Tribunal Sancti officij delatum non ſit: & ratio huius eſt, quia facultas abſoluendi ab hæreſi, non ſolùm competit toti Conſiſtorio Inquiſitorum, verùm etiam cuilibet Inquiſitori per ſe ſeparatim in foro conſcientiæ tantùm: prout docent Sanchez in ſum. tom. 1. lib. 2. c. 12. nu. 5. & Fraietas de conf. ſollicit. in addit. nu. 16. & Homobonus de exam. eccl. p. 2. tr. 11. c. 6. q. 11. & 12. cap. 2. q. 4. cùm alijs, quos citat, & nouiſſimè ſequitur Diana p. 1. tr. 5. reſol. 3. de abſolut. ab Hæreſi: & hoc ex conceſſione Summorum Pontificum, & pręcipuè: Clem. VIII. quæ incipit: Cùm ſicut: verſ. vobis etiam, &c. vbi facultas abſoluendi ab Hæreſi conceditur cuilibet Inquiſitori etiam in foro conſcientiæ, præuia tamẽ hæreſis abiuratione, ſeù promiſſione non rehabendi, &c. Inſuper affirmando dicimus, quòd etiam, hæc facultas conceſsa eſt cuilibet Inquiſitori, etiam ſi adhuc Sacerdos ordinatus non fuerit, eò quod huiuſmodi facultas non eſt conceſſa Inquiſitori in ordine ad confeſſionem Sacramentalem, nec tamquam quid annexum ordini Sacerdotali, ſed officio, quare non ſolùm in Sacramentali confeſſione 1 Verùm etiam extra illam poterit quilibet Inquiſitor hæreticos etiam occultos abſoluere à tali vinculo excommunicationis contracto ab Hæreſi, quam etiam facultatem poſſunt alijs Sacerdotibus aliquando, quando expedire videbitur delegare, quia talis facultas competit Inquiſitorib. ex officio, quare cùm ſit facultas ordinaria poterit alteri delegari: Ità Rodriq. in Bull. Cruc. §. 9. nu. 66. Puteanus in 2. 2. q. 11. A. 4. dub. 2. Villalob. in ſum. tom. 2. tr. 1. diffic. 2. nu. 6. Rodriq. à Cugna q. 21. num. 18. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 22. p. 2. n. 5. Garzias de benef. tom. 2. p. 11. c. 10. nu. 122. Duard. lib. 3. q. 12. num. 3. cùm alijs, quos citat, & ſequitur Diana d. p. 1. tr. 5. reſol. 3. Quidquid aliter aliqui Doctores in contrarium ſentire videantur: talis tamen eſt praxis præcipuè in Hiſpania, & Regno Siciliæ, & alibi, vt refert Diana loc. cit. Vide circa hanc materiam, quæ dicturi ſumus in 3. p. noſtræ Theolog. moral. tr. 3. c. 5. nu. 9. vbi agitur de abſolutione ab Hæreſi in foro conſcientiæ tantùm.

Concluſio eſt affirmatiua. Etiam in foro conſcientiæ tantùm. Ratio aſſertionis. Sanchez. Fraietas. Homobonus. Diana. Conceſſio Clem. VIII.

13 Etiam ſi Inquiſitor non ſit Sacerdos. Et poterit talem facultatẽ alteri delegare.

Rodriquez. Puteanus. Villalobos. à Cugna. Bonacina. Garzias. Duardus. Diana. Praxis Sicilię.

14 Quæritur Quarto: An Epiſcopus, ſiuè alius ab ipſo delegatus poſſit aliquando à caſibus Bullæ Cœnæ reſeruatis abſolutionem conferre, quando is, qui tali cenſura eſt innodatus aliquo legitimo detinetur impedimento, ratione cuius non poſſet Romam, ſiuè ad Curiam phyſice, ſiuè moraliter ſe conferre pro abſolutione à tali cenſura recipienda?

Quæſitum quartum. An Epiſcopus poſſit abſoluere quando abſoluendus eſſet legitimè impeditus.

15 Reſp. In hac quæſtione: duplicem eſſe Doctorum ſententiam, quarum vna eſt Bonacinæ tom. 3. D. 1. q. 2. p. 2. num. 23. & aliquorum aliorum exiſtimantium probabiliter: non poſſe Epiſcopum, neq; alium ex eius facultate (per ſe loquendo) hoc tempore in tali caſu abſolutionis beneficium deferre delinquentibus à caſibus in Bullæ Cœnæ contentis, niſi in mortis articulo: Quorum ratio eſt, quia in clauſula huius Bullæ tantummodò hoc conceditur in mortis articulo, in quo cuilibet Sacerdoti datur facultas abſoluendi à dictis caſibus, ergo in alijs euentibus hoc non permittitur etiam ſi pœnitens legitimo impedimento detineatur, quominus ad Romanam Curiam adire non poſſit: nam ratio ratæ habitionis, ſiuè Epikeiæ in hoc non valet, cùm incluſio vnius tantùm, ſit excluſio alterius, cum enim hoc tantummodò permittatur in mortis articulo, ideò ſequitur in alijs caſibus nullum habere talem facultatem præter Romanum Pontificem.

Duplex opinio. Prima opinio Bonacinæ. Ratio iſtius opinionis, quæ. Non ſufficit Epykeia.

16 His tamen non obſtantibus, contraria ſententia videtur magis pia, & probabilior: nam in tali caſu interpretanda eſt pia mens, & intentio Summi Pontificis hoc concedentis, ſi eſſet de hoc quæſitus: Cùm enim Summus Pontifex reſeruet abſolutionem aliquorum criminum, hoc facit pro vtilitate, & ſalute fidelium, & præſumitur in caſu legitimi impedimenti, quando pęnitens non poſſet ad Curiam accedere ſine aliquo periculo nolle abſolutionis beneficium illi denegari, ideòque in caſu poterit Epiſcopus loci ex Epykeia talem à vinculo excommunicationis, & peccatorum reſeruatorum abſoluere cùm onere ſe præſentandi elapſo tali impedimento ad exequenda Curiæ mandata.

Secunda opinio. Ratio ſecundæ ſententiæ. Epykeia.

17 Patet hoc ex Sacris, & Canonibus hoc concedentibus: Quare in c. Ea noſcitur, & c. De his, & c. Eos, qui de ſent. excom. in ſexto expreſsis verbis dicitur generaliter: *Eos, qui ob mortis periculum, vel ob aliud legitimum impedimentum mediante, quo ad Curiam recurſum habere non poſſunt, poſſe ab ordinario Paſtore à ſententia Canonum, vel hominis abſolui*, ideòque clarè videtur in caſu legitimi impedimenti poſse Epiſcopum, vel alium ab eo facultatem habentem per Epykeiam talem pœnitentem abſoluere cùm onere ſe præſentandi, ceſſato tali impedimento: Felinus in d. c. Ea noſcitur, & Ancharanus verſ. Tertio nota, & Geminianus ibi nu. 5. concordant Panormit. in c. De cœtero de ſent. excom. in 6.

C. Ea noſcitur. C. De his. C. Eos, qui de ſent. excommunicationis. Felinus. Ancharan. Geminianus. Panormit.

Verſic.

Syluest. Nauarrus. Sanchez. Vgolinus. Duardus. Alterius. Coriolanus.

Verſic. Circa hos, & Syluester Verbo Abſolutio 4. num.7. Nauar. in man.c.27, n.89. Sanchez in ſum, lib.2.c.13, nu.36. Vgolin, hic Verſ. Niſi in mortis articulo §.4. num.1. Duard. lib.3. de excom. Bullæ Cœnæ §.2. q.8. nu.9. Alterius lib.5. de cenſ. D.22. cap.2.& Coriolanus hic de Abſolut. num.4. alijque quàm plurimi ab ipſis citati communiter dicentes: *In caſu legitimi impedimenti poſse Epiſcopum per Epykeiam abſoluere ſuum ſubditum in foro conſcientiæ tantùm à caſibus in Bulla Cœnæ contentis, excepta tamen excommunicatione contracta ob delictum Hæreſis, iniuncto tamen præcepto delinquenti ſe præſentandi Summo Pontifici, ceſſato tali impedimento, ad obediendum Curiæ mandatis, &c.*

Poteſt Epiſcopus abſoluere de caſib. Bullæ Cœnæ quando pœnitens eſſet impeditus legitimè.

18 Quale impedimentum exiſtimatur legitimum.

Sed difficultas eſt ad explicandum, quale debeat eſſe impedimentum, vt poſſit Epiſcopus aliquando abſoluere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ contentis interpretando piam intentionem Summi Pontificis.

Reſolutio. Excuſantur.

Reſpondetur tamen breuiter: Legitimum impedimentum exiſtimandum eſſe, quando pęnitens abſolutè, vel ſine graui ſuo, vel aliorum damno, ſeù periculo ad Curiam adire non poſſet, & probabiliter exiſtimatur huiuſmodi impedimentum diuturnum eſſe futurum, quare Fœminæ,& Adoleſcentes formoſi propter periculum pudicitiæ, & honeſtatis excuſantur, ſimiliter ſenes, infirmi, ac debiles, qui ſine magno incommodo iter longum facere non poſſunt, vel qui habent graues inimicitias, videntur excuſari poſſe à tali onere: Ità Vgolin. ſupra §.4.n.2. Duard. n.26. Alterius q.2.col.14.& Bonac. num.23. locis ſupracitatis.

Feminæ adoleſcentes. Senes Infirmi debiles. Habentes graues inimicitias. Vgolinus. Duardus. Alterius. Bonacina.

19 Quæſitum quintum.

Quæritur Quinto: An hoc poſſint facere alij ſimplices Confeſſarij in foro conſcientiæ tantùm.

An poſſint alij confeſſarij. Alij confeſſarij hoc facere non poſſunt. Ratio aſſertionis.

Reſp. Negatiuè: non enim hoc permittitur ſimplicibus Sacerdotibus, non Epiſcopis, etiam ſi aliàs aliquod priuilegium habuiſſent abſoluendi à caſibus Summo Pontifici reſeruatis, noſtris tamē temporibus non poſſunt ampliùs pœnitentes à caſibus Bullæ Cœnæ abſoluere: & ratio huius eſt, quia in clauſula huius Bullæ, quæ ſingulis annis renouatur expreſsè prohibetur abſolutio dictarum excommunicationum, & reuocantur omnes facultates, & indulta quomodolibet conceſſa, vel concedenda in genere, vel in ſpecie, & tantummodo hoc eis conceditur in articulo mortis pœnitentis, non autem in alijs caſibus, ideòque in talibus non permittitur Epykeia.

20 Decreta Sanctæ Congregationis Cardinalium.

Quare in Decreto Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis VIII. ex declaratione Sacræ Congregationis Cardinalium, quæ incipit: Sacra Congregatio, edita Anno Domini 1601. & alia, quæ incipit: Cùm autem dubia, &c. edita anno 1602. & ex alia Pauli V. Emanata die 7. Ianuarij 1607. in confirmatione decreti prædicti Clementis VIII. Summus Pontifex expreſsè declarauit, & iuſſit: *Ne quis confeſſarius prætextu priuilegiorum hactenus indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè, verbis, vel ſcripto conceſſorum à caſibus clarè, vel dubiè in Bulla Cœnæ contentis, aut aliàs à Sede Apoſtolica reſeruatis in nullo caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi pœnitens eſſet in mortis articulo abſolutionem ab illis aliquo modo impertiri præſumant:* Ità Quaranta in Verbo caſus reſeruatus, & Naldus ibi nu.14. Gambarupta de caſibus reſer. c.3. nu.5. & Duard. lib.3. §.2. q.1. nu.16. cum omnibus ſupra citatis, alijque communiter.

Decretum Pauli V.

Quaranta. Naldus. Gambarupta. Duardus.

21 Difficultas Periculum mortis, an diſtinguatur ab articulo mortis.

Sed difficultas eſt ad explicandum: Quale exiſtimandum ſit periculum mortis, in quo poſſit ſimplex Sacerdos validè, & licitè pęnitentes abſoluere à quocumque vinculo excommunicationis, etiam in Bulla Cœnæ reſeruatæ Romano Pontifici.

22 Periculum mortis duplex proximū, & remotum. Proximum periculum quale ſit. Periculum mortis remotum quale.

Pro cuius intelligentia eſt notandum, periculum mortis dupliciter poſſe conſiderari, vno modo proximè, altero modo remotè: Proximum periculum mortis dicitur, quando quis in tali periculo reperitur, in quo (vt plurimum) mors contingere ſolet, ſiuè talis mors proueniat à cauſa libera, ſiuè naturali, periculum verò remotum, ſeù minus proximum, & quando quis in tali periculo exiſtit in quo, (vt plurimum) mors corporalis ſequi non ſolet, vt in leui morbo, ſeù vulnere, & huiuſmodi.

23 Reſolutio.

Hoc ſuppoſito, reſpondendo dicimus: Quemlibet Sacerdotem ſimpliciter ordinatum, etiam excommunicatum, ſiuè hæreticum, ſuſpenſum, aut etiam degradatum poſſe licitè quoſcumque fideles in mortis articulo, ſiuè in proximo mortis periculo conſtitutos abſoluere à quibuſcumque peccatis, & excommunicationibus, etiam Summo Pontifici reſeruatis, etiam in Bulla Cœnæ: eò quod in mortis articulo nulla eſt reſeruatio,& cuilibet Sacerdoti commiſſa eſt talis facultas abſoluendi in tali caſu: Imò hic caſus in clauſula Bullæ Cœnæ eſt ſpecialiter expreſſus: & ratio huius eſt, quia quod ad fidelium vtilitatem eſt inſtitutum non debet in ipſorum damnum reſultare: Cùm ergo reſeruatio caſuum inſtituta ſit in fauorem animarum fidelium, vt videlicet retrahantur à peccatis committendis, quæ gloriæ conſecutionem impedire poſſunt, ideò talis reſeruatio abſolutionis non debet in perditionem morientium reſultare: Quare cuilibet Sacerdoti legitimè ordinato facta eſt facultas abſoluendi pœnitentes in proximo periculo mortis conſtitutos, vt patet per Tridentinum Concil.ſeſſ.14.c.7. & omnes Doctores communiter fatentur, nemine diſcrepante.

In proximo periculo mortis quilibet Sacerdos abſoluere poteſt. Ratio aſſertionis. Conc. Trid.

24 Periculum remotum non eſt articulus mortis.

Secus autem dicendum eſt, quando quis in remoto mortis periculo exiſtit, talis enim non eſt articulus mortis, eò quod talis mors in tali euentu faciliter contingere non ſolet: Nec intentio Summi Pontificis, nec verba Bullæ ad huiuſmodi caſum extenduntur: Quare quando quis leui morbo laborat, vel leui vulnere eſt percuſſus, aut ad Triremes damnatus, & in ſimilibus euentibus, non poteſt dici propriè in proximo, & manifeſto periculo mortis conſtitutus, niſi infirmitas ſit periculoſa, & notabiliter aggrauetur, vel tempeſtas maris periculoſa ſuboriatur cùm periculo proximo ſubmerſionis Triremis, in qua plurimi fideles reperiuntur petentes peccatorum abſolutionem, &c. prout benè aduerterunt Sanchez in ſum.lib.1.c.13.num.4.& Duard. lib.3.§.2. q.2.n.5. & Bonac. to.3.D.1.q.22. p.2.n.12. cum alijs communiter.

Sanchez. Duardus. Bonacina.

25 Quæſitum ſextum.

Quæritur Sextò: An Summus Pontifex poſſit concedere ſpecialem facultatem aliquibus Sacerdotibus, vt liberè poſſint abſoluere pęnitentes extra periculum mortis ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ fulminatis.

Papa poteſt licitè hanc facultatem alijs cōmittere. Par in parem non habet imperium.

Reſp. Affirmatiuè: & ratio huius eſt, quia Summus Pontifex non ademit ſibi facultatem, nec ſucceſſoribus ſuis, concedendi alijs Sacerdotibus facultatem abſoluendi à dictis cenſuris ſibi ſolummodò reſeruatis: nam auctor legis poteſt quotieſcumque voluerit diſpenſare in ſuis legibus: & par in parem non habet imperium, ideòq; de hoc nulla eſt difficultas, quin Summus Pontifex non poſſit licitè in hoc diſpenſare quotieſcumque in Domino expedire ita videbitur.

Imò Summus Pontifex non ſolet (vt plurimum) per ſe ipſum immediatè abſoluere delinquentes venien- 26

Hæc facultas conceditur Summo Pœnitentiario. Vicegerenti R.C. Pœnitentiarij.

venientes Romam pro abſolutione cenſurarum reſeruatarum in Bulla Cœnæ: ſed talem abſoluendi facultatem alijs Sacerdotibus deputatis delegare conſueuit: Quare talis facultas conceditur Summo Pœnitentiario, & Regenti, alijſque Pœnitentiarijs Romanæ Curiæ, iuxta eorum inſtructionem: Inſuper Legatis à latere quandòque concedi ſolet, & aliquando quibuſdam Nuntijs Summi Pontificis, iuxta eorum priuilegia ſpecialiter conceſſa: Nam ſtando in iure communi, tàm Nuntij, quàm etiam Legati à latere ex eorum munere non habēt ſimpliciter talem facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ, niſi id ſpecialiter concedatur à Pontifice: Ità communiter omnes Doctores: prout notauerunt: Filliuc. tom. 1. tr. 16. c. 12. n. 319. Vgolinus hic §. Niſi eis nu. 3. Duard. lib. 3. huius Bullæ §. 2. q. 1. nu. 37. & Bonac. tom. 3. D. 1. p. 2. nu. 4. & 7.

Legati à Latere, & Nuntij: An habeāt talem facultatem.

Filliucius. Vgolinus. Duardus. Bonacina.

27 Vltimò tandem in calce huius capituli dicendū ſupereſt de tertia parte huius Clauſulæ, quæ incipit ab illis verbis: (*Quod ſi fortè aliqui contra tenorē, &c.*) in qua fertur excommunicationis ſententia contra Sacerdotes, alioſque Prælatos præſumentes abſoluere aliquos pœnitentes à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis ſine debita facultate: Ideòque dicimus, quòd: quicumque contra huiuſmodi prohibitionem aliquando facere præſumpſerit, ipſo facto excommunicationem latæ ſententiæ incurret, aliaſq; pœnas ſpirituales, aut temporales, iuxta arbitrium Summi Pontificis determinandas.

De tertia parte huius clauſulæ. Abſoluentes à caſibus Bullæ Cœnæ ſunt excommunicati.

De alijs pœnis iniungendis.

28 Verùm eſt tamen, quòd talis excommunicatio non eſt Summo Pontifici reſeruata virtute huius clauſulæ: & ratio huius eſt, quia talis excommunicatio poſita eſt poſt reſeruationem factam in antecedentibus, ergo talis reſeruatio ad caſus præcedentes, non verò ad ſubſequentem excommunicationem ſe extendit, de cuius reſeruatione nulla prorſus mentio fit in hac clauſula: Ità Nauar. c. 27. n. 74. Suarez de cenſ. D. 21. ſect. 3. nu. 6. Tolet. lib. 1. c. 31. nu. 7. Sayrus lib. 3. c. 25. nu. 7. Duard. hic lib. 3. §. 3. q. 1. nu. 2. Souſa de cenſ. c. 24. D. 101. num. 3. Alterius D. 22. c. 3. d. 2. col. 7. & Bonac. tom. 3. D. 1. q. 22. p. 3. nu. 8. & Coriolan. hic n. 3. cùm alijs: Quidquid Caiet. in ſum. Verbo excommunicatio c. 77. cum quibuſdam alijs dicere videantur.

Talis excommunicatio nō eſt reſeruata.

Nauarrus. Suarez. Toletus. Sayrus. Duardus. Souſa. Alterius. Bonac. Coriolanus. Caietanus.

29 Notandùm autem, quòd ſi quis Sacerdos aliquando per ignorantiam, ſiuè inaduertentiam à caſibus Bullæ Cēnæ reſeruatis aliquem pęnitentem abſolueret, non eſſet excommunicatus, eò quòd Summus Pontifex in hac clauſula tantummodò excommunicat præſumentes facere contra determinationem huius clauſulæ: cenſura autem non ligat vltra mentem conditoris verbis expreſſam: nam præſumptio dolum, & ſcientiam includunt, & vbi non adeſt contumacia non incurritur excommunicatio: prout dicunt Sanchez lib. 9. de mat. D. 32. A. 2. à n. 33. vſque ad 45. Suarez de cenſ. D. 4. ſect. 3. nu. 9. Auila 2. p. c. 5. D. 1. d. 9. ad finem, Salas de legibus D. 15. ſect. 9. nu. 114. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 22. p. 3. n. 4. & tom. 1. de cenſ. in gen. D. 1. q. 1. p. 3. n. 18.

Ignorantia, ſiuè inaduertentia excuſat. Excommunicantur præſumentes.

Sanchez. Suarez. Auila. Salas. Bonacina.

30 Quod idem dicendum eſt, ſi aliquando Sacerdos metu graui conſtrictus ad abſoluendum aliquem laqueatum aliquo excommunicationis vinculo in Bulla Cœnæ reſeruatæ, illam tantummodò extrinſecè abſolueret, excommunicationem huius clauſulæ non incurreret, eò quòd actio, quæ per talem metum fit non dicitur ex præſumptione facta, ſed non potens aliud agere maximè, quando talis Sacerdos verè, & realiter illum abſoluere non intendiſset: nam actio, quæ per huiuſmodi metum fit, non dicitur ex præſumptione fieri: Ità Vgolin. hic p. 3. nu. 3. Duard. lib. 3. q. 3. nu. 3. Souſa de cenſur. cap. 24. D. 100. nu. 3. Alterius D. 22. c. 3. col. 3. Verſ. Hinc infertur, & col. 4. Verſ. ex quo ſequiturq; Bonacina tom. 3. D. 1. q. 22. p. 3. nu. 5.

Metus grauis aliquando excuſat.

Vgolinus. Duardus. Souſa. Alterius. Bonacina.

Quod idem etiam dicendum puto de Clerico, non Sacerdote, aut Laico, qui fingit abſoluere, ſed reuera non intendit abſoluere, maximè quando pœnitens nouit illum, à quo fictè abſoluitur non eſſe Sacerdotem, ſeù non habere iuriſdictionem, & poteſtatem abſoluendi, tunc in caſu, taliter fictè abſoluens tantum materialiter, & non formaliter, abſoluit, ideòque hanc excommunicationem non incurret, tùm, quia per huiuſmodi abſolutionem fictè collatam non derogatur finis Summi Pontificis intentus, quia pœnitens taliter fictè abſolutus tali abſolutione non vtetur, eò quod ſcit verè talem abſolutionem non eſſe validam: Ità Vgolin. cùm omnibus ſupracitatis, numero præcedenti: Et hæc de iſto capitulo dicta ſufficiant, in quo tres partes primæ clauſulæ continentur, & explicantur. 31

Fictè abſoluens ab excommunicatione Bullæ Cœnæ, non eſt excommunicatus.

Ratio aſſertionis.

Vgolinus.

DE IIS, QVÆ IN ABSOLVTIONE *Excommunicationum Bullæ Cœnæ ſunt obſeruanda, & De Priuilegiorum reuocatione.*

CAP. II. TEXTVS.

Declarantes, ac proteſtantes quamcumque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam prædictos excommunicatos ſub præſentibus compræhenſos, niſi prius à præmiſſis cum vero propoſito vlteriùs ſimilia non committendi deſtiterint: Ac quo ad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, (vt pręmittitur) ſtatuta fecerint niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, ſeù Capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur deleri, & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non compræhendere, nec aliter ſuffragari: Quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocumq; tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque iuribus Sedis Apoſtolicæ, ac S.R.E. vndecumque, & quandocumque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari poſſe, aut debere.

Prima pars clauſulæ. Secunda pars. Tertia pars.

Non obſtantibus priuilegijs, Indulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialib. ſupradictis, vel eorum alicui, ſeù aliquibus alijs, cuiuſcumque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præminentiæ, fuerint, etiam ſi, vt præmittitur Pontificali, Imperiali, Regali, ſeù quauis Eccleſiaſtica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ſeù locis à prædicta Sede ex quauis cauſa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, ac tenore, ac cùm quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriorum derogatorijs conceſſis, etiam continentib. quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem: Nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, quantumcumque longiſſimis, & alijs quibuslibet obſeruantijs ſcriptis, vel nō ſcriptis, per quæ hos noſtros proceſſus, ac ſententias quo-

Alia clauſula

Tertia Clauſula.

quominus includantur in eis ſe iuuare valeant, & tueri. Quæ omnia, quo ad eorum tenores, ac ſi ad Verbum, nihil pœnitùs omiſſo, inſererentur præſentibus pro expreſsis habentes, pœnitùs tollimus, & omninò reuocamus cæteriſque in contrarium quibuſcumque.

Expoſitio Textus.

Tria §. ſunt explicanda in hoc capitulo.

IN hoc ſecundo in ordine capitulo huius tertij tractatus huius Bullæ Cœnæ tres clauſulæ veniunt explicandæ, quæ in tria ſequentia §. continentur, quas clauſulas Summi Pontifices conſueuerunt, & conſueſcunt in calce Bullæ Cœnæ quolibet anno facere, & publicare; quæ quidem clauſulæ in præſenti capitulo ſunt breuiter explicandæ: In quarum prima Summus Pontifex expreſsè declarauit, & declarat ſuam intentionem, proteſtando ſe nullam abſolutionem, quantumuis etiam ſolemniter collatam, etiam ab ipſa Apoſtolica Sede prodeſſe poſſe ijs, qui per tranſgreſſionem Canonum huius Bullæ cenſuras fulminatas contraxerunt, niſi prius cum firmo, & vero propoſito vlteriùs non committendi ab his omnibus delictis deſiſterint.

In primo §. quæ continentur.

2 In ſecunda parte, quæ incipit ab illis verbis (*Ac, quo ad eos, qui contra Eccleſiaſticam libertatem, &c.*) in qua inſuper ipſe Romanus Pontifex proteſtatur, dicens: *Nullam abſolutionem prodeſſe ijs, qui contra Eccleſiaſticam libertatem ſtatuta, ſeu pragmaticas fecerunt, niſi huiuſmodi ſtatuta publicè reuocauerint, ac de ſuis archiuijs, & capitularibus libris ea deleri faciant, ac de tali ceſſatione, & reuocatione Summum Pontificem certiorem faciant.*

In ſecunda parte §. quæ continentur.

3 In tertia parte, quæ incipit ab illo §. (*Quin etiam per huiuſmodi abſolutionem*) declarat, vt neque per quamcumque abſolutionem, etiam a Sede Apoſtolica, quomodolibet obtentam, neque per quoſcumque actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, neque per tolerantiam, aut patientiam eiuſdem Apoſtolicæ Sedis, quantocumque tempore continuatam iuribus ipſius Sedis Apoſtolicæ nullatenus præiudicetur.

In tertia parte §. Quæ.

4 In alijs duobus paragraphis, quæ continentur ſub illis verbis: (*Non obſtantibus priuilegijs, &c.*) continetur reuocatio omnium priuilegiorum, ſiuè quibuſcumque perſonis, in quacumque dignitate poſitis, etiam Eccleſiaſtica, Ciuitatibus, aut Regnis quocumq; modo fuerint conceſſa, etiam iuramento firmata, quæ declarantur irrita, & nulla, ſaltem, quo ad effectum cenſurarum præſentis Bullæ, etiam ſi de illis conceſſionibus, & priuilegijs facienda eſſet ſpecialis mentio, etiam de verbo ad verbum, declarando, quòd omnia illa pro expreſſis omninò habeantur in præſenti clauſula illa pœnitùs tollendo, & reuocando, quo adhunc effectum, cæteriſque in contrarium non obſtantibus, &c.

In ſecundo §. & tertio, quæ continentur.

5 In prima ergo parte prioris clauſulæ duo verba veniunt explicanda: quare Pontifex dicat (*Declarantes, & proteſtantes, &c.*) Ideòque dicimus: Summum Pontificem per hæc duo verba voluiſſe omninò ſuam intentionem explicare: vndè primò verbis generalibus ſuam intentionem declarat, nam verbum declaro non ſolùm ad propriam, verum etiam ad aliorum refertur intelligentiam, ideòque declaratio ſe habet per modum generis, quamcumq; explicationem ſub ſe continens, deinde addidit verbum proteſtationis, quæ eſt quædam declarationis ſpecies, quæ propriè ſignificat animi ipſius declarationem Iuris acquirendi, vel conſeruandi, aut damni depellendi cauſa factam, ſiuè mentem ipſius agentis expreſſionem, vt omnibus, & ſingulis notum ſit: Romanum Pontificem ſe id maximè affirmare, & omni alio meliori modo notificare: Ità Vgolinus in explicat. huius Bullæ. Verſ. Declarantes num. 1. Souſa hic nu. 2. Alterius lib. 5. de Cenſur. D. 22. cap. 4. col 5. & Duard. hic lib. 3. §. 4. q. 1. nu. 2. & alij expoſitores huius paragraphi huius clauſulæ.

Declarantes, & proteſtantes.

Declaro in plus ſe habet.

Proteſtatio, eſt ſpes declarationis.

Vgolinus. Alterius. Duardus. Souſa.

6 Quæritur Secundò: Quare addantur illa verba, (*etiam ſolemniter*) ideòque reſpondendo dicimus, quòd: quæcumque abſolutio dictarum cenſurarum innodatis conferatur, ſiuè ſimpliciter, ſiuè ſolemniter declaratur omninò eſſe nulliter collata, niſi taliter abſolutus habuiſſet firmum propoſitum amplius talia ſcelera non committendi: vtraque enim abſolutio ſiuè ſimpliciter, ſiuè ſolemniter collata prærequirit, vt excommunicatus ante abſolutionē det cautionem ſaltem iuratoriam ſatisfaciendi parti læſæ, & parendi Eccleſiæ mandatis, cùm promiſſione non contraueniendi impoſterum Canonibus huius Bullæ, ob quarum præuaricationem fuit contracta excommunicatio talis: Quod ſi talis promiſſio, cum propoſito non adſit inualida omninò redditur abſolutio frandulenter obtenta, ſiue talis abſolutio detur tempore Iubilæi, ſiuè in mortis articulo, ſiuè extra illud, requiriturque etiam debita ſatisfactio parti læſæ eo modo, quo fieri poteſt.

Etiam ſolemniter.

Requiritur firmum propoſitum amplius non rehabendi.

Cautio ſatiſfaciendi parti læſæ.

Tempore Iubilæi. In mortis articulo.

7 Solemnis abſolutio excommunicationis dicitur illa quando datur publicè cum debitis cæremonijs, & ſolemnitatibus, prout præſcribuntur in Can. cum aliquis 11. q. 3. & nos pleniùs, & diſtinctiùs explicauimus ſupra in tract. 7. c. 3. num. 8. In 2. p. noſtræ Theologiæ mor. prout in Rituali Romano præſcribitur: Abſolutio autem ſimplex dicitur illa, quæ ſine ſolemnitate à Sacerdotibus facultatem habentibus ſolis verbis ſignificantibus abſolutionem dictarum cenſurarum, quæ etiam abſolutio aliquando per litteras, ſiuè per procuratorem impendi poteſt, omiſſis cæteris ſolemnitatibus, & cæremonijs, quæ in abſolutione publica, & ſolemni fieri ſolent, prout nos diximus pleniùs ſupra loc. cit. à n. 4. vſque ad 6. incluſiuè.

Solemnis abſolutio, quæ. Can. cum aliquis 11. q. 1.

Rituale Romanum.

Abſolutio ſimplex, quæ.

8 Quæritur tertiò, Quid ſibi velint verba illa in ſecunda parte poſita huius §. vbi dicitur (*ex archiuijs, ſeù capitularibus?*)

Ex Archiuijs, ſeù capitularibus.

Reſpondetur, quòd Archiuium propriè dicitur armarium librorum, ſeù locus communis, & publicus, in quo acta Vrbis, & Ciuium recondi conſueſcunt, quod à Græcis Chartaphylacium dicitur deriuatum ab arca, ſeù Capſa, in qua conſeruantur ſcripturæ Curiæ ab arcendo, ne ab alienis auferantur, quæ a Grecis dicitur *κιβωτός* Capitularia autem ſunt ſtatutorum libri eorum capitula, ſiuè ſtatuta continentes: Quare Summus Pontifex ſtatuit, vt nulla abſolutio, quantumuis ſolemnis aliquo modo proſit ijs, qui contra Eccleſiaſticam libertatem ſtatuta, aliavè decreta fecerint, niſi ea publicè reuocauerint, ac de ſuis archiuijs, & capitularibus libris pęnitùs deleuerint, & de huiuſmodi deletione, & reuocatione Sedem Apoſtolicam fecerint certiorem: Ità Vgolin. Alterius, Souſa, cùm Duardo, locis ſupra citatis.

Archiuium quid.

Capitularia, quæ.

Vgolinus. Alterius. Souſa. Duardus.

9 In tertia tandem parte eiuſdem clauſulę, ſeù §. adduntur illa verba (*Quin etiam huiuſmodi abſolutionem.*) quibus verbis Summus Pontifex ſuam intentionem clariùs explicauit, & explicat contra aliquos Principes, alioſque ſęculares pretendentes ſe poſſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticis, Eccleſiaſticarumq; perſonarum ſub prętextu taciti conſenſus Apoſtolicæ Sedis, aut longi temporis præſcriptionis, quem conſenſum: Romani Pontificis patientiam

De tertia parte huius §.

Reuocatur taciti conſenſus Apoſtolicæ Sedis.

tientiam appellant: Vndè vigore conſuetudinis, & longi temporis præſcriptionis contrauenientes Canonib. huius Bullæ exiſtimant immunes eſſe à cenſuris à Summis Pontificibus fulminatis, & in Bulla Cœnæ contentis, ſi aduerſus Eccleſiaſticam libertatem quandoque agant, quod quidem falſum eſt.

10 Declaratur mens Summi Pontificis.

Ideòque Summus Pontifex ad quamcumq; prætenſam dubitationem, & difficultatem in hoc §. expreſsis verbis declaratorijs, proteſtatur, dicens, quòd per nullam abſolutionem, etiam ab ipſa Apoſtolica Sede, quomodolibet collatam, neque per quoſcumque actus contrarios, tacitos, vel expreſſos, neque per tolerantiam, aut patientiam quantocumque tempore continuatam ipſius Apoſtolicæ Sedis iuribus nullatenus præiudicari poteſt: Non enim Summus Pontifex per talem abſolutionem, aut tolerantiam, etiam immemorabilem, diſpenſare intendit aliquo modo, vt ſæculares Iudices contra Eccleſiaſticam libertatem aliquid poſſint operari ſine incurſione cenſuræ.

11 De ſecundo §. huius clauſulæ.

In ſecundo autem §. huius clauſulæ, quod incipit ab illis verbis. (*Non obſtantibus priuilegijs*) Summus Pontifex explicitè declarauit, & declarat per præſentem clauſulam omnia, & ſingula priuilegia, quibuſcumq; perſonis quomodolibet conceſſa etiam per viam contractus, aut remunerationis conceſſa ſub quacumque forma, ne videlicet poſſint huiuſmodi perſonæ excommunicari, vel interdici ab Apoſtolica Sede, niſi facta expreſsa mentione dictorum priuilegiorum de verbo ad verbum.

12 Reuocatio omnium priuilegiorum quomodocumque conceſſorum.

His tamen non obſtantibus Romanus Pontifex explicitè ſuam intentionem declarat, illa omnia, & quæcumque alia priuilegia, quæcumque verba continentia per præſentem clauſulam omninò eſſe reuocata, & derogata, eò quod huiuſmodi priuilegia reſultant in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis:

Priuilegia conceſſa per modum contractus etiam reuocantur, & quomodo.

Quamuis enim de iure ordinario priuilegia conceſſa per modum contractus, & remunerationis ſine cauſa vrgenti reuocari non debeant, occurrente tamen iuſta, & rationabili cauſa; maximè quando reſultant contra commune bonum, & iura Eccleſiæ iuſtè à Summo Pontifice reuocari poſſunt: Cùm ergo huiuſmodi priuilegia reſultent contra Eccleſiaſticam libertatem meritò à Pontifice ſaltem, quo ad hoc derogantur:

Sayrus. Souſa. Alterius. Duarus. Bonacina.

Ità Sayrus de cenſ. lib. 3. p. 3. c. 25. n. 10. Souſa in hac clauſula D. 102. n. 3. Alterius de cenſ. D. 22. c. 5. Duard. lib. 3. in §. 5. huius Bullæ q. 1. n. 2. & Bonac. tom. 3. D. 1. q. 22. p. 5. nu. 3.

13 Limitatio reuocationis priuilegiorũ.

Verùm eſt tamen, quòd huiuſmodi priuilegia conceſſa non reuocantur ſimpliciter, quo ad omnia per hanc clauſulam, ſed ſolùm, quo ad hunc effectum cenſurarum huius Bullæ: Ità videlicet, vt huiuſmodi priuilegia illis non proſint, ſi aliquid contra tenorem huius Bullæ prohibitum agere præſumpſerint, ne in excommunicationes, aliaſq; cenſuras Canonum iſtius Bullæ cadant:

Sayrus. Bonacina. Duardus.

Ità Sayrus d. lib. 3. c. 25. n. 10. Bonacina d. lib. 3. D. 1. q. 22. p. 5. n. 5. Duard. d. lib. 3. q. 1. §. 5. n. 1.

14 Derogatoriarum derogatorijs, quid.

Quæritur tandem, quid importent verba illa, quæ in medio huius præſentis Clauſulæ ſunt inſerta: quando dicitur, (*Derogatoriarum derogatorijs, &c.*) quare pro intelligentia, reſpõdendo dicimus, quòd: priuilegia quandoq; ab Apoſtolica Sede aliquibus principibus conceſſa cùm quibuſdam clauſulis, & conditionibus, quibus derogatur omnibus iuribus, & conſtitutionibus derogantibus, & derogaturis priuilegijs, non facientibus expreſſam mentionem de verbo ad verbum dictorum priuilegiorum ſub tali forma conceſſorum.

15 Ideòq; Romanus Pontifex ad tollendam quamcumque difficultatem, & prætenſionem Principum ſæcularium declarauit, & declarat, huiuſmodi priuilegia, hactenùs conceſſa, in quibus derogari dicitur omnibus iuribus, conſtitutionibus, & decretis derogantibus, & derogaturis dictis priuilegijs: quæ omnia intelliguntur incluſa in præſenti clauſula, ac ſi de verbo ad verbum talia priuilegia eſſent inſerta cùm omnibus clauſulis, & circumſtantijs in illis contentis.

Quare ponuntur iſta verba

16 Ratio talis reuocationis priuilegiorũ.

Nam ſatis graue eſſet, ſi Summus Pontifex in derogatione dictorum priuilegiorum, quibuſdam Principibus, aut communitatibus conceſſorum adſtringeretur mentionem facere de verbo ad verbum omnium ferè quaſi innumerabilium priuilegiorum, ſub huiuſmodi forma conceſſorum: Ideoque Romanus Pontifex in hoc §. huius clauſulæ explicitè declarat huiuſmodi, & ſimilia priuilegia, quo ad hunc effectum eſſe derogata: Quare in calce iſtius clauſulæ poſuit verba illa: (*Quæ omnia, quo ad eorum tenores pœnitus tollimus, & reuocamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.*)

Quæ omnia ceteriſque in contrarium quibuſcumq; Vgolinus. Duardus. Souſa. Alterius.

Ità Vgolin. in explic. huius §. nu. 1. Verſic. Tertio ex quacumque cauſa; Duard. lib. 3. huius Bullæ in §. 5. q. 2. n. 1. Souſa, & Alterius, alijque expoſitores huius Bullæ.

DE PVBLICATIONE BVLLÆ, & de obligatione retinendi apud ſe tranſumptum ipſius legendi, & percipiendi, fidem habendi, eamque non violandi.

CAP. III. TEXTVS.

§. Primum.

VT verò præſentes noſtri proceſſus ad publicã omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas, ſeu membranas, proceſſus ipſos continentes, valuis Eccleſiæ Sancti Ioannis Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe appendi faciemus, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi concernunt, quòd ad ipſos non peruenerint, aut, quòd ipſos ignorauerint nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam alligare, cùm non ſit veriſimile, id remanere incognitum, quod tàm patenter omnibus publicatur.

§. Secundum.

Inſuper, vt proceſſus ipſi, & præſentes litteræ, & ſingula in eis contenta, eò fiant notiora, quo in pleriſque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata: vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, & Prælatis vbilibet conſtitutis per hæc ſcripta committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ diſtinctè præcipiendo mandamus, vt per ſe, vel per alium, ſeù alios, præſentes litteras, poſtquam eas receperint, ſeù earum habuerint notitiam, ſemel in anno, aut ſi expedire inciderint, etiam pluries in Eccleſijs, dum in eis maiori populi multitudo ad diuina conuenerint, ſolemniter publicent, & ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

§. Tertium.

Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque locorum Ordinarij, & Eccleſiarum Prælati, necnon Rectores, cæteriq; curam animarum exercentes, ac Presbyteri ſæculares, & quorumuis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confeſſiones, quauis auctoritate deputati tranſumptum litterarum penes ſe habeant, eaſque diligenter legere, & percipere ſtudeant:

Secunda clauſula.

Volentes earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis Notarij publici manuſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum

adhi-

Tertia clauſula.

adhibendam forè, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ: Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocationis, commiſſionis, mandati, & voluntatis infringere, vel auſu temerario contraire: Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis MDCXLVII.

Cenſura. Data.

Expoſitio Textus.

1 Exponitur Prima pars clauſulæ.

IN hoc tertio, & vltimo capitulo in ordine huius Bullæ duæ clauſulæ continentur, quæ in duobus vltimis paragraphis continentur, quorum primum §. diuiditur in duas partes, in quarum vna promittitur affixio facienda Romæ in valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, & Beati Petri, vt omnibus pateat, ne detur excuſatio ignorantiæ: In altera parte, quæ incipit: ab illis verbis (*Inſuper, vt proceſſus ipſi, &c.*) præcipitur, mandaturque Prælatis Eccleſiaſticis omnibus, & ſingulis, vt in eorum Eccleſijs ſemel ſaltem in anno eamdem Bullam publicari faciant, & ad Chriſti fidelium mentes reducant, nuntient, & declarent.

Exponitur ſecunda pars.

2 In vltima clauſula quatuor continentur. Primum.

In ſecunda, & vltima clauſula, quæ incipit ab illis verbis: (*Cæterum Patriarcha, &c.*) Summus Pontifex quatuor facit: Primò præcipit Prælatis omnibus Eccleſiaſticis, alijſque Superioribus quomodocumque nominatis, & confeſſarijs, vt tranſumptum huius Bullæ penes ſe retineant, legant, & percipiant, quæ in ea continentur: Secundò ab illis verbis. (*Volentes eorumdem proceſſum, &c.*) pręcipit omnib. ſingulisque Chriſti fidelibus, vt exemplaribus eiuſdem Bullæ fidem præſtare teneantur, dummodò manu alicuius publici notarij ſint ſubſcripta, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate conſtitutæ ſint ſignata: Tertio ab illis verbis (*Nulli ergo hominum, &c.*) Summus Pontifex quandam breuem ſummã, & recapitulationem facit omnium actuũ in hac Bulla expreſſorum: & quarto tandem ab illis verbis: (*Si quis autem*) adijcit Dei omnipotentis indignationem, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli incurrendam ab illis omnibus, qui auſu temerario contra huius Bullæ tenorẽ aliquid facere, præſumpſerint: Et hęc, quo ad textus expoſitionem.

Secundum. Quæ fides ſit adhibenda huic Bullæ. Tertium. Recapitulatio omnium prædictorum. Quartum. Præceptum, & cenſura.

3 Primum quęſitum. De obligatione huius Bullæ.

Vt autem clariùs omnia pateſiant, mouetur prima quæſtio circa primam partem prioris clauſulæ: An videlicet Bulla Cœnæ ſtatim poſtquam à Pontifice mediante ſuo Diacono Cardinale aſſiſtente publicè lecta fuit in loco conſueto, obliget fideles antequam in valuis Baſilicarum Lateranenſis, & Petri, & Pauli fuerit affixa, prout ipſemet Summus Pontifex in eius publicatione facere promiſit.

Reſolutio.

Reſp. Affirmatiuè: ſtatim enim, quòd hæc Bulla coram Summo Pontifice, & populo aſtante enunciata eſt vim legis habet, & ſufficienter publicata cenſetur, ideòque obligat omnes fideles antequam pręd ictarum Eccleſiarum valuis affigatur, affictio enim huiuſmodi fit ad maiorem populi notitiam: Ità Bonac. lib.3. D.1. q.22. p.6. nu.3. cum alijs expoſitoribus.

Ante affixtionem obligat. Bonacina.

4 Quæſitum ſecundum.

Quæritur ſecundo: An alij fideles, extra Vrbem degentes contrahant cenſuras latas contra tranſgreſſores antequam in eorum terris fuerit promulgata?

Reſolutio. Obligat omnes fideles vbique degẽtes.

Reſpondetur etiam affirmatiuè: ſatis enim eſt, quòd in Curia ſolemniter promulgata ſit: Quare omnes Chriſti fideles vbique cum degentes tenentur ad eius obſeruantiam, non ſolum in Vrbe degentes, ſed etiam in quacumque mundi parte; ſi autem aliquod in dicta Bulla prohibitum facere auderent ab excommunicatione incurrenda non excuſantur etiam ſi in propria ipſorum Regione non adhuc promulgata fuerit: & ratio huius eſt, quia poſteaquam in Curia Romana ſolemniter fuit publicata, atque in locis conſuetis Vrbis affixa, obligat omnes, ſinguloſque fideles in quacumq; mundi parte degentes prout dicunt: Alterius hic D.22. c.6. col.6. & Bonac. to.2. de leg. D.1. q.1. p.4. nu.15. citans Salonium, Valentiam, Salas, Suarez, & Azorium, alioſque aſſerentes communiter: *Leges promulgatas à Principe in Curia obligare omnes ſubditos ad illarum obſeruantiam.*

Aſſignatur ratio aſſertionis. Alterius. Bonacina. Salonius. Valentia. Salas. Sanchez. Azorius.

5 Limitatio. In foro conſcientiæ excuſat ignorãtia.

Verùm eſt tamen, quòd hoc eſt intelligendum de foro contentioſo, & exteriori: nam in foro conſcientiæ poſſet eſſe executio, quando ignorantia, ſiuè inaduertentia fuiſſet in cauſa, quia tunc taliter tranſgredientes excuſarentur à peccato, & conſequenter etiam ab incurſione cenſuræ, quæ non incurritur, niſi mediante contumacia: In foro autem externo habentur tanquam excommunicati, quia Eccleſia non iudicat de actibus internis, ſed de externis: Nam poſt huius Bullæ promulgationem ſolemniter in Curia factam cùm debitis cæremonijs, eiuſque tranſumptum in locis publicis Vrbis affixum, obligat omnes vbiq; degentes ad eius obſeruantiam, ſaltem in foro Eccleſiæ.

In foro externo non excuſat, niſi quando poſſet probari.

6 Difficilis erit talis probatio.

Quare contrauenientes Canonibus, & præceptis in ipſa Bulla contentis præſumuntur contumaces, & ſcientes deliquiſſe, cum non ſit veriſimile id remanere ignotum, quod tam patenter in publica Curia omnibus publicatum eſt, ideòque (communiter loquendo) nullam poſſunt excuſationem legitimam prætendere, aut ignorantiam alligare, cum temporibus noſtris notum ſit omnibus, quod ſingulis annis talis Bulla ſolemniter in Curia promulgari ſoleat, quare ſaltem in foro externo vi pręſentis clauſulæ contrauenientes excuſationem ignorantiæ nullam habere poſſunt, niſi aliquando huiuſmodi ignorantia ſufficienter probari poſſet; Ità Azorius tom.1. lib.5. c.3. q.3. ad tertium. Alterius in expoſit. huius §. col.5. Bonac. lib.3. D.1. q.22. p.6. nu.4. & Duard. in hac clauſ. lib.3. q.1. §.7. nu.5.

Azorius. Alterius. Bonacina. Duardus.

7 Quæſitum tertium.

Circa ſecundam partem eiuſdem clauſulæ: Quæritur tertiò: An alij Prælati extra Vrbem degentes teneantur Bullam Cœnæ in ſuis locis, & Ciuitatibus publicare?

Prælati tenentur in ſuis locis hanc Bullam ſingulis annis publicare.

Reſp. Affirmatiuè: Ità enim expreſſè præcipit Summus Pontifex omnibus, & ſingulis Prælatis Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, alijſque locorum Ordinarijs Pręlatis, vbilibet conſtitutis, vt publicent, vel publicari faciant, ſaltem ſemel in anno dictam Bullam, poſtquam eam receperint, aut illius notitiam habuerint: Quare pręd icti, Pręlati, qui Bullam hanc per totam ſuam Diœceſim publicare negligunt, vel per ſe, vel per alios, grauiter peccant; eò quod tranſgrediuntur pręceptum Eccleſię in re graui, obligans ad mortale: pręcipit enim Summus Pontifex in virtute Sanctę obedientię ſub formali pręcepto hoc eſſe faciendum.

8 Concluſio. Verba præceptiua quomodo [illegible] ſolent.

Quare breuiter concludendo dicimus, quòd quotieſcumque à Prælatis pręcipiendo dicitur: In virtute Sanctæ obedientiæ, arctè, ſeu ſtrictè pręcipimus, ſub oſtentatione Diuini iudicij, ſub interminatione mortis ęternę, Diuinam incurrant maledictionem,

Iudi-

Digitized by Google

Indignationem Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli vi aut virtute præſtiti iuramenti, aut voti facti, vel ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, degradationis, vel infamiæ ipſo facto incurrendæ, &c. Subdicti tenentur obedire ſub pœna peccati mortiferi: numquam enim huiuſmodi præcepta inferuntur, niſi pro re graui, prout colligitur ex Clementina dudum de ſepult. in princip. & ex Gloſ. in Clement. Si Dominus de Reliq. & venerat. Sanct. §. Ideòque Ità Sayrus de cenſ. lib. 1. c. 9. nu. 5. & c. 11. nu. 16. Suarez lib. 4. de legib. c. 18. n. 3. Salas de legibus D. 1. ſect. 9. n. 53. Azor. tom. 1. lib. 5. c. 6. q. 5. & Duard. loc. cit. q. 2. num. 1.

Clementina dudum. Clementina ſi Dominus. Sayrus. Suarez. Salas. Azorius. Duardus.

9 Verba indifferentia, quæ.

Verba autem indifferentia, vt Volo, Decerno, Statuo, Innuo, Sancio, Iniungo, Intendo, aliaq; ſimilia, quæ ſunt communia præceptis, & Conſilijs non ſemper obligant ad mortale, niſi aliquod aliud addatur explicans intentionem præcipientis eſſe præceptiuam, vel hoc colligatur ratione materiæ, vel alterius circumſtantiæ, quando res inhibita eſſet grauis momenti, tunc enim à mortali culpa non daretur excuſatio, quando huiuſmodi inhibitiones tranſgredientur: Ità Azor. d. tom. 1. lib. 5. c. 6. quæſt. 10. & Duard. loc. cit. n. 3. cum alijs ſupracitat.

Azorius. Duardus.

10 Quæſitum quartum.

Quæritur Quartò: An huiuſmodi Prælati ſatisfaciant huic obligationi, publicando Bullam ſolummodo in Cathedrali Eccleſia, in qua ipſi degunt?

In qualibet Ciuitate, vel loco eſt publicanda.

Reſp. Negatiuè: debent enim per ſe, vel per alios in quacumque ciuitate, vel loco ſuæ iuriſdictionis in maiori Eccleſia, ſiuè loco publico publicare facere dictam Bullam, ſaltem ſemel in anno, eò quòd Summus Pontifex expreſsè præcipit, vt talis publicatio Bullæ fiat in Eccleſijs dictorum Prælatorum, non autem in Eccleſia tantùm Cathedrali. Tum, quia quilibet Prælatus curare debet, vt ſubditi ipſius ſciant leges, & præcepta Summi Pontificis lata ſub grauiſſimis pœnis obligantib. ad mortale: Ità Bonacina loc. citat. nu. 8. cùm alijs expoſitoribus huius Bullæ in hac clauſula.

Bonacina.

11 Sufficit, vt publicetur in loco publico.

Concedimus tamen, quòd talis publicatio Bullæ licitè fieri poteſt, in quocumque loco, & die, vbi populus illius Ciuitatis ſolet conuenire ratione deuotionis, vt ad audiendum concionem, vel pro celebranda aliqua ſolemnitate: nulla enim ferè opportunior occaſio inueniri poteſt, quàm ſi hæc Bulla publicetur, vbi maior populi multitudo ad Eccleſiam ſiuè alibi, cauſa deuotionis ſoleat conuenire: Ita Bonacina tom. 3. D. 1. q. 22. p. 6. nu. 14.

Bonacina.

12 Quæſitum Quintum. Cardinales, an teneantur, & quomodo?

Quæritur Quintò: An Cardinales S.R.E. in ſuis Eccleſijs titularibus, vel ſuæ iuriſdictionis teneantur Bullam Cœnæ publicare facere?

Cardinales extra vrbē curam animarū habentes tenentur publicare. In Vrbe non tenentur.

Reſp. diſtinguendo: vel enim loquimur de Cardinalibus, curam animarum habentibus extra Vrbem, vel non, ſi primum Reſpondeo, quòd ſic. Pontifex enim generaliter loquitur, præcipiendo omnibus, ſingulisque Prælatis, curam animarum habentibus extra Vrbem, ideòq; ad hoc tenentur, ſicut cœteri Prælati: Si verò iuriſdictionem non habent, niſi in titulari Eccleſia, exiſtente in Vrbe, tunc non tenentur aliam facere publicationem, eò quòd talis publicatio cenſetur ſufficienter facta à Pontifice, maximè per affixionem tranſumpti eiuſdem ad valuas Eccleſiarum, vbi Bullæ Pontificiæ apponi ſolent, vt ab omni populo legi, & videri faciliter poſſint.

Quæſitum Sextum.

Quæritur Sextò: An Archipresbyteri, & Parochi, alijque Superiores loci inferiores, qui propriè loquendo Prælati non ſunt, teneantur in ſuis Eccleſijs Curatis dictam Bullam ſaltem ſemel in anno publicare?

13 De Archipresbyteris, & Parochis.

Reſolutio.

Reſp. Ad hoc (per ſe loquendo) virtute huius clauſulæ non eſſe obligatos: & ratio huius eſt, quia hoc tantummodò præcipitur Prælatis non autem alijs Curatis: Parochi autem non ſunt Prælati: Nam Prælati dicuntur illi, qui aliquam iuriſdictionem habent in foro iudiciali, & contentioſo, cuiuſmodi non ſunt ſimplices Curati, ideòque ad hoc virtute huius clauſæ non ſunt adſtricti, niſi aliquando aliud pro ſalute ſuorum parochianorum expedire iudicauerint, & idcò diximus (per ſe loquendo, &c.) Ità Alterius de cenſ. D. 22. c. 6. col. 7. verſ. 3. Vgolin. hic p. 3. c. 6. verſ. Inſuper nu. 3. Souſa hic c. 27. num. 4. & Bonac. loc. citat. nu. 12. & colligitur ex cap. decernimus de iudicijs, & Gloſſa ibi verſic. Eccleſiarum Prælati.

Parochi non ſunt veri Prælati. Prælati, qui dicuntur. Alterius. Vgolinus. Souſa. Bonacina. C. Decernimus. Gloſſa.

14 Quæſitum Septimum. An confeſſarij teneantur tranſumptum Bullæ penes ſe habere.

Circa vltimam clauſulam eiuſdem Bullæ in hoc præſenti capitulo examinandam: Septimo loco Quæritur: An huiuſmodi Prælati, & Curati, alijque Confeſſarij teneantur tranſumptum huius Bullæ apud ſe habere, eaque, quæ in Bulla præcipiuntur legere, & percipere?

Prima opinio negatiua Souſæ, & Alterij.

Reſp. quòd licèt aliqui, vt Souſa in hoc loco cap. 18. nu. 2. & Alterius hic D. 22. c. 3. col. 3. videantur dicere: huiuſmodi perſonæ (per ſe loquendo) adhoc non adſtringi ſub pœna peccati mortiferi, eò quòd in hac clauſula non adeſt verbum præceptiuum, cùm tantum dicatur: (*Penes ſe habeant*) quæ verba potiùs ad conſilium, quàm ad præceptum referuntur: Quare exiſtimant ſimplices Confeſſarios excuſari poſſe, ſi penes ſe dictam Bullam non habeant, dummodò ſciant, quæ in ea continentur, ne errent, mittendo falcem ſuam in meſſem alienam: Nam actus agentium non operantur vltra intentionem ipſorum: prout colligitur ex capit. final. de Præbendis.

Ratio iſtius opinionis. Actus agentium non operantur vltra ipſorum intentionem. C. final. de Præbendis.

15 Secunda opinio. Verba imperatiua in lege obligant.

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia videtur probabilior, & ſecurior; Nam verba imperatiuo modo in legibus poſita præceptum continere videntur, maximè quando materia de ſe eſt grauis: Cùm ergo in hoc tractetur de magno præiudicio, quòd euenire poteſt fidelium animabus, ex incognitione cenſurarum, quæ in hac Bulla continentur, præceptum factum confeſſarijs, alijſque curatis, & Superioribus, vt habeat vnuſquiſq; tranſumptum illius apud ſe, vt illum legendo percipiant ne in errorem incidant, eſt de re graui, & propterea, ly verbum (*Debent*) obligat ad culpam mortalem: Ità Vgolin. hic p. 3. c. 7. nu. 3. Bonac. tom. 3. D. 1. q. 22. p. 3. nu. 5. Duard. lib. 3. §. 8. q. 1. nu. 3.

Vgolinus. Bonacina. Duardus.

16 Præcepta quando imponi poſſunt de rebus indifferentib.

Ex quo ſequitur, quòd quando in aliqua Religione Regularium, imponatur præceptum ab eorum Prælatis de reb. indifferentibus, quarum tranſgreſſio reſultaret in damnum commune, obligaret ad culpam mortalem: quia ratione finis intenti iuſtè, & rationabiliter tale præceptum imponi poteſt: Ideòque quando præcipitur in virtute Sanctæ obedientiæ, ne quis Regularis eiuſdem Conuentus accedat ad hortum communem Conuentus: Ne per talem vicum tranſeat, ne fiat quæſtus rerum Ciuitatis ſine Superioris licentia: Ne ad domum talis perſonæ ſe conferant, & alia huiuſmodi, quæ licèt in ſe conſiderata ſint res leuis momenti, relata tamen ad bonum commune Religionis, & ad conſeruandam pacem, & honeſtatem, & bonum nomen poterit licitè tale præceptum iniungi, ideòque talis tranſgreſſio obligaret ad culpam mortalem: Ità Duard. d. libro 3. in §. 8. quæſt. 1. numer. 8. cùm alijs, quos nos citauimus ſupra in tract. 12. capit. 1. num. 24.

Obligant aliquando ratione finis intenti. Duardus.

7 Quæſitum Octauum.

Quæritur Octauò: Quid ſibi velint verba illa hu-

Penes ſe habeant, quid ſibi vult. ius clauſulæ: quando dicitur (*Tranſumptum Bullæ penes ſe habeant*,) & quomodo tale præceptum ſit intelligendum?

Reſp. Illum dici habere huius Bullæ trãſumptum penes ſe, qui illud detinet in propria domo, ſeu in ſua Eccleſia: Nam penes me eſse dicitur, quæ in domo mea eſt, ſiuè ſit propria, ſiuè accommodata, ſufficit enim, vt quando velit poſſit illam legere quando caſus occurrerit.

18 *Sufficit, quòd tranſumptum ſit in loco publico conuentus.* Ex quo ſequitur, quòd Parochus, aliuſque confeſſarius, qui tranſumptum huius Bullæ domi, vel in loco vbi excipit Confeſſiones fidelium, ſiuè in Eccleſia, ſeu conuentu eſt affixum, adeò, vt poſſit ab eo legi, dici poteſt penes ſe habere, iuxta præceptum huius clauſulæ.

19 Quòd idem dicendum eſt de Regularibus, in quorum Monaſterijs, ſiuè Conuentibus vnum tantùm exemplar, ſiuè tranſumptum dictæ Bullæ in loco communi, & publico ad quem liberum ſit cuilibet illius Conuentus Regularis accedere, quandocumque Bullam prædictam legere voluerit: Hoc enim ſatis eſt, vt quilibet Cõfeſſarius illius domi dicatur tale tranſumptum penes ſe habere, iuxta præceptum Canonis: Ita Alterius de cenſ. lib. 5. D. 22. c. 7. Duard. hic lib. 3. §. 8. q. 3. num. 2. & 4. qui refert quandam declarationem factam Sanctiſſimi Domini noſtri Pij V. Patribus Societatis Ieſu, quæ refertur in compendio Priuileg. ſub titulo Bullæ Cœnæ §. 1.

Alterius. Duardus.

Declaratio Pij V.

20 *Quæſitum Nonum.* Quæritur Nono: Quæ, & qualis fides ſit habenda tranſumptis iſtius Bullæ, vt vera, & authentica exiſtimentur?

Quæ fides præſtanda ſit tranſumptis huius Bullæ. Reſp. quòd Romanus Pontifex expreſsè declarat, ac præcipit, vt tranſumptis huius Bullæ fides ſit adhibenda, tàm in iudicio, quàm extra, quæ ipſimet originali Summi Pontificis adhiberetur, modo tamen, vt huiuſmodi tranſumptum manu alicuius publici notarij tranſumptum ſit, & ſigillo alicuius ordinarij Iudicis Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſit munitum, ſiuè tale tranſumptum ſit manuſcriptum ſiuè typis impreſſum, quæ omnia clariſſimè patent ex verbis huius ſecundæ partis præſentis clauſulæ: in Verbo: *Volentes, &c.*

21 *Quæſitum Decimum.* Quæritur Decimò: Quænam perſonæ intelligantur in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vt tranſumptis huius Bullæ ſigilli eorum ſignatis fides ſit præſtanda?

Qui dicuntur in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. *Omnes Prælati maiores, & minores.* Reſp. per Perſonas Eccleſiaſticas in dignitate conſtitutas ſolùm eſse intelligendos Prælatos Eccleſiaſticos, beneficia, dignitates, animarum curam, & iuriſdictionem habentes, vt ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, alijque Superiores Prælati, cùm eorum Vicarij; Generalibus, eò quòd Generalis Vicarius vnum facit tribunal cùm ipſo Epiſcopo, cuius vicemgerit in ijs, quę ad eius iuriſdictionem ſpectant: Inſuper Abbates, Priores, Propoſiti, Guardiani, Pręfecti, Rectores correctores, alijque Prælati, tàm maiores, quàm etiam minores Regularium, qui toti conuentui, ſeu Collegio Religioſorum præſunt, habentes adminiſtrationem, curam, & iuriſdictionem in foro interno, & externo, qui in Conuentu non habent alium Superiorem præter Prælatos Maiores.

22 *Parochi, & Archidiaconi non ſunt Prælati.* *Qui non habent iuriſdictionem in vtroque foro non ſunt Prælati.* Ex quo ſequitur, quòd Archipresbyteri, & Parochi, Archidiaconi, & Primicerij, Theſaurarij, & Sacriſtæ, ſimiliter etiam Vicarij Conuentus, & Priores Ordinum Monachorum, & Miniſtri, alijq; officiales conuẽtus, qui ſubijciuntur Prelato illius domus, ſiuè Conuentus, qui ſolummodo iuxta conſuetudinem loci dicuntur eſse in dignitate conſtituti nominaliter, & non formaliter, non veniunt nomine Prælatorum in dignitate conſtitutorum, ideòq; eorum ſignatio ſigilli non facit ad rem: Ita Alterius lib. 5. de cenſ. D 22. p. 7. nu. 10. Panorm. & Felin. in c. cùm acceſſiſſent de conſt. & in c. Ad aures de reſcript. & Duard. hic lib. 3. §. 8. p. 7. n. 10. alijque expoſitores.

Alterius. Panorm. Felinus. Duardus. Bonacina.

In tertia parte huius clauſulæ Romanus Pontifex recapitulat breuiter omnes ſinguloſq; actus in Bulla expreſſos prohibendo, & præcipiendo, vt nullus audeat hanc paginam, ſiuè tranſumptum huius Bullæ authenticum, in quo fulminantur cenſuræ excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, &c. Infringere, quare Bulla hanc varijs nominibus, pro varietate eorum, quæ in ipſa decernuntur, continentur, & prohibentur appellatur: Quæ quidem recapitulatio ſæpè fieri ſolet ab ipſa Apoſtolica Sede in litteris, & conſtitutionibus Pontificis, in quorum calce ſummatim omnium, quæ in ipſis ſtatuta ſunt capita repetuntur: Ita Duard. in hac clauſula lib. 3. §. 8. q. 5. nu. 1. 23

De recapitulatione tertia huius Bullæ.

Bulla hæc varijs nominib. appellatur.

Duardus.

Quæritur Vndecimò: Quid ſignificent verba illa, quando dicitur: (*Infringere, vel auſu temerario ijs, quæ in hac Bulla continentur contraire præſumpſerint?* 24

Quæſitum Vndecimum. *Infringere, vel auſu temerario præſumpſerit.*

Duobus modis contemni poteſt iſta Bulla.

Reſp. quòd duo prohibentur à Pontifice in hac clauſula, quibus modis Bulla hæc contemni, & violari poterit à fidelibus: Primò ipſam paginam, in qua continetur tranſumptum ipſius frangendo, lacerando, aut delendo: Secundò ipſam contemnendo, ideòque Summus Pontifex vtrumque modum prohibet: Primus modus contingit, quando quis ſcienter, & malitiòsè eam lacerat, ſiuè atramento aliaque materia coinquinat, cancellando diſploma huius Bullæ, eamq; tollet de loco publico, in quo erat affixa: Hæc enim, aut ſimilia faciens mortaliter peccat, eò quòd expreſsè faciat contra Pontificis præceptum ſub pœna æternæ mortis munitũ; dummodò iſta faciat ſcienter, & malitioſè, nam in aduertentia, aut ignorantia, aut iuſta cauſa aliquãdo excuſare poſſunt à peccato: vt ſi quis abſq; vllo prauo affectu tranſumptum huius Bullæ, apud ſe inuentum comburat, aut deſtruit, eò quòd non eo ampliùs egeat, nõ videtur reus læthalis culpæ: prout dicunt Alter. de cenſ. D. 22. c. 8. col. 2. Duard. d. lib. 3. §. 8. q. 6. nn. 2. & Bonacina d. tom. 3. D. 22. p. 7. n. 11.

Primus modus. *Malitiosè lacerando ne legatur.*

Inaduertentia, & iuſta cauſa quando excuſat.

Alterius. Duardus. Bonacina.

Secundò modo, impediendo, ne dicta Bulla publicetur in terris ſuis, vel ipſam Bullam in valuis Eccleſiarum infixam auſu temerario amouet, aut illam è manibus Sacerdotibus, volentis illam publicare extrahere præſumit, ne publicetur: vel ipſam contemnit, dicendo eſse iniuſtam, futilem, vel nullius valoris: Vel præcepta in ipſa contenta paruipendat, voluntariè tranſgrediendo: In his enim alijſque ſimilibus actionibus, quis auſu temerario huic Bullæ contraire dicitur: Ideòque Dei Omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum indignationem incurrit, quæ denotant mortalem culpam, & poterit inſuper alijs pœnis arbitrarijs à Iudicib. puniri, iuxta delicti qualitatem, prout dicunt: Vgolinus, Duardus, Souſa, Alterius, & Bonacina in explicatione huius Bullæ circa finem. 25

Secundus modus.

Vgolinus. Duardus. Souſa. Alterius. Bonacina.

Et hæc pro explicatione huius Bullæ dicta ſufficiant: omnia ſemper, noſque ipſos ſubijciendo Eccleſiæ cenſuris, ſi quid videbitur corrigendum, aut emendandum ad Laudem, & Gloriam Omnipotentis Dei, totiuſque Curiæ triumphantis, & pro fidelium animarum ſalute: Amen. 26

Cenſura, & proteſtatio.

TRA-

TRACTATVS XVI.

DE SVSPENSIONE SECVNDA Cenſurarum ſpecie. Tract. I.

PROOEMIVM.

Introductio. Epyloganṫur breuiter præcedentia de excommunicatione.

SVſpenſionis ſecunda cenſurarum ſpecies in hoc præſenti tractatu venit explicanda, poſteaquam in præcedentibus de excommunicatione prima ſpecie, ipſarum ſatis ſuperq; dictum eſt, agendo de quiditate, & eſſentia excommunicationis, triplici via ipſam indagando, etymologia videlicet deſcriptione, ac definitione, & facta prius illius diuiſione, de excommunicatione maiori, & minore, latæ ſententiæ, vel ſententiæ ferendæ à Iure, vel ab homine, ſatis, ſuperque dictum fuit, ac de cauſis, & de effectibus, nec non, & de abſolutione ipſarum legitimè obtinenda: Quare diſtinctè dictum fuit de ipſis excommunicationibus contra omnes, ſingulaſque perſonas, cuiuſcumque gradus, & conditionis, tàm reſeruatis, quàm etiam non reſeruatis, tandem ſpecialiter accuratè à nobis explicata fuit Bulla, quæ ſingulis annis ſolemniter publicari ſolet à Summo Pontifice feria quinta Cœna Domini, quarum excommunicationum, & cenſurarum abſolutio ſtrictiori modo reſeruata eſt ipſi Summo Pontifici cum derogatione omniū priuilegiorū hactenus conceſſorū.

Secunda cenſuraru ſpecies eſt Suſpenſio.

Accedimus modo (Diuino implorato auxilio) ad ſecundam in ordine cenſurarum ſpeciem, quæ ſuſpenſio dicitur explicandam: diximus enim in primo tractatu cenſurarum, agendo de ipſis in communi: Tres eſſe cenſurarum ſpecies propriè dictas, excommunicationem videlicet, ſuſpenſionem, & interdictum: cum ergo dictum ſit de prima ſpecie, operæ pretium eſt, vt de ſecunda ſpecie in præſentibus diſcutiamus: Talis enim videtur eſſe ordo doctrinæ:

Doctores tractantes de ſuſpenſione. Suarez. Valentia. Sayrus. D Thomas. Henriquez. Auila. Bonacina. Coninch. Filliucius. Alterius. Souſa Canoniſtæ omnes. Panorm. Decius. Felinus. Couarruuias. Summiſtæ. Angelus. Sylueſter. Tabiena. Armilla. Nauarrus. Graffius. Toletus.

Tractant autem de ipſa Suſpenſione, quatenus eſt cenſurarum ſpecies omnes ferè Theologi in 4. lib ſent. D 22. & 23. quamuis de ipſa ſuſpenſione pauca dicant ſpecialiter, & per ſe, cum de ipſa ſufficienter diſputaſſent, agendo de Cenſuris in genere: Pater Franciſcus Suarez in tom. 5. in 3. p. D. Thom. fuſè, & copiosè tractauit à Diſput. 25. vſque ad 31. incluſiuè Greg. de Valentia tom. 4. D. 7. q. 18. Greg. Sayrus in Theſ. caſ. conſ. lib. 4. & Pater Henriquez in ſua ſumma lib. 13. à cap 31. vſque ad 37. Pater Stephanus de Auila lib. de cenſ. p. 3. Bonacina tom. 1. D. 3. de cenſ. & tom. 3. in noua impreſſione D. 3. Coninch p. 2. D. 15. d. 1 Filliucius tom. 1. tr 17. Marius Alterius tom 2. de cenſ. D. 1. Antonius de Souſa aliique permulti, qui ſuis locis citabuntur: Canoniſtæ omnes varijs in locis Decretalium, & præcipuè in c. Apoſtolicæ de excepc. vbi Panorm. Decius, & Felin. Couar. in Clem. Si furioſus p. 1. § 1. Summiſtæ omnes, in verbo Suſpenſio, vt Angelus, Syluest. Tabien & Armilla cum alijs: Nauar. in man c. 27. à n. 151. vſq; ad 163. Graff. p. 1. Deciſ. lib. 4. c. 25. Toletus de inſt. Sacerd. lib. 1. c. 42. alijq; plurimi ſuis locis citandi.

Diuiſio totius tractatus. In ſecundo tractatu.

Nos autem de ipſa Suſpenſione duos tractatus faciemus. in quorum primo de quiditate, ratione, ac diuiſione ipſius agemus. Secundò de duabus ſpeciebus principalibus, quæ ſunt ſuſpenſio ab officio, vel beneficio Eccleſiaſtico: Tertiò de cauſis, Quartò de effectibus, & Quintò de abſolutione obtinenda à cenſura ipſius Suſpenſionis contracta, quæ neceſſaria ſunt ad eius notitiam explicabimus: Deindè in altero tractatu de ipſis Suſpenſionibus in particulari, quæ in Iure feruntur contra delinquentes, ſi Deus dabit, erit dicendum.

QVID, ET QVOTVPLEX SIT SVSPENSIO.

CAP. I.

1 Etymologia ſuſpenſionis.

SVſpenſionis nomen, vt ab eius etymologia incipiamus nihil aliud importare videtur, quàm rem aliquam ſuſpenſam, ſeu independentem, dubiā incertamque relinquere, deriuatur enim dictio iſta à verbo ſuſpendo, quòd ſurſum pendere ſignificat: Hinc eſt, quòd tripliciter communiter ſumitur: Primò pro expectatione animi dubia, aut incerta alicuius euentus: Secundò pro certo quodam genere ſupplicij corporalis. vt quando aliquis equolio torquetur ſuſpenſus è terra ad dicendam veritatem, vel laqueo in collo ſuſpenditur donec anima è corpore exhalet: Tertiò pro dilatione, & Suſpenſione, quæ interponitur in vſu, & expeditione alicuius negotij, vel officij, tàm ſæcularis, quàm Eccleſiaſtici: Quare hoc tertiò modo accepta tranſlata eſt poſtea hæc vox ad ſignificandam cenſuram Eccleſiaſticam, quæ communiter ſuſpenſio dici ſolet, propter effectum eius, quatenus ſuſpendit, & impedit vſum, & exercitium officij, aut beneficij Eccleſiaſtici, vel in totum, vel in partem.

Tripliciter accipitur. Primò. Secundò. Tertiò.

Transfertur ad ſignificandam cenſuram ſuſpenſionis.

2 Inſuper tripliciter eſt ſumi poteſt. Primò latiſſimè.

Quæ quidem ſuſpenſio inſuper tribus modis ſumi poteſt: Primò latiſſimè, quatenus ſignificat ſuſpenſionem, & prohibitionem cuiuſcumq; muneris, ſiuè officij, mediante, qua impeditur taliter ſuſpenſus, ne officium ſuum exequatur: Secundò accipitur magis propriè, & minus latè, quatenus ſignificat ſuſpenſionem, ſeu priuationem vſus alicuius Eccleſiaſtici muneris, cauſa impotentiæ, ſiuè infirmitatis, & huiuſmodi: & Tertiò accipitur propriiſſimè, prout eſt vere Eccleſiaſtica cenſura, mediante, qua perſona Eccleſiaſtica prohibetur actum ſui Ordinis, vel beneficij ſub pœna peccati mortiferi, & irregularitatis pœnæ incurrendæ exercere: Et de iſta in præſenti nos loquimur, quæ, vt clarius percipiatur, Ità definiri, ſeù potius deſcribi poteſt.

Secundò magis propriè. Tertiò propriiſſimè.

3 Definitio ſuſpenſionis.

Suſpenſio propriiſſimè accepta eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua clericus ab Eccleſiaſtico Iudice, vel à iure priuatur, vſu ſui muneris, ſiuè benefi ij, ſiuè ad tempus, ſiuè in perpetuum: Quæ definitio colligitur ex doctrina Theologorum, & Canoniſtarum, vt videre eſt apud Nauarrum in man. c. 27. nu. 151. Vgolin. de cenſ. tab. 4. c. 10. Valent. tom. 4. D. 7. q. 18. p. 1. Sayr. de cenſ. lib. 4. c. 1. q. 2. Suarez tom. 5. de cenſ. D. 25. Auila p. 3. D. 1. num. 1. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 1. n. 3. Tolet. in ſum. lib. 1. c. 42. Graff. p. 1. Deciſ. lib. 4. c. 25. num. 1. Bonacina tom. 1. D. 3. p. 1. nu. 1. alioſq; Summiſtas in Verbo Suſpenſio.

Nauar. Vgolinus. Valentia. Sayr. Suarez. Auila. Filliucius. Toletus. Graffius. Bonacina.

4 Exponuntur verba definitionis. Pœna cenſura. Innocent. III

Dicitur primo (*Cenſura*) pro genere, eſt enim ſuſpenſio vna ex trib. ſpeciebus Eccleſiaſticarum cenſurarum, prout declarauit, & dixit: Innocentius III. in c. quærenti de verb. ſignific. quando dixit, *Omnis cenſura, vel eſt excommunicatio, vel Suſpenſio, vel interdictum*, prout nos pleniùs explicauimus ſupra in

tr. 1. de cenſ. in genere c. 1. ideòque ſuſpenſio propriè dicta continetur ſub cenſura, tanquam ſpecies in ſuo genere proximo.

5 *Secundò Eccleſiaſtica.* Dicitur ſecundo: (*Eccleſiaſtica,*) pro differentia eſſentiali, vt diſtinguatur ab alijs pęnis, & ſuſpenſionib. munerum rerum ſæcularium, quæ propriè non dicuntur cenſuræ, cum non ſint Eccleſiaſticæ, eò quod non infliguntur ab Eccleſiaſtico Iudice, vel à iure Canonico, quæ propriè loquendo non dicuntur cenſuræ, eò, quod ab Eccleſiaſtico Iudice non ſint impoſitæ.

6 *Tertiò Qua Clericus.* Dicitur tertiò: (*Qua Clericus*) ad inſinuandum ſubiectum huius cenſuræ: non enim cadere poteſt ſub perſona, niſi ſit Eccleſiaſtica, ſaltem prima tonſura ordinata, ideoq; dicitur Clericus; additurque *Ab Eccleſiaſtico Iudice.* (*ab Eccleſiaſtico Iudice*) ad oſtendendam cauſam efficientem proximam huius cenſuræ, quæ debet habere iuriſdictionem in Clericum in vtroq; foro, tàm interno, quàm etiam externo, vel à Iure Canonico, ſecundum ſanctiones Eccleſiaſticas, &c.

7 *Quartò Priuatur vſu.* Dicitur quartò (*Priuatur vſu, &c.*) ad oſtendendam ſuſpenſionem non priuare totaliter ipſo officio, vt Ordine, aut iuriſdictione; ſed tantùm vſu, & exercitio: Secundo ad ſignificandum effectum proprium iſtius cenſuręqui eſt priuare vſu, quatenus eſt exercitium quoddam poteſtatis officij, vt diſtinguatur ab excommunicatione maiori, quæ priuat communicatione, & vſu Sacramentorum nō ſolùm actiuo, ſed etiam paſſiuo: & ſic etiā diſtinguitur ab excōmunicatione minori, quæ tantūmodò priuat receptione paſſiua, & non actiua adminiſtratione.

8 *Quintò ſui muneris, aut beneficij.* Additur quintò (*ſui muneris, ſiuè beneficij.*) vt cōprehenderetur tota materia ſuſpenſionis, quæ eſt priuatio vſus officij tantùm, vel beneficij tantùm, vel vtriuſque ſimul: talis enim eſt eius effectus: nam ſuſpenſus ab Ordine impeditur exercere actus Ordinum, quibus eſt ſuſpenſus, & ſuſpenſus à beneficio impeditur, ne licitè ſuſcipere poſſet fructus ſui beneficij, & ſuſpenſus ab officio impeditur ne iuriſdictionem exerceat eiuſdem officij.

9 *Ad tempus, ſiuè in perpetuum.* Diciturque tandem (*Ad tempus, ſiuè in perpetuum*) ad oſtendendos varios ſuſpenſionis modos, variaſque formas ſuſpenſionis: aliquandò enim datur ſecundum tempus determinatum, aliquando ſimpliciter, & abſolutè ſine aliqua determinatione temporis, quandoq; tandem datur in perpetuum ſine vlla ſpe ceſſationis, donec à Prælato iuriſdictionem habente auferatur per abſolutionem talis cenſuræ: Ità enim explicāt omnes Doctores ſupracitati n. 3.

10 *Differentia inter cæteras cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas. Differt ab excommunicatione maiori.* His ergo poſitis, & declaratis, manifeſtè colligi poteſt differentia inter ſuſpenſionem, aliaſq; cenſuras, & pœnas Eccleſias: differt enim ab excommunicatione, tàm maiori, quàm minori: nam illa priua excommunicatos totaliter à communione, & participatione fidelium, tàm in ſpiritualibus, quàm etiam in temporalibus, & ab adminiſtratione, & receptione Sacramentorum, ideoq; eſt pęna grauiſſima inter alias omnes cenſuras: differt etiam à *Differt ab excommunicatione minori.* minori excommunicatione, quia hæc tantummodò priuat licita Sacramentorum receptione, & electione paſsiua: ſuſpenſio verò tantummodò priuat ad tempus vſu Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, Ordinis, aut beneficij, quò ad fructus recipiendos, illorum tantùm, quorum ſuſpenſio facta fuit.

11 *Differt ab interdicto.* Secundò differt ab interdicto, Primò, quia cenſura ſuſpenſionis non incurritur, niſi intercedat propria culpa: cenſura verò interdicti contrahi quandòq; poteſt per aliorum crimina, vt ſuo loco videbitur: Secundò, quia ſuſpenſio non induit priuationem tantarum rerum, ſicut induit interdictum, nam hęc cenſura ſeparat omnes fideles interdictos ab aliquibus Sacramentis, & à Diuinis officijs, atq; Eccleſiaſtica ſepultura: ſuſpenſio verò non ſeparat omnes à Diuinis, ſed tantùm ſuſpendit Eccleſiaſticas perſonas ab executione ſui officij cuius eſt ſuſpenſus Clericus ille, vel à receptione fructus beneficij: Ità Alterius de cenſ. p. 3. D. 1. §. 3. & Bonacina tom. 3. de cenſ. D. 3. p. 1. nu. 3. *Alterius. Bonacina.*

12 *Differt à cæteris pœnis.* Differt tertiò à cęteris pœnis Eccleſiaſticis, ideſt irregularitate, depoſitione, degradatione, & ceſſatione à Diuinis, quia iſtæ propriè non dicuntur cenſuræ, ſed pœnæ, ideoq; differt ab illis, quia ſi ſuſpenſus violet cenſuram incurrit irregularitatem, violat autem ſupradictas pœnas, eam non incurrit: Quare *Differt ab irregularitate.* irregularis, ſiuè degradatus celebrans non incurrit nouam irregularitatem, ſed tantummodò mortaliter peccat, & eſt puniendus iuxta grauitatem delicti: Inſuper irregularitas priuat ſuſceptione Ordinis, vt Ordo eſt, ſuſpenſio verò priuat executione illius Ordinis, quo eſt ſuſpenſus, & iuriſdictione, vel vſu beneficij iuxta formam ſuſpenſionis.

13 *Differt à depoſitione, & degradatione.* Quartò differt à depoſitione, & degradatione, quia per has induitur priuatio abſoluta officij, vel Ordinis, de quo eſt depoſitus, ſiuè degradatus, ſine ſpe rehabilitationis ſine ſpeciali diſpenſatione facienda à Pontifice: Quòd in ſuſpenſione minimè accidit, nam hæc faciliter, & ſine aliqua ſolemnitate abſolui poteſt, recedente contumacia: prout dicunt Alterius tom. 2. de cenſ. D. 2. c. 10. Henriquez in ſum. lib. 14. c. 6. nu. 4. Bonacina loc. ſupracitato. *Alterius. Henriquez. Bonacina.*

14 *Differentia à ceſſatione à Diuinis.* Quintò differt (à ceſsatione à Diuinis,) quia hæc eſt pęna omnib. infligenda, tàm Eccleſiaſticis, quàm Laicis, tàm delinquētibus, quàm non delinquetib. cuius violatio non inducit irregularitatem, cùm nō ſit Eccleſiaſtica cenſura propriè dicta, ſed tantummodò mera pęna: Suſpenſio verò non eſt huiuſmodi tantummodò enim ſuſpendit ipſum delinquentem ab officio Eccleſiaſtico, & vſu beneficij, de quibus eſt ſuſpenſus, non autem ab alijs, & tantummodò infligitur contra Clericos, non autem Laicos, &c. vt ſuo loco videbitur.

15 *Quotuplex ſit ſuſpenſio.* Sed Quæritur modò quotuplex ſit iſta ſuſpenſio, quæ ſecunda ſpecies cenſurarum dicitur?

Reſp. quòd licèt à Doctoribus multiplices diuiſiones ſuſpenſionum fieri ſoleant, quarum quædam non faciunt ad propoſitum, cùm ſint inutiles, ideòq; nos tantùm quatuor ex his eliciemus, iuxta numerum quatuor cauſarum, quarum prima deſumitur *Prima diuiſio.* reſpectu cauſæ efficientis, ſiuè eam ferentis, ideòq; dicimus, quòd ſuſpenſio in prima ſui diuiſione du- *A iure, & ab homine.* plex eſt: vna dicitur à iure, altera ab homine: Illa eſt ſuſpenſio à iure, quæ impoſita eſt per Sacros Canones, ſiuè ſtatuta Eccleſiaſtica: Illa dicitur ab homine, quæ à Iudice Eccleſiaſtico per ſententiam infligitur contra delinquentes, vt à contumacia reſipiſcant, ſicuti etiam à ſimili de excommunicatione, dictum eſt: Ità Sayrus de cenſ. lib. 4. c. 1. n. 28. Mart. Ledeſin. 2. 4. p. q. 26. A. 2. & Summiſtæ omnes in verbo ſuſpēſio; Nau. c. 27. n. 154. Henriq. li. 13. c. 31. §. 3. *Sayrus. Ledeſma. Nauarrus. Henriq.*

16 *Suſpenſio ab officio, vel à beneficio.* Secundò diuiditur reſpectu cauſæ materialis, circa quam verſatur dicta ſuſpenſio: & hæc triplex eſt, Prima dicitur ab officio tantùm, ſiuè tale officium ſit Ordinis, ſiuè iuriſdictionis, quæ deindè ſubdiuiditur in alias inferiores ſpecies, nàm aliquando ſuſpēditur quis ab officio in totū, quando priuatur omni vſu ſui officij, ſiuè Ordinis, aliquando ſuſpenditur in *In totum, vel in partem.* partem, vt quando, quis tantummodò ſuſpenditur ab audiendis Confeſſionibus, ſiuè ab aliquo actu Ordinis, ſiuè officij, ſiuè iuriſdictionis: Secunda dicitur à Beneficio tantùm, ſiuè tale beneficium ſit Canoni-

Aſtenſis. Reginaldus. Filliucius. Nauarrus. Toletus. Sylueſter. Auila. Alterius. Bonacina.

nonicatus, ſiuè alia dignitas, vt Epiſcopatus, ſiuè aliud,vt ſuo loco videbitur: Ità Aſtenſ. in ſum.p.2. lib.7. tit.16. A.2. q.11.Reginald.lib.2.tr.7.nu.6.Filliuc. tom.1.tr.17.c.1.nu.7. Nauar. c.27.nu.154.Tolet.lib.1.c.42.Sylueſt.verbo ſuſpenſio q.1.Auila 3.p. D.1.d.3. Alterius tom.2.D.1.c.3.& Bonacina to.1. D.3.de cenſ p.1. nu.2.

17 Suſpenſio latæ ſententiæ, vel ferendæ.

Tertia diuiſio fieri poteſt reſpectu cauſæ formalis, quo ad modum ſuſpendendi, & talis ſuſpenſio dupliciter fieri poteſt, vno modo ſimpliciter,& abſolutè, quæ ſtatim ſecum ſuum trahit effectum, & executionem, quæ communiter dici ſolet latæ ſententiæ:Secundo modo conditionatè,quę non ſtatim contrahitur, niſi poſt ſententiam Iudicis declaratoriam, & hæc appellatur ſententiæ ferendæ, ſiuè ſuſpenſio comminatoria: vt quando dicitur ſub pęna ſuſpenſionis incurrendæ, &c. Ità Sayr.de cenſ.lib.4. c.1.nu.31. Sylueſtr. verbo ſuſpenſio q.4.

Sayrus. Sylueſter.

18 Suſpenſio propter contumaciam, vel culpam commiſſam.

Quarta diuiſio deſumi poteſt reſpectu finis propter quem talis cenſura infligitur: ideóq; vna infligitur propter culpam factam, & præteritam in vindictam ipſius delinquentis,& ad aliorum cautelam, ne ſimilem culpam audeant committere, quamuis hæc potiùs videtur pęna, quàm cēſura medicinalis, communiter autem fertur ob contumaciam in medicinam præſeruatiuam, vt delinquens reſipiſcat,& hæc propriè dicitur, & eſt vera cenſura: talis enim debet eſſe finis intentus à iudice ſuſpendente. Ità Filliuc.d.tom.1.tr.17.c.1.nu.7.cum omnibus ſupra nu.16. citatis alijſque communiter.

Filliuc.

19 Suſpenſio abſoluta,& temporalis, quæ.

Rurſus omnes iſtæ diuiſiones ſubdiuiduntur ab alijs reſpectu durationis: nam aliæ dicuntur perpetuæ, aliæ temporales: Suſpenſio perpetua eſt illa, quæ lata eſt ſimpliciter, & abſolutè abſq; vlla temporis limitatione, & hæc durat vſquequo à Iudice, ſeù Prælato iuriſdictionem habente per abſolutionem auferatur: Suſpenſio temporalis eſt illa, quæ fertur cum limitatione termini,ſeù temporis,vt per annum, menſem,&c. ideóq; vna ceſſat ſolo elapſo tempore, qualis eſt illa, quæ fertur in pœnam. alia per exercitium, vel omiſſionem alicuius actionis, vt ſi ſatisfaciat, vel deſiſtat ab iniuſtitia, & contumacia, alia per ſolam abſolutionem, vti ſupradictum eſt, & infra clariùs explicabitur, loquendo de abſolutione ſuſpenſionis: Ità Alterius, Bonacina,& Filliucius loc.cit.

Alterius. Bonacina. Filliucius.

20 Primum quæſitum. An ſuſpenſio ſine expreſſione materiæ, ſit valida.

Quæritur ſecundo: An ſuſpenſio abſolutè lata ſine expreſſione rei, de qua fit ſuſpenſio ſit valida: vt ſi dicatur in iure: Qui hoc fecerit, ſit ipſo facto ſuſpenſus,non explicando ab officio, vel ordine, vel beneficio.

Prima ſententia.

Reſp.In hac re tres eſſe ſententias, quidam enim exiſtimant: talem ſuſpendi formam nullam habere vim ſuſpendendi, eò quòd in caſu intelligi minimè poteſt, de qua re intelligatur talis ſuſpenſionis cenſura: Nam imperitia iudicis ſic ferentis ſententiam non debet obeſſe reo, ideóq; dicunt, neceſſariam eſſe expreſſionem ſententiæ: An ſit ab Ordine,vel beneficio: eò, quòd ſententia cenſuræ incerta nomen ſententiæ non meretur, vt habetur ex C.de ſent. quæ ſine certa quant. profertur, & ità videntur dicere nonnulli legis periti.

Cod. de ſent.

21 Secunda ſententia.

Alij verò dicunt:In caſu attendendā eſſe cauſam, ob quam talis ſuſpenſio lata fuit, quia qualem meretur ſuſpenſionem delictum,talis incurritur ſuſpenſio, quare quando delictum meretur ſuſpenſionem ab officio talis incurritur, ſimiliter à beneficio, vel ab vtroq; ſimul: Ità Altiſiodor.& alij, quos cit. Sayrus de cenſ. lib.4.c.4.n.1. Sed hæc ſententia videtur eſſe obſcura, & multos ſcrupulos, & perplexitates generare poteſt, ideóq; videtur non eſſe admittenda ſimpliciter, prout idem Sayrus loc. cit.notauit.

Altiſiodorus. Limitatio aſſertio.

22 Tertia ſententia.

Ideóq; alij pro tertia ſententia probabilibus exiſtimant: Talem ſuſpenſionem ſimpliciter abſolutè, & generaliter latam habere vim ſuſpendendi ab omnib.de quibus fieri poterit talis ſuſpenſio, quare quando abſolutè proferatur ſententia, vt ſi neq; ex verbis,neq; ex antecedentibus,vel conſequentib.intelligi poſſet Iudicis, vel iuris ferentis ſuſpenſionis ſententiā,tunc intelligēda eſt tàm ab ordine,quàm à beneficio,quàm à iuriſdictione:& verba accipienda ſunt, prout ſonant, cùm ſint generalia, ideóque ſimpliciter,& generaliter ſunt intelligenda: Ità Sylueſt. in verb. ſuſpenſio q.5.in fine,Auila de ſuſpenſ. d.1. conc.2. Sayr. lib.4. de cenſ.c.4.n.3.Suar. D.25. ſect.2.nu.7. de cenſ.Vgolin.de cenſ. tab.4.c.14. Bonac.tom.1.D.3.de cenſ.p.2.nu.1.Alterius to.2.D.1. c.4. Marcerus in 3.p.de Sacris q.24.d.1. Gordanus tom.2. lib.7.q.14. c.2.n.7. quos nouiſſimè ſequitur Diana tom.5. tr.10. reſol.14.

Sylueſter. Auila. Sayrus. Suarez. Vgolinus. Bonacina. Alterius. Marcerus. Gordonus. Diana.

23 Secundum Quæſitum. An ſuſpenſio pro culpa aliorum infligi poteſt.

Quæritur ſecundò: An cenſura ſuſpenſionis infligi poteſt pro culpa aliena?

Prima ſententia.

Reſp.In hac re duas eſſe ſententias,vna negatiuā, quàm videntur tueri Suarez to.5. D.28. ſect.4. n.3. & Nau.in man.c.27.nu.151. & Caiet.verb.ſuſpēſio, cùm alijs aſſeclis, quorum fundamētum eſt ob peccatum alterius, quo ipſe caret, nemo poteſt puniri, vt colligitur ex c.2. de his, quæ fiunt à maiori parte capit.& ex l. Sancimus, C.de pœnis, quòd maximè verificatur in pęnis ſpiritualibus:Cùm ergo cenſura ſuſpenſionis ſit pęna ſpiritualis, & grauis,cuius trāſgreſſio irregularitatem induit videtur nullatenus imponi poſſe contra totam aliquam communitatem propter culpam aliquorum,quia tunc innocentes punirentur ſine cauſa,quòd non eſſet ſecundum iuſtitiæ ordinem.

Suarez. Nauarrus. Caiet. C.de his,quę fiunt à maior. part.cap. L. Sancimus C. de Pœnis.

24 Secunda ſententia.

Secunda ſententia docet: Prælatum quandòque poſſe ſuſpēdere totam communitatem propter culpam maioris partis, ſiuè Superioris eiuſdem communitatis, ſiuè Collegij: Quando enim in caſu ſuſpenditur talis communitas, ſiuè collegium, non ſemper requiritur culpa ſingulorum, ſed ſufficit culpa pluriū,vel Superioris illius, quia tunc in caſu non puniuntur per ſe, & directè ſinguli innocentes, ſed punitur peccatum Superioris, vel totiùs communitatis in membris eius.

25 Reſp. tacitè obiectioni.

Et quamuis cenſura ſuſpenſionis ſit pęna grauis, & ſpiritualis, non priuat tamen bonis pertinentib. ad propriam animam, ideò non implicat, quin aliquando poſſet infligi cōtra totam communitatem collectiuè ſumptam, & in caſu talis cenſura ſuſpenſionis non haberet proprietationem pęnæ reſpectu ſingulorum diſtributiuè, ſed collectiuè, prout omnes repræſentant collegium, ſiuè communitatem, quæ in omnib. deliquiſſe reputatur: Ità Henriquez in ſum.c.34.nu.1.& talis videtur eſſe menſ. D.Tho. in 4. D.18. q.2.A.3.quæſtiuncula 2. ad ſecundum,& Sylueſt. verb. ſuſpenſio n.4.& Turriani in eod. 4 D. 41.d.2.Auilæ de cenſ.p.3.D.3.d.2. & Cornei in 3.p. tr.5.de ſuſp. D.3.d.2.q.1.quos citat ſequiturq; Diana p.5. tr.10. de ſuſpen. reſol.22.

Henriquez. D.Thomas. Sylueſter. Turrianus. Auila. Corneius. Diana.

26 Quæſitum tertium. An pro culpa veniali? Prima ſententia affirmatiua.

Quæritur tertiò: An ſuſpenſio quatenus eſt cenſura, aliquando imponi poſſet pro culpa veniali?

Reſp. quòd licèt aliqui Doctores videantur affirmatiuam tenere ſententiam, quorum præcipua ratio eſt,quia ſuſpenſio non eſt,tàm grauis pœna, quā excōmunicatio minor, quia hæc priuat maiori bono ſpirituali, quòd eſt receptio Sacramentorū, quæ ſpectant ad ſalutem animæ, & tamen in iure imponitur propter ſolam culpam venialem mediante

participatione cum excommunicato in humanis, cuius tranſgreſsio non eſt, niſi culpa venialis, ideòque eadem ratio eſt habenda de ſuſpenſioue, quæ tot bonis non priuat: Ità videntur dicere Caietan. in ſumm. Verbo ſuſpenſio Medina in ſumm. lib. 1. cap. 11. §. 8. & Nauar. c. 27. nu. 154. Armilla Verbo ſuſpenſio nu. 1. & Henriq. in ſum. c. 34. nu. 1. & ſi qui ſunt alij eiuſdem ſententiæ.

Caietanus. Nauarrus. Armilla. Medina. Henriquez.

27 Secunda ſententia negatiua.

Verùm tamen eſt, quòd talis ſententia ità abſolutè dicta non omnibus placet, ideòque ſunt alij Doctores contrarium exiſtimantes, & dicentes: ſuſpenſionem, prout eſt Eccleſiaſtica cenſura, eſſe pœnam grauem, ideòque non poſſe eam imponi, nec contrahi à delinquente, niſi ob culpam mortalem: Quare quandocumque in iure imponitur cenſura ſuſpenſionis propter aliquod crimen: Si quis ſibi conſcius eſset tantummodò venialiter peccaſſe, vel ob imperfectionem actus, vel ob paruitatem materiæ, certus etiam eſſe poteſt, ſe non incurriſſe cenſuram ſaltem in foro conſcientiæ, quia pœna debet eſse proportionata delicto: Ità Soto in 4. D. 22. qu. 2. A. 1. concl. 2. Vaſq. in p. 2. D. 157. cap. 5. Suarez tom. 5. de cenſ. D. 28. ſect. 4. nu. 7. Coninch. de Sacr. D. 13. n. 3. Filliuc. tom. 1. tr. 17. cap. 4. n. 63. Corneio in 3. p. tr. 5. de ſuſpen. D. 3. d. 2. quos nouiſſimè ſequitur Diana p. 5. tr. 10. reſol. 19.

Soto. Vaſquez. Suarez. Coninch. Filliucius. Coriolanus. Diana.

28 Reſp. ad fundamentum prioris ſententiæ.

Quare ad fundamentum alterius opinionis: Reſpondetur negando aſſumptum: non enim admittimus cenſuram ſuſpenſionis eſſe minorem pęnam, quàm excommunicationem minorem, quia licèt iſta ex genere ſuo priuet licita Sacramentorum receptione, quod non facit ſuſpenſio, quæ tantùm priuat vſu adminiſtrationis; ſuſpenſio tamen ſecundum ſe conſiderata eſt pœna grauior, & induit maiorem infamiam, & difficiliùs tollitur, quare in iure nunquam infligitur pœna ſuſpenſionis, niſi propter culpam mortalem.

Suſpenſio eſt grauior pęna, quam excommunicatio minor.

29 Suſpenſio leuis quandoq; imponi poteſt pro peccato veniali.

Concedimus tamen, poſse aliquando Iudicem ſuſpendere aliquem propter ſolam culpam venialem, quando talis ſuſpenſio eſset leuis, paruæque exiſtimationis, vt ſi ſuſpenderet aliquem pro vno die à receptione ſolitæ diſtributionis, vel ne aſſiſtat in choro, in aliquo die, &c. huiuſmodi, quia tunç huiuſmodi prohibitiones non haberent rationem cenſuræ, ſed pœnæ leuis, ſecundum qualitatem culpæ: Quod ſecus dicendum eſt de cenſura ſuſpenſionis, quæ eſt pœna grauis, & non eſt imponenda, niſi pro grauioribus delictis: nã Iudex Eccleſiaſticus ſeruare debet ęquitatem in pœnis: Et hæc ſufficiant pro præſenti materia.

DE SPECIEBVS SVSPENSIONIS ab officio, ſiuè à beneficijs.

CAP. II.

1 Introductio.

QViditate ſuſpenſionis, quatenus eſt Eccleſiaſtica cenſura per definitionem ipſius declarata, conſequenter in hoc ſecundo in ordine capitulo de ſpeciebus ipſius eſt dicendum: diximus enim in præcedentibus cenſuram ſuſpenſionis duplicem habere ſpeciem, quarum vna dicitur ab officio, altera a Beneficio, in his enim poteſt fieri ſuſpenſio Clericorum, quæ ſunt quaſi duæ ſpecies proximæ, quæ ſub ſuo determinato genere continentur, quæ deindè ſubdiuiduntur in alias ſpecies intermedias, ſiuè infimas: nam ſub ſpecie cenſuræ ab officio, continetur ordo Eccleſiaſticus, & adminiſtratio cuiuſcumque Eccleſiaſtici muneris poteſtate, ſiuè ordinaria, ſiuè delegata; & ſub nomine Beneficij veniunt omnes, & quicumque prouentus, penſiones, & decimæ, ſiuè vſus fructus earum, aliaque huiuſmodi, quæ debentur Eccleſiaſticæ perſonæ ratione muneris, dignitatis, ſiuè beneficij, de quibus infra ſpecialiter eſt agendum: Vt autem clariùs, & diſtinctiùs omnia iſta percipiantur.

Suſpenſio duas habet ſpecies. Ab Officio, & Beneficio.

Quæ continentur ſub nomine officij.

Quæ ſub nomine Beneficij.

Quæritur Primò: Quid ſit cenſura ſuſpenſionis ab officio, & munere Eccleſiaſtico? 2

Prima quæſtio. Suſpenſio ab officio, quid ſit.

Reſpondetur ſuſpenſionem ab officio genericè dictam eſse illam cenſuram, quæ ſuſpendit, & priuat clericum ab vſu totius Eccleſiaſticæ poteſtatis ad exercendum aliquem actum concernentem ad officium, ſiuè ſit ordinis, ſiuè iuriſdictionis, ſiue adminiſtrationis alicuiùs Eccleſiaſtici muneris: Quare ſuſpenſus ab officio ſimpliciter, & abſolutè ſine aliqua modificatione cenſetur ſuſpenſus non ſolùm à dignitate, & Prælatura, ſed etiam à quacumque ſuperioritate, ac etiam vſu Ordinis, quantùm perſona Eccleſiaſtica ſuſpenſa erat capax: Ità Suarez tom. 5. de cenſ. D. 26. ſect. 3. nu. 4. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 32. nu. 3. Sayrus de cenſ. lib. 4. c. 5. num. 16. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 2. nu. 20. Coninch. D. 15. n. 6. Bonac. tom. 1. D. 3. de cenſur. p. 2. nu. 8. Auila de cenſ. p. 3. D. 2. concl. 5. & alij.

Suarez. Henriquez. Sayrus. Filliucius. Coninch. Bonacina. Auila.

Verùm tamen eſt, quòd huiuſmodi ſuſpenſio non priuat totaliter dignitate, officio, vel Ordine, aut iuriſdictione, quo ad habitum, ſeù characterem, ſed tantùm, quo ad actum, ſiuè vſum licitum talis officij tantummodò enim impedit exercitium illius Ordinis, ſiuè dignitatis, ſiue iuriſdictionis, quę ſub nomine Eccleſiaſtici officij denotantur, prout habetur ex Gloſsa in cap. cùm dilectus de conſuet. Verbo a ſuſpenſis, & ibi Panormitan. num. 19. & Felinus in cap. Apoſtolicæ de except. nu. 16. Tolet. in ſum. lib. 1. c. 43. §. 7. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 2. n. 13. cum alijs ſupracitatis.

3 Suſpenſio nõ priuat, quo ad habitum ſed, quo ad vſum.

Gloſſ. in cap. cum dilectus. Panormit. Felin. Toletus. Filliucius.

Ex quo ſequitur, quòd ſuſpenſionis cenſura ſimpliciter, & abſolutè lata, etiam, quòd explicetur ab officio nihil aliud addendo, ſuſpendit ab omni vſu dignitatis, & iuriſdictionis, ac etiam ordinis, & poteſtate Eccleſiaſtica, quæ illi competit ratione officij, ſiuè ordinis, eò quod vſus ordinis, & iuriſdictionis competunt Clerico ratione officij, à quo mediante cenſura eſt ſuſpenſus: Quare ſuſpenſus ſimpliciter ab officio, intelligitur ſuſpenſus non ſolùm à dignitate, ſed etiam ab Ordinibus ante ſuſceptis, ideòque taliter cenſuratus non poteſt celebrare, neque alias functiones cuiuſcumque ordinis exercere, neque excommunicare, neque beneficia conferre, eligere, neque Sacramenta adminiſtrare, quia tunc faceret contra cenſuram, & irregularitatis pœnam incurreret: Ita Suarez de cenſ. tomo 5. D. 26. ſect. 1. num. 3. Sayrus de cenſ. lib. 4. c. 3. n. 23. Vgolinus de cenſ. tab. 4. c. 5. §. 3. nu. 2. Filliuc. to. 1. tr. 17. c. 2. num. 15. Alterius tom. 2. D. 3. c. 1. col. 2. Bonac. tom. 1. de ſuſp. D. 3. p. 2. num. 9.

4 Cenſura ab officio comprehendit etiam Ordinem, & iuriſdictionem.

Suarez. Sayrus. Vgolinus. Filliucius. Alterius. Bonacina.

Imò addunt communiter Doctores, quòd ſuſpenſus ab officio Clericali, licèt poſſit licitè Sacramenta ſuſcipere, Indulgentias lucrari, & ſepeliri in loco Sacro, Miſſam audire, aliaque actiones facere, quæ fieri licitè poſſunt à laicis: non tamen poteſt ordinari, quia Ordines recipiuntur a Clericis, vt functiones Ordinis exerceantur ab ipſis: ſed cùm ipſis prohibitum ſit functiones Ordinum exercere, videtur etiam inhibitum Ordines recipere: Nam prohibito vſu alicuius, cenſetur etiam prohibitum id per quod ad illud peruenitur, & prohibito conſequente, cenſetur etiam prohibitum antecedens: vndè eſt communis regula dicẽs, quòd Clericus ſuſpẽ-

5 Suſpenſus ab officio clericali Sacramẽta recipere poteſt, aliaque, quæ ad ordinem non ſpectant facere poteſt.

Ordinari amplius non poteſt.

Regula.

Suſpenſus ab ordine inferiori, eſt ſuſpenſus à ſuperiorib. non tamẽ è cõtra.

ſus

Digitized by Google

ſus ab inferiori Ordine, etiam eſt ſuſpenſus ab vſu Superiorum, ſi quos habet, vel ne recipiat, ſi non habet, ideò etiam Suſpenſus ab officio, ſicut prohibetur vſu ſuperiorum, ità etiam prohibetur, ne ad eos poſſit aſcendere: Ità Filliuc. loc. cit. num. 23. cum alijs ſupracitatis.

Filliucius.

6 Sequitur ſecundò, quòd quando ſuſpenſio ab officio non eſt facta ſimpliciter, & abſolutè, ſed modificata cum expreſſione alicuius effectus partialis, dicendo: a tali, vel tali officio, tunc tantummodò extenditur ad officium illud, quod explicatum eſt in cenſura, & ad ea, quæ ſunt illi annexa, ſeù, quæ ſunt in eadem ordinis actione, non autem ad alia diſparata: Quare ſuſpenſus ab officio Prælaturæ non cēſetur ſuſpenſus ab omni munere, & dignitate Eccleſiaſtica, quæ non veniunt propriè ſub nomine Prælaturæ, ideòque non ſuſpenditur à Canonicatu, Archipresbyteratu, Archidiaconatu, & officio Parochi curatu, & ſimilibus, quæ non veniunt ſub nomine Prælaturæ. Sumus enim in pœnalibus, vbi non eſt facienda extenſio pluſquam verba ſonant ſecundum propriam, & ſimplicem intelligentiam: Ità Henriq. lib. 13. c. 32. num. 1. Vgolinus de cenſ. tab. 4. cap. 6. §. 4. Suarez D. 26. ſect. 4. Coninch. D. 15. d. 1. num. 8. & Bonacina tom. 1. de Suſpenſ. D. 3. p. 2. n. 2.

De Suſpēſione ab Ordine partiali.

Sub nomine Prælaturæ, quæ intelligantur.

Henriq. Vgolinus. Suarez. Coninch. Bonacina.

7 Similiter intelligendum eſt de Regularibus, quare ſuſpenſus ſimpliciter à Prælatura, non intelligitur ſuſpenſus ab alijs officijs, quæ non cadunt ſub nomine Prælaturæ, ideòque poteſt eſſe Vicarius loci, ſiuè Conuentus, aliaque munera exercere, quæ non habent iuriſdictionem in vtroque foro, quod requiritur ad rationem Prælaturæ, vt in præcedenti diſputatione explicatum eſt: tr. 15. cap. 3. n. 22.

Suſpenſus à Prælatura nō eſt ſuſpenſus à Vicariatu loci.

8 Ex quo ſequitur, quòd ſuſpenſus à Prouincialatu, ſeù Generalatu, non intelligitur ſuſpenſus a Prioratu, ſeu Guardianatu, alijſque dignitatibus minoribus: vnde eſt regula talis, quòd ſuſpenſus ab actu determinato non ſuſpenditur ab alijs non neceſſariò connexis: Ideoque verba ſententiæ cenſurarum ſunt attente conſideranda, nam ſolus ille actus in cenſura prohibetur, qui in determinatione ſuſpenſionis eſt expreſſus, vel illi neceſſariò coniunctus: quare ſuſpenſus a Prælatura inferiori cēſetur etiam à ſuperiore, non tamen e contra, prout explicatum eſt.

Regula. Suſpenſus ab inferiori Prælatura etiam à Superiori nō tamē è cōtra.

9 Quæritur ſecundo: Quid ſit ſuſpenſio ab Ordine generaliter facta abſq; alia determinatione.

Quæſtio ſecunda. Suſpenſio ab Ordine quid ſignificet.

Reſpondetur, quòd cenſura ſuſpenſionis ab Ordine abſolute lata ſinè expreſſione alicuius Ordinis particularis, intelligitur ab omnibus actibus cuiuſcumq; Eccleſiaſtici Ordinis, & ratio huius eſt, quia cum talis ſententia ſit indiffinitè lata, ſaltem ex parte prædicati, æquiualet vniuerſali, non enim habenda eſt maior ratio de vno, quam de altero, ideòq; idem valet, ac ſi diceret ab omnibus ordinibus, tam maioribus, quàm etiam minoribus, qui etiam ſunt Ordines Clericales, quia ſicut ſuſpenſio ab officio ſimpliciter facta ſuſpendit ab omni clericali officio, ità ſuſpenſio ab Ordine abſolutè lata intelligitur ab omnibus ordinibus: Ità communiter omnes Doctores ſupracitati, & numero ſequenti citandi.

Indiffinita propoſitio æquiualet vniuerſali.

10 Notandum autem, quòd per talem ſuſpenſionem ab ordine non intelligitur prima tonſura, quia iſta ſecundum communem Doctorum ſententiam non eſt ordo, ſed principium, & fundamentum Ordinis Clericalis: & vna ratio non includit alteram: ſimiliter etiam non ſuſpendit ab officijs, & dignitatibus Clericalibus, quia iſta non dicuntur ordines, ſed dignitates, neque etiam ſuſpendit à iuriſdictione ſiue ordinaria, ſiuè delegata, ſiuè ſubdelegata, in illis, quæ non dependent ab ordine, ſeù ſunt cum illis neceſſariò connexa, quare ſuſpenſus ab ordine non poteſt Confeſſiones audire, neque alias Sacramenta miniſtrare, aliaſque functiones pertinentes ad Ordines facere.

Prima tonſura non eſt ordo, ſed principium ordinum.

Notandum inſuper, quòd quando cenſura ſuſpēſionis diceret ab ordinibus ſacris, tunc clericus non eſſet ſuſpenſus à minoribus Ordinibus, qui ſecundum communem ſententiam non ſunt Ordines ſacri formaliter, ſed tantùm nuncupatiuè: In pœnalibus autem non eſt facienda extenſio, niſi aliter de mente iudicis ſuſpendentis ex circūſtantijs cōſtaret. 11

Ordo Sacer non comprehendit minores.

Ex quo ſequitur, quòd quandò ſuſpenſio fit ab aliquo ordine determinato, ſolummodò intelligenda eſt ab illo cuius in ſententia, ſiuè in iure expreſſa facta eſt mentio: Quare ſuſpenſus ab Ordine Pōtificali tantummodò ſuſpenditur ab illis functionibus, quæ concernunt Ordinem Pontificalem, quales ſunt Ordines conferre, confirmare, conficere ſanctum Chriſma, Eccleſias ſiuè altaria, aut Virgines conſecrare, & huiuſmodi, quæ fieri non poſſunt, niſi à Pontificibus conſecratis: ideòque non intelligitur ſupenſus de alijs Ordinibus ſacris, quarum functiones poſſunt fieri à ſimplicibus Sacerdotibus, quare poterit licitè celebrare Miſſam: abſoluere Sacramentaliter excommunicare, conferre beneficia, & huiuſmodi, quia hæc non includunt Ordinem Pontificium, ſed ſolùm characterem Ordinis ſacri, vel poteſtatem iuriſdictionis, à quibus per talem cenſuram non eſt ſuſpenſus: Ità Nauar. in man. cap. 27. num. 160. Auila de cenſ. p. 3. D. 2. Suarez D. 26. ſect. 4. Filliuc. d. tr. 17. cap. 2. nu. 24. Alterius tom. 2. D. 4. c. 4. Bonac. D. 3. p. 2. n. 4. 12

Suſpenſus ab Ordine Pontificali, quæ cōprehendat.

Non eſt ſuſpenſus à Sacerdotalibus.

Nauarrus. Auila. Suarez. Filliucius. Alterius. Bonacina.

Quandò autem Epiſcopus nō ſuſpenditur ab ordine Pontificali: ſed à Pontificalibus, tunc tantummodo cenſetur ſuſpēſus ab apparatu Ordinis Pontificalis, & inſignibus illius, vſu baculi Paſtoralis, mitræ, pallij, aliorumq; ſimilium, quibus tantummodò Pontifices cōſecrati vti poſſunt: Per accidens autem impedit vſum earum actionū, quæ fieri ſinè illis licitè minimè poſſunt, vt celebrare Miſſam ſolemniter Pontificalem, conferre Ordines, conſecrare calices, & Eccleſias, dare benedictionem ſolemniter more Pontificio, & huiuſmodi, quæ fieri debent cum inſignis Pontificibus, ſecundum ritum, & ordinationem Eccleſiæ, de quibus inſignibus ex vi cenſuræ eſt ſuſpenſus, ideòq; de his cenſetur conſequenter ſuſpenſus, non autem per ſe: Quare alias actiones, quæ non requirunt inſigna Pontificia poterit licitè exercere, eò quòd dignitate, mediante tali cenſura non eſt ſuſpenſus: Ità Bonac. tom. 1. D. 3. de ſuſpen. p. 2. n. 3. cum alijs ſupra citatis. 13

Suſpenſio à Pōtificalibus, quæ comprehendat.

Impedit aliqua per accidens.

Bonacina.

Similiter etiam dicendum eſt de Presbytero ſuſpēſo ab Ordine Sacerdotali, quia in caſu non cenſetur ſuſpenſus ab alijs inferioribus ordinibus, etiā Sacris: Quare licitè poterit cantare Euangelium, Epiſtolam, aliaq; munera pertinentia ad Diaconos, vel Subdiaconos, vel ad alios Clericos ordinatos; tantummodò enim in caſu ab ordine Sacerdotali eſt ſuſpenſus, non autem ab alijs ordinibus inferioribus: vnde eſt regula talis, quòd Clericus ſuſpenſus ab Ordine ſuperiori, non eſt ab inferiori ſuſpenſus: prout dicunt communiter Doctores in cap. ſignificauit de corpor. vit. Ità Suarez D. 26. ſect. 4. num. 9. Filliuc. d. tr. 17. c. 2. n. 35. cum alijs. 14

Suſpenſus ab Ordine Sacerdotali, quæ cōprehēdat.

Regula. Suſpenſus à Superioribus Ordinibus nō eſt ab inferioribus.

c. ſignificauit. Suarez. Filliucius.

Similiter inſuper dicendum eſt, quòd quando Sacerdos ſimpliciter ſuſpenſus ſit à celebratione Miſſæ, non cenſetur ſuſpenſus ab alijs functionibus Sacerdotalibus, quæ ad Miſſæ celebrationem non ſunt connexæ, ideòq; extra Miſſam poterit Sacramenta mini- 15

Suſpenſio à celebratione Miſſæ, quæ cōprehendat.

miniſtrare, aquam ſanctam benedicere, Confeſſiones peccatorum audire, eoſq; Sacramentaliter abſoluere, eò quod tantummodò à celebratione Miſſæ fuit ſuſpenſus, & non ab alijs functionibus (vt ſupponitur) quòd idem dicendum eſt de alijs functionibus aliorum Ordinum modò ſuo: Ita Panormit. in c. ſignificauit de corporib. vit. Filliuc. d. tr. 17. c. 2. n. 26. cum alijs ſupta citatis.

Panormit. Filliucius.

16 Quare pro maiori intelligentia eorum, quæ huc uſq; dicta ſunt aſſignantur duæ regulæ generales à Doctoribus, quarum prima eſt: *Clericus ſuſpenſus ab ordine ſuperiori, non cenſetur ſuſpenſus ab exercitio inferioris Ordinis:* nam, qui prohibet maius non cenſetur prohibere minus, cum non ſit eadem ratio, & in pœnalibus non eſt facienda extenſio prout communiter dicunt omnes Theologi, & Canoniſtæ.

Prima regula generalis notanda.

17 Secunda Regula eſt: *Clericus per cenſuram ſuſpenſus ab Ordine inferiori cenſetur aliquomodò ſaltem indirectè impediri ab exercitio Ordinum ſuperiorum* propter indecentiam, cum ſit inconueniens, eum, qui non poteſt licitè exercere functiones Ordinis inferioris, poſſe licitè exercere functiones Ordinis ſuperioris, ideòq; Sacerdos ſuſpenſus ab Ordine Diaconatus non poterit licitè Miſſam celebrare, neque Epiſcopus ſuſpenſus à Sacerdotio poterit functiones Epiſcopales exercere; eo quia huiuſmodi actiones videntur neceſſariò connexæ, & vna ſupponit alteram; Ità Suarez tom. 5. D. 26. ſect. 4. num. 14. & 15. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 2. num. 34. Nauar. cap. 27. n. 160. & Abbas in c. Cùm Dilectus de côſuet. n. 20.

Secunda Regula.

Suarez. Filliucius. Nauarrus. Abbas.

18 Verùm eſt tamen, quòd in caſu ſi Sacerdos ſuſpenſus à Diaconatu celebraret, quamuis admittamus ſecundum communem opinionem peccare mortaliter, non incurrit tamen irregularitatis pœnam, eò quòd non faciat contra cenſuram exercendo officium, à quo eſt ſuſpenſus, ſed ſolùm indirectè per quamdam conſecutionem, & indecentiam: Ità Coninch. de ſacr. D. 15. d. 2. nu. 10. Paulus Layman lib. 1. tr. 5. p. 3. cap. 1. n. 6. Corneio in 3. p. tr. 5. de Suſpenſ. D. 2. d. 2. q. 5. Io: Præpoſitius 3 p. q. 3. de Suſpenſ. d. 2. n. 15. Villalob. tom. 1. tr. 18. diff. 3. nu. 53. & Diana tom. 5. tr. 10. reſol. 5.

Sacerdos ſuſpenſus à Diaconatu, celebrans. An incurrat irregularitatē.

Coninch. Layman. Corneio. Præpoſitus. Villalobos. Diana.

19 Quæritur tertiò: Quid ſit ſuſpenſio à iuriſdictione tantùm.

Quæſtio tertia. Suſpēſio à iuriſdictione abſolutè, quid ſignificet.

Reſpondetur, quòd quando huiuſmodi fit abſolutè dicendo: Suſpendo te à iuriſdictione Eccleſiaſtica, tunc talis cenſetur eſſe ſuſpenſus ab omni iuriſdictione ſpirituali, & Eccleſiaſtica, ſiuè Ordinaria, ſiuè delegata. cum talis propoſitio indefinitè dicta æquiualeat vniuerſali, vndè idem eſt, ac ſi diceret ſuſpendo te ab omni iuriſdictione Eccleſiaſtica, quare ille talis ſic ſuſpenſus non poſſet excommunicare, neq; Sacramentaliter abſoluere, aliaſq; cenſuras infligere, nec ab illis abſoluere, neque beneficia conferre, neq; vllam ſententiam iuridicam fulminare, eò quòd omni iuriſdictione ſit ſuſpenſus: ideòque non poteſt aliquam actionem facere, quæ requirat iuriſdictionem in agente, & in hoc omnes Doctores ſup. cit. conueniunt.

20 Verùm eſt tamen, quòd ab alijs functionibus Ordinis, quæ nullam iuriſdictionem requirant, non ſolùm validè, ſed etiam licitè exercere poteſt, eò quòd ab illis non eſt ſuſpenſus, ideòq; celebrando, canendo Euangelium, aliaq; munera Ordinis, quæ iuriſdictionem non ſupponunt, ſed tantummodò Ordinis characterem, non peccat: nam ſuſpenſio iuriſdictionis non includit ſuſpenſionem Ordinum, vt ex ſupradictis patet.

Suſpenſio iuriſdiction. nō cōprehendit ordinem.

21 Quando autem ſuſpenſio iuriſdictionis ſit modificata, & determinata ad aliquam partem tantùm: vt à collatione beneficiorum, ab audienda confeſſione: à voce actiua in electionibus capitularibus faciendis, &c. tunc ſuſpenſio tantùm intelligenda eſt de illa iuriſdictione, quę in tali cenſura eſt explicita, non autem de alijs: Ità Suarez d. D. 26. ſect. 4. nu. 16. Vgolin. de cenſ. tab. 4. c. 6. §. 1. & 7. Filliuc. d. tr. 17. c. 2. n. 30. alijq; Doctores ſupracitati.

Suſpēſio modificata à iuriſdictione, quomodo intelligenda.

Suarez. Vgolinus. Filliucius.

22 Quæritur quartò; Quid ſit ſuſpenſio à beneficio ſimpliciter, & abſolutè late

Quæſtio quarta. Cenſura à beneficio abſolute lata, quid ſignificet.

Reſpondetur: Cenſuram ſuſpenſionis Beneficij ſimpliciter, & abſolutè latam priuare clericos beneficiarios ſuſpenſos omni vſu iuris ad recipiendum temporale emolumentum, quòd ſibi competere poterat à beneficio, ſeù beneficij ſibi collatis ante ſuſpenſionem: Non priuat autem totaliter ipſo beneficio, ſeù poſſeſſione illius, ſed tantùm vſu legitimo fructus eius, ne ſcilicèt, durante tali ſuſpenſione huiuſmodi fructus licitè percipere poſſit, ideòq; ſi vnum tantùm beneficium habebat ab eo tantùm ſuſpenſus eſt, ſi plura etiam ab omnibus: & ratio eſt, quia ſententia indiffinita abſolutè lata æquiualet vniuerſali, & habet implicitè negationem incluſam, ideòq; ſenſus eſt taliter ſuſpenſum non poſſe licitè recipere fructus omnium beneficiorum durante tali ſuſpenſione: Ità Suarez tom. 5. D. 27. ſect. 1. à num. 9. vſq; ad 16. Filliuc. d. tr. 17. c. 3. num. 41. cum alijs ſupracitatis.

Sententia indiffinita æquiualet vniuerſali.

Suarez. Filliucius.

23 Quæritur quintò: Quid ſub nomine beneficij, vel fructuum illius intelligatur?

Quæſtio quinta. Quid nomine beneficij ſignificatur.

Reſpondetur comprehendi omne, & quodcumq; genus beneficij Eccleſiaſtici, quomodocumq; appelletur, ſiuè ſit ſimplex, ſiuè curatum, ſiuè penſio, ſiuè præbenda, quæ datur beneficiario ſub titulo ſpirituali, & Eccleſiaſtico ratione Clericatus, ſiuè Prælaturæ: Non autem ea, quæ ſinè tali titulo conferri ſolent, etiam laicis, vel ratione gratitudinis, vel miniſterij corporalis.

24 Ex quo ſequitur, quòd omnes fructus, & redditus, qui percipiuntur ratione beneficij, cuiuſcumq; ſint conditionis, ſiuè per modum Decimarum, ſiuè Prouentuum, ſiuè Penſionum, quæ debentur ex fundis dicti beneficij; ſiuè etiam ſint quotidianæ diſtributiones, quæ ſoluuntur à fidelibus reſpectu beneficij, & officij Eccleſiaſtici: ſiue denique Eleemoſynæ, quæ voluntariè dantur à fidelibus propter opera perſonalia, vt ſunt anniuerſalia defunctorum, ſtipendia Miſſarum, & huiuſmodi, quæ non dantur ratione officij, licitè à beneficiario ſuſpenſo percipi poſſunt, quia ab iſtis recipiendis non eſt ſuſpenſus per cenſurarum, vt ſupponitur: Ità Suarez loc. cit. nu. 44.

Eleemoſinæ voluntariè datæ non comprehenduntur.

Suarez.

25 Notandum autem huiuſmodi beneficiarium ex vi talis cēſuræ remanere ſuſpenſum à fructibus beneficij, tam habiti, quos recepturus erat ab eo tempore, quo fuit ſuſpenſus: non autem intelligitur de alijs fructibus maturatis ante cenſuram ſuſpenſionis, quia ad illa recipienda non fuit facta prohibitio, vt ſupponitur.

A quo tempore eſt priuatus fructuū beneficij.

26 Inſuper dicunt communiter Doctores, quòd Clericus ſuſpenſus à beneficijs, durante tali ſuſpenſione non poteſt licitè recipere alia beneficia de nouo ſibi conceſſa, vel concedenda, & ratio iſtorum eſt, quia impeditus aliquo caſu, etiam conſequenter cenſetur impeditus, ne licitè poſſit ei conferri id, quòd eſt principium talis vſus: quamuis in caſu ſi conferatur, collatio talis non eſſet ipſo facto irrita, ſed irritanda, prout dicit Gloſſa in cap. per inquiſitionem de Electione, & c. ſi celebrat. de cleric. excom. miniſt. concordat Suarez D. 27. ſect. 1. nu. 25. & Filliuc. d. tr. 17. cap. 3. nu. 49. Coninch. D. 15. d. 2. num. 14.

Non poteſt illi conferre aliud beneficium.

Collatio non eſt irrita, ſed irritanda.

Gloſſa c. Per Inquiſitionē. c. ſi celebrat. Suarez. Filliucius. Coninch.

Faber. Præpoſitus. Layman. Diana.

num. 14. Faber in 4. ſent. de cenſ. D. 25. Diſp. 6. q. 1. cap. 1. n. 26. Præpoſit. in 3. p. q. 3. de Suſpenſ. d. 2. nu. 24. Layman lib. 1. tr. 5. p. 3. c. 1. n. 3. & alij, quos citat, & ſequitur Diana p. 5. tr. 10. de Suſpenſ. reſol. 7.

27 Quæſtio ſexta. Suſpenſio ab officio non includit beneficium.

Quæritur ſexto; An ſuſpenſus ab officio intelligatur etiam ſuſpenſus à beneficio?

Reſpondetur: Negatiuè; ſuſpenſio enim vna non includit alteram, cum ſint inter ſe ſpecies ſuſpenſionis diſtinctæ, ideòque ſimpliciter ſuſpenſus ab officio Eccleſiaſtico (per ſe loquendo) non intelligitur ſuſpenſus à beneficio antea collato, poteſt enim vna cenſura habere proprium effectum abſque altera: ſi vid. ſuſpenſus ab officio adhuc temporalem adminiſtrationem beneficij gerat, recitando horas Canonicas per ſe, & ſufficit in caſu, quòd ſit paratus ad munus ſuum exequendum eò modo, quo poteſt, vel per ſe, vel per alium ſubſtitutum: quare aliquandò in iure imponitur ſuſpenſio ab officio, aliquandò à beneficio, ergo vna cenſura non includit alteram; & verba, quæ odium, & pœnam continent ſtricte ſunt accipienda: Ità Vgolin. de Cenſ. tab. 4. cap. 6. §. 3. Reginald. tom. 2. lib. 31. tr. 2. c. 19. num. 11. Suarez D. 26. ſect. 3. num. 4. Sayrus lib. 4. c. 5. n. 5. Auila p. 2. D. 2. d. 1. concl. 6. Filliuc. d. tr. 17. c. 2, num. 20. Turrian. in 4. D. 34. d. 2. Faber. in 4. D. 25. de Cenſ. D. 6. c. 1. q. 1. num. 3. Tannerus tom. 4. D. 6. d. 6. q. 10. nu. 135. Coninch, de Sacr. D. 15. d. 2. num. 6. Layman lib. 1. tr. 5. p. 3. cap. 1. nu. 3. Villalob: in ſum. tom. 1. tr. 18. diff. 3. num. 5. Io: Præpoſit. in 3. p. q. 3. de Suſpenſ. d. 2. num. 2. & Diana p. 5. tr. 10. de ſuſpenſ. reſol. 1.

Vgolinus. Reginaldus. Suarez. Sayrus. Auila. Filliucius. Turrianus. Faber. Tannerus. Coninh. Layman. Villalobos. Præpoſitus. Diana.

28 Quæſtio ſeptima. Suſpenſio à beneficio nō includit officium.

Quæritur ſeptimò: An ſuſpenſus à beneficio cenſeatur etiam ſuſpenſus ab officio?

Reſpondetur etiam negatiuè, quia vna ſuſpenſio non includit alteram cum ſint cenſuræ inter ſe diſtinctæ: ideòq; ſuſpenſus à beneficio intelligitur tantùm ſuſpenſus à perceptione fructuum dicti beneficij, ac temporalia adminiſtratione dicti beneficij, quare in caſu illi Oeconomus cōſtituendus eſt, tenetur enim non obſtante ſuſpenſione à perceptione fructuum beneficij, officio ſuo ſatisfacere, quia cū ſuſpenſio non tollat beneficium totaliter, nec etiam tollit conſequenter obligationem, quam ſecum affert beneficium, quæ eſt officiandi: Ita Filliuc. d. tr. 17. cap. 3. num. 39. Suarez loc. cit. num. 6. & Diana reſol. 3. cum alijs ſupracitatis.

Filliucius. Suarez. Diana.

29 Quæſtio octaua. An ſuſpenſus poſſit recipere fructus ad ſui ſuſtentationem. Si eſt ſuſpenſio pro contumacia minimè.

Quæritur octauò: an ſuſpenſus a beneficio, ſi egeat poſſit licitè percipere aliquid ex fructibus beneficij, quantum opus habeat ad ſe, ſuoſq; alēdos.

Reſpondetur diſtinguendo: vel ille talis ſuſpenſus fuit ob contumaciam, vel in pœnam culpæ commiſſæ; ſi primum nihil percipere poteſt ex fructibus beneficij, à quibus per ſuam contumaciam fuit iuſtè ſuſpenſus (præciſa tamen extrema neceſſitate) quia in tali caſu permittitur, ne per ea; tali autem neceſſitate extrema, non abſente non conceditur: & ratio huius eſt, quia ipſius culpæ imputatur carentia fructuum, & alimentorum, cum in ipſius poteſtate ſit poſitum liberari à ſuſpenſione, relinquendo contumaciam: ſi autem non vult relinquere imputetur ſibi, quia ſua culpa durante, meritò hanc neceſſitatem patitur, minuſque inconueniens eſt, vt ex ſuppoſitione ſuæ prauæ voluntatis mendicet, quàm, vt ex iniquitate ſua in vilipendium Eccleſiaſticæ diſciplinæ commodum ſentiat.

Ratio aſſertionis.

30 Si Suſpenſio facta ſit pro culpa cōmiſſa, quid faciēdum.

Si verò ſuſpenſus fuit in pœnam perpetrati delicti, cum non ſit in eius poteſtate facere, vt talis pœna tollatur, erit ei ſubueniendum, & tradenda eſt portio fructuum ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, taxandam auctoritate Superioris quoties ſuſpenſus fuit ab homine per ſententiam: quando verò eſſet ſuſpenſus in iure per Sacros Canones, & delictum non adhuc peruenium ſit ad forum cōtentioſum, tunc portio fructuum taxari poterit arbitrio prudentis viri: Ita Suarez tom. 5. de Cenſ. D. 27. lect. 2. num. 5. Gordonus tom. 2. lib. 7. q. 13. c. 7. num. 63. Sayrus lib. 4. cap. 6. n. 12. Coninch de Sacr. D. 15. d. 2. concl. 6. Filliuc. c. 3. num. 53. Auila de cenſ. p. 2. D. 6. d. 1. concl. p. & p. 3. D. 2. d. 2. concl. 6 Em. Sa Verbo Suſpenſio num. 6. Bonac. tum. 1. D. 3. de ſuſp. p. 3. num. 14. Nauarra de reſt. lib. 2. cap. 2. nu. 237. Turrian. in 4. D. 39. d. 40. num. 2. Marcerus in 3. p. q. 24. de Sacr. d. 3. Cornelio ibi tr. 5. de Suſp, D. 2 d. 4. num. 2. & Diana p. 5. tr. 10. de Suſp. reſol. 3.

Suarez. Gordonus. Sayrus. Coninh. Filliucius. Auila. Em. Sa. Bonacina. Nauarra. Turrianus. Marcerus. Cornelio. Diana.

31 Quæſtio nona.

Quæritur nono: An, qui ſuſpenſus eſt a beneficio ſecundum iura, ipſo facto ità priuetur fructibus, vt ante ſententiam iudicis declaratoriam illos percipere non poſſit?

An ſuſpenſus in iure teneatur abſtinere in foro conſcientia ante ſententiam.

Reſpondetur, quòd ſi in iure non fuit expreſſum, quòd ipſo facto abſq; iudicis declaratione intelligatur priuatus fructibus beneficij, non tenetur illos renuntiare ante iudicis ſententiam declaratoriam, ideoque in caſu poterit illos tuta conſcientia recipere, ac etiam quotidianas diſtributiones detinere, dummodò officio publico inſeruiat: Ità Tannerus tom. 4. D. 6. q. 10. d. 7. num. 137. Io: Præpoſit, in 3. p. q. 2. de Suſp. d. 2. num. 22. & q. 1. n. 11. Em. Sa Verbo ſuſpenſio num. 7. ſequiturq; Diana loc. ſupracit cum alijs: Quidquid Hurtadus de Suſp. D. 4. nu. 10. aliud ſentire videatur.

Tannerus. Præpoſitus. Em. Sa. Diana.

32 Quæſtio decima.

Quæritur tandem decimò: cui applicandi ſunt fructus beneficij pro illo tempore, quo Clericus à beneficio eſt ſuſpenſus?

Cui applicandi ſunt fructus beneficij tempore ſuſpenſionis.

Reſpondetur breuiter: Applicandos eſſe in Eccleſiæ vtilitatem, de tractis ijs, quæ traduntur ſubſtituto ad inſeruiendum loco beneficiarij ſuſpenſi: Diſtributiones verò quotidianæ, quo Clericus ſuſpenſus non lucratur tradendi ſunt alijs Clericis, qui Diuinis officijs inſeruiunt. Quando verò huiuſmodi diſtributiones non dentur intuitu beneficij, ſed ratione laboris, ſi talis Clericus actu inſeruiat poterit licitè illas lucrari: nam dignus eſt operarius mercede ſua: de iſtis enim non intelligitur ſuſpenſio, ſicuti neque eſt ſuſpenſus à fructibus ſui patrimonij ſibi in titulum aſſignatis, nam iſti non veniunt ſub ratione beneficij à quo eſt ſuſpenſus. Ita Felin. in cap. Apoſtolicæ de except. Decius in cap. Paſtoralis de Appellat. Sayr. lib. 4. c. 6. n. 16. Suarez d. D. 27. ſect. 1. num. 30. Filliuc. n. 44. Alterius tom. 2. D. 5. cap. 3. & Bonac. loc. cit. n. 14. cum alijs.

Felinus. Decius. Sayrus. Suarez. Filliucius. Alterius. Bonacina.

DE CAVSIS SVSPENSIONIS CENSVRÆ.

CAP. III.

1 Cenſuræ ſuſpenſionis eſſentia cum ſpeciebus eius in præcedentibus, iam explicatis, dicendum venit de cauſis ipſius; cum autem cauſarum numerus quatruplex ſit tam in rebus phyſicis, quam etiam in moralibus, quarum exacta cognitio ad rerum cognitionem multum valet, ideòq; de cauſis ipſius Suſpenſionis dicere opus eſt: At quoniam de cenſurarum cauſis ſatis ſufficienter à nobis dictum eſt in præcedentibus, agendo de ipſis cenſuris in communi in tractatu quarto huius ſecundæ partis noſtræ Theologiæ moralis, ac etiam in ſexto tractatu eiuſdem, agendo de cauſis excommunicationis, quę eſt prima cenſurarum ſpecies, quare applicatis, applicandis ad ſecundam ipſarum ſpeciem faciliter reduci poſſunt, applicando ea, quæ ex generali

Digitized by Google

Cauſarũ numerus quatruplex efficiens, materialis, formalis, & finalis.

nerali ratione cenſuræ ipſi conueniunt, & ſi quid propriè & peculiare habent breuiter annotando: concurrunt namque aliquo modo, vel ſecundum quamdam imitationem ad hanc cenſuram omnia genera cauſarum, efficientis vid. materialis, formalis, & finalis, ideòq; de ſingulis ipſarum breuiter eſt dicendum.

2

Cauſa efficiẽs ſuſpenſionis, quæ.

Quæritur ergò Primò de cauſa efficiente: quisnam poteſt legitime cenſuram ſuſpenſionis infligere? & quis habeat hanc facultatem?

Poteſtas principalis eſt abſoluta in Chriſto.

Relicta fuit in terris Petro Apoſtolo hæc facultas.

Reſpondetur: Hanc ſuſpendendi facultatem primò, & per ſe abſolutè eſſe in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui eſt caput, & principium totius Eccleſię, cui data eſt poteſtas abſoluta in Cœlo, & in terra a Deo Patri: Reliquit autem hanc poteſtatem prinſquam tranſiſſet de hoc mundo ad Patrem D. Petro ſuo Vicario, quando dixit ei: *Paſce oues meas*, ideòq; traditę fuerunt illi Claues Regni Cœlorum ſoluendi, atque ligandi Chriſti fideles in vtroq; foro, interno vid. & externo, *vt quoſcumque ligauerit, vel ſoluerint ſuper terram, erit quoque ligatum, vel ſolutum in Cœlo: Ioan. cap. 20. & 21.*

Io: c. 20. & 21.

3

Communicata eſt cæteris Apoſtol. alijſque Prælatis.

Hæc autem facultas de indè communicata eſt cæteris Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, quare omnes, & ſinguli Eccleſiæ Prælati habent facultatem iſtam non ſolum ſoluendi fidelium crimina, verùm etiam ligandi per Eccleſiaſticas cenſuras, inter quas vna eſt ſuſpenſio, de qua in præſenti loquimur: Quare breuiter concludendo dicimus: *Omnes, ſinguloſque Eccleſiæ Prælatos, qui habent poteſtatem excommunicandi, habent quoque ſuſpendendi ſuos ſubditos, in quos iuriſdictionem in foro iudiciali habent:* Ita communiter omnes Theologi, & Canoniſtæ, vt videre eſt apud Nauar: cap. 27. num. 159. Syluest. & Armilla in Verbo Suſpenſio: Suarez tom. 5. de cenſ. D. 28. ſect. 1. & Sayrum lib. 4. de cenſ. cap. 2. alioſque communiter.

Concluſio.

Nauarrus. Silueſter. Armilla. Suarez. Sayrus.

4

Poteſtas ſuſpendẽdi duplex Ordinaria, & delegata.

Quoniam verò poteſtas hæc ſuſpendendi duplex eſt, quarum vna dicitur Ordinaria, altera Delegata: prior reſidet in omnibus ſinguliſque Prælatis, qui poteſtatem habent in ſubditos etiam, quò ad iudicialem forum, ijque poſſunt per ſententiam ſuſpendere Clericos ſibi ſubditos, tam ab officijs, quàm etiam à beneficijs, prout in Domino expedire iudicauerint, ideòque dicimus; hanc ordinariam facultatem primo, & per ſe habere Summum Pontificẽ ſuper totam Eccleſiam vniuerſalem, deindè Epiſcopos alioſque Ordinarios Prælatos in ſuos ſubditos Diœceſanos, alioſque ſimiles, qui iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem habent cuiuſmodi ſunt Generales Religionum in toto ſuo Ordine, Prouinciales in ſua Prouincia, Abbates, alijque ſimiles ſecundum ſuam iuriſdictionẽ, quam habent, quibus ſecundum eorum ſtatuta competit de iure Ordinaria iuriſdictio ad ferendas ſententias in ſuos ſubditos: Omnes enim illi poſſunt licitè ſuſpendere per cenſuras ſubditos, ſibi immediatè ſubiectos.

Poteſtatẽ Ordinariam, qui habent.

Summus Põtifex. Epiſcopi.

Prælati Religionum.

5

Prælati minores Religionum. an habeant hãc facultatem?

An autem Prælati minores Religionum, vt ſunt Priores, Rectores, & Guardiani habeant hanc facultatem dictum eſt ſupra in tr. 4. de Cenſuris in genere cap. 2. n. 11. & 12. ac etiam in tract. 6. c. 4. nu. 5. & 6. vbi diximus, quòd licèt huiuſmodi domorum Prælati de Iure habeant hanc facultatem cum ſint veri, & legitimi Prælati ex officio, de facto tamen hoc facere non audent, eò quòd illis ſecundum ſtatuta, & conſtitutiones ſuorum ordinum in aliquibus Religionibus non permittitur, eò quòd facultatem faciendi iudicium minimè habent.

6

Parochi autem, Archipreſbyteri, Archidiaconi, & huiuſmodi talem facultatem non habent, quia cum non ſint veri Pręlati, eò quòd non habeant poteſtatem iudicandi in foro iudiciali, non poſſunt iure ordinario excommunicare, neque alias cenſuras infligere: vt ex ſupra dictis clare patet.

Parochi non habent hanc facultatem.

7

Poteſtas delegata, quæ.

Poteſtas delegata eſt illa, quæ reſidet in illis Eccleſiaſticis perſonis, quibus talis facultas commiſſa eſt à Prælatis ordinariam iuriſdictionem habentibus, quæ facultas poteſt concedi ample, & ſtrictè ſecundum magis, & minùs prout ipſi Prælati expedire iudicauerint, qua propter attente conſideranda ſunt verba huiuſmodi conceſſionis concedentia, pro vt benè notauit Suarez tom. 5. de Cenſ. D. 28. ſect. 1. num. 2.

Suarez.

8

Suſpenſio à Iure & ab homine.

Suſpẽſiones à Iure, quæ ſint

Hæc autem cenſura Suſpenſionis ferri quandòq; poteſt à iure, vel ab homine, hoc eſt à Iudice Eccleſiaſtico immediatè ferente: de Suſpenſione à iure nihil aliud eſt dicendum præter ea, quæ de cenſura excommunicationis dictum eſt, eſt enim ferè eadem ratio, cum vtraque ſit Eccleſiaſtica cenſura; Quæ autem ſint Suſpenſiones, quæ in iure Pontificio, ſiuè communi ſiuè particulari hucuſq; ſunt inſertæ in ſequenti tractatu, vel omnes, vel præcipuè declarabuntur, quæ contra diuerſas Eccleſiaſticas perſonas ſunt latæ ſiuè ſint latæ ſententiæ, quæ ipſo facto contrahuntur, abſq; alia Iudicis declaratione etiam in foro conſcientiæ, vel ſententiæ ferendæ ſiuè comminatoriæ, ad quas incurrendas requiritur Iudicis declaratio prout pleniùs explicatum eſt de excommunicatione in tr. 5. c. 4. num. 3. huius ſecundæ partis noſtræ Theologiæ moralis videantur ibi.

Latæ ſententiæ, vel ferendæ.

9

Suſpenſio lata ab homine

De Suſpenſionibus verò ab homine, quæ ſæpè ſæpius a Iudicibus Eccleſiaſticis cõtra Clericos delinquentes inferuntur nulla eſt dubitatio, nam ex perpetuò vſu Eccleſiæ etiam à tempore Apoſtolorũ manifeſtum eſt, vt patet ex eorum Canonibus pręcipuè 24. Canone, & ſequentibus, & ex perpetuo vſu totius Eccleſiæ vſq; ad noſtra tempora.

10

Quæ conditiones requiruntur in Iudice ferentè.

De conditionibus requiſitis in Iudicibus, qui ritè, & validè poſſunt has cenſuras infligere dicimus breuiter, quòd oportet, quòd ſit vir baptizatus Clericus ſaltem prima tonſura ordinatus, perſona diſtincta ab eo, qui cenſurari debet, habens iuriſdictionem Ordinariam, vel delegatam, ſaltem in foro iudiciali, & liber ab alio vinculo cenſuræ ideſt, quòd non ſit ſuſpenſus excommunicatus, vel interdictus: prout pleniùs à nobis in præcedentibus locis citatis declaratum eſt.

11

Prima conditio debet eſſe vir.

Fœminæ non poſſunt inferre cenſuras.

Secunda conditio debet eſſe baptizatus.

Ex quo ſequitur, quòd nulla fœmina etiam, quòd ſit Abbatiſſa, vel Prioriſſa alicuius Monaſterij poteſt aliquo modo ſententias cenſurarum infligere, eò quòd impedita ſit mediante ſexù Fœminili, nã fœminis non eſt conceſſa facultas clauium, ſed ſolùm viris: debet inſuper talis iudex eſſe baptizatus, alioquin nullam iuriſdictionem habere contra poſſet Clericos, quare debet etiam eſſe perſona Eccleſiaſtica ſaltem prima tonſura initiatus: nam Iudex ſæcularis contra Clericos iuriſdictionem habere nõ poteſt: Debetq; inſuper eſſe perſona diſtincta ab eo, qui debet per cenſuras puniri, quia nemo poteſt ſe ipſum excommunicare, aut ſuſpendere, ac etiam debet habere iuriſdictionem ſiuè Ordinariam, ſiuè delegatam, quia ſententia non à ſuo Iudice lata nulla eſt: quæ iuriſdictio debet eſſet expedita, adeo vt Iudex non debeat eſſe aliquo cenſuræ vinculo ligatus, quia tunc nullam veram haberet iuriſdictionẽ; Ita Suarez d. D. 28. ſect. 1. num. 3. alijque communiter, & nos ſupra pleniùs probauimus, agendo de cẽſuris in communi, ac de excõmunicatione loc. ſup. cit. & hæc quantum ſpectat ad cauſam efficientẽ.

Tertia debet eſſe Clericus.

Quarta debet eſſe perſona diſtincta.

Quinta Iuriſdictionẽ habens.

Sexta nõ impedita alia cenſura.

Suarez.

Quę-

Digitized by Google

12 Quæritur ſecundo: quæ ſit materialis cauſa huius cenſuræ ſuſpenſionis?

De cauſa materiali.

Pro cuius intelligentia notandum, quòd cum materialis cauſa duplex ſit vna proxima, altera remota, hæc dicitur diſpoſitiua, illa dicitur ſubiectiua: Ideòque reſpondendo dicimus Pimò, quòd Materialis cauſa remota, ſeù potiùs ſubiectiua eſt illa perſona, quæ per cenſuram ſuſpendi poteſt: & talis debet eſſe perſona Eccleſiaſtica ſaltem initiata prima tonſura, ſubdita in foro iudiciali ipſi Iudici ferenti aliter enim ſuſpendi per cenſuram minimè poterit.

Cauſa materialis duplex proxima, & remota.
Cauſa ſubiectiua, ſeù remota, quæ.

13 Prima pars huius noſtræ aſſertionis manifeſtè patet, quia omnis ſuſpenſio, vel eſt ab officio, vel à beneficio, quæ ſunt munera Clericorum, & in ſæcularibus inueniri minimè poſſunt ideò, &c. Secunda etiam pars patet: nam ſententia iuridica nõ poteſt eſſe valida niſi feratur à Iudice habente iuriſdictionem, quam iudex non habet, niſi in ſuos ſubditos, ergo, &c. Ità Summiſtæ omnes, vt Nauarrus cap. 27. num. 150. Sylueſt. Angel. & Caiet. Verbo Suſpenſio in principio: Suarez ſect. 2. D. 28. num. 1. Tolet. lib. 1. cap. 44. §. 2. & Filliuc. tom. 1. tract. 17. cap. 4. num. 58.

Probatur prima pars aſſertionis. Secunda pars probatur.
Nauarrus. Syluester. Angelus. Caietanus. Suarez. Toletus. Filliucius.

14 Ex quo ſequitur: omnes ſingulaſq; perſonas Eccleſiaſticas eſſe huius cenſuræ capaces, excepto tamen Summo Pontifice, qui cum ſit caput totius Eccleſiæ, & immediatè Chriſti Vicarius, nullum habet ſuperiorem in terris: Omnes autem alij Clerici cuiuſcumque ſint gradus, & conditionis poſſunt validè, & licitè per cenſuram ſuſpendi etiam ſi ſint Cardinales, Legati à latere, vel Epiſcopi: nulla enim eſt repugnantia, quin huiuſmodi perſonæ ſuſpendi poſſint, ſiuè abſolutè, ſiuè comparatè conſiderati: nam ordo, & dignitas non reddit illos pœnæ, & medicinæ incapaces, neq; ab omni humana ſubiectione liberos: Ità Suarez d. D. 28. ſect. 1. n. 4. Filliuc. d. tr. 17. c. 4. n. 59. alijque communiter.

Qui ſunt capaces cenſuræ ſuſpenſionis. Omnes Clerici, præter Sũmum Pontificem.
Cardinales Legati à latere Epiſcopi ſuſpendi poſſũt.
Suarez. Filliucius.

15 Verùm eſt tamen, non omnem Clericum poſſe à quolibet Prælato per cenſuram ſuſpendi, cũ quilibet à ſuo legitimo Prælato ſit ſuſpendendus, habente poteſtatem iuridicam, ſiuè Ordinariam, ſiue delegatam: Quare Cardinales S.R.E. ſolummodò ſuſpendi poſſunt à Summo Pontifice, cui immediatè tantummodò ſubijciuntur: Epiſcopi etiam ab ipſo, vel à Concilio generali: Exempti autem tantummodò à ſuis Prælatis in eis iuriſdictionem habentibus, ideòq; Regulares exempti non poſſunt per cenſuram propriè dictam à Diœceſanis ſuſpendi, niſi tales habeant ſpecialem delegationem Summi Põtificis; tunc enim non poteſtate Ordinaria, ſed delegata ſuſpenderentur, vt ex ſupradictis patet.

Quilibet à ſuo legitimo Prælato eſt ſuſpendendus.
Regulares nõ poſſunt ſuſpendi ab Ordinarijs locorum.

16 Sed hic occurit vna difficultas ſtatim ſoluenda: An illæ perſonæ, quæ ſpecialiter à Pontifice in proprios filios, & ſpeciales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ gratioſè ſunt receptæ, poſſint ab Epiſcopis Diœceſanis per cenſuras Eccleſiaſticas ſuſpendi?

Difficultas. An recepti in filios poſſint ab Epiſcopis ſuſpendi?

Reſpondetur: Affirmatiuè: non enim appellatio ſpecialis filiationis excipit illos à debita Prælatorum ſubiectione, niſi in his, quæ ſpecialiter in ſacris Canonibus facta ſit expreſſa mentio: quare in cap. 1. de Verb. ſignif. in 6. ſolummodò dicitur; Huiuſmodi in filios S.R.E. receptos excommunicari, & interdici non poſſe à Diœceſanis, niſi à Romano Pontifice, vel ab eius legato à latere: de Suſpenſione autem nullam facit mentionem: quare ex vi dicti Canonis non ſunt exempti, quò ad cenſuram Suſpenſionis faciendam à ſuis proprijs Prælatis, ſicuti non eximuntur, quò ad alios actus ſubiectionis, prout in codẽ Canone expreſſis verbis declaratur.

Reſolutio eſt affirmatiua.
c. 1. de Verb. ſignificat.

Ratio autem huius eſt, quia appellatio ſpecialis filiationis, licèt oſtendat ſpecialem amorem, & protectionem, non tamen facit illos exemptos, niſi in his, quæ in dicto Canone explicantur, in quo tantummodò ab illis duabus cenſuris excommunicationis, & Interdicti prohibentur cenſurari non autem à Suſpenſione: & ratio eſſe poteſt, quia illæ duæ cenſuræ excommunicationis, & Interdicti magis priuant ſpiritualibus bonis, & commodis, quàm ſuſpenſio, ideòque ab illis tantum duabus ſunt excepti, non autem a Suſpenſione: Ità Suarez cum Filliucio locis ſupracitatis. 17

Appellatio filiationis, quid facit.
Ratio quare à ſuſpenſione non excipiũtur.
Suarez. Filliucius.

Secunda difficultas eſt: An Epiſcopi intelligantur Suſpenſi in Edicto Vniuerſali. 18

Secunda difficultas. An Edicto vniuerſali ſuſpẽdãtur Epiſcopi.

Reſpondetur Negatiuè: Ità enim expreſsè declaratum fuit a Pontifice in cap. Periculoſum de ſent. excom. in 6. vbi dicitur: *Epiſcopos in generali Edicto ſuſpenſionis, & Interdicti non comprehendi, niſi de illis ſpecialiter fiat mentio:* & ratio talis exemptionis eſt, quia huiuſmodi Prælati frequenter debent ſuum paſtorale munùs exequi, qui ſi ſuſpenderentur, vel interdicerentur paſſim in Edictis generalibus impediretur gubernatio propriè Eccleſiæ: & hæc eſt cauſa motiua; cauſa autem adæquata, & principalis fundatur in eorum dignitate Epiſcopali, ideòq; Epiſcopus electus, & confirmatus gaudet hoc priuilegio, licèt adhuc conſecratus non ſit: Vndè nomine Epiſcopi ſignificari communiter ſolet etiam ille, qui iam habuit beneficium Epiſcopale collatum, etiam ante conſecrationem: Ità Suarez D. 28. ſect. 1. nu. 7. & Filliuc. d. tr. 7. cap. 4. num. 59.

Reſolutio eſt negatiua. c. Periculoſũ. Ratio prima motiua.
Cauſa adæquata, & principalis, quæ.
Epiſcopus confirmatus, gaudet hoc priuilegio ante conſecrationem. Suarez. Filliucius.

Tertia difficultas eſt. An quando per Edictum generale ſuſpenduntur omnes Clerici alicius Ciuitatis comprehendantur etiam Regulares? 19

Tertia difficultas. An Regulares cõprehendantur ſub nomine Clericorũ.

Reſpondetur, quòd licèt ſub nomine Clericorum (vt plurimum, eſt ſecundum communem intelligentiam) intelligantur Clerici ſæculares, nõ autem Religioſi, niſi illorum ſpecialis facta ſit mentio in tali edicto: Nihilominus aliquando talis ſuſpenſio poteſt extendi etiam ad Clericos Religioſos, quando tamen huiuſmodi edictum factum fuerit à Summo Pontifice, & ex circumſtantijs, & materia ſuſpenſionis conſtaret talem fuiſſe mentem Summi Pontificis: Vnde quando in edicto ſunt poſita hæc, aut ſimilia verba: *Suſpendimus ab officio, aut beneficio omnes, ſingulaſq; perſonas prima tonſura Ordinatas talis Ciuitatis, &c.* tunc non modo Clerici ſæculares, verum etiam Regulares ſaltem prima tonſura ordinati comprehenderentur in tali cenſura.

Quando Regulares poſſunt comprehendi in edicto.

Quando autem tale generale edictum factũ fuiſſet ab Epiſcopo, tunc non comprehenderentur Religioſi, eò quòd Diœceſanus nullam habet iuriſdictionem contra Regulares, ideòque poteſtas ferentis cenſuram ad Clericos ſæculares ſibi ſubiectos extenditur, non autem ad Regulares Clericos: Ità Suarez tom. 5. de cenſ. D. 28. ſect. 2. n. 9. 20

Quando non comprehenduntur.
Suarez.

Quarta difficultas: An Communitas aliquando tota ſimul ſuſpendi poſſit per cẽſuras, & quomodo. 21

Quarta difficultas. An communitas ſuſpẽdi poſſit per cẽſuras.

Reſpondetur Affirmatiuè, quãdo eſſet contumax, ſiuè culpabilis alicuius delicti, quare pro intelligentia huius noſtræ aſſertionis eſt; notandum, quòd aliqua congregatio, ſiuè Capitulum tripliciter poteſt conſiderari: primò collectiuè, ſecundò diſtributiuè, & tertio vtroq; modo, ideſt collectiuè, & diſtributiuè ſimul, & his tribus modis poterit aliquando communitas eſſe culpabilis.

Tribus modis communitas poteſt eſſe culpabilis.

22 Primò modo quando tota communitas ſimul ſumpta repræſentat vnum corpus politicum, habẽs propria bona, & proprias actiones, ità ad eam pertinentia, vt non ad ſingulas perſonas ſeparatim cõ-

Primus modus collectiuè ſumpta poteſt delinquere, & ſuſpendi, & quomodo.

ueniant, ſed ad omnes collectiuè cōſideratas, ideòq; talis communitas, ſiuè congregatio poteſt eſſe capax alicuius muneris, ſiuè Eccleſiaſtici beneficij, eaque aliquandò poteſt alijs conferre, ac vices ſuas delegare, quare mediante culpa, ſeù contumacia maioris partis ipſius, poterit licitè, & validè ſuſpendi ab iſta facultate, in pœnam tranſgreſſionum: patet hoc ex Sacris Canonibus pluribus in locis: vt in c. vnico: Ne Sede vacante, & c. Romana Sedes, & c. Si ſententia de ſent. excom. in 6. & alibi, vbi capitula ab hac facultate, & iuriſdictione ſuſpenduntur in pœnam contumaciæ maioris partis capituli.

C. vnico: Ne ſede vacante. C. Romana Sedes. C. ſi ſentētia de ſent. excom.

23 Secundò modo conſideratur diſtributiuè, ratione omnium perſonarum, quādò omnes, & ſingulæ perſonæ talis congregationis deliquerunt, quare tunc omnes huiuſmodi perſonæ poſſunt licitè ſuſpendi, ita vt talis cenſura contra omnes perſonas diſtributiuè ſumptas cadat; patet hoc ex c. Quia ſæpè: de Elect. in 6. vbi lata eſt cenſura ſuſpenſionis contra omnes, ſingulaſque perſonas illius communitatis: quare abſolutè dicit Pontifex: *Decernimus, vt ij, qui de cætero præmiſſo præſumpſerint eò ipſo ſint, & tamdiu maneant ab officio beneficijſque quibuſcumque ſuſpenſi, donec reſtituerint, quidquid de bonis Eccleſiæ perceperunt*, eo quod ſingulæ perſonæ per ſe participes erant illius culpæ.

Secūdus modus. Diſtributiuè, & quomodo. C. Quia ſæpè de elect. in 6. Verba Canonis.

24 Tertiò modo conſideratur communitas non ſolùm quatenus vnum corpus politicum repræſentat, ſed etiam, vt ſunt omnes perſonæ eiuſdem communitatis per ſe diſtinctè, & diſtributiuè conſideratæ; quando ergo tota congregatio ſimul deliquit nō ſolùm collectiuè, verùm etiam diſtributiuè, quo ad ſingulas perſonas: tunc in caſu poterit licitè tota ſimul per ſe ſuſpendi; quare in caſu non ſolùm tota communitas ſimul eſt ſuſpenſa, verùm etiam ſingulæ perſonæ per ſe diſtributiuè ſumptæ à perſonalibus officijs, aut beneficijs ſuſpenduntur: & ratio huius eſt, quia cùm tota congregatio, ſiuè Capitulum ità deliquit, vt ſit, eſt ſuſpenſione dignum: vndè tale delictum, ita eſt totius corporis, vt tamen ad ſingulas perſonas ſe extendat, & hoc intelligendum etiam eſt, quando delictum eſt adeo graue, vt per ſolam ſuſpenſionem ab officijs, ſeù beneficijs communibus non ſatis puniatur: tunc cenſura infligi poteſt, vt non ſolùm totum capitulum, vt ſic, ſed etiam ſingulas perſonas ab officijs perſonalibus, & beneficijs ſingulorum ſuſpendat: prout conſtat ex d. c. Quia ſæpè. de elect. in 6. Ità Suarez loc. cit. n. 4. ſect. 3. & Filliuc. d. tr. 17. c. 4. n. 61.

Tertius modus collectiuè, & diſtributiuè ſumpta. Aſſertio. Aſſignatur ratio aſſertionis. Suarez. Filliucius.

25 Verùm eſt tamen, quòd quando cenſura ſuſpenſionis ſimpliciter feratur in Capitulum, Congregationem, ſeù communitatem intelligenda eſt primo modo, prout vid. eſt vnum corpus politicum, habēs proprias aliquas actiones collectiuè conſideratum, prout ſupra declaratum eſt, niſi aliter ex verbis edicti, in quo fertur cenſura, vel ex circumſtantijs aliud colligatur de mente iudicis ferentis.

Limitatio aſſertionum.

26 Quinta Difficultas eſt: An, qui ſemel ſuſpenſus eſt per Cenſuras poſſit iterum, atque iterum mediante alio crimine ſuſpendi, eadem, vel diuerſa cenſura?

Quinta difficultas.

Reſpondetur Affirmatiuè. Nulla enim implicat repugnantia, quin id fieri licitè poſſit, & hoc nō modo quando cenſuræ ſuſpenſionum ſunt diuerſarum rationum, ſeù effectuum, ſed etiam ſi ab iiſdem rebus propter diuerſas cauſas, vel titulos iterum alio vinculo ſuſpenſionis ligetur, etiam ſi talis ſuſpenſio ſit ab eodem officio, vel beneficio: Quare in caſu poſſet vna cenſura relaxari, remanente altera, vt autem ab omnibus ſit abſolutus, requiritur, vt ab omnibus abſoluatur, dicendo in forma: Abſoluo te à vinculis ſuſpenſionum, &c. vel ſaltem talis ſit intentio abſoluentis, vt poſtea dicetur cùm de abſolutione illius cenſuræ dicetur.

An ligatus cēſura poſſit alia cenſura ligari? Reſolutio eſt affirmatiua.

Quæritur tertiò: Quænam ſit materia proxima, ſeù diſpoſitiua propter quam cenſura ſuſpenſionis in Clericos infligi poteſt? 27

Quæſtio tertia. De cauſa proxima diſpoſitiua.

Reſpondetur, quòd ſi loquimur de ſuſpenſione, latè ſumpto vocabulo, pro quacumq; pœna in communi, & prohibitione vtendi aliqua facultate Eccleſiaſtica ad tempus: Et tunc dicimus: Poſſe aliquandò imponi ſine culpa ſuſpenſi, ſed non ſine cauſa: Patet hoc primum dictum ex c. vel non eſt compoſ. de Temp. Ordin. vbi Summus Pontifex ſuſpendit quemdam Clericum, qui ordinatus fuit Diaconus à quodam Epiſcopo circa decimum tertium annum ſuæ ætatis, ne miniſtrare poſſet in officio Diaconatus, niſi prius compleuerit legitimam ætatem iuxta determinationem Tridentini Concilij: & hoc in iniuriam Epiſcopi, qui illum ordinauit: quare in caſu talis ſuſpenſio non eſt cenſura propriè dicta, ſed quædam prohibitio, ſuſpendens dictum Clericum malè ordinatum ad tempus: Ità Panorm. in d. Can. n. 4. & Dominicus in c. Apoſtolica D. 56. Couar. in Clement. ſi furioſus. p. 1. §. 1. Salzedo in pract. c. 26. lit. B. Suarez d. D. 28. ſect. 4. num. 5. Filliuc. d. tr. 17. c. 4. num. 62.

Suſpēſio aliquando imponi poteſt ſine culpa, ſed nō ſine cauſa. C. vel non eſt compos. Talis non eſt cenſura, ſed pœna. Panormitan. Dominicus. Couarruuias. Salzedo. Suarez. Filliucius.

Probatur ſecunda pars noſtræ aſſertionis, quòd non poteſt imponi talis ſuſpenſio etiam latè ſumpta ſine cauſa, quæ ſaltem requiritur, vt talis ſuſpenſio fiat licitè: quia talis adoleſcens licet non peccaſſet (vt ſupponitur) ſuſpenſio tamen facta fuit cùm cauſa, quæ erat indecentia, ne talis ità ordinatus ante legitimam ætatem miniſtraret: eò quia inhabilis erat ad tale munus exercendum propter defectum ætatis, ideòque talis ſuſpenſio facta fuit cùm legitima cauſa in iniuriam illius Epiſcopi, prout in dicto Canone declaratur. 28

Probatur ſecunda Pars.

Ex quo ſequitur, pro aliorum culpa aliquando imponi poſſe pœnam ſuſpenſionis latè ſumptæ, quādo etiam ex parte illius, qui ſuſpenditur interuenit aliqua rationabilis cauſa, ratione cuius talis ſuſpenſio imponitur, qualis fuit illa illius Clerici malè promoti ſine ſua culpa, in confuſionem, & verecūdiam illius Epiſcopi in prædicto caſu citato, cauſa autem indecentiæ, quæ inueniri poterat, ſi talis puer in minori ætate in Sacro altari ordinem Sacrum miniſtraſſet. 29

Corollarium.

Si verò ſumatur ſuſpenſio propriè dicta, prout eſt Eccleſiaſtica cenſura, tunc abſolutè dicimus: Nunquam eſſe imponendam ſine culpa ipſius Clerici, qui ſuſpendi debeat; ſine enim culpa nemo eſt puniendus maximè pœna graui, qualis eſt cenſura ſuſpenſionis propriè dictæ: Nam prout dicitur in Sacris Canonibus c. 2. de conſtitutionibus; *Rem, quæ culpa caret in damnum vocare non conuenit*, & in c. 2. de ijs, quæ fiunt à maiori parte cap. *Peccata ſuos auctores tenere debent, nec pœna vlterius eſt protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum*; Ità enim requirit rectus iuſtitiæ ordo. 30

Suſpēſio propriè dicta ſine culpa non eſt infligēda. C. 2. de Conſtitut. C. 2. de ijs, quæ fiunt à maior. p. cap.

Sed Difficultas eſt: An talis culpa debeat omninò eſſe mortalis, vel aliquando ſufficiat culpa venialis? 31

Difficultas.

Reſpondetur breuiter, quòd quotieſcumque cenſura imponenda eſt grauis, qualis eſt ſuſpenſio propriè dicta, ſemper requirit in ſuſpendendo culpam grauem, alioquin ſuſpenſio inflicta eſſet iniuſta, & ità non haberet effectum ſaltem in conſcientiæ foro, quia pœna debet eſſe proportionata delicto: Quando verò ſuſpenſio eſſet leuis tunc non eſſet inconue-

An pro culpa veniali poſſit imponi cēſura ſuſpenſionis?

conueniens, vt aliquando imponatur etiam pro culpa veniali: In Iure autem ſemper imponitur cenſura ſuſpenſionis contra proteruos, & contumaces mortaliter delinquentes, vel ad reprimendum eorum contumaciam, vel ad aliorum cautelam, ne in ſimilem culpam decidant; prout clariùs, & diffuſiùs à nobis probatum eſt ſupra in cap. 1. huius præſentis tractatus à num. 23. vſque ad finem.

32 De cauſa modali, ſeu formali. Quartum quæſitum.

Tertio dicendum eſt de modo, & forma inferendi cenſuras ſuſpenſionis, quantum ſpectat ad formalem, & modalem cauſam: ideòque quarto loco quæritur: Quænam forma ſeruanda ſit in ferenda cenſura ſuſpenſionis, ad hoc, vt licitè feratur.

Quæ forma ſit ſeruanda in ferenda ſuſpenſione.

Reſpondetur diſtinguendo: vel enim talis cenſura eſt à Iure, vel ab homine: ſi primum, vel eſt latæ ſententiæ: vel ſententiæ ferendæ, ſeù, vt dicitur comminatoria: tunc.

33 Reſolutio. Quando ſuſpenſio eſt à Iure, quæ forma ſit ſeruanda, quando eſt latæ ſententiæ.

Reſpondendo dicimus: In ſuſpenſionibus, quæ feruntur in Iure, ſiuè communi, ſiuè particulari requiruntur verba legis ſufficienter ſignificantia ſuſpenſionem talem, ipſo facto incurrendam eſſe impoſitam contra tranſgreſſores ipſius legis: oportet inſuper, vt in tali iure explicetur ſpecies cenſuræ, quæ ipſo facto incurritur: quare neceſsè eſt, vt verba legis explicitè, & determinatè declarent ſpeciem Suſpenſionis, & modum, & formam, qua eſt impoſita; lex enim non poteſt operari, niſi ſpecificè, & determinatè ſententiam inflictam declaret, nec poteſt habere effectum pluſquam verba explicant, pro vt pleniùs dictum eſt de Sacramentis in genere, & de excommunicatione in proprijs locis, quòd idem modo ſuo, etiam de ſuſpenſione dicendũ eſt.

34 Quando ſuſpenſio eſt ſententiæ ferendæ.

Quando autem cenſura Suſpenſionis eſt comminatoria: ideſt ſententiæ ferendæ: tunc non incurritur, niſi talem legem tranſgrediens ſit conuinctus, & per Iudicis ſententiam declaratus, talem cenſuram ſuſpenſionis latam in Iure incurriſſe: vt quando in iure dicitur: *Qui hoc, vel illud fecerit ſuſpendatur ab officio: vel pœnam ſuſpenſionis incurrat, vel ſubiaceat pœna cenſuræ ſuſpenſionis, &c.* quibus, alijſque modis ſimilibus non imponitur ſuſpenſio latæ ſententiæ, ſed ferendæ: prout pleniùs explicatum eſt ſupra in tract. 4. cap. 1. num. 26. agendo de cenſuris in genere, & tract. 5. cap. 4. de excommunic. num. 3.

35 Suſpenſio ab homine, qualē modum requirat.

Suſpenſio verò, quæ dicitur ab homine eſt illa, quæ infertur ab Eccleſiaſtico Iudice per ſententiam, quæ fertur ob contumaciam, vel in pœnam delicti commiſſi à delinquente: Quando infertur primo modo requiritur præuia monitio triplex, vel vna pro tribus facta ipſi reo, qui eſt cenſurandus antequam feratur ſententia: quia niſi præceſſerit talis monitio Clericus non poteſt dici contumax, & per conſequens, neque cenſura ſuſpenſionis à Iudice eſt infligenda pro contumacia, eò quòd delinquens dici non poteſt contumax ante monitiones.

36 Quando imponitur pro peccato cõmiſſo non eſt neceſſaria monitio.

Quando autem cenſura imponitur in vindictam commiſſi criminis: tunc non eſt neceſsè, vt procedant monitiones, quia tunc fit in vindictam delicti commiſſi, vt ipſe delinquens in ſimilibus criminibus iterum non delinquat, & alij Clerici tali timore concuſſi talia crimina perpetrare non audeant: tum, quia quando iſta pœna vindicatiua prò delictis commiſſis imponitur, ſufficit delictum fuiſſe commiſſum quantumuis homo reſipiſcat, & ipſum pænitcat prioris delicti, ideòque ad talem pœnam ferendam monitio illa, quæ ad reſipiſcentiam ordinatur non eſt neceſſaria: prout dicunt Nauarrus cap. 27. num. 159. & Panormitanus in cap. Reprehenſibilis de Appellat. & Innocent. in cap. Finali de exceſſ. Prælat. Suarez D. 28. ſect. 5. num. 1. Auila de Cenſ. p. 3. D. 2. concl. 5. Henriquez in ſum. lib. 13. cap. 34. Syluester. Verbo Suſpenſio quæſt. 4. Armilla num. 16. & 17. Filliucius d. tract. 7. cap. 4. num. 64. & nos diximus pleniùs locis ſupra citatis. Nauarrus. Panormit. Innocentius. Suarez. Auila. Henriquez. Syluester. Armilla. Filliucius.

37 Quæ requiruntur in ſuſpenſionibus latis ab homine.

Inſuper in ſententijs ſuſpenſionum latis ab homine, ſiuè à Iudice, ſicut, & aliarum cenſurarum requiruntur verba quædam determinata, ſiuè voce prolata, ſiuè in ſcriptis poſita, & publicata ſignificantia ſpeciem ſuſpenſionis, & effectum eius: quæ, vt iuridicè, & modò debito feratur facienda eſt in ſcriptis exprimendo ibi cauſam ſuſpenſionis, qualitatem, & modum: pro vt dicitur in cap. 1. de ſent. excom. in 6. licèt hoc non ſit de eſſentia, ſed de præcepto, prout aduertit Filliuc. tom. 1. tract. 17. cap. 4. num. 65. c. 1. de ſent. excom. Filliucius.

38 Tranſumpt. ſententiæ dãdum eſt reo infra menſẽ.

Inſuper præcipitur in d. Can. ſupracitato, quòd tranſumptum ſententiæ cenſuræ ſuſpenſionis latæ debeat dari ipſi ſuſpenſo infra menſem, ſi petatur: ſi verò hoc non ſeruetur peccabit equidem Iudex, cum faciat contra Eccleſiæ præceptum, & incurret Suſpenſionis pœnam ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem, & tranſacto menſe à die petitionis, ſi ſuſpenſionis edictum negetur, tunc taliter ſuſpenſus intelligitur reſtitutus: prout in d. cap. ſupracitato dicitur: Ità Angelus verbo Suſpenſio 1. numer. 16. Syluest. num. 6. caſu 15. Nauar. cap. 27. num. 159. Henrinquez lib. 13. cap. 39. num. 4. Auila lib. 3. de Suſp. cap. 3. concl. 4. Angelus. Syluester. Nauarrus. Henriquez. Auila.

39 Formæ ſententiæ ſuſpẽſionum, quæ.

Verba autem formalia, quibus ſententia cenſuræ ſuſpenſionis eſt ferenda, non ſunt determinata in Iure, ideòque varijs, multiſque modis, & formis actus ille ſuſpenſionis explicari poteſt, dicendo vid. his aut ſimilibus verbis: *Suſpendo, ſiuè ſuſpendimus te, vel talem, &c. ab officio, vel ab Ordine, ſiue à tali, & tali officio, vel Ordine, vel à Pontificalibus, vel à collatione Ordinis, ſeu prima Tonſura: vel à Iuriſdictione, vel a celebratione Miſſæ, vel à Confeſſione, vel ab officijs Diuinis, vel ab aliquo particulari officio, vel à beneficijs, vel a tali, & tali beneficio: vel ab adminiſtratione Eccleſiæ in ſpiritualibus, ſiuè in temporalibus ad tempus, ſiuè in perpetuum, vel a receptione Sacramentorum, vel eorum adminiſtratione, vel ab ingreſſu Eccleſiæ, &c.* Qui quidem ſuſpenſionis modi, & quem effectum habeat vnuſquiſque plenè explicati ſunt a Sayro lib. 4. de Cenſ. à c. 3. vſque ad 7. incluſiuè. Sayrus.

40 De cauſa Finali. Finis intẽtus Eccleſiæ quis ſit in ſuſpenſionibus.

De finali tandem cauſa iſtius cenſuræ ſuſpenſionis nihil aliud hic ſpecialiter reſtat dicendum præter ea, quæ dicta ſunt ſupra in tr. 4. cap. 3. agendo de cauſa finali cenſurarum in communi: Nam finis intentus ab Eccleſia ad ſuſpenſionis Cenſuras ferendas idem eſt, qui eſt aliarum Cenſurarum: ideſt emendatio delicti: nam pia Sancta Mater Eccleſia nihil aliud in Cenſuris ferendis intelligit, quàm animarum fidelium ſalutem, ne proterui contumaces in æternum recant, ideòque talibus temporalibus pœnis punit, vt reſipiſcant, & emendentur, & in poſterum ipſi, & alij fideles fiant cautiores, & caueant, ne in ſimilia flagitia cadant: Ità Tolet. lib. 1. c. 44. n. vltimo, alijque communiter, qui à nobis in tr. de Sacramentis in genere citati ſunt: Et hæc de cauſis Cenſuræ ſuſpenſionis ſpecialiter dicta ſufficiant. Toletus.

DE EFFECTIBVS CENSVRÆ SVSPENSIONIS

CAP. IV.

1 Introductio.

CVm in præcedenti capitulo dictum ſit de cauſis Suſpenſionum, oportet, vt in præſenti de effectibus ipſarum, quæ neceſſaria ſunt dicamus, nam effectus ſequuntur ipſarum cauſas: quare vt doctrinæ ordinem ſectemur videndum eſt, quinam ſint effectus, qui cauſantur in ſuſpenſo ex violatione cenſuræ ſuſpenſionis ideóque.

Quæſitum Primum. An violans ſuſpenſionis cenſurã peccet.

Quæritur primo: An ſuſpenſus à Iure, vel ab homine per cenſuram Eccleſiaſticam, exercendo actũ aliquem illius rei, à quo fuit legitime ſuſpenſus peccet, & quomodo?

2 Reſolutio eſt affirmatiua. Ratio aſſertionis.

Reſpondetur ex communi omnium ſententia, vnanimiter dicentium, *Quemcumque Clericum Suſpenſum cenſura propriè dicta faciendo aliquem actum contra prohibitionem cenſuræ grauiter peccare, quod ex ſuo genere mortale peccatum exiſtimatur*: & ratio huius eſt, quia quicumque facit contra prohibitionem Eccleſiaſtici præcepti in re graui mortaliter peccat: ſed, qui facit contra cenſuram Suſpenſionis facit contra Eccleſiaſticum præceptum in re graui, ideóque à peccato mortali excuſari non poteſt: nam ſuſpenſio cenſuræ eſt materia grauis, obligans ad mortalem culpam, prout dicunt Sayrus de cenſ. lib.4. cap. 11. num.8. Auila 3.p. de ſuſpenſ. D.2.d.2. Suarez tom.5.D.27. ſect.2. num.1. Nauarrus cap.27.num.163. Tolet. lib.1. c.45. Valent. 4.p. D.7. quæſt.18.p.1. concl.3. Filliuc. tom.1. tr.17.cap.10. nu.176. Coninch. de Sacr. D.15. d.2. num.17. Bonac.tom.1. D.3. de Suſp.p.4. num.1. & Diana p.5. tr.10. de Suſpenſ.reſol.9.cum alijs.

Sayr. Auila. Suarez. Nauarrus. Toletus. Valentia. Filliucius. Coninch. Bonacina. Diana.

3 Limitatio aſſertionis in quibus caſibus excuſatur à culpa mortali.

Dixi in aſſertione (*ex ſuo genere*,) vt indicarem aliquando poſſe dari excuſationem à culpa mortali, quando videlicet neceſſitas, vel inaduertentia, ſiue paruitas materiæ à culpa mortali liberaret: e.g. ſi ſuſpenſus à celebratione eſſet occultus, & non poſſet ſine ſcandalo à celebratione deſiſtere tunc excuſaretur à culpa mortali celebrando aliquando ad euitandam infamiam, & notam ſiuè in metu graui eſſet aliquando adſtrictus ad celebrandum, non potens aliud agere celebraret contra ſuam voluntatem, ſiuè aliquem actum contra cenſuram faceret: tunc excuſaretur à culpa mortali ratione neceſſitatis: vel ſi inaduertentia eſſet in cauſa, quia non poteſt eſſe peccatum, vbi non eſt voluntas delinquentis: vel ratione paruitatis materiæ, quæ ſemper excuſat à culpa, ſaltem mortali, quare ſi ſuſpenſus ab ordine miniſtraret aliquando ſimpliciter in minoribus tanquam laicus non ordinatus, vel ſi ſuſpenſus à Diuinis officijs aliquando illis per modicum tempus aſſiſteret, & huiuſmodi, tunc ratione leuitatis materiæ à culpa mortali eſſet excuſatus: prout nos pleniùs ſupra probauimus in tr. 6. cap.9. num.8. loquentes de cauſis excuſantibus ab excommunicatione.

Neceſſitas ad euitandum ſcandalum. Metus grauis cadens in cõſtantem virũ. Inaduertẽtia. Paruitas materiæ.

4 Quæſitum quartum. Infideles peccent communicando cum ſuſpenſo denuntiato? Reſolutio negatiua.

Quæritur ſecundo: An alij fideles communicando cum ſuſpenſo in illis actionibus, in quibus facta fuit cenſura ſuſpenſionis peccent mortaliter?

Reſpondetur Negatiuè: non enim (per ſe loquendo) eſt inhibita communicatio cum ſuſpenſis etiam publicis, & denuntiatis, quia nullibi in iure inuenitur tale præceptum: tantummodò enim Eccleſia prohibet, ne fideles communicet cum excommunicatis vitandis, non autem cum ſuſpenſis, cum diuerſa ſit vtriuſque ratio: cenſura enim excommunicationis eſt pœna grauiſſima, priuans excommunicatos non ſolùm à participatione actiua, & paſſiua Sacramentorum, ac ſuffragiorum, verum etiam communione fidelium in Diuinis, & humanis, cuiuſmodi non eſt Suſpenſio, quæ tantummodo ſuſpendit Clericos cenſuratos, vel ab officio, vel beneficio, ſiue ab vtroque ſimul, non autem à fidelium communione, ideòque participare cum illis nõ eſt actio peccaminoſa: Ita Auila de cenſ. p.3. D.2. d.4. Henriq. lib. 13. c.33. n.3. cum alijs ſup.cit.

Differentia inter excommunicationẽ & ſuſpenſionem. Auila. Henriquez.

5 Limitatur aſſertio. In quibus caſib. eſſet Peccatum. Primus caſus. Quãdo illi adminiſtrat, in actione prohibita.

Dixi (*per ſe loquendo*) quia quandoque contingere poterit, vt quis participans cum Clerico publicè ſuſpenſo à culpa mortali non eſſet immunis, quod dupliciter contingere poterit: Primò, quando quis ſcienter communicaret cum Clerico publico ſuſpenſo in illis actionibus, in quibus talis ſuſpenſus eſt totaliter ab Ordine, & iuriſdictione adminiſtrandi, quia tunc talis Clericus nullo modo poteſt licitè in tali Ordine, & officio adminiſtrare, & adminiſtrando in tali Ordine, actio omninò eſſet ſacrilega, & inualida, tunc enim participans cũ illo in tali actione particeps fieret peccati illius: nã cooperari peccato alterius eſt actio intrinſece mala e.g. miniſtrando illi, & inſeruiẽdo in tali actione illicita.

6 Secundus caſus Quando eſſet proxima cauſa impulſiuà ad peccatum.

Secundo modo quando eſſet quis cauſa proxima, & impulſiua, inducens talem Clericum ad faciendam actionem illam, quam ſine crimine efficere non poterit, vt ſi quis ſinè neceſſitate induceret Clericum ſuſpenſum publicè denuntiatum ad miniſtrandum in illo officio, à quo eſt per cenſuram ſuſpenſus, tunc enim non ſolum ipſe ſuſpenſus, verum etiam illum inducens peccaret mortaliter, qui enim cauſam dat alicui peccandi ipſe etiam fit illius peccati particeps: in his ergò duobus caſibus cooperans, & participans cum publico ſuſpenſo denuntiato dicitur participare in crimine criminoſo, in alijs autem caſibus nullum adeſt præceptum in iure ad euitandos ſuſpenſos: Ità Suarez tom. 5. D.27. ſect.2. num. 7. in fine: Sayrus lib.4. cap.11. n.6. Auila de Cenſ.p.3.D.3.d.4. concl.2. Bonacina tom. 1. de Suſpen.D.3.p.4.n.4.

Participare in crimine criminoſo. Suarez. Sayrus. Auila. Bonacina.

7 Corollariũ.

Ex quo ſequitur, ſecundum ſententiam iſtorum Doctorum poſſe quemcumq; fidelem ſinè vllo ſcrupulo Miſſam audire alicuius Sacerdotis, etiam publicè ſuſpenſi, ac denuntiati, modo illi non inſeruiat, nec inducat ad celebrandum (ſecluſo tamen ſcandalo aliorum) ſimiliter etiam, nec teneri ab Eccleſia exire fideles, quando aliquis ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, in ea contra Ordinem cenſuræ ingrederetur non enim adeſt tale præceptum in iure ad euitandos ſuſpenſos, etiam publicos, niſi in duobus illis caſibus ſupradictis.

8 Quæſitum tertium De pœnis pro violatione ſuſpenſionis. Pœna irregularitatis.

Quæritur tertio: Quam pænam incurrit ſuſpenſus, exercendo actus per Eccleſiaſticam cenſuram ſibi prohibitos?

Reſpondetur: Clericum ſuſpenſum ab Ordine miniſtrando in illo, vel in aliquo actu, pertinente ad talem Ordinem non ſolùm mortaliter peccare, verùm etiam ipſo facto irregularitatem contrahere, eo quòd ſecundum iura Clericus miniſtrans in Ordine, à quo eſt ſuſpenſus efficitur irregularis: prout expreſſe dicitur in cap. Si quis: de Cleric. excom. miniſt: Ità Suarez d.D.27. ſect.2.n.3. & Nauar.c.27. n.103. Tolet.lib.1.c.45. Filliuc.tom.1. tr.17. c.10.n. 181. Reginald.tom.2.lib.32.tr.2.num.36. Coninch. D. 15. d.2.num.17. Bonac. tom.1.D.3.de Suſp. p.4. num.5. Sayr.de cenſ.lib.4. c.11.num.11. Diana p.5. tr.10.de Suſp.reſol.9.

c. Si quis. Suarez. Nauarrus. Toletus. Filliucius. Reginald. Coninch. Bonacina. Sayrus. Diana.

9 In quibus caſibus excuſetur ad irregularitate.

Hoc autem intelligendum eſt, quando taliter adminiſtrat in illo actu tanquam miniſter ordinatus, quia ſi talem actionẽ faceret tanquam miniſter nõ ordinatus non efficeretur irregularis, quare Sacer-

dos

Digitized by Google

dos baptizans ſinè ſolemnitate in caſu neceſſitatis non efficitur irregularis, nec peccat licet ab officio Ordinis ſit ſuſpenſus, quia hoc facit tanquam laicus non ordinatus: Similiter etiam dicendum eſt de Subdiacono ſuſpenſo ab offico Subdiaconatus, canendo ſolemniter in Miſſa Epiſtolam ſinè Manipulo, non efficitur irregularis, quòd idem etiam dicendum eſt de Sacerdote miniſtrante Sacramentum abſolutionis in periculo mortis exiſtentibus, quia tunc caſus extremæ neceſſitatis excuſat à tranſgreſſione cenſuræ: Ità Bonacina cum omnibus Doctoribus ſupracitatis, alijſque communiter.

Bonacina.

10 Aduertentia. Benedicens tanquam Sacerdos facit contra cenſuram.

Aduertendum autem, quòd quando Sacerdos aliquis ſuſpenſus ab Ordine Sacerdotali facit aquã ſanctam, aut benedicit nuptias, aut mulierem poſt partum, iuxta ſolemnitates ab Eccleſia inſtitutas, faciatque alia munera ſolemniter indutus ſtola ſancta, è collo pendente, faciendo hæc, aut ſimilia tanquam miniſter Eccleſiæ conſecratus, non ſolùm mortaliter peccaret, ſed etiam efficeretur irregularis, eò quòd in his actionibus facit contra cenſuram, miniſtrando in officio, à quo per cenſuram eſt ſuſpenſus.

11 Limitatio aſſertionis.

Secùs autem dicendum eſt, ſi huiuſmodi actiones faceret ſimpliciter ſine ſolemnitate, non ſigno Sacerdotali indutus, quare benedicendo Menſam, aliaſque benedictiones ordinarias impertiẽdo, quæ etiam à laicis quandoque fieri ſolent, tanquam preces, & orationes ordinariæ, non peccaret mortaliter, neque efficeretur irregularis, quia hæc non faceret ex officio, ſed tanquam laicus non ordinatus, ideòque non faceret contra ordinem cenſuræ: Ità Hoſtienſ. in cap. Tanto de Exceſſib. Prælat. Io: Andr. in cap. 1. de ſentent. excom. in 6. Verſic. 1. Alterius tom. 2. D. 6. cap. 3. col. 2. & Bonacin. d. D. 3. p. 4. num. 6. cum alijs.

Hoſtienſis. Io. Andreas. Alterius. Bonacina.

12 Difficultas. De Clerico miniſtrãte in minoribus. Prima ſententia exiſtimat quòd Suſpenſus miniſtrãs etiam in minoribus fit irregularis.

Sed difficultas eſt: an Clericus ſuſpẽſus ab Ordine miniſtrando in minoribus incidat in irregularitatẽ?

Reſpondetur: Duas eſſe opiniones, quarum vna abſolutè affirmat, dicens: Clericum ſuſpenſum ab ordinibus, miniſtrando in illis, etiam in minoribus effici ipſo facto irregularem, quorum ratio eſt, quia etiam actus Ordinum minorum, ſunt actus veri Ordinum, & ſolummodò in Eccleſia ſolemniter a Clericis Ordinatis miniſtrari ſolent: Ideòque miniſtrando in illis contra ordinem cenſuræ peccare mortaliter, & irregularitatem incurrere. Ità videntur dicere: Suarez d. D. 27. ſect. 2. num. 3. quamuis non clarè ſe explicet; Expreſſiùs tamen affirmat Filliuc. tom. 1. tr. 17. cap. 10. num. 182. & Nauar. c. 27. n. 163. cum alijs aſſeclis. Quamuis concedant iſti Doctores, quòd faciendo huiuſmodi miniſteria ſimpliciter tanquam laici non ordinati nõ peccent.

Suarez. Filliucius. Nauarrus.

Limitant aſſertionis.

13 Secunda ſententia negatiua.

Secunda ſententia limitat hanc aſſertionem, dicens, quòd Clericus ſuſpenſus ab ordine miniſtrans tantummodò in minoribus non peccat, neque irregularitatem incurrit, quia iſti actus non ſunt graues, & fieri licitè poſſunt, etiam à laicis non ordinatis, etiam in Eccleſia, prout conſtat ex praxi aliquarum Eccleſiarum, & non eſt eadem ratio de Ordinibus Sacris, & de minoribus, quarum actiones non ſunt ità graues, & tantæ èxiſtimationis: Ità Sayrus de Cenſ. lib. 4. c. 11. num. 9. Tabiena Verbo Suſpenſio, D. Anton. cum alijs citatis a Bonacina tom. 1. D. 3. p. 2. num. 5.

Sayrus. Tabien. D. Antonius. Bonacina.

14 Quæſitum quartum. De ſuſpenſo ab ingreſſu Eccleſiæ.

Quæritur quartò: An ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, celebrans in ea ſit irregularis?

Reſpondetur: quòd quamuis propriè loquendo, iſta non ſit vera ſuſpenſio, ſed potiùs interdictum perſonale: quia tamen à multis numeratur inter cenſuras ſuſpenſionum, ideò nos ad quæſtionem propoſitam reſpondendo dicimus: huiuſmodi taliter ſuſpenſum, ſiuè interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, durante tali cenſura ſi intra aliquam Eccleſiam celebrare auderet, ſiuè talis Eccleſia fuiſſet conſecrata, ſiuè ſimpliciter benedicta, adeo, vt ſit Eccleſia publica, & communis, quæ Baſilica, ſiuè oratorium publicum dici poſſet, in quo fideles communiter ſacra facerent: ipſo facto effici irregularẽ eò quòd in caſu eſſet violator cenſuræ per exercitiũ Ordinis Sacerdotalis, quòd efficitur in actu celebrationis Miſſæ.

Celebrans in Eccleſia ſit irregularis.

15 Limitatur aſſertio de oratorijs alijſque locis Sacris.

Secùs autem dicendum eſt, ſi talis Sacerdos ſimpliciter ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ celebraret extra Eccleſiam, vel in priuato oratorio, ſiuè Sacello, etiam ſi tale conſtructum ſit de licentia Ordinarij, dummodo tamen non ſit Eccleſia publica: quia in caſu non efficeret contra cenſuram, quæ tantummodò prohibebat ingreſſionẽ Eccleſię propriè dictæ, in cuius nomine non veniunt oratoria, aliaque loca ſacra priuata, ideòque in caſu irregularitatem non incurreret: Ità Geminian. in cap. 73. de ſent. excomm. in 6. Maiolus lib. 3. de Irregularit. c. 19. n. 4. Filliuc. tr. 17. c. 10. num. 189. Angel. Verbo Suſpenſio 3. n. 4. & 5. Nauar. cap. 27. n. 170. Henriq. lib. 13. c. 32. §. 2. Bonac. tom. 1. D. 3. de Suſp. p. 2. n. 6. Alterius tom. 2. de Cenſ. D. 6. cap. 3. col. 8. & 9.

Geminianus. Maiolus. Filliuc. Angelus. Nauar. Henriquez. Bonacina. Alterius.

16 Quæſitum quintum. De Epiſcopo ſuſpenſo ab Ordine Epiſcopali.

Quæritur quintò: An Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, celebrando Miſſam Pontificalem fiat irregularis?

Reſpondetur, Affirmatiuè, & ratio huius eſt, quia in caſu faceret contra cenſuram Eccleſiæ in materia graui, cum enim Epiſcopus ſit à Pontificalibus ſuſpenſus, ſiuè in perpetuum, ſiuè ad tempus, durante tali ſuſpenſione, exercendo actus illos, qui tantummodo ab Epiſcopis cõſecratis fieri poſſunt, vt conficere Oleum Sanctum Chriſmatis, ſiuè Catechuminorum, Eccleſiaſque, ſiuè altaria conſecrare, aut Calices, cæteraſque actiones Pontificales contra ordinem cenſuræ efficitur irregularis, prout dicunt Sayrus de Cenſ. lib. 4. c. 16. nu. 24. Bonacina tom. 1. D. 3. p. 2. n. 6. Nauar. c. 27. n. 163. & Filliucius d. tom. 1. tract. 17. c. 10. n. 186.

In quibus actionib. efficitur irregularis.

Sayrus. Bonacina. Nauarrus. Filliucius.

17 In quibus actionib. nõ peccat, neq. fit irregularis

Secùs autem dicendum eſſet ſi talis Epiſcopus exerceret actus non proprios pertinentes ad Ordinem Epiſcopalem, ſed ad alios ſimplices Sacerdotes alioſque Eccleſiæ miniſtros, ideòque celebrando Miſſam ſimpliciter, vel canendo Euangelium tanquam Diaconus, non fieret irregularis, neque peccaret, eo quia in caſu non faceret contra cenſuram, cum tantummodò à Pontificalibus ſit ſuſpẽſus non autem ab alijs actionibus inferiorum Ordinum, à quibus non fuit ſuſpenſus (vt ſupponitur).

18 Non eſt ſuſpenſus à Iuriſdictione.

Quòd idem à fortiori dicendum erit ſi faceret alios actus non pertinentes ad Ordinem Epiſcopalem, ſed ſolùm ad iuriſdictionem: Quare excõmunicando, abſoluendo, conferendo beneficia, ſiuè iuriſdictionem aliquam conſtituendo Vicarium, aut Confeſſarios, & huiuſmodi non facit contra cenſuram, quæ tantum prohibet ne exerceat Pontificalia: non autem iuriſdictionem: ideòque non peccat, neque efficitur irregularis: Ità Vgolin. de cenſ. tab. 1. c. 14. §. 1. n. 2. Sayr. loc. cit. nu. 29. Filliuc. d. tr. 17. c. 10. n. 187. cum alijs ſupracitatis.

Vgolinus. Sayrus. Filliucius.

19 Veſtes Pontificiæ pertinẽt potiùs ad dignitatẽ, quã ad Ordinem.

Inſuper dicimus, quòd etiam ſi faceret huiuſmodi actiones, non pertinentes per ſe ad Epiſcopũ conſecratum, & vteretur veſtibus Pontificijs, tunc quamuis peccaret faciendo contra prohibitionem cenſuræ, non tamen efficeretur irregularis, eò quòd veſtes Pontificiæ non pertinent per ſe, & in-

trinſecè ad Ordinem Epiſcopalem ſubſtantialiter, ſed tantùm accidentaliter; potiùs enim pertinent ad dignitatem, quàm ad Ordinem patet hoc, quia eodem modo ſunt validi illi actus effecti cum veſtibus Pontificijs, quàm ſine illis, Irregularitas autem ſolummodò incurritur per exercitium actuum Ordinis, à quibus per cenſuram ſuſpenſus eſt, non autem ab alijs pertinentibus ſolùm ad dignitatem, vel honorem: Ità Filliucius cum alijs ſupra citatis, & egò &c.

Filliucius.

20 Quæritur ſextò: An Clericus malè promotus, qui fraudulenter recepit aliquem Sacrum Ordinem, ſiuè per ſaltum, ſiuè ante legitimam ætatem, ſiuè cum litteris dimiſſorijs falſis, & huiuſmodi, qui ſecundum Iura incidit ipſo facto in cenſuram ſuſpenſionis ab ordine malè ſuſcepto; ſi in eadem ordinatione iuxta Eccleſiæ conſuetudinem concelebret Epiſcopo, ſiuè ſolemniter canat Euangelium tanquam Diaconus, vel Subdiaconus ordinatus, incidat in irregularitatem, in quam incurrunt illi, qui in Suſpenſione in Ordine ſuſcepto adminiſtrant ex officio?

Quæſitum ſextum. An Ordinatus fraudulēter concelebrando Epiſcopo fiat irregularis.

21 Reſpondetur: In hac quæſtione maximam eſſe controuerſiam inter Doctores: Quare tres inuenio opiniones, quarum prima abſolutè exiſtimat huiuſmodi Clericum fraudulenter ordinatum contra Sacros Canones, quia recepto Ordine Sacerdotali deindè concelebrat Epiſcopo, & facit verum Sacramentum quantum eſt ex parte ſua, ideòque efficitur irregularis, eò quòd poſt ſuſpenſionem contractam ab Ordine malè ſuſcepto celebrat, Quòd idem dicunt à fortiori de Diaconis, & Subdiaconis cantantibus ſolemniter Euangelium, vel Epiſtolam licèt in eadem Miſſa, in qua ſit talis Ordinatio: Ità Nauar. cap.27. num.70. Couar. in cap. Alma p.1. §. 3. num.5. Gloſſa in cap. vltimo de eo, qui furtiuè Ordinem ſuſcepit, & ibi Abbas cum alijs num.4.

Prima ſententia.

Nauarrus. Couarruuias. Gloſſa. Abbas.

22 Secunda ſententia diſtinguit inter Præsbyteros, & Diaconos, &c. de prioribus dicit: Non incurrere irregularitatem propter ſolum actum concelebrationis cum Epiſcopo in eadem ordinatione; eò quod Ordo Præsbyteratus non omninò completus eſt, niſi detur vltima poteſtas ad abſoluendum peccata, quæ non datur, niſi completo Sacrificio in fine Miſſæ, quare dicunt iſti Doctores, Sacerdotem huiuſmodi, malè promotum concelebrantem Epiſcopo in eadem ordinatione non incurrere irregularitatem, niſi poſtea per ſe audeat celebrare in ſuſpenſione contracta: De Diacono verò, & Subdiacono hoc non admittunt: quia iſti completè in ſua Ordinatione characterem Ordinis ſuſceperunt contra Canones, ideòque ipſo facto ſunt ſuſpenſi, deindè ſolemniter in Ordine adminiſtrant, à quo ſunt ipſo facto ſuſpenſi, ideòque irregularitatem incurrunt: Ità Auila de Cenſ. p.3. D.5. d.7. §. Dico ſecundo; Hurtadus de Suſpenſion. diffic.13. nu.36. quibus videtur inclinare Coninch. loco infra citando.

Secunda ſententia. Negat de Sacerdote.

De Diacono, & Subdiacono affirmat.

Auila. Hurtadus. Coninch.

23 Tertia ſententia abſolutè dicit, nec Sacerdotem in caſu concelebrantem cum Epiſcopo in actu ordinationis, neque Diaconum, neq; Subdiaconum Epiſtolam, vel Euangelium in eadem Miſſa ſolemniter canentes effici irregulares ex vi talium actionum: & ratio iſtorum eſt, quia miniſteria iſta, quæ taliter Ordinati exercerent in illo actu non cenſentur actu moraliter diſtincti ab ipſa ordinatione: quia tota actio Epiſcopi à principio vſque ad finem exiſtimatur vnus actus moralis, ad quem reliqui actus omnes ordinantur, & in eò, tunc completur tota Ordinationis actio, ergo poſt illam incipit tempus, quod ad incurrendam irregularitatem requiritur, & neceſſaria eſt aliqua actio diſtincta præſumptuosè facta poſt ordinationem, cum ergo ſuſpenſio incurratur ratione ordinationis, non poterit incurri irregularitas propter miniſteria illa, quæ ſunt circumſtantiæ pertinentes ad illam actionem ordinationis: Debet ergo intelligi de actu Ordinis exerciti à ſuſpenſo diſtincto ab ordinatione illa: Ità Suarez d.tom.5. D.31. ſect.1. nu. 7. Henriquez in ſum. lib.13. cap. 10. & cap. 13. & lib.14. cap.3. num.6. Medina in ſum. lib.1. cap. 11. §. 8. Filliuc. tom.1. tract.17. c.10. num.191. quam etiam ſententiam admittunt Coninch. de Sacram. D.16. d.5. num.36. & Diana p.5. tract.10. de ſuſp. reſol. 37.

Tertia ſententia. De omnibus negat.

Ratio aſſertioni huius ſententiæ.

Requiritur exercitiū Ordinis poſt cōpletam Ordinationem.

Suarez. Henriq. Medina. Filliucius. Coninch. Diana.

Quæritur ſeptimò: An ſuſpenſus à iuriſdictione, vel beneficio, violando ſuſpenſionis cenſuram, exercendo actus, à quibus facta eſt ſuſpenſio incurrat irregularitatis pœnam. 24

Quæſitum ſeptimum. De violatione cēſuræ ſuſpēſionis beneficij aut iuriſdictionis. Reſolutio eſt negatiua.

Reſpondetur negatiuè: & ratio huius eſt, quia Irregularitas tantummodò incurritur per exercitium actus Ordinis, non autem aliarum actionum ad ordinem non pertinentium: Quare ſuſpenſus conferens beneficia, aut eligens non incurrit irregularitatem: quamuis enim hæc faciendo contra cenſuram ſuſpenſionis peccet mortaliter, non tamen irregularitatem contrahit: Ità Suarez D.26. ſect.2. nu. 6. Filliuc. d. tr.17. cap.10. quæſt.7. nu 188. Sayr. de Cenſ. lib.4. cap. 16. num.81. & Bonacina de Suſp. D.3. p.4. num.6.

Suarez. Filliucius. Sayrus. Bonacina.

Quod idem pariter dicendum eſt de Clerico ſuſpenſo à beneficio, recipiendo fructus beneficij, à quibus per cenſuram ſunt ſuſpenſis, quamuis peccet, faciendo contra iuſtitiam ſuſcipiendo indebitè beneficij fructus, ad quos non habet facultatem propter incurſam ſuſpenſionem, quæ ſecum trahit executionem, non tamen irregularitatem contrahit, non enim in iure talis irregularitatis pœna eſt impoſita contra violantes ſuſpenſionem à beneficijs: Ità Alterius tom. 2. D.6. c.4. Bonac. ſupra n.6. in fine cum alijs ſupracitatis. 25

Alterius. Bonacina.

Similiter etiam eſt dicendum de Præsbytero, vel Diacono ſuſpenſis ab officio prædicandi, qui contra ſuſpenſionem prædicarent, etiam cum ſtola, & ſuper pellicio induti, non efficerentur irregulares, quia actus prædicandi non eſt per ſe actus Ordinis Diaconatus: non aliquando de licentia Ordinarij, alij etiam non ordinati prædicare ſolent: Ità Syluester. Verbo Suſpenſio quæſt.5. Henriq. lib.13. cap.32. num.5. Sayrus lib.4. num. 20. Tolet. lib.1. num.45. Rodoriq. tom.2. cap 68. num.8. Filliucius ſupra num.184. Reginald. lib.32. tr.2. n.16. Alterius D.6. c.6. Tannerus tom.4. D.6. q 10. d. 7. n.137. Diana ſupra reſol.10. 26

De ſuſpenſo ab officio prædicandi.

Actus prædicandi non eſt actus Ordinis.

Syluester. Henriquez. Sayrus. Toletus. Rodriqu. Filliucius. Reginaldus. Alterius. Tannerus. Diana.

Quæritur octauò: An acta facta à Clerico ſuſpenſo durante tali ſuſpenſione ſint valida? 27

Quæſitum octauum. An acta ſuſpenſi ſint valida.

Reſpondetur: Diſtinguendo: vel talis eſt ſuſpenſus, & publicè denunciatus, & declaratus, vel non ſi primum, reſpondendo dicimus, ſi taliter ſuſpenſus exerceat actus, qui neceſſariò requirunt iuriſdictionem in agente ad ea validè exercenda, tunc acta facta per talem ſuſpenſum ab officio, & iuriſdictione ſunt omninò irrita, nulliuſque valoris, eò quòd talis Clericus, durante tali ſuſpenſione, caret iuriſdictione: Si verò exerceat alios actus Ordinis, qui non requirunt iuriſdictionem ſunt validi, quare conſecrationes, benedictiones, aliæque functiones, quæ ad ſui valorem iuriſdictionem non ſupponunt, validæ ſunt, quamuis ipſe mortaliter pec-

Vel eſt toleratus, vel nō. Quæ requirūt iuriſdictionē ſunt inualida.

Quæ non requirunt ſunt valida.

peccet, & irregularitatem incurrat.

28 Acta ſuſpenſi tolerati, quo ad alios ſunt valida.

Quando vero ſuſpenſus non ſit adhuc denuntiatus, quamuis, quò ad ſe ſit ſuſpenſus, & inhabilis, ne in officijs, à quibus eſt ſuſpenſus licite miniſtrare poſſit, ideòque ſi contra cenſuram id audeat facere ſpontè, & ſinè neceſſitate mortaliter peccat, tamen, quò ad alios Chriſti fideles non exiſtimatur ſuſpenſus à iuriſdictione totaliter quamdiu ab Eccleſia eſt toleratus, ideòque eius acta ſunt valida: quia in caſu pia mater Eccleſia in talibus actionibus ſupplet defectum iniqui miniſtri pro filiorum ſalute: Ita Henriquez in ſum. lib. 13. cap. 33. num. 1. Suarez D. 26. ſect. 2. num. 2. Sayr. de Cenſ. lib. 4. cap. 11. num. 15. Filliuc. tom. 1. tract. 17. cap. 10. quæſt. 3. Auila de Cenſ. p. 3. D. 2. d. 3. concl. 1. & 2. Bonacina tom. 1. de Suſpenſion. D. 3. p. 4. num. 7. Tannerus tom. 4. D. 6. q. 10. d. 7. num. 178. Diana p. 5. tract. 10. reſolut. 11.

Eccleſia ſupplet defectũ ſuſpenſi. Henriq. Suarez. Sayrus. Filliucius. Auila. Bonacina. Tannerus. Diana.

29 Quæſitum nonum. Quanto tempore duret ſuſpenſionis effectus.

Quæritur nono: Quanto tempore effectus cenſuræ ſuſpenſionis durent?

Reſpondentur: Suſpenſionis cenſuram dupliciter ferri poſſe: vno modo abſolutè ſinè temporis præſcriptione, ſecundo modo cum determinatione temporis: Si cenſura lata ſit primo modo: ideſt abſolutè abſque alia modificatione temporis: tunc illius effectus durat quouſque per abſolutionem ab habente facultatem auferatur: Cuius ratio eſt, quia cum tale tempus durationis non ſit per ſententiam determinatum, intelligitur permanere, donec auferatur: ſi verò determinata ſit vſque ad certum tempus, tunc elapſo tempore præſcripto ceſſat ſuſpenſio abſque alia diſpenſatione, ſiue abſolutione, quod verum eſt, tàm de ſuſpenſione à Iure, quàm ab homine: & ratio huius eſt, quia cenſura non ligat cenſuratum vltra ferentis voluntatem; Superior autem ſiuè Ius, determinauit vſque ad tale tempus, ergo Elapſo tempore ceſſat etiam Suſpenſionis effectus: Ita communiter omnes, vt Suarez D. 26. ſect. 1. num. 13. & D. 27. ſect. 1. num. 23. Reginaldus tom. 2. lib. 32. num. 44. Coninch. D. 15. d. 2. num. 17. Filliuc. tom. 1. tract. 17. cap. 3. q. 7. num. 48. & cap. 4. quæſt. 6. num. 67. Alterius tom. 2. de cenſ. D. 1. cap. 1. & D. 8. cap. 1. & Bonacina de Suſpen. D. 3. p. 3. num. 2.

Abſolutè lata durat vſque quo auferatur. Ratio aſſertionis. Determinata ad tempus eo elapſo deſinet. Ratio aſſertionis. Suarez. Reginaldus. Coninch. Filliucius. Alterius. Bonacina.

30 Quando ſuſpenſio lata eſt ſub conditione pendẽte à ſuſpenſo.

Quando autem cenſura ſuſpenſionis lata ſit ſub conditione, pendente ex voluntate ſuſpenſi, vt ſi in ſententia dicatur: ſuſpendimus talem perſonam donec ſatisfaciat, vel reſtituat, vel reſipiſcat à contumacia, &c. tunc quamdiù taliter ſuſpenſus non adimplet conditionem appoſitam, reſtituendo, vel ſatisfaciendo, vel reliquendo contumaciam &c. perſeuerat effectus talis ſuſpenſionis: adimpleta autem conditione tunc cenſura eſt auferenda, vel mediante abſolutionè, vel declaratione facta à Iudice Eccleſiaſtico, habente talem facultatem ordinariam, ſiuè delegatam: Quòd idem dicendum eſt quando conditio appoſita pendet ex voluntate Iudicis, ſuſpenſionem ferentis; vt ſi dicat; Donec aliud diſpoſuero, vel quid ſimile; tunc non ceſſat niſi ipſe iudex, vel alius Superior talem Suſpenſionem auferat; Ita Filliuc. d. tract. 17. cap. 2. quæſt. 2. num. 19.

Quando pendet ex voluntate ferentis. Filliucius.

31 An ceſſat adimpleta cõditione. Prima ſententia affirmatiua.

An autem ceſſet adimpleta conditione ipſo facto, controuerſia eſt inter Doctores; aliqui enim ſimpliciter affirmant, quia per talem conditionem videtur præſcriptum tempus, quo duratura ſit talis ſuſpenſio, ceſſante autem cauſa ceſſat effectus, ergo ceſſante contumacia, debet quoque eius pœna ceſſare, ergo videtur non indigere hominis abſolutione, quia in caſu ipſo facto ſinè Iure intelligitur abſolutus; Ita Innocentius in cap. ſicut de Cohabit. Cleric. & Mulier. Felin. in cap. ex litteris de Conſtitut. num. 18. & Couarruuias in Epiſt. 4. Decret. 2. p. cap. 6. num. 15. cum alijs, quos multi ex Summiſtis ſequuntur.

Innocentius. Felinus. Couarruuias.

Alij vero recentiores Theologi diſtinguunt, dicentes; quòd quando talis ſuſpenſio lata ſit in pœnam, tunc adimpleta conditione ceſſat etiam, & pœna; prout videntur dicere Doctores in prima opinione citati; Quando autem ſuſpenſio lata eſt ſub forma cenſuræ, tunc non tollitur, niſi indè ſequatur abſolutio: Cenſura enim per abſolutionem eſt auferenda, quare in caſu ſenſus illius conditionis appoſitæ eſt; Non eſſe talem abſoluendum ante ſatisfactionem, ea autem poſita, ſeu relicta contumacia abſoluendus eſt: Et hæc ſententia videtur probabilior, & ſecurior, quam tuetur doctiſſimus Suarez D. 29. ſect. 2. à num. 6. vſque ad 15. vbi varijs rationibus, & auctoritatibus hoc probat ſequiturque Filliuc. d. tract. 17. cap. 4. num. 71. cum alijs recentioribus.

32 Secunda ſententia negatiua cu diſtinctione. Quando data eſt per modũ pœnæ ceſſat. Qãdo data eſt per modũ cenſuræ requirit abſolutionem. Suarez. Filliucius.

33 Quæſitum decimum. Ad quę loca extẽdatur ſuſpenſio? Abſolutè lata vbiq; ſe extẽdit.

Quæritur tandem decimò ad quæ loca extendatur cenſura ſuſpenſionis, ideſt, an ſuſpenſus in vno loco ſit vbique ſuſpenſus.

Reſpondetur; quòd cenſura ſuſpenſionis, vel ab officio, vel à beneficio ſimpliciter, & abſolutè lata abſque loci præſcriptione valet pro omni loco, & vbicumque ſuſpenſus ſe transferat cenſura habet effectum ſuum: Quare huiuſmodi ſuſpenſus non poteſt alibi exercere officium, vel Ordinem, à quo à Iudice, ſiue à Iure fuit ſuſpenſus, neque fructus beneficij in quocumque loco ſe transferat licitè percipere poteſt durante tali cenſura; & ratio huius eſt, quia cenſura ſuſpenſionis ſequitur ſuſpenſum vbique, cum ſit inhabilitas inſtituta ab Eccleſia, mediante qua ſuſpenſus redditur inhabilis vbicumque ſe transferat; Nam Prælatus per particularia præcepta, quæ imponuntur perſonis, & immediatè eas reſpiciunt poteſt etiam eaſdem obligare vbique poſt præceptum impoſitum; Ita Suarez tom. 5. de Cenſ. D. 26. ſect. 1. nu. 11. Sayrus de Cenſ. lib. 4. cap. 6. num. 24. Filliucius d. tract. 17. cap. 2. quæſt. 2. num. 17. & Bonacina de Suſp. D. 3. p. 3. n. 7.

Ratio aſſertionis. Suarez. Sayrus. Filliucius. Bonacina.

34 Limitatè ad illum tantum locum ſe extendit.

Concedimus tamen, quod quando cenſura ſuſpenſionis lata ſit limitatè cum determinatione loci, ſeu territorij pro illo tantum loco intelligitur, & non alibi, quia cenſura non habet effectum vltra mentem conditoris, & in hoc omnes conueniunt; & iſta pro ſufficienti notitia effectuum cenſuræ ſuſpenſionis ſufficiant.

DE ABSOLVTIONE CENSVRÆ Suſpenſionis.

CAP. V.

1 Introductio.

Circa præſentem materiam, in qua agitur de Suſpenſionum abſolutione, ſeu ablatione, pauca veniunt dicenda ſpecialiter, ſuppoſitis ijs, quæ in Superioribus dicta ſunt, agendo de cenſuris in genere, ac de abſolutione excommunicationis, quæ eſt prima cenſurarum ſpecies; ideòque applicatis applicandis ea, quæ ibi adamuſſim ſunt explicata deſeruire etiam poſſunt pro ſuſpenſionis abſolutione, quæ eſt ſecunda in Ordine cenſurarum ſpecies; Breuiter tandem ad maiorem declarationem ea tantummodò adnotabimus, quæ ſpecialiter faciunt ad ipſius notitiam; Inquirimus ergo in hoc præſenti vltimo in Ordine huius tractatus capitulo; Quomodò ſuſpenſiones inflictè con-

Senſus difficultatis.

contra Clericos auferri poſſunt, & quis licitè poſſit ab illis abſoluere? Pro cuius intelligentia,

2 Notandum primò. Suſpẽſio fertur, vel ob cõtumaciã, vel ob delictum.

Notandum eſt primò: Suſpenſiones omnes duplici cauſa infligi ſolere: vel ad repellenda contumaciam, vel in vindictam delicti commiſſi in pœnam peccantium, & aliorum cautelam: vndè orta eſt illa diſtinctio de Suſpenſione, quæ eſt purè pœna peccati commiſſi, & de illa, quæ tanquam propria cenſura, ob contumaciam fertur: Nam quælibet iſtarum habet diuerſos modos ceſſationis, ſeù oblationis, ideòque de ſingulis per ſe eſt agendum.

3 Quæſitum prima. Suſpenſio pœnalis, quomodo conſertur. Tribus modis poteſt tolli.

Quærimus ergò primò: Quomodo, & à quo auferri poteſt ſuſpenſio, inflicta contra Clericos quando habet rationem pœnæ.

Primus modus per lapsũ temporis præſcripti.

Reſpondetur ſuſpenſiones, ſiuè ab officio, ſiuè à beneficio inflictas contra Clericos, tribus modis tolli poſſe, quando ſimpliciter inflictæ ſunt in pœnã peccati commiſſi: Primo modo per elapſum tempus præſcriptum quando vid. pœna Suſpenſionis inflicta fuit pro certo determinato tempore: vt pro menſe, anno, &c. tunc elapſo illo præſcripto tempore in ſententia explicito, ceſſat talis Suſpenſionis pœna: quare licitè talis Clericus ſine alia abſolutione, aut diſpenſatione exercere poteſt munus ſuum, & vti fructibus beneficij, à quibus fuerat per ſententiam ad tempus ſuſpenſus. Et in hoc omnes conueniunt.

4 Ratio aſſertionis.

Ratio autem huius noſtræ aſſertionis clariſſima eſt, quia huiuſmodi ſuſpenſio totam vim, & efficaciam habet ex prohibitione Eccleſiæ: quæ tantummodò pro tali determinato tempore impedit licitum vſum, & exercitium talis muneris, ſiuè beneficij: ergo elapſo tempore determinato ceſſat talis prohibitio, & ſuſpenſio temporalis: Clarum enim eſt ſuſpenſum ad tempus nõ eſſe omninò priuatum tali munere, ſeu beneficio, ſed tantummodò licito illorum vſu durante tempore ſuſpenſionis, quare tali ſuſpenſione ceſſante, ceſſat etiam talis ſuſpenſio abſque alia noua diſpenſatione: prout dicit Gloſſa in cap. Sacro de ſent. excom. Verbo per menſem, & alia in Clemẽt. prima de Decimis Verbo donec. & Innocent. & Abbas in cap. cum benè de Etat. & Qualit. Ordin: Ità D. Anton. 3. p. tr. 28. cap. 4. Sylueſt, Angel. & Armilla, alijque Summiſtæ in Verbo Suſpenſio: Nauar. cap. 27. num. 161. Concordant Suarez de cenſ. D. 29. ſect. 1. & Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 4. n. 67. alijque Theologi.

Gloſſa in cap. Sacro Clem. prima de Decimis. Innocentius. D. Anton. Syluester. Angelus. Armilla. Nauarrus. Suarez. Filliucius.

5 Secũdus modus per diſpẽſationem iudicis.

Secundò modo tolli poteſt talis ſuſpenſio etiam ante tempus elapſum per diſpenſationem ipſius iudicis ferentis, vel alterius Superioris; quando talis Suſpenſionis pœna lata fuit pro certo tempore, vel ſimpliciter abſque determinatione temporis, vſq; ad beneplacitum ipſius iudicis ferentis, tunc diſpenſante illo ceſſat etiam, & ſuſpenſio: Nam Auctor legis poteſt quando ſibi placuerit in ſuis legibus diſpenſare; Nam illa temporis deſignatio, hoc ſolummodò operatur, vt talis inflicta pœna tanto tempore duret, ſi nulla intercedat diſpenſatio; non tamen efficit, quòd ſit omninò irremiſſibilis: quare ipſemet iudex, qui talem ſententiam tulit, vel alius Superior poterit quando in Domino ſibi ita expedire iudicauerit talem ſuſpenſionem tollere, &c. Ità communiter omnes Doctores ſupracitati, quibus addò Rodriq. 2. p. cap. 69. Coninch. D. 25. d. 2. n. 30. Tolet. lib. 1. c. 46. & Bonacinam de Suſpenſ. tom. 1. D. 3. p. vltimo num. 1.

Auctor legis poteſt in ſuis legibus diſpẽſare. Tempus determinatum, quid operatur.

Rodriq. Coninch. Toletus. Bonacina.

6 Tertius modus per abſolutionem.

Tertiò modo etiam talis ſuſpenſio tolli poteſt per abſolutionem datam ab habente talem facultatem, ſiuè Ordinariam, ſiuè delegatam, mediante qua ſuſpenſiones latè ſiue ſimpliciter, ſiue aliqua temporis præſcriptione, vel ad tempus determinatum: In hoc enim nulla eſt difficultas, quia legitimus Superior non ſolùm diſpenſando, ſed etiam abſoluendo poteſt ſuos ſubditos a cenſuris abſoluere, & liberare ſiuè per ſe, ſiuè per alios, delegando illis vices ſuas: prout in Domino expedire iudicauerit.

Notandum verò, quòd quando quis habet facultatem delegatam per Priuilegia à Summo Pontifice conceſſa, attentè conſideranda ſunt verba talium Priuilegiorum, quia Priuilegia tantùm valent, quantum ſonant, & ne deinde talia priuilegia fuiſſent reuocata, ne ſinè facultate abſoluens incidat ipſe in foueam, mittendo falcem ſuam in meſſem alienam: Quando autem in Priuilegio ſit conceſſum, poſſe pænitentes abſoluere ab omni vinculo cenſurarum in foro conſcientiæ, prout conceditur in Bulla Cruciatæ in illis Regionibus, vbi eſt conceſſa, vel virtute Iubilei: vel aliorum conceſſionum aliquibus Religionibus ſpecialiter conceſſorum, ſi adhuc reuocata non fuerint: tunc poterunt vtique tales habentes huiuſmodi facultates illis vti: prout communiter Canoniſtæ dicunt in cap. tàm litteris de Teſtib. & Summiſtæ omnes: in Verbo Suſpenſio: Nauar. c. 27. n. 162. Suarez, Toletus, & Bonacina, cum alijs ſupracitatis. 7

Aduertentia conſideranda ſunt verba priuilegiorũ.

Bulla Cruciatæ, & Iubileũ.

c. Tam litteris de Teſtib. Nauarrus. Suarez. Toletus. Bonacina.

Si autem loquimur de poteſtate Ordinaria: tunc dicendum eſt, quòd Suſpenſio lata in pœnam ſiue pro certo tempore, ſiue in perpetuum: tunc durante illo tempore à nemine poterit diſpenſari in tali pœna, neque illa tolli poteſt niſi à Iudice, qui eam tulit, vel à ſucceſſore, vel Superiore: & ratio huius eſt, quia in caſu talis diſpenſatio, ſiuè abſolutio videtur eſſe reſeruata ipſi Iudici ferenti: habet enim talis ſuſpenſio negationem incluſam, vt nullus poſſit eam auferre: niſi, qui facultatem habet tale Ius auferendi, ſeù diſpenſandi, quòd intelligitur tàm de ſuſpenſione inflicta pro delicto, quàm pro contumacia. 8

Durante tempore pœnæ nemo poteſt diſpẽſare, niſi Iudex, qui eam tulit vel Superior.

Quæritur ſecundò: Quando ſuſpenſio lata eſt cũ determinatione temporis; tale tempus ſuſpenſionis quando incipit currere. 9

Quæſitum ſecundum.

Reſpondetur: Effectum huiuſmodi ſuſpenſionis incipere ex eo tempore, hora, vel puncto, quo lata fuit talis pœna ſuſpenſionis, ſiuè ab homine, ſiuè a Iure ex eo tempore, quo tale delictum perpetratum fuit contra Iuris diſpoſitionem, ipſo facto inferentis talem ſuſpenſionem: Ità Archidiac. in cap. Proindè de Elect. in 6. & Io. Andreas ibi Cenſuræ enim ſtatim producunt effectum ſuum, ideòque in Iure ſæpè additur particula illa, ipſo facto, ex tunc, Illico, &c. ergo ex illa hora incipit computari tempus præſcriptum in Iure, ſiuè per ſententiam.

Quando incipit currere tẽpus ſuſpẽſionis.

Archidiaconus. Io: Andreas. Cenſuræ ſtatim producũt effectũ ſuum.

Quæritur tertiò: An quando, quis ſi ſuſpenditur pro eodem tempore ſimili, vel alia ſuſpenſione ligatus ſit, quando incipiat currere tempus nouæ ſuſpenſionis inflictæ? 10.

Quæſitũ tertio. De ligato alia ſuſpenſione.

Reſpondetur: Incipere ex eadem hora, qua lata fuit talis ſententia, vel, qua commiſſum fuit delictum contra tale Ius: non enim implicat, quem pro eodem tempore poſsè eſſe ligatum pluribus ſuſpenſionibus, etiam eiuſdem rationis: & quælibet ſententia cenſuræ, vel Ius ſtatim infert effectum ſuum in ſubiecto capaci, prior autem ſuſpenſio non reddit perſonam incapacem alterius ſuſpenſionis, ergo non obſtante prima incipit ſtatim currere tempus ſecundæ cenſuræ; Ità Suarez de Cenſ. D. 29. ſect. prima num. 2.

Non implicat ligatum vna ſuſpenſione poſſe alia ligari.

Suarez.

Quæritur quartò; Quomodo tale tempus ſit cõputandum, & quando terminetur? 11

Quæſitum quartum.

Re-

Digitized by Google

Quando tempus ſit computandum, & terminetur?

Reſpondetur computandum eſſe ſimpliciter cõputatione phyſica, prout verba iuris, ſiue ſententiæ ſonant, ſecundùm naturalem curſum à die horæ ſententiæ, vſque ad tale tempus, ſiuè duorum, vel trium menſium, &c. Terminatur autem ad vltimum diem talis temporis præſcripti incluſiuè; durat enim pro tota menſura illa temporis,qua completa terminatur ſuſpenſio: Computatio enim facienda eſt ab eo puncto,in quo commiſſum eſt tale delictum, vel ſententia ſit pronuntiata,vſq; ad proportionalem horam, in qua dies naturalis menſis, vel anni compleatur: Intelligitur menſis communis triginta dierum, annus autem 365. dierum iuxta communem vſum Eccleſiæ, & intelligentiam communem: Ità Suarez loc. cit. num. 5.

Menſis quomodo intelligitur. Annus qualis debet eſſe. Suarez.

12 Quæſitum quintum.

Quæritur quintò: Quis poſſit legitimè abſoluere à cenſura lata contra contumaciam?

Quis poteſt abſoluere à ſuſpenſione.

Reſp. Quotieſcumque cenſura ſuſpenſionis lata ſit propter contumaciam, tunc ea durante non poterit talis cenſuratus abſolui, niſi à Prælato, qui talem cenſuram inflixit, vel à ſucceſſore eius in officio, vel Superiore, qui tamen ſine vrgente, & rationabili cauſa hoc facere non debent,ne Eccleſiæ poteſtas contemnatur, niſi Clericus taliter ſuſpenſus à ſua contumacia reſipiſcat: qua ſublata poterit à prædictis licitè abſolui, non enim ceſſat talis cenſura, etiam ceſſante contumacia, ſed indiget abſolutione: in hoc enim differt cenſura ab alijs pœnis, quia iſtæ tolluntur elapſo tempore, cenſura verò ex natura rei abſolutionem poſtulat: nam contumacia non eſt totalis cauſa ſuſpenſionis, licèt ſit cauſa impulſiua, & partialis, ſupponit tamen cauſam efficientem, quæ eſt poteſtas, & voluntas Iudicis ferentis,ſiuè iuris, ius autem, ſiuè iudex non intendunt cenſuram ſuſpenſionis tollere, ceſſante contumacia,niſi ſequatur indè abſolutio Iudicis ferentis: Ita Suarez de cenſ. D.29.ſect.2. num.6. & Filliuc.d. tr.17.c.4. nũ.69. cum alijs ſupracitatis nu.31.

Contumacia non eſt totalis cauſa ſuſpenſionis, ſed partialis.

Suarez. Filliucius.

13 Quando ſententia eſt ab homine.

Quare huiuſmodi abſolutio, quando ſententia cenſuræ ſuſpenſionis lata fuit ab homine tunc tantummodò abſolui poteſt ab auctore ipſius, ſiuè ab alio talem habente facultatem, vel ſit ſucceſſor illius in officio, vel ſuperior: Quando verò talis cenſura ſit in Iure taxata, tunc ſi eſt reſeruata tantummodò ab illo, cui eſt reſeruata, vel alio Superiori poteſt abſolui: Si verò non fuiſſet reſeruata tunc, ceſſante contumacia poterit ab ordinario abſolui, ſiuè ab alio habente talem facultatem, ſiuè virtute Bullæ Cruciatæ, ſiuè virtute Iubilæi, ſiuè per alia particularia priuilegia, quæ adhuc reuocata non ſint: Ità Nauar.c.27. n.162. Henriq. lib.13. cap.53. Suarez, & Filliucius, loc. ſupracitat. & Tolet. lib.1. cap.46. verſ. Dico tertio.

Quando eſt à iure ſi eſt reſeruata.

Quando non eſt reſeruata.

Nauarrus. Henriquez. Suarez. Filliucius. Toletus.

14 Quæſitum ſextum.

Quæritur Sextò: An abſolutio huius cenſuræ requirat quandam formam verborum præſcriptam ad eius validitatem?

De forma abſolutionis ſuſpenſionis. Non ſunt determinata verba ſpecialia.

Reſpondetur: Non eſſe ab Eccleſia determinata aliqua verba ſpecialia ad formam abſolutionis huius cenſuræ faciendam: ſicuti requiruntur in formis Sacramentorum, cùm ſufficiant quæcumque verba ab abſoluente prolata, ſignificantia talem ſuſpenſum eſſe ſolutum à vinculo ſuſpenſionis, quo erat ligatus: quare communiter poterit Eccleſiaſticus iudex in abſolutione huius cenſuræ conferenda, hæc aut ſimilia verba proferre, dicendo: *Ego abſoluo te a vinculo ſuſpenſionis, quòd incurriſti propter talem cauſam, & reſtituo te executioni tuorum ordinum, ſiuè officiorum, ſiuè beneficiorum, &c. In nomine Patris, &c.*

Forma communis abſolutionis.

15 Hæc enim forma accommodatiſſima eſt, declaratque omnia neceſſaria, quæ requiruntur ad intelligentiam talis abſolutionis, auferendo quamcumque dubitationem, aut difficultatem, quæ forma videtur communi vſu recepta, ſaltem quando talis abſolutio datur publicè, & ſolemniter: ideòq; taliter abſoluens debet communi vſui Eccleſiæ ſe conformare, prout communiter dicunt Doctores, vt Nauar. d.c.27.n.101.Syluest. Angel.& Tabiena, in verbo ſuſpenſio, Tolet. lib.1. c.46. verſic. forma abſolutionis: Suarez, Filliuc.& Bonac. loc.ſupracit.

Laudatur iſta forma.

Nauarrus. Syluester. Angel. Tabiena. Toletus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

16 Notandùm tamen non eſſe de neceſſitate, quòd ſemper cauſa propter quam incurſa fuit talis ſuſpenſionis cenſura explicetur in forma;poteſt enim licitè prætermitti, eò quòd id ſit, quid extrinſecum, & non pertineat ad rei eſſentiam, niſi quando abſoluendus pluribus cenſuris propter varias cauſas eſſet ſuſpenſus, & abſoluens nollet ab omnibus illum abſoluere, ſed ab vna, aut altera; tunc enim oporteret explicare à qua, vel à quibus intendit illum abſoluere: ſed etiam in caſu ſufficeret intentio ipſius abſoluentis, quæ nota ſit ipſi abſoluendo per aliquod ſignum explicans intentionem ipſius abſoluentis: prout benè aduerterunt, Suarez D.29. ſect.3. nu.1. Alterius tom.2.de cenſ. D.8.c.4.& Bonacina D.3. p.vltimo nu.3.

Aduertentia cauſa ſuſpenſionis non eſt de neceſſitate explicentur. Sufficit intentio abſoluentis.

Suarez. Alterius. Bonacina.

17 Similiter etiam dicimus: Non eſſe omninò neceſſariam illam verborum formam præcisè cùm alia, aut ſimilia verba æquiualentia explicitè, vel implicitè ſignificantia ſuſpenſionis cenſuræ abſolutionem, ſint ſufficientia ad abſolutionem validam faciendam, quare dicendo: *Soluo te a vinculo ſuſpenſionis, reuoco, Relaxo ſuſpenſionem,&c.* ſufficienter talis eſſet abſolutus à quocumque vinculo ſuſpenſionis, & reſtitutus executioni licitè ſuorum officiorum, & iurium, ſibi competentium: Quæ quidem abſolutio poteſt quandòque ferri in ſcripto, per ſententiam declaratoriam etiam ſi abſoluendus eſſet abſens, & inuitus, ſicut dictum eſt de abſolutione excommunicationis tr.7. cap.3. Communiter autem, quoad fieri poterit debet abſoluens communi vſui Eccleſiæ ſe conformari, vtendo forma conſueta præſcripta.

Verba æquiualentia ſufficiunt in forma abſolutionis cenſuræ.

Poteſt dari in ſcriptis. Et etiam abſenti & inuito.

18 Notandùm inſuper conuenientiſſimam eſſe conſuetudinem illam Confeſſariorum præmittentium ante abſolutionem peccatorum Sacramentalem, abſolutionem cenſurarum ad cautelam dicendo generaliter: *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, a quo, vel a quibus poſſum te abſoluere,abſoluo te,&c. reſtituendo te in gradum priſtinum quantum auctoritas mea ſe extendit, &c.* Quæ abſolutio valet, vt pœnitens ità abſolutus poſſet licitè exercere officia ad ſuam iuriſdictionem pertinentia, & eſſe Sacramentorum capax, quatenus aliquo cenſurarum vinculo fuiſſet ligatus, cuius, vel quorum non adhuc memoriam, vel notitiam habet: prout colligitur ex c.venerabili,& cap. Apoſtolica de except. & nos diximus agendo de Sacramento Pœnitentiæ in tom.1.noſtræ Theolog. mot. tr.6. De Pœnitentia c.2. num.14. agendo de forma abſolutionis.

De abſolutione generali ad cautelam.

Ad quid valet talis generalis abſolutio.

C.Venerabili. C.Apoſtolica.

19 De abſolutione autem publica,& ſolemni quando ſuſpenſus eſſet publicè denuntiatus, nihil aliud eſt dicendum: non enim ſunt obſeruandæ aliæ cæremoniæ, & ſolemnitates, ſicut in abſolutione publici excommunicati, ſed ſufficiunt verba abſolutionis ſupra præſcripta, vel alia æquiualentia: ſufficit enim, quòd Prælatus huiuſmodi ſuſpenſum per ſententiam abſolutum eſſe declaret, ipſum abſoluendo ab omni cenſurarum vinculo ſiuè hoc faciat in voce, vel in ſcripto.

De abſolutione publica.

In

20 In delictis autem acerbioribus, & grauioribus, quando eſset facienda aliqua ſatisfactio parti offenſæ: ſi adhuc facta non fuerit exquirendum eſt iuramentum, vel cautio pro ſatisfactione partis, vel ad obediendum Eccleſiæ mandatis quando delictum eſset tale: quòd requireret talem promiſsionem iuratoriam: prout colligitur ex Sacris Canonibus cap. ſuper eo cap. Venerabili de ſent. excom. & Nauar. cap. 27. num. 101. & Bonacina tomo 1. D. 3. de ſuſpenſ. p. vltimo nu. 4. aliijque notauerunt: Et hæc ſufficiant pro præſenti materia huius præſentis tractatus de ſuſpenſione in communi.

Quando requiritur iuramentum, vel cautio.

C. ſuper eo. C. Venerabili. Nauarrus. Bonacina.

TRACTATVS XVII.

De Suſpenſione. Tract. II.

PROOEMIVM.

CVm in præcedenti tractatu de ijs, quæ ad cenſuræ ſuſpenſionis notitiam generaliter faciebant, dictum ſit ideòque in ipſo de ipſius natura, & quiditate triplici via ipſam indagando etymologia videlicet, deſcriptione, ac definitione ipſam cenſuram diuidendo in ſuas proximas determinatas ſpecies: Inſuper de cauſis, & effectibus, ac de abſolutione, quâ mediante Clerici ſuſpenſi à vinculo cenſuræ contractæ liberantur: Quæ neceſſaria erant ſufficienter explicauimus: Accedimus modò ipſo Domino adiuuante, à quo bona cuncta procedunt ad ſecundum in ordine tractatum faciendum, in quo de ipſis ſuſpenſionibus ſpecialiter eſt dicendum: Enumerabimus itaque, & explicabimus ſuſpenſiones omnes, vel ſaltem præcipuas, quæ in iure ſunt inflictæ contra Clericos peccantes, nam de ijs, quæ dicuntur ab homine nihil determinatè dicere poſſumus, cùm de ſingularibus, & contingentibus non ſit determinata veritas: Suppoſitis enim ijs, quæ de cenſuris in communi, & de alijs, quæ in præcedentibus, tam de excommunicatione, quam de ipſa ſuſpenſione dicta ſunt, & in ſequentibus dicetur faciliter ipſorum notitia haberi poterit, applicatis applicandis: At quoniam ſuſpenſiones iuris aliæ latæ ſunt contra Clericos in communi, vt ſic: & ex iſtis ſunt quædam, quæ contrahuntur in ipſo actu, quo ordinantur propter aliquem defectum, ſiuè Epiſcopi ordinantis, ſiuè ipſorum recipientium, aliæ contrahuntur ab ipſis propter eorum crimina ex prauo vſu Ordinum, ideòque de iſtis in duobus primis capitibus, deindè de ijs, quæ pertinent ad Prælatos, & Epiſcopos: Poſtmodum de ijs, quæ pertinent ad capitula, & ad Regulares ſpecialiter dicetur: Quare rem totam breuiter ad quatuor capitula reducemus.

Epilogatio præcedentiū.

Introductio.

Diuiſio ſuſpenſionum.

Diuiſio tractatus.

DE SVSPENSIONIBVS IN IVRE LATIS, quæ contrahuntur à Clericis in ipſa ordinatione peccantibus.

CAP. I.

1 DVodecim numero ſuſpenſiones in hoc præſenti capitulo veniunt explicandæ, quæ contrahi poſſunt a Clericis propter defectum ab illis commiſſum in recipiendis ordinibus, quarum quatuor prouenire poſſunt ex parte Epiſcopi conferentis Ordines, reliquæ verò octo ex parte ipſorum recipientium Ordines contra diſpoſitiones Canonum, idcòque de ſingulis per ſe breuiter eſt dicendum.

De ſuſpenſionibus, quæ contrahuntur ex defectu Epiſcopi ordinantis.

2 Prima ergo ſuſpenſio contrahitur à Clerico, quãdo ſe ordinari permittit ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatum, cuius renuntiatio fuit a Summo Pontifice acceptata in cuius loco alius Paſtor fuit conſtitutus, nam poſt talem renuntiationem non habet ampliùs iuriſdictionem, ideòque non poteſt licitè Ordinis Sacramentum alijs miniſtrare ſine expreſsa licentia Epiſcopi, in quo loco facienda eſt talis ordinatio, ideoque quicumque Clericus, qui ſcienter permittit ſe Ordinari in Sacris Ordinibus ab huiuſmodi Epiſcopo carente iuriſdictione, eſt ipſo facto ſuſpenſus à talibus ordinibus ab eo collatis, in qua ſolus Papa diſpenſat, niſi ignorantia inculpabilis, aut inaduertentia eſset in cauſa, quia tunc poterit Epiſcopus loci diſpenſare in tali ſuſpenſione: Ità enim habetur ex cap. 1. de ordinat. ab Epiſcop. qui renunt. Epiſcopatum: Ità Nau. c. 27. nu. 241. verſ. tertio: Henriq. lib. 13. c. 39. §. 1. Suarez de cenſ. D. 31. ſect. 1. num. 2. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 5. nu. 76. & Bonac. tom. 3. D. 3. p. 9.

Prima ſuſpenſio recipientis ordines ab Epiſcopo carente iuriſdictione.

Suſpenditur à talibus ordinibus ita ſuſceptis.
Reſeruata eſt Pontifici.
C. Primum de ordin.
Nauar. Henriquez. Suarez. Filliucius. Bonacina.

3 Secunda cenſura ſuſpenſionis lata eſt in quadam conſtitutione Pij Secundi, quæ incipit: *Cum ex Sacrorum 6. vbi Pontifex declarauit, & declarat ipſo facto ſuſpenſos eſse Clericos ab Ordine ſuſcepto ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij*, quare, qui ſic in Ordine malè ſuſcepto, durante ſuſpenſione, miniſtrare præſumpſerit fit irregularis, eò quòd in ſuſpenſione ordinem miniſtrauit: Ità Nauar. d. c. 27. nu. 155. Diaz in pract. c. 26. Suarez loc. cit. nu. 14. Filliuc. nu. 771. Auila de cenſ. p. D. 5. d. 8. caſu 5. Bonacina tom. 3. de ſuſp. D. 3. p 11.

Secunda ſuſpenſio Pij ſecundi.
Recipiens ordines ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſorijs.
Nauarrus. Diaz. Suarez. Filliucius. Auila. Bonacina.

4 Hæc autem ſuſpenſio ſecundùm iura, & conſtitutionem ipſius Pij Secundi intelligebatur de Ordinibus Sacris, non autem de minoribus: ſed poſtea Trid. Concilium ſeſs. 23. c. 8. de reformat. extendit prædictam ſuſpenſionem etiam ad minores ordines receptos ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij Ordinarij: Quare Sacra Congregatio Cardinalium interpres Concilij Tridentini declarauit, quòd ſi huiuſmodi taliter ordinati in Ordinibus ſuſceptis non ſolùm maioribus, ſed etiam minoribus miniſtrare præſumpſerint tamquam Clerici ordinati ante obtentam abſolutionem dictę ſuſpenſionis incurſæ, eò ipſo irregularitatem incurrent: prout referunt Suarez de cenſ. D. 31. ſect. 1. num. 19. Auila d. p. 3. D. 5. d. 8. Alterius tom. 2. de cenſ. D. 9. c. 6. col. 2. & Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 5. nu. 78. in fine.

Conc. Trid. Extendit etiã ad minores ordines.
Declaratio Congr. Cardinalium.

Suarez. Auila. Alterius. Filliucius.

5 Tertia ſuſpenſio incurritur à Clerico, qui recipit Ordines, ſiuè à proprio, ſiue ab alieno Epiſcopo extra locum propriæ Diœceſis ſine licentia illius Epiſcopi, in quo loco Sacramentum Ordinis adminiſtratur, in quo caſu non ſolùm Epiſcopus ordinans, verùm etiam Clericus ordinatus ipſo facto eſt ſuſpenſus ab Ordine ità ſuſcepto, prout habetur ex cap. Epiſcopum, 9. q. 2. vbi dicitur: *Talem ordinationem eſſe irritam*, ideſt non habere executionem Ordinis tunc ſuſcepti, prout declarant Suarez cùm Filliucio loc. cit. nu. 79. quam etiam ſuſpenſionem poſtea lata eſt per Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. de reform. & ſeſſ. 14. c. 2. vbi expreſsius dicitur, & declaratur. *Huiuſmodi ordinatos ab executione ordinum taliter ſuſceptorum eſſe ipſo iure ſuſpenſos, donec à ſuo legitimo Prælato diſpenſatum fuerit illos à ſuſpenſione incurſa abſoluendo.*

Tertia ſuſpenſio.
Recipiendo ordines extra Diœceſim etiam à proprio Epiſcopo.
Can. Epiſcopum, 9. q. 2.
Suarez. & Filliucius. Conc. Trid.

6 Ex quo ſequitur, vt ſi quis abſq; licentia ſui Epiſcopi ab alieno, vel à proprio extra Diœceſim ſine expreſsa licentia Epiſcopi illius loci, in quo fit ordinatio Ordines recipiat, duas ſuſpenſiones incurret, vnam, quia ſine litteris dimiſſorijs recipit Ordines contra conſtitutiones Apoſtolicas, alteram,

Recipiens ordines ſine dimiſſorijs extra Diœceſim duas incurrit ſuſpenſiones.

quia

Digitized by Google

quia à tali Epiſcopo in tali loco contra Decretum Trid. Concil. ſupra citatum. Ita Suarez de Cenſ. D. 3. ſect. 1. n. 21. Filliuc. d. tr. 17. c. 5. n. 79.

Suarez. Filliucius.

7 Quarta Suſpenſio incurritur à Clerico, qui ordines recipit ab Epiſcopo publicè excommunicato, ſuſpenſo, ſiuè interdicto, depoſito, ſiuè degradato, prout dicitur in c. 1. & 2. de Schiſmat. in quibus Iuribus declarantur huiuſmodi ordinationes à talibus peractis eſſe irritas, eo quod talis Epiſcopus in caſu caret iuriſdictione, quod intelligendum eſt, quò ad executionem Ordinum, nō quò ad ſubſtantiam, & valorem, prout dicunt: Nauar. in man. c. 27. num. 241. Suarez d. D. 31. ſect. 1. n. 61. & Filliuc. d. tr. 17. c. 5. n. 80.

Quarta ſuſpenſio. Recipiendo ordines ab Epiſcopo ſuſpenſo ſiuè excommunicato. C. 1. de Schiſmat. Nauarrus. Suarez. Filliucius.

8 Quæ quidem ſuſpenſio non ſolùm incurritur ob culpabilem ordinationem, verùm etiam ob inculpabilem, quare in hoc caſu, neque metus, neque inaduertentia, aut Iuris ignorantia excuſat, ne Clericus à tali Epiſcopo ordinato liberetur à Suſpenſione Ordinis à tali collati, quia licèt in caſu excuſetur Clericus à culpa, non tamen à Suſpenſione dicti Ordinis, quæ contrahitur in iniuriam ordinantis, eò quod talis Epiſcopus cenſuratus nō habebat vſum Ordinum, ideoque non poterat licitè dare illum alijs, quia nemo dat, quod non habet, quare in caſu, neque metus, neque ignorantia iuris excuſant à Suſpenſione, licèt in caſu faciliter poterit à proprio Epiſcopo abſolutio talis cenſuræ obtinere: Ità Nauar. d. c. 27. n. 241. Angel. verbo Irregularitas 1. n. 30. Syluest. ibi q. 7. Armilla nu. 8. Tabiena eodem verbo 4. n. 6. Couar. c. Alma p. 1. §. 1. nu. 6. Auila p. 3. d. 8. Filliuc. loc. cit. n. 82.

In hoc caſu non excuſat ignorātia Iuris, aut metus. Talis ſuſpenſio cōtrahitur in iniuriam ordinantis. Nauarrus. Angelus. Syluester. Armilla. Tabiena. Couarruuias. Auila. Filliucius.

9 Quinta Suſpenſionis cenſura lata eſt contra Clericos malè promotos, quæ licèt in Sacris Canonibus pluribus in locis fuerat inflicta: vt in c. vel non eſt compos: de Temp. ordinand. & alibi; nouiſſimè tandem talis ſuſpenſio inflicta fuit à Pio ſecundo in Extra: Cum ex Sacrorum 6. vbi imponitur ipſo facto contra Clericos ſcienter ordinatos ante legitimam ætatem in Sacris, iuxta præſcriptionem Trident. Concilij ſeſſ. 23. c. 12. vbi expreſsè ſuſpenduntur ordinati ante legitimam ætatem ab ordine malè ſuſcepto ante diſpenſationem obtentam, vinculo irregularitatis adſtringuntur ipſo facto: vbi dicit Pontifex: *Statuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli, qui abſque diſpenſatione Canonica ante legitimam ætatem ad aliquem ex Sacris ordinibus ſe fecerit promoueri à ſuorum ordinum executione ipſo iure ſuſpenſus ſit: & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eò ipſo irregularitatem incurrant, in qua ſolus Papa diſpenſat*, Quod idem confirmatum eſt poſtea ab alijs Pontificibus, Sixto Quinto in extra. quæ incipit: *Cum ex Sacrorum:* & Clemente VIII. quæ referuntur à Quaranta in ſum. Bullar. verbo ordo: Ità Suarez d. D. 31. ſect. 1. nu. 33. & Filliuc. loc. cit. n. 38.

Quinta ſuſpenſio. Contra clericos ante legitimam ætatē ordinatos. Pius ſecūdus. Concil. Trid. Si celebrat fit irregularis. Verba Decreti. Sixtus V. Clemēs VIII. Quaranta. Suarez. Filliucius.

10 Hæc autem Suſpenſionis cenſura ſolùm incurritur, quando quis recipit aliquam Sacrum Ordinem ante legitimam ætatem determinatam a Trid. d. ſeſſ. 23. c. 12. vbi præcipitur: *Ne quis audeat recipere Subdiaconatus Ordinem ante 22. annum, neque Diaconatus ante vigeſimum tertium, neque Presbyteratus ante vigeſimum quintum à ſua natiuitate, ſaltem inceptos:* Nō autem recipiendos Ordines minores, in quibus recipiendis non eſt taxata ætas, niſi, quòd Prima Tonſura, quæ conferri non debet ante ſeptimum annum à natiuitate: quare in Conſtitutione Pij Secundi ſupracitata tantùm fertur ſuſpenſio contra Clericos in Sacris ordinatos, contra Ordinem præſcriptum: Ita Bonac. tom. 1. de ſuſpenſ. D. 3. p. 5. §. 1. nu. 2. & tom. 3. D. 3. p. 1. n. 1. Suarez, & Filliuc. cum alijs locis ſupra citatis.

Concil. Trid. ætas ordinādorum in Sacris, quæ. Prima tonſura, in qua ætate poteſt licitè conferri. Pius ſecūdus. Bonacina. Suarez. Filliucius.

11 Ignorantia autē ſiuè Iuris, ſiuè facti excuſant ab hac cenſura incurrenda, cùm hac tamen differentia, quia ignorantia facti, quandò quis putans probabiliter ſe ad ætatem determinatam peruenisse, & bona fide Sacrum Ordinem recepit, quia tantummodò ſuſpenſus eſſet temporaliter ab illo Ordine ante legitimam ætatem recepto vſquequo ad ætatem requiſitam perueniat, & tunc abſque alia diſpenſatione poterit in eo legitimè miniſtrare: Si autem fuit per ignorantiam iuris, quia neſciebat tale Ius: tunc etiam videntur excuſari à cenſura, quæ contrahi non poteſt ſine culpa, indiget tamen diſpenſatione poſtquam ad ætatem peruenerit, quæ faciliter obtinetur ab Ordinario: prout dicit Filliuc. d tom. 1. tr. 17. c. 5. num. 84. cum alijs ſupracitatis.

Ignorātia Iuris, & facti quomodo excuſant. Ignorātia facti excuſat totaliter. Ignorātia Iuris excuſat aliqualiter. Filliucius.

12 In Suſpenſionis autem cenſura, quæ contrahitur per peccatum ipſius Clerici malè promoti contra determinationem Concilij quando delictum eſt occultum in foro conſciētiæ poterit Epiſcopus, ſiuè Prælatus Religionis cum ſuis ſubditis diſpenſare, ac etiam in irregularitate contracta, quando in tali Ordine miniſtraſſet: Quando autem delictum eſt publicum, & per ſententiam declaratum, tunc talis abſolutio, & diſpenſatio pertineret ad Papam prout notant Bonac. tom. 1. D. 3. p. 5. n. 2. & Saytus lib. 4. de Cenſ. & lib. 7. c. 10. n. 36.

Malitia nullo modo excuſat. In occultis ſuſpenſionibus poteſt Epiſcopus abſoluere. In publicis ſolus Papa. Bonacina. Saytus.

13 An autem huiuſmodi Clerici canēdo Epiſtolam, vel Euangelium ſolemniter, vel concelebrando Epiſcopo in eadem Miſſa, quando in Sacris initiantur fiant irregulares, eò quod tunc in ſuſcepto Ordine, de quo ſunt ſuſpenſi videntur adminiſtrare dictum eſt à nobis ſupra in tr. 1. c. 4. agendo de effectibus ſuſpenſionis à num. 20. videantur ibi per extenſum.

An ipſa ordinatione incurratur irregularitas?

14 Sexta ſuſpenſio etiam incurritur recipiendo Ordines Sacros contra decreta Pontificia recipiendo illa extra tempora, quæ tantummodò licitè conferri poſſunt in Sabbatis quatuor temporum, vel in Sabbato Sancto Maioris hebdomadæ, vel in Sabbato proximè præcedente Dominicam Paſſionis: prout dicitur in c. De eo de Temp. ordinat. & in c. Ordinationes D. 71. Quare ſi quis contra huiuſmodi Iura facere præſumpſerit, eſt ipſo facto ſuſpenſus ab Ordine tunc ſuſcepto, prout patet ex d. Conſt. Pij ſecundi, quæ incipit: *Cum ex Sacrorum, &c.* in qua eodem modo ſuſpenduntur, qui Ordines extra tempora à Iure præſcripta ſuſcipiunt, ſicut illi, qui ante legitimam ætatem ordinantur in Sacris.

Suſpenſio ſexta recipiēdo Ordines Sacros extra tempora. C. De eo. Can. Ordinationes. Pius ſecūdus. Cum ex Sacrorum.

15 Hæc autem ſuſpenſio intelligitur ab illo Ordine extra tempora malè ſuſcepto, non autem ab alijs antea rite ſuſceptis, & remanet impeditus, ne ad vlteriora promoueri poſſit ante diſpenſationem, ſiuè abſolutionem cenſuræ, quæ quando eſt ſecreta in foro conſcientiæ obtineri poterit à proprio Ordinario, ac etiam in foro externo quando in tali Ordine ante oblationem cenſuræ non miniſtraſſet, eò quod huiuſmodi cenſura non eſt reſeruata in dicta conſtit. Pij Secundi: Ità Suarez d. D. 31. ſect. 1. n. 31. & Filliuc. loc. cit. n. 85.

Effectus huius ſuſpenſionis. Abſolutio ad quē ſpectat? Suarez. Filliucius.

16 Septima Suſpenſio incurritur à Clericis ſuſcipientibus Sacros Ordines, nō ſeruatis temporum interſtitijs abſque legitima diſpenſatione: Quod dupliciter contigere poteſt; Primò quando quis in eodem die duos, vel plures Ordines Sacros ſuſcipiat, quod etiam procedit in duobus diebus continuis fictione Canonica ſumptis pro vno, quod prohibitum eſt ex Clementina: Ex litteris. de Temp. ordin.

Septima ſuſpenſio non ſeruatis interſtitijs. Duos Sacros ordines in eodem die recipere eſt prohibitum.

Quod

C.2. De eo, qui furtiuè. Conc. Trid. Declaratio Cardinalium. Suarez. Filliucius.

Quod inſuper intelligendum eſt quando vno, & eodem die, quis reciperet ſimul minores Ordines, & Subdiaconatum, quòd prohibitum eſt in cap. 2. de eo, qui furtiuè, &c. & ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 11. de reformat. niſi quando in aliquibus Regionibus talis fuiſſet conſuetudo introducta, prout declarauit Sacra Cardinalium Congregatio: Ita Suarez d. D. 31. ſect. 1. nu. 41. & Filliuc. d. tr. 17. c. 5. nu. 86.

17 De Abſolutione huius ſuſpenſionis. C. Litteras. C. Dilectus. Alterius. Bonacina.

In hac autem ſuſpenſione contracta mediantè hoc delicto, ſolus Papa diſpenſat, quæ intelligitur de ſecundo Ordine Sacro in eodem die ſuſcepto, non autem de primo, quòd legitimè ſuſceptum eſt, vt ſupponitur, Quæ omnia patent, ex c. litteras de tempor. ordin. & c. Dilectus eodem titulo: Ità Alterius tom. 2. de cenſ. D. 10. c. 4. col. 9. Bonac. to. 3. de ſuſpenſ. p. 4. nu. 7. cùm alijs ſupracitatis.

18 Interſtitias temporum. Conc. Trid. In anno completo.

Secundò modo contigere poteſt quando, quis diuerſis quidem diebus, & legitimis temporibus Sacros Ordines recipit, ſed non ſeruatis debitis interſtitijs contra diſpoſitionem Trid. Conc. ſeſſ. 23. cap. 13. vbi ſtatuitur, vt *Nullus ad aliquem Sacrum Ordinem aſcendat, niſi poſt annum completum ab vltimo Ordine recepto, niſi Epiſcopus propter vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ ſuæ aliter aliquando diſpenſauerit:* Qui quidem annus computandus eſt moraliter, non phyſicè: ſufficit enim, vt a Pentecoſtes, vſque ad Pentecoſtem, & ità de cæteris numeretur: prout declarauit Sacra Congregatio Cardinalium, prout referunt Quaranta verbo: ordo ſub fin. Barboſa in remiſs. ad Concil. ſeſs. 23. c. 11. Sorbo verbo: Ordines Sacri verſ. Circa id: Vgolin. de poteſt. Epiſcop. c. 26. § 27. nu. 6. Fornarius de Ordine c. 3. n. 4. & Bonac d. tom. 3. D. 3. p. 4. §. 2. n. 2.

Quomodo computandus ſit annus interſtitiæ. Declaratio Congregat. Quaranta. Barboſa. Sorbo. Vgolinus. Fornarius. Bonacina.

19 Non ſeruatis interſtitijs ſine diſpenſatione peccat, non autem eſt ſuſpenſus. Sixtus V. Clem. VIII.

Verùm tamen eſt, quòd ſi quis has interſtitias temporum aliquando non ſeruauerit, & ſine diſpenſatione Epiſcopi ordinantis ante annum completum aliquem Sacrum ordinem recipiat non incurreret ſuſpenſionis pœnam, eò quòd neque in iure, neque in Tridentino talis cenſura eſt impoſita quamuis in Bulla Sixti V. quæ incipit *Sanctum. & ſalutare, &c.* impoſita fuiſſet ſuſpenſionis pœna: deindè à Clemente VIII. talis ſuſpenſio, & conſtitutio redacta fuit ad ius commune, in quo talis ſuſpenſio non eſt inflicta, peccaret tamen mortaliter, faciendo contra ordinationem Tridentini in materia graui: Ità Suarez, & Filliucius, cùm Bonacina, & alijs ſupracitatis.

Suarez. Filliuc. Bonacina.

20 Suſpenſio Octaua contra ordinatos per ſaltum.

Octaua ſuſpenſio lata eſt cōtra eos, qui Ordines per ſaltum recipiunt hoc eſt non adhuc recepto inferiori Ordine recipiunt ſuperiorem contra ordinem, & inſtitutum Eccleſiæ, quamuis enim iſte talis validè ſit ordinatus, remanet tamen ſuſpenſus ab illo Ordine per ſaltum ſuſcepto, donec obtenta diſpenſatione Epiſcopi Ordinem prætermiſſum legitimè recipiat.

21 Si miniſtras in ordine ſuſpenſo ſis irregularis. Conc. Trid.

Si autem in illo Ordine per ſaltum ſuſcepto miniſtraſſet, durante cenſura ſuſpenſionis contracta, irregularitatis pœna eſſet innodatus, in qua ſolus Papa diſpenſat: prout dicitur in cap. Vnico de Clerico per ſaltum promoto, & patet ex Trid. ſeſſ. 23. c. 14. de Reform. vbi dicitur: *Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtrauerint, Epiſcopus ex legitima cauſa poterit diſpenſare, vt poſſit Ordinem prætermiſſum, ſublata cenſura ritè recipere: Si verò in illo ordine, de quo ſuſpenſionem habebat miniſtraſſet, tunc talis diſpenſatio reſeruata eſt Summo Pontifici propter irregularitatem incurſam ob violationem cenſuræ in ordinis adminiſtratione:* Ità Soto in 4. D. 25. q. 1. A. 3. Nauar. c. 27. nu. 242. Rodriq. in ſum. p. 3. c. 17. n. 7. Suarez D. 31. ſect. 1. nu. 35. Alterius de cenſ. tom. 2. D. 10. c. 5. col. 3. & 4. Filliuc. d. tr. 17. c. 5. nu. 92. & Bonac. d. tom. 3. de ſuſpenſ. D. 3. p. 2. nu. 2.

Soto. Nauar. Rodriq. Suarez. Alterius. Filliuc. Bonacina.

22 Suſpenſio Nona contra furtiuè ordinatos. Qui dicantur furtiuè ordinari.

Nona ſuſpenſio lata eſt contra Clericos, qui furtiuè Ordines Eccleſiaſticos recipere præſumunt: hoc eſt neſciente Epiſcopo, vel mentito nomine ſine examine, & approbatione ad Ordinem ſuſcipiendum accedunt fraudulenter: Ille ergo dicitur furtiuè ordinari, qui inſcio Epiſcopo ordinante non vocatus, vel non approbatus, aut, qui alium in ſui locum examini ſub ſuo nomine ſubmittit, deindè vocatus proprio nomine ordinem fraudulenter recipit: vel, qui ficto titulo, aut ſine veris dimiſſorijs, ſeu falſificatis obtentis Sacrum ordinem fraudulenter ſuſcipit: talis enim manet ipſo facto ſuſpenſus à talibus ordinibus ità receptis: prout dicitur in d. c. 1. de eo, qui furtiuè, &c.

C. De eo, qui furtiuè.

23 Quando Epiſcopus ponit excommunicationem ante ordinationem. Excommunicatus recipiēs Ordinem fit irregularis. C. Veniens. Suarez. Filliucius. Bonacina.

At quoniam Epiſcopi ſæpe ſæpius ante Ordinationem præcipere ſolent, iuxta ordinem Pontificalis Romani, ne quis fraudulenter ad Ordines ſuſcipiendos accedat ſub excommunicationis ſententia ipſo facto incurrendæ, ideòque ſi quis contra facere præſumpſerit excommunicationem incurrit, & quia excommunicatus ordinatus, fit irregularis, in qua ſolus Papa diſpenſat, niſi is, qui illam incurrit, pœnitentia motus Religioſus fiat, quia tunc in caſu poterit ſuus ordinarius Prælatus in foro conſcientiæ diſpenſare, vt in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare poſſet, prout colligitur ex c. Veniens, ideſt de eo, qui furtiuè Ordines ſuſcipit: Ita Suarez de cenſ. D. 42. ſect. 3. nu. 5. Filliuc. tom. 1. tr. 20. c. 7. nu. 195. Bonac. tom. 1. de irreg. D. 7. p. 4. nu. 6.

24 Ordinati ſine vero titulo fraudulenter. Sixtus V.

Inſuper ſuſpenſionem ipſo facto incurrit Clericus ille, qui culpabiliter abſque vllo titulo dolosè aliquem Sacrum Ordinem recipit, vel ficto patrimonio, ſiuè aliquo quoque modo ſine ſufficiente beneficio in Sacris fraudulenter ordinatur, decipiendo Epiſcopum, remanet ipſo facto à ſuſcepto Ordine ſuſpenſus: patet hoc ex quadam Extrauag. à Sixto V. edita, quæ incipit. *Sanctum, & Salutare,* contra Clericos malè promotos, in qua ſuſpenſionis pœnam ipſo facto inflixit contra omnes, ſinguloſque Clericos, qui ſine ſufficienti titulo beneficij, ſiuè patrimonij ad Sacrum Ordinem ſuſcipiendum accedit, dicens: *Eoſdem Clericos poſt hoc malè promotos ab executione Ordinum taliter ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſos declaramus.*

25 Decretum Vrbani VIII.

Inſuper hodie adſtat nouiſſimè aliud Decretum à Sanctiſſimo Domino noſtro Vrbano VIII. ſub die 11. Decembris 1624. quòd incipit: *Sacris æternæ prouidentiæ, &c.* in quo imponitur ſuſpenſio perpetua contra Clericum promotum ficto, falſo, ſeu fiduciario patrimonio: in his verbis: *Promoti verò perpetuæ ſuſpenſionis pœnam abſque ſpe diſpenſationis à Sede Apoſtolica obtinenda incurrant, eò ipſo inſuper promotos huiuſmodi, ac etiam eos, qui cùm falſis, & fictis, aut fiduciarijs patrimonij titulis ſcienter ſe ad Ordines huiuſmodi promoueri fecerint ipſo facto ſuſpendimus:* Ità Nauar. conſ. 14. & 46. de temporibus ordin. & in man. c. 27. nu. 158. Suarez D. 31. ſect. 1. num. 35. Maiolus lib. 4. de Irregular. c. 15. Graff. lib. 2. Deciſ. c. 97. nu. 56. Alterius tom. 2. de cenſ. D. 10. c. 3. col. 3. Sanchez de matr. lib. 6. D. 33. nu. 8. Bonac. tom. 1. de Sacramentis D. 7. q. vnica p. 5. num. 21. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 5. nu. 89.

Nauarrus. Suarez. Maiolus. Graffius. Alterius. Sanchez. Bonacina. Filliuc.

26 Suſpenſio Decima, excommunicatus ſcienter ordinatus eſt ipſo facto ſuſpenſus.

Decima ſuſpenſio lata eſt: in c. Cùm illorum de ſent. excom. vbi dicitur: *Clericos ſæculares, qui tempore excommunicationis Ordines ſuſcipiunt à ſuſceptis Ordinibus depone: Religioſos verò ſuſpenſos remanere ab Ordine ſuſcepto, & officio:* Quod eſt intelligendum

de

de excommunicatione maiori, non autem de minori excommunicatione, & quòd hoc fiat ſcienter: Nam ignorantia, ſiuè inaduertentia inuincibilis excuſat à culpa ſaltem in foro conſcientiæ, & non ſolùm intelligitur de maioribus, ſed etiam de minoribus Ordinibus, excepta prima tonſura, quæ non eſt ordo: Ità Couar. in cap. Alma p. 1. §. 6. n. 6. Syluest. Verbo Irregularitas q. 2. Nauar. c. 27. num. 41. Henriq. lib. 4. cap. 6. nu. 4. Suarez D. 31. ſect. 1. n. 57. Valentia tom. 4. D. 7. q. 19. p. 3. Filliuc. d. tr. 17. c. 5. num. 94. Coninch. D. 14. n. 32. Sayr. lib. 7. c. 10. n. 12. Reginald. lib. 30. tr. 2. nu. 181. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 168. concl. 4. Bonac. tom. 3. de ſuſpenſ. D. 3. q. 1. p. 6. nu. 1. Tolet. lib. 1. c. 66. num. 1. Alterius tom. 2. D. 10. c. 6. cùm alijs.

Couaruuias. Syluester. Nauar. Henriq. Suarez. Valentia. Filliucius. Coninch. Sayrus. Reginaldus. Rodriq. Bonacina. Toletus. Alterius.

27 Effectus autem cenſuræ huius eſt ſuſpendere ipſo facto Clericum ſæcularem in excommunicatione ordinatum ab executione Ordinis ſuſcepti tempore excommunicationis, & à ſuſceptione aliorum Ordinum conſecutiuè, & acceſſoriè: Nam ſuſpenſus ab executione inferioris Ordinis, ſuſpenſus etiam eſt à ſuſceptione, & adminiſtratione ſuperiorum, non tamen è contra, quia talis ſuſpenſio non impedit executionem inferiorum Ordinum ſuſceptorum ante cenſuram: Quare abſolutus ab excommunicatione poterit licitè in illis miniſtrare: Ità Alterius d. tom. 2. D. 10. c. 5. col. 2. d. 1. & Bonac. loc. cit. n. 6.

Effectus huius ſuſpenſionis. Suſpenſus ab inferiori Ordine eſt ſuſpenſus à ſuperiori, non tamen è contra. Alterius. Bonacina.

28 Dixi (clericum ſæcularem) nam Regularis, qui excommunicatus excommunicatione maiori recipit ordinis Sacramentum non ſolùm ſuſpenditur ab executione ordinis, ità ſuſcepti, ſed etiam ab officio, vt ex verbis Canonis ſupra citati manifeſtè patet: vbi dicitur: ***Ab executione ſuſcepti ordinis, & officij decernimus manere ſuſpenſos, & conſequenter durante tali ſuſpenſione non poſſe promoueri ad ſuperiorem dignitatem***: Ità Bonac. loc. cit. propoſit. 2. n. 5.

Notandum pro Clerico regulari. Bonacina.

29 Abſolutio huius ſuſpenſionis, quando delictum eſt publicum non poteſt obtineri, niſi ab Apoſtolica Sede, Ità enim expreſsè dicitur in præcitato Canone: Cùm illorum, &c. vbi dicitur: ***In huiuſmodi caſibus, tàm Epiſcopi, quàm Archiepiſcopi abſque mandato ſpeciali Sedis Apoſtolicæ diſpenſandi facultatem ſe nouerint non habere, &c.*** Quando autem delictum tale fuiſſet occultum tunc in conſcientiæ foro cùm Clericis ſæcularibus poterit Epiſcopus cùm ſuis ſubditis diſpenſare, ſeù abſoluere à tali cenſura ſuſpenſionis contractæ: Si autem fuerit Regularis abſolui poterit à ſuo Prouinciali, ſiuè Abbate: prout notauit Bonacinà loc. cit. n. 7. iuxta facultatem Concilij Trident. ſeſſ. 24. c. 6. alijſque conceſſionib. à diuerſis Pontificibus Religionibus conceſſis, quæ à nobis in primo tomo citatæ ſunt agendo de caſibus reſeruatis.

Abſolutio huius ſuſpenſionis. C. Cum illorum de ſent. excom.

30 Hæc autem ſuſpenſionis cenſura extenditur etiã ad Clericos ſimoniacos, qui ordines ſuſcipiunt mediante ſimonia ſcienter, & realiter contracta: Ità enim habetur per quadam Extrauag. Pauli ſecundi de Simonia, quæ incipit: Cùm deteſtabile ſcelus Simoniæ, &c. vbi dicitur: ***Omnes illi, qui Simoniacè ordinati ſunt a ſuorum ſint ordinum executione ſuſpẽſi***; Et Sixtus V. in Bulla contra Clericos malè promotos, quæ incipit: Sanctum, & ſalutare dicit: ***Clericos poſt hoc malè promotos ab executione, & miniſterio, & exercitatione ordinum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuò ſuſpenſos declaramus***. Et quamuis prædicta conſtitutio Sixti à Clemente VIII. fuiſſet moderata, quò ad aliqua in ea contenta: quò ad vitium verò ſimoniacum illam in ſuo robore, & validitate reliquit: prout dicunt Suarez lib. 4. de Simonia c. 56. nu. 9. Sayrus de cenſ. lib. 4 c. 14 nu. 6. Leſſius lib. 2. de iuſt. c. 53. d. 24. n. 156. & Bonac. d. tom. 3. de ſuſp. D. 3. p. 5. num. 1. alijque communiter.

Extenditur ad Simoniacos iſta ſuſpenſio. Paulus ſecundus. Sixtus V. Moderatio Clem. VIII. Suarez. Sayrus. Leſſius. Bonacina.

31 Subiectum tandem huius cenſuræ ſunt omnes, ſingulique cuiuſcumque gradus, & conditionis homines, ſuſcipientes Ordines, tàm maiores, quàm etiam minores ſcienter mediante Simonia, qui ipſo facto remanent ſuſpenſi ab executione Ordinum per ſimoniam ſuſceptorum, & ab alijs in poſterum ſuſcipiendis, de qua ſuſpenſione, & excommunicatione non poſſunt, niſi à Romano Pontifice abſolui: Iura enim abſolutè loquuntur: Quòd intelligendum eſt, quando tale delictum eſſet publicum, nam ſi eſſet occultum, tunc vtique poterit Ordinarius ex vi Tridentini Concilij ſeſſ. 24. cap. 6. Simoniacos in foro conſcientiæ tantùm abſoluere: prout dicunt Suarez d. lib. de Simonia c. 61. nu. 11. Henriq. lib. 13. cap. 19. de excom. Sayrus lib. 4 de cenſ. cap. 17. ad finem, Bonac. tom. 3. D. 3. q. 1. p. 5. num. 11.

Subiectum huius ſuſpenſionis. Conc. Trid. Suarez. Henriq. Sayrus. Bonacina.

32 Vndecima ſuſpenſio incurritur ab illis, qui poſt Matrimonium contractum ratum, licèt non adhuc conſumatum in caſibus non permiſſis Ordines Sacros ſuſcipiunt: prout habetur ex Extrauag. vnica Ioannis XXII. de voto, & voti redemptione, quæ incipit: Antiquæ, &c. vbi poſtquam prohibitum fuit, ne coniugati Ordines Sacros ſuſcipiant, additur ſuſpenſio, dicendo: quòd: ***Si ſecus à quocumque attentatum fuerit ordinamus, quòd nec matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare valeant, neque ad ſuperiores ordines promoueri poterit ſine Pontificis Romani diſpenſatione***: Si autem matrimonium non adhuc conſumatum, ſolutum fuiſſet per profeſſionem factam in aliqua Religione approbata, tunc poſſet Ordinarius in tali caſu diſpenſare ad Ordines ſuſcipiendos: prout dicunt Suarez d. D. 31. ſect. 2. n. 54. Filliuc. d. tr. 17. c. 5. nu. 93. & Bonac. loc. cit. p 7. n. 1.

Suſpenſio vndecima cõtra coniugatos Ordines Sacros ſuſcipientes. Ioann. XXII. C. Antiquæ. Soluto matrimonio. Suarez. Filliucius. Bonacina.

33 Dixi (*in caſibus non permiſſis*) quia ſunt nonnulli caſus, in quibus permittitur aliquando coniugatos ad Sacros Ordines tranſire, vel de communi conſenſu, facta ſeparatione, quò ad habitationem, & thorum, omiſſo ab altero coniuge Caſtitatis voto, vel quando facta eſſet ſeparatio per legitimum diuortium ſecundùm Iura, quia tunc licebit coniugi innocenti Religionem intrare, vel Sacros Ordines ſuſcipere: Vel tempore duorum menſium ante Matrimonium conſumatum, &c. prout nos pleniùs explicauimus in primo tomo noſtræ Theologiæ moralis agendo de Sacramento matrimonij: Græcis etiam modo permittitur, vt poſſint in Sacris Ordinari viuente vxore, dùm tamen non eſſet bigamus: Ità Suarez, Filliucius, & Bonacina, cùm alijs locis ſupracitatis.

In quibus caſibus permittitur, vt coniugati ordinentur. Græci coniugati ordinantur in Sacris. Suarez. Filliucius. Bonacina.

34 Quando autem, quis exiſtimans probabiliter ſuam vxorem ex hac vita migraſſe, & tali certitudine putata Sacros Ordines ſuſcepiſſet, tunc excuſatus eſſet à cenſura, quæ non contrahitur ſine dolo, & culpa: In caſu tamen remaneret quaſi ſuſpenſus ideſt prohibitus, ne viuente vxore in Sacris Ordinibus adminiſtret, aut ſi vxor voluntariè conſentiret, & Religionem intraret, tunc ſoluto vinculo, poſſet coniux Ordinatus in ſuſceptis Ordinibus licitè miniſtrare abſque alia diſpenſatione: Ità Bonacina d. tom. 3. D. 3. de ſuſp. q. 1. p. 7. n. 4. Alterius tom. 2. de cenſ. D. 10. c. 5. col. 5. Suarez, & Filliuc. loc. ſupracitat.

Quando quis exiſtimat mortuam eſſe vxorem. Bonacina. Alterius. Suarez. Filliucius.

35 Duodecima in Ordine ſuſpenſio incurritur à Clericis, quando ante elapſum annum, quo mortuus fuit proprius Epiſcopus cùm litteris dimiſſorijs

Suſpenſio Duodecima. Ordinatus ante annum tempore Sedis Vacantis.

obten-

obtentis à capitulo ordinantur ab alieno Epiſcopo, tunc ſecundum iura remanent ſuſpenſi a talibus Ordinibus ſic ſuſceptis, niſi fuiſſent adſtricti occaſione beneficij recepti, vel recipiendi, aliter enim ſecundum Trident. Conc. ſeſſ.7.cap.10. de reform. remanet ſuſpenſus ab executione Ordinis, tunc ſuſcepti, ſi erat ex maioribus: ſi autem ex minoribus non gaudebit priuilegio Clericali præſertim in cauſis criminalibus: duratque talis ſuſpenſio ad beneplacitum ſui Prælati: Ità Suarez, & Filliuc. cùm alijs locis ſupracitatis.

Conc. Trid. — Suarez. Filliucius.

DE SVSPENSIONIBVS LATIS IN IVRE *Contra Clericos, peccantes in executione ſuorum Ordinum.*

CAP. II.

1 Plurimæ variæque ſuſpenſiones iuris à Doctoribus enumerari ſolent, quas incurrere poſſunt Clerici, peccantes in varijs criminibus contra diſpoſitiones Canonum in exercitatione ſuorum Ordinum: Nos autem colligentes eas, quæ ſparſim in ipſo iure inueniuntur breuitatis causâ ad numerum triginta reducemus, quæ tripliciter diuidi poſſunt, ideòque hoc præſens capitulum in tres partes peccabitur, in quarum prima explicabimus octo ſuſpenſiones, quæ incurruntur ab ipſis propter malum exercitium ſuorum ordinum, licèt ex ipſis quinque ſint præcipuæ, & principales, tres autem minus principales: In ſecunda parte examinabimus alias quatuordecim numero ſuſpenſiones, quæ contrahi quandoque poſſunt à Clericis propter alios defectus circa munera ad ipſos ſpectantia: Et tandem in tertia parte proponentur aliæ octo dubiæ, quæ videntur fulminatæ in iure contra Clericos committentes grauiſſima crimina communia illis cùm alijs hominibus, de quibus omnibus ſingillatim breuiter eſt dicendum.

Suſpenſiones triginta contra Clericos. Triplex diuiſio. — In prima parte octo conſiderantur. — In ſecunda Parte quatuordecim. — In tertia parte octo.

2 Prima ergo ſuſpenſio in Ordine eſt illa, quę communiter à Doctoribus referri ſolet contra eos, qui præter modum in iure conceſſum vtuntur Sacro Ordine in loco interdicto, quæ colligitur, & probatur a Doctoribus ex cap. Is, qui de ſent. excomm. in 6. §. Si verò: vbi videtur eſſe impoſita irregularitatis pœna Summo Pontifici reſeruata contra Clericos interdictum violantes in exercitio ſuorum Ordinum: Sed hæc magis videtur contrahi propter violationem cenſuræ Interdicti, quàm ſuſpenſionis, Ideòque conantur probare Doctores talem ſuſpenſionem ex alijs iuribus, vt ex c. Tanta de exceſſibus Prælat. Vbi dicitur: *Omnes, qui interdictum violauerint damnabiliter ſuſpendantur*. Ità Syluest. in verbo interdictum 6. nu.3. Angel. eodem verb. n.8. Armilla ibi num.8. qui alios citant, ſed re vera, vt verba ſonant talis non videtur ſuſpenſio latæ ſententiæ, ſed ferendæ: dicitur enim ibi ſuſpendas, &c. Quare alij conantur talem ſuſpenſionis cenſuram probare ex cap. Epiſcopum de Priuileg. in 6. in quo propter ſimile delictum ſuſpenditur quis ab ingreſſu Eccleſiæ: Quare nos concludendo dicimus hanc non eſſe propriam cenſuram ſuſpenſionis, ſed latè ſumpto vocabulo, incluſam in Irregularitate, propter interdicti violationem, & ſi eſt ſuſpenſio ab aliquibus officijs, aut beneficijs, non eſt ſententiæ latæ, ſed ferendæ: prout benè aduerterunt Suarez tom.5. de cenſ. D.31. ſect.2. num.4. & Filliuc. to.1. tr.17. c.6. num.98. cum alijs recentioribus.

Prima ſuſpenſio. Violantes interdictum ſuſpenſionem incurrunt. C. Is, qui de ſent. excom. — C. Tanta de exceſſib. Prælat. Syluester. Angelus. Armilla. — C. Epiſcopũ. — Concluſio. — Suarez. Filliucius.

3 Secunda ſuſpenſio elicitur ex cap. Epiſcoporum de Priuileg. vbi videtur fuiſſe inflicta cenſura ſuſpenſionis contra Clericos celebrantes coram excommunicato, vel interdicto publico, & declarato, vel talem admittendo ad Diuina, vel ad Eccleſiaſticam ſepulturam, qui per dictum Canonem ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ, quare magis videntur ſpecies interdicti, quàm ſuſpenſionis propriè loquendo: prout etiam notauerunt Suarez, cùm Filliuc. locis ſupracitatis.

Secunda ſuſpenſio. — C. Epiſcoporum contra violantes interdictum. — Suarez. Filliucius.

4 Tertia in ordine ſuſpenſio eſt illa, quæ habetur in cap. quia in omnibus de vſuris: vbi infliguntur duæ cenſuræ ſuſpenſionis non ſimul, ſed diuiſim ſumptæ, ita vt quælibet tranſgreſſio prohibita in dicto Canone ſufficiat ad ſuſpenſionem incurrendam: prohibentur itaq; in hoc Canone duæ actiones, quarum vna eſt tradere Eccleſiaſticæ ſepulturæ corpus publici vſurarij in tali crimine morientis, altera eſt recipere oblationes in Eccleſia ab eodem vſurario publico oblatas ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ ab officio: ideòq; dicitur in Canone: *Qui autem acceperit oblationes, vel Chriſtiana tradiderit ſepultura publico vſurario, & quæ acceperit reddere compellatur, & donec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfaciat ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus*: Quare ſi aliquis Sacerdos, vel Clericus vtramque illarum actionum faciat, duas ſuſpenſiones incurret, ideòque duplici videtur abſolutione indigere, vel vna, quæ vtramque actionem reſpiciat: ſufficiens enim eſt quæcumque actio ex illis prohibita ad ſuſpenſionem incurrendam, vt patet ex particula illa diſiunctiua: *Qui acceperit, vel tradiderit*: prout bene dicunt Suarez loc. citat. nu.7. & Filliucius num.100.

Tertia ſuſpēſio. C. Quia in omnibus. — Contra concedentes ſepulturam publico vſurario. Contra recipientes oblationes ab illo. Verba Canonis. — Quomodo contrahantur duæ ſuſpenſiones. — Suarez. Filliucius.

5 Notandum autem oblationes tribus modis fieri poſſe: Primò in Miſſa ad offertorium, prout eſt in vſu: Secundò extra Miſſam, tanquam ſtipendium vt dicatur Miſſa, & Tertiò in ſubſidium, & eleemoſynam miniſtrorum Eccleſiæ, vt tales ſunt, non autem, vt pauperes: Prohibentur ergo in Canone oblationes recipere ab vſurario publico; primi, & tertij modi, non autem ſecundi modi, quia illæ non ſunt dona gratuita, ſed debita ex iuſtitia, quæ propriè non ſunt oblationes ſpontaneæ: Ità D.Th. 2.2.q.85. & 86. A.3. Richardus in 4.D.18 q.4. A.6. Syluest. verbo Decima: Suarez D.31. ſect.2. nu.9. Bonac. tom.3. de ſuſpenſ. D.3. q.3. nu.3. & Filliuc. d.tr.17. c.6. nu.100. Quæ omnia intelligenda ſunt de Vſurarijs publicis denuntiatis, & declaratis, non autem de toleratis.

Oblationes tripliciter fieri poſſunt. Primò. Secundò modo. Tertiò modo. Concluſio. — D. Thom. Richardus. Syluester. Suarez. Bonacina. Filliucius.

6 Suſpenſio quarta in ordine lata eſt in Tridentin. Concil. ſeſs.24. c.1. de reform. matrim. vbi infligitur pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio contra Parochum, aliumque Sacerdotem coniungentem in matrimonio ſponſos alterius Parochiæ ſine licentia proprij Parochi eorum, qui ſunt illius Parochiæ, vel eoſdem benedicendo ſolemniter iuxta ritum, & conſuetudinem Eccleſiæ: Quare in dicto capite Concil. Trident. ſupracitato circa finem ponuntur iſta verba: *Si quis Parochus, ſiuè alius Sacerdos, ſiuè ſæcularis, ſiuè Regularis ſit, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat alterius Parochiæ ſponſos, ſine illorum Parochi licentia Matrimonio coniungere, vel benedicere auſus fuerit, ipſo iure tamdiu ſuſpenſus remaneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui Matrimonio in eſſe debebat, ſeu benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur.*

Suſpenſio quarta. — Conc. Trid. Contra benedicentes, & coniungentes ſponſos alterius Parochiæ. — Verba Tridentini.

7 Quinta ſuſpenſio elicitur ex cap. cùm inhibitio de clandeſt. diſpenſat. impub. in quo infligitur ſuſpenſio ab officio per triennium contra Parochum, qui contempſerit prohibere matrimonia clandeſtina, vel contracta contra interdictum Eccleſiæ, com-

Quinta ſuſpenſio. C. Cùm inhibitio. Contra Parochum non prohibentem Matrimonia clandeſtina.

comprehenditque etiam Regulares, qui præſumpſerint illis intereſse, quæ ſuſpenſio videtur eſſe latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ ſecundum Henriquez in ſumm. libr. 13. capit. 39. §. 3. Sayrum de cenſur. libr. 4. capit. 15. numer. 8. Diaz libr. pract. canonic. quæſt. cap. 63. Filliucius tract. 17. capit. 6. numer. 102. & Bonacina tomo 3. de ſuſpenſ. D. 3. p. 5. numer. 1. cum alijs dicentibus: talem ſuſpenſionem incurri ipſo facto, cum ſit latæ ſententiæ, quamuis nonnulli, vt Couarruuias de matrimon. p. 2. cap. 6. numer. 13. cum alijs probabiliter exiſtiment: Talem ſuſpenſionem eſse ſententiæ ferendæ, ideòque non incurri ipſo facto, niſi poſt ſententiam latam, probabilior autem eſt aliorum opinio dicentium eſſe latæ ſententiæ: vt ex verbis ipſius Tridentini manifeſtè patet.

Henriquez. Sayrus. Diaz. Filliuc. Bonacina.

Opinio Couarruuias, & aliorum.

Improbatur.

8 Sexta in Ordine ſuſpenſio infligitur contra Clericos, ſeu Sacerdotes omittentes Sacrificium Miſſæ incompletum, ſine vrgenti, & ineuitabili cauſa alicuius grauis morbi, ſiuè periculi ineuitabilis, adeo, vt exiſtimetur non poſſe ampliùs progredi ſine vitæ periculo, tunc daretur excuſatio à peccato, & per conſequens à cenſura incurrenda: Si autem ex leui cauſa reliquerit Sacrificium incompletum, ſaltem poſt inceptum Canonem, tunc non eſſet excuſatus à culpa, & à ſuſpenſione impoſita: Ita enim habetur ex c. Nullus de conſecr. D. 1. vbi dicitur: *Cum Epiſcopus ſiuè alius Sacerdos ingreſſus fuerit ad altare ad Miſſarum ſolemnia celebranda, niſi paſſio aliqua interceſſerit, nullo modo audeat data occaſione recedere, vt ab alio Miſſa Sacrificium compleatur: Si quis verò præſumpſerit, præter quod poſuimus agere à Sacro corpore, & Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus*: & ratio iſtius ſuſpenſionis eſt, quia æquum eſt, vt quis in eo puniatur, in quo deliquit.

Suſpenſio ſexta. Contra relinquentes Miſſæ Sacrificiū incompletū.

C. Nullus de conſecr. D. 1.

9 Sed difficultas eſt: An talis pœna ſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis: Nam Archidiaconus in cap. Nihil 7. quæſt. 1. & Concil. Tolet. 7. capit. 2. putat iſtam eſse pœnam excommunicationis minoris: dicit enim Concilium loc. citat. *Nullus abſque præuentu potentis moleſtiæ miniſter, vel Sacerdos cum cœperit imperfecta officia præſumat omnino relinquere: Si quis autem hæc temerè facere præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit*: ergo non eſt ſuſpenſio, ſed excommunicatio, & quia tantùm priuat communione, & perceptione Euchariſtiæ non eſt excommunicatio maior, ſed minor: Ità Archidiaconus loc. cit.

Difficultas. An ſit pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis? Prima ſententia eſt Archidiaconi.

10 Maiolus autem lib. 2. de irregul. c. 16. in fine, & Alterius tomo 2. de cenſur. D. 11. cap. 3. col. 2. & 3. exiſtimant iſtam eſse excommunicationem maiorem, eò quòd ſeparatio à corpore Chriſti, vel à Dominico Altari ſæpe vocatur Anathema, quæ eſt excommunicatio maior, prout colligitur ex c. Engeltrudam 3. q. 4. & ex c. Nemo per ignorantiam de conſecr. D. 1.

Secunda ſententia. Maioli, & Alterij.

Can. Engeltrudam. Can. Nemo.

11 Tertia ſententia eſt probabilior, & communior, dicens hanc pœnam eſse ſuſpenſionis ſententiæ ferendæ, & partialis propriè dictæ, eò quòd impedit exercitium Ordinis Sacerdotalis circa ſumptionem corporis, & Sanguinis Chriſti, non eſt autem ſuſpenſio ipſo iure lata, ſed ad ſummum eſt cenſura ſuſpenſionis ferendæ, quare Gloſſa in d. cap. Nullus ſupracitato: in loco verborū (*ſuſpenſus ſit*) vtitur verbo *ſuſpendatur*, quod importat ſuſpenſionem ferendam: Ità Nauar. in miſcell. de orat. miſcell. 52. Filliuc. d. tr. 17. c. 6. nu. 103. Bonac. tom. 3. de ſuſp. D. 3. q. 2. nu. 5. Sayrus de cenſ. lib. 4. c. 15. nu. 1. Ad rationes autem ſecundæ ſententiæ: Reſpondetur nomen Anathema, per anthonomaſiam licèt accipiatur pro excommunicatione: Interdum tamen accipi etiam poteſt pro ſuſpenſione: quia Anathema latinè vertitur. Surſum poſitio, quòd idem eſt quòd ſuſpenſio.

Tertia ſententia probabilior.

Gloſſa in c. Nullus.

Nauarrus. Filliucius. Bonacina. Satisfit rationibus contrariorum.

12 Septima ſuſpenſio in Ordine deſumitur ex cap. Relatum de conſecr. D. 2. vbi reprehenduntur Sacerdotes, qui non communicant in Miſſa recipiendo Sacramentum ſub vtraque ſpecie, relinquendo Sacrificium mutilum, & imperfectum, contra quos imponitur pœna ſuſpenſionis à communione per annum: dicitur enim in Canone: *Iſti tales gratia communionis anno vno repulſi ſe nouerint*: Hæc autem propriè loquendo, non videtur cenſura ſuſpenſionis propriè dicta, ſed quædam ſpeciès ſuſpenſionis temporalis, ſiuè partialis ab officio celebrandi per annum, quæ non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ: Ità Maiolus de irregul. lib. 3. c. 16. Bernard. Diaz in pract. c. 42. Alterius to. 2. de cenſ. D. 11. c. 3. col. 3. Sayrus lib. 4. c. 16. nu. 3. Filliuc. loc. cit. num. 104. Bonac. tom. 3. D. 3. q. 3. p. 3. nu. 1.

Suſpenſio ſeptima. C. Relatum contra Sacerdotes non cōmunicantes in Miſſa.

Maiolus. Diaz. Alterius. Sayr. Filliuc. Bonacina.

13 Octaua ſuſpenſio videtur eſſe impoſita in c. Capellanum de ſecundis nuptijs contra Sacerdotes, ſiuè Parochos benedicentes ſecundas nuptias, eò quòd faciant contra diſpoſitionem Iuris prohibentis ſponſos aliàs benedictos iterum benedicere, cùm benedictio ſequatur perſonam, ideòque ab Alexandro III. in d. can. ſupracitato hoc prohibitum fuit ſub pœna ſuſpenſionis à tali miniſterio, ſed ſecundum Gloſſam talis ſuſpenſio non eſt ipſo iure lata, ſed ferenda, prout communiter explicant Hoſtienſis, & Abbas in dicto can. ſupracitato; & Couar. de Matrim. p. 2. c. 8. §. 2. n. 2. Henriq. lib. 13. cap. 39. §. 3. Sayrus lib. 4. c. 15. nu. 4. Syluester verbo Nuptiæ §. 1. Maiolus de irregul. c. 15. Filliuc. d. tr. 17. c. 6. nu. 105. Sanchez de matr. lib. 7. D. 82. num. 27. Alterius tom. 2. D. 11. c. 4. col. 4. & Bonac. d. tom. 3. D. 3. p. 6. nu. 9.

Octaua ſuſpenſio. C. Capellanus contra benedicentes ſecundas nuptias. Alexand. III. Gloſſa.

Hoſtienſ. Abbas. Couarruuias. Henriq. Sayrus. Syluester. Maiolus. Filliuc. Sanchez. Alterius. Bonacina.

Ex quibus patet: Tres vltimas iſtas ſuſpenſiones, non eſſe ipſo iure latas, quæ ipſo facto incurruntur, ſed ſententiæ ferendæ, ideòque diximus non eſse ita certas, & proprias cenſuras, ſicut dictum eſt de quinque prioribus ſupra explicatis, quare non ab omnibus Doctoribus inter ſuſpenſiones iuris ſunt enumeratæ: At quoniam à nonnullis referuntur, ideò viſum eſt etiam iſtas ſuſpenſiones breuiter explicare: Et hæc de Prima parte huius capituli. 14

Corollarium.

15 Circa Secundam partem veniunt explicandæ aliæ quatuordecim ſuſpenſiones, quæ incurruntur à Clericis propter alios defectus circa munera ad ipſos ſpectantia: Quarum prima eſt contra Clericos abutentes veſtibus contra ſtatuta Eccleſiaſtica: quare Clemens V. in Clement. 2. de vita, & honeſt. Cleric. prohibet, ne Clerici vtantur veſtibus coloratis, virgatis, & partitis diuerſis coloribus, tanquam non conuenientibus habitui Clericali, quare ſi quis contra auderet facere: Si eſt Clericus habens beneficium Eccleſiaſticum, & illis publicè vtatur, ſuſpenditur à perceptione fructuum beneficij per ſex menſes: Clericus verò in Sacris non habens beneficium, fit inhabilis, & ſuſpenſus à receptione beneficiorum etiam per ſex menſes. Presbyteri verò, vel Regulares ſuſpenſionem incurrunt per annum à beneficio ſi habeant, ſi verò non habeant efficiuntur inhabiles ad beneficia, & dignitates recipiendas etiam per annum: Hæc omnia in dicta Clementina ſunt præſcripta, quæ cenſura poſtea confirmata, & ampliata fuit à Tridentino Concil. ſeſſ. 14. de Reformat. capit. 6. & ſeſs. 22. cap. 1. de Reformat.

Secunda pars capituli. Suſpenſiones quatuordecim. Prima ſuſpenſio. Contra Clericos vtentes veſtibus coloratis. Clementina ſecunda de Vita, & honeſt. Pœna ſuſpenſionis, quæ infligitur.

Conc. Trid.

16 *In quibus caſibus excuſaretur clericus illis vtens.*

Circa quæ duo veniunt notanda: Primum, quòd tunc Clericus incidit in hanc pœnam ſuſpenſionis, quando vteretur illis veſtibus coloratis, & virgatis communiter, & publicè per vicos, & plateas, non autem ſi domi tantùm, aut in villa, aut etiam foris ſubtus alias veſtes Clericales, vel ex cauſa rationabili ſine ſcandalo, & adminiſtratione fidelium ad breue tempus illis vteretur, quia in caſu à tali pœna eſſet immunis: Secundum, niſi quando in aliquibus Regionibus eſſet talis conſuetudo introducta, & ab Eccleſia permiſſa, & tolerata: quia tunc Clerici vtentes talibus veſtibus excuſarentur à pœnis in Clementina impoſitis: Ità Suarez de cenſur. D.31. ſection.3. numer.1. Alterius tomo 2. D.12. capit.1.col.4. Nauarrus capit.27. num.159. Filliuc. d.tract.17. cap.6. num.161. & Bonacina d.tomo 3. D.3. q.6. p.6.

Secunda exceptio. — *Suarez. Alterius. Nauarrus. Filliucius. Bonacina.*

17 *Secunda ſuſpenſio. Contra grauantes Eccleſias alienis debitis.*

Secunda ſuſpenſio in ordine huius ſecundæ partis lata eſt in c.2. de ſolutionibus contra omnes, ſingulóſque Curatos, aut beneficiarios grauantes Eccleſias ſibi commiſſas alienis debitis, aut litteris, ſeu ſigilla alienis concedentes, à quibus ſuſpicari poſſet periculum, ne Eccleſia defraudetur obligando fraudulenter Eccleſiam ad aliquam ſolutionem non conuenientem: Quare ſi quis hoc ſcienter, & malitioſe faceret: ſuſpenditur ipſo facto ab adminiſtratione omnium rerum temporalium, & ſpiritualium ad Eccleſiam Dei ſpectantium, prout dicitur in extrauag. ſupra citata: Ità Suarez ſupra ſection.3. numero 12. & Filliucius loco citato numero 107.

C.2. de ſolutionibus. Suarez. Filliucius.

18 *Suſpenſio Tertia. C. Quia ſæpe contra ſurripientes bona Eccleſiæ poſt mortem Epiſcopi.*

Suſpenſio tertia in Ordine eſt illa, quæ lata eſt in c. quia ſæpe de elect. in ſexto contra omnes, & ſingulos, occupantes, vel ſurripientes bona alicuius Prælati defuncti, ac etiam defraudantes emolumenta, quæ proueniunt ex iuriſdictione, & Sigillo Curiæ, Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, aut quidquid alias vndéquaque ad Eccleſiam pertinent: Quare huiuſmodi contra iuſtitiam perpetrantes, ſuſpenſionem incurrunt ab officio, & beneficijs, quibuſcumque donec plene reſtituerint, quidquid de prædictis bonis, & emolumentis ſubſtulerunt, ſeu occupauerunt: Fertur autem talis ſuſpenſionis cenſura contra Capitula, Collegia, Congregationes, copulatiuè ſumpta, ac contra ſingulares perſonas diſtributiuè, quæ talia bona occupauerunt fraudulenter, & inter ſe diuiſerunt: Ità Suarez D.31. ſect.3. num.3. Bonacina tom.3. D.3. q.4. p.15. Filliuc. d.tr.17. c.6. num.108.

Contra capitula, & perſonas defraudantes dicta bona, & inter ſe diuidêtes. Suarez. Bonacina. Filliucius.

19 *Suſpenſio quarta contra electores Epiſcoporum.*

Suſpenſio quarta eſt illa, quam incurrunt electores Epiſcoporum, qui infra dies octo poſtquam commodè potuerint non præſentauerint electo electionem factam, qui ſuſpenduntur per triennium à beneficijs, quæ poſſident in illa Eccleſia, de cuius electione agitur: Et ſi intra illud tempus in ijs ſe ingeſſerint priuantur in perpetuum ipſis beneficijs: Eademque pœna extenditur ad eligentes, vel opponentes ſe electioni, qui intra tempus, & modum in Iure præſcriptum non reddunt rationem totius negotij ad Apoſtolicam Sedem: prout dicitur in c. Cupientes de elect. in ſexto §. ceterum: Ità Suarez D.31. ſect.3. num.5. Sayrus lib.4. c.15. nu.12. Viualdus in Candel. de ſuſpenſ. num.96. Filliuc. d.c.6. nu.109.

C. cupientes. Suarez. Sayrus. Viualdus. Filliucius.

20 *Suſpenſio Quinta. C. ſi compromiſſarius. Contra eligentes indignum in Epiſcopum.*

Quinta ſuſpenſio lata eſt in c. Si compromiſſarius de elect. in ſexto contra compromiſſarios eligentes culpabiliter, & ſcienter aliquem in Epiſcopum, aut maiorem dignitatem inhabilem, & indignum ad talem dignitatem contra diſpoſitionem iuris: quare huiuſmodi compromiſſarij, quibus compromiſſa fuit electio in pœnam talis delicti ſuſpenduntur per triennium à beneficijs, quæ obtinent in Eccleſia, de cuius electione agitur.

Sexta ſuſpenſio.

21 *Contra eligentes Prælatum indignũ. C. Cum in cunctis. Suarez. Filliucius. Bonacina.*

Eamdemque pœnam ſuſpenſionis per triennium incurrunt omnes, ſingulique electores, qui culpabiliter eligunt indignos quoſcumque Prælatos ad quamcumque dignitatem cui annexa eſt animarum cura: prout dicitur in c. Cum in cunctis de Election. in ſexto. Ità Suarez D.31. ſect.3. nu.61. Filliucius d. tract.17. capit.6. num.111. & Bonacina tom.1. D.3. de ſuſpenſ. p.5. num.26. Et hæc eſt ſexta ſuſpenſio in Ordine.

22 *Quis dicatur indignus electione. Conditiones Epiſcopi eligendi, quæ.*

Si quæras autem, quis indignus in hac parte dicatur.

Reſpondetur: quòd in d. can. ſupracitato præſcribuntur conditiones, quas habere debeat Epiſcopus eligendus, quarum prima eſt, vt nullus eligatur in Epiſcopum, qui non ſit peruentus ſaltem ad annum trigeſimum ſuæ ætatis: Secunda, quod non ſit illegitimus, ſed natus ex legitimo matrimonio, neque ſit bigamus: & Tertia, quod ſit vita ſcientia, & moribus commendabilis: Oportet enim Epiſcopum (ex doctrina Apoſtoli) eſſe irreprehenſibilem, & §. Si autem electio facienda ſit de inferioribus curatis, vt ſunt Archipresbyteri, Archidiaconi, Parochi ſiue Decani, &c. requiritur, vt huiuſmodi ſaltem peruenti ſint ad annum vigeſimum quintum ſuæ ætatis, & quòd ſint ſcientia, & moribus commendabiles: quare ſi aliquis contrafaceret, & culpabiliter aliquem ad huiuſmodi dignitates eligeret contra diſpoſitionem Canonis incideret in pœnas ibi præſcriptas, alias ſecus: Ità Sayrus d.lib.4. de cenſur. cap.15. numero 11. Suarez, Filliucius, & Bonacina, locis ſupracitatis.

Conditiones aliorum inferiorum curatorum, quæ. — *Sayrus. Suarez. Filliucius. Bonacina.*

23 *Suſpenſio ſeptima. Contra poſtulantes in curatum aliquẽ mendicantem regularem.*

Septima ſuſpenſio incurritur ab illis, qui ſcienter poſtulant in Prælatum Eccleſiæ Cathedralis eum, qui non adhuc peruentus ſit ad annum vigeſimum ſeptimum ſuæ ætatis: Vel, qui aliquem Religioſum mendicantem poſtulat, vt eligatur in Curatum alicuius Eccleſiæ Parochialis, quare huiuſmodi ſcienter, & culpabiliter contra diſpoſitionem Canonis facientes incurrunt ſuſpenſionem à beneficijs, quæ obtinent in illa Eccleſia per triennium: prout dicitur in extrauagant. Vnica de Poſt. Prælat.

Extra Vn. de poſtulat. Prælatorum.

24 *Suſpenſio Octaua. Contra opponentes calumnioſè electio in lectæ. C.1. de elect. in ſexto.*

Octaua ſuſpenſio lata eſt contra eum, qui ſe opponit in electum Canonicè ad aliquam dignitatem Eccleſiaſticam, & poſtea deficit in probatione: tunc enim ille talis ſuſpenſus remanet per triennium à beneficijs illius Eccleſiæ, de cuius prouiſione, ſeu electione agitur: prout dicitur in cap.1. de Elect. in ſexto §. Adijcientes, &c. debet autem talis oppoſitio fieri calumnioſè in perſonam electi ad dignitatem perſonatus, ſeu Canonicatus, non autem in electionem, quo ad formam eius, quia tunc ſi deficeret in probatione electionis tantùm, tunc tantummodò ad expenſas condemnatur: prout notauit Suarez de cenſur. D.31. ſection.3. numero 11.

Suarez.

25 *Suſpenſio Nona. Contra conſentientes electioni factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis.*

Nona in Ordine ſuſpenſio lata eſt contra conſentientem electioni de ſe factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis, qui propter tale delictum efficitur ipſo facto inhabilis ad illam dignitatem, ad quam tali indebito modo fuit electus, redditurque inhabilis ad alias dignitates Eccleſiaſticas obtinendas: tenebatur enim non conſentire tali electioni de ſe factæ contra diſpoſitionem iuris, & Eccleſiaſticam libertatẽ, prout habetur ex c. Quiſquis de electione: Electores autem conſentientes ad faciendam talem

C. Quiſquis de electione.

electio-

Electores etiã cõſen ientes ad talem electionem.

electionem incurrunt ſuſpenſionem a beneficio, nõ ipſo facto, ſed poſt ſententiam iudicis illos condẽnantis, eò quod fecerunt contra Canonicam libertatem: dicitur enim in Canone ſuſpendantur per triennium: *Ipſo vero iure priuantur poteſtate eligendi, quo ad vnum actum, niſi aliquando excuſaretur a metu graui ſibi incuſſo*: Ita Sayrus lib.4. de Cenſ. c.16.n.16. Suarez D 31. ſect.1.n.12. Viuald.in Candel.n.98.Bonacina d.D.3.p.5.n.29.

In quo caſu eſſent aliquã do excuſatio. Sayrus. Suarez. Viualdus. Bonacina.

26 Suſpẽſio Decima contra viſitatores recipientes munera. C. Exigit de cenſibus.

26 Decima in ordine Suſpenſio infligitur contra viſitatores, qui viſitando Eccleſias, aliaque loca, vbi ſunt deſtinati ad viſitandum, recipiunt munera, aliaque dona, ſiue pecuniam contra ſtatutum Innocentij IV. quod refertur in c. Exigit de cenſibus in 6. vbi præcipitur ne huiuſmodi viſitatores inferiores Epiſcopis, aliqua munera recipere audeant præter victum, aliaque neceſſaria: quod ſi ſecus faciant ſupenduntur ab officio, & beneficijs dictarum rerum contra ſtatutum receptarum: Quod idem ſimiliter prohibitum eſt in alijs Iuribus, vt in c. Romana, & c. Fœlicis de Cenſibus: & tandem in Trident. Concil. ſeſſ.24. c.3. de Reformat. ſub fine, vbi omnia præcitata Iura confirmantur, & inſuper expreſſius cautum eſt, ne Epiſcopi, alijque viſitatores occaſione viſitandi Eccleſias ſibi commiſſas aliqua dona, ſeu munera recipiant præter victualia communia, & neceſſaria, alioquin facientes duplum rerum receptarum infra menſem reddere teneantur: Imponiturque Epiſcopis pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: Inferioribus vero viſitatoribus pœna Suſpenſionis ab officio, & beneficio, donec duplam reſtitutionem faciant illis Eccleſijs. Ita Bonac. tom.3. D.3. de ſuſpenſ. p.4.n.15. Suarez de Cenſ. D.31. ſect.3.n.15. Filliuc. d.tr.17.c.6.n.115.

C. Romana. C. Fœlicis. Concil. Trid.

Pœna inflicta pro diuerſis perſonis.

Bonacina. Suarez. Filliucius.

27 Suſpẽſio Vndecima cõtra eos, qui conferunt beneficia eorũ, qui ſunt in Romana Curia.

27 Vndecima Suſpenſio in ordine eſt contra eos, qui conferunt, vel recipiunt beneficia eorum, qui pro ſuis negotijs ad Romanam Curiam profecti ſunt, quiuè in ea aliqua exercent officia: quare in extra Com.3. de Priuileg. talia facientes ſuſpenduntur ſimpliciter, hoc eſt ab officio, & beneficio, prout aduertunt. Suarez, & Filliucius loc. ſupracit. cum alijs.

28 Suſpenſio Duodecima contra Iudices Eccleſiaſticos facientes contra iuſtitiam.

28 Duodecima ſuſpenſio fertur contra omnes, & quoſcumq; Eccleſiaſticos Iudices, ſiuè Ordinarios, ſiue delegatos in actu iudicij facientes aliquod contra iuſtitiam in grauamen alterius partis per gratiam, vel ſordes, ideòque talia facientes ipſo facto ſuſpenduntur per annum ab executione officij non ſolùm iudicis, ſed etiam Ordinis prout dicitur in c. 1. de ſent. & re iudicata in 6. vbi additur: *Si ſuſpenſione durante aliquis eorum damnabiliter ſe ingeſſerit Diuinis, Irregularitatis laqueo ſe inuoluet*: Ita Suarez, cum Filliucio, locis ſupracitatis.

C. 1. de ſent. & re iudicata.

Suarez. Filliucius.

29 Suſpẽſio Tertiadecima. C. Vltimo de officio delegati. Cõtra delegatos extẽdẽdo ſuam iuriſdictionẽ in caſibus ſibi non conceſſis.

29 Tertiadecima Suſpenſio lata eſt in c. vltimo de officio delegati in 6. verſic. vbi autem in quo Canone ſuſpenduntur per annum iudices conſeruatores ab officio, qui de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, & violentijs ſcienter ſe intromittunt, ſeù ad alia, quæ iudicialem indaginem non exigunt: hoc eſt diligentiam, & ritum iudicialem, ſuam extendunt poteſtatem, in quo Canone punitur exceſſus iuriſdictionis, & muneris damnandi, qui in alijs caſibus, ſibi non permiſſis ſcienter ſe intromittunt: prout notant Doctores explicantes ſuſpenſionem latam in hoc Canone: vt Suarez D.31. ſect.3.n.17. & Filliuc. d.tr.17.c.6.n.118.

Suarez. Filliucius.

30 Suſpenſio quartadecima cõtra occupãtes bona Eccleſiarum.

30 Quartadecima tandem ſuſpenſio lata eſt contra occupantes, ſiuè per ſe, ſiuè per alios mediatè, ſiuè immediatè bona, cenſus. Iura, fructus, emolumenta, &c. Eccleſiarum beneficiorum, ſiuè Montis pietatis hoſpitalis, ſiuè alterius loci pij &c. quæ etiam ſuſpenſionis pœna extenditur ad conſentientes ad prædicta facienda: Tales enim ſi Clerici ſint, ipſo iure priuati exiſtunt omnibus beneficijs, ſi quæ poſſident, redduntur que inhabiles ad quæcumque alia recipienda: Et deinde poſt integram reſtitutionem, ſatisfactionem, & abſolutionem a ſuorum ordinum executione arbitrio ſui Ordinarij ſuſpendendi ſunt: prout determinatum fuit in Concil. Trid. ſeſſ.22. de Reformat. c.11. prout notauit Filliuc. loc.cit.n.119. Et hæc de ijs, quæ pertinent ad ſecundam capituli huius partem.

Extenditur pœna ad cõſentientes.

Pœna, quæ infligitur.

Concil. Trid. Filliucius.

Circa tertiam tandem eiuſdem Capituli partem aliæ octo Suſpenſiones diſcutiendæ veniunt, quæ à Doctoribus, quàm plurimis enumerantur, in quas incidere poſſunt, quandoque Clerici propter grauiſſima ſcelera publica, & ſcandaloſa, quæ etiam ab alijs hominibus committi poſſunt: At quoniam huiuſmodi ſceleta perſonis Eccleſiaſticis magnam inferũt notam, de quibus alij fideles faciliter ſcandalizantur, ideòq; per Sacros Canones ſub pœna Cenſuræ videntur prohiberi, quamuis non ab omnibus recentioribus tales ſuſpenſiones communiter admittantur, ideoque videntur eſſe dubiæ, propterea oportet, vt à nobis ſingulæ diſcutiantur, & explicentur, quarum. 31

31 De Tertia Parte capituli. De octo ſuſpenſionibus dubijs.

Prima in ordine eſt illa, quæ ab aliquibus dicitur incurri à Clericis pro quocumque peccatorum genere, quando graue eſſet, & publicum, & ſcandaloſum apud Chriſti fideles, ideòque ratione ſcandali tales Clerici huiuſmodi ſcelera publicè cõmittentes videntur eſſe ſuſpenſi ab eccleſiaſticis ordinibus ad euitanda ſcandala: Quare Gregorius Nonus in c. Quæſitum de Temp. ordin. *Clericos, & Sacerdotes, qui bonum conſcientiæ amiſerunt ſub interminatione diuini iudicij obteſtandos eſſe, ne in ſuſceptis ordinibus adminiſtrent niſi pœnituerint*, & idem Pontifex rationem aſſignat in c. vltimo de cohabit. cleric. & mulier vbi dicit: *Huiuſmodi Eccleſiaſticos pro quolibet mortali peccato, quò ad ſe ipſos ſuſpenſos eſſe ab executione ſuorũ ordinum*; Et quamuis poſt pœnitentiam repellendi non ſint à ſuorum ordinum adminiſtratione, niſi quando talia crimina fuiſſent ſcandaloſa, & publica; quando ergo peccata eſſent talia, permitti nõ debet, vt in ſuſceptis ordinibus adminiſtrent, &c. quare videntur eſſe ſuſpenſi ſuſpenſione ſaltem incluſa in irregularitate propter indignitatem ad euitanda ſcandala. 32

32 Prima ſuſpẽſio dubia. Cõtra Clericos publicos peccatores in genere.

C. Quæſitum. Gregorius Nonus.

C. vltimo de cohabit Cleric. & mulier.

His tamen non obſtãtibus reſolutoriè, & abſolutè dicimus: Nullam in Iure inueniri talem cẽſuram ſuſpenſionis cõtra publicos Clericos peccatores latas: Non enim omne peccatũ, quantumuis publicũ, graue, & ſcandaloſum habet annexam cẽſuram ſuſpenſionis in perſona clerici: Ex teſtibus autem citatis non colligitur propria ſuſpenſio, quæ ſit vera censura, cuius ſignum eſt, quod ſi talis Sacerdos publicus peccator Miſſas celebret, non efficitur Irregularis, prout omnes communiter fatentur, & ſi pœnitentiam agat non indiget noua abſolutione cenſuræ ſuſpenſionis, vt licitè celebrare deinceps poſſit: Quare licèt huiuſmodi peccatores corã Deo ſint ſuſpenſi, non tamen ſunt verè ſuſpenſi cenſura ſuſpenſionis, ſed, vel ea, quę eſt in omni Irregularitate incluſa, vel quæ ferenda eſſet à Iudice prohibente ſub cenſura, ne, vt ſic in ſuſceptis ordinibus adminiſtrent: Ita Couar. in Clement. Si furioſus in p.1. §.1. n.5. Henriq. lib.13.c.36. Suarez D.31. ſect.4.n.1. Filliuc. tr.17.c.7.n.122. Auila de cẽſ.3.p.D.5.d.1. Bona. tom.3. de ſuſpenſ. D.3.q.3.p.1.n.2. alijq; cõmuniter. 33

33 Reſolutio nõ adeſſe taliſ ſuſpenſio in Iure.

Reſpondetur ad auctoritates, & rationes alterius ſententiæ.

Ratio aſſertionis noſtræ.

Couarruuias. Henriquez. Suarez. Filliucius. Auila. Bonacina.

Secunda in Ordine ſuſpenſio eſt illa, quam non- 34

Secunda ſuſpenſio. Contra publicos concubinarios, ſiue fornicarios.

nulli aſſerunt Doctores in iure latam eſſe contra Clericos concubinarios, ſiuè fornicarios publicos, quales videntur eſſe ſuſpenſi ab ordinibus ſuſceptis, & ab alijs ſuſcipiendis ad euitanda ſcandala publica apud fideles: Colligunt autem Doctores talem ſuſpenſionem ex multis iuribus: vt ex Can. Si qui ſunt Presbyteri,& can.Miniſtri D.81.& ex c.vltimo de cohabit. Cleric. & mulier. & ex can. Nullus, & can. Præter D.32. in quib. Canonibus videtur talis ſuſpenſio fuiſse iniuncta contra Clericos publicos fornicarios: quare multi Doctores exiſtimant: Quoſcumque Clericos etiam in minoribus tantum initiatos ſuſpenſos eſſe ab Ordinibus quando ſunt publici concubinarij,aut fornicarij: Ita Syluest.verbo concubinarius §.4. D.Anton.3.p.tit.27.c.10. & Nauar. c.25.nu.76. Diaz in Pract. can.c.79.num.2. & Maiolus de Irregular. lib.5. c.37.

Can. Si qui ſunt can. Miniſtri c. vltimo de cohabit. cleric. & mulier. can. Præter.

Prima ſententia.

Syluester. D. Anton. Nauar. Diaz. Maiolus.

35 Alij verò hoc tantummodo affirmant de Clerico Sacris Ordinib. ordinato,non autem in minoribus, quorum ratio eſt,quia iura citata ſolummodo loqui videntur de Clericis in Sacris: Illis enim prohibetur Miſſam celebrare, cantare Euangelium, ſiue Epiſtolam, aliaſq; functiones Sacras facere,tanquàm miniſtris Ordinatis.Ita Couar.in d.Clement. Si furioſus p.1. §.1. nu.5. Valent. tom.4. D.7.q.18. p.1. ſub fine: & Turrecrem. in c. Præter D.32. Ludouic. Lopez in Instruct. p.1. c.23. & 31. Rodriq. in ſum. p.1. c.202. Alterius tom.2. D.15. c.2.

Secunda ſententia.

Couarruuias. Valentia. Torrecrem. Lopez. Rodriqu. Alterius.

36 His tameu non obſtantibus dicimus nos,ſequendo communiorem, atque probabiliorem ſententiam recentiorum dicentium: Licèt probabile ſit in iure antiquo, talem ſuſpenſionem fuiſse inflictã contra Clericos Sacris Ordinibus initiatos,qnando eſſent concubinarij, vel fornicarij notorij: In iure tamen nouo talis cenſura non videtur eſse ampliùs vſu recepta, vt ipſo facto ſint ſuſpenſi, ſed ſolùm ſuſpendendi ſunt à Prælato per ſententiam, facta eis prius monitione, vt reſipiſcant: Quare Sacri Canones illi in hac parte videntur abrogati, ſaltem per contrariam conſuetudinem communiter receptam prout dicunt Soto in 4. D.1. q.5. A.6. ad ſecundum; & D.13. q.2. A.9. ad finem. Medina in ſum.p.1.c.11.§.8. Henriq.lib.13. c.36. Suarez D.31. ſect.4. num.9. Bonac. tom.3. de ſuſp. D.3. p.4.n.2. Tolet. lib.1.cap.47.Lazarius verbo concubinarius; Auila de cenſ. p.3. D.5. d.2. Filliuc. tr.17.c.7.num. 123. Turrianus de cenſ. lib.5. D.46. d.5. Marcerus in 3.p. de Sacr. q.24.d.7. nu.34. Corneio in 3.p. de ſuſpenſ. tr.5.D.4.caſu 1.Garcias de Benef.p.7.c.14. nu.33. Guttierez in can. qq. lib.1.c.15.n.43.& Diana p.5. tr 10. de ſuſpenſ. reſol.49.

Tertia ſententia reſolutiua.

Talis ſuſpenſio non eſt in vſu recepta.

Soto. Medina. Henriq. Suarez. Toletus. Lazarius. Auila. Filliucius. Turrianus. Marcerus. Corneio. Garcias. Guttierez. Diana.

37 Patet ſententia iſta ex Trid.Conc.ſeſſ.25.c.14.de Reform. vbi contra Clericos concubinarios publicos taxantur variæ pœnæ infligendæ, & priuſquam infligantur præcipitur, vt ſaltem ſemel a ſuis Prælatis moneantur, deinde ſi non pœnituerint priuari debent tertia parte fructuum beneficiorum, quæ poſſident: Si autem hoc non obſtante in concubinatu perſeuerent, tunc omnibus fructibus, & penſionibus irremiſſibiliter ſunt priuandi, & ab adminiſtratione dictorum beneficiorum ſunt ſuſpendendi: Quòd ſi in poſterum pertinaces fuerint, tunc dicitur, quòd ſpolientur in perpetuum beneficijs omnibus, & inſuper excommunicentur:Clerici autem beneficia non habentes iubetur ſuſpendi ab officio, & miniſterio Ordinum, ex quo clarè patet, non eſſe ſuſpenſos ipſo iure, ſed ſuſpendendos.

Conc. Trid. Pœnæ taxatæ à Tridentino imponendæ.

38 Hinc deducit Suarez etiam in iure antiquo Clericos publicos concubinarios non fuiſse propriè ipſo iure ſuſpenſos, ſed ſuſpendendos, exceptis Epiſcopis, qui facta ſibi monitione a Synodo Prouinciali, ſi non reſipiſcant, tunc a Conc. Trid. ipſo facto declarantur ſuſpenſi ab officio, & ſi hoc non obſtante adhuc in concubinatu publice perſeuerent, præcipit Concilium, quòd denuntientur Summo Pontifici, à quo acriùs puniri poſſent iuxta eorum demerita: Ita Suarez d.D.31. ſect.5. nu.24. & Bonac.cum Filliucio locis ſupracitatis.

Ratio Suarez Contra aliorum opiniones.

Nota contra Epiſcopos.

Suarez. Bonacina. Filliucius.

Tertia ſuſpenſio.

39 Tertia ſuſpenſio in Ordine eſt illa, quam ſecundum plurimorum Doctorum ſententiam incurrunt Clerici, & Sacerdotes cuiuſcumque gradus, & conditionis,etiam ſi ſint Epiſcopi, alijq; Superiores nefarium ſcelus actus Sodomitici exercentes, qui in pœnam tanti enormiſſimi criminis ſuſpenduntur ipſo facto ab officio, beneficio, & dignitate, quòd plurimis, varijſque rationibus, ac Iuribus probare conantur, ſed circa modum illi Doctores non omnes conueniunt: quare tres ſunt opiniones:quarum.

Contra clericos Sodomiticum actum exercentes.

40 Prima exiſtimat prædictos Eccleſiaſticos Sodomiticos ipſo iure eſſe ſuſpenſos, etiam ſi eorum crimina eſsent occulta, quando in hoc eſsent conſuetudinarij exercentes verum actum ſodomiticum intra vas immundum ſeminantes: nam alia immunditia extra vas non ſufficeret ad incurrendam cenſuram in foro conſcientiæ: debet etiam eſſe frequens talis vſus, ob verbum illud exercentes, quòd non ſine cauſa fuit appoſitum, quæ conſuetudo adiudicanda eſt arbitrio prudentis confeſſarij: Ita Couar. in d.Clem.Si furioſus p.1.§.1.nu.6.Lambertinus de iure Patron.p.1. lib.12. q.9. A.18. nu.4. Maiolus de Irregul. lib.5.c.43.Azorius tom.3.lib.3. c.19. Iulius Clarus in Pract. crim. §. Sodomia verſ. Inter Clericos: Salſedo apud Diaz c.86. Alterius tom.2. de cenſ.D.15. c.3. col.3. cum alijs.

Prima ſententia exiſtimat eſſe ſuſpenſos etiam in foro conſcientiæ.

Couarruuias. Lambertin. Maiolus. Azorius. Iulius clarus. Salſedo. Alterius.

41 Secunda ſententia aliorum hoc ſolùm admittit, quando tale ſcelus eſset publicum, & ſcandaloſum, non autem quando eſset ſecretum. & ratio iſtius ſententiæ eſt, quia idem iudicium ferendum eſt de Sodomia, quòd fertur de concubinario, qui ſecundum Doctores iſtius ſententiæ, eſt ipſo iure ſuſpenſus propter ſcandalum:nam crimen, quod ipſo iure irrogat infamiam,etiam peracta penitentia, induit ſuſpenſionem, eò quòd non decet huiuſmodi ſceleratos, & ſcandaloſos ampliùs in ſuſceptis Ordinib. miniſtrare ad euitanda ſcandala: prout colligitur ex can. Infames 3. q.7. ſed ſodomiæ crimen eſt huiuſmodi ergo, &c. Hoc enim Horrendum ſcelus, quando eſt publicum, & frequenter committitur à Clericis, priuat illos omni gradu, dignitate, & priuilegio clericali, officio, & beneficio, prout patet ex Bulla Pij V. 72. edita anno Domini 1568. Die 3. Settembris, quæ incipit: Horrendum ſcelus; vbi dicitur: *Omnes, & quoſcumque Presbyteros, alioſque Clericos ſæculares, aut Regulares, cuiuſcumque gradus, aut dignitatis,&c.tam dirum nefas exercentes omni priuilegio Clericali,omniq; officio,dignitate,& beneficio Eccleſiaſtico præſentis Canonis auctoritate priuamus,& ijſdem pœnis, quibus laici ſubijciuntur, ſubijcimus, & facta prius degradatione conſueta, tradantur Curiæ ſæculari vltimo ſupplicio puniendi,* quæ ſententia tribuitur Nauarro, eumque ſequuntur omnes illi, qui exiſtimant concubinarios, & fornicarios publicos eſse ipſo iure ſuſpenſos.

Secunda ſententia exiſtimat de peccato publico, & ſcandaloſo.

Ratio iſtius ſententiæ.

Can. Infames

Pius V.

Horrendum ſcelus. Verba Pontificis in decreto.

Nauar.

42 His tamen non obſtantibus, eſt tertia ſententia, quam nos probabiliorem, & veriorem exiſtimamus, abſolutè, & ſimpliciter dicens: Clericos Sodomiticos, ſiuè occultos, ſiuè publicos non eſſe ipſo facto ſuſpenſos ante iudicis declarationem: nam pœna cenſuræ ipſo facto incurrenda non eſt inducenda, niſi in iure ſit expreſſa: Nullum

Tertia ſententia reſolutiua.

Non eſt ſuſpenſio lata, ſed ferenda.

autem

Digitized by Google

Ratio aſſertionis. autem ius inuenitur, quòd obliget reos huius criminis in foro conſcientiæ ad incurrendam cenſuram, antequàm talis cenſura infligatur à Iudice: Ità Henriq. lib. 13. cap. 36. Suarez D. 31. ſect. 4. nu. 19. Auila de cenſur. p. 3. D. 5. d. 3. Filliuc. d. tr. 17. c. 7. num. 125. Bonacina tom. 3. de ſuſpenſ. D. 3. q. 7. p. 2. num. 1. Garcias de Beneſ. p. 1. c. 10. §. 2. num. 195. cùm alijs ab ipſis citati, vt Graffius, Vgolinus. (Henriquez. Suarez. Auila. Filliuc. Bonacina. Garcias. Graffius. Vgolinus.)

43 Satisfit alijs opinionibus. Ex quibus patet reſponſio ad fundamenta aliarum ſententiarum: Nam in materia pœnali, non eſt argumentandum à pari, vel à maiori ad minus, neque fundamentum, in quo fundatur ſecunda ſententia eſt validum, quia etiam concubinarius publicus non eſt ipſo iure ſuſpenſus ſecundum probabiliorem ſententiam, ſed ſuſpendendus: Neque etiam ſola aſſertio multorum Doctorum etiam grauium ad hoc probandum ſufficit, niſi ius afferat, quòd talem cenſurā ſuſpenſionis ipſo facto infligat.

44 Reſp. ad conſtitutionem Pij V. Ad conſtitutionem autem Summi Pontificis Pij V. dicimus in tali conſtitutione non eſſe cenſuram ſuſpenſionis, neque pœnam irregularitatis ipſo facto latam, ſed graues pœnas ibi eſſe taxatas contra tale nefarium ſcelus exercentes, quæ non ſtatim obligant in conſcientia, vt reus talis criminis illas ante iudicis ſententiam exequi teneatur, ſed poſtquam à Iudice Eccleſiaſtico fuerint inflictę, facta prius declaratione iuridica, quòd talis Clericus ſit tali vitio conuictus: Iudices autem tenentur vti ea lege ad damnum, vti in foro exteriori: quare lata ſententia adſtringuntur rei ad illas pœnas ſuſtinendas, & exequendas etiam in foro conſcientiæ: prout dicunt Suarez, Filliuc. & Bonacina, locis ſupracitatis. (Poſt Iudicis ſententiam tenentur cenſuram ſeruare.)

45 Suſpenſio Quarta. Contra Clericos Simoniacos. Prima ſententia. Suſpenſio quarta lata in Ordine videtur eſſe inflicta contra omnes, & quoſcumque Clericos acquirentes beneficia Eccleſiaſtica mediante Simonia, ſiuè à munere, ſiuè à lingua, ſiuè ob obſequio, eo modo, vt in c. de Simonia à nobis pleniùs declaratum fuit loco ſuo, qui quidem Simoniaci non ſolùm ſunt ipſo iure excommunicati excommunicatione latæ ſententiæ, ſecundum Canones, verùm etiam ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab Ordinibus, & muneribus Eccleſiaſticis, & beneficijs, tàm receptis, quàm etiam recipiendis, prout dicunt Syluest. verbo ſuſpenſio q. 6. Henriq. in ſumm. lib. 13. c. 37. n. 5. & Alterius tom. 2. D. 15. c. 5. col. 3. (Syluester. Henriq. Alterius.)

46 Secunda ſententia. Secunda ſententia communior dicit, quòd licèt verùm ſit, quòd contra Simoniacos ſit lata ſententia excommunicationis maioris ipſo facto incurrenda, prout Iura expreſsè dicunt, non tamen addita eſt alia cenſura ſuſpenſionis ipſo facto, in foro conſcientiæ incurrenda ante iudicis ſententiam: pœna autem ſuſpenſionis, vel potius depoſitionis infligenda eſt à Iudice Eccleſiaſtico contra Clericos, poſtquam tales conuincti, & declarati fuerint: Ita Suarez lib. 4. de Simonia c. 56. nu. 16. & tom. 5. de cenſ. D. 31. ſect. 4. nu. 42. Auila de cenſ. 3. p. D. 5. d. 9. concl. 5. Valentia tom. 3. D. 6. q. 16. Garcias de Beneſ. p. 8. c. 1. nu. 70. Filliuc. d. tr. 17. c. 7. num. 130. (Suarez. Auila. Valentia. Garcias. Filliucius.)

47 Suſpenſio quinta Contra Clericos iurantes de tenendo ſchiſmate. Quinta ſuſpenſio in Ordine eſt illa, quæ imponitur in c. 1. de Schiſmat. contra Clericos, qui ſpontè iurant de tenendo Schiſmate, in quo Iure infligitur pœna ſuſpenſionis ab officio, dignitate, & Ordine: Non incurritur autem talis pœna niſi præcedat iuramentum ſpontè factum, hoc eſt ſine vi, & metu graui incuſſo, ſecluſo quocumque timore, vel ignorantia: prout benè obſeruant Suarez de cenſ. D. 31. ſect. 4. nu. 47. & Bonac. tom. 3. de ſuſpenſ. D. 3. p. 5. nu. 38. & Filliuc. d. tr. 17. c. 7. num. 132. (Suarez. Bonacina. Filliuc.)

48 Sexta ſuſpenſio elicitur ex c. 1. de cleric. pugnant. in duello, vbi videtur eſſe impoſita pœna ſuſpenſionis ab officio, & Ordine contra Clericum prouocantem ad certamen duelli, ſiuè acceptantem diſfidum factum ab alio in eoque pugnantem: quare ſunt plurimi Doctores exiſtimantes dictum Clericum non ſolùm eſſe ipſo iure excommunicatum, ſed etiam ſuſpenſum ipſo iure abſque alia iudicis declaratione: Ità Sylueſt. verbo ſuſpenſio §. 6. verſic. 11. Angelus eodem verbo caſu 11. & Tabiena ibidem verſ. 6. caſu 10. cùm alij. (Suſpenſio ſexta contra Clericum pugnantem in duello. Prima ſententia. Sylueſter. Angel. Tabienæ.)

49 Secunda ſententia. Secunda tamen ſententia, licèt concedat huiuſmodi Clericum, ipſo facto eſſe quidem excommunicatum in iure, non autem ipſo facto remanere ſuſpenſum cenſura ſuſpenſionis propriè dicta, diſtincta ab excommunicatione, ſed eſſe ſuſpendendum, ſiuè potius deponendum à Prælato: quia non eſt alia cenſura inducenda præter eam, quæ in Iure eſt expreſſa. In Canone autem ſupracitato ſuſpenſio non eſt ipſo facto impoſita, ſed imponenda: In Concilio autem Tridentino huiuſmodi prouocantes, & pugnantes in duello ſunt ipſo facto excommunicati, & Pius Quartus: licèt Clericum in duello pugnantem excommunicet ipſo facto, priuatio autem ab officijs, & dignitatibus non incurritur ante Iudicis ſententiam in conſcientiæ foro; Dicitur enim in Canone (*De rigore iuris meritò eſt deponendus*:) Ità Suarez de cenſ. D. 31. ſect. 4. nu. 48. & Becanus in tr. de fide c. 26. q. 3. nu. 4. Filliuc. c. 7. num. 133. Floranus cap. 5. nu. 22. Nauar. c. 22. num. 156. Henriq. lib. 13. de excom. c. 39. num. 23. Peregrinus quæſt. 6. numer. 5. Bonacina tom. 3. D. 2. q. 2. p. 48. num. 21. (Conc. Trid. Pius quartus. Suarez. Becanus. Filliuc. Floranus. Nauarrus. Henriq. Peregrinus. Bonacina.)

50 Suſpenſio ſeptima. Conc. Trid. contra Clericos auxiliantes ad rap. ū mulieris. Septima ſuſpenſionis cenſura lata eſt à Patribus Trident. Conc. ſeſſ. 24. c. 6. de Reformat. matrim. vbi excommunicati ſunt ipſo facto raptores mulieris ad Matrimonium contrahendum, ac inſuper omnes, ſingulique, conſilium, auxilium, vel fauorem ad tale ſcelus committendum præbentes, declarantur perpetuò infames, & omnium dignitatum incapaces redduntur: Et ſi huiuſmodi Clerici fuerint de proprio gradu decidere dicitur: Quapropter quidam exiſtimant Clericos auxiliantes, aut conſulentes ipſo facto non ſolùm eſſe excommunicatos, verùm etiam ſuſpenſos ipſo iure ante iudicis ſententiam: Ità Salſedo apud Diaz in pract. can. c. 78. Verſic. Clericus autem; Alterius tom. 2. D. 15. cap. 6. (Prima ſententia. Salſedo. Alterius.)

51 Secunda ſententia. Vota ly verbum decidat. Altera ſententia negat Clericum huiuſmodi eſſe ipſo facto ſuſpenſum, ſed eſſe ſuſpendendum, quamuis ſit ipſo iure excommunicatus: quia Conc. Trident. quo ad ſuſpenſionem vtitur ly verbo (*Decidat*,) quod eſt futuri temporis: In lege autem pœnali ſemper mitior pars eſt interpretanda, quantum fieri licitè poteſt, quare verba illa Tridentini ipſo iure referuntur ad excommunicationem ad cæteraſque reliquas pœnas: non autem ad verbum (*Decidat à proprio gradu*:) Tùm, quia hæc vltima verba deſumpta videntur ex c. Eos, & cap. De puellis 36. q. 2. in quibus canonibus non videtur hæc pœna ipſo iure lata, ſed ferenda: Ità Suarez D. 31. ſect. 4. nu. 49. Filliuc. d. tr. 17. c. 7. nu. 134. Bonac. tom. 3. de ſuſp. D. 3. p. 3. n. 2. (Can. Eos. Can. de puellis 36. q. 2. Suarez. Filliucius. Bonacina.)

52 Suſpenſio Octaua. Contra taxantem opinionem de B. M. Virg. Conceptione Immaculata. Octaua tandem ſuſpenſio eſt illa, quæ imponitur in conſtitutione Pij V. quæ incipit ſuper ſpecula: contra illos, qui in concionibus, alijſq; locis publicis diſputant de controuerſia Immaculatæ B. V. M. Conceptionis, aſſerendo alteram ſententiam, & cōtrariam taxando, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendā, declarauitq; talē eſſe omni gradu, & dignitate priuatum, ad eaq; & ſimilia recipienda perpetuò

petuò inhabilem: Inſuper poſtea Sanctiſſimus Dominus noſter Paulus V. in alio motu proprio, qui incipit: Regis Pacifici, edito die 19. Iulij 1616. prædictam conſtitutionem Pij V. confirmauit, & ampliauit, non addendo nouam cenſuram, ſed tantummodò ad euitanda ſcandala, quæ ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ ſententiæ, quod Beata Virgo eſſet concepta cum peccato originali oriebantur in populo Chriſtiano: impoſuit præceptum omnibus regularibus, & ſæcularibus, vt in poſterum non audeant in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, alijſque quibuſcumq; actib. publicis aſſerere, Beatiſſimam Verginem conceptam fuiſſe cum peccato originali, declarauitq; contra facientes ſubiacere eiſdem cenſuris, & pœnis, quæ in Bulla Pij V. fulminatæ fuerant.

Paulus V. — Pius V.

Et hæc de ſuſpenſionibus contra Clericos in communi, dicta ſufficiant, pro complemento præſentis capituli.

DE SVSPENSIONIBVS CONTRA *Epiſcopos, alioſque maiores Prælatos in iure latis.*

CAP. III.

1 Suſpenſiones contra Epiſcopos ſunt numero vigeſimi octo.

SVſpenſiones, quæ ex Iure Canonico, & Concilijs, alijſq; Pontificijs decretis contra Epiſcopos alioſque ſimiles Prælatos latæ ad vigeſimum octauum numerum reduci poſſunt, quæ quatruplicitet diuidi poſſunt: Aliæ enim contrahuntur ab ipſis ex defectu prauæ collationis Ordinum iuris Ordine non ſeruato, & iſtæ ſunt octo: Vel ſecundò contrahuntur ex parte praui vſus muneris paſtoralis, & iſtæ ſunt ſeptem: Vel tertiò contrahi poſſunt propter delicta ab ipſis Prælatis contra iuris diſpoſitionem commiſſa, & tales ſunt ſex præcipuæ, & principales, & propriæ: Dixi principales, quia à nonnullis enumerantur, aliæ ſeptem ſuſpenſiones, quæ non ſunt ita certæ, ſed dubiæ, quæ non ab omnibus admittuntur, vel quia non ſunt in vſu, vel non habent rationem cenſuræ ſuſpenſionis propriè dictæ: Quare præſens materia huius præſentis capituli in quatuor partes diuidi poteſt, in quarum prima diſcutiendæ, & explicandæ veniunt octo priores.

Diuiſio capituli in quatuor partes. In prima parte octo ſuſpēſione continentur.

2 Prima ſuſpenſio. Contra Epiſcopos conferentes Ordines Simoniacè.

Quarum prima in Ordine ſuſpenſio eſt illa, quæ in iure infligitur contra Epiſcopos, alioſque ſimiles Prælatos peccantes in collatione Ordinum contra iuris diſpoſitionem: Quare in iure Canonico in c. penultimo de Simonia lata eſt ſuſpenſio à collatione Ordinum per triennium contra Epiſcopos, alioſque Prælatos conferentes Ordines, ac etiam primam tonſuram mediante Simonia reali: In iure autem nouo per quamdam cōſtitutionem Sixti V. quæ incipit Sanctum, & ſalutare, &c. huiuſmodi Prælati conferentes Ordines, ac primam tonſuram ſimoniacè non ſolùm ſuſpenduntur à collatione Ordinum, verùm etiam a Pontificalibus omnibus functionibus, ac inſuper interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ: prout ex verbis dictæ conſtitutionis ſatis patet: dicitur enim ibi: *Conferentes Ordines ſimoniacè a collatione quorumcumque Ordinum, atque adeò etiam prima tonſura, & ab executione omnium munerum Pontificalium eò ipſo ſunt ſuſpenſi, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdicimus:* Quod non ſolùm intelligitur ex delicto publico, ſed etiam ſecreto: nam Bulla Pontificis abſolutè loquitur, ideòque ſimpliciter eſt intelligenda; prout dicit Bonac. tom. 3. de ſuſpenſ. D. 3. q. 2. p. 11. num. 1.

Sixtus V. — Verba Pontificis. — Etiam in foro conſcientiæ. — Bonacina.

3 Et quamuis Conſtitutio iſta Sixti V. à Clemente VIII. poſtea ſit moderata, & ad terminos iuris communis redacta in illa conſtitutione ipſius Clementis edita anno Domini 1595. pridie Kalendas Martij, quo ad alia, quæ in Bulla Sixti continentur, non tamen moderata fuit in aliquo, quo ad collationem, & receptionem Ordinum Simoniacè, prout ipſe Clemens in dicta Bulla expreſſis verbis ſe declarauit, dicens: *Præterquam contra Simoniacè Ordinantes, & Ordinatos inflictas pœnas volumus in ſuo robore permanere*: Ita Suarez lib. 4. de Simonia c. 56. n. 13. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 37. Filliuc. tom. 1. tr. 17. c. 7. n. 128. & Bonac. d. tom. 3. D. 3. de ſuſpenſ. p. 11. num. 1.

Bulla Clementis VIII. Bull. Sixti V. — Verba Pontificis. — Suarez. Henriquez. Filliucius. Bonacina.

4 Abſolutio autem huius ſuſpenſionis, aliarumque pœnarum relaxatio obtinenda eſt a Summo Pontifice, eo quod Pontifex talem abſolutionem ſibi reſeruauit, reuocando in hac parte omnes, ſingulaſq; facultates, ſiuè priuilegia quomodocumq; conceſſa, tam generalia, quam ſpecialia quibuſcumque perſonis, etiam ſub nomine Iubilæi, aut Cruciatæ, ſtatuitq; talem abſolutionem non ab alio, quam ab Apoſtolica Sede obtineri poſſe, prout expreſſè patet ex verbis ipſius Bullæ Sixti V. Ita Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 35. d. 24. cap. 134. Sayrus de cenſur. lib. 4. capit. 17. ad finem, & Bonacina tom. 3. D. 3. p. 11. num. 6.

Abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici. — Sixtus V. Leſſius. Sayrus. Bonacina.

5 In foro conſcientiæ poſſunt Epiſcopi quando eſt occulta.

Verùm eſt tamen, quòd nonnulli Doctores valdè probabiliter exiſtimant etiam nunc, non obſtante tali reſeruatione facta poſſe Epiſcopos, alioſque habentes facultatem abſoluere ſuos ſubditos in foro conſcientiæ tantum à peccato ſimoniæ, & cenſuris, mediante tali culpa contractis iuxta facultatem Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. quia in hoc non intelligitur reuocata, dùm peccatum eſt ſecretum: Ita Suarez lib. 4. de Simonia c. 61. nu. 10. & Henriq. in ſum. lib. 13. c. 39. & Garcias de Benef. p. 8. c. 1. n. 76. qui dicunt, ita declaraſſe Sacram Congregationem Cardinalium.

Conc. Trid. — Suarez. Henriq. Garcias. — Declaratio Congregationis.

6 Suſpenſio ſecunda. Contra Epiſcopos Ordinantes ſcienter eos, qui non poſſunt licitè ordinari.

Secunda ſuſpenſio eſt illa, quæ contrahitur ab Epiſcopis ſcienter Ordinantibus Clericos, quos legitimo aliquo impedimento ad talem Ordinem ſuſcipiendum ligatos eſſe nouerunt, quo exiſtente Sacrum Ordinem ſuſcipientes ipſo facto ſuſpenſionem incurrunt, quod multipliciter contingere poteſt: Vel ſi talis Clericus ordinaretur per ſaltum relicto aliquo Ordine inferiori, nondum recepto: vel ſi Ordinaretur in Sacris ante legitimam ætatem, vel ſine litteris dimiſſorijs, vel ſurreptitijs, aut falſificatis, &c. Tunc enim ſcienter huiuſmodi Ordinans, ipſo facto ſuſpenſus eſt à collatione Ordinum: nam æquum eſt, vt quis in eo puniatur, in quo deliquit: Ita enim habetur ex Can. ſi qui Epiſcopi, ideſt q. 1. Ita Sayrus d. lib. 4. c. 12. nu. 17. Suarez d. D. 31. ſect. 5. nu. 1. Filliuc. d. tr. 17. c. 8. num. 139.

Can. ſi qui Epiſcopi 1. q. 1. — Sayrus. Suarez. Filliucius.

7 Conferendo eidem duos Sacros Ordines in eodem die.

Inſuper in hanc ſuſpenſionem eodem modo incideret ordinando aliquem in Sacris conferendo illi in eodem die duos Sacros Ordines, vel in duobus dieb. immediatis continuato ieiunio, eſt enim tunc ipſo facto ſuſpenſus à collatione talium Ordinum donec à Summo Pontifice diſpenſetur: prout dicitur in c. litteras de tempor. ordinat. Ita Sayrus lib. 4. de cenſur. capit. 12. numer. 17. Alterius tom. 2. D. 16. c. 1. col. 3. d. 2. Bonac. tom. 1. D. 3. de Suſpenſ. p. 5. §. 2. num. 13. & tom. 3. D. 3. p. 7. num. 4. Suarez cum alijs locis ſupracitatis.

C. Litteras. Sayrus. Alterius. Bonacina. Suarez.

8 Tertia ſuſpenſio. Contra Ordinantem ſibi nō ſubditum ſine licentia proprij Epiſcopi.

Tertia Suſpenſio lata eſt contra Epiſcopum ordinantem Clericos ſibi ſubditos in aliena Diœceſi ſinè licentia ordinarij illius loci, in quo Ordines confert exercendo Pontificalia, tunc enim remanet ipſo facto ſuſpenſus ab vſu Pontificalium per annū:

quod

Digitized by Google

quod idem dicẽdum eſt, ſi in aliena Diœceſi etiam cum licentia ordinarij illius loci, in quo Ordines confert, ordinaret quemquam Clericum, nec ſibi, nec eidem ſubiectum ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi cui, vel alterius, Clericus cui ordinandus eſt ſubditus, quia in omnibus his faceret contra ſtatuta Tridentini Concilij ſeſſ.6. cap.5. & ſeſſ.14. cap.2. de reform. Ità Bonac.d.tom.1.de Suſpenſ. D.3. p.5. §. 2.num.5.cum alijs locis ſupracitatis.

Conc. Trid. Bonacina.

9 Quartam ſuſpenſionem incurrunt Epiſcopi, alijq; Prælati conferentes primam tonſuram infanti ante quàm ad ſeptimum annum ętatis ſuæ ſit peruentus, vel ſi ordinet illitteratum, qui ſaltem rudimenta fidei neceſſaria, & legere, & ſcribere mediocriter neſciret, quæ peritia ſaltem requiritur in eo, qui Clericali tonſura eſt initiandus, iuxta determinationem Trident. Concil.ſeſſ.23.cap.4.de reformat.niſi talis infans Religionem tunc intraret, vt olim fieri ſolebat, qui infantes de conſenſu parentum, vel tutorum Religioni offerebantur, vt in ea educarentur in litteris, & moribus: teſtibus D. Thom.2.2.quæſt. 189. A.5. D. Gregor. lib.2. Dialog. cap.2. Alterius tom.2.D.16.cap.1. col.2.Suarez D.31. ſect.5. Sayr. lib.4. cap.12. Bonac.tom.3.D.3. quæſt.2. p.1. nu.1. Filliuc.tom.1.tr.17.c.8.num.140.

Contra ordinãtem infantem, ſiuè illitteratum.
Conc. Trid.
D.Thomas. D.Gregorius. Alterius. Suarez. Sayrus. Bonacina. Filliucius.

10 Quod idem dicendum eſt ſi quis Epiſcopus initiaret quemquàm coniugatum, niſi velit Religionẽ intrare, vel Sacros Ordines ſuſcipere in caſibus ſibi conceſſis, vel ante conſumationem matrimonij, vel facto licito diuortio, mediante adulterio ab altero coniuge perpetrato, aliter enim Epiſcopus cõtrafaciens incurrit ipſo facto ſuſpenſionem per annum conferendi primam tonſuram: prout dicitur in cap. Nullus de Temp. Ordin. in 6. & colligitur ex cap.Coniugatos de conuerſ. coniugat.

Vel ordinans coniugatũ in caſibus non permiſſis.
c.Nullus. c. Coniugatos.

11 Similiter etiam dicendum eſt, ſi initiaret aliquam perſonam infamem, quæ publicam, & ſolemnem pęnitentiam per ſententiam Eccleſiæ fecit pro ſuis ſceleribus publicis, & ſcandaloſis, & hoc ad euitanda ſcandala aliorum fidelium, qui ex memoria prętcritorum criminum illius commiſſorum ſtatũ Clericalem deſpicerent; non enim decens eſt, quòd huiuſmodi perſonæ infames ad Clericalem ordinẽ admittantur: Quare Epiſcopus contrafaciens in pęnam talis delicti per annum integrum à celebratione Miſſæ ſuſpenſus exiſtit: prout habetur ex cap. Nullus pænitentem D.55. Ità Sayrus lib.4. de cenſ. cap.12.n.20. Suarez D.31. ſect.5. Tolet. lib.1. c.48. Filliuc.d.tom.1. tr.17.cap.8.n.140.

Vel ordinans Clericum infamem, qui publicam pęnitentiã egit.
c.Nullus pœnitentem. Sayrus. Suarez. Toletus. Filliucius.

12 Quinta ſuſpenſio in ordine contrahitur ab Epiſcopo ordinante quemcumque Regularem ante factam profeſſionem trium votorum ſolemnium, quæ fieri ſolent in Religionibus approbatis poſt annum completum probationis ſiue ſit ex Religione Fratrum, ſiuè Monachorũ, ſiuè Clericorum regularium, &c. ſi enim huiuſmodi in Sacris ordinauerit eſt ipſo facto ſuſpenſus per annum à collatione talium ordinum, quos talibus religioſis nondum profeſſis contuliſſet contra Bullam Pij V. 75. quæ incipit Romanus Pontifex, &c. Ità Nauar. c.22.n.158. Sayrus lib.4. c.12.num.21. Henriq.lib.3.cap.37.n.1. Alterius tom.2.D.16. cap.1. col.7. Filliuc. d. cap.8. nu. 142. Sorbo in compend. Verbo ordines, & Bonac.tom.1.D.3.p.5.§.2. nu.6. & tom.3. de Suſpenſ. D.3.p.10.num.1.cum alijs.

Suſpenſio quinta cõtra ordinantẽ religioſum in ſacris nondũ profeſſum.
Pius V. Nauarrus. Sayrus. Henriquez. Alterius. Filliucius. Sorbo. Bonacina.

13 Sextam in ordine ſuſpenſionem incurrunt Epiſcopi ordinando Monachum profeſſum, ſiuè alium quemcumq; Regularem ſinè litteris dimiſſorijs ſuorum Prælatorum, aliter enim facientes ſuſpenduntur à communione aliorum Epiſcoporum: prout dicitur in can. fin. D.58. Verùm eſt tamen, quòd illa non poteſt dici vera ſuſpenſio, ſed ſpecies quædam excommunicationis minoris prout bene aduerterunt Filliuc.d.cap.8.n.144.Henriq.lib.13.c.38. & Sayr.d.lib.4.cap.12.n.24.

Suſpẽſio ſexta cõtra ordinante ſinè dimiſſorijs ſuorum Prælatorũ regulatẽ.
Filliucius. Henriquez. Sayrus.

Septima in ordine ſuſpenſio eſt illa, quam incurrunt Epiſcopi, conferendo ordinem Sacerdotalem indigno, ſeu minus idoneo ad tale munus, qui incurrunt ſuſpẽſionem à collatione talis Ordinis, pro vt in Canon. ſi quis Epiſcopi 1. q.1. ſtatutum eſt, vbi dicitur: ſi quis Epiſcopi talem conſecrauerint Sacerdotem, qualem eſſe non liceat, ordinationis ius vlterius non habeant; Quod intelligendum eſt de ſuſpenſione ad conferendum Sacerdotalem Ordinem, non autem ad alios Ordines inferiores, nam pœna in iure commenſuratur delicto, vt in eo puniatur, in quo quis deliquit. Ita Gloſſa in d. can. & Sayrus lib.4. de cenſ.cap.12. num.17. Suarez D 31. ſect.5. num.2. Filliuc.d.cap.8.num.239.& Bonacina D.3.p.3. q.2.num.3. 14

Suſpenſio ſeptima. Contra ordinãtem Sacerdotem indignum. Can ſi qui Epiſcopi.
Gloſſa ibi. Sayrus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Octaua ſuſpenſio incurritur ab Epiſcopo Ordinando aliquem Clericum in ſacris, accepto ab eo iuramento, vel promiſſione, vt Clericus de inde ordinatus non petat ab ordinante beneficium pro ſua ſuſtentatione, quare in tali caſu talis Epiſcopus ſuſpenditur à collatione ordinum per triennium pro vt dicitur in cap.ſi quis ordinauerit de Simonia: Ita Nauar.cap.27.num.158. Sayrus lib.4.de cenſ.c.12. n.22.Marr. Ledeſm.248. q.26. A.2.de Suſpenſ. caſu 15. Filliuc.d.tr.17.c.8.num.143. 15

Suſpenſio octaua. Contra ordinantem Clericum cũ pacto.
c. Si quis ordinauerit. Nauarrus. Sayrus. Ledeſma. Filliucius.

Circa ſecũdam verò huius præſentis capituli partem, diſcutiendę veniunt aliæ ſuſpenſiones ſeptem, quæ contrahi poſſunt ab Epiſcopis propter prauum vſum Paſtoralis muneris, quarum vna, quę in ordine noſtro nonum locum obtinet eſt illa, quam incurrit Epiſcopus, qui non ſeruat conſtitutionem Concilij Lugdunenſis, quæ refertur in cap. Quamuis de elect.in 6. vbi prohibetur Epiſcopis, alijſq; maioribus Prælatis infra Papam, ne in cauſis ſpectantibus ad Electionem Epiſcoporum ſe intromittant, poſtquam facta fuit appellatio de tali electione ad Apoſtolicam Sedem, etiam ſi partes appellantes voluntariè ab appellatione facta velint recedere, niſi prius facta diligentia conueniente conſtiterit nullam fraudem in tali negotio interceſſiſſe: aliter enim contrafacientes ſuſpenduntur per annum à conſecratione, & confirmatione Epiſcoporũ: prout dicitur in cap.Prouidè de Elect. in 6. Ità Suarez D. 31. ſect.5.num.8.Bonac.tom.1.D.3.p.5.§.2.nu.17. & Filliuc.d.tom.1.tr.17.c.8 num.146. 16

De ſecunda parte capituli. Suſpenſio nona. Contra Epiſcopos non ſeruantes conſtit. Concil Lugdunẽſis.
C.Quamuis de elect.
C. Prouidè de elect. in 6. Suarez. Bonacina. Filliucius.

Decimam ſuſpenſionem in ordine incurrunt Eccleſiarum Prælati bona immobilia Eccleſiarum ſibi commiſſarum laicis ſubijcientes ſine capituli conſenſu, atque Apoſtolicæ Sedis licentia, niſi in caſibus à Iure permiſſis, aliter enim facientes ſuſpenduntur ipsò iure ab Eccleſiæ adminiſtrationis officio, taleſque contractus indebitè facti irritantur, prout dicitur in c.Hoc conſultiſſimo de Rebus Eccleſiæ non alienandis. Ità Suarez de cenſ.D 31.ſect. 5.num.9. Filliuc.d.tr.17.c.8. num.147. & Bonacina tom.1. de ſuſpenſ.D.3.p.5.§.2.num.28. 17

Suſpenſio decima. Contrà ſubijcientes bonã Eccleſiarum laicis.
C. Hoc conſultiſſimo. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Vndecima in ordine ſuſpenſio incurritur ab Epiſcopo non promulgante ſuæ Diœceſi, facta Clerici ſui congregatione infra ſex menſes ſtatuta, quæ facta fuerunt in Concilio Prouinciali, pout habetur ex Can. vltimo 6. q. 8. & Can.vnio. 10.q.3. ſed aduertendum, quòd in dictis Canonibus non eſt impoſita pœna ſuſpenſionis propriæ dictæ, ſed excommunicationis duorum menſium, quam Gloſſa ibi per excommunicationem intelligit ſuſpenſionem, 18

Suſpenſio vndecima. Contra non promulgantẽ ſtatuta factà in Synodo, Prouinciali. Can vltim.6. q.8. Can.vnio 10. q.1.

eo

Digitized by Google

eo quòd illa temporalis determinatio repugnat cẽſuræ excommunicationis, ſed quidquid ſit de hoc, talis ſuſpenſio circa hanc materiam non videtur ampliùs eſſe vſu recepta, prout aduertunt Suarez de Cenſ. D. 31. ſect. 5. num. 7. & Bonacina tom. 1. D. 3. p. 5. num. 32.

Suarez. Bonacina.

19 Duodecima ſuſpenſio elicitur ex Extrauagant. 2. Pauli ſecundi, quæ inſerta eſt in Bullario Romano, quæ incipit: cum in omnibus, &c. vbi Epiſcopus, Cõmiſſarius, ſiuè delegatus in cauſa alienationis rerũ Eccleſiaſticarum, ſi per gratiam, timorem, aut ſordes in detrimentum Eccleſiarum abutantur auctoritate ſibi commiſſa ſuſpenditur per annum ab officij executione: & ſi durante tali ſuſpenſione talis Epiſcopus ſic ſuſpenſus ſe ingerat Diuinis, incidit in irregularitatem, in qua ſolus Papa diſpenſat; Ità Suarez D. 31. ſect. 5. num. 12. & Filliuc. d. c. 8. nu. 149. & Bonacina tom. 1. de Suſpenſ. D. 3. p. 5. §. 2. n. 22.

Suſpenſio Duodecima Contra Epiſcopũ habentem auctoritatem rebus Eccleſiæ alienandis.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

20 Tertiadecima ſuſpenſio lata eſt contra Prælatos bona Eccleſiarum vacantium ad ipſorum prouiſionem pertinentium maliciosè occupantes, qui ſuſpẽduntur ab ingreſſu Eccleſiæ donec bona occupata Eccleſiæ reſtituant, prout dicitur in cap. Præſenti de offic. Ordinarij, ſed, vt verè fatear, talis non mihi videtur propria ſuſpenſio, ſed ſpecies quædam interdicti: verum tamen eſt quòd, ſi qui durante tali cenſura, ſiue interdicti, ſiuè ſuſpenſionis per ſex mẽſes ſinè timore Domini perſeuerauerint in malitia, tunc ſuſpenduntur abſolutè ab omni adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus: & iſta eſt propria ſuſpenſionis cenſura: Ità Suarez ſupra n. 11. & Filliuc. n. 148.

Suſpenſio decima tertia. Contra occupantes bona Eccleſiæ ſibi non pertinẽtia. c. Præſenti de officijs Ordinarij.

Suarez. Filliucius.

21 Quartadecima ſuſpenſio in ordine parùm, aut quaſi nihil differt ab iſta ſupradicta, quæ deſumitur ex Extrauag. Ambitiosè: de rebus Eccl. non alienandis, quæ fertur contra Epiſcopos bona Eccleſiæ ſibi commiſſæ alienantes vltra triennium: qui talia perpetrantes ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ, quod ſi per ſex menſes perſeuerant in illa, ſuſpenduntur etiam abſolutè ab omni adminiſtratione Eccleſiæ, vt ſupra: Prælati verò inferiores Epiſcopis, remanent priuati beneficijs omnibus, quorum bona alienarunt: Ità Filliuc. d. tr. 17. c. 8. n. 150.

Suſpenſio decima quarta. Extra. ambitiosè. Contra alienantes bona Eccleſiæ.

Filliucius.

22 Quintadecima ſuſpenſio elicitur ex conſtitut. Pij V. quinta octaua quæ incipit. Quanta, &c. quæ lata eſt contra Epiſcopos admittentes reſignationes beneficiorum contra formam præſcriptam in ipſa conſtitutione, qui ſuſpenduntur à collatione beneficij, cuius reſignationem admiſerunt contra formam in tali conſtitutione præſcriptam: Ità Suarez de cenſ. D. 31. ſect. 5. num. 12.

Suſpenſio decima quinta. Pius V.

Suarez.

23 Circa tertiam partem capituli diſcutiendam veniunt aliæ ſex ſuſpenſiones, in quas incurrere poſſunt Epiſcopi propter varia crimina contra iuris diſpoſitionem ab ipſis commiſſa, quarum Prima, quæ in ordine noſtro eſt ſexta decima deſumitur ex cap. primo de Vſuris: vbi ſuſpenduntur Epiſcopi alijq; ſimiles Prælati Summo Pontifici inferiores, qui domus, ſiuè alia loca ſub quocumque titulo cõcedunt vſurarijs publicis, ad fænus vſurarum exercendum alienigenis hominibus, vel alijs non oriundis de ipſorum terris, tàm illicitum negotium publicè exercentibus, vel etiam in locis ſuis habitare permittunt: & hæc cenſura comprehendit non ſolùm Epiſcopos, alioſque Prælatos, verum etiam Collegia, & Vniuerſitates, omneſq; officiales Ciuitatum, ſed diuerſimodè nam Eccleſiaſtici Prælati ſuſpenduntur ab officio, & beneficio abſolutè: Inferiores ſæculares excommunicantur; Collegia autem interdicuntur: Ità Sayrus d. lib. 4. c. 17. num. 48. Suarez D. 31. ſect. 5. num. 13. Bonacina tom. 1. D. 3. p. 5. §. 2. num. 23. & Filliuc. d. c. 8. n. 152.

De tertia parte capituli.

Suſpenſio decima ſexta. Contra locãtes domus vſurarijs publicis.

Sayrus. Suarez. Bonacina. Filliucius.

24 Decimaſeptima ſuſpenſio in ordine deſumitur ex Clement. prima §. Verùm de Hæreticis vbi ſuſpendũtur ipſo facto per triennium ab officio Epiſcopi, abutentes munere Inquiſitorum, quique odij gratia, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam, & conſcientiam omiſerint contra quemcumque procedere, vbi fuerat procedendum ſupra hęreticam prauitatem, vel eodem obtentu, & pretextu prauitatem ipſam, vel impedimentum officij ſui imponunt alicui, eumq; ſuper hoc præſumpſerint quoque modo nexare, ob id enim iurè optimo per triennium ab officio ſuſpẽduntur: Reliqui verò Inquiſitores, vel ſubſtituti ab ipſis, excommunicantur ipſo facto, cuius abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici: Ità Henriq. in ſum. lib. 13. c. 38. n. 3. & Nauar. cap. 27. num. 100. Suarez D. 31. ſect. 5. num. 16. Sayrus lib. 4. cap. 12. num. 50. & Filliuc. d. cap. 8. num. 153.

Suſpenſio decima ſeptima Contra abutentes munere Inquiſitorum.

Henriquez. Nauarrus. Suarez. Sayrus. Filliuc.

25 Decimaoctaua lata eſt in Clement. 2. de Pœnis vbi omnes Prælati Eccleſiæ quicumque illi ſint, ſiuè Epiſcopi, ſiuè Abbates, ſiuè Superiores Religioſi (prout explicat Gloſſa, & Panormitanus dictam Clementinam) qui directè, ſiuè indirectè procurant, vt Clerici capiantur à dominis temporalibus per ſuos ſatellites, vt ità vexati beneficia renuncient, vel ſi citati ſint ab homine, vel à Iure ad Apoſtolicam Sedem ire non poſſint, quare huiuſmodi Prælati talia perpetrantes per triennium à perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum ſunt ipſo iure ſuſpẽſi.

Suſpenſio decima octaua. Gloſſ. & Panormitan. Contra procurantes, vt Clerici à ſæcularibus capiantur.

26 Quando autem talis Prælatus eſſet ſimul dominus temporalis alicuius loci, faciatq; dictos Clericos capi à ſatellitibus ſæcularibus pro tali finè ſupradicto: etiam inciderit in eamdem ſuſpenſionem, latam in dicta Clementina de Pœnis, quia in caſu, licet ipſe non procuret, vt alius capiat, procurat tamen, vt capiatur, & ipſemet eſt perſona, quæ procurat, & facit Clericum capere à ſuis ſatellitibus: verum eſt tamen, quòd in caſu nõ incurrit pœnam ſuſpenſionis, niſi ſecuto effectu capturæ, &c. Ità Suarez D. 31. ſect. 5. nu. 17. & 20. Diaz in Pract. Crimin. cap. 104. & Filliuc. d. tr. 17. c. 8. n. 154. & 155.

Quando Epiſcopus eſt etiam dominus tẽporalis.

Suarez. Diaz. Filliucius.

27 Decima nona ſuſpenſio deſumitur ex Extra. 2. de Electione: vbi Epiſcopi non ſeruantes extrauagantem Ioannis 22. quo ad perceptionem fructuum primi, vel ſecundi anni ſui Epiſcopatus eo modo, vt in dicta extrauagante ſtatutum eſt: ſuſpenduntur à Pontificalibus, & ab ingreſſu Eccleſiæ, quæ pœna ſuſpenſionis, & interdicti, non relaxantur, niſi percepta cum integritate reſtituant: Ità Soarez D. 31. ſect. 5. num. 22. & Filliuc. d. cap. 8. n. 156.

Suſpenſio decima nona. Contra non ſeruantes Extra. Ioan. 22.

Suarez. Filliucius.

28 Vigeſima ſuſpenſio lata eſt contra Epiſcopos, Abbates, cæteroſque Prælatos etiam Regularium, qui ab Apoſtolica Sede confirmationes recipiunt, vel ab ea promouentur ad talem prælaturam, & abſq; litteris authẽticis eiuſdem Sedis adminiſtrationem ſuarum Eccleſiarum recipiunt, ſuſpenduntur ab adminiſtratione fructuũ earumdem Eccleſiarum, prout habetur ex extrauagante communi prima de Electione: contra capitula autem Eccleſiarum, quę tales Epiſcopos ſinè litteris authenticis Apoſtolicæ Sedis recipiunt ponitur ſuſpenſio à beneficijs.

Suſpenſio vigeſima. Contra eos, qui ſine litteris authenticis ad miniſtrationẽ recipiant.

29 Vigeſimaprima ſuſpenſio lata fuit in Trid. Concil. ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat. contra Epiſcopos concubinarios, ſiuè fornicarios publicos, qui admoniti à Synodo Prouinciali, ſi non ſe emendauerint ſuſpenduntur abſolutè ab officio, & beneficio: ſufficit autem, quòd facta iam prima monitione, moraliter conſtet, ſe non eſſe emendatos, tollendo

Suſpenſio vigeſima prima Contra Epiſcopos concubinarios.

occa-

occaſionem ſcandali, prout nos diximus ſupra c.2. num.36. huius tractatus.

30 Quarta pars Capituli.

Circa quartam tandem partem huius præſentis capituli reſtant diſcutiendæ ſex aliæ ſuſpenſiones, quæ non ſolent enumerari à multis, eò quòd videntur eſſe dubiæ, vel quia non habent rationem cenſuræ ſuſpenſionis propriæ dictæ, vel quia ſaltem aliquæ illarum non ampliùs ſunt in vſu, quarum Prima, quæ ſecundum ordinem noſtrum vigeſimũ ſecundum locum obtinet, eſt illa, quæ elicitur ex Can. Habuiſſe D.33. quæ inſligitur contra Epiſcopum carnaliter cognoſcẽtem eam mulierem, quam ante ordinationem habuit in concubinam, qui in pœnam talis ſceleris ſuſpenditur ab ordine, niſi reſipiſcat: ſed talis pœna non incurritur ipſo facto, ſed poſt ſententiam contra eum latam ab habente iuriſdictionem: Ità Filliuc. tom.1. tr.17.c.8. n.159.

Suſpenſio vigeſima ſecũda. Contra Epiſcopum cognoſcẽtẽ primam concubinam. Filliucius.

31 Vigeſima tertia lata eſt contra Epiſcopos, alioſq; Prælatos, non punientes incendarios inſligendo eis pœnas taxatas in cap. Peſſima 23. q.8. vbi imponitur Epiſcopis, vt grauiter puniant dictos incendarios ipſos excommunicando, de qua excommunicatione non abſoluantur, niſi facta priùs debita damni illati reſtitutione, præſtitoq; iuramento non patrandi ampliùs huiuſmodi ſcelus, & impoſita graui pœnitentia publica deindè abſolui poſſunt, ſi autem Epiſcopi, ſiuè alijs Superiores, hæc non ſeruauerint ſuſpenduntur ab officio Epiſcopali per annũ: vt in d. Canon. Peſſima dicitur: Ità Sayrus lib.4.de cenſ.c.12.num.44. Bonac.tom.1.D.3.p.5.§.2. n.26. & tom 3.de Suſpẽſ.D.3.q 5.p.9. Filliuc. d.c.8.n.159.

Suſpenſio vigeſima tertia Contra Epiſcopos non punientes incendarios. Can. Peſſima. Sayrus. Bonacina. Filliucius.

32 Vigeſimaquarta lata eſt contra Prælatos, qui negligentes ſunt in puniendo Simoniacos, iuxta ſanctiones Sacrorum Canonum, qui ſi in hoc ſint negligentes, & culpabiles ſuſpenduntur ab officio per duos menſes, prout dicitur in Can. Quicquid 1.q.1.

Suſpenſio vigeſima quarta. Contra non punientes Simoniacos.

33 Vigeſimaquinta ſuſpenſio inſligitur contra illos Epiſcopos, qui negligentes ſunt in extirpanda hæreſi talmundi, non facientes combur. libros ipſius iuxta conſtitutionem Iulij ſecundi, quæ incipit: Cum ſicut, & aliam Clementis VIII. quæ incipit cum Hebræorum malitia, & c.quate Epiſcopi, ſiuè alij Prælati, qui in hoc ſint culpabiles, ſuſpenduntur, ſeù potiùs interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ: Ità Filiuc. d.cap.8. num.159.

Suſpenſio vigeſima quinta. Iulius ſecundus. Clem. VIII. Filliucius.

34 Vigeſimaſexta ſuſpenſio elicitur ex Bulla Sixti V. quæ incipit Romanus Pontifex, &c. vbi imponitur pœna ſuſpenſionis, & interdicti contra Epiſcopos, alioſque ſimiles Prælatos, etiam Cardinali dignitate inſignitos, qui non viſitent limina Apoſtolorum temporibus ſtatutis in dicta Bulla Sixti V. in qua præcipitur, vt quilibet Epiſcopus in Italia exiſtens tertio quoq; anno ad Romanum Pontificem accedere debeat, vt eum certiorem faciat vnuſquiſque de ſuo grege, & Eccleſiæ adminiſtratione, per ſe ipſum ſe legitimo non detineretur impedimento, ſi autem eſſet legitimè impeditus ſaltem per alium nuncium deſtinatum hoc faciat: Epiſcopi autem Hiſpaniæ, & Galliæ, & Germaniæ, cæteriſque Regionis Europę: quarto quoq; anno: His remotiores, tàm in Europa, quam Africa, & Occidentali regione, quinto quoq; anno: Deniq; Aſiatici, & Orientales decimo quoq; anno: prout in dicta Bulla Sixti V. expreſſius dicitur, & declaratur. Ità Bonacina tom.3.de Suſpenſ.D.3.q.5. p.7. Filliuc.d. c.8.n.159.

Suſpenſio vigeſimaſexta. Sixtus V. Contra Epiſcopos nõ viſitantes limina Apoſtolorũ tẽporibus præſcriptis. Epiſcopi Italiæ tertio quoque anno. Epiſcopi Hiſpaniæ, & Galliæ, ãno quarto. Alij remotiores, quinto anno. Aſiatici, & Oriẽtales decimo anno. Bonacina. Filliucius.

35 Vigeſimaſeptima elicitur ex Bulla Gregor. XIII. quæ incipit: vbi gratiæ eſt edicta anno 1575. vbi prohibentur etiam Epiſcopi, alijq; Prælati, ne ſinè neceſſitate Monaſteria Monialium ingredi præſumant, quod ſi ſecus fecerint pro prima vice ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ: ſecunda vice à Diuinis, deinceps vero excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incurrũt: prout ex Bulla dicti Gregorij patet: Ità Bonacina tom. 1. de Clauſula Monialium q.2.& tom.3.D.3. quæſt.5. p.2. & Filliucius d cap.8.num.159.

Suſpenſio vigeſimaſeptima. Cõtra ingrediẽtes Monaſteria ſine neceſſitate. Bonacina. Filliucius.

36 Vigeſimaoctaua ſuſpenſio colligitur ex conſtitutione 99. edita à Pio V. quæ incipit: quam pleni, &c. vbi ſuſpenduntur, ſeù potiùs interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum omnes, & ſinguli Prælati cuiuſcumque dignitatis, & eminentiæ: qui concedunt populo indicem caſuum gratiarum, &c. qui certo pretio ſoluto abſolui poſſint, &c. quæ conſtitutio facta fuit propter prauam quamdam corruptelam, & conſuetudinem, quæ introducta fuerat in locis Hiſpaniæ, & alibi ſub prætextu reparationum Eccleſiarum, aliarumq; cauſarum, vt ſoluentibus certę pecuniæ ſummam concedebatur indulgentia, & facultas eligendi confeſſarium, qui eos à caſibus, & excommunicationibus abſolueret: ne autem huiuſmodi Simoniacę facultates in poſterum à quoquam concederentur: Summus Pontifex: Epiſcopos, alioſque Prælatos, etiam dignitate Cardinalatus præditos, ſi præfata faciant ſuſpendit ab ingreſſu Eccleſiæ, & à perceptione fructuum, à qua ſuſpenſione abſolui nequeunt niſi à Romano Pontifice, facta priùs ſatisfactione: alios verò Prelatos inferiores Epiſcopis excommunicat, cuius abſolutio eſt Summo Pontifici reſeruata: Ita Bonac.tom.3. de excom. in part. D.2. q.3. p. 30. num. 1. & Filliuc. tom.1. tract.17. c.8.num.159. in fine.

Suſpenſio vigeſima octaua. Pius V. Contra concedẽtes indicẽ caſuum, & gratiarum. Quare iſta conſtitutio facta fuit. Cẽſura huius cõſtitutionis. Reſeruatio abſolutionis. Bonacina. Filliucius.

DE SVSPENSIONIBVS IN IVRE LATIS Contra Regulares, & Capitula.

CAP. IV.

I N hoc pręſenti capitulo enumerandę, & explicandę ſunt ſuſpenſiones, quę inueniuntur in Iure latę contra perſonas Regulares, tam in communi, quàm etiam in particulari propter eorum delicta commiſſa contra diſpoſitionem iuris, tam communis, quàm particularis, ac inſuper de iis, quę contra capitula, & Congregationes collectiuè, ſiuè diſtributiuè ſumpta latę ſunt. quæ omnes ad numerum vigeſimumquartum reduci poſſunt, quarum quatuordecim ſpectant ad omnes Religioſos in cõmuni, alię quatuor reſpiciunt quaſdam Religiones ſpecialiter, alię tandem ſex inſliguntur contra capitula eorum, quatenus repræſentant vnum corpus collectiuè ſumptum, de quibus omnibus ſingulatim breuiter eſt dicendum. 1

24 Suſpenſiones explicantur in præſenti capitulo. Diuiſio capituli in tres partes.

2 Prima itaq; ſuſpenſio lata eſt in c. finali de Apoſt. vbi inſligitur pęna ſuſpenſionis ab ordine cõtra Regulares apoſtatas, qui in ea perſenerãtes aliquẽ Ordinem Eccleſiaſticũ receperunt: declarantur enim in Iure huiuſmodi ipſo facto remanere ſuſpẽſo a tali ordine malè ſuſcepto, donec à Summo Põtifice diſpenſationem obtineant: impedit enim talis cenſura ſuſpenſionis vſum illius ordinis, ità ſuſcepti, & aſcenſum ad ſuperiorem ordinem non autem vſum alterius ordinis ante apoſtaſiam ritè ſuſcepti, quare obtẽta abſolutione ab excommunicatione poſſunt licitè adminiſtrare in illis, de quibus non erant ſuſpẽſi: ſi autem poſtea huiuſmodi Apoſtatę ad ſuam Religionem redierint, tunc poterunt licitè ad alios ordines promoueri obtenta priùs diſpenſatione ab ordine malè ſuſcepto, quę obtinenda eſt ab Apoſtolica Sede, eo quòd videtur habere quamdam irregu-

Suſpenſio 1. Contra Apoſtatas, recipientes Ordines. Suſpenditur à tali ordine tẽpore Apoſtaſiæ ſuſcepto. Non poteſt abſolui niſi à Papa.

Digitized by Google

Henriquez. Vgolinus. Maiolus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

regularitatis ſpeciem: Ita Henriquez in ſum. lib.13. c.40.num.1. Vgolin.de Irregul. cap. 36. §.4. Maiolus lib.5.cap.30. Suarez D.31. ſect.2. num.3.Filliuc. tr.17.cap.9.num.163. & Bonacina tom.3.D.3.q.8. num.1. de Suſpenſ.

3 Aduertendum autem: Hoc eſſe intelligendum de Ordinibus Sacris ſuſceptis tempore apoſtaſiæ, non autem de minoribus quia de iſtis non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus: Et quamuis in Can.Hi qui D.50. extat prohibitio, ne apoſtatæ ad Clericalem officium admittantur, ibi tantùm ſignificatur pœna ferenda, non autem lata, vndè ſenſus illius Canonis eſt: huiuſmodi non eſſe licitè ordinandos, non autem dicitur, quod ipſo iure maneant ſuſpenſi, ſi in minoribus tantùm fuiſſent ordinati: tantummodò enim ibi dicitur: *Iubemus, quod ad Clericatus officium non admittantur*, quare in Can.illo ſupracitato de Apoſtatis de Sacris Ordinibus fit mentio, non autem de minoribus, ideóq; in pœnalibus non eſt facienda extenſio pluſquam verba ſonant: Ità Suarez de Cenſ.D.31.ſect.6.n.2.& Filliuc. tom.1.tr. 17. cap.9.n.164. Quicquid alij ſentire videantur.

Can. Hi, qui D.50.

Suarez. Filliucius.

4 Secunda in ordine ſuſpenſio lata eſt contra Religioſos eiectos à Religione propter eorum demerita, tanquam incorrigibiles, qui per Decretum Sacræ Cardinalium Congregationis editum die 21. Septembris 1624. ex facultate Summi Pontificis Vrbani VIII. declarantur eſſe ſuſpenſi ab executione Sacrorum ordinum in Religione ſuſceptorum: quare ſi quis eiectus è Religione ante obtentam diſpenſationem ab Apoſtolica Sede celebrare, aut alias functiones ſacrorum Ordinum exercere præſumpſerit fit ipſo facto irregularis, eò quod violat ſuſpenſionem per exercitium Ordinis Sacri: dicitur enim in dicto Decreto: *Eiecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab executione ordinum, ſublata locorum ordinariorum facultate in hoc diſpenſandi, niſi talis eiectus peracta pœnitentia iterum* in Religione gratiosè admittatur, quia tunc licitè poterunt in Ordinibus ritè ſuſceptis miniſtrare: prout dicit Bonacina tom.1.de Suſpenſ.D.3.p.5.§.4.n.4.& tom.3. D.3. q.8.p.12 num.4.

2. Suſpenſio. Contra eiectos è Religione ſunt ſuſpenſi ab ordinib. ſacris. Decretum Sacræ cõgregationis.

Verba Decreti.

Bonacina.

5 Notandum inſuper, quòd eadem Sacra Congregatio in eadem conſtitutione priuationem officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ cum inhabilitate ad illa, aliaq; in poſterum obtinenda inflixit contra Superiores Religionum, non ſeruantes Decreta ipſius Sacræ Congregationis, pertinentia ad apoſtatas, & eiectos, quam diſpenſationem Summo Pontifici reſeruauit: prout aduertit Bonac.loc.ſupra cit.

Notandũ pro Prælatis Regularium.

6 Tertia in ordine ſuſpenſio lata eſt: in cap. Non ſolùm de Regular.in 6. in quo ſuſpenduntur Prælati Religionum mendicantium, admittentes aliquem ad profeſſionem ante completum integrũ annum probationis à ſuo ingreſſu in Religionem, quare contrafacientes ſuſpenduntur à facultate poſſe iterum alios ad Religionẽ recipere, & profeſſio facta declaratur nulla: & quamuis talis conſtitutio videatur facta contra Prælatos ordinum Prædicatorum, & Minorum, extenditur tamen ad omnes Religioſos mendicantes, ſiuè non mendicantes, quorumcumque Ordinum regularium: prout patet ex Decreto Bonifacij VIII. in c. conſtitutionem, de conſtitut. in 6. qui extendit talem pœnam ad omnes Regulares: prout dicunt Suarez D.31.ſect.6.num.7. Alterius tom.2.D.17.c.1.col.9.& Bonacina tom.3. D.3.p.5.num.13.

Suſpenſio 3. Contra recipiẽtes ad profeſſionẽ ante annum probationis.

Extenditur ad omnes regulares. Bonifacius VIII.

Suarez. Alterius. Bonacina.

7 Notandum autem: In hanc ſuſpenſionem non ſolùm incidere Prælatos, verùm eorum Capitula ſiuè virorum, ſiuè mulierum, & ſinguli eorum, qui votum dederunt ad huiuſmodi recipiendos ad profeſſionem ante annum probationis expletum non ſolùm enim intelligitur de fratribus, ſed etiam de Monialibus cum in huiuſmodi militet eadem ratio: quare ſi quis ſuſpenſus ab hac facultate ante diſpẽſationem reciperet aliquam perſonam ad Ordinẽ, mortaliter peccaret, eò quod faceret contra prohibitionem Canonum in re graui, non tamen efficeretur irregularis, eò quod in caſu non violatur ſuſpenſio per exercitium Ordinis, prout communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati: & Sanchez in ſum.lib.5. c.4.num.65. cum Suarez, Alterio, & Bonacina locis ſupra citatis.

Cõprehendit etiã capitula copulatiuè,& diſtributiuè.

Extenditur etiam ad Moniales.

Effectus huius ſuſpenſionis.

Sanchez. Suarez. Alterius. Bonacina.

Quarta in ordine ſuſpenſio lata eſt in Bulla Pij V. 75. quæ incipit: Romanus Pontifex Sacrorum,&c. edita die 12. Septembris anno 1568. contra Religioſos, qui ad ordines Sacros promouentur nondũ facta profeſſione, qui ipſo facto declarantur ſuſpẽſi à talium ordinum executione: quod idem militat in Religioſo inualidè profeſſo aliquem Sacrum ordinem ſcienter ſuſcipiente iuxta declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium, prout referunt Garcia de Benef.p.2. c.5.num.10. Nauar. Com.4. de Regul. num.72. Verſic. Non obſtat, Sanchez de mat.lib.7.D.37.num.43. & ratio huius eſt, qui huiuſmodi cum non ſit verè religioſus, ordinatus ſinè verò titulo, & caret dimiſſorijs legitimi Prælati,&c. contra Bullam Sixti V. contra Clericos malè promotos: Ità Bonacina tom. 3. D.3. de Suſpenſ. q. 1. p.8. num. 1. 8

Suſpenſio 4. Pius V. Contra promotos ad ſacros ordines ante profeſſionem.

Dubitatio Cardinaliũ. Garcia. Nauarrus. Sanchez. Ratio aſſertionis.

Sixtus V. Bonacina.

Quinta ſuſpenſio elicitur ex Trident. Concil.ſeſſ. 23. cap.10. ad finem contra Abbates, alioſq; Superiores Regularium, concedentes dimiſſorias alijs Clericis, qui non ſunt Religioſi ſui Ordinis, & ſibi ſubditi ad ordines ſuſcipiendos, qui ſuſpenduntur ab officio, & beneficijs per annum ipſo facto, ideóque ſi concedant dimiſſorias Clerico ſæculari, etiã ſi talis Clericus aliquo modo ad iuriſdictionem ipſius Abbatis pertineret quocumque titulo, non eximitur ab incurſione talis pœnæ incurrendæ: Ità Bonác.tom.1.D.3. de Suſpenſ.p.5.§.4.n.12. 9

Suſpenſio 5. Concil. Trid. Cõtra Regulares concedentes dimiſſorias ad Ordines Clericis ſæcularibus.

Bonacina.

Sexta ſuſpenſio lata eſt cõtra Religioſos promotos ab Apoſtolica Sede ad aliquam dignitatem Eccleſiaſticam, ſi accipiant ſuarum Eccleſiarum adminiſtrationem ſinè litteris authenticis eiuſdẽ Apoſtolicæ Sedis, ideòque ſuſpenduntur ab adminiſtratione fructuum earumdem Eccleſiarum prout ſtatutum eſt in Extrauag.prima de Electione: Ità Bonac.tom.3.D.3.q.4.p.10. 10

Suſpenſio 6. Contra recipiẽtes adminiſtrationẽ ſine litteris authenticis.

Bonacina.

Septima ſuſpenſio fertur contra Religioſos vſurpantes, ſeù defraudantes Eccleſias circa decimas eis non debitas, eaſque ſinè rationabili titulo, aut priuilegio ſibi vſurpare præſumuntur, maximè quãdo requiruntur ab illis, cuius intereſt non deſiſtant intra menſem, & de vſurpatis, & detentis indebitè infra duos menſes plenè non ſatiſfaciant: ſuſpendũtur à Pontifice ab officijs, & adminiſtrationibus ſuorum officiorum, donec ſatiſfaciant: ſi autem huiuſmodi religioſi talia perpetrantes, nec officia habeant, aut adminiſtrationem, aut beneficia vinculo excommunicationis ligati remanent, à qua abſolui non poſſunt niſi prius integrè omnia vſurpata ſoluant: prout dicitur in Clement. prima de Decimis: Ità Sayrus lib.4. cap.13.nu.16. Suarez D.31. ſect.6.num.9. Henriquez lib.13. cap.49. num.3. Bonacina tom.3.D.3.q.7.p.8. Viualdus in Candel. de ſuſpenſione num.101. 11

Suſpenſio 7. Contra vſurpantes decimas ſibi non debitas.

Clementina primã de Decimis. Sayrus. Suarez. Henriquez. Bonacina. Viualdus.

Octaua ſuſpenſio deſumitur ex Clementina prima de Rebus Eccleſiaſticis non alienand. vbi ſuſpẽduntur omnes ſinguliſque Prælati Religionum præſiden- 12

Suſpenſio 8. Contra cõcedentes iura Eccleſiarũ ſecularibus.

ſidentes Monaſterijs, prioratis, Eccleſijs ſiuè Conuentibus, vel adminiſtrationibus quibuſcumque, ſi iura redditus, aut penſiones dictarum Eccleſiarum alicui concedant ad vitam ipſius recipientis, vel cõcedentis, ſiuè ad certum tempus, niſi aliquando neceſſitas, aut vtilitas illius Eccleſiæ id expoſcat, & tunc hoc facendum eſt cum conſenſu maioris partis Capituli illius Eccleſię, vel alterius Prælati maioris, quando talis Eccleſia non haberet capitulum, aliter enim contrafacientes ſuſpenduntur per dictã Clementinam huiuſmodi Superiores abſolutè idest ab officio, & iuriſdictione; excipitur tamen venditio fructuum annualium, & locatio ad breue tempus feudorum, quale tempus excedere non debet ſpatium trium annorum: Ita Henriq. d.lib.13. c.40. num.1. & Viuald.de Suſpenſ. nu.73. Suarez loc.cit. num.8. Saytus d.lib.4. cap.13.num.12. & Nauarrus cap.27. num.157.

Exceptio.

Henriquez. Viualdus. Suarez. Saytus. Nauarrus.

13 Noua ſuſpenſio lata eſt in alia Clementina prima de Priuilegijs contra Prælatos religioſorum, ad quos occaſione exceſſuum ſuorum ſubditorum circa ea, quæ inhibentur in dicta Clementina aliquid quoque modo perpetrauerint ad ipſos perueniat, tunc ſi tales Prælati non faciant per ſe, vel per alios debitam ſatisfactionem illis, quibus competit, ſuſpenduntur ab officio, & beneficio abſolutè, cuius abſolutio ante præſtitam debitam ſatisfactionem videtur eſſe Papæ reſeruata, eò quod lata eſt ad tẽpus, & ſub hac conditione, præſtita verò ſatisfactione, ceſſat, quia ligat donec plena ſatisfactio preſtetur: Ita Suarez D.31.ſect.6.nu.11. Saytus loc. cit. Filliuc.d.tr.17.cap.8. num.167. & 171. & Bonacina tom.3.D.3. q.8.p.10.n.6.

Suſpenſio 9. Contra Prælatos Religioſorũ nõ moderantes exceſſus ſubditorũ contra Clementinam de Priuileg.

Suarez. Saytus. Filliucius. Bonacina.

14 Exceſſus autem, qui prohibentur in d.Clementina principales ſunt tres, Primus eſt Retrahere teſtatorem à legatis faciendis pro Eccleſijs matricibus, ſeu Parochialibus, ſecundus eſt Retrahere ipſum teſtatorem à reſtitutionibus debitis faciendis: & tertius eſt: Procurare, vt legata debita, vel malè ablata incerta dentur ſibi, aut alijs ſingularibus perſonis ſui ordinis, ſiue Conuentibus in aliorum præiudicium, quibus de iure talia debeantur: Ita communiter omnes Doctores ſupracitati, vt Suarez, Saytus, Henriquez, Bonacina: Quando ergo horum occaſione Prælati ipſorum regularium aliquid receperint pro Monaſterijs, ſiuè pro perſonis priuatis, & requiſiti per menſem nõ ſatisfecerint, incidunt in prædictam ſuſpenſionem.

Exceſſus prohibiti in Clementina, qui ſint.

Suarez. Henriq. Saytus. Bonacina. Senſus, & intelligẽtia huius ſuſpenſionis.

15 Verum eſt tamen nõ eſſe illicitum ipſis religioſis (modeſte tamen) moribundos certiores facere de neceſſitatibus ſuorum Conuentuũ, aliarumq; Eccleſiarum, & piorum locorũ, ipſoſq; exhortari cũ omni modeſtia, vt facta debita reſtitutione, & diſpoſitione neceſſaria pro ſua conſcientia aliquid ſuo Monaſterio, vel alijs locis pijs pro ſalute animarum ſuarũ ſponte pro Eleemoſyna relinquant: nam hoc in dicta Clementina nullatenus prohibetur, prout obſeruat Bonac.tom.1.D.3.de Suſpenſ.p.5.§.4.num.9.

Moderatio.

Bonacina.

16 Decima ſuſpenſio deſumitur ex Clementina Religioſi de Priuileg.§.Quibus, &c. vbi plura religioſis inhibentur, inter quæ principalis eſt, ne concionatores publicent indulgentias incertas, & indiſcretas, retrahendo fideles ne ad Parochiam accedant, vel illos abſoluendo à caſibus ſibi non cõceſſis, & cõquate Prælati dictorum religioſorum, qui huiuſmodi exceſſus non prohibeant, ſed propter lucrum indebite hoc permittant, ſi non ſatisfaciant, de damnis illatis ex tali falſa prædicatione Superioribus illius Eccleſiæ, ſiue Eccleſiarum, quibus damnum illatum fuit, ſuſpenduntur ab officio, & beneficio, donec plenè de omnibus ſatisfaciant. Ita Bonacina tom.1. D.3. de Suſpenſ.p.5. §.4. nu.12. cum alijs ſupracitatis num.13.

Suſpenſio 10. Cõtra prædicantes indulgentias indiſcretas, & falſas propter lucrum.

Bonacina.

17 Vndecima ſuſpenſio fertur contra confeſſarios quoſcumque, ſiue Clericos, ſiuè Regulares, qui malitioſè, & ſcienter nolunt conſcientiam facere, & admonere ſuos pænitentes de ſoluendis decimis, quæ ſoluere debent iuxta præceptum Eccleſiæ, maxime quando de hoc à Rectoribus Eccleſiarum requiſiti fuerint, vt faciant, qui ſi in hoc deficiant ſuſpenduntur ab officio prędicandi donec reſipiſcant, & eiſdem pænitentibus de obligatione circa decimas debitas ſoluendas certiores faciant, Ita enim habetur in Clementina Cupientes de Pœnis: Ita Saytus lib.4. de cenſ.cap.13. num.18. Suarez D.31. ſect.6.num.12. Filliuc.d.c.8.num.172. & Viualdus in Candel. num.16.

Suſpenſio 11. Contra illos, qui nõ faciũt ſoluere Decimas.

Clementina. Cupientes. Saytus. Suarez. Filliucius. Viualdus.

18 Duodecima ſuſpenſio lata eſt contra omnes, ſinguloſque Regulares cuiuſcumq; ordinis, & Religionis, præſumentes introducere fęminas in Clauſtris Monaſterij, ſiue Conuentus ſine expreſſa facultate Summi Pontificis, de nouo ipſis conceſſa; Quare quicumq; ſiue Prælatus, ſiuè Subditus hoc permiſerit præbendo conſenſum tacitum, vel expreſſum, ad dictum ingreſſum mulierum in eorum Conuentibus, ipſo facto ſuſpenſi ſunt à Diuinis, remanentq; priuati officijs omnibus, quæ tunc poſſident, redduntur que inhabiles ad alia recipienda, & ab vtraq; voce actiua, & paſſiua ipſo facto priuati exiſtunt, donec ab Apoſtolica Sede circa hoc fuerint diſpenſati, prout patet ex Bullis Summorum Pontificum, & præcipue Pij V. quæ incipit: Regularium, &c. & Gregorij XIII. quæ incipit vbi gratiæ, &c. qui etiam addidit pœnam excommunicationis ipſo facto incurrendam eodem modo reſeruatam. Ita Nauar.in man.cap.27.num.150 Saytus lib.5.cap.17.num.11. Em. Sa verbo excommunicatio num.15. & nos plenius explicauimus ſupra in tract.11.cap.3. huius noſtræ ſecundæ partis.

Suſpenſio 12. Contra introducentes mulieres in Clauſtris cõuentus.

Priuantur à Diuinis officijs, & vtraq; voce ipſo facto.

Pius V. Gregor. XIII.

Nauarrus. Saytus. Em. Sa.

19 Tertia decima ſuſpẽſio in ordine elicitur ex Clementina prima de Priuilegijs vbi imponitur pœna ſuſpenſionis ab officio ipſo facto donec ab ordinario Parochi viſum fuerit contra Sacerdotes, ſiue regulares, ſiuè ſæculares coniungentes in matrimonio ſponſos ſinè licentia proprij Parochi illorum ſponſorum, vel eoſdem benedicentes, &c. ſicuti nos plenius de illa ſuſpenſione diximus ſupra in cap.1. huius tractatus num.6. quæ etiam ſuſpenſio lata eſt in Tridentino Concilio ſeſſ.14.cap.1. de Reformat. Matrim.

Suſpenſio 13. Clementina prima de Priuileg. Contra benedicentes ſpõſos ſine licentia.

Conc. Trid.

20 Quartadecima tandem poteſt eſſe illa, quæ infligitur in Decreto Sacræ Congregationis Cardinalium, emanato nonis Maij 1590. quod incipit Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini, &c. de mandato Sixti V. Summi Pontificis contra omnes, ſinguloſq; regulares, qui ſine expreſſa licentia eiuſdem Sacræ Congregationis, ſiuè Summi Pontificis in caſibus ſibi nõ permiſſis accedere quomodolibet præſumant ad colloquendum cum monialibus, ſiue ſororibus, aut cumqualibet alia perſona intra Clauſtra Monaſteriorum exiſtente, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac omnium officiorum ordinum cum inhabilitate ad alia recipienda, niſi prius ab eadem Apoſtolica Sede circa hanc ſuſpenſionem fuerint diſpenſati, quod decretum refertur per extenſum à Stephano Quaranta in ſum. Bullarij verbo Monaſteria Monialium.

Suſpenſio 14. Decreti Cõgregationis. Sixtus V.

Contra alloquentes cum monialibus. Pœna impoſita, quę.

Abſolutio ad quẽ ſpectat.

21 Sed circa hoc Decretum diſſentio erat inter Doctores: An huiuſmodi Regulares tranſgredientes hoc mandatum vltra pœnam priuationis, &c. incur-

Difficultas, an etiam ſit peccatũ mortale.

Digitized by Google

Reſolutio. Deciſio Cardinalium.

currerent in peccatum mortale, & ratio dubitandi erat, quia vbi eſt impoſita pœna temporalis tantùm non eſt facienda extenſio ad pœnam ſpiritualem æternæ mortis: quare eadem Sacra Congregatio Cardinalium circa hoc requiſita die primo Mẽſis Iunij anno 1606. ſtatuit, declarauit, & declarat, quòd quicumque Religioſus contra prædictum Decretum Sacræ Congregationis, quo prohibetur, ne vllo prætextu accedant ad Monaſteria Monialium ad loquendum cum mulieribus ibi exiſtentibus ſub clauſura, vltra pœna priuationis officiorũ, & vtriuſque vocis, incurrant etiam in culpam mortalem: vide de hoc Bonacina in tractatu de Clauſura Monialium.

Bonacina.

22 Notandum. Vrban. VIII. Licentia quatuor in anno I primo & 2. gradu cõſanguinitatis.

Notandum autem, quòd eadem Sacra Congregatio 12 Kalendas Octobris anno 1623. de mandato Summi Pontificis Vrbani VIII. conceſſit Epiſcopis Diœceſanis, vt licentiam dare poſſint cuilibet Regulari quatuor vicibus ad ſummum quolibet anno, quod loqui licitè poſſint monialibus, alijſq; in Monaſterio exiſtentibus ſibi coniunctis in primo, & ſecundo gradu conſanguinitatis, cum quibuſdam conditionibus in dicto Decreto contentis.

23 An pœna incurratur ipſo facto in foro conſcientiæ. Reſolutio.

Sed maior difficultas eſt: an talis priuatio lata in dicto Decreto incurratur etiam in foro conſcientię ante quam a Prælato, ſiuè a Iudice competente talis religioſus declaretur incurſus?

Reſpondetur Affirmatiuè, quia lex ipſa hoc expreſſit; ita enim dicit: *Quæ omnia, & ſingula ſub pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuè inuiolabiliter obſeruari præcipimus*, quæ cum ſint pœnę priuatiuæ ipſo facto incurruntur: prout dicunt Bartol. Medina in 1. 2. q.62. A.3. & Petrus de Aragona in 22. tom.2. q.62. A.3 circa medium, & Graſſius de caſi. reſer. lib.2. c.5. §.6 Verſic. An vero, &c.

Bart. Medina. Aragona. Graſſius.

24 An teneantur reuelare ſuũ delictum.

Verùm eſt tamen, quòd licèt huiuſmodi Regulares modo ſupra dicto ex delicto occulto, perpetrato incurrant iſtas pœnas ipſo facto: Nullus tamen eorum erit obligatus ſtatim relinquere, & renuntiare officium, quod habet, quando per huiuſmodi renũtiationem ſuum delictum occultum poſſit manifeſtari, & fama, honorque amitti: Tenentur tamen ipſi religioſi, ſic incurſi ad procurandam ſibi ſecretò diſpẽſationem ab Apoſtolica Sede medijs omnibus, quibus poſſunt, alioquin à peccato mortali non eſſent excuſati: Ita Capuccini adnotatio ad Sorbum in compendio Priuileg. medicin. in Verbo ingredi: & Clauis Regia lib.3. c.10. de oblig. leg. pœn. ad culpam num.35. Alphonſus de Caſtro lib.2. de poteſt. legis pœna cap.11. & Graſſius loco ſupracitato, cum alijs.

Tenẽtur procurare diſpẽſationem. Sorbo Capuc. adnot. Clauis Regia. Alphonſus de Caſtro. Graſſius.

25 Suſpenſio 15. Contra Benedictinos non vtẽtes forma habitus. Clement. de ſtatu Monachi.

Quintadecima in ordine ſuſpenſio lata eſt in Clementina prima de Statu Monachorum §. Si quis autem, &c. contra Monachos Benedictinos nigros, qui vtrumque habitum nigri coloris Superiorem, & inferiorem geſtant, qui ſi proſumtuosè aliquando habitum ſuæ religionis iuxta formam pręſcriptam in dicta Clementina non geſtarent, ſuſpenduntur per annum hoc modo videlicet, ſi eſt Abbas, aut Prior, non habens Abbatem ſuſpenditur à collatione beneficiorum per annum: ſi verò ſit inferior, habens aliquam adminiſtrationem, eadem adminiſtratione ſimiliter priuatur per annum: ſi verò nullam habeat adminiſtrationem inhabilis ſit ad quodcumque beneficium intra annum recipiendũ, prout in præfata Clementina explicatur.

26 In quibus caſibus excuſaretur a pœna.

Notandum autem, quòd ſi Abbas, ſiuè alius Monachus inaduertenter, ſiue ex legitima cauſa, ſiuè pro modico temporis ſpatio talem formam habitus præſcriptam non geſtarent, excuſaretur à culpa, & à pœna incurrenda, eò quod in Clementina dicitur: (*Si non portare præſumpſerint:*) quæ verba denotant proſumptionem, & longum tempus, conſcientia, & voluntatẽ pernicioſa, & ſine aliqua rationabili cauſa: prout benè aduerterunt Suar. D.31. ſect.6. num.10. & Bonac. tom.1. D.3. de Suſpenſ. p.5. §.4. num.14. & tom.3. D.3. q.8. p.14. n.3.

Suarez. Bonacina.

27 Suſpenſio 16. Contra Monachos venatores.

Decimaſexta in ordine eſt alia ſuſpenſio lata in eadem Clementina contra eoſdem Monachos nigros, qui ex propoſito interſunt venationi, & occupationi clamoroſæ, aut alias cum canibus, aut auibus, &c. Dicitur autem clamoroſa venatio: quando efficitur cum ſtrepitu, vel tumultu canuum, aliorũq; animalium, ad tale exercitium deſeruientium: quare ſi quis Monachus recreationis cauſa ſimpliciter aſſiſtendo ſine canibus, aut auibus, ſed cum retibus, aut laqueis cum decentia religioſa pro ſimplici, & honeſta recreatione, non incident in pœnas in dicta Clementina inflictas, neq; ſi accidentaliter interſint venationi aliorum ſæcularium per trãſitum, eò quod in caſu non interſunt ex propoſito: Pœna autem huius ſuſpenſionis eſt per biennium, ſecundum conditiones ſuperius declaratas ſecundum diſtinctionem perſonarum, &c. Ita Suarez D.31. ſect. 6. num.10. Filliuc. d. cap.8. n.170. Sayrus lib.4. c.13. num.6 Raynerus de Suſpenſ. cap.3. ſuſp.6. Verſic. Hæc ſuſpenſio, &c. & Vinaldus in Candel. de Suſpẽſ. n.94. & Bonacina tom.3. D.3. q.8. p.15.

In quibus caſibus daretur excuſatio. Pœna impoſita, quæ. Suarez. Filliucius. Sayrus. Raynerus. Vgolinus. Bonacina.

28 Suſpenſio 17. Contra Dominicanos, & Franciſcanos, perturbantes in munere Inquiſitionis.

Decimaſeptima ſuſpenſio lata eſt contra fratres Ordinis Prędicatorum, qui ſuſpenduntur ab exercitio ſuorum ordinũ, qui præſumunt perturbare Fratres Minores, ne exerceant officium ſibi cõmiſſum contra hæreticam prauitatem, & eadem ſuſpenſione ligantur Fratres Minores perturbare præſumentes officium Inquiſitionis adminiſtratum à Fratribus Dominicanis, quare quicumq; ex his religioſis aliquid contra præfata fecerit, eſt ipſo facto ſuſpenſus ab exercitio ſuorum Ordinum, donec abſolutionem ab Apoſtolica Sede, vel ab illo, cuius officium perturbare auſus eſt, obtineat, quæ ſuſpenſio lata eſt in quadam Bulla Clementis IV. quæ incipit Paupertatis altiſſimæ: Ita Henriq. lib.13. c.40. nu.3. & Bonac. tom.1. D.3. de Suſpenſ. p.15. §.4. nu.16.

Clemens IV. Henriquez. Bonacina.

29 Suſpenſio 18. Cõtra Dominicanos non reſtituẽtes libros religionis.

Decimaoctaua ſuſpenſio lata eſt etiam contra fratres eiuſdem Ordinis Prædicatorum, qui promoti ad Prælaturam extra Ordinem; non faciunt reſignationem omnium librorum, aliarumque rerum, quæ ad ipſorum vſum habebant ante promotionẽ: quare contrafacientes ſuſpenduntur ab vſu Pontificalium, donec ea, quæ ad religionem pertinebant plenè reſtituant, patet hoc ex quodam priuilegio à dicto Clemente quarto conceſſo Ordini Fratrum Prædicatorum, prout refert D. Anton. 3. p. tit. 27. de Suſpenſ. cap.4. cum alijs ſupra citatis num.27.

Clemens IV. D. Anton.

Et hæc de ſuſpenſionibus contra Regulares, quæ colliguntur ex Iure, ſi autem ſint aliæ ſuſpenſiones ad eas me remitto.

30 Aduertentia.

Aduertendum eſt autem, quòd plures aliæ ſuſpẽſiones pertinentes ad Regulares poſſent hic apponi, & enumerari, quæ latæ ſunt in pluribus, varijſq; Decretis Pontificijs, quas incurrere poſſunt, ea non ſeruantes: quarum vna eſt illa, quæ incurritur ex violatione Decreti Vrbani VIII. de celebratione Miſſarum, quòd legendum eſt in publica menſa, ſeù capitulo locali bis in anno qualibet vid. Feria ſexta poſt octauam Sanctiſſimi Sacramenti, & Feria ſecunda poſt Dominicam primam Aduentus: & inſuper tranſumptum illius conſtitutionis, in quo pręcipitur, vt Decreta pertinentia ad tribunal Sancti officij legantur eodem modo ſingulis annis in quolibet

Decretum de celebratione Miſſarum. Sanctę Inquiſitionis Decreta.

Digitized by Google

Decretum de largitione munerum. libet Conuentu Feria ſexta poſt octauam Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis; Ac etiam Decretum de largitinne munerum ipſius Vrbani VIII. quòd legendum eſt ſingulis annis in menſe Ianuarij: Ac inſuper eadem Decreta legenda, & publicanda ſunt in ſingulis Capitulis, tàm Prouincialibus, quàm etiã Generalibus ſub pœna priuationis officij, ac vocis actiuę, & paſſiuæ, ac ſub alijs pœnis infligendis contra tranſgreſſores iuxta eorum exceſſum.

31 *Proteſtatio de alijs.* Poſſunt etiam inueniri quàm plura alia Decreta Pontificia particularia, quæ, vel hactenus eſſent emanata, vel fieri poſſent pro futuro tempore, de quibus non habetur notitia, nec poterit faciliter eorum numerus diſtinctè aſſignari: Inſuper poſſunt eſſe aliæ ſpeciales ſuſpenſiones, quæ contrahi poſſunt à Regularibus iuxta conſtitutiones Synodales, alicuius Diœceſis, Prouinciæ, vel Religionis, quas quilibet ea in proprijs cõſtitutionibus conſulere debet, ideòq; illa non curauimus aſſignare, alioquin difficiliter, aut nunquam finem huic tractatui dare poſſemus, cum huiuſmodi poſſint eſſe innumerabiles a ſingularibus perſonis, ac ſuperoribus in ſuos ſubditos latæ: Quare pro modo ſufficiant illas explicaſſe, quæ communiter latæ ſunt in Iure contra Regulares.

32 *De ſuſpenſionibus contra Capitula.* Reſtat modo dicendum pro complemento huius præſentis Tractatus de alijs ſuſpenſionibus, que feruntur in Iure contra Capitula, & Congregationes tàm Canonicorum, quàm etiam Regularium, aliorumque ſimilium, propter crimina commiſſa à dicta communitate collectiuè ſumpta, ſeù à maiori parte Capituli, quæ reducuntur ad numerum ſenarium ideòque.

33 *Suſpenſio 19.* Decimanona ſuſpenſio lata eſt in Extrauag. prima de electione: in qua ſuſpenduntur à beneficijs Capitula Eccleſiæ, vel Monaſteria, ſeù Conuentus, &c. quæ Epiſcopum, aut Prælatum religioſum à Sede Apoſtolica prouiſum ſinè litteris eiuidem Sedis recipiunt, aut illi obediunt, ſuſpenduntur à beneficio, ſiuè beneficijs, de qua ſuſpenſione pleniùs dictum eſt ſupra in præcedenti capitulo n.28.

34 *Suſpenſio 20. Contra occupantes bona Epiſcopi defuncti. c. Quia de Electione.* Vigeſima ſuſpenſio deſumitur ex cap. Quia de Electione in 6. vbi ſuſpenduntur Capitula, & Collegia, quæ Sede Cathedrali collegiata, vel regulari vacante occupant, vel dilapidant bona ad Prælatũ defunctum, vel ad ipſam Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem pertinentia, &c. quæ per dictũ Canonem declarantur ſuſpenſa ab officijs, & beneficijs, donec plenam reſtitutionem faciant de rebus occupatis fraudulenter, ſeù dilapidatis, &c. & eadem cenſura etiam fertur contra omnes ſingulaſq; perſonas huiuſmodi delictum perpetrantes: prout clariùs de tali ſuſpenſione dictum eſt; in 2. cap. huius tractatus num. 18. Ità Suarez D.31. ſect.3. num.3. Filliuc. tr.17. cap.6. n.108. & Bonac. tom.1. D.3. de ſuſpenſ. p.5. §.3. num.2. & Sayr. lib.4. de cenſ. c.13. num.26. *Suarez. Filliucius. Bonacina. Sayrus.*

35 *Suſpenſio 21. Contra recipientes lucrũ pro receptione ad Ordinẽ.* Vigeſima prima ſuſpenſio in ordine lata eſt in Clementina: Sanè de Simonia contra Capitula, & conuentus, qui directè, vel indirectè accipiunt, aut petũt propter receptionem alicuius in religionem, aut ante profeſſionem, qui conuentus, ſiue Capitula eiuſdem Conuentus propter vitium Simoniacum in tali receptione, tacitè incluſam per dictam Clementinam ipſo facto ſuſpenduntur totaliter ab officijs, & beneficijs, quæ ſuſpenſio eſt Summo Pontifici reſeruata: ſiuè ea, quæ recipiunt ſub tali titulo profeſſionis, vel receptionis ad ordinem ſiuè pecuniæ, ſiuè aliæ res mobiles, ſiuè immobiles, vt cibaria prandia, cœnę iocalia, aut alia etiam ad pium vſum pertinentia; Ita Sayrus de cenſ. lib.4. cap. 13. n.27. Filliuc. tr.17. c.8. num.161. *Clementina Sanè de Simonia. Sayrus. Filliucius.*

36 *Aduertentia pro Monialibus.* Vbi eſt aduertendum, quòd Moniales conuentionem facientes ante receptionem circa dotem conuenientem pro illarum ſuſtẽtatione in Monaſterio, atque ita prandia paſtus, aliaq; fieri ſolita ab ipſis Monialibus pro ingreſſu illarum in Monaſterio, non cadunt ſub vitio Simoniaco, eò quòd comprehenduntur quodamodo ſub dote, idque totum reſultat incommodum Monaſterij, pro Monialium victu: prout notauit Viualdus in Candel. de ſuſpenſ. n.45. & Filliuc. loco ſupra citato. *Viualdus. Filliucius.*

37 *Suſpenſio 22. Contra recipientes reſignationẽ beneficij contra Bullã Pij V.* Vigeſimaſecunda ſuſpenſio cõtra Capitula, alioſque Prælatos lata eſt in Bulla Pij V. quæ incipit: quãta Eccleſiæ edita die primo Aprilis anno 1568. in qua ſuſpenduntur capitula, aliæq; perſonæ à collatione, confirmatione, præſentatione, & inſtitutione, quæ ipſis competit: ſi reſignationes beneficiorũ admittant contra formam præſcriptam in eadem Bulla Pij V. ſupra citata. Quòd ſi tempore eiuſdem ſuſpenſionis beneficia conferre, eligere præſentare, confirmare, vel inſtituere præſumpſerint, excommunicationem Papę reſeruatam incurrunt, eò modo, vt in præfata Bulla decernitur: Imò etiam abſolutio ſuſpenſionis eſt etiam Summo Pontifici reſeruata: dicitur enim in ipſa Bulla (*A beneficiorum, & officiorum collatione, &c*) tamdiu ſuſpenſi remaneant, donec remiſſionem à Romano Pontifice meruerint obtinere: Ità Bonac. tom.3. D.2. q.4. p.2. *Bonacina.*

38 *Suſpenſio 23. Alexand. IV. Contra recipiẽtes ad profeſſionẽ ante annum probationis cõpletum.* Vigeſimatertia in ordine ſuſpenſio lata eſt ab Alexandro Quarto in c. Non ſolùm: & c. Conſtitutionem de elect. in 6. vbi ſuſpenduntur non ſolùm Prælati, & capitula, verùm etiam omnes ſinguleq; perſonæ eiuſdem capituli, ſiuè Congregationis, recipientes aliquem ad profeſſionem trium votorum ante completum annum probationis: cum enim poteſtas recipiendi regulares ad profeſſionem reſideat apud Capitulum illius Conuentus, ſequitur capitulum tali cenſura ligari recipiendo aliquem ad profeſſionem ante completum integrum annum nouitiatus. Ita Sanchez in ſum. lib.5. c.4. n.65. *Sanchez.*

39 *Suſpenſio 24. Extra Salubriter de Præbendis.* Vigeſimaquarta tandem ſuſpenſio lata eſt in Extrauagante: Salubriter de Præbendis contra Capitula perturbantia, & impedientia ea, quæ pro Eccleſia Toloſana ſtatuta ſunt in eadem extrauagante: de qua extrauagante, & ſuſpenſione plura dicit: Bonacina tom.3. D.2. quæſt. 3. p.18. & D.6. p.1. q.6. & alibi ad quæ me remitto: Et hæc de ſuſpenſione dicta ſufficiant.

Digitized by Google

TRACTATVS XVIII.

DE INTERDICTO.

Tract. I.

PROOEMIVM.

Introductio. Cenſuræ inter ſe, in quo conueniant, & differant. Diſtinguitur Interdictũ ab excommunicatione. Differt à ſuſpenſione. Doctores, qui tractãt de Interdicto. Paludanus. Richardus. Soto. Ledeſma. Henriquez. Sayrus. Vgolinus. Suarez. Auila. Filliucius. Alterius. Coninch. Reginaldus. Bonacina. Couarruuias. Nauarrus. Graffius. Toletus. Diuiſio Tractatus.

CVm de duabus cenſurarum ſpeciebus excommunicatione: vid. & ſuſpenſione in præcedentibus tractatibus dictum ſit, conſequenter de tertia ipſarum ſpecie, quæ Interdictum dicitur dicere opus eſt, licèt enim excommunicatio, ſuſpenſio, & Interdictum quatenus ſunt Eccleſiaſticæ cenſuræ ſub ratione commum, & generica inter ſe conueniant: differunt tamen inter ſe ſpecialiter, ratione differentiæ eſſentialis conſtitutiuæ, mediante qua vna ſpecies diſtinguitur ab alijs: Quare Interdictum diſtinguitur ab excommunicatione, quia cum hæc ſit pœna grauiſſima, & inter Eccleſiaſticas cenſuras primum locum teneat, priuat totaliter excommunicatos omni participatione, & communione fidelium, non ſolum in Diuinis, ſed etiam in humanis: Interdictum autem ſolummodò priuat vſu aliquorum Sacramentorum, & Diuinorum officiorum, & Eccleſiaſtica ſepultura, quando eſt totale: Differt etiam à ſuſpenſione, quia cenſura ſuſpenſionis tantummodò ſuſpendit ab officio, vel à beneficio, vel ab vtroque ſimul, quæ ſunt Eccleſiaſtica munera, idèoque ad Eccleſiaſticas tantùm perſonas ſpectat: Interdictum autem vniuerſaliter eſt cenſura extendens ſe ad homines, tàm Eccleſiaſticos, quam Laicos, priuans illos tantùm illis tribus ſuper numeratis in totum, vel in partem, iuxta formam, & qualitatem, quæ interdicti ſententia fuit lata à Iure, vel ab homine. De hac interdicti cenſura diſputant communiter Theologi, & Canoniſtæ illi in 4. lib. ſentent. D. 18. & 22. Iſti in iure Canonico varijs in locis: vt Palud. D. 18 q. 8. Ricchard. D. 7. A. 5. q. 1. Soto D 22. q. 3. A. 1. Mart. Ledeſm. 2. 4. p q. 26. A. 2. Henriq. lib. 13. c 41. Sayr de cenſ. lib. 15 c. 1. vſque ad 15. Vgolinus tab. 5. Suarez tom. 5. D. 32. vſque ad 38. Auila de Cenſ p. 5. Filliuc. tom. 1. tr. 18. Alterius tom. 2. D. 1. de Interdicto, Coninch de Sacr D. 17. Reginald. lib. 32. tr. 3. c. 15. Bonac. tom. 1 D. 5. de Cenſ Couar in cap. Alma Mater p 2 Nauar. cap 7. A. 164. vſque 187. Summiſtæ omnes in Verbo Interdictum, Graffius, & Toletus, aliq; per multi de Cenſuris Eccleſiaſticis tractantes: vt videre eſt apud Sayrum loc. cit.

Nos autem de iſta cenſura duos tractatus, iuxta noſtrum morem faciemus, in quorum primo explicanda eſt natura, & partes ipſius: ideòque Primò videbimus. Quid. & quotuplex ſit Interdictum: Secundo de ſpeciebus ipſius, Tertio de cauſis, Quartò de effectibus, de quibus per tria capitula eſt agendum iuxta numerum effectuum ipſius.

QVID, ET QVOTVPLEX SIT INTERDICTVM.

CAP. I.

1 Interdictum eſt nomen multiplex.

PRiuſquam Interdicti cenſuram per definitionem explicemus, oportet vocem iſtam in ſua ſignificata diſtinguere, ne in æquiuocis laboremus, eſt enim nomen multiplex, & plura ſignificata ſub tali voce continentur, ideòque dico Primò, quòd: Interdictum in ſua latiſſima ſignificatione duplex eſt: vnum Ciuile, alterum Eccleſiaſticum; Interdictum Ciuile, ſumitur pro quadam forma verborũ, quibus prętor apud Romanos aliquod pręcipere ſolebat ſub aliqua pœna, & vt ſic eſt vox impoſita ex duabus dictionibus diſtinctis, Inter. vid. & dico, quaſi inter duos dico, quòd ſignificat condere leges, quæ inter duos conficiuntur, inter Superiorem præcipientem, & ſubditum, cui imponitur tale preceptum, quò pacto extant in Iure tituli Ciuili de Interdicto prout colligitur ex c. Paſtoralis de cauſis, & poſſeſſionibus.

Interdictum duplex, Ciuile, & Eccleſiaſticum. Etymologia Interdicti ciuilis. c. Paſtoralis de Cauſis, & Poſſeſſ.

2 Interdictum latiſſimè ſumptum.

Quare Interdicti nomen deindè applicatũ eſt ad ſignificandas quoſcumq; pœnas, quibus iudices tẽporales delicta hominum punire ſolent, interdicẽdo illos è patria, vel alijs bonis priuando interdicendo, ne illis ampliùs vtantur vnde extant in Iure tituli de Interdictis, & Relegat. Ita Sayrus de cenſ. lib. 5. c. 1. Auila de cenſ. p. 5. D. 1. & Filliuc. tom. 1. tr. 18. c. 1. num. 1. cum alijs.

Sayrus. Auila. Filliucius.

3 Interdictum Eccleſiaſticũ duplex. Primo latè pro quacũq; pœna Eccleſiaſtica.

Interdictum autem Eccleſiaſticum, etiam dupliciter ſumi poteſt, vno modo quatenus ſignificat quamdam pœnam impoſitam, ſiuè imponendã ab Eccleſiaſtico iudice in pœnam commiſſi ſceleris, & vt ſic latè etiam ſignificare poteſt quamcumq: ſpeciem cenſurę, ſiuè excommunicationis, ſiuè ſuſpenſionis, ſiuè ipſius Interdicti propriè ſumpti, ſiuè pro quacumq; Eccleſiaſtica pœna, quæ lato ſumpto vocabulo aliquando etiam cenſuræ dici ſolent, vt eſt Irregularitas, Depoſitio, Degradatio, & Ceſſatio à Diuinis, de quibus loco ſuo dicendum erit.

Secundò modo accipitur ſpecialiter, & propriè pro quadam ſpeciali, & Eccleſiaſtica pœna priuatiua Diuinorum impoſita ab Eccleſiaſtico iudice, ſiuè à Iure per modum cenſuræ, de qua in preſenti loquimur. Quare interdictum, vt ſic deriuatur à verbo interdico, quòd aliquod vetare, inhibere, ſeu prohibere ſignificat, poteſt autem interdici quandòq; locus, quandoq; perſona, ideòq; interdictum quatenus eſt nomẽ ſubſtantiuum acceptum pro Eccleſiaſtica cenſura deriuatur à verbo interdico quid ſignificat prohibitionem, ſeù cenſuram Eccleſiaſticam impedientem, ne perſona tali vinculo cenſurę ligata poſſit licite facere illud, quod antea facere poterat. Vndè à Græcis interdictũ dicitur παραγγελμα, deducta à verbo παραγγελλω. quod contradicere, ſeu prohibere, ſiuè interdicere importat: Et hæc quantum ſpectat ad etymologiam nominis. 4

Secundo propriè pro cenſura ſpeciali interdicti.

Vndè deriuatur apud latinos.

Vndè deriuatur apud Græcos.

Vt autem clariùs interdicti natura intelligatur oportet, vt eius quidditas per definitionem explicetur: & quãuis multifariam, multiſq; modis à Theologis, & Canoniſtis Interdictum definiri ſoleat, quare plures definitiones referuntur à Sayro, quæ licèt in verbis videantur diferre in re tamen, & veritate conueniunt: Quare nos colligentes ea, quæ ipſi dixerunt vnam difinitionem, ſeù potiùs deſcriptionẽ totalem conficere poſſumus dicentes. 5

Interdictum eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua fideles ſeparantur à quibuſdam Sacramentis recipiendis, ab omnibus 6

Definitio Interdicti.

nibus Diuinis officijs, & ab Eccleſiaſtica ſepultura, quatenus ſunt vſus talium rerum ſpiritualium alijs fidelibus communes in pœnam contumaciæ, ſiuè offenſæ:

c. Quòd in te. c. Non eſt vobis. Soto. Auila. Suarez. Sayrus. Filliucius. Bonacina.

Quę definitio colligitur ex cap. Quòd in te. de Pœnit. & remiſſ. & ex cap. Non eſt vobis de Sponſal. Ita Soto in 4.D.22. q.3.A.1. Auila de cenſ.p.5. D.1. Suarez D.32.ſect.1.num.3. Sayrus de Cenſur. lib. 5. c.1.n.7. Filliuc. tom.1.tr.18.c.1.nu.3.Bonac. tom.1. de Interdicto D.5.p.1.n.1. cum alijs ab ipſis citatis.

7 Exponitur definitio. 1. Eccleſiaſtica cenſura. Innocēt. III.

Dicitur primo (*Eccleſiaſtica cenſura*) loco generis, ſub quo continetur tamquam eius ſpecies, qua propter dixit Innocentius III. in cap. Quæſitum de Verb. ſignification. *Tres eſſe cenſurarum ſpecies, excommunicationem videlicet ſuſpenſionem, & Interdictum*, quare, vt ſic conuenit cum reliquis cenſuris, ideòque addita fuit particula illa (*priuans fideles*) talis enim eſt effectus omnium cenſurarum,

2. Priuans fideles.

nam quælibet modo ſuo priuat fideles vſu licito aliquarum rerum Spiritualium: At quoniam non omnis cenſura eſt interdictum, ideòque explicati fuerunt effectus ipſius, qui ſunt; *Priuatio Sacramentorum, Diuinorum officiorum, & Eccleſiaſtica ſepultura*, & per iſtos ſpeciales effectus diſtinguitur Interdictum à cæteris cenſuris, & iſta eſt differentia ſpecifica, per quam diſtinguitur ab alijs cenſurarum ſpeciebus.

Differētia eſſentialis, quę. Sacramentis, Diuinis officijs, & Eccleſiaſtica ſepultura.

8 Quomodò differt ab excommunicatione.

Quare Interdictum differt ab excommunicatione, quia excommunicatio priuat fideles omni communione, tàm in Diuinis, quàm in humanis, & omni vſu Sacramentorum ſuffragijs communium omnique iuriſdictione, ac voce actiua, & paſſiua in quacumque electione facienda, redditque excommunicatum tanquàm membrum putridum ſeparatum ab omni communione cæterorum fidelium: Interdictum autem non eſt huiuſmodi, cum ſolùm priuet ab audiendis Diuinis officijs in Eccleſia, receptione Sacramentorum, quibuſdam tamen exceptis, vt ſuo loco videbitur, & Eccleſiaſtica ſepultura: Non priuat autem huiuſmodi quatenus ſunt communicationes quædam cum fidelibus (talis enim eſt excommunicationis effectus) ſed quatenus ſunt vſus ſpiritualium rerum, qui eſt proprius effectus cenſuræ Interdicti.

Interdictum quomodo priuet ſpiritualibus exercitijs.

9 Quatenus talis vſus communis eſt. Differt à ſuſpenſione.

Additum eſt inſuper (*quatenus alijs fidelibus talis vſus communis eſt*) quibus verbis diſtinguitur à Suſpenſione, quæ priuat vſu aliquarum rerum ſpiritualium, non abſolutè, ſed quatenus eſt vſus proprius alicuius Eccleſiaſticæ poteſtatis nempè eorū, qui ſunt Clerici, vel regulares non enim ſuſpenſio ad Laicos ſpectare poteſt, Interdictum autem ad omnes extenditur, quare Clerici ſuſpenſi ab ordine tantummodo priuantur adminiſtratione actiua Sacramentorum, non autem paſſiua receptione: Interdictum autem vtroque vſu priuat illorum Sacramentorum, in quo cadit cenſura Interdicti.

10 In pœnam contumaciæ.

Additurque tandem (*In pœnam contumaciæ, & offenſæ*) ad inſinuandam cauſam non ſolùm materialem ipſius interdicti, quę eſt culpa, ſiuè contumacia, ſed etiam cauſam finalem, & motiuam, qua mouetur Eccleſiaſticus iudex ad talem cenſuram ferendam, quæ debet eſſe, vt tali cenſura punitus reſipiſcat à contumacia, & alij fideles tali timore correpti caueantur à talibus, ſimilibuſque delictis commitendis. Quæ particula addita eſt ad maiorem declarationem, quamuis non eſſet neceſſaria ad naturam iſtius cenſuræ explicandam, nam per hoc non diſtinguitur à cæteris ſpeciebus cenſurarum, cum quælibet cenſura ſemper pro tali fine ab Eccleſiaſtico Iudice ſit infligenda, & hæc ſufficiant pro definitione ipſius.

De diuiſione Interdicti.

11 Interdictum triplex locale Perſonale, & mixtum.

Reſtat modo videndum, quæ ſit diuiſio ipſius interdicti, & quotupliciter infligi poteſt: quapropter reſpondendo dicimus: Cenſuram interdicti in prima ſui diuiſione triplicem eſſe, alia enim eſt purè localis, alia purè perſonalis, alia mixta ex locali, & perſonali: his enim tribus modis ferri poteſt cenſura interdicti, vel enim interdicitur locus tantum, vel interdicuntur perſonæ tantùm, vel interdicuntur perſonæ ſimul cum loco, quamuis hoc tertium genus non ab omnibus explicetur, cum conſtet ex vtroque interdicto, & dicatur potius Interdictum totale, conſtans ex duobus partialibus; ponitur autem à multis ad maiorem declarationem.

12 Ratio iſtius diuiſionis.

Ratio autem huius diuiſionis eſt, quia tria ſunt, quæ per hanc cenſuram inhibentur: vid. vſus Sacrementorum, celebratio, & aſſiſtentia officiorum Diuinorum, & traditio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ne in locis interdictis fieri licitè poſſint, quæ ad locum pertinent, vel ad fideles, qui recipere poterant Sacramenta, & Diuinis aſſiſtere, quæ omnia ad homines fideles ſpectant: ex quo ſequitur duas eſſe Interdicti ſpecies principales, & proprias, localis, vid. vel perſonalis: Nam tertia ſpecies, quæ à pleriſque addi ſolet complectitur vtramque ſpeciem, ideòque appellatur Interdictum Totale, ſiuè mixtum: quod ponitur ad maiorem declarationem: vt benè aduerterunt Nauar.c.27.num.166.& Auila de Cenſ. p.5. D.1.d.1. circa medium. Interdictum autem, quòd aliqui appellant De ambulatorium non diſtinguitur ab iſtis, eſt enim interdictum perſonale, quòd ſequitur perſonam interdictam, in quocumque loco fuerit: Ita Filliuc.d.tr.18. c.1. n.4. & Auila loc.cit. cum alijs.

Species principales ſunt Localis, & Perſonalis. Interdictum Totale, perſonale, & Locale. Nauarrus. Auila. Interdictum Ambulatoriū quid. Filliucius. Auila.

13 Interdictum locale, quid.

Interdictum locale: eſt quando ſolummodò interdicitur locus, ne in eo, durante tali cenſura, licitè poſſint Diuina officia celebrari, neque Sacramenta alijs adminiſtrari, neque defunctorum corpora ſepeliri ſine tranſgreſſione cenſurę, niſi in quibuſdam caſibus in iure expreſſis, & permiſſis: Et quamuis locus, vt locus eſt, non ſit capax cenſuræ, cum non ſit culpæ capax: Interdicitur tamen locus reſpectu culparum fidelium, ne in eo poſſint licitè diuina audire, & recipere Sacramenta: quare in caſu licèt directè interdicatur locus, indirectè tamen interdicuntur fideles, ne in eo loco participent in Diuinis: quamuis huiuſmodi Ciues poſſint in caſu in alijs locis non interdictis Diuinis aſſiſtere, eò quia in caſu non ſunt interdictæ perſonæ, ſed locus: Ita Sayrus de cenſ.lib.5. cap.1. nu. 11. Auila lib.5.D.1.d.1. Filliucius d.tr.18. cap.1.nu.4. Nauar. cap.27.num.166. Syluest. Verbo Interdictum 1.q.2. Reginald.lib.32.tr.3.cap.25.nu.5. Bonacina tom.1. de Interdicto D.5.p.1.num.2.

Locus quomodo ſit capax cenſuræ interdicti? Locus interdicitur directè, fideles autem indirectè. Sayrus. Auila. Filliucius. Nauar. Sylueſter. Reginaldus. Bonacina.

14 Interdictum Perſonale, quid.

Interdictum Perſonale eſt quando non interdicitur locus, ſed interdicuntur perſonæ, ne vid. tales perſonæ ſic interdictæ poſſint licitè Diuinis intereſſe, nec Sacramenta recipere, neque ſepeliri poſſint in loco Sacro, ſecuta morte, dum erant interdictæ: quando vid. talis cenſura interdicti contra tales perſonas ſimpliciter, & abſolutè fuiſſet lata: ſi verò aliquando lata eſſet limitatè, vt ſi tantum ſit illis interdictus ingreſſus Eccleſiæ, tunc non eſſet talibus prohibitum audire Sacra & Diuina officia extra Eccleſiam, vt in Sacellis, ſiuè oratorijs priuatis, & in ipſis Sacramenta recipere, & miniſtrare alijs, quia hæc non veniunt ſub nomine Eccleſiæ propriè dictæ: vt colligitur ex cap. Is, cui de ſent. excom. in 6. Ita communiter omnes ſupracitati Doctores.

Dupliciter ferri poteſt ſimpliciter, & limitatè. cap. Is cui de ſent. excom.

15 Interdictum mixtū, quid.

Interdictum mixtum eſt illud, quod vtramq; cenſuram cōplectitur loci, vid. & perſonæ, adeò vt, poſito

tali interdicto, quæcumq; perſona tali vinculo cenſurę ligata vbicumq; inueniatur prohibita eſt, ne Diuinis aſſiſtat, neq; alię perſonę nō interdictæ poſſunt in loco interdicto Sacra facere, ideòq; tale interdictum à quibuſdam appellatur totale, ab alijs Mixtum, & à nonnullis dicitur Perambulatorium, eò quod ſequitur perſonam interdictam quocumq; ſe cōferat; prout colligitur ex c. Non eſt vobis de Spōſalibus Ita Sylueſt. Verbo Interdictum nu. 2. Nauar. c. 27. num. 166. Auila de Cenſ. p. 5. D. 1. d. 1. Filliuc. d. tr. 18. cap. 1. n. 4.

c. Non eſt nobis. Syluester. Nauarrus. Auila. Filliucius.

16 *Interdictū 2. Generale, & ſpeciale.* Notandum inſuper, quòd Intedictum quodcumq; ſit, ſiue locale, ſiue perſonale: duplex eſt alterū generale, ſpeciale alterum: Interdictum loci generale, eſt quando interdicitur Prouincia, Regnum, Ciuitas, Villa, Caſtrum, &c. tunc enim omnes Eccleſiæ illius Regni, Ciuitatis, &c. ſunt interdictæ, eò quod interdictum loci generale omnes Eccleſias comprehendit.

17 *Interdictum Perſonale 2. Generale, & ſpeciale.* Similiter etiam dicendum eſt de interdicto perſonali generali, comprehendit enim omnes perſonas illius Ciuitatis, ſiue Prouinciæ, contra quas lata eſt cenſura Interdicti: Quando autem ſolùm interdicitur aliqua pars perſonarum talis communitatis, ſiuè ſit vna tantum perſona, ſiue plures illius communitatis, ſufficit enim, quod aliqua pars illarum perſonarum excludatur ab interdicto, ad hoc, vt non dicatur generale, ſed ſpeciale: Ita Sylueſt. Verbo Interdictum 1. q. 3. Angelus num. 3. Valentia tom. 4. D. 7. q. 18. p. 2. Nauar. cap. 27. n. 166. Henriq. lib. 13. cap. 42. Auila de cenſ. p. 5. concl. 3. §. 7. & Bonacina tom. 1. de Interd. D. 5. p. 1. num. 2.

Syluester. Angelus. Valentia. Nauarrus. Henriquez. Auila. Bonacina.

18 *Interdictum ſpeciale locale, quid.* Quòd idem dicendum eſt de Interdicto locali quando enim interdicitur aliqua Eccleſia, vel Conuentus, ſiuè ſit vna, ſiuè plures illius Ciuitatis dummodo remaneant aliquæ Eccleſiæ, ſiuè loca, quæ in tali Ciuitate interdicta non ſint, tunc diceretur Interdictum ſpeciale, non autem generale: prout in ſequenti capitulo Clariùs, & pleniùs explicabitur: Ita Couar. in cap. Alma Mater p. 2. §. 1. n. 9. Henriq. lib. 13. cap. 4. & Bonac. lib. cit. num. 6.

Couarruuias. Bonacina. Henriquez.

19 *Interdictum Totale, & Partiale.* Tertia diuiſio eſt de Interdicto totali, & partiali Interdictum totale, eſt quando ſententia interdicti lata eſt abſolutè, & ſimpliciter abſq; vlla limitatione, & tunc intelligitur de omnibus effectibus ipſius cenſurę interdicti, comprehendit enim Diuina officia, Sacramenta, & Eccleſiaſticam ſepulturam: omnes enim iſti ſunt effectus interdicti ſimpliciter, & abſolutè lati; ſecundo modo ferri quandóq; poteſt interdictum modificatum, quò ad vnum, vel alterū effectum tantùm: vt quando ſuſpenditur, quis à receptione Sacramentorum, vel alicuius Sacramenti tantùm, vt receptione Euchariſtiæ, &c. vel interdicitur ne aſſiſtat Diuinis officijs, vel priuetur, ne poſſit ſepeliri in loco Sacro, vel ab ingreſſu Eccleſiæ, tunc à tali actione tantum eſſet Interdictus, & non ab alijs.

Interdictum partiale.

20 *Interdictum à Iure, vel ab homine.* Quarta Diuiſio fieri poteſt à Iure, vel ab homine, vel ſententiæ latæ, vel ferendæ, quæ omnia ſunt cōmunia cum alijs ſpeciebus cenſurarum, ideóque ea omnia, quæ in proprijs locis de illis dictas ſunt, hic pariter modo ſuo ſunt applicanda: Similiter etiam interdictum aliquando imponi poteſt per modum pœnæ ſimpliciter, & tunc tale magis diceretur ceſſatio à Diuinis, quàm interdictum propriè dictum, quando verò ponitur per modum cenſuræ tunc habet rationem interdicti propriè dicti: Quæ omnia meliùs explicabuntur in ſequenti capitulo.

Interdictum per modum pœnæ, vel cēſuræ.

DE SPECIEBVS CENSVRÆ INTERDICTI, *Localis videlicet, & Perſonalis.*

CAP. II.

1 *Introductio capituli.* QVidítate cenſuræ Interdicti per eius definitionem explicata, vt meliùs ipſius natura cognoſcatur opere pretium eſt ipſius ſpecies proximæ ſpecialiter explicare, quarum notitia ad intelligentiam definiti ſatisfacit: Diximus enim in præcedenti capitulo Interdictum duplici modo ferri poſſe, vel in locum, vel in perſonas, ideòq; quid ſit interdictum locale, & quid perſonale, tam generale, quàm ſpeciale, & quos effectus quodlibet ipſorum pariat reſpectu loci, vel perſonæ interdictæ dicere opus eſt quare:

2 *Quæſitū primum.* Quæritur primò: Quid ſit Interdictum locale, & quomodo locus poſſit legitime interdici?

Quid ſit interdictum locale. Reſpondetur: Interdictum locale nihil aliud eſſe, niſi, quædam prohibitio facta ab Eccleſiaſtico Iudice, ſiuè à Iure, ne in illo poſſint fideles licitè Diuina officia celebrare, illaq; audire, neq; Sacramenta miniſtrare, aut recipere, neq; in dicto loco interdicto ſepulturam recipere: tales enim ſunt effectus, quos parit cenſura interdicti, reſpectu loci: quare in caſu poſſunt fideles, qui non fuerunt interdicti in alio loco non interdicto hæc omnia facere: non enim interdicuntur homines, ſed locus, & in hoc differt interdictum locale à perſonali, vt dicetur.

Differentia inter Interdictum locale, & perſonale.

3 *Non interdicitur locus in ordine ad ſe, ſed ad alios.* Notandum autem, quod in caſu non interdicitur locus ſimpliciter, quò ad ſe, ſed, quò ad alios: nam locus cum ſit res inanimata, non eſt capax cenſuræ, quæ ſemper debet ſupponere culpam perſonæ cenſuratæ, vel cenſurandę: quare interdictū locale ſiuè loci hanc vim habere cenſetur (vt loco interdicto) interdicti cenſeātur homines in ordine ad illum locum tantum, & non ad alium, adeò vt in tali loco, nec homines illius loci, neq; exteri officia Diuina exercere poſſint, neq; in Sacramētis participare, aut in eò poſſint ſepeliri poſt mortem: quamuis alijs in locis non interdictis etiam habitatores, & incolæ, qui non fuerunt cauſa interdicti propter eorum culpam non ſunt prohibiti actiuè, & paſſiuè in Diuinis participare, &c. Ita Mart. Ledeſma 2. 4. p. q. 26. A. 2. de Interdicto, Nauar. c. 27. num. 167. Angel. Verb. Interdictum 2. n. 1. Henriq. lib. 13 cap. 42. §. 1. Sayr. de Cenſ. lib. 5. c. 2. nu. 4. Couar. in cap. Alma mater p. 2. §. 1. num. 6. Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1.

Ledeſma. Nauarrus. Angelus. Henriquez. Sayrus. Couarruuias. Soto.

4 *Qui fuit cauſa interdicti, eſt ſpecialiter interdictus.* Dixi autem (*qui non fuerunt cauſa interdicti*) nam illi, qui in hoc fuerunt culpabiles etiam exiſtimantur interdicti, ideòq; quando interdicta fuit Eccleſia propter culpam Epiſcopi, vel alterius Superioris, tunc etiam, & ipſi ſunt interdicti, quòd idem dicendum eſt de alijs quibuſcumque, propter quorum delictum talis locus fuit interdictus: & ratio huius eſt, quia interdictum locale ſupponit delictum, commiſſum ſaltem ab aliqua perſona, ratione cuius talis locus fuit interdictus, & ideò talis perſona cenſetur etiam ſpecialiter, & implicite interdicta: quare neque ibi, neq; alibi poterit licitè participare in Diuinis: prout colligitur ex c. Si ſententia, de ſent. excom. in 6. Ita Sayrus de cenſ. lib. 5. cap. 2. num. 4. Filliuc. tom. 1. tr. 18. cap. 1. num. 18. Suarez D. 32. ſect. 2. Bonac. tom. 1. D. 5. p. 1. num. 3. cum alijs ſupracitatis.

c. Si ſententia de ſent. excō. Sayrus. Filliucius. Suarez. Bonacina.

5 *Interdictum locale nō includit perſonas per ſe.* Ex quo ſequitur: Interdictum locale non includere populum ideſt perſonas illius loci niſi in illo loco interdicto, in quo prohibentur recipere, & adminiſtrare Sacramenta, & Diuina officia celebrare, & Eccleſiaſticam ſepulturā recipere, nō autem in alijs

locis

Digitized by Google

locis non interdictis, quia in illis poſſunt licitè hæc omnia facere ſicut antea, niſi quando talis populus (vt dixi) fuiſſet cauſa, vt locus interdictus eſſet, quia tunc omnes illi, qui fuerunt culpabiles exiſtimantur implicitè eſſe interdicti, non autem alij innocentes: Ità omnes Doctores ſupra citati communiter.

6 Interdictum locale generale, quid.

At quoniam Interdictum locale duplex eſt: Vnũ Generale, Speciale alterum, ideoque dicimus, quòd Interdictum loci generale, eſt quando interdicitur aliquis locus vniuerſaliter, continens in ſe plura loca particularia, vt quando interdicitur Regnum, Prouincia, Epiſcopatus, Ciuitas, Terra, Caſtrum, Villa, aut Parochia, (ſi per Parochiam intelligatur totus ambitus illius Parochiæ,) non verò ſi per ly Parochiam intelligatur tantum Eccleſia Parochialis, quia tunc tale interdictum Parochiæ non eſſet generale, ſed ſpeciale.

7 Interdictum generale, quas côditiones debet habere.

Requiritur enim ad interdictum generale, vt omnia loca illius Ciuitatis, ſiuè Caſtri, ſiuè Regni, tàm Sacra, quam non Sacra ſint interdicta: aliter enim ſi tantummodo Eccleſiæ, etiam omnes illius Ciuitatis interdicerentur, non eſſet generale, ſed ſpeciale interdictum, eò quia in tali caſu remanerent alia loca non interdicta, quare poſſent diuina officia, & Sacramenta in priuatis oratorijs illius Ciuitatis, licitè perfici cum tale interdictum non fuerit generale, ſed ſpeciale, ideſt Eccleſiarum illius Ciuitatis, non autem aliorum locorum. Ità Suarez de Cenſ.D.32. ſect.2.nu.7. Sayrus d.lib.5. c.2.num.13. Nauar.cap.27.num.166.Henriquez lib.13.c.41.§.3. Vgolinus tab.5.c.6.Couar.in c.Alma mater. p.2.§. 1.num.9.

Suarez. Sayrus. Nauarrus. Henriquez. Vgolinus. Couarruuias.

8 Cauſa huius diſtinctionis, quæ.

Sed ſi quæras ad quid deſeruit talis exacta cognitio, & diſtinctio inter generale, & ſpeciale interdictum?

Reſpondetur: Huiuſmodi cognitionem exactam eſſe valdè vtilem, & notandam; quia quamuis olim tempore interdicti generalis non permittebatur aliquo modo officia diuina celebrare ſine ſpeciali priuilegio: hodie tamen in Iure nouo permittitur, vt tempore interdicti generalis poſſint Sacerdotes celebrare ſub miſſa voce ianuis clauſis; prout habetur ex c. Alma mater de ſent. excom. in 6. ac denique poſſunt eſſe aliqui habentes ſpecialia priuilegia, vel mediante Bulla Cruciatæ, vt tempore interdicti generalis poſſint licitè ea facere ianuis clauſis, quæ tamen omnia locum non habent in Interdicto ſpeciali: prout dicunt Panormit. in c. cum partibus de verb.ſignific.num.1. Couar.in d.c. Alma p.2.§.1.n.9. Tabiena verbo Interdictum 1.n. 4.Sayrus d.lib.5.c.2.n.14.

C. Alma mater.

Panormitan. Couarruuias. Tabiena. Sayrus.

9 Interdictũ generale extenditur ad omnia loca.

Interdictum ergo generale cuiuſcumque loci, ſiue Regni, ſiue Prouinciæ, ſiuè Ciuitatis, &c. extenditur ad omnia loca eiuſdem interdicta, comprehenditq; omnes Eccleſias etiam Cathedrales, ſiue Metropolitanas, ac etiam quomodocumq; exemptas a iuriſdictione illius, qui cenſuram tulit: nam interdictum generale comprehẽdit loca illius ſtatus, qui fuit per cenſuram interdictus, niſi aliquorũ ſpecialis exceptio fuiſſet facta: prout patet ex d.c.ſi Ciuitas de ſent. excom. in 6. & ratio huius eſt, quia aliter fruſtraretur interdictum, nam populus poſſet ad talem locum, ſiue Eccleſiam confluere, ibique licitè participare poſſet in diuinis, & Sacramentis actiue, & paſſiuè, quod reſultaret in deriſum ſententiæ cenſuræ latæ,

C. ſi Ciuitas de ſent. excõ. Ratio aſſertionis.

10 Nullus locus, vel Eccleſia excipitur.

Ex quo ſequitur, quòd nulla Eccleſia etiam Cathedralis, ſiue etiam Regularium, quomodocumq; exempta illius loci, ſiuè Regni, ſiue Ciuitatis, contra quas ſententia generalis interdicti lata fuit eximitur ab obſeruantia interdicti generalis: etiam ſi interdictum factum eſſet ab Epiſcopo Diœceſano prout expreſsè dicitur in Trident. Concil. ſeſſ.25.c. 12.& 22. de Regular. Ità Geminian. in c. Quamuis de Præbendis in 6. §. Quamquam n.4. Anchar. ibidem nu.4. Alterius tom.2. de Cenſ.D.1. de Interdicto:c.4.col.13.verſic. Animaduertendum. Filliuc. tom.1. tr.18. c.1.n.10. & Bonacina tom.1. D.5.de Interd.p.1.n.9.& 10.

Concil. Trid.

Geminianus. Ancharanus. Alterius. Filliucius. Bonacina.

11 Interdictum ſpeciale, quid.

Interdictum ſpeciale, ſiuè particulare eſt illud, quo interdicitur aliquis locus particularis, non continens in ſe omnia loca illius Regni, ſiuè Ciuitatis &c. interdictæ, ſed aliqua, ſiuè pauca, ſiuè plura, ſufficit enim, quòd aliquis locus non ſit interdictus ad hoc, vt non ſit Interdictum generale, ſed ſpeciale: Quare ſi aliquando interdictæ eſſent omnes Eccleſiæ illius Regni, ſiuè Prouinciæ, ſiuè Ciuitatis, & non eſſent alia loca interdicta, adhuc diceretur interdictum ſpeciale, eo quod in caſu poſſent populi illius Regni confugere ad alia loca, quæ non fuerunt interdicta, ibique diuina audire, & Sacramenta recipere, & miniſtrare vid. in priuatis Oratorijs, & alibi, quod eſſet contra rationem generalis interdicti.

12 Sufficit, quòd aliquis locus non ſit interdictus.

Parum enim refert, quòd Eccleſiæ interdictæ ſint paucæ, aut multæ, ac etiam omnes, quia dum remanent alia loca etiam profana, quæ interdicta non ſint, non poteſt dici interdictum generale, ſed ſpeciale: prout dicunt. Nauarrus c.27.n.166. Henriquez lib.13.c.41.§.3.Vgolinus de Cenſ.tab.5. c.6.Couar.in c.Alma mater de ſent.excom.p.2.§.1. num.9.Mart.Ledeſm.2.4.p.q.26.A.2.de Interd.Syluest.verbo Interdictum 1.q.3. Tabiena n.4. D.Anton.3.p.tit.27.de Interd.c.2.Sayr.de Cenſ.lib.5. c.2, num.21.

Nauarrus. Henriquez. Vgolinus. Couarruuias. Ledeſma. Syluester. Tabiena. D.Anton. Sayrus.

13 Interdictum Perſonale, quid. Duplex eſt Generale, & ſpeciale. Quare tale interdictum feratur.

Interdictum perſonale eſt illud, quo perſonæ tantùm, non autem loca interdicuntur, quod etiam. Duplex eſt, ſicut locale: Generale vid.& ſpeciale: Interdictum perſonale generale eſt, quando interdicitur tota aliqua Ciuitas, ſiuè collegium, ſiuè congregatio, ſiue populus alicuius Ciuitatis, Prouinciæ, ſiuè Regni: Nam propter peccatum Regis, ſiuè ſuperioris interdici quandoque poteſt totus populus, & tunc tale interdictum perſonale eſt generale, quia comprehendit omnes homines illius Regni, ſiuè Ciuitatis, ideòq; dicitur perſonale, quia non comprehendit loca, quare exteri illius loci, ſiue Regni, ſiuè Ciuitatis poſſunt licitè in Eccleſijs eiuſdem Ciuitatis participare in diuinis, ianuis clauſis, eò quod non Eccleſiæ, ſed homines fuerunt interdicti.

14 Interdictum perſonale ſpeciale, quid.

Interdictum ſpeciale perſonale eſt, quando interdicitur certa aliqua perſona, vel plures perſonæ illius Ciuitatis, ſiue Regni, &c. explicitè, vel implicitè determinatè, ſiue indeterminatè: vt quando dicitur: Quicumq; hoc, vel illud fecerit ſit ipſo facto interdictus, & tunc quicumq; tale delictum commiſerit, incurrit cenſuram Interdicti, latam ſpecialiter contra tales perſonas, tale ſcelus committentes: Quare reſolutoriè dicimus, quòd quotieſcumque aliqua perſona excipitur illius communitatis, ſiuè aliquæ excipiuntur ab interdicto perſonali, non poteſt dici generale, ſed ſpeciale: nam generale omnes perſonas comprehendere debet.

Concluſio.

15 Diſcrimẽ inter interdictũ perſonale generale, & ſpeciale.

Eſt autem non parũ diſcriminis, & differentiæ inter Interdictum generale, & ſpeciale perſonarum: Nã perſonæ generaliter interdictæ, licet quãdiu ſint de illa cõmunitate, ſeu populo interdicto nõ poſſint licitè intereſſe diuinis, neq; in locis ipſius populi interdicti, neq; in alijs: ſi tamẽ ità ſe transferãt ad aliũ locum,

Digitized by Google

locum, vt omninò domicilium mutent; vt deſinant eſſe de tali populo, hoc ipſo deſinunt eſſe interdicti: eò quod generale interdictum populi cadit ſuper illos ſinguos quatenus faciunt vniuerſitatem.

16 *Cenſura ſpecialiter interdicti ſequitur perſonam in quocunq; loco.*

Specialiter autem interdicti quocumq; pergant, & vadant, etiam ſi mutent domicilium ſemper manent interdicti, quouſq; à tali cenſura contracta abſoluantur, quia Interdictum ſpeciale afficit perſonas in ſe, & non quatenus ſunt aliquid populi, ideoq; in interdicto ſpeciali nihil iuuat mutatio loci, aut populi, quia cenſura ſpecialis ſequitur cenſuratum quocumque ſe transferat. Ita D. Anton. 3. p. tit. 27. de Interdicto c. 3. Angel. Verbo Interdictum. 1. n. 1. Syluest. 2. nu. 9. Tabiena §. 10. Roſella §. 6. Henriq. lib. 13. c. 42. §. 2. Sayrus lib. 5. cap. 4. num. 4. & Palud. in 4. D. 18. quæſt. 8. A. 1.

D. Antonius. Angelus. Syluester. Tabiena. Roſella. Henriq. Sayrus. Paludanus.

17 *Notandum.*

Notandum autem, quòd omnes, ſinguleq; perſonæ interdictæ ſiuè generaliter, ſiue ſpecialiter, ligatæ remanent tali cenſuræ vinculo, ita vt non ſolū cum alijs de populo interdictis, ſed etiam, nec ſeorſum, aut ibi, aut alibi intereſſe poſſint Diuinis officijs, neq; in Sacramētis, neq; in Eccleſiaſtica ſepultura, prout dicitur in c. Si ſententia de ſent. exco. in 6.

c. Si ſentētia, de ſent. ex. in 6.

18 *Ratio aſſertionis. Actiones sūt ſuppoſitorū.*

Ratio autem noſtræ aſſertionis eſt: Quia tres illæ actiones veniunt prohibitæ in quolibet interdicto lato ſimpliciter: Actiones autem ſunt ſuppoſitorum, ideoq; quamuis cenſura interdicti cadat ſuper ſingulos homines quatenus ſunt vnum aliquod in cōmuni, ſeu vniuerſitate, hoc ipſo tamen, quod eos afficit impedit, nec etiam ſingulariter quilibet eorū in Diuinis participare poſſit: Ita Palud. in 4. D. 18. A. 1. Soto D. 22. q. 3. A. 1. concl. 1. Maiolus de Irreg. lib. 3. c. 26. Viuald. in Candel. tit. de Interdicto num. 170. Vgolinus de cenſ. Tab. 5. c. 12. §. 11. cum alijs ſupracitati.

Paludanus. Soto. Maiolus. Viualdus. Vgolinus.

19 *Prima difficultas.*

Pro maiori autem intelligentia eorum, quæ de Interdicto locali, & perſonali dicta ſunt, diſcutiendæ veniunt nonnullæ difficultates, quarum: Prima eſt: An interdicto populo intelligatur etiam interdictus Clerus, & è contra?

Interdicto populos non eſt Interdictus Clerus, neq; è contra.

Reſpondetur, Negatiuè eò quod populus abſolutè dictus diſtinguitur à Clero, & accipitur communiter pro laicis: Quare interdicto Clero poterit populus extraneos Sacerdotes non interdictos conuocare ad Diuina facienda in ipſorum terris, ſiue Eccleſiis, & ſimiliter interdicto populo poterit Clerus ipſe celebrare, & perſoluere Diuina officia, & Sacramenta alijs non interdictis miniſtrare ianuis clauſis ſine ſonitu campanæ &c. vt ſuo loco dicetur: Ita Suarez D. 32. ſect. 2. n. 14. Auila de cenſ. p. 5. D. 1. d. 4. concl. 6. Nauar. cap. 27. n. 167. Coninch. D. 17. num. 8. Alterius tom. 2. de Interd. c. 5. d. 5. Couar. in cap. Alma: §. 1. n. 7. Bonac. tom. 1. D. 5. p. 1. num. 15. Fillucius d. tr. 18. c. 1. num. 14.

Suarez. Auila. Nauarrus. Coninch. Alterius. Couarruuias. Bonacina. Filliucius.

20 *Secunda difficultas. Interdicto Clero nō ſunt interdicti religioſi.*

Quæritur ſecundò: An interdicto Clero, cenſeantur etiam interdicti Religioſi?

Reſpondetur, Negatiuè ſecundum probabiliorem ſententiam: Religioſi enim non cōprehenduntur ſub nomine Cleri: ideòq; quando ſunt interdicti Clerici, intelliguntur ſæculares, non autem regulares, qui licèt in fauorabilibus veniant ſub nomine Cleri, non tamen in odioſis: Quare niſi in interdicto de Regularibus ſit facta ſpecialis mentio, non cenſentur interdicti, ſicuti è contra quando interdicuntur Religioſi, non cōprehenduntur Clerici ſæculares: quamuis Clerici communi vocabulo aliquando appellentur religioſi: Ita Vgolinus de cenſ. tab. 5. §. 5. n. 3. Henriq. lib. 13. c. 43. §. 3. Auila p. 5. D. 1. d. 4. cōcl. 7. Angelus Verbo Interdictum 5. nu. 9. Syluest. n. 17. Armilla num. 10. Alterius D. 1. cap. 5. d. 6. Coninch. D. 17. num. 8. & Filliuc. d. tr. 18. cap. 1. num. 14.

Vgolinus. Henriquez. Auila. Angelus. Syluester. Armilla. Alterius. Coinnch. Filliucius.

21 *Difficultas 3.*

Quæritur tertio: An interdicta familia alicuius Prælati, cenſeantur etiam interdicti Clerici, qui ſunt de familia eiuſdem Prælati?

Interdicta familia Prælati, cōprehenduntur etiam Clerici.

Reſpondetur, Affirmatiuè, eo quia Clerici in tali caſu exiſtimantur partes illius familiæ: quando ergo cenſura interdicti lata eſt ſimpliciter contra familiam alicuius Prælati, tunc non ſolum intelligitur de laicis, ſed etiam de Clericis, ſiue Sacerdotibus dūmodo ſint talis familiæ: Quare ſi aliquis talis familiæ poſt latam ſententiam interdicti, recedat ab illa familia, adhuc tamen remanet interdictus, donec abſolutionem recipiat à tali cenſura: cenſura enim afficit omnes illos, qui tunc aderant in tali familia: Ita Sayrus de cenſ. lib. 5. c. 4. num. 28. Suarez D. 32. ſect. 2. num. 14. Henriq. lib. 13. c. 42. §. 3. Maiolus de Irreg. lib. 3. c. 20. n. 1. Palud. in 4. D. 18. q. 8. n. 1.

Sayrus. Suarez. Henriquez. Maiolus. Paludanus.

22 *Difficultas 4. An Doctores Clerici, veniant nomine Doctorū. Prima ſententia negatiua.*

Quæritur quarto: An quando interdicuntur Doctores omnes alicuius Ciuitatis, ſiue Academiæ intelligantur etiam interdicti Doctores Clerici illius Ciuitatis, ſiuè Academiæ.

Reſpondetur: In hac re, duas eſſe opiniones: vnā negatiuam, quam tuentur Angelus Verbo Interdictum 1. n. 9. Syluest. n. 17. Sayrus de cenſ. lib. 5. c. 2. n. 30. & Vgolinus de cenſ. tab. 5. §. 1. nu. 3. Quorum ratio, & fundamentum eſt, quia Doctores Clerici non poſſunt eſſe de vniuerſitate, & collegio laicorum, ideoq; quando interdicuntur Doctores ſimpliciter, intelliguntur ſæculares, non autem Clerici, niſi de illis expreſſa facta ſit mentio in cenſura: quia in pœnalibus non eſt facienda extenſio.

Angel. Syluester. Sayr. Vgolini.

23 *Secunda ſententia affirmatiua.*

Altera ſententia eſt affirmatiua: nam quando per cenſuram interdicuntur Doctores alicuius Ciuitatis, ſiue Prouinciæ propoſitio illa indefinita æquiualet vniuerſali, quaſi dicat: Interdicimus omnes Doctores e. g. Salmanticenſes, &c. ideòq; talis ſententia comprehendit omnes, ſinguloſq; Doctores Salmanticēſes ſiue Clericos, ſiuè laicos: nam Doctoris nomen conuenit, tam laicis, quàm Clericis, &c. Quis enim negare poteſt Doctores tàm Clericos, quam laicos poſſe vnam Academiam, ſeu Collegium conſtituere, ita vt omnes, & ſinguli dicantur eſſe mēbra illius collegij: Ita Henriq. lib. 13. c. 42. §. 3. Auila de cenſ. p. 5. D. 1. d. 4. concl. 9. Tabien. verbo Interdictū 1. § 8. n. 9. in fine Armilla. n. 11. Maiolus lib. 3. de Irregul. c. 20. nu. 1. Viuald. 3. p. tit. de Interd. nu. 169. & Bonac. tom. 1. D. 5. de Interd. nu. 17. & hæc videtur probabilior ſententia, niſi aliter conſtet de circumſtantijs, vel de mente ferentis.

Henriquez. Auila. Tabiena. Armilla. Maiolus. Viualdus. Bonacina.

24 *Quinta difficultas.*

Quæritur quintò: An quando interdicuntur Ciues e. g. Panormitani, ſi aliqui Ciues tunc non adſint in Ciuitate, cenſeantur interdicti.

An interdicta Ciuitate, Ciues abſentes cēſeantur interdicti?

Reſpondetur diſtinguendo, quòd quando huiuſmodi Ciues abſentes tranſtuliſſent ſecum domiciliū alibi, vt ibi permanerent ad tempus de domo, & familia, non cenſentur interdicti, eo quod in caſu deſinunt eſſe pars illius cōmunitatis, ſeu populi ideòq; quando tales Ciues interdicti, totaliter deſerant Ciuitatem interdictam, ponendo ſuum domicilium in alia Ciuitate, non remanent amplius interdicti, modo ipſi non fuiſſent cauſa talis interdicti: Ita è cōtra homines non interdicti ſi velint ſe facere conciues, populi interdicti, tunc etiam, & ipſi contrahunt interdictum: Ita Suarez D. 32. ſect. 2. num. 15. Vgolin. de cenſ. tab. 5. cap. 20. §. 4. num. 1. Bonacina tom. 1. D. 5. de Cenſ. p. 1. n. 19.

Suarez. Vgolinus. Bonacina.

25 *Si erant de domo, & familia redeūtes contrahūt cenſuram.*

Si vero tales Ciues abſentes fuiſſent de Domo, & familia illius Ciuitatis interdictæ, redeuntes ad ſuam Ciuitatem, durante interdicto, tunc, & ipſi contrahunt cenſuram interdicti, latam contra Ciues illius

Digitized by Google

lius Ciuitatis, cum ſint partes illius Ciuitatis, quæ vt talis ſunt interdicta: Ita Sayrus de cenſ. lib. 5. c. 4. num. 13. Io. Andr. in c. Si ſententia de ſent. excom. D. Anton. 3. p. tit. 27. de interd. c. 3. Syluest. verbo Interdictum §. 12. Tabiena §. 10. Henriquez lib. 13. cap. 42. §. 2. Maiolus de irregular. c. 27. num. 168. cum alijs.

Sayrus. Io. Andreas. D. Anton. Syluester. Tabiena. Henriq. Maiolus.

26 Difficultas ſexta.

Quæritur Sextò: An interdicto populo alicuius Ciuitatis, interdicti ſint etiam exteri, qui tunc erant in Ciuitate interdicta?

Interdicta Ciuitate perſonaliter, interdicuntur exteri?

Reſpondetur Negatiuè, etiam ſi ibi pro aliquo tempore habitare determinauerint, quare, qui ibi habitant ratione ſtudij, ſiuè alterius negotij perficiendi non exiſtimantur interdicti, quando exeunt ex Ciuitate interdicta: & ratio huius eſt, quia huiuſmodi cùm non ſint ciues, non cenſentur partes illius populi interdicti: Generale autem interdictum perſonale cadit tantummodò ſuper illos, qui ſunt partes illius populi: cuiuſmodi non cenſentur extranei, licet ſint incolæ illius Ciuitatis: Ita Sayrus loc. cit. nu. 19. Henriq. nu. 3. Auila p. 5. d. 4. concl. 3. D. Anton. 3. p. tit. 27. cap. 3. Syluest. verbo Interdictum 2. §. 13. Tabiena §. 10. Angelus nu. 4. Nauar. c. 27. nu. 167.

Sayrus. Henriq. Auila. D. Anton. Syluester. Tabiena. Angelus. Nauarrus.

27 Difficultas ſeptima. De habentib. duo domicilia.

Quæritur ſeptimò: An, qui habent duo domicilia, Vnum in vno loco, in quo totus populus eſt interdictus, aliud in alio loco vbi non eſt interdictus: ipſe cenſeatur eſſe interdictus, nec ne?

Reſolutio.

Reſpondetur, quòd, ſi talis actu habitet in loco, vbi populus non eſt interdictus non ſubiret cenſuram interdicti alterius populi interdicti, licèt in illa Ciuitate habeat etiam domicilium: æquum enim eſt, vt ipſe fruatur libertate illius loci, in quo actu habitat: Si verò habitet in domicilio, vbi populus eſt interdictus, tunc non erit liber ab interdicto lato in illum locum, in quo ipſe actu habitat, & habet ſuum domicilium: Ita Suarez D. 32. ſect. 2. n. 16. Filliuc. d. tr. 18. c. 1. Bonacina tom. 1. D. 5. nu. 20.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

28 Difficultas Octaua. Infantes, & amentes comprehenduntur in Interdicto?

Quæritur Octauò: An interdicta Ciuitate, ſiuè alia communitate, cenſeantur etiam interdicti infantes, & amentes eiuſdem loci interdicti?

Reſpondetur Negatiuè, & ratio huius eſt, quia cùm huiuſmodi non ſint rationis, dolique capaces, non poſſunt eſſe ſubiectum cenſuræ, quæ non contrahitur ſine culpa: ſi autem poſtea reſipiſcant ab amentia, vel peruenerint ad vſum rationis, & adhuc perſeueret interdictum Ciuium illius Ciuitatis, tunc & ipſi etiam eſſent interdicti, eò quòd partes ſunt illius populi, qui actu ſunt interdicti: Ita Sayr. lib. 5. c. 4. num. 23. Filliuc. d. cap. 1. nu. 23. Auila de cenſ. p. 5. D. 1. d. 4. concl. 5. Alterius to. 2. D. 1. c. 5. col. 11. Bonacina ſupra nu. 21.

Sayrus. Filliucius. Auila. Alterius. Bonacina.

29 Difficultas Nona.

Quæritur Nonò: An interdicta aliqua Ciuitate, ſiuè Regno, intelligantur etiam interdicta ſub vrbia, & continentia?

Suburbia comprehenduntur ſub interdicto Ciuitatis.

Reſpondetur Affirmatiuè, etiam ſi huiuſmodi ſuburbia, ſiue continentia, ſiuè ædificia non ſint iuriſdictionis illius, cuius cauſa fuit interdicta Ciuitas, vel Regnum, vel pertineant ad aliam Diœceſim, vel non ſint ſubdita iudici Eccleſiaſtico, à quo latum eſt interdictum: & ratio huius eſt, quia ſi interdicta Ciuitate, non eſſent interdicta ſuburbia, paruipenderetur cenſura interdicti, quia in caſu poſſent Ciues illius Ciuitatis interdictæ accedere ad illa loca ad audienda Diuina, cęteraq; facienda contra cenſuram interdicti, ex quo fit, vt illa loca cenſeantur interdicta, quorum reſpectu oriretur occaſio paruipendendi Interdictum, ſi in illis locis poſſent Diuina officia licitè perſolui: prout bene colligitur ex cap. Si Ciuitas de ſent. excom. in ſexto.

Ratio Aſſertionis.

C. Si Ciuitas de ſent. exco.

Ita Suarez de cenſ. D. 32. ſect. 2. nu. 23. Sayrus lib. 5. cap. 3. num. 1. Nauar. c. 27. nu. 167. Auila p. 5. D. 1. d. 3. concl. 1. Coninch. D. 17. d. 1. nu. 18. Filliuc. d. tr. 18. c. 1. nu. 8. Alterius tom. 2. D. 1. c. 4. d. 4.

Suarez. Sayrus. Nauar. Auila. Coninch. Filliucius. Alterius.

30 Difficultas Decima. Quid veniat nomine ſuburbium, continentiũ & ſuburbia quid ſint.

Quæritur decimò: Quid nomine ſuburbiorum, & continentium intelligatur?

Reſpondetur: Suburbium prout ipſum nomen importat ſignificat aggregationem ædium plurium proximè poſt vrbem exiſtentium, quaſi, quid ſub vrbe conſtitutum: Quæ quidem ſuburbia communi, & vulgato vocabulo, Burgi ſolent appellari: ſunt enim quædam ædificia extra, & prope Ciuitatem vbi domus ſunt contiguæ vna ad alteram, ita vt faciant aliquam viam vnam, vel plures vbi Ciues faciliter poſſunt peruenire.

31 Continentia, quæ.

Continentia autem ſunt domus ſparſim hic, & illic prope Ciuitatem conſtructæ, & quædam vrbana prædia, quæ nec villam, nec ſuburbia faciant non ſeruata contiguitate, aut Ordine aliquo in diuerſis locis ædificantur, prout explicant Gemminianus, & Ancharanus, & Philippus Francus in d. cap. Si Ciuitas de ſent. excom. in ſexto. D. Anton. 3. p. tit. 27. de interdicto c. 3. Vgolin. de cenſ. tab. 5. c. 21. §. 1. Sayrus lib. 5. c. 3. nu. 2. & Auila de cenſ. p. 5. D. 1. d. 3. §. 20.

Gemminian. Ancharanus. Francus. D. Ant. Vgolinus. Sayrus. Auila.

32

In particulari autem ſtatuere, quæ ſint ædificia talia comprehenſa in Ciuitate interdicta, ſtandum eſt iudicio boni viri, & communi modo loquendi: Quare dicit Angelus verbo interdictum 2. num. 4. & Syluester ibi §. 4. quòd ſi talia ædificia vltra mille paſſus diſtent à Ciuitate probabile valdè eſt, non comprehendi ab interdicto lato contra Ciuitatem; quia in tanta diſtantia non ita faciliter, & ſine magno labore poſſent homines Ciuitatis interdictæ conuenire ibi ad audienda Sacra, ſecus autem dicendum eſſet quando huiuſmodi ædificia intra milleanum continerentur, quia tunc ſine magno labore poſſent conuenire ibi ad Diuina officia, cæteraque recipienda Sacramenta contra Ordinem cenſuræ: Ita Sayrus d. lib. 5. c. 3. nu. 3. Filliuc. tomo 1. tr. 18. cap. 1. nu. 8. Auila p. 5. D. 1. §. 20. & Bonacina tom. 1. D. 5. de interdicto p. 1. nu. 23.

Sententia Angeli, & Syluestri.

Concordant Sayrus. Filliucius. Auila. Bonacina.

33 A quo Epiſcopo cenſentur interdicta ſuburbia alterius Diœceſis?

Notandum autem, quòd quando huiuſmodi ſuburbia, non eſſent ſub Diœceſi illius Epiſcopi, qui tulit interdictum, tunc huiuſmodi ſuburbia, ſiuè continentia non cenſentur interdicta ſimpliciter ab Epiſcopo, qui in eis non habet iuriſdictionem, ſed ex conceſſione iuris communis, prout colligitur ex d. cap. Si Ciuitas ſupracitato, & ratio eſt, quia alias contemneretur cenſura Eccleſiaſtica interdicti lati à tali Epiſcopo, vt explicatum eſt ſupra: Ita Paludan. in 4. D. 18. q. 8. concluſ. 3. D. Anton. 3. p. tit. 27. c. 2. §. 1. Henriq. lib. 13. c. 42. num. 4. & Auila de cenſ. p. 5. D. 1. d. 3. §. 22.

Paludan. D. Anton. Henriquez. Auila.

34 Difficultas vndecima.

Quæritur Vndecimò: An quando interdicitur aliquis Princeps cum omnib. terris ſuis, intelligantur interdictæ etiam Terræ illæ, quarum talis Princeps non habet proprium dominium, ſed vſum fructus?

Omnes terræ ſub iuriſdictione illius comprehenduntur.

Reſpondetur Affirmatiuè: nam verba generalia generaliter ſunt intelligenda: Cùm ergo interdictum latum ſit in omnes Terras, in quas talis Princeps habet aliquam iuriſdictionem, ſequitur, quòd etiam illæ comprehendantur: Ex quo fit, quòd ſi huiuſmodi Terræ poſt interdictum vendantur alteri, tunc tranſeunt ad dominium illius cùm eodem onere interdicti, quòd illis adhærebat, eò quòd interdictum eſt onus affixum loco, ideòque illum ſequitur etiam ſi illius dominium alteri transferatur: Ita Suarez D. 32. ſect. 2. num. 30. Filliuc. d. tr. 18. c. 1. num. 11.

Etiam ſi deinde mutent Dominium.

Suarez. Filliucius.

Sayrus. Alterius.

num.11. ſub fine: Sayrus de cenſ. lib.5. c.3. nu.25. & Alterius tom.2. de cenſ.D.1.c.4.

35 Difficultas Duodecima. An iudex comprehendatur ſub interdicto ab ipſo lato? Reſolutio perſonaliter non.

Quæritur Duodecimò: An Iudex, qui tulit interdictum generale contra Clerum, includatur in eodem interdicto?

Reſpondetur: Vel loquimur de interdicto perſonali, vel locali: ſi primum, non includitur, quia nemo poteſt ſeipſum interdicere, eo quòd non habeat iuriſdictionem coactiuam in ſeipſum, ſicut neque habet in ſuperiorem, vel æqualem, ſed tantùm in ſubditos: prout ex ſupra dictis patet de cenſuris in genere, & de excommunicatione, & ſuſpenſione: Ità Suarez de cenſ.D.36.ſect.2.n.12. Alterius d.tom.2.cap.5. ad finem, & Filliuc. d.tr.18. cap.1. num.24.

Suarez. Alterius. Filliucius.

36 Interdictum locale ſeruandum eſt etiā à Iudice.

Si ſecundum, hoc eſt ſi loquimur de interdicto locali, tunc dicimus, quòd ipſemet iudex lato interdicto debet etiam obſeruare, quamuis enim liberum ſit iudici ferre interdictum, & non ferre, nihilominus, lato ſemel interdicto locali, etiam ipſe tenetur illud ſeruare, quia effectus interdicti ſunt instituti a iure communi, in quo non poteſt iudex inferior Papæ diſpenſare: Ità Nauarr.c.27.n.161. Sayrus p.5. c.3. nu.28. Syluest. verbo Interdictum 2. nu.20. Vgolin. de cenſ. tab.5. c.6. §.1.Coninch. D.17. num.25. & Alterius tom.2. D.1. c.5. d.8. & Diſp.10. cap.6. in fine.

Nauarrus. Sayrus. Syluester. Vgolinus. Coninch. Alterius.

37 Difficultas Tertia decima De priuilegijs Regularium.

Quæritur Tertiodecimò: An Regulares, quibus ante Conſilium Trid. conceſsa fuerunt aliqua priuilegia celebrandi diuina officia, & admittendi Laicos ad illa tempore interdicti localis generalis, poſſint etiam hoc tempore vti talibus priuilegijs?

38 Prima ſententia. Nauarrus. Garcia. Conc. Trid.

Reſpondetur: In hac re duas eſse opiniones, quarum vna eſt Nauar. in man. c.27.nu.190. & in lib. Conſil.Conſil.7. de Friuil. & Garciæ de benef. 3.p. c.2. num.178. aliorumque dicentium: Non poſse Regulares amplius vti talib. Priuilegijs, quia Conc. Trident. ſeſs.25. c.12. de Regularibus noluit Regulares vti poſse priuilegijs contra interdictum locale, datum ab Epiſcopo, & Garcias p.5.c.8.n.8.n.87. refert Ità declaraſse Sacra Congregatio Cardinalium.

Declaratio Cardinalium.

39 Secunda ſententia affirmatiua.

Altera ſententia dicit: Priuilegia Religioſorum, quibus conceditur poſſe in feſtis Sanctorum ſui Ordinis, ac per octauas eorum tempore interdicti generalis localis in ſuis Eccleſijs, & Oratorijs Diuina officia celebrare (excommunicatis dumtaxat excluſis,) quo etiam tempore admittere valeant alios Sacerdotes ad celebrandum pro dictis ſolemnitatibus in ſuis Eccleſijs, ſicut permittitur in quibuſdam ſolemnitatibus in alijs Eccleſijs licitè celebrari poſſe etiam publicè, prout dicitur in c. Alma marer de ſent. excom. Quæ priuilegia non intelliguntur reuocata à Tridentino. Solùm enim ibi præcipitur, vt Regulares teneantur obſeruare interdicta communia, non obſtantibus Priuilegijs, quibuſcumque in contrarium ſibi conceſſis, &c. Ità Henriquez lib.13. c.48. num.1. Rodriq. tom.2. qq. regular. q.112. A.1. & in Bulla Cruc. §.5. n.16. Alterius tom.2. de cenſ. D.1. c.4. col.9. & 10. Sayrus lib.5. de cenſ. c.12. nu.24. Bonacina to.1. D.5. de Interdicto p.1. nu.25. Hieron. à Sorbo in comp. Priuileg. mend. Verbo Interdictum 3. in com. ad collect. alijque loquentes de ſpecialibus Regularium priuilegijs, quibus datur facultas pro ſuis feſtis, alijſque quibuſdam diebus celebrandi in ſuis Eccleſijs tempore interdicti.

Ratio aſſertionis.

Henriq. Rodriq. Alterius. Sayrus. Bonacina. Sorbo.

40 Reſpondetur ad Concilium Trid.

Ad Concilium autem Tridentinum: Reſpondetur verum eſſe Regulares teneri ad obſeruanda Apoſtolica interdicta communia, & Ordinariorum, non obſtantibus priuilegijs illis conceſſis, prout declarauit Sacra Congregatio Cardinalium referente Garcia: Sed in caſu Regulares non facere contra Tridentinum, eò quòd, finita ſolemnitate ſuorum feſtorum, iterum publicant, & obſeruant interdictum, etiam in ſuis Eccleſijs, in celebrando autem ſolemnitates ſanctorum ſuorum Ordinum tantummodò ſuſpenderunt ad tempus, ea ſolemnitate durante: Nec repugnat hoc Decreto Concilij, quia in caſu non faciunt contra interdictum commune, ſed tantùm vtuntur priuilegijs ſuis à Summis Pontificibus conceſsis ſuſpendendi interdictum ad tempus, quantùm ad vnum effectum pro tali ſolemnitate: Concilium autem Tridentinum non reuocauit priuilegia ſpecialia illa, ſed alia generalia, quæ erant contra naturam generalis interdicti, prout latiùs probat Sayrus cum alijs locis ſupracitatis. Et hæc de ſpeciebus interdicti localis, & perſonalis dicta ſufficiant.

Ad declarationem Cardinalium.

Sayrus.

DE CAVSIS INTERDICTI.

CAP. III.

1 Introductio capit. Quatuor genera cauſarū.

IN hoc tertio in Ordine huius præſentis tractatus capitulo de cauſis interdicti dicere opus eſt, quæ quatrupliciter poſſunt conſiderari, iuxta numerum quatuor generum cauſarum, efficientis videlicet, Materialis, Formalis, & Finalis, quæ in omnibus rebus inueniri poſſunt: multum enim iuuat eorum notitia ad rerum exactam cognitionem: Quare primo dicendum eſt de cauſa efficiente, à qua videlicet, hæc cenſura Interdicti ferri poteſt: & quis habeat hanc facultatem interdicendi per cenſuram Eccleſiaſticam?

2 Quis poteſt Interdicere per cenſuram.

Dicimus ergo primò: Efficientem cauſam huius cenſuræ eſse eamdem, quæ poteſt alias cenſuras ferre: eſt enim eadem ratio, quare is, qui poteſt excommunicare, & ſuſpendere, poteſt etiam interdicere: Ideòque cenſura interdicti ferri poteſt, vel à iure, vel ab homine, quæ poteſtas in homine eſſe poteſt, vel Ordinaria, vel delegata, prout de cæteris cenſuris ſatis, ſuperque declaratum eſt ſupra in tractatu de cenſuris in communi, & de excommunicatione, & ſuſpenſione loquendo de earum efficienti cauſa: Ità Henriq.lib.13. cap.50. Sayrus de cenſ. lib.5. c.10. Suarez D.36. ſect.1. Nauarr. c.27. num.168. Vgolinus tab.5. cap.1. de cenſ. Filliucius tom.1. tr.18. c.1. nu.20. & Bonacina tom.1.D.5. p.2. & Summiſtæ omnes in verbo Interdictum, alijque communiter.

Henriq. Sayrus. Suarez. Nauarrus. Vgolinus. Filliucius. Bonacina.

3 Summus Pontifex poteſt interdicere totam Eccleſiam vniuerſalem quando eſſet expediens.

Ex quo ſequitur: Summum Pontificem de poteſtate abſoluta, & ſuprema totam Eccleſiam, omneſque fideles poſse interdicere, non ſolùm, quo ad locum, ſed etiam, quò ad populum, quando adeſſet talis neceſſitas pro bono regimine ipſius Eccleſiæ: ſed non hoc paſsim licitè facere poteſt ſine grauiſſima, & vrgentiſsima neceſſitate; non enim gladius ſpiritualis, & poteſtas tradita eſt illi à Chriſto Domino in deſtructionem, ſed in ædificationem: Vix enim, aut rarò, vel nunquam (communiter loquendo) occurrere poteſt talis cauſa ita grauis, vrgens, & ineuitabilis, vt tota Eccleſia ſimul interdicatur, prout communiter dicunt omnes ſupracitati Doctores legite Suarez D.36.ſect.4. num.1. & Sayrum lib.5. c.10. num.14.

Non autem licitè ſine grauiſſima neceſſitate.

Suarez. Sayrus.

4 Epiſcopus etiam non conſecratus poteſt ſuam Diœceſim interdicere.

Epiſcopus autem electus, & confirmatus, licèt adhuc non fuerit conſecratus poteſt omnes, ſinguloſque ſuos Diœceſanos, ac etiam aliquando totam ſuam Diœceſim proportionato modo interdicere

non

non ſolùm ſecundum partem, verum etiam ſecundum totum, quandò eſſet talis neceſſitas ità faciendi: Extra autem ſuum territorium, in quo non habet iuriſdictionem non poteſt interdictum imponere directè, niſi indirectè, prohibendo ſuis ſubditis, ne extra territorium in diuinis participent: Quod idem dicendum eſt modo ſuo de alijs Prælatis maioribus, ſecundum ſuam iuriſdictionem, quam habent ſiuè ordinariam, ſiue delegatam: prout dicit Auila de cenſ. p.5. D.2. concl.1. & 2. cùm alijs omnibus, qui de hac materia agunt.

Ita etiam alij Prælati ſecundum ſuam iuriſdictionem. Auila.

5 Inſuper affirmando dicimus: prædictos Prælatos hoc validè, & licitè poſſe abſque vllo conſenſu capituli, interdicendo non ſolùm Laicos, verùm etiam Clericos, ac eorum Eccleſias, nam iura aliqua antiqua, quæ hoc requirebant, vt videbatur dici in cap. Quæſiuit de his, quæ fiunt à maiori parte, & in alijs quibuſdam, in quibus dicebatur, quòd Epiſcopus ad interdicendum Clerum habere debebat conſenſum capituli, contraria conſuetudine, & præſcriptione Epiſcoporum derogata ſunt: prout colligitur ex cap.3. de conſuetudine in ſexto. Ità Suarez D.36. ſect.1. nu.6. Bonacina tomo 1. D.5. p.2. nu.5. Alterius tom.2. de cenſ. D.10. c.5. & Filliuc. tom.1. tr.18. c.1. nu.21.

Etiam ſine conſenſu capituli. Iura antiqua non ſunt in vſu. C.3. de conſuetudine. Suarez. Bonacina. Alterius. Filliucius.

6 Capitulum autem Cathedralis Eccleſiæ, viuente Epiſcopo, interdicere non poteſt, neque aliam cenſuram Eccleſiaſticam infligere, eò, quòd non habet iuriſdictionem fori contẽtioſi in territorium Epiſcopale, niſi aliquando habeat ſpeciale priuilegium ab Apoſtolica Sede, ſpecialiter conceſſum, vel ex conceſſione Epiſcopi ob conſuetudinem præſcriptam: prout dicitur in cap. Cùm iter de conſuetudine: Ità ſentiunt communiter omnes Canoniſtæ in c. Quæſiuit de his, quæ fiunt à maiori part. cap. & Panormit. in d. cap. Cùm inter, de conſuetud. Couar. in cap. Alma mater p.2. §.2. n.6. Io. de lignano tr. de Interd. Suarez D.36. ſect.1. n.5. cùm alijs.

Capitulum non vacante ſede Epiſcopi interdicere non poteſt. Panorm. Couarr. Io. De lignano. Suarez.

7 Concedimus tamen capitulum Sede vacante poſſe interdicere loca, Eccleſiaſque Diœceſanas, aliaſque perſonas, alijſque cenſuris ligare: & ratio huius eſt, quia tempore Sedis vacantis Capitulum ſuccedit in iuriſdictionem Epiſcopi: Ità Bonacina tomo 1. D.5. p.2. nu.2. cum omnibus communiter.

Tempore Sedis vacantis poteſt. Bonacina.

8 Notandum autem, quòd licèt Religionum Prælati ſubditos ſuos Ordinario iure interdicere poſſint, quando ità in Domino pro bono Religionis regimine expedire videbitur: Hoc tamen eis non permittitur abſolutè in omni interdicti ſpecie, nam cenſuram localis interdicti licitè ferre non poſſunt ſaltem ex communi conſuetudine recepta: non enim videtur conueniens, vt ipſi locale interdictum ferant, niſi fortaſse in aliquo oppido ſæcularium habeant aliquando iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem in foro contentioſo, nam facultas interdicendi Prælatorum Religionum magis eſt reſpectu perſonarum ſuorum ſubditorum, quam locorum, tum, quia non eſt tale medium proportionatum ad finem religioſi regiminis: Tum, quia gigneretur ſcandalum in populo, & res eſſet Epiſcopis, alijſq; Prælatis odioſa: Ideoque, vel contraria conſuetudine talis facultas amiſſa eſt, vel nunquam eſt illis data: prout dicunt Suarez D.36. ſect.1. Auila de cenſur. p.5. c.2. concl.1. Alterius tom.2. de cenſ. D.10. c.5. Filliucius tom.1. tr.18. cap.1. num.21. & Bonacina tom.1. de Interd. D.5. p.2. nu.2.

Prælati Religionum poſſunt interdicere ſuos ſubditos non autem loca. Ratio aſſertionis. Secunda ratio. Tertia ratio. Suarez. Auila. Alterius. Filliucius. Bonacina.

9 Secundò dicendum eſt de cauſa materiali iſtius cenſuræ, quæ duplex eſt: Vna remota, ſeù circa quam, altera proxima, ſeù ſubiectiua: ideòq; circa primam dicimus: Cauſam materialem mediante, qua licitè poteſt poni cenſura interdicti eſt culpa: nam ſine culpa nulla Eccleſiaſtica cenſura licitè infligi poteſt: nam cum huiuſmodi ſint pœnæ ſpirituales, & graues, cuiuſmodi eſt interdictum, quod priuat fideles pluribus ſpiritualibus bonis, ideòque ſequitur, quod ſine culpa infligi non poteſt: aliter enim eſſet contra Ordinem iuſtitiæ, quod non eſt admittendum.

De cauſa materiali. Cauſa materialis duplex remota, & ſubiectiua. Interdictum ſine culpa nõ eſt imponendum.

10 Inſuper dicimus: Talem culpam debere eſſe grauem, & per culpam grauem non ſolum intelligimus peccatum mortale ſimpliciter, ſed, quod pluribus nocet, quamuis non ſingulis diſtributiuè, ita noceat: & ratio huius eſt, ne cenſuræ Eccleſiaſticæ: quæ debent eſſe neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ, gladiuſque Eccleſiaſticæ poteſtatis, & iuſtitiæ vileſcant, ſi ex leuibus cauſis infligerentur: Quòd maxime locum habet, quando cenſura interdicti infligitur contra multos: patet hoc ex c. Cum medecinalis de ſent. excom. in ſexto, & ex Trident. ſeſſ.25. de reform. c.3. Ità Nauar. cap.27. n.168. Soto in 4. D.22. q.3. A.1. concl.3. Couar. in c. Alma de ſent. excom. in ſexto p.2. §.1. nu.4. & lib. Var. reſol. c.8. num.10. Toletus lib.1. cap.19. & Henriquez lib.13. cap.50. § 1.

Supponit ſemper culpam grauem. Ratio aſſertionis. C. Cum Medecinal c. Conc. Trid. Nauarrus. Soto. Couar. Toletus. Henriq.

11 At quoniam interdictum quandoque infertur contra perſonas, quandoque contra loca, ideò dicendum eſt primo de interdicto perſonali, quòd etiam, vti diximus, duplex eſt, Vniuerſale videlicet, & ſpeciale conſequens eſt, vt de vtroque per ſe diſtinctè dicamus: Quare dicimus: Interdictum ſpeciale perſonale ſemper ſupponere culpam propriam, tanquam cauſam neceſſariam, ſine qua non: Cum enim ſit ſpecialis pœna illius tantum, quia ea ratione interdicitur, requiritur culpa ipſius, nam ſine propria culpa nemo eſt puniendus: quare quando is, qui interdicitur vere apud Deum innocens eſſet, tunc ſententia interdicti contra eum lata non haberet effectum, ſaltem in conſcientiæ foro: Ita Richard. in 4. D.18. q.3 A.3. ad primum, Henriquez lib.13 c.50. §.2. Vgolinus de cenſ. tab.5. c.19. §.1. Saytus de cenſ. lib.5. c.11. n.3.

Interdictum perſonale ſpeciale ſupponit culpam perſonæ interdicendæ. Innocens in foro conſcientiæ non ligatur. Richard. Henriq. Vgolinus. Sayr.

12 Ex quo ſequitur, quòd quando Interdictum eſt graue, ſemper ſupponere debet culpam grauem, & mortalem, vt pœna ſit proportionata delicto: Quando autem interdictum eſſet leue, & parui momenti, vt ſi interdicat aliquem ad breue tempus à perceptione Euchariſtiæ, vel ab ingreſſu Eccleſiæ vnius diei, & ſimilibus, tunc cum tale interdictum ſit limitatum permittitur, quod aliquando infligi poſſet pro culpa veniali: & ratio huius eſt; quia ſicuti excommunicatio minor poteſt incurri pro peccato veniali, ita etiam, & interdictum minus, ſiuè leue: quanquam nunquam, aut raro tale interdictum pro leui culpa infligi ſoleat. Ità Suarez D.36. ſect.3. nu.2. & Filliucius d. tr.18. c.1. num.25.

Interdictum graue ſupponit culpam mortalem. Interd. ct. in leue, ſit quando. ferri pro culpa leui. Suarez. Filliucius.

13 Interdictum vero generale perſonale grauiorem cauſam, & culpam requirit, quàm ſpeciale: & ratio huius eſt, quia cum interdictum generale totam communitatem grauet, debet vtique culpa eſſe maior correſpondens pœnæ: quamuis non ſit neceſſè, vt talis culpa ſit in omnibus, ſinguliſque perſonis diſtributiuè, quæ tali cenſura interdicti ſint ligandæ, cum ſufficiat, quòd in caſu ſit in corpore politico, ſeù morali, vt ſcilicet, vel in magna parte perſonarum illius communitatis, vel in capite, quare ſufficiens eſt delictum principalium membrorum alicuius Ciuitatis, ſiue communitatis, vt officialium, iudicum, aliorumque rectorum, quocumq; nomine nominatorum: Vel delictum magnæ multitudinis partis populi eſt etiam ſufficiens cauſa ad

Interdictum generale requirit culpã grauiorem. Sufficit delictum officialium principalium. Vel maioris partis populi.

inter

Vel Principis, ſiue ſuperioris.

inter dicendum totum populum eiuſdem Ciuitatis, &c. Similiter etiam culpa grauis Principis, ſiuè ſuperioris, quia tunc pœna illorum, qui illi ſubiecti ſunt ad ipſum Principem, ſeù ſuperiorem redundabit, ideoque ipſorum domini grauius puniuntur, eò quod in caſu non ſolum in ſe ipſis, ſed etiam ſubditi ipſorum mulctantur prout dicunt Doctores infra citandi.

Contumacia Epiſcopi eſt cauſa interdicendi Clerũ ſiue Diœceſim.

Archidiac. Felin. Couar. Vgolinus. Sayrus.

14 Similiter etiam graue peccatum contumaciæ Epiſcopi poteſt quandoque eſſe cauſa ſufficiens ad ſuſpendendam Cathedralem eius Eccleſiam aliaſque ſibi ſubiectam, ac etiam ad interdicendum clerum, vel capitulum eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ: Inſuper quando culpa ſit ità grauis ſufficiens eſſe poterit ad interdicendum totum populum, Ciuitatem, vel totam ipſam Diœceſim: Ita Archidiac. in c. ſi ſententia de ſent. excom. in 6. & Felinus in c. Saneè 2. num. 2. Couat. in c. Alma p. 2. §. 1. num. 4. Vgolin. de cenſ. tab. 5. cap. 20. num. 2. Sayrus lib. 5. cap. 11. num. 9.

Interdictum locale generale requirit culpam grauem habitantium.

15 Interdictum locale, tàm generale, quàm speciale, quodcumq; illorum requirit etiam culpam grauem, & aliquomodo publicam, vel ſaltem procedẽtem à perſona publica: & ratio eſt, quia interdictum locale eſt pœna valde grauis redundans in totam communitatem, in quo interdicto affliguntur etiam innocentes, qui ſine eorum culpa veniunt priuari à Diuinis officijs, & Sacramentis: ideòque requirit culpam grauem, publicam, & mortalem, non in ipſo loco exiſtentem, cùm locus nõ ſit culpæ capax, ſed in hominibus in tali loco habitantibus,

Vel in Rectore, vel Principe.

vel Saltem Rectore, vel Gubernatore ipſius, ad quẽ talis locus pertinet: & quia huiuſmodi pœna interdicti localis redundat in totam communitatem, ideoque perſona delinquens debet eſſe publica, & principalis, qualis eſſe poterit Princeps, ſiuè Gubernator, ſiuè Epiſcopus: Ità Syluester in verbo Interdictum 3. q. 5. Angelus n. 5. Nauar. c. 27. num. 168. Couat. in c. Alma p. 2. §. 1. num. 4. Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1. Suarez D. 36. ſect. 3. num. 6. & Filliuc. d. tr. 18. c. 1. n. 27.

Syluester. Angelus. Nauarrus. Couarr. Soto. Suarez. Filliucius.

Interdictum ſpeciale locale requirit etiam culpam grauem.

Pro debito pecuniæ non poteſt imponi Interdictũ generale.

16 Sic etiam dicimus de Interdicto locali ſpeciali, requirit etiam culpam grauem eodem modo, quãuis non ità grauis ſicut illa, quæ requiritur ad interdictum generale, quod eſt maioris momenti; & pœnæ, pro debito autem temporali non poteſt imponi cenſura interdicti localis generalis, niſi de licentia expreſſa Summi Pontificis, vt patet ex Extrauag. Prouidè de ſent. excom. vbi Summus Pontifex Bonifacius VIII. prohibet, ne pro debito pecuniario debeat ferri interdictum generale per Ordinarium, aut Delegatum ſinè ſpeciali licentia Papæ: Ità Panormit. in c. Cum in partibus de verbor. ſignif. & Suarez D. 36. ſect. 3. num. 8. & Filliuc. d. tom. 1. tr. 18. c. 1. num. 27.

Panormit. Suarez. Filliucius.

Cauſa motiua Interdicti duplex contumacia, & peccatum.

Contumacia quid ſit, & vndè dicatur.

17 Quoniam verò cauſa motiua ad ferendum Interdictum duplex eſſe poterit, Contumacia vid. & peccatum: quorum alterum ſufficiens eſt ad ferendam interdicti cenſuram. Dicitur autem contumacia quoddam propoſitum pertinax, & tenax, quodque nullis rationibus, vel minis relinquitur à contumace, quod proprium eſt inferiorum in ſuperiores, diciturque Contumacia à contemnendo, ſiuè à tumore, hoc eſt ſuperbia: quare contumacia ſupponit culpam adhuc perſeuerantem, reſpicientem

Delictum eſt Peccatum cõmiſſum.

futurum tempus: Delictum verò in hac materia ſumitur pro peccato præterito, in quo non ampliùs perſiſtitur: Pro quolibet autem ipſorum ferri poteſt cenſura interdicti maximè quando delictum eſt graue.

Contumacia autem duplex eſſe poteſt, vna, quæ ad nullum peccati genus reducitur, & eſt pura, & mera contumacia inobedientis contradicẽtis præcepto ſuperioris, vt quando res, quæ a ſuperiore præcipitur eſt indifferens, neque bona, neque mala: Altera contumacia ſemper coniuncta eſt cum peccato, quando vid. res, quæ præcipitur, vel prohibetur per ſe, aut ex ſua natura obligat ad peccatum mortale fugiendum; Quomodocumque autem ſit contumacia, ſiuè coniuncta cum peccato mortali, ſiuè ſola ex ſe, & indifferens, propter eam, cenſura interdicti ferri licitè poteſt, dummodò talis contumacia ſit grauis, non ſolùm ex parte ipſius contumaciæ, ſed etiam ex parte obiecti, ideſt Superioris, Cui in re graui non obeditur: Ita Sayrus d. lib. 5. c. 11. n. 16. omneſque Doctores ſupracitati communiter. 18

Contumacia duplex vna coniuncta cõ peccato, altera non.

Quælibet ex ſe ſufficiens eſt ad ferendam cenſurã Interdicti.

Sayrus.

Interdictum verò locale, aut perſonale vniuerſale non eſt imponendum pro delicto particulari alicuius perſonæ priuatæ: niſi concurrant tres cauſæ, quarum prima eſt, quando talis perſona priùs debeat excommunicari, & pro tali denuntietur: Secunda eſt, quòd Rectores, vel officiales illius loci auctoritate iudicis requiſiti ſint, vt talem perſonam excommunicatam eijciant è terris ſuis: & Tertia, quòd poſt talem requiſitionem, ſi infra biduum talis perſona non ſit eiecta realiter à loco illo, tunc poterit licitè interdici concurrentibus his tribus cauſis, locus ac etiam tota communitas populi, eò quòd tunc delictum, & contumacia talis perſonæ redundat in culpam Principis, ſiuè officialium non curantium eijcere talem perſonam delinquentem, & contumacem: Ita enim habetur ex conſtitut. 16. Leonis X. quæ incipit in eminenti, edita anno Domini 1516. prout refert Sayrus de cenſ. lib. 5. c. 11. nu. 12. 19

Interdictum vniuerſale nõ eſt ferendum pro delicto particulari, niſi in tribus caſibus.

Primus caſus. Secundus caſus. Tertius caſus.

Conſtitut. Leonis X. In eminenti. Sayrus.

Cauſa autem materialis proxima, quæ dicitur ſubiectiua, loquendo de interdicto perſonali, eſt Omnis, & quilibet homo baptizatus, poſtquam ad annos diſcretionis ſit peruẽtus, & ſit doli capax, (quòd dicitur propter infantes, & amentes, qui interdici per cenſuram non poſſunt) vt ſubiectum ſit capax cenſuræ interdicti, excepto Summo Pontifice, qui à nemine iudicatur, cùm nullum habeat ſuperiorem in terris, nam adhoc, quòd aliquis interdici poſſit requiritur, vt Iudex habeat iuriſdictionem in delinquentem: nam ſententia ſine iuriſdictione lata nulla eſt: Ita Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1. Nauar. c. 27. nu. 168. Henriq. lib. 13. c. 50. §. 1. Couat. in c. Alma p. 2. §. 1. nu. 4. Auila p. 5. D. 2. d. 5. Sayrus lib. 5. c. 10. num. 4. 20

Cauſa ſubiectiua eſt homo baptizatus doli capax.

Excipitur Summus Pontifex.

Prima Sedes à nemine iudicatur.

Soto. Nauar. Henriquez. Couat. Auila. Sayrus.

Epiſcopi autem non comprehenduntur ſub interdicto generali, & communi, niſi de illis expreſſa facta ſit mentio, vt patet ex cap. Quia periculoſum de ſent. excom. in 6. Si verò Summus Pontifex velit aliquando Epiſcopum aliquem interdicere, licitè, & legitimè facere poterit, eò quòd Summus Pontifex habet ſupremam iuriſdictionem ſuper totam Eccleſiam vniuerſalem, & omnes perſonas particulares cuiuſcumq; ſint dignitatis, & eminentiæ: Ita Suarez D. 36. ſect. 2. nu. 6. & Filliuc. d. tr. 18. c. 1. num. 23. 21

Epiſcopi non comprehenduntur in edicto generali, niſi de illis facta ſit mẽtio ex C. Quia periculoſum.

Suarez. Filliucius.

Non ſolum autem ſingulares perſonæ, verum etiam communitates, Collegia, capitula, Conuentus, vniuerſitates, & totus populus interdici poteſt: Imò (propriè loquendo) magis communiter interdici ſolent iſtæ vniuerſitates, & communitates, & collegia, quam ſingulares perſonæ: patet hoc ex diuiſione interdicti perſonalis generalis, & ſpecialis: Ità Palud. in 4. D. 8. q. 2. Henriq. lib. 13. cap. 50. §. 1. 22

Capitula, & communitates interdici poſſunt.

Paludan. Henriquez.

Digitized by Google

Sayrus. Auila.

§.1. Sayrus d.lib.5. c.10. nu.7. Auila p.5. D.2.concluſ.3. d.5. & alij.

23 Summus Pōtifex poteſt totam Eccleſiam interdicere, & quomodo.

Summus autem Pontifex de plenitudine poteſtatis poteſt in vniuerſam Eccleſiam interdictum inducere non ſolum diuiſiuè, & diſtributiuè, ideſt in quamcumque Eccleſiæ partem, & in quacumque loca, quia vbiq; habet ſufficientem iuriſdictionem, & vbiq; poteſt eſſe aliquando legitima cauſa vtendi illa, ſed etiam collectiuè, ideſt in totam Eccleſiam vniuerſalem ſimul, quia poteſtas Summi Pontificis ampliſſima eſt, & in ipſo loco non poteſt fingi repugnantia propter ſolam amplitudinem eius, quando talis ſubeſſet cauſa vrgens interdicendi totam vniuerſalem Eccleſiam: Verùm eſt tamen, quòd (moraliter loquendo) tale interdictum eſt impoſſibile, quia, nec poteſt occurrere legitima cauſa ad tale interdictum imponendum, neque eſſet in Eccleſiæ ædificationem, ſed potiùs in deſtructionem: quamuis, ſi hoc aliquando faciat Summus Pontifex ex legitima cauſa valida erit omnino talis ſententia lata à Pontifice: Ità Suarez D.36. ſect.2. num.1.

Difficiliter eſſe poteſt talis legitima cauſa.

Suarez.

24 Concilium generale viuente Pontifice non habet talem facultatem.

Nemo autem præter Summum Pontificem, poteſt vniuerſam Eccleſiam interdicere, neque etiam Concilium generale ſine approbatione, & conſenſu ipſius Summi Pontificis, ſaltem ipſo viuente: & ratio huius eſt, quia nullus habet abſolutam iuriſdictionem in vniuerſam Eccleſiam præter Romanum Pontificem: Interdictum autem ſine iuriſdictione poni non poteſt: Concedimus tamen Concilium generale legitimè Congregatum tempore Sedis vacantis habere talem iuriſdictionem, quoad vim directiuam, & coerctiuam, ſaltem pro eo tempore, quo fit tale Concilium.

25 Epiſcopus non poteſt interdicere Regulares, cōmuniter.

Notandum autem, quòd conuentus Regularium omniaq; loca pia exempta à iuriſdictione Epiſcoporum per Decreta Pontificia non poſsunt directè ab Ordinarijs interdici, quòd etiam dicimus de ipſis Regularibus exemptis eodem modo, quia non continentur ſub iuriſdictione Ordinariorum, eo quòd per hanc exemptionem ab eorum iuriſdictione ſubtrahuntur: exceptis tamen quibuſdam caſibus, in quibus Trident. Concilium dat poteſtatem Ordinarijs, tamquam delegatis ab Apoſtolica Sede poſse procedere contra quaſcumque perſonas etiam Regulares, non obſtantibus eorum priuilegijs: Vnde ſeſs.5. cap.2. & ſeſſ.24. c.4. de Reform. vbi prohibentur Regulares prædicare extra ſuas Eccleſias ſine Epiſcopi approbatione, & contrafacientes eos interdicere poteſt, & ſeſſ.7. de reform. c.7. 14. & 15. confirmat Clementinam, quia contingit. de Regul. domibus, vbi etiam exempti in quibuſdam caſib. coram Ordinarijs locorum conueniri poſſunt: Ità Henriq. lib.13. c.24. §.2. Nau. c.25. nu.13. Sayrus lib.5. c.10. num.10.

Niſi in quibuſdam caſibus.
Concil. Trid.
Quando prædicant extra ſuas Eccleſias ſine licentia.
Facientes contra Clementinam.
Quia contingit.

Henriquez. Nauarrus. Sayrus.

26

Aduertendum autem eſt: hoc intelligendum eſſe de priuilegijs conceſsis Regularibus ratione loci Religioſi: e. g. Monaſterij, ſiuè Conuentus, aut Ordinis, qualia priuilegia habent Religioſi mendicantes, vt eſt Ordo Prædicatorum, & Minorum, & Societatis Ieſu, quæ interdici non poſſunt ab Ordinarijs locorum, aut legatis, niſi ſuper hoc ſpecialem licentiam, & auctoritatem habeant conceſsam à Summo Pontifice, in qua facta ſit ſpecialis mentio de tali Ordine, adeò vt ſi ferant ſententiæ cenſurarum contra eoſdem irritæ eſsent, & inanes: Quòd idem dicendum eſt de Ordine Sancti Benedicti ex Priuilegio Eugenij IV. quod incipit ex ſi ex debito, conceſso anno 1434. Quibus etiam priuilegijs gaudent cæteri Regulares mendicantes per communicationem priuilegiorum: Ità Henriq. d.lib.7.c.24. §.2. & lib.13. c.24. §.1. & Sorbo in comp. Priuileg. Ordin. Minor. verbo exemptio; D. Anton. 3.p.tit. 25. c.75. & Sayrus de cenſ. lib.5. c.10.nu.8.

Priuilegia Prædicatorū, & Minorum, & Ieſuitarū.

Benedictini. Eugen. IV.

Alij mendicantes participant iſta priuilegia per communicationem.

Henriquez. Sorbo. D. Ant. Sayrus.

27 Lis ratio priuilegiorū.

Quæ priuilegia non ſunt intelligenda reſpectu ſingularium perſonarum, quia perſonæ ſingulares priuilegiatæ per Sedem Apoſtolicam, ne excommunicentur, neque alijs cenſuris ligari poſſent: poſſunt validè ab Ordinarijs, non obſtantibus talis prætenſis priuilegijs interdici, niſi ſint Reges, aut Reginæ, vel eorum filij: prout habetur ex cap. Ne aliqui de priuileg. in 6. Quòd intelligendum eſt (vt dixi) de priuilegijs perſonalibus conceſſis ratione perſonæ, non autem ratione Ordinis, ſeù Religionis: prout notauit Gloſſa in d. c. Ne aliqui in Verbo ratione.

Reges, & Reginæ interdici non poſſunt ab Epiſcopis.

Gloſſa in c. Ne aliqui.

28 Concluſio.

Quare, concludendo dicimus: Religioſum aliquē priuilegium habentem ſpeciale, ne cenſuris ligari poſſet ab Ordinarijs, non obſtanti tali prætenſo priuilegio, validè interdici poſſe ab Ordinario, quod ſecus dicendum eſſet quando tale priuilegium conceſſum fuiſſet ratione loci, Conuentus, ſiue Ordinis, vt bene notauerunt Syluest. verbo Interdictum 3. q. 4. Vgolin. de Cenſ. tab.1. c.2. §.12. n.5. Henriq. lib.13. c.25. §.2. Sayrus lib.5. c.10. n.8. Viuald. in Candel. tit. de Interdicto n.19. cum alijs.

Syloeſter. Vgolinus. Henriquez. Sayrus. Viualdus.

29 Quomodo Regulares interdicuntur indirectè.

Concedimus tamen: poſſe aliquando Ordinarios Regulares interdicere indirectè interdicendo alios, qui eorum Eccleſias viſitarēt, vel qui cum ipſis negotiantur, vel ab illis emunt, vel, qui eis vendunt, qui molunt eis triticum, vel, qui eis panem coquunt, aut alia obſequia faciunt: prout colligitur ex c. Quantum de Priuilegijs: Ità Sayrus lib.5. c.10. n.10. Directè autem Regulares non poſſunt ab ordinarijs locorum cenſuris ligari, prout patet ex Clementina frequens de exceſſib. Prælatorum.

C. Quantum de Priuileg. Sayrus. Clementina Frequens.

30 Defuncti nō interdici poſſunt directè, ſed indirectè, & quomodo.

Notandum inſuper Defunctos non poſſe ab Eccleſia interdici, neque alijs cenſuris ligari, quia anima ſeparata eſt extra iuriſdictionem Eccleſiæ, corpus autem ſine anima non eſt amplius capax cenſuræ, cùm non ſit homo viator, ſed cadauer inſenſibile: benè tamen poteſt corpus defuncti interdici indirectè, negando illi Eccleſiaſticam ſepulturam, facta declaratione, quod dum eſſet viuens fuerat interdicta talis perſona, & non conſtat fuiſſe abſoluta à tali vinculo, priuſquam è vita diſcederet: Si autem conſtaret, quòd talis perſona ante mortem oſtendiſſet ſigna contritionis, & pœnitentiæ, tunc corpus defuncti poſſet abſolui, ſaltem indirectè à cenſura interdicti, vt capax ſit eccleſiaſticæ ſepulturæ: Ità Auila de Cenſ. p.5. Diſp.3. d.5. concl.6. & p.2. D. vnic. d.8. concl.1.

Defunctus quomodo abſoluitur Indirectè à cenſura.

Auila.

31 De forma ferendi cenſuræ.

Circa autem formam ferendi Interdicti cenſurā: nihil aliud dicendū ſupereſt, præter ea, quæ de alijs Cenſurarum ſpeciebus in ſuperioribus dictum eſt, cùm ſit ferè eadem omnino ratio reſpectu verborum formalium: Nulla enim forma ſpecialis verborū ordinata eſt ab Eccleſia, quæ neceſſaria ſit ad ferendas cenſuras: Verùm eſt tamen, quòd neceſsè eſt, quòd Prælatus oſtendat expreſsè intentionem ſuam in Cenſuris ferendis, vel per aliqua verba, vel per ſigna æquiualentia, quibus expreſsè declaretur cenſura, quæ infligitur, ideòque inferendo Interdictum Prælatus vti debet verbis, quibus declaretur, in quas perſonas, ſiuè locum feratur interdictum, ſiue in communi, ſiuè in particulari, nam ſi in hoc maneret incerta, & indifferens ſententia nihil operaretur: non enim ſine verbis, aut ſignis poteſt humanus iudex aliquod operari: Quibuſcumque autem verbis, ſiuè ſignis explicetur actus interdicēdi

Debet ferri ſententia verbis, vel ſignis.

Quibuſcumque verbis, vel ſignis poteſt ferri cenſura interdicti.

Digitized by Google

C. Si Sententia. C. Si Ciuitas. Suarez. Sayr.

di perſonam, vel locum, qui interdicuntur cùm cauſa propter quam interdicitur ſatis eſt, vt cenſura interdicti legitimè ſit lata; prout colligitur ex c. ſi ſententia, & c. ſi Ciuitas de ſent. excom. in 6. Ita Suarez D. 36. ſect. 4. n. 1. Sayrus d. lib. 5. c. 11. n. 23.

32 Forma communis interdicendi, quæ. Quæcumque forma verborum eſt ſufficiens.

Communiter autem à Doctoribus aſſignari ſolet infraſcripta forma, vel altera huic ſimilis: dicendo e. g. *Nos, talem perſonam, ſiuè vniuerſitatem, ſiuè locum, ſiuè Regnum, aut Ciuitatem, vel Eccleſiam, vel populum: e. g. Neapolitanum interdicimus, vel ſupponimus Eccleſiaſtico interdicto, &c.* Non eſt tamen de neceſſitate, quòd præcisè explicetur cenſura per ly verbum Interdicto, Imò etiam aliquandò poteſt ferri hæc cenſura interdicti per verbum ſuſpendo, vel ſeparo, vel prohibeo, vel per aliud ſimile, dummodo ex alijs verbis adiunctis, ſiuè ſignis, vel ex ſubiecta materia, vel circumſtantijs ſatis ſignificetur ſermonem eſſe de hac cenſura in tali modo, vel ſpecie, vel in tali indiuiduo. Ità Palud. in 4. D. 8. q. 8. Soto D. 22. q. 3. A. 1. concl. 3. D. Anton. 3. p. tit. de Interdicto c. 5. Angelus verbo Interdictum 3. num. 5. Syluest. q. 7. Tabiena n. 5. Armilla nu. 24. Henriq. lib. 13. cap. 50. §. 4. Tolet. lib. 1. c. 19. Suarez D. 36. ſect. 4. num. 2.

Paludan. Soto. D. Anton. Angelus. Syluester. Tabiena. Armila. Henriq. Toletus. Suarez.

33 Solemnitas accidentalis, quæ. Antecedentia. Monitio, quando eſt neceſſaria.

Circa autem ſolemnitatem accidētalem in modo ferendi hanc Cenſuram tria ſeruari debent à Iudice ferente, ſicut in cæteris alijs dictum eſt vid. Antecedentia, Concomitantia, & Subſequentia: Antecedentia ſunt monitiones, ſeu monitio, quæ præcedere debet, antequam talis cenſura feratur ad reprimendam contumaciam delinquentis: Si autem aliquando feratur per modum pœnæ propter delictum præteritum, tunc non erit neceſſaria monitio, ſed ſufficiens eſt delinquentis culpam præceſſiſſe: Sic etiam, quando fertur à iure, quia ipſa iuris cognitio pro monitione habetur: Ita Sayrus lib. 5. de Cenſ. c. 11. n. 24. D. Anton. 3. p. tit. de Interdicto: c. 5. Henriq. lib. 13. c. 50. §. 4. Vgolin. tab. 5. cap. 20. §. 2. num. 4.

Iuris cognitio eſt continua monitio. Sayrus. D. Anton. Henriquez. Vgolinus.

34 Solemnitas concomitans quæ. C. Cùm medecinalis.

Solemnitas concomitans dicitur illa, quæ in actu ferendi ſententiam ſeruanda eſt à Iudice iuxta ea, quæ præſcripta ſunt in cap. Cùm medecinalis, de ſent. excom. in 6. ideòque hæc cenſura Interdicti, ſicut, & cæteræ ferenda eſt in ſcriptis, & in tali ſcriptura exprimenda eſt cauſa, propterquam talis ſententia interdicti infligitur: Ità Syluest. verbo Interdictum q. 7. Viualdus in Candel. tit. de Interd. nu. 143. & num. 150. Suarez D. 36. ſect. 4. nu. 3.

Syluester. Viualdus. Suarez.

35 Solemnitas ſubſequens, quæ.

Solemnitas ſubſequens eſt denuntiatio huius cenſuræ, quæ facienda eſt poſt latam ſententiam, debetque ipſi cenſurato notificari, vt obligetur ad ſeruandum: Quod ſi interdictum ſit contra ſingularem perſonam, communiter intimanda eſt ſententia interdicti ipſi perſonæ: Si autem talis perſona non compareat, tunc ſatis eſt, quòd publicetur, vel in loco Iudicij, vel in Eccleſia, vel ad fores domus ipſius.

36 Quomodo facienda eſt denuntiatio Interdicti vniuerſalis.

Si verò interdictum fertur in Ciuitatem, vel Populum, ſiuè Vniuerſitatem, tunc publicatio ſententiæ non eſt facienda ſingulis perſonis, ſed ſatis erit, quòd fiat in locis conſuetis iudiciorum, vel in platea, vel in foribus Eccleſiæ affigatur traſumptum ſententiæ interdicti: Poſtquam publicationem, licèt aliqui de Populo adhuc ignorarent ſententiam, & in foro conſcientiæ excuſentur a tranſgreſsione, & peccato, In foro tamen Eccleſiæ non eſsent excuſati, niſi manifeſtè poſsent aliquandò talem ignorantiam inuincibilem probare: Quamprimùm autem poſtea habebunt notitiam talis cenſuræ Interdicti, ſtatim ceſsare debent ab omnibus diuinis:

An ignorantia aliquorū eos excuſet?

Imò ſi ſolùm peruenerit ad aures eorum rumor, aut fama de ſententia interdicti lata ceſſare debent à diuinis, donec certiores fiant: Ita D. Anton. 3. p. tit. de Interdicto c. 5. Toletus lib. 1. c. 19. Syluester, Angelus, & Tabiena, locis ſupracitatis apud Sayrum lib. 5. de cenſ. c. 11. n. 29.

D. Antonius. Toletus. Syluester. Angelus. Tabiena.

37 Exemplar ſcripturæ tradendum eſt cenſurato.

Exemplar autem huius ſcripturæ tenetur Iudex, ſi requiſitus fuerit infra menſem tradere petenti: Quòd ſi Eccleſiaſticus iudex inferendo interdicti ſententiam huiuſmodi ſolemnitates non ſeruauerit, ab ingreſſu Eccleſiæ, & à Diuinis officijs per menſem ſuſpenſus eſt, quòd ſi infra menſem, quo ſuſpenſus eſt, officia Diuina proſequatur ſicut prius, Irregularitatem incurret, ſuper quam non niſi à Summo Pontifice diſpenſari poterit: prout habetur ex cap. cùm medecinalis, de ſent. excom. in 6.

C. Cùm medecinalis.

38 De cauſa finali. Finis ferendi cenſuras qualis eſſe debet.

De cauſa autem finali, nihil aliud ſpecialiter reſtat dicendum præter ea, quæ de alijs cenſuris in genere, & in ſpecie dictum eſt in proprijs locis: eſt enim eadem ratio: Finis enim ferendi cenſuras Eccleſiaſticas debet eſſe pro animarum ſalute, vt tali timore concuſſi fideles caueant à talibus, & ſimilibus peccatis committendis, & vt proterui a contumacia reſipiſcant: patet hoc ex definitione cenſurarum in genere, & de alijs ſpeciebus particularibus. Et hæc de quatuor cauſis dicta ſufficiant.

DE EFFECTIBVS INTERDICTI, & primo de Sacramentorum priuatione.

CAP. IV.

1 Introductio capituli.

QVatuor cauſis Interdicti explicatis, dicere opus eſt de Effectibus ipſius, quorum cognitio ſatis deſeruit, multumq; facit ad intelligentiam naturę iſtius cenſurę, ideòq; in ſequentibus capitulis de ipſis eſt agendum: Omnes autem effectus principales Interdicti ad tria capita reuocantur, qui ſunt priuatio actiua, & paſſiua quorumdam Sacramentorum, priuatio diuinorum officiorum eodem modo, & Eccleſiaſticæ ſepulturæ priuatio: qui quidem effectus proportionaliter communes ſunt omni interdicto, tàm locali, quàm perſonali, & vtrique ſiuè generali, ſiue ſpeciali: Omnes autem ſub hac voce Interdicti diuinorum continentur, quare quando talis cenſura fertur ſimpliciter, & abſolutè ſub hac forma de omnibus his tribus eſt intelligenda; prout colligitur ex c. Ex reſcriptis de Iure iurando, &c.

Effectus tres Interdicti, qui ſunt. Interdictum Diuinorum includit omnes effectus. C. Ex reſcriptis.

2 C. Alma mater. C. Si Ciuitas. C. Reſponſo. C. Quod in te. De Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ.

Colliguntur autem tres iſti effectus principales ex varijs iuribus: vt cap. Alma mater, & ex c. Si Ciuitas de ſent. excom. in 6. & c. Reſponſo eodem titulo: & c. Quod in te de Pœnit. & remiſſ. alijſque pluribus: At quoniam materia iſta valdè ampla, diffuſa eſt, ideòq; in tribus ſequentibus capitulis de illis eſt dicendum: Solet autem addi à quibuſdam quartus effectus, qui eſt ſimplex interdictū ab Eccleſiæ ingreſſu, de quo dicetur in calce tertij capituli.

3 Effectus Interdicti ſeparabiles ſunt.

Notādum autem effectus tres iſtius cenſuræ non eſſe adeo inter ſe coniunctos, quin poſſint quandòque ſeparari, & in hoc etiam differt Interdictum ab excommunicatione cuius effectus ab Epiſcopo ſeparari non poſſunt: Quare fieri quandòque poteſt, vt aliquis interdicatur ab vna tantùm re, & non ab altera, vt à receptione Sacramentorum tantùm, vel ab eorum adminiſtratione, vel ab vno tantùm, vel à plurib. vel ab auditione Miſſæ, vel Diuinorum officiorum tantum, vel ab ingreſſu Eccleſiæ, vel ab Eccleſiaſtica ſepultura tantùm, & dumtaxat: Quare attentè, & diligenter conſideranda eſt forma

Attendenda ſunt verba ſententiæ, quo ad effectus interdicti.

ſent-

Digitized by Google

ſententiæ,& ſub quibus verbis latum eſt interdictū: nam quando interdicti ſententia fertur abſolutè, & ſine aliqua reſtrictione intelligenda eſt, quò ad omnes tres ſupradictos effectus: Quandò eſt modificata cùm expreſſione vnius, vel alterius effectus, tunc de illo tantummodò eſt intelligenda, non autem de alijs non explicatis: Ità Henriq. lib.13.c.43. nu.1. & 6. Nauar. c.27. nu.183. Aula de cenſ. p.5. D.4. §.2. & Bonac. tom.1. D.5. p.3. num.1.

Henriq. Nauar. Aula. Bonacina.

4 Notandum inſuper, aliter eſse dicendum de effectib. interdicti, ſecundum ius antiquum, aliter autē ſecundum ius nouum: nam in antiquo iure plures erant effectus interdicti, quàm nunc ſunt de illis hic non loquar, ne obſcuritatem, & confuſionem inferā, ſed tātummodò illos effectus explicabo, qui poſt modificationes factas à Bonifac. VIII. & Mart. V. & Eugenio IV. locis infra citandis ſunt reſtricti, & modificati, qui modo ſunt in vſu ſecundū ius nouū.

Conceſſiones in iure nouo.

5 Quare ſciendum eſt, quòd Bonifacius VIII. in cap. Alma mater de ſent. excom. in 6. tria conceſſit tempore interdicti, quæ in antiquo iure erant prohibita, quarum primum eſt circa Sacramentum Pœnitentiæ, quòd licitè poſſit miniſtrari tempore cuiuſcumque interdicti, non ſolùm quando pœnitens eſt in mortis articulo, ſed etiam tempore ſalutis omnibus quibuſcumque fidelibus, quibuſdam tamen exceptionibus factis de excommunicatis, & ſpecialiter interdictis: ſecundum eſt, quòd poſſint tempore interdicti localis celebrari, Miſsæ aliaque officia diuina in ſingulis Eccleſijs, & Conuentibus ianuis clauſis, & ſubmiſsa voce, excluſis excommunicatis, & ſpecialiter interdictis, non pulſatis campanis: tertium eſt, quòd in quatuor præcipuis Feſtiuitatibus, videlicet. Natiuitatis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, & Aſſumptionis B. M.V. celebrentur officia Diuina etiam ſolemniter, ianuis Eccleſiæ apertis alta voce, & pulſatis campanis, excommunicatis tantummodò excluſis: interdicti autem admitti poſſunt, dummodò perſonæ illæ, quarum culpa latum fuit interdictum altari non approximēt: In reliquis autē omnib. voluit Summus Pōtifex antiqua iura in ſuo robore, & firmitate permanere.

C. Alma mater. Sacramentū Pœnitentiæ poteſt licitè miniſtrari omni tempore. Officia Diuina, & Miſſæ ſubmiſſa voce, & ianuis clauſis. In quatuor feſtiuitatibus ſolemniorib. etiam publicè.

6 Quibus ſuppoſitis, & adnotatis dicendum eſt Primò de effectu primo, qui eſt priuatio Sacramentorum actiuè, & paſsiuè, quibuſdam tamen Sacramentis ex benignitate Eccleſiæ permiſsis, & expreſſis, ideòque de ſingulis Sacramentis ſpecialiter eſt inquirendum, vt cognoſcamus, quæ Sacramenta ſint prohibita, & quæ conceſſa, & quomodò.

De Primo effectu, qui eſt priuatio Sacramentorū.

7 Quæritur ergo primò de Baptiſmi Sacramento, An vid. poſſit licitè tempore interdicti miniſtrari?

De Sacramēto Baptiſmi.

Reſpondetur: Hoc Sacramentum nullo iure vnquam fuiſse prohibitum, eò quòd eſt Sacramētum maximæ neceſſitatis pro ſalute animarum, ideóq; permiſsa eſt eius adminiſtratio quibuſcumq; perſonis, etiam excommunicatis, & interdictis, & quibuſcumq; temporib. nulla facta exceptione temporis, vt patet ex c. Reſponſo de ſent. excom. & c. Non eſt vobis, de ſponſalibus: Et licèt in iſtis iuribus tantūmodo ſit facta expreſsa mentio de Baptiſmo paruulorum: intelliguntur etiam de Baptiſmo adultorū, eò quòd locutio illa non eſt ſumenda, tanquā reſtrictio, ſed tamquā denominatio quædā Baptiſmi, qui veluti per antonomaſiā ità appellari ſolet, eò quòd paruulis eſt maximè neceſſarius, quia aliter ſaluari nō poſſunt, niſi realiter ſint baptizati.

Sacramentū Baptiſmi licitè miniſtrari poteſt tempore Interdicti. C. Reſponſo de ſent. excō. C. Non eſt vobis de ſpōſalibus.

8 Vel certè talis reſtrictio ſublata fuit in c. Quoniā de ſent. excom. in 6. vbi dicitur: *Baptiſmi Sacramentum non ſolum pueris, verū etiā adultis tēpore interdicti exhiberi poſse*: Quod intelligendum eſt non modo de Baptiſmo priuato, ſed etiā de ſolemni: Nam in d. can. conceditur conferri poſſe cum vnctione Chriſmatis: Quę ad ſolemnitatē pertinet, non enim in Baptiſmo priuato adoperatur chriſma: ideóq; ſequitur, quòd aliæ cæremoniæ Eccleſiæ conſuetę fieri licitè poſſent, cùm enim ius concedat hoc Sacramētum adminiſtrari, cēſetur etiam concedere facultatem adhibendi illa omnia, quę præſcripta ſunt, iuxta ritum Sāctæ Romanæ Eccleſiæ, vid. Exorciſmus, vnctio olei Catechuminorū, & Chriſmatis, benedictio, Patrini, cùm cæteris Cæremonijs conſuetis, quæ in Baptiſmo ſolemni adhiberi ſolent. Ita Suarez D.33. ſect.1. Cou. in c. Alma p.2. §.2. Vgol. de cenſ. tab.5. c.7. §.4. Henriq. lib.13. c.45. n.1. Nau. c.27. num.178. Aula p.5. Diſp.4. d.4. Reginald. lib.32. tr.3. cap.27. num.24. Filliuc. tom.1. tr.18. c.2. num.31. Coninch. D.17. d.2. num.40.

C. Quoniam de ſent. excomm. in 6. Etiam ſolemniter cum debitis cæremonijs.

Suarez. Couarruuias. Vgolinus. Henriq. Nauarrus. Aula. Reginald. Filliucius. Coninch.

9 Inſuper dicimus: Tempore interdicti, poſſe licitè fieri in Eccleſia Parochiali (etiam, quòd ſit interdicta) benedictio ſolemnis fontis à Sacerdotibus, nam aquæ baptiſmalis benedictio pertinet ad Baptiſmi ſolemnitatem, licèt ad Sacramenti perfectionē non ſit neceſſaria, eſt tamen de neceſſitate præcepti, vt in Baptiſmo ſolemni adhibeatur; & ratio huius eſt, quia quando aliquod conceditur, eò ipſo cenſetur conceſſum omne illud, quòd requiritur ad decētem modum illud perficiendi, alioquin fruſtra concederetur: Cum ergo conceſſum ſit tempore interdicti adminiſtratio Sacramenti Baptiſmi cum debitis cæremonijs, & ſolemnitatib. videtur etiam conceſſa facultas benedicendi aquam baptiſmalem, ſeruatis tamen conditionib. præſcriptis, in c. Alma mater, vt fiat ianuis clauſis, ſine ſtrepitu cāpanarū, & excluſis excōmunicatis, & ſpecialiter interdictis. Ità Alter. to.2. de Interd. D.4. c.1. & Bonac. D.5 p.3. §.1. nu.2.

Tempore interdicti poteſt fieri benedictio fontis etiam in Eccleſia interdicta. Seruatis conditionibus in c. Alma mater. Alterius. Bonacina.

10 Ex quo ſequitur: Parochum Eccleſiæ Parochialis Eccleſię interdictæ (per ſe loquendo) non teneri adire aliam Eccleſiam, vel Parochiam non interdictā, vt ibi Sacramentum Baptiſmi adminiſtret; & ratio huius eſt, quia Eccleſia Parochialis, quo ad hunc effectum non cēſetur interdicta, eò, quòd in d. c. Quoniam ſimpliciter permittitur, & conceditur Baptiſmi Sacramentum miniſtrari abſq; vlla reſtrictione, ergo poterit in dicta Eccleſia quocumq; tēpore licitè adminiſtrari. Ita Syluest. verb. Interd.5. n.2. Angel. 6. nu.97. D. Ant.3. p. tit.27. c.3. Vgol. tab.5. c.7. §.4. n.1. Henriq. lib.13. c.45. n.3. Suarez D.33. ſect.1. num.3. Filliucius d. tr.18. c.2. num.32.

Etiam ſi Parochialis Eccleſia ſit interdicta. Syluest. Angelus. D. Ant. Vgolinus. Henriquez. Suarez. Filliucius.

11 Dixi (*per ſe loquendo*,) quia ratione ſcandali, quando aliter euitari non poſſet: maximè quando faciliter, & commodè, vel ſine magno incōmodo poſſet Baptiſmi Sacramentū miniſtrari in Eccleſia non interdicta, in ea cū debita ſolēnitate eſſet adminiſtrādum, ſed hoc non eſt de præcepto, ſed de conſilio, vt benè aduerterunt omnes fere Doctores ſupracitat.

Aduertentia.

12 Dicimus etiam: Perſonam interdictam tantum generaliter, abſque propria culpa, vt quando Clerus generaliter eſt interdictus, tunc poterit quilibet Clericus miniſtrare Baptiſmi Sacramentum, etiam ſolemniter, eo quod interdictum perſonale circa perſonam non habet plures effectus, quàm habet locale circa locum: hoc autem non prohibet Baptiſmū conferri in eo loco, ergo neq; illud: Ideóq; non ſolum tempore neceſſitatis licebit tali perſonæ generaliter interdictę adminiſtrare hoc Sacramentū, ſed etiā ſimpliciter, & abſolutè, ſine vlla neceſſitate, eò quòd minimè eſt hoc tali perſonæ prohibitū.

Etiam Clericus interdictus poteſt hoc Sacramētum adminiſtrare. Ratio aſſertionis.

13 Si verò eſſet talis Clericus ſpecialiter interdictus, vel fuiſset in culpa propria talis interdicti, tunc non licebit illi hoc facere, niſi in tempore neceſſitatis, baptizando ſimpliciter cum aqua ſine ſolemnita-

Limitatio de perſona ſpecialiter interdicta.

te aliqua, prout poteſt facere in tali neceſsitate quælibet perſona non ordinata, etiam, quòd ſit interdicta, ſiuè excommunicara, Ità Suarez de cenſ. D.33. ſect.1. n.5. Sayrus lib.5. de cenſ. c.7. n.5. Sylu. verb. Interd.5. q.7. n.9. & Filliuc. d. tr.18. c.1. num.33.

Suarez. Sayrus. Syluester. Filliucius.

14 Quæritur Secundò de Sacramento Confirmationis: An tempore Interdicti licitum ſit illud adminiſtrari?

De Sacramẽto Confirmationis.

Reſpondetur Affirmatiuè: permittitur enim hoc Sacramentum fidelibus baptizatis poſſe licitè adminiſtrari etiam tempore interdicti: prout habetur ex cap. Alma mater: & cap. Quoniam de ſent. excom. in 6. & ratio huius eſt, quia cùm Confirmationis Sacramentum, ſit veluti perfectio, & complementum Baptiſmi pro magno incommodo reputatum eſt ab Eccleſia Sancta Dei, vt fideles baptizati nõ priuentur hoc Sacramento, & nõ careant fructu Sacramẽti huius, mediañte, quo datur robur fidelib. baptizatis ad audacter confirendam fidem Chriſti in Baptiſmo profeſſam: Quare licirè poteſt tale Sacramentum recipi, & miniſtrari tempore cuiuſcumque interdicti cum ſuis debitis cæremonijs, & ſolemnitatibus conſuetis, non pulſatis tamen campanis Eccleſiæ interdictæ.

Confirmationis Sacramẽtum licitè miniſtrari poteſt. C. Alma mater. C. Quoniam. Ratio aſſertionis.

15 Inſuper etiam dicimus: licitum eſſe etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta: Feria V. in Cœna Domini conficere Oleum Sanctum Chriſmatis cùm debitis cæremonijs, & ſolemnitatibus, ſeruatis tamen condirionibus præſcriptis, in d. c. Alma, hoc eſt clauſis Eccleſiæ ianuis, ſine ſonitu campanarum, excluſis excommunicatis, & ſpecialiter interdictis: & ratio noſtræ aſsertionis eſt, quia quando facta eſt aliqua conceſsio, eò ipſo cenſetur eſſe conceſſum omne illud, ſine quo res conceſsa adimpleri non poteſt, alioquin fruſtra concederetur; Cum ergo conceſſum ſit tempore interdicti Confirmationis Sacramentum, & Baptiſmi adminiſtrari poſſe, videtur etiam conceſsa facultas conficiendi Chriſma temporibus ſuis, quòd in ralibus Sacramentis conficiendis eſt de neceſsitate Sacramenti, vel præcepti: Ità Suarez D.33. ſect.1. nu.8. Syluester verbo Interdictum 5. q.1. Alterius loco citato D.4. cap.1. Bonacina D.5. p.3. §.1. num.2.

Etiam licet fieri Oleum Sãctum Chriſmatis. Ratio aſſertionis. Suarez. Syluester. Alterius. Bonacina.

16 Verum eſt tamen, quòd Epiſcopus ſpecialiter interdictus non poteſt licitè hoc Sacramentum adminiſtrare, neque Chriſma conficere: aut ſi fuiſset in culpa interdicti localis, etiam generaliter lati, quia tunc mediante culpa propria cenſeretur tamquam ſpecialiter interdictus: Quòd idem dicendum eſt de perſonis ſpecialiter interdictis, vel ſi fuiſsent culpabilis interdicti localis impoſiti, quia tunc non eis liceret tale Sacramentum recipere niſi eſsent in vltima neceſſitate (præſtito primo iuramento obediendi præcepris Eccleſiæ, & recepta cenſuræ abſolutione.) Ità Suarez loco citato n.12. & Filliucius num.35. Reginaldus lib.32. tr.3. cap.27. Alterius loco citato de Inrerd. D.4. cap.1. & 2. ſub finem, Bonacina loco citato nu.5. & 6. & colligitur ex cap. Si Clerici cap. Si ſententia, de ſent. excom.

Limitatio de Epiſcopo perſonaliter interdicto. Ac etiam de perſona ſpecialiter interdicta. Suarez. Filliucius. Reginaldus. Alterius. Bonacina. C. Si Clerici. C. Si ſententia.

17 Quæritur tertiò de Sacramento Pœnirentiæ: An licitè poſſit miniſtrari tempore interdicti, quibuſcumque fidelibus?

De Sacramẽto Pœnitentiæ.

Reſpondetur, quòd licèt olim in antiquo Iure ſolummodò ægrotantibus ad mortem, ſiuè in periculo mortis conſtitutis conceſsa fuerit Sacramentalis abſolutio tempore interdicti: prout colligitur ex c. Quòd in te de Pœnit. & remiſſ. in 6. poſtmodum tamen in iure nouo quibuſcumq; fidelibus pœnitentib. ſiue in mortis periculo, ſiuè extra conceditur quibuſcumq; temporibus, etiam interdicti, Sacramentalis Confeſſio, & abſolutio propter magnam neceſſitatem talis Sacramenti, quæ oritur ex facilitate hominum ad peccandum: quare à Sanctis Patribus hoc Sacramẽtum: ſecunda tabula poſt naufragium eſt appellatum: Suppoſito enim peccato mortali commiſso eſt neceſſaria Sacramentalis abſolutio ad obtinendam gratiam, vel in re, vel in voto: nam contritio perfecta non eſt in manu hominum: patet hoc ex cap. Alma mater de ſent. excom. in 6. §. Quia verò.

In Iure antiquo ſolis ægrotantibus. C. Quod in te. In iure nouo etiam Sacris abſque vllo periculo. C. Alma mater.

18 Et quamuis in dicto cap. Alma in principio videatur ſermo eſse de Inrerdicto locali generali, in fine tamen eiuſdem Canonis, abſolutè dicitur: *Tempore interdicti hoc licere, ſiuè Ciuitas, ſiuè locus, ſiuè Vniuerſitas interdicta ſint:* Quibus verbis manifeſtè patet comprehendi tria genera inrerdicti, localis, generalis, ſiuè ſpecialis, & perſonalis generalis: Ità Panorm. in c. Quod in te de Pœnit. & remiſs. D. Anton. 3. p. tit.27. de Inrerd. c.19. Tabien. verbo Interdictum 5. §.5. Mart. Ledeſm. 2.4. p. q.26. c.2. §. ſed quæres: Nauar. c.27. num.178. Couar. in c. Alma p.2. §.3. n.1. Suarez D.33. ſect.1. nu.13. Auila de cenſ. p.5. D.4. d.3. concl.4. Filliuc. d. tr.18. cap.2. nu.36. & Bonacina tom.1. D.5. de Interd. p.4. num.1.

Panorm. D. Anton. Tabiena. Ledeſma. Nauarrus. Couar. Suarez. Auila. Filliucius. Bonacina.

19 Aduertendum autem, quòd in d. c. Alma poſitæ ſunt duæ limitationes: Vna eſt, vt pœnitens abſoluendus non ſit actu excommunicatus excommunicatione reſeruata, nam excommunicatus interdicti tempore non admittitur ad Sacramentum Pœnitentiæ, niſi prius à tali excommunicatione ſit legitimè abſolutus, ſecunda eſt, ne talis ſir ſpecialiter interdictus, aut ſuiſset cauſa talis interdicti, tunc enim niſi prius debitam ſatisfactionem fecerit de delicto commiſso, vel quando eſſet in mortis articulo dederit cautionem, vel ſaltem iuramentum ſatisfaciendi præceptis Eccleſiæ: non eſt abſoluendus: Ità Sayr. de cenſ. lib.5. c.7. n.9. & Bonac. d. D.5. p.4. n.1. & Filliuc. d. tr.18. c.1. n.37. cũm alijs cõiter.

Limitatio de perſona excõmunicata, aut ſpecialiter interdicta. Sayrus. Bonacina. Filliucius.

20 Ex quo ſequitur, rempore interdicti localis generalis, ſiuè ſpecialis poſſe licitè in quocumque loco, & tempore miniſtrari, & recipi Sacramentum Pœnirentiæ omnibus fidelibus vtriuſque ſexus, tàm in mortis articulo, quàm extra, etiam in loco interdicto ſpecialiter, ſeruatis duabus illis conditionibus prædictis de excommunicatis, & ſpecialirer interdictis: quæ ponuntur à Bonifacio VIII. in d. c. Alma mater.

Concluſio.

21 Inſuper etiam affirmando dicimus: Tempore interdicti, licitum eſſe præmittere ante Sacramentalem abſolutionem peccatorum generalem abſolutionem cenſurarum ad cautelam, quæ præmitti communiter ſolet à confeſsarijs, vt pœnitens capax ſit Sacramentalis abſolutionis, ſi adſit aliquod impedimentum occultum: Nam talis generalis abſolutio eſt quodam præuium abſolutioni Sacramentali, vt tolletur quæcumq; cenſura, impediens actionem Sacramentalem, ſi fortè adeſset: Ità Syluester verbo Interdictum 5. §.9. Alterius tom.2. de cenſ. D.4. de Interd. c.2. col.4. Bonacina D.5. de Interd. p.4. n.1.

Præmitti etiã põt abſolutio generalis ad cautelam. Syluester. Tabiena. Alterius. Bonacina.

22 Miniſter autem Pœnitentiæ Sacramenti poreſt eſſe quilibet ad confeſsiones audiendas admiſſus, habens iuriſdictionem, vel Ordinariam, vel delegatam ſupra pœnitentes abſoluendos, dummodò talis Sacerdos non eſſet ſpecialirer interdictus, aut non fuiſset cauſa interdicti impoſiti propter ſuam culpam, aut contumaciam, quia tunc non poſſet licitè Sacramentum miniſtrare, niſi pœnitens eſſet in mortis articulo: Ità Suarez D.33. ſection.1. num.20.

Limitatio de Sacerdote ſpecialiter interdicto. Suarez.

Coninch. Alterius. Filliucius.

nu.20.Coninch.D.17.d.2 nu.46.Alterius de cenſur. D.2.c.2.concl.5. & c.4.d.5. Filliuc. d.tr.18. cap.1. nu.38. cùm alijs: Vndè hæc tria Sacramenta ex pietate Eccleſiæ permiſſa ſunt recipi, & miniſtrari tempore interdicti propter maximam eorum neceſſitatem, & vtilitatem.

23 De Sacramẽto Euchariſtiæ.

Quæritur quartò de Sacramento Euchariſtiæ: An licitè recipi, & miniſtrari poſſit tempore Interdicti?

Non conceditur niſi in mortis articulo.

Reſpondetur cum hoc Sacramentum non ſit de neceſſitate ſalutis, ſicut præcedentia, ideoque non permittitur ipſius adminiſtratio, aut receptio tempore interdicti, niſi per modum viatici in mortis articulo:

Ratio aſſertionis.

& ratio huius eſt, quia omnis Sacramentorum adminiſtratio, & receptio prohibita eſt tempore interdicti, niſi illorum, de quibus facta eſt in iure exceptio: De Sanctiſſimo autem Euchariſtiæ Sacramento non eſt facta aliqua exceptio, niſi per modum viatici, ergo extra mortis articulum non permittitur, niſi Sacerdotibus celebrantibus: Ita Panormit. in cap. Quòd in te de Pœnit. & remiſſ. num.2. Suarez D.36. ſect.1. nu.31. Auila de cenſur. p.5. D.4. ſect.1. d.5. concl.3. Filliuc. d. tr.18.cap.2. num.41.

Panormitan. Suarez. Auila. Filliucius.

24 Ac etiam in quocumque periculo mortis.

Conceditur autem hoc Sacramentum miniſtrari infirmis per modum viatici, ſiuè alijs quibuſcumq; in periculo mortis exiſtentibus, vt ſunt parturientes, nauigantes nauigatione periculoſa, pugnantes in bello, tempore tempeſtatis, peſtilentiæ, aut terremotus, &c. & ratio huius eſt, quia in mortis articulo tale Sacramentum eſt neceſſarium pro adimpletione Diuini præcepti, ideòque Eccleſia non prohibet tempore interdicti talis Sacramenti adminiſtratio, & receptio: patet hoc ex c.Quòd in te de Pœnit. & remiſſ. in 6. & cap. Permittimus de ſent. excom. Ita Suarez, Auila, Sayrus, Filliucius, & Bonacina, cùm alijs locis ſupracitatis.

C. Quod in te. C. Permittimus. Suarez. Auila. Sayrus. Filliucius. Bonacina.

25 Etiam in Paſchate non poteſt tale Sacramẽtum adminiſtrari.

In alijs autem temporibus non permittitur recipi hoc Sacramentum tempore interdicti, niſi Sacerdoti celebranti, quando permiſſa eſt celebratio Miſſæ tempore interdicti cum conditionibus præſcriptis in c. Alma mater, non autem poſſunt temporibus alijs adſtantibus Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare, etiam tempore Paſchæ Reſurrectionis, vt fideles adimpleant præceptum annuæ communionis, quia tunc fideles non obligantur ad tale præceptum adimplendum, durante interdicto, eò, quòd tunc eis ſit prohibitum per cenſuram interdicti. Ita Sylueſt. verbo Interdictum 5.q.2. num.3. Vgolin.de cenſ. tab.5.c.8. §.1. Couar. in cap.Alma p.2. §.5. num.5. Sayrus c.7. nu.25. Alterius tom.2. de cenſ. D.4. de Interd. & Bonacina loc. cit. D.5. p.3. num.12.

Syluester. Vgolinus. Couar. Sayrus. Alterius. Bonacina.

26 Sacramentũ ad Infirmos deferendum eſt cum debitis ſolemnitatibus.

Notandum autem, quòd quando defertur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ad infirmos ad eos communicandos per modum viatici, etiam tempore interdicti deferendum eſt cum ſolita ſolemnitate, ideſt cum luminaribus, baldachino, & cùm ſonitu campanulæ, & cum alijs aſſociantibus, recitantibus in via pſalmos, & hymnos, quæ omnia excitant deuotionem fidelium pro reuerentia Sanctiſſimi Sacramenti, Inſuper in reddito ab infirmo licebit Euchariſtiam oſtendere: nam interdictum non prohibet hæc omnia fieri: prout dicunt Sylueſt. verbo Interdictum 5.q.7. §.4. Nauar. c.27. nu.178. Henriq. lib.13.c.7. nu.2. D. Anton.3.p.tit.26.c.24. Auila de cenſ. p.5. D.4. ſect.1. d.5. concl.4.

Syluester. Nauar. Henriquez. D. Antonius. Auila.

27 De Extrema vnctione.

Quæritur Quintò de Sacramento Extremæ Vnctionis: An licitè tempore interdicti poſſit miniſtrari exiſtentibus in periculo mortis?

Non poteſt hoc Sacramentum miniſtrari tempore interdicti. C. Quod in te.

Reſpondetur, Negatiuè: Nullibi enim apparet, factam fuiſſe in iure talem conceſſionem ſpecialem de hoc Sacramento: Imò in c. Quòd in te de Pœnit & remiſſ. videtur de hoc facta eſſet expreſſa prohibitio, vbi dicitur: *Licitè per generale interdictum denegatur omnibus tam Sacra vnctio, quàm Eccleſiaſtica ſepultura*: ex quo colligitur, talem prohibitionem non eſſe de nouo factam, ſed iam in iure ſemper extitiſſe, ſaltem in communi, quando prohibetur miniſtratio diuinorum tempore interdicti, cum ergo iſtius Sacramenti nulla ſit facta exceptio, ſequitur, quòd talis adminiſtratio ſit prohibita: nam hoc Sacramentum non eſt ita neceſſarium ad ſalutem ſicuti, & cætera ſupradicta: Ita Nauar.c.27.n.179. Henriq.lib.13. c.45. nu.4. Suarez D.33.ſect.1.n.38. Sayrus de cenſ. lib.5. c.7. nu.29 Filliuc. d. tr.18. c.2.nu.43. Bonac.tom.1.D.5.de Interd.p.3.§.3.n.4.

Nauarrus. Henriq. Suarez. Sayrus. Filliucius. Bonacina.

28 Etiam in ſolemnitatibus præcipuis, nõ licet.

Imò dico: Extremam vnctionem nunquam eſſe permiſſam tempore interdicti, etiam in illis ſolemnitatibus, in quibus in iure conceditur celebratio diuinorum officiorum cum ſolemnitate: nam talis conceſſio ſolummodò facta eſt de diuinis officijs pro ſolemnitate celebranda, non autem ſit mentio de Sacramentis conferendis: Priuilegia autem non ſunt trahenda ad diuerſa, & diſparata, quia tantùm valent, quantùm ſonant: Sacramentum autem vnctionis extremę, eſt quid diuerſum à diuinis officijs, ideòq; non licet illud adminiſtrare tempore interdicti, neque Laicis, neq; Clericis, neq; Sacerdotibus, neque Regularibus in extremò vitæ laborantibus: Ita Vgolin. de cenſ.tab.5.c.8.§.11.Sayrus lib.5.c.7. nu.33. Suarez D.33. ſect.1. nu.38. Couar. in c.Alma p.2. §.5. nu.6. Alterius tom.2. D.4. c.5. d.2. & Bonacina de cenſ. D.5. p.3. §.3. nu.7.

Vgolinus. Sayrus. Suarez. Couarruuias. Alterius. Bonacina.

29 Conceſſa eſt extrema vnctio Regularibus tempore Interdicti. Sorbo.

Hoc autem eſt intelligendum, ſtando in iure communi, nam ſi aliquando aliqui haberent conceſſionem ſpecialem recipiendi extremam vnctionem tempore interdicti, tunc liceret illis tantùm adminiſtrare: Quare Pater Hieronymus à Sorbo in comp. Priuileg. mendic. refert Fratres Minores, & Prædicatores habere ſpeciale priuilegium ab Apoſtolica Sede eis conceſſum recipiendi Sacramentum extremæ vnctionis in ſuis monaſterijs, etiam tempore interdicti, vt videte eſt in verbo Extrema vnctio, quòd idem Priuilegium deindè conceſſum fuit Patribus Ieſuitis, vt patet ex compendio eorum Priuilegiorum: in eodem verbo Extrema vnctio: prout referunt Henriq. lib.13. c.45.§.4. & Auila de cenſ. p.5. D.4. ſect.1. d.7. verſ.Dixi.

Henriq. Auila.

30 De Sacramento Ordinis.

Quæritur ſextò de Sacramento Ordinis: An licitè poſſit recipi, & miniſtrari tempore Interdicti?

Reſpondetur (loquendo de perſonis ſpecialiter interdictis) tunc abſolutè dicimus: hoc eis non licere, ſiue in loco interdicto, ſiuè extra, cum hoc ſit illis expreſſè prohibitum per Sacros Canones, non enim perſona ſpecialiter interdicta poteſt hoc Sacramentum licitè miniſtrare, nec recipere, ratione cenſuræ impedientis in quocumque loco ſit: quæ ſequitur perſonam, vt ex ſupradictis patet: Si autem perſona non ſit interdicta, ſed tantùm locus, tunc nec etiam in tali loco licitum erit tale Sacramentum conferre, nec recipi, eò quòd non inuenitur in aliquo Iure hoc aliquando fuiſſe conceſſum: prout colligitur ex cap. Non eſt vobis de ſponſ. & c.Reſponſo de ſentent. excom. Ita Suarez D.33.ſect.1. num.45.& Filliucius d. tract.18. cap.2. numer.47. Henriq. Auila, & Alterius locis ſupracitatis, cum alijs.

Sacramentũ Ordinis non poteſt miniſtrari in loco interdicto.

C. Non eſt vobis. C. Reſponſo. Suarez. Filliucius. Henriquez. Auila. Alterius.

31 Neq; etiam in ſolemnitatibus permiſſis.

Quòd etiam militat in illis ſolemnitatibus, in quibus permittitur in cap: Alma mater poſſe in Eccleſijs

cleſijs publicè celebrari Diuina officia, & Miſſas in omnib. Eccleſijs tempore interdicti, nam hoc ſolùm conceſſum eſt de Diuinis officijs pro celebrāda tali ſolemnitate illorum dierum, non autem fit mentio Sacramentorum, nam alia ratio eſt de Sacramento Ordinis, & alia de officijs: & à diuerſis non fit illatio: prout ſupra dictum eſt de Sacramento Extremæ Vnctionis: Ita Couar. in d. c. Alma loc. cit. Auila d. p. 5. D. 4. ſect. 1. d. 8. §. 2. Bonacina tom. 1. de Interd. p. 3. D. 5. §. 3. nu. 3. & Filliucius d. tr. 18. cap. 2. num. 50.

Couarrouias. Auila. Bonacina. Filliucius.

32 Verum tamen eſt, quòd ſi aliquando inſurgeret talis neceſſitas, vt ſi non inueniatur ſufficiens numerus Sacerdotum, qui tempore neceſſitatis Sacramenta neceſſaria miniſtrare poſſent, tunc licebit conferre Ordines Sacros etiam in loco interdicto, ſi non adſit alius locus non interdictus, in quo poſſent huiuſmodi Ordines commodè conferri pro tali neceſſitate, quia eo ipſo, quòd aliquid conceditur, cenſetur etiam eſſe conceſſum illud, ſine quo non poteſt id executioni mandari, ſed Ius concedit tempore interdicti aliqua Sacramenta neceſſaria, & Miſſas poſſe celebrari, & miniſtrari, ergo concedit, quòd poſſint Sacerdotes conſecrari, quando adeſſet talis neceſſitas, alias ſecus: vti dictum eſt: Ita Angel. verbo Interdictum num. 8. Auila d. p. 5. D. 4. ſect. 1. d. 8. Henriquez lib. 13. c. 45. num. 4. Alterius D. 4. c. 6. d. 4. & Bonac. loc. cit.

Limitatio, quando adſit neceſſitas Sacerdotum.

Angelus. Auila. Henriquez. Alterius. Bonacina.

33 In interdicto autem generali, populi Clerici omnes illius Ciuitatis poſſunt licitè ad Ordines promoueri, eo, quòd in tali interdicto non comprehenduntur Clerici, vti ſupra declaratum eſt, nam Clerici non veniunt ſub nomine populi, neque in caſu locus eſt interdictus, quia interdictum perſonarum non afficit perſonas non interdictas in Ordine ad locum non interdictum, niſi aliquando huiuſmodi Clerici fuiſſent cauſa interdicti propter eorum culpas: Ita Alterius d. to. 2. de interdicto D. 4. c. 6. d. 3. & 5. Bonac. loc. cit. p. 3. §. 3. n. 3. & Filliuc. n. 48. & 49.

Non interdicti poſſunt ordinari.

Alterius. Bonacina. Filliucius.

34 Quæritur ſeptimò de Sacramento Matrimonij: An licitè poſſit contrahi tempore Interdicti?

De Sacramento Matrimonij Duplex eſt ſententia.

Reſpondetur: In hac re: duas eſſe opiniones ambas probabiles, quarum vna eſt negatiua, dicens: Non eſſe licitum perſonis interdictis, aut tempore localis interdicti contrahere Matrimonium, quia licèt Matrimonium ſit contractus, nihilominus poſt legem Euangelicam eſt etiam Sacramentum: Sacramenta autem non poſſunt licitè adminiſtrari perſonæ interdictæ, aut tempore interdicti, exceptis illis in iure expreſſis, & conceſſis. Baptiſmo videlicet, Confirmatione, Pœnitentia, & Euchariſtia per modum viatici in articulo mortis: circa autem alia Sacramenta nulla eſt facta conceſſio, ergo cenſentur prohibita: Vbi autem aliquod generaliter prohibetur, quòd expreſsè nullibi inuenitur exceptum, intelligitur eſſe prohibitum: Ita Suarez D. 33. ſect. 1. nu. 51. Comeio in 3. p. tr. 5. de interd. §. 1. d. 7. Tuttian. lib. 6. D. 48. d. 3. Faber de cenſ. D. 25. q. 1. Diſp. 5. c. 2. nu. 32. Portella in dub. regul. Verb. interdictum n. 19. Bonac. to. 1. D. 5. p. 3. §. 3. nu. 8. Reginald. lib. 32. tr. 3. nu. 8. Filliuc. d. tr. 18. c. 2. n. 52. Io: Præpoſitus in 3. p. q. 4. de Interd. 3. num. 23.

Prima ſententia negatiua.

Suarez. Comeio. Turrianus. Faber. Portella. Bonacina. Reginaldus. Filliucius. Io. Præpoſit.

35 Altera ſententia eſt affirmatiua, dicens, non ſolùm validè, ſed etiam licitè Matrimonium contrahi poſſe tempore interdicti, & à perſonis interdictis, dummodò benedictionem nuptiarum, durante interdicto, non recipiant: & ratio iſtius ſententiæ eſt, quia in c. Appellamus de Ferijs expreſſè dicitur: *Matrimonium quocumque tempore contrahi poſſe*, ideòque videtur hoc Sacramentum eſſe exceptum ab illa prohibitione facta de tempore interdicti: Deinde Matrimonium, licèt ſit modo Sacramentum nouæ legis, non tamen ceſſat eſſe contractus, ideòque non videtur ſimpliciter prohiberi, vt ineatur tempore interdicti, eò quia quilibet contractus tempore illo fieri licitè poteſt.

Secunda ſententia affirmatiua.

C. Appellamus.

36 Et quamuis in C. Si ſententia: de ſent. excom. in 6. generatim prohibeatur Sacramentorum ſuſceptio, exceptis illis in caſibus in iure expreſſis, id tamen intelligitur de illis Sacramentis, quorum Miniſtri ſunt Sacerdotes conſecrati, adminiſtratio autem Sacramenti Matrimonij non eſt commiſſa Miniſtris conſecratis, cùm ipſi contrahentes ſolummodo ſint Miniſtri, & recipientes, ideoq; non cenſetur Matrimonij Sacramentum comprehendi in illa generali prohibitione Sacramentorum in communi: Sacerdos autem aſſiſtens non facit Sacramentum, ſed ſolùm requiritur ad validitatem contractus: Quare concludunt iſti Doctores infra citandi: Matrimonium poſſe licitè contrahi etiam tempore interdicti. Ita Sanchez de matr. tomo 2. lib. 7. D. 8. nu. 8. Henriquez lib. 13. c. 45. nu. 3. Auila de cenſ. p. 5. D. 4. ſect. 1. d. 6. Coninch de Sacr. D. 17. d. 2. n. 4. Em. Sa verbo Interdictum nu. 17. Nau. c. 27. nu. 179. Paulus Layman lib. 1. tr. 5. p. 4. cap. 2. nu. 1. Hurtado tr. de Interd. diffic. 8. n. 27. & ſequitur Diana p. 5. tr. 10. de Interd. reſol. 81.

Reſpondetur ad c. Si ſententia ad fundamenta contrariæ ſententiæ.

Sanchez. Henriquez. Auila. Coninch. Em. Sa. Nauarrus. Layman. Hurtadus. Diana.

37 Quam ſententiam etiam exiſtimant probabilem Filliuc. & Bonac. loc. ſupracit. & Syluest. verbo Interdictum 5. nu. 9. & Tabiena nu. 13. & Innoc. III. in cap. vlt. de exceſſibus Prælat. nu. 6. & in c. Non eſt: de Sponſalibus: & ibi Panorm. ſequuntur etiam ſecundam ſententiam Sanchez: Ex quo ſequitur vtramque ſententiam eſſe valdè probabilem, ideòque ſtandum eſt conſuetudini locorum, & Prouinciarum vbi enim talis conſuetudo vſu recepta ſit poterit ſequi ſecundam opinionem cum ſit valdè probabilis, vbi autem conſuetudo non admittit ſeruanda eſt prima ſententia: prout aduertit, & notat Suarez loco cit. nu. 58. in fine.

Filliucius. Bonacina. Syluester. Tabiena. Innoc. III. Panorm. Seruanda eſt conſuetudo Prouinciarũ.

Suarez.

38 Sponſalia verò non ſolùm validè, ſed etiam licitè fieri poſſunt tempore interdicti localis, vel à perſonis interdictis, eò, quòd ſponſalia non ſunt Sacramenta, ſed ſimplex contractus humanus, qui non prohibetur à iure, ideòque ſponſalia nullo modo ſunt prohibita iniri quocumque tempore. Quòd idem dicendum eſt de denuntiationibus futuri Matrimonij: Ita Suarez D. 33. ſect. 1. nu. 46. & Filliuc. d. tr. 18. c. 2. num. 51. Vgolin. de cenſ. tab. 5. cap. 7. §. 3. numero 2. & Bonacina D. 5. p. 3. §. 3. numero 8.

Sponſalia, & denuntiationes Matrimonij fieri poſſunt.

Suarez. Filliucius. Vgolinus. Bonacina.

39 Quæritur Octauò: An tempore interdicti localis, ſiuè generalis, ſiuè particularis licitum ſit benedicere ſponſos iuxta ritum Eccleſiæ?

Reſpondetur Negatiuè, eò, quòd huiuſmodi benedictio inter Diuina officia prohibita computentur, debet enim talis benedictio fieri cùm celebratione Miſſæ, & quibuſdam precib. publicis, & ſolemnibus, quæ fiunt à Sacerdote iuriſdictionem habente à Parocho, quæ omnia ſunt prohibita fieri in Eccleſia coram Laicis tempore interdicti, ideòq; tempore interdicti talis benedictio nuptiarum licitè dari non poteſt ſine violatione cenſuræ: Ita Sanchez tom. 2. de Matr. lib. 7. D. 8. n. 17. Suarez D. 33. ſect. 1. n. 47. Filliuc. d. tr. 18. c. 2. nu. 53. Io. Præpoſitus in 3. p. q. 4. de Interd. d. 3. nu. 23. Villalob. in ſum. to. 1. tr. 19. diffic. 3. nu 17. & Diana p. 5. de interd. tr. 10. reſ. 84.

Non licet tempore interdicti benedicere ſponſos ſolemniter.

Sanchez. Suarez. Filliucius. Io. Præpoſit. Villalobos. Diana.

40 Verum eſt tamē, quòd ſunt nònulli Doctores exiſtimantes, quòd illæ perſonæ, quæ habent priuilegia aſſiſtēdi Diuinis officijs tēpore interdicti generalis,

Aliquorum opinio affirmatiua.

perſo-

Digitized by Google

perſonalis, & localis poſt conceſſionem Bonifacij VIII. in cap. Alma mater vbi conceditur, quod licitè poſsint Miſſæ, aliaque diuina officia celebrari in Eccleſijs ianuis clauſis, poſſint tunc huiuſmodi ſponſi habentes priuilegia aſſiſtendi Diuinis officijs, poſſent quoq; benedictiones recipere ianuis clauſis ſine ſtrepitu, & ſolemnitate. Ità Couar. in d. cap. Alma, Alterius tom. 2. de Interd. D. 4. c. 4. col. 7. & Bonac. tom. 1. D. 5. p. 3. §. 3. nu. 9.

Couar. Alterius. Bonacina.

41 Suarez, & Filluc. contrarium exiſtimant. Sed circa hoc ſatis dubitant Suarez, cùm Filliuc. locis ſupracitatis cum alijs: & ratio iſtorum eſt; quia Bonifacius VIII. in d. c. Alma ſolummodò indulſit Clericis, & Regularibus tempore interdicti poſſe celebrare Diuina officia in eorum Eccleſijs ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, & ſine ſonitu campanarum, & hoc ne Laici admittantur ad Diuina tempore interdicti: officium autem benedictionis nuptiarum fieri non poteſt ſine præſentia cõiugum, qui ſunt benedicendi, qui ſunt laici, ideòq; videtur non licere.

42 Concluſio. Sed quidquid ſit de hoc, ſaltem negari non poteſt, quod illis diebus, in quibus permittitur Diuina officia ſolemniter celebrari poſſe ianuis apertis in omnibus Eccleſijs, cum pulſatione campanarum, tunc non eſſet prohibita benedictio nuptiarum dari poſſe, dummodò vterq; ſponſus, vel alter eorum non ſit ſpecialiter interdictus, quia tunc non licebit illos benedicere, eò, quod huiuſmodi ſpecialiter interdicti non poſſunt licite etiam illis feſtiuitatib. propè altare accedere. Ità Suarez, cum Bonacina, locis citatis, & Turrianus lib. 6. D. 49. d. 4. & Marcerus in 3. p. q. 24. de Interd. d. 7. & Moſcoſo in Summa tr. 16. c. 8. Sanchez de matr. & 7. Vgolin. tab. 5. c. 7. Rodriq. p. 1. cap. 16. Alterius D. 4. cap. 7. ad finem, & Diana loco citat. ad finem.

Suarez. Bonacina. Turrianus. Marcerus. Moſcoſius. Sanchez. Vgolinus. Rodriq. Alterius. Diana.

43 Limitatio Concluſionis de interdicto perſonali. Bonacina. Verum tamen eſt, quod in Interdicto perſonali generali, ſi ſola fœmina eſſet de populo ità interdicto, tunc poterit licite ſimul cum ſuo coniuge non interdicto, eò quòd fœmina in matrimonio ſequitur virum ſuum, & deſinit eſſe pars populi interdicti, prout bene notauit Bonacina d. tom. 1. D. 5. de Interd. p. 3. §. 3. num. 9. in fine. Et hæc de primo effectu Interdicti ſufficiant.

DE SECVNDO EFFECTV INTERDICTI, qui eſt Diuinorum officiorum priuatio.

CAP. V.

1 Secundus effectus eſt diuinorum officiorum actiua, & paſſiua priuatio. EFfectus ſecundus cenſuræ Interdicti eſt omnes, ſingulosq; talis cenſuræ vinculo ligatos Diuinorum officiorum participatione priuare, non ſolum actiua, ſed etiam paſſiua, & talis effectus maxime proprius cenſuræ huius dici ſolet: Patet hoc ex definitione ipſius ſupra aſſignata, & ex Iuribus, de hoc interdicto loquentibus: prout colligitur ex c. Si Ciuitas, & c. Si ſententia, & c. Alma mater de ſent. excom. in 6. & ex Clementina prima eodem titulo, & ex c. Epiſcoporum de priuileg. & ex cap. Non eſt vobis de ſponſalibus, & alijs: Qui quidem effectus communis eſt omnibus ſpecieb. Interdicti, ſiuè Localis, ſiuè Perſonalis, & vtriuſque tam generalis, quam ſpecialis, ſeruata tamẽ proportione cuiuſcunque interdicti.

C. Si Ciuitas. C. Si ſententia. C. Alma mater. Clementina prima. C. Epiſcoporum. C. Non eſt vobis.

2 Applicatur effectus ad quodcunq; interdictum eiuſdem loci. Quando ergo eſt generalis loci, tunc non ſolùm in Eccleſijs, ſed etiam in omnibus quibuſcumque locis illius Regni, ſiuè Ciuitatis, &c. taliter interdictæ hunc habet effectum reſpectu omnium hominum cuiuſcunq; loci, vel Diœceſis illius Regni, ſiuè Ciuitatis: Quando verò interdictum eſt loci ſpecialis: tunc tantummodo in tali loco determinato talem effectum habet: Quando vero eſt interdictum perſonale, ſiue generale, ſiuè ſpeciale in perſona, ſiuè perſonis idem cum proportione operatur reſpectu omnium locorum, in quibus talis perſona ſic interdicta inueniatur: quæ omnia ex ſupradictis clare conſtant.

3 Quid veniant nomine Diuini officij. Quæritur ergo Primò: Quid nomine Diuini officij à cuius participatione interdicti ſunt priuati intelligatur?

Reſpondetur: officia diuina, quæ prohibentur in Interdicto eſſe omnia illa, quæ ſecundum ſe, & ſubſtantialiter ad Diuina officia communia perſoluenda pertinent, quæ a miniſtris Eccleſiæ ad id ſpecialiter conſtitutis perſolui ſolent: Illa autem officia, ſiuè preces, quæ etiam à laicis, & communibus hominibus perfici ſolent, tanquam a perſonis non ordinatis non cenſentur eſſe prohibita, eò quod ea nomine Diuinorum officiorum non comprehendũtur: Nam officium Diuinum dupliciter conſiderari poteſt, & perſolui: Vno modo quatenus eſt quędam priuata recitatio precum, & orationum, quæ à quacumq; perſona nomine proprio fieri poteſt, ſiue ſit Eccleſiaſtica, ſiuè ſæcularis, & in quolibet loco, tam conſecrato, quàm etiam non conſecrato, & tunc huiuſmodi actiones non ſunt interdictæ per cenſuram; quia non veniunt ſub nomine Diuini officij publici, & communis.

Preces, & orationes priuatæ non veniunt nomine Diuinorũ officiorum.

4 Officia Diuina, quæ. Secundo modo Diuina officia ſunt illa, quæ perſoluuntur à perſonis Eccleſiaſticis, tanquam officia publica conſtantia ſignis externis, & cæremonijs ab Eccleſia inſtitutis, vt ab iiſdem Eccleſiaſticis perſonis, quaſi ex officio, & pro communi vſu populi exerceantur, & de iſtis ſpecialiter loquimur in hoc præſenti capitulo, quæ per cenſuram interdicti ab Eccleſiaſticis perſoluenda publice ſunt prohibita, quæ ſub nomine Diuini officij comprehenduntur: Ita Suarez D. 34. ſect. 3. nu. 5. Ancharan. in c. Alma comment. 7. & Panorm. in c. vlt. de exceſſib. Prælat. nu. 5. Nauar. c. 27. nu. 176. Filliuc. to. 1. tr. 18. c. 3. n. 78. & Bonac. tom. 1. D. 5. de Interd. p. 4. n. 1.

Suarez. Anchar. Panormit. Nauarrus. Filliucius. Bonacina.

5 Officia Diuina quatuor comprehendunt. Ex quo ſequitur, quòd per Diuina officia quatuor diuinorum genera veniunt prohibita per interdicti cenſuram, vid. Miſſarum celebrationes, officium horarum Canonicarum in choro perſoluendum ab Eccleſiaſticis perſonis, iuxta Eccleſiæ ritum: Effectio rerum Sacramentalium, vt benedictiones ſolemnes, quæ à ſolis miniſtris Eccleſiæ cõſecratis perfici poſſunt, & quarto alia officia publica, vt proceſsiones, aliæq; ſimiles Eccleſiaſticæ functiones, de quib. omnibus ſpecialiter eſt agendum.

Prima Miſſarum celebrationes. Secunda Horæ Canonic. Tertia Sacramentalia, vt benedictiones. Quarta Proceſsiones.

6 Prohibetur Primo Miſſarum celebratio niſi in aliquibus caſibus. Dicimus ergo Primò, quod inter Diuina officia, quæ prohibentur tempore interdicti: Primum locũ tenet celebratio Miſsæ, quatenus eſt Sacrificium, quod ſoli Deo offertur pro Eccleſia, totiuſq; populi Chriſtiani ſalute. Ideoque certiſsimum eſt, talem Sacrificij oblationem inhabitam eſſe ab Eccleſia, ne licitè fieri poſſit tempore interdicti, niſi in caſib. à iure conceſsis: Nam talis prohibitio non eſt abſolutè, & ſimpliciter facta, ſed cum aliqua moderatione ne vid. cõſueto more, & libertate tunc fiat, ſed ſecundũ modum, & limitationẽ in iure præſcriptũ.

7 In antiquo iure. Quare in antiquo iure permittebatur, quod in Eccleſijs Parochialib. & Collegiatis Clericorum, & Regularium in qualibet hebdomada tẽpore interdicti licitè celebrari poſſet vna Miſſa ad renouandum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quod ibi pro infirmis obſeruatur: Patet hoc ex c. Permittimus de ſent. excom. vbi dicitur: *Statutum eſt, vt ſemel in hebdomada Miſſa dici poſſit in ſingulis* Eccle-

C. Permittimus.

Eccleſijs ad conficiendam Eucharistiam pro infirmis. Quod intelligendum eſt de illis Eccleſijs, vbi quotidiè ſeruari ſolet Sanctiſſimum pro viatico infirmorum: Cuiuſmodi ſunt Parochiales Eccleſiæ, atque Conuentus Religioſorum: Imò ait Nauarrus cap. 27. n. 173. Quandoque in hoc caſu licitum eſſe pluries in hebdomada aliam Miſſam celebrari, ſi neceſſitas ita expoſceret: At quoniam in vna Miſſa poterit ſufficiens particularum numerus conſecrari, ideòque talis facultas non eſt faciliter extendenda ſine graui neceſſitate. (Nauarrus.)

8 (In iure nouo.) In iure autem nouo propter magna incommoda, quæ ex carentia tanti Sacrificij ſequebantur, Eccleſia pia mater talem interdicti rigorem temperauit propter pericula, quæ imminebant fidelibus, vel omittendi deuotionem tanto Sacramento debitam cùm fidei periculo, ſi numquam, aut tam raro diuina officia, & Sacrificia offerri non poſſent tempore interdicti: Ideò Summus Pontifex Bonifacius VIII. in c. Alma mater de ſent. excom. in 6. permiſit, atque conceſſit, vt ſingulis diebus in Eccleſijs collegiatis, & Monaſterijs Religioſorum Miſſæ celebrentur, aliaq; Diuina officia, ſicut prius perſoluabantur, ſubmiſſa tamen voce, Ianuis clauſis, excommunicatis, atque ſpecialiter interdictis excluſis, & campanis Eccleſiæ non pulſatis. Quod intelligendum eſt de tempore generalis interdicti, non autem de ſpeciali prout aduertit Gloſſa in d. c. Alma in verbo Eccleſijs, & Couar. ibi §. 4. nu. 1. Ita Nauar. c. 27. n. 175. & Bonac. tom. 1. D. 5. p. 4. n. 6. & Filliuc. d. tr. 18. c. 3. n. 65. (Bonifacius VIII. in c. Alma mater ampliauit cõceſſionem, cũ aliquib. quibuſdam exceptionibus. In tẽpore interdicti generalis, non autem ſpecialis. Gloſſa in d. c. Alma. Couar. Nauarrus. Bonacina. Filliucius.)

9 Sed difficultas eſt ad explicandum: Quid ſub nomine Eccleſiarum, & Monaſteriorum veniat?

(Quid nomine Eccleſiarũ, & Monaſteriorum veniat.) Reſpondetur tamen breuiter: Non ſolùm intelligendas eſſe Eccleſias Parochiales, & Monaſteria, ſiuè Conuentus Religioſorum, ſed etiam Hoſpitalia, omniaque loca Sacra approbata ab Epiſcopo ad perficiendum Sacrificium Miſſæ; nam in fauorabilibus debet fieri extenſio in eadem materia quãtum fieri poteſt ex identitate rationis: nominantur autem expreſsè in Canone Conuentus, & Monaſteria, non vt Hoſpitalia talia intelligantur excluſa, ſed vt appareat ex nominatione expreſſa dictorum locorum, in quibus publicè fieri ſolent Sacrificia, multo magis in priuatis, & ſecretis, prout dicunt Suarez D. 34. ſect. 1. n. 7. & Nauar. d. c. 27. num. 175. cum Filliucio loc. cit. n. 65. (Suarez. Nauar. Filliucius.)

10 (Concluſio.) Ex quo ſequitur licere in ſingulis Eccleſijs, diebus ſingulis tempore interdicti generalis celebrare Miſſas, quoties antea licebat, ideòque omnes, ſingulique Sacerdotes, qui antea poterant celebrare, poſſunt etiam licite tali tempore interdicti generalis: modo ipſi non ſunt ſpecialiter interdicti, aut fuiſſent propter propriam culpam, auxilium, aut fauorem cauſa proxima talis interdicti: quia tunc illis hoc non liceret.

11 (Conditiones obſeruandæ.) Notandum autem, quòd in caſu Sacerdotes celebrantes tenentur ſeruare quatuor illas cõditiones explicatas à Bonifacio VIII. in c. Alma: Quarum, (Prima conditio eſt ſubmiſſa voce.) Prima eſt, vt Miſſæ, aliaq; diuina officia celebrentur ſubmiſſa voce, ita vt celebrantium voces, vel diuina officia pſalentium (moraliter loquendo) ab externis laicis exiſtentibus extra Eccleſiam non percipiantur: Non intelligitur autem illa conditio, vt ita ſubmiſſa voce recitentur officia, quod ab alijs recitantibus, & adſtantibus in Eccleſia non audiantur: (Quomodo hoc ſit intelligendum.) Vox autem debet eſſe ita moderata, vt non audiatur extra Eccleſiam ab alijs, qui foris ſunt: Quia ſi quis curioſus obſeruaret extra ianuam, & audiret Sacerdotes celebrantes, aliaque diuina officia perſoluentes, non eſſet contra prohibitionem lactam à Pontifice, quia hoc accideret præter intentionem celebrantium, & pſallentium: Ita Vgolinus de Cenſ. tab. 5. c. 8. §. 5. n. 1. Nauar. c. 27. n. 174. Henriq. lib. 13. c. 46. Filliuc. loc. cit. n. 67. (Vgolinus. Nauarrus. Henriquez. Filiiucius.)

12 (Secũda cõditio, Ianuis clauſis.) Secunda conditio eſt: vt ianuis Eccleſiæ clauſis Miſſas aliaque diuina officia celebrentur, in quo caſu ſufficiens eſt, vt portæ Eccleſiæ ita ſint clauſæ, vt impediant viſum, auditum, & tranſitum aliorum exterorum, quibus non conceditur aſſiſtentia diuinorum: (Quomodò ſit intelligenda iſta conditio.) Non eſt tamen neceſsè, quòd dictæ portæ ita ſint obſeratæ, vt omninò reſiſtant ingredi volentibus: Quare ſi aliquando adhibeatur ianitor, vt ingredi volentes admoneat, repellatque prohibitos eſt de conſilio, non autem de præcepto: ſufficit enim generalis admonitio.

13 (Quãdo eſſent plures portæ, quid faciẽdũ.) Quando autem in eadem Eccleſia plures eſſent ianuæ, ad eaſque pateret aditus ex vijs publicis, ſiuè ex clauſtro tranſire poſſunt, & deinde faciliter in Eccleſiam vbi diuina actu celebrantur ingredi poſſent, tunc omnes huiuſmodi ianuæ debent eſſe clauſæ, ne laici interdicti ingrediantur in Eccleſiam, dum in ea perſoluuntur diuina officia, in quibus prædicti laici in eo tempore admitti non poſſunt: Ita Suarez d. D. 43. ſect. 1. n. 12. & 13. cum alijs ſupracitatis. (Suarez.)

14 (Tertia conditio ſine pulſatione Campanæ.) Tertia conditio eſt, vt huiuſmodi diuina officia tempore interdicti celebrentur ſimpliciter ſine ſtrepitu campanarum, quæ communiter exercentur ad conuocandum populum ad Eccleſiam tempore diuini officij: (Quæ veniunt ſub nomine campanæ.) ſub nomine autem campanarum cõprehenditur omne, & quodcumque inſtrumentum, ſiuè ſignum, quo ſolet populus alijs temporibus conuocari ad Eccleſiam pro Miſſa audienda, ſiuè diuina officia: nihil enim refert, quòd tale ſignum detur mediante campana, vel Cymbalo, vel organo, ſiuè tuba, ſiuè voce præconis, & ſimilibus, quia in caſu conuocatio, & ſignificatio eſſet eadem, quia vbi eſt eadem ratio, eadem videtur eſſe iuris diſpoſitio: (Quare tantũmodo fit mẽtio campanarum.) Fit autem in Canone mentio explicita campanarum, quia hæc ſolent eſſe communia inſtrumenta, quæ de more ad diuina audienda populi ad Eccleſiam conuocari ſolent, ſed eadem omninò ratio de alijs equiualentibus eſt habenda: Cum enim populus interdictus ad Diuina officia licitè admitti non poſſit, non debet ſignum aliquod conuocationis exhiberi.

15 (Etiã cãpana minor ſonãre non debet.) Inſuper, ſequendo Sententiam Doctorum, infra citandorum, dicimus, Neque licitum eſſe tali tempore vti ſonitu campanulæ, ſiuè tintinnabuli in Miſſa quando eleuatur Sanctiſſimum Sacramentum, vel quando dicitur Sanctus in fine præfatij, prout colligitur ex d. c. Alma mater, vbi prohibentur ſimpliciter adhiberi campanæ, cuius nomine non ſolùm venit intelligenda campana maior, ſed etiam minor, etiam valdè parua: Ita Suarez D. 34. ſect. 1. num. 15. Nauarrus c. 27. num. 177. Syluester verbo Interdictum 5. quæſt. 5. Henriquez lib. 13. c. 46. n. 1. Sayrus lib. 5. c. 9. n. 3. Couar. in c. Alma p. 2. §. 4. num. 5. Coninch. D. 17. d. 2. num. 33. Tolet. in ſum. lib. 1. c. 20. (Nauar. Syluester. Henriq. Sayrus. Couar. Coninch. Toletus.)

16 (Campanæ nõ prohibentur ſonari ad alias actiones diſtinctas ab officijs.) Non eſt autem omninò prohibitum, quin aliquando interdicti tempore campanæ pulſentur, vid. ſignum meridiei ad ſalutationem Angelicam horis conſuetis, vel ad iudicandas horas diei, vel pro concione habenda, ſiuè lectione, & huiuſmodi, quia hæc ſigna non ſunt prohibita, ſed licita: non enim tunc per talia ſigna conuocatur populus ad diuina officia, ſed ad alia, quæ tempore interdicti minimè prohibentur: Ita

Syluester

Digitized by Google

Sylueſter. Suarez. Bonacina.

Sylueſter Verbo Interdictum 5. §. 7. Suarez D.34. ſect.1. num. 17. & Bonacina tom.1.D.5.p.4. de Interdicto num.8.

17 Quarta conditio eſt, vt excommunicati, ſiuè ſpecialiter interdicti perſonaliter expellantur, quòd intelligitur de publicis denuntiatis, vel de ijs, qui ſunt culpabiles in cauſa interdicti, vel propter ipſorum delictum, vel quia dederunt conſilium, vel fauorem alijs, vt eſſent cauſa interdicti, vel contumaciæ, qua mediante latum ſuit interdictum: quia tunc huiuſmodi habentur, tanquam ſpecialiter interdicti, prout colligitur ex cap.Licèt de Priuileg. in 6. Ità Suarez D 36.ſect.1. n.20. & Filliuc.d.tr.18.c.3.n.70.

Quarta conditio. Excommunicati, & interdicti excluſi.

c. Licèt de Priuil. Suarez. Filliucius.

18 Inſuper conceditur in d.cap.Alma à Pontifice, vt in quatuor feſtiuitatibus principalibus, vt Paſchæ Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini, & Aſſuptionis B.M.V. tempore interdicti generalis, non verò ſpecialis, in omnibus Eccleſijs licitè celebrari poſſint Miſſæ publicè, atque etiam Diuina officia cum debita ſolemnitate, pulſando Campanas, & Organa, aliaq; ſimilia inſtrumenta muſicalia ianuis Eccleſiæ apertis, & alta voce, & in huiuſmodi ſolemnitatibus licitè admitti poſſint ad Diuina officia omnes etiam ſeculares interdicti, modo non approximent ad altare, vel ad oblationes faciendas, vel ad recipiendam Euchariſtiam, ſed aſſiſtant de longe ab Altari, vt ipſi tali rubore confundantur, & alij pertemiſcant, excommunicati verò excludendi ſunt totaliter ab Eccleſia.

Conceſſio celebrandi publicè in quatuor feſtiuitatibus anni. c.Alma mater.

Conditio de perſonis interdictis.

19 Deindè additus fuit dies ſolemnitatis Corporis Chriſti cum tota octaua à Martino V. in Bulla, quæ incipit Ineffabile, &c. & ab Eugenio Quarto addita fuit tota octaua eiuſdem feſtus: In alia Bulla, quę incipit: Excellentiſſimi, & tandem à Leone X. addita fuit ſolemnitas Conceptionis B. M. V. cum tota octaua in illis regionibus vbi celebratur ſolemniter cum octaua cum illis conditionibus, iuxta conceſſionem Bonifacij VIII. in d. cap.Alma ſupracitato; Ità Suarez D.34. ſect.1. nu.37. Coninch. D.17.d.2. num.37. Reginaldus lib.32. cap.28. nu.36. Alterius tom.2.tr.de Interd.D.5. c.3.d.4. ad finem: Henriq. lib.13.c.47. Bonac.de cenſ. D.5.p.4. num.14. Auila p.5.D.4.d.9.ſect.2.

Conceſſio de feſto Corporis Chriſti. Martini V. Eugenius IV. Conceptio B.M.V. Leo X.

Suarez. Coninch. Reginaldus. Alterius. Henriquez. Bonacina. Auila.

20 Sed Quæritur: An ſub nomine Natiuitatis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes intelligatur tantùm primus dies, An etiam ſequentes dies feſtus?

Reſpondetur, ſequendo communiorem, & probabiliorem Doctorum ſententiam: talem conceſſionem factam in dicto cap.Alma, intelligendam eſſe non ſolùm de ipſo primo die ſolemni, ſed etiam de alijs diebus ſequentibus feſtiuis, qui ſub eodem ritu, & ſolemnitate celebrantur ab Eccleſia dicitur enim in Canone: In feſtiuitatibus Natalis, Paſchæ, & Pentecoſtes: certum eſt autem iuxta communē modum loquendi feſta Natiuitatis Domini durare per quatuor dies, & reliquarum Paſchatum durare per tres, non autem per totam octauam, quia de his diebus nulla facta eſt mentio, niſi de octaua Corporis Chriſti, & Conceptionis B.M.V. in quibus per conceſſiones alias Eugenij Quarti, & Leonis X. conceſſio extenditur per totam octauam: Ità Soto in 4.D.22.q.3.A.1. Suarez D.34.ſect.1. num. 38. Henriq.lib.13.cap.47. Auila p.5. D.4.ſect.2.d.9. Coninch.D.17.d.2. num.37. Reginald. lib. 32. cap.28. n.36. Alterius tom.2.de Interd. D.5. cap.3. col.3.& Filliuc.tom.1.tr.18.c.4.n.108.

Intelliguntur etiam dies feſtus ſequētes.

Soto. Suarez. Henriquez. Auila. Coninch. Reginaldus. Alterius. Filliucius.

21 Deinde alij Summi Pontifices conceſſerunt Religioſis Ordinis Prædicatorum, & Minorum, ac etiā D.Benedicti, vt tempore interdicti generalis poſſent celebrare in ſuis Eccleſijs feſta ſuorum Ordinum, & per totam octauam ſolemniter, apertis ianuis, & alta voce cum ſonitu campanarum, quo etiam tempore admittere poſſunt alios Sacerdotes ad celebrandum in ſuis Eccleſijs: eodem modo ſi conceſſum ſuit in c. Alma, pro feſtiuitatibus Paſchę, &c. Quę priuilegia non intelliguntur reuocata à Tridentino: prout nos probauimus ſupra in cap.2. huius tractatus num. 39. Ità Rodriq. in Bulla Cruciat.§.5.n.16.& tom.2. qq.Regular. quæſt.112.A.1. Henriquez lib.13.c.48.num.1. Sayrus de cenſ. lib.5. c.12.n 24. Alterius tom.2.de cenſ.D.1. cap.4.col.9. Bonac.D.5.p.1.n.25.Auila de cenſ.p.5. D.4. ſect.2. d.9.§.Tertio extenſa.

Conceſſio facta Regularibus pro ſuis ſolēnitatibus ordinum.

Rodriquez. Henriquez. Sayrus. Alterius. Bonacina. Auila.

22 Secundum locum inter Diuina officia vltra Miſſam veniunt horæ Canonicæ, quæ communiter ſolent quotidie ab Eccleſiaſticis publicè in Choro alternatim perſolui, quòd communiter Diuinum officium appellari ſolet: Quoniam verò tale Diuinū officiū perſoluitur à Clericis nomine Eccleſiæ, ideòque tempore interdicti prohibitum eſt cani in Choro alternantibus vocibus, prout alijs temporibus dicere ſolitum erat alta voce, cum debitis cæremonijs, & ſolemnitatibus: Tantummodò autem permiſſum eſt à Bonifacio VIII. vt in Eccleſijs collegiatis Clericorum, & Regularium ſubmiſſa voce, ianuis Eccleſiæ clauſis, prout pleniùs explicatum eſt ſupra à num.10. vſq; ad 17. Sub nomine autem Diuini officij, ſiue horarum Canonicharum compræhenduntur etiam ea officia, quæ aliquando coniunguntur cum Diuino officio, vt eſt illud Beatæ Mariæ Virginis: Pſalmi Pænitentiales, Graduales, & Defunctorum vigiliæ, quando dicuntur in Choro alternantibus vocibus, quia de eis tunc militat eadem ratio. Ità Suarez D.34.ſect.3.n.4.Bonac. tom. 1.D.5.p.4.n.1.& Nauar.c.27.n.172.

Secundo intelligitur horæ Canonicæ.

Sub nomine Diuinis officijs, quæ alia conueniunt.

Suarez. Bonacina. Nauarrus.

23 Non eſt autem prohibitum tempore interdicti poſſe licitè priuatim ea Diuina officia recitare, ſiuè in Eccleſia, ſiuè domi, ſiuę in Sylua, ſiue alibi, dummodò non ità recitent, vt publicam actionem videantur facere, ſed poſſunt dicere, vel bini, vel terni, vel ſeorſum: Imò ad hoc tenentur Clerici in Sacris ordinati, ſicut priùs Diuinum officium perſoluere: non enim ęquum eſt, vt Clericus commodum reportet ex ſua iniquitate, mediante qua latum fuit interdictum: nam cenſura non eximit obligationes particularium recitandi horas Canonicas: prout dicunt Sayrus lib.5.de cenſ.c.5.nu.10.Nauar. c.27.n.175. Vgolinus tab.5.c.13.Filliuc.d.tr.18.c.3. num.62. & Bonac.D.5.p.4.n.5.

Priuatim Diuinum officium recitari poteſt.

Clerici interdicti tenētur dicere Diuinum offi.ū.

Sayrus. Nauarrus. Vgolinus. Filliucius. Bonacina.

24 Dico tertiò: Tempore interdicti, non ſolùm Diuinum officium, quod conſiſtit in publica recitatione horarum Canonicarum, ſed etiam in effectione aliarum rerum Sacramentalium, quando fiunt ſolemniter ab Eccleſiæ miniſtris tanquam ſpecialem ad id deputatis: dicuntur autem Sacramētalia omnes illæ cæremoniæ Sacræ, quæ ad ſolemnem ritum Sacramentorum pertinent, vel ad præparationem materiæ, vt eſt benedictio Olei Sancti, vel fontis baptiſmalis, ad quæ etiam reduci poteſt prima tonſura, quamuis per illam non tam materia, quam ſubiectum præparetur.

Tertio intelliguntur Sacramentalia. Sacramētalia quæ ſint.

Primo præparatiue ad Sacramenta.

Vel ſecundo pertinere poſſunt ad ſubſequentem ſolemnitatem Sacramēti: vti eſt benedictio ſolemnis matrimonij: Conſecratio, aut benedictio ſolemnis Altarium, & Eccleſiarum, Paramentorum, vel Sacrorum vaſorum, quæ omnia ad Sacramentorum miniſterium ordinantur, ideòque iſta dicuntur Sacramentalia conſecutiue.

Secundo conſecutiue.

25 Vel tertio poſſunt dici Sacramentalia omnes ſinguläq; aliæ publicæ conſecrationes, ſeu benedictiones,

Tertio explicantur Sacramentalia.

nes, quæ ad aliquam Sanctificationem fidelium miniſterio, & auctoritate Eccleſiæ faciendam ordinantur, vt eſt ſolemnis benedictio aquæ, fuſio, & aſperſio ipſius facta in Eccleſia cum Aſperges: Pſalmo, & oratione, & ſolemnis benedictio Epiſcopi: Profeſſio ſolemnis in Religione, & Litaniæ proceſſionaliter recitatæ cum Cruce, &c. & ſimiles; Ita Syluester in Verbo interdictum 5. §. 6. Couar. in cap. Alma p. 2. §. 5. n. 6. Alterius D. 5. cap. 5. col. 5. Suarez D. 34. ſect. 3. num. 4. Nauar. c. 27. nu. 172. & Bonac. tom. 1. D. 5. de Interdicto p. 4. n. 3.

Syluester. Couarruuias. Alterius. Suarez. Nauarrus. Bonacina.

27 Quę actiones ſpirituales ſũt licitæ tẽpore interdicti.

Dico quartò: Cæteras orationes, & preces, aliquæ functiones, quæ non requirunt perſonam Eccleſiaſticam ad eas ſpecialiter ab Eccleſia deputatam, ſed poſſunt fieri ab omnibus quibuſcumque ſimplicibus fidelibus ſinè ſolemnitate, non eſſe prohibitas eas fieri tempore interdicti, eo quod tales actiones non veniunt ſub officijs Eccleſiaſticis publicis, ſed ſunt quædam actiones priuatæ: Quare benedictio menſæ aliarumq; rerum commeſtibiliũ, ſiue vtenſilium, & animalium, quæ dantur ſimpliciter ſinè ſtola, alioq; apparato Sacerdotali, ſed tanquam a perſona non ordinata, quæ perficiuntur a benedicente, tanquàm à perſona orante, & deprecante: non exiſtimantur communiter eſſe prohibita tempore interdicti, idcòque etiam fieri licitè poſſunt prout antea: Ità Nauar. d. c. 27. n. 176. Reginald. lib. 32. c. 28. num. 32. Suarez ſect. 3. D. 34. nu. 8. Henriq. lib. 13. c. 43. n. 1. Filliuc. d. tr. 18. c. 3. num. 79. Rodoriq. c. 16. n. 1. & Bonac. D. 5. p. 4. n. 4.

Nauarrus. Reginaldus. Suarez. Henriquez. Filliucius. Rodriquez. Bonacina.

28 Litaniæ, & officia priuata in congregationib. recitari poſſunt

Ex quo ſequitur, quòd litaniæ, quæ communiter ſiue in Oratorijs, ſiuè in Eccleſijs, ſiue extra in quocumque alio loco pio: dummodo non canantur ſolemniter, vid. proceſſionaliter cum Cruce erecta, & Clericis veſtibus Sacris indutis, nec in orationibus dicatur Verſiculus Dominus vobiſcum, quia tunc repreſentarent officium publicum factum nomine Eccleſiæ: licitè poſſunt recitari tempore interdicti, quia in caſu dicuntur tanquàm à laicis, vt mos eſt in Congregationibus, & Confraternitatibus, quibus non eſt prohibitum interdicti tempore dicere huiuſmodi litanias, officium B. M. Virginis, Defunctorum, aliaq; ſimilia, quia hæc non veniunt ſub nomine Diuini officij publici, cum non dicantur tanquàm à miniſtris Eccleſiæ ad hoc ſpecialiter deputatis: Ità Calderinus tr. de Interdicto p. 1. nu. 82. Maiolus de Irregul. lib. 3. c. 20. num. 1. Vgolinus de cenſ. tab. 5. c. 8. Syluester Verbo Interdictum: Tabiena eodem verbo 6. num. 16. Sayrus lib. 5. c. 5. nu. 40. Alterius D. 5. c. 5. col. 9. Bonacina, & Filliuc. & Nauar. locis ſupracitatis.

Nõ debet dici in orationibus Verſic. Dominus vobiſcum, & quare.

Calderinus. Maiolus. Vgolinus. Syluester. Tabiena. Sayrus. Alterius. Bonacina. Filliucius. Nauar.

29 Cõmendatio animę agonizantis nõ eſt prohibita.

Sic etiam dico: Poſſe eodem tempore fieri animæ commendatio a Sacerdote exiſtẽtibus in mortis articulo: Nam commendatio animæ eſt quædã oratio priuata, quæ fit Deo pro anima illius ægrotantis, & non venit ſub ratione Diuini officij, prout dicit Sayrus lib. 5. de cenſ. cap. 5. num. 38. ſic etiam licitè fieri poteſt purificatio mulieris poſt partum, dummodo fiat abſque ſolemnitate, facta ſolum confeſſione generali, & deindè introducatur mulier in Eccleſia, vt Deo gratias agat, & oret, non eſt autem facienda cum ſolita ſolemnitate, accedente Sacerdote cum ſtola, & ornatu ſolito Sacerdotali, & ſolemni Pſalmorum decantatione, quia tunc haberet rationem officij publici, & vt ſic non eſt licita tempore Interdicti: Ità Nauar. d. c. 27. num. 176. Henriq. d. lib. 13. cap. 34. §. 2. & Sayrus de cenſ. lib. 5. cap. 5. num. 45.

Sayrus.

Purificatio mulieris poſt partum.

Nauarrus. Henriquez. Sayrus.

30 De adoratione Crucis in Paraſceue.

Quod idem dicendum eſt de alijs ſimilibus, ideòque poſſunt omnes adorare Crucem Chriſti in die Veneris Sancti, dummodò non fiat talis adoratio cum debitis ceremonijs Eccleſiæ canendo improperia miniſtri Eccleſiæ, quia, vt ſic tunc illę cæremoniæ haberent rationem, vt pars officij illius diei: quod idem dicendum eſt de Concione, vel lectione Sacræ Scripturæ: nam huiuſmodi licitè fieri poſſunt quocumque tempore etiam interdicti, quia iſta nõ computentur inter Diuina officia, idcòque poteſt licitè fieri ſignum campanæ pro concione habenda, aut pro ſigno ſalutationis Angelicæ, aut ad conuocandum populum pro aſſociatione Sanctiſſimi Sacramenti quando deferendũ eſt ad infirmos, &c. Ità communiter omnes Doctores ſupracitati: vt videre eſt apud Sayrum, Suarez, Filliuc. & Bonacinam locis ſupracitatis.

Sayrus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Reſtat modo videndum: Quænam perſonæ admitti poſſunt ad audienda Diuina officia tempore interdicti? 31

Quæ perſonæ admitti poſſunt ad Diuina officia.

Reſpondetur, quòd dantur aliquæ perſonæ, quæ licitè admitti poſſunt, aliquæ vero minimè: Perſonæ, quæ admitti licitè poſſunt ſecundum Ius nouum poſt conſtitutionem Bonifacij VIII. Primò ſunt omnes Clerici, non excommunicati, neq; ſpecialiter interdicti, vel, qui non dederint cauſam culpabilem interdicto. Quòd etiam locum habet de Religioſis, ſiuè maribus, ſiuè fęminis etiam nouitijs: Nam in fauorabilibus ſub appellatione Clericorum veniunt etiam Religioſi, patet hoc ex cap. Alma, vbi conceditur, vt Diuina officia, & Miſſæ celebrentur a Clericis, & Regularibus in eorum Eccleſijs tempore generalis interdicti, excluſis tantum laicis, & ideò clauſis ianuis, ne ſæculares ingredi poſſent, ex quo ſequitur, quòd Clerici, & Regulares admitti poſſunt, niſi ipſi ſint excommunicati, vel interdicti: Ità Syluester Verbo Interdictum 5. q. 1. & Angelus eodem Verbo 6. num. 4. Nauar. c. 25. n. 96. & cap. 27. num. 175. Henriquez lib. 13. cap. 44. nu. 6. Auila de Cenſ. p. 5. D. 4. ſect. 2. d. 4. concl. 3. Filliuc. d. tr. 18. cap. 13. nu. 71. Bonac. D. 5. p. 4. num. 23.

Clerici, & regulares, niſi ſint excõmunicati, vel interdicti.

c. Alma.

Syluester. Angelus. Nauarrus. Henriquez. Auila. Filliucius. Bonacina.

Laici autem, & Clerici coniugati, qui non ſunt adſcripti, & applicati ſeruitio alicuius Eccleſiæ, non poſſunt admitti: nam Clerici coniugati in Eccleſia Latina quantum ad hoc reputantur tanquam ſęculares: ſi vero eſſent Sacriſtæ alicuius Eccleſiæ, tunc poſſent intereſſe Diuinis officijs, quia tunc haberentur tanquàm illius Eccleſiæ miniſtri: Ità Rodriquez in Bulla Cruc. §. 2. nu. 4. Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1. Auila p. 5. D. 4. d. 3. concl. 4. Reliqui verò tàm laici, quàm Clerici coniugati tempore interdicti ad Diuina officia licitè admitti non poſſunt, niſi habeant ſpeciale priuilegium Apoſtolicę Sedis: ratio autem huius eſt, quia quando aliquis locus interdicitur prohibitum eſt omnibus non habentibus priuilegium audire officia Diuina in tali loco: patet hoc ex cap. Licèt de Priuileg. in 6. vbi dicitur: *Licèt ſit vobis conceſſum, vt tempore interdicti celebretis Diuina officia ianuis clauſis, &c. neminem tamen admittere debetis, qui non habeat priuilegium, etiam ſi aliundè veniat:* Ideòque dicit Gloſſa ibi: celebranda ſunt officia ianuis clauſis, vt laici non admittantur ad illa: Ità etiam Couar. in cap. Alma §. ſup. cit. & Nauar. c. 27. num. 174. Reginald. lib. 32. tr. 3. c. 28. num. 35. Coninch D. 17. d. 2. nu. 32. Suarez D. 34. ſect. 1. n. 20. & Filliuc. tom. 1. tr. 18. c. 3. num. 71.

32 Laici, & Clerici coniugati nõ ſunt admittendi.

Rodriq. Soto. Auila.

C. Licèt Priuileg.

Gloſſa

Couarruuias. Nauar. Reginaldus. Coninch. Suarez. Filliucius.

Laici verò habentes Bullam Cruciatę, ſiue aliud priuilegium ad officia Diuina interdicti tempore admitti licitè poſſunt, dummodò non dediſſent ipſi cauſam culpabilem interdicto, vel eſſent ſpecialiter interdicti, patet hoc ex ipſa Bulla Cruciatę, vbi tale priuilegium illam habentibus expreſſe conceditur,

33 Qui habent Bullam Cruciatæ.

Digitized by Google

ditur, quòd idem dicendum eſt de quocumque alio priuilegio conceſſo ab Apoſtolica Sede: nam priuilegia excuſant a tranſgreſſione legis, prout omnes communiter ſatentur: Ita Auila de cenſ. p.5.D. 4.ſect.2.d.4.concl.2.

Auila.

34 Sed difficultas eſt: An habeutes tale priuilegium teneantur diebus ſeſtiuis tempore localis interdicti audire Sacrum?

Difficultas. An priuilegiati teneantur audire Miſſam?

Reſpondetur: In hac re Duplicem eſſe Doctorum ſententiam, vnam affirmatiuam, negatiuam alteram: quarum prior eſt Nauar.c.21. num.3. Soti in 4.D.13.q.2.A.1. Henriq.lib.13.c.48. n.5.Medinæ in ſum.lib.1. Nugn.in 3.p. q.87.A.6. Sancij in Selectis D.15.num.2. Barboſæ tom.2.lib.5. tr. 33.c.25. nu.7.Bonac.D.5.de Interdicto p.4.nu.2. Villalobos in ſum.tom.1.tr.19.d.5.num.14. Quorum ratio eſt, quia præceptum audiendi Sacrum in die Feſto omnes legitimè non impeditos obligat,ſed, qui habent priuilegium audiendi Sacrum tempore interdicti, non ſunt ampliùs impediti, ergo, &c.

Prima ſententia affirmatiua. Nauar. Soti. Henriq. Medinæ. Barboſæ. Bonacinæ. Villalobos.

35 Poſterior ſententia eſt negatiua aliorũ dicetium: huiuſmodi priuilegiatos ſpecialiter non teneri audire Sacrum tempore interdicti, quia nemo tenetur vti priuilegio ſibi ſpecialiter conceſſo: nam ſi priuilegium obligationem induceret, non eſſet gratia, ſed onus, quare carceratus domi, licèt habeat priuilegium audiendi Sacrum in proprio oratorio, non tenetur conuocare Sacerdotem ſtipendiarium, vt ibi celebret ad hoc, vt ipſe carceratus audiat Sacrum,ſed poteſt licitè obſeruare iniunctionem, ſiuè interdictum ſibi impoſitum, non vtendo priuilegio: Ita Auila de Cenſ.D.4.p.5.ſect.2. d.6. Suarez tom. 3. de Sacr.D.38.ſect.6.Ledeſma in ſum.p.1.tract.de Euchar.cap.27. Coninch.D.17. num.28. Llamas in ſum.p.3.cap.5.§. 12. Alterius tom.2.de Interd.D.2. cap.3.in fine, ſequiturque Diana p.1.tr.10. de Bulla Cruc. reſol.2.

Secunda ſententia negatiua. Auila. Suarez. Ledeſma. Coninch. Llama. Alterius. Diana.

36 Ad fundamentum autem prioris ſententiæ: Reſpondetur,quòd quamuis tempore interdicti poſſet quis mediante priuilegio, ſibi ſpecialiter conceſſo audire licitè Sacrum, non tenetur tamen eo vti, cũ hoc ſit conceſſum in ſua poteſtate, & cum tali tempore ſit præceptum commune ſeruandi interdictũ, poteſt tali præcepto ſe conformari, non vtendo priuilegio ſibi conceſſo: vtraque tamen ſententia ſua probabilitate non caret, quamuis hæc ſecunda videatur probabilior.

37 Aduertendum autem, quòd Clerici, & Regulares nõ eximuntur ab obligatione audiendi Sacrum in diebus Feſtiuis, quando in eorum Eccleſijs, ſiuè Conuentibus tempore interdicti celebrantur Diuina officia, & Miſſæ iuxta conceſſionem factam à Bonifacio VIII. in d.cap.Alma: & ratio huius eſt, quia talis conceſſio non eſt facta perſonis particularibus, ex priuilegio particulari, ſed facta eſt toti ſtatuti Clericali, & Religioſo per Ius commune, ideòq; tenentur in diebus Feſtiuis audire Sacrum,vt ſatisfaciant præcepto Eccleſiæ, quia in hoc non cẽſentur interdicti, ſtante tali modificatione facta à Bonifacio in d.c.Alma: & in hoc omnes DD.vtriuſque ſententię conueniunt: legire Bonacinam loco ſupracitato num.22.

Religioſi tenentur tẽpore interdicti audire Sacrũ, & quare.

Ratio aſſertionis.

Bonacina.

38 Tandem ſoluenda remanet alia difficultas: An habens priuilegium tempore interdicti aſſiſtendi Diuinis officijs poſit ſimul cum ſua familia Diuinis intereſſe?

Alia difficultas.

Reſpondetur, Affirmatiuè, dummodò tales non aſſumentur in comitatu in fraudem interdicti: ſufficit enim quòd huiuſmodi ſint illi, vel ex illis, qui comitari ſolebant talem perſonam habentem priuilegium, ſiuè habitent domi ipſius, ſiuè non: ideoq; enim priuilegium ad illos extenditur, ne priuilegiũ conceſſum inutile redderetur, qui non pergeret ad audiendum Sacrum, ſi non poſſet ire cum ſuo debito comitatu, ſecundum ſuam qualitatem, & conditionem: Ita Nauar.c.27.nu. 188. Soto in 4.D.22. q.3. A.1. Alter. tom.2.de Interd.D.5.c.2.d.2.Em.Sa Verbo Interdictum num.21. Tolet. lib.1. c.20. Coninch. D.17.nu.38.Auila p.5. D.4. ſect.2. d.7. Henriquez lib.7. de Indulg. cap.13.num.3. Rodoriquez in Bulla Cruc. §.5.num.5.& Filliuc.d.tr.18.c 3.n.73.

Priuilegiati poſsũt ſimul cum ſuo comitatu adeſſe Diuinis.

Nauarrus. Soto. Alterius. Em. Sa. Toletus. Coninch. Auila. Henriquez. Rodriq.

Verum tamen eſt, quod tales famuli non poſſint licitè tempore interdicti, ſinè ipſorum domino habente priuilegium intereſſe Diuinis, quando priuilegiarum non pergit ad Eccleſiam, eò quod tale priuilegium tantummodò extenditur ad famulos quatenus comitantur, & aſſociant talem perſonam priuilegium habentem, aliàs ſecùs, prout communiter dicunt omnes ſupracitati Doctores. 39

Limitatio.

Inſuper ſecundo limitanda eſt noſtra aſſertio, dummodò huiuſmodi famuli non ſint ſpecialiter interdicti, aut excommunicati, vel fuiſſent in cauſa talis interdicti impoſiti mediante, quorũ culpa lata fuit interdicti cenſura, quia tunc tales non poſſent gaudere tali priuilegio; Ita Couarruuias in d.cap.Alma mater p.2. §.4. num.5. illat. 11. Soto D.22.q.3.A.5. Nauarrus cap.27.num.180.& Auila, cum Bonaciua loco ſupracit. & hæc de ſecundo effectu interdicti ſufficiant. 40

Secũda limitatio.

Couarruuias. Soto. Nauar. Bonaciua.

DE TERTIO EFFECTV INTERDICTI, QVI eſt priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & ingreſſus Eccleſiæ.

CAP. VI.

Tertius in ordine effectus cenſurę Interdicti ſinè localis, ſiue perſonalis, tam generaliter, quàm ſpecialiter lati ſimpliciter, & abſolutè abſq; vlla limitatione, ſeu modificatione eſt priuare fideles, ne tempore interdicti in loco interdicto poſſint habere poſt mortem Eccleſiaſticam ſepulturã: niſi eſſet aliqua perſona excepta in Iure, vel habeat aliquod particulare priuilegium a Sede Apoſtolica circa hoc conceſſum: Patet hoc primum dictum ex cap.Quod in te de Pęnit.& remiſſ.& cap. Si Ciuitas de ſent.excom.& cap. Vt priuilegia de Priuileg. & cap.Epiſcoporum eodem titulo in 6. 1

Interdictũ cẽſura priuat Eccleſiaſtica ſepultura.

c.Quid in te. c. Si Ciuitas. c. Vt priuilegia. c.Epiſcoporũ

Facta eſt autem talis prohibitio ab Eccleſia ad oſtendendum maiorem rigorem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt fideles videntes ignominiam, quòd ipſorum corpora poſt mortem non poſſint habere Eccleſiaſticam ſepulturã, durante interdicto maiori cum diligentia procurent tollere contumaciam, & delictum, quæ fuerunt talis interdicti cauſa: Ita Sayrus de cenſ.lib.5.c.8.num.2.Suarez D.35. ſect.1. Filliuc.tr.18. c.4.n.90. Alterius tom.2.de Interd. D. 5.p.5.num.1. & Bonac.tom.1.D.5.p.5.num.1. 2

Ratio huius priuationis, quæ.

Sayrus. Suarez. Filliucius. Alterius. Bonacina.

Probatur autem prima pars noſtræ aſſertionis, quia Interdictum, ſiuè locale, ſiuè perſonale abſolutè, & ſimpliciter latum generaliter, & ſimpliciter eſt intelligendum, quò ad omnes effectus talis cenſuræ: ſicut è contra Interdictum limitatum intelligitur tãtummodò de ſola illa actione expreſſa in ſententia, ſed interdictum tale abſolute, & ſimpliciter latum inter cæteros effectus includit priuationem Eccleſiaſticæ ſepulturæ: ergo interdicti tempore in loco interdicto non poſſunt licite ſepeliri corpora mortuorum in Eccleſiaſtica ſepultura: Quando autem etiam perſonæ ipſæ eſſent interdictę, 3

Probatur aſſertio.

Probatur ſecunda pars.

ctæ, tunc nullo modo, neq; in loco interdicto, neq; alibi in loco ſacro poſſunt ſepeliri, quia tunc cenſura interdicti ſequitur perſonam perſonaliter interdictam vbicumq; ſe inuenerit: Ità communiter omnes Canoniſtæ in Clementina prima de ſepulturis: Ità Sayrus, Suarez, Filliucius, & Alterius, locis ſupracitatis, cum Bonacina D.5. p.5. num.1. & Auila p.5. D.4. d.5. concl.2.

Sayrus. Suarez. Filliucius. Alterius. Bonacina. Auila.

4 Limitatio aſſertionis. Clerici ſepeliri poſſũt interdicti tempore.

Dixi autem (*niſi aliqua perſona eſſent excepta ſecundum Iura:*) Nam in Iure Canonico excipiuntur ab hac priuatione poſt mortem Eccleſiaſticæ ſepulturæ Clerici omnes, quibus permittitur Eccleſiaſtica ſepultura tempore interdicti localis, ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis, dummodò tales non eſſent perſonaliter interdicti, nec dediſſent cauſam culpabilem interdicto: Et ſub nomine Clericorum, non ſolùm intelliguntur Sacris Ordinibus ordinati, ſed etiã ſi tantùm eſſent initiati prima tonſura, atque etiam omnes Regulares vtriuſq; ſexus, ſiue ſint Clerici, ſiuè Laici, ſiuè Nouitij prout dicunt Doctores, ſtatim citandi.

Ac etiam Regulares.

5 Quomodo ſepeliendi erãt Clerici ſecundum Ius antiquum.

Quare ipſi Clerici, ſiuè Regulares tempore localis interdicti morientes eorum corpora ſecundum Ius antiquum ſepeliendi erant in eorum Eccleſijs, ſed abſq; vlla pompa funerali, & ſinè officio, vel ſonitu campanarum, ſed cum ſilentio, & ſimpliciter, prout dicebatur in cap. Quòd in te de Pœnit. & remiſſ. ſed hodiè ſecundum Ius nouum poſt conſtitutionem Bonifacij VIII. in cap. Alma, & de conſuetudine poteſt dici officium Defunctorum, cum Miſſa, antequam ſepeliantur, ſeruatis tamen conditionibus in d. cap. Alma præſcriptis: hoc eſt ianuis Eccleſiæ clauſis, & ſine ſonitu campanæ, &c. Quando autem Cæmeterium eſſet extra Eccleſiam: in loco aperto, tunc poſſunt officia, & Miſſæ celebrari in Eccleſia clauſis ianuis, & poſtea deferatur cadauer ad ſepulturam Cæmeterijs cum ſilentio: Ita Nauar. c.27. num.176. Vgolinus de cenſ. tab.5. c.9. §.2. Henriq. lib.13. cap.44. Suarez D.35. ſect.1. n.3. Soto in 4. D.22. q.3. A.1. Syluester Verbo Interdictum 5. q.8. Sayrus lib.5. c.8. num.6. & 13. Regiuald. lib.32. tr.3. n.37. Coninch. D.17. d.2. nu.52. Filliucius tom.1. tr.18. c.4. n.92. Auila de cenſ. p.5. D.4. ſect.3. d.2. concl.3. Bonacina D.5. p.5. num.13.

c. Quod in te. Secũdum Ius nouum c. Alma. Cõceſſum eſt fieri officium ſepulturę cũ Miſſa. Quando Cæmeterium eſſet extra Eccleſiam: quid faciendum? Nauarrus. Vgolinus. Henriquez. Suarez. Soto. Syluester. Sayrus. Reginaldus. Coninch. Filliucius. Auila. Bonacina.

6 Notandum. De Clericis coniugatis.

Notandum autem, quòd Clerici coniugati, vel non ferentes habitum, & tonſuram non gaudent hoc priuilegio ſepulturæ Eccleſiaſticæ tempore interdicti, niſi eſſent ſeruitio alicuius Eccleſiæ tanquã Sacriſtæ deputati, & actualiter illi Eccleſiæ, tanquã Clerici deſeruirent, vel haberent aliquod priuilegium particulare conceſſum à Summo Pontifice, vel à Iudice, qui cenſuram tulit, vel vbi eſſet aliqua conſuetudo introducta, & præſcripta, &c. prout dicunt Auila p.5. D.4. ſect.3. concl.4. Nauarrus d.c.27. num.176. & Henriquez d. lib.13. cap.44. nu.4. cum alijs ſupracitatis.

Auila. Nauarrus. Henriquez.

7 De habentibus Priuileg.

Dixi ſecundo in aſſertione, (*vel habeant aliquod ſpeciale priuilegium*) ad inſinuandum eſſe multos habentes priuilegia ſpecialia, vt tempore interdicti localis poſſint licitè ſepeliri in loco Sacro, quemadmodum Clerici, & Regularis, ideòque tales laici priuilegiati licitè poſſint admitti ad Eccleſiaſticam ſepulturam poſt mortem, iuxta formam eorum priuilegiorum: ſed huiuſmodi priuilegia debent eſſe conceſſa ab Apoſtolica Sede, quia talis diſpenſatio eſſet contra Ius commune: prout conceſſum eſt tẽplarijs, & illis, qui eorum fraternitati ſunt adſcripti, vt patet ex c. Priuilegia de Priuilegijs.

c. Priuilegia.

8 De illis, qui habet Bullam Cruciatæ.

Similiter etiam noſtris temporibus conceditur à Summo Pontifice illis, qui habent Bullam Cruciatæ in illis Regionibus, vbi talis Bulla conceditur, qui non ſolum poſſunt aſſiſtere Diuinis officijs tempore interdicti localis, ſed etiam poſt mortem poſſunt in loco ſacro ſepeliri, ſicut Clerici, & regulares, ſeruatis tamen conditionibus in cap. Alma mater præſcripti. hoc eſt ſine pompa funerali, Ianuis Eccleſiæ clauſis, & ſinè ſonu campanæ. Ità Auila d.p.5. D.4. ſect.3. d.4. §. Sed maior, Couarruuias in cap. Alma p.2. §.2. n.8. Nauarrus c.27. num.181. & Filliucius d.tr.18. c.4. n.93.

Auila. Couarruuias. Nauar. Filliucius.

9 Difficultas. An illi, qui poſſunt Diuinis aſſiſtere, poſſint etiam habere ſepulturam?

Sed difficultas eſt: An laici habentes priuilegium ſimpliciter conceſſum, vt licitè interdicti tempore aſſiſtere poſſint Diuinis officijs, poſſint etiam huiuſmodi virtute talis priuilegij etiam ſepeliri in loco Sacro.

Reſpondetur: In hac re duas eſſe ſententias: vnã affirmatiuam, negatiuam alteram, & quælibet habet ſuos patronos cum ſuis rationibus valdè probabilibus: ideòque.

10 Prima ſententia affirmatiua. Ratio prioris ſententiæ.

Prima ſententia exiſtimat huiuſmodi taliter priuilegiatos poſſe etiam virtute talis priuilegij habere etiam Eccleſiaſticam ſepulturam poſt mortem: Quorum ratio eſt, quia, qui concedit maius, videtur etiam concedere, & minùs: Nam in tali priuilegio duo poſſunt conſiderari, vnũ principale, quòd eſt, vt poſſint intereſſe Diuinis officijs, alterum acceſſorium, quòd eſt ſepultura Eccleſiaſtica: cum ergo tempore interdicti illis conceſſum ſit principale, videtur etiam implicitè conceſſum acceſſorium: quibus enim viuentibus licitè communicamus in Diuinis, poſſumus etiam cum illis cõmunicare poſt mortem: Ità Sayrus de Cenſ. lib.5. c.8. num.11. Syluester Verbo Interdictum 5. q.2. §.4. Tabiena §.11. Armilla num.49. Nauarrus c.27. nu.181. Auila p.5. D.4. ſect.3. d.4. §. ſed maior, & Bonacina tom.1. D.5. p.5. num.6.

Sayrus. Syueſter. Tabiena. Armilla. Nauarrus. Auila. Bonacina.

11 Secunda ſententia negatiua. Ratio ſecũdæ ſententiæ.

Secunda ſententia eſt negatiua, dicens: Priuilegium ſimpliciter conceſſum aſſiſtendi Diuinis officijs, non eſſe extendendum ad ſepulturam, cum ſint inter ſe diuerſa, & vnum non includit alterum: tria enim ſunt, quæ prohibentur, per interdicti ſententiam abſolutè latam vid. Sacramentorum participatio, Diuinorum officiorum aſſiſtentia, & ſepultura Eccleſiaſtica, qui ſunt tres effectus diſtincti, & vnus non includitur ſub alio, ergo non eſt, quòd priuilegium quantumuis fauorabile extẽdatur de vno effectu ad alium: nam etiam ampliſſima beneficij interpretatio ſub proprietate verborum contineri debet: Quare falſum eſt ſepulturam cõtineri ſub officio, cum ſint inter ſe diuerſa, & à diuerſis non fit illatio: ergo licèt aliquis, mediante tali priuilegio admitti poſſit ad Diuina officia audienda, non propter ei cõceditur Eccleſiaſtica ſepultura; Nihil enim eſt aliud ſepultura Eccleſiaſtica, quàm participatio loci Sacri poſt mortem: Officium autem Diuinum conſiſtit in aliqua publica oratione, vel ſacrificio, quæ fiunt in Eccleſia ad Deum colendum.

Reſpondetur ad fundamẽtum cõtrariæ ſententiæ. Differẽtia eſt inter vtrumq;

12 Probatur aſſertio alia ratione.

Patet hoc dictum à contrario ſenſu: Nam ſi quis eſſet interdictus à Diuinis officijs, & in ſententia interdicti non eſſet facta alia expreſſio aliorum effectuum, non eſſet adeò talis priuandus Eccleſiaſtica ſepultura, eò quod à Diuerſis non eſt facienda illatio: Ità è contra quando ſententia lata eſt generaliter, & ſimpliciter comprehendit omnes effectus, vti ſupra explicatum eſt: Si poſteà facta eſſet conceſſio vnius effectus, non intelligitur de alijs, niſi de illis facta ſit mentio: cum ergo in tali priuilegio nulla facta ſit mentio ſepulturæ (vt ſupponitur) non eſt extendendum ad illam.

13 C. Cum plantare de Priuil.

Quare in c. Cum, & plantate, de Priuileg. §. Quod

ſi,

ſi permittitur diuinum officium in Eccleſia interdicta, & negatur in ea Eccleſiaſtica ſepultura: ex quo patet ſepulturam non tantum propter diuinum officium, ſed per ſe eſſe negatam: Ita Gloſſa in Clement. prima de ſepulturis cum alijs Canoniſtis, & Couar. in c. Alma mater § 2. n. 6. Maiolus de Irreg. c. 27. n. 8. Suarez D. 35. ſect. 1. num. 13. Vgolinus de cenſ. tab. 5 c. 9. §. 3. num. 2. Alterius tom. 2. D. 6. c. 2. colum. 3. Coninch. D. 17. d. 2. num. 52. Filliuc. tr. 18. c. 4. n. 95. quæ ſententia mihi videtur probabilior.

Gloſſa in Clementina. Couar. Maiolus. Suarez. Vgolinus. Alterius. Coninch. Filliucius.

14 Secunda Difficultas. De quatuor ſolemnitatib. præcipuis.

Sed iterum inſurgit alia difficultas: An ſaltem in illis Feſtiuitatibus, in quibus in c. Alma conceditur poſſe omnes etiam laicos licitè admitti ad Diuina officia publicè celebrata, liceat etiam tunc abſque alio ſpeciali priuilegio ſepelire laicos in loco Sacro?

Prima ſententia affirmatiua.

Reſpondetur circa hoc, controuerſiam eſſe inter Doctores quidam enim affirmant, alij verò negant: exiſtimant enim aliqui, quòd in talibus ſolennitatibus poſſit licitè concedi Eccleſiaſtica ſepultura corporibus defunctorum: Nam cum in illis diebus permiſſum ſit celebrari publicè in Eccleſia diuina officia, in quibus admittuntur omnes etiam interdicti, conſequenter videtur conceſſum officium ſepulturæ: nam conceſſo principali, quòd eſt diuinum officium, conceditur etiam acceſſorium, quòd eſt ſepultura: Itá Angelus in verbo Interdictum 6. nu. 35. Syneſt. q. 2. Tabiena num. 10. Sayrus lib. 5. cap. 8. num. 11. Nauar. c. 27. num. 181. Henriq. lib. 13. c. 44. num. 5. & c. 46. num. 4. & Bonacina de Interd. D. 5. p. 5. num. 7. quos videtur ſequi Diana p. 5. tr. 10. reſol. 67.

Ratio primæ ſententiæ.

Angelus. Syluester. Tabiena. Sayrus. Nauarrus. Henriq. Bonacina. Diana.

15 Secunda ſententia negatiua.

Alij autem Doctores contrarium exiſtimant dicentes: Non poſſe licitè in eiſdem ſolemnitatibus laicis, non habentibus ſpeciale priuilegium concedi Eccleſiaſticam ſepulturam tempore interdicti: & ratio iſtorum eſt, quia relaxatio vnius partis Cenſuræ non ſupponit reliquas, niſi eas, quæ expreſsè conceduntur: At in c. Alma mater ſolummodo conceditur poſſe in Eccleſiis celebrari Diuina officia publicè pro celebrãdis Feſtiuitatibus illorum dierum, non autem ſit aliqua mentio de ſepultura, cùm non ſit eadem ratio: nam Diuinorum officiorum celebratio conceditur pro ſolemnitate celebranda: Sepultura autem non pertinet ad celebrationem ſolẽnitatum: ideò, &c. Itá tenent ferè omnes Canoniſtæ in Clementina prima de ſepulturis, vt Zabarella §. A iure q. 9. Ancharanus n. 5. Cardinal. Imola, & Panormit. Io: Andreas, Geminianus, & Couarruuias in c Alma de ſent. excom. num. 8. Palud. in 4. D. 18. q. 8. A. 2. concl. 10. Suarez D. 38. ſect. 1. num. 13. Auila p. 5. D. 4. ſect. 3. d. 4 §. ſed contra: Coninch D. 17. d. 2. n. 55. Alterius tom. 2. D. 6. c. 3. Cornero in 3. p. tr. 5. de Interd. D. 3. §. 4. q. 1. Præpoſitus in 3. p. q. 4. de Interd. d. 3. n. 42. Hurtadus de Interd. diffic. 9. nu. 30. Gordonus tom. 2. lib. 7. quæſt 16. cap. 4. num. 44. Villalobos in ſumm. tom. 1. tr. 19. diffic. 8. num. 4. cum alijs.

Ratio ſecũdæ ſententiæ.

C. Alma mater.

Zabarella. Ancharanus. Imola. Panormitan. Io: Andreas. Geminian. Couarr. Paludan. Suarez. Auila. Coninch. Alterius. Corneio. Præpoſitus. Hurtadus. Gordonus. Villalobos.

16 Quæſtio 1. Quid veniat nomine eccleſiaſticæ ſepulturæ?

Sed quæritur modo: Quid veniat ſub nomine ſepulturæ Eccleſiaſticæ?

Reſpondetur: Non ſolùm intelligi ſepulturam quælibet in Eccleſia conſecrata, ſed etiam non conſecrata, dummodo ſit benedicta, vt in ea celebrẽtur Diuina officia: Sic etiam intelligitur Cęmeterium ab Epiſcopo benedictum: Eſt autem Cęmeterium locus ſepulturæ deſtinatus, in quo mortui dormire dicuntur, quaſi diceretur dormitorium defunctorum: Quare à Græcis appellatur κοιμητήριον, quod deriuatur à Verbo Græco κοιμάω, quod idem eſt quod ſopio apud latinos.

Cęmeterium, quid ſit, & vnde dicatur.

17 In quo loco ſint ſepeliẽdi interdicti.

Quando autem tale Cæmeterium non adhuc eſſet ab Epiſcopo benedictum, poſſent tunc licitè in illo interdicti tempore ſepeliri mortuorum corpora, vel quando non adeſſet tale Cæmeterium non benedictum, tunc ſepelienda ſunt mortuorum corpora in campo, ſiuè aliquo honeſto loco: prout dicit Gloſſa in Clement. prima de ſepulturis verba Cæmeterijs: Ita Sayrus de Cenſ. lib. 5. c. 8. nu. 19. & Filliucius d. tr. 18. c. 4. n. 91.

Gloſſa in Clement. Sayrus. Filliucius.

18 Quæſtio 2.

Quæritur ſecundo: An laicus tempore interdicti ſepultus extra Eccleſiam in loco non Sacro, ſublato interdicto poſſit exhumari, & ſepeliri de nouo in loco Sacro?

Sublato interdicto poſſunt corpora fidelium reponi in Eccleſia.

Reſpondetur Affirmatiuè: nam ſublata Cenſura interdicti, ceſſat etiam talis effectus, modo talis laicus pęnitens deceſſiſſet ex hac vita, ſaltem cum ſignis contritionis, & pęnitentiæ: Ideòque diligenter eſt attendendum, vt tempore interdicti defunctorũ corpora eorum, qui cum ſignis pœnitentiæ mortui ſunt ſepeliantur in loco ſeparato ab illis, qui ſine ſigno pœnitẽtiæ deceſſerunt eò, quia illi tantùm ſunt poſtea transferendi ad loca Sacra, non verò alij, Ita Innocentius in c. Tanta de Exceſſibus Pręlat. & Hoſtienſ. ibi, & Panormit. in c. Quod in te nu. 10. in fine, Vgolinus de Cenſ. tab. 5. c. 9. §. 4. Henriquez lib. 13. c. 44. n. 5. Sayrus lib. 5. c. 8. n. 21. Nauarrus c. 27. num. 176. Filliucius d. tr. 18. c. 4. n. 96. & Alterius tom. 2. de Interd. D. 6. c. 3. col. 4.

Innocentius III. Hoſtienſis. Panormitan. Vgolinus. Henriquez. Sayrus. Nauarrus. Filliucius. Alterius.

19 Quæſtio 3.

Quæritur tertiò: An infantes, & amentes tempore interdicti ſepeliri poſſint in loco Sacro?

De Infantibus, & amentibus.

Reſpondetur diſtinguendo: vel loquimur de Interdicto locali, vel perſonali, ſi primum, reſponſio eſt negatiua: nam interdictum locale, ſiue ſpeciale, ſiuè generale reddit locum ipſum interdictum incapacem ſepulturæ Eccleſiaſticæ cuiuſcumq; cadaueris, ſiuè adulti, ſiuè infantis: Si verò interdictum ſit perſonale generale, tunc etiam, neque tales in loco Sacro poſſunt licitè ſepeliri, quia etiam infantes, & amentes in caſu videntur aliqua ratione eſſe pars illius communitatis interdictæ: Quare effectus interdicti, quò ad ſepulturam non reſpicit vſum rationis, ſed cadauera illius communitatis interdicti, ſiuè ſint adultorum, ſiuè infantium, ideòque ſequitur, neq; tales poſſe licitè habere Eccleſiaſticam ſepulturam, durante tali interdicto: prout dicunt Nauarrus c. 27. n. 168. Sayrus lib. 5. c. 8. num. 5. Sanchez de matr. lib. 3. D. 18. Suarez D. 35. ſect. 1. num. 2. Henriquez lib. 13. cap. 49. num. 2. Filliucius d. tr. 18. cap. 4. num. 90.

Tẽpore interdicti localis non licet. Neque interdicti vniuerſalis.

Nauarrus. Sayrus. Sanchez. Suarez. Henriquez. Filliucius.

20 Tempore interdicti perſonalis ſpecialis licet.

Si verò loquimur de Interdicto perſonali ſpeciali: tunc Reſpondendo, dicimus: Infantes, & amentes poſſe licitè ſepelliri in loco Sacro, dummodo talis locus non ſit interdictus: & ratio huius eſt, quia tempore interdicti perſonalis ſpecialis infantes, & amentes non comprehenduntur ſub tali cenſura, quæ tantùm fertur contra delinquentes, qui autem carent vſu rationis culpabiles eſſe non poſſunt, neq; locus in caſu eſt interdictus, vt ſupponitur, ideo &c. Ità communiter omnes Doctores ſupracitati nu. præcedenti, cùm Bonacina D. 5. p. 5. n. 9.

Bonacina.

21 Quæſtio 4. De Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ. An ſit interdictum, vel ſuſpenſio?

Quæritur Quartò: de Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ: Quidnam ſit, & quos effectus habeat talis cenſura?

Reſolutio.

Reſpondetur, quòd licèt ſit controuerſia inter Doctores, quidnam propriè ſit hæc cenſura: Suſpẽſionis, an interdicti: ſunt enim aliqui exiſtimantes eſſe Cenſuram Suſpenſionis, eò, quod ſuſpendat a facultate ingrediendi Eccleſiam: Alij vero probabilius dicunt: Eſſe quamdam ſpeciem interdicti perſonalis, & addere aliquem effectum ſpecialem, quem

non

Digitized by Google

non habent alia interdicta perſonalia: nam illa priuant ſimpliciter participatione Diuinorum in omni loco, hoc autem ſolummodo priuat in Eccleſia: Quare ſic interdictus, nec Diuina officia, neq; ſepulturam in Eccleſia participare poteſt: prout colligitur ex cap. Is, qui de ſent. excom. in 6. Ita Innocentius, & Panormitanus, & Felinus ibi, & in cap. Sacro eodem titulo, Couarruuias in cap. Alma. p. 2. §. 1. n. 3. Sylueſter Verbo Interdictum 6. q. 5. Suarez D. 35. ſect. 4. n. 5. Filliucius tr. 18. c. 4. n. 102.

cap. Is, qui de ſent. excom. Innocent in. Panormitan. Felinus. Couarruuias. Sylueſter. Suarez. Filliucius.

22 Sed difficultas eſt circa ſecundam partem de effectibus illius cenſuræ: An vid. taliter interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ ſit totaliter priuatus, ne Eccleſiam aliquando introire licitè poſſit?

Difficultas. An talis poſſit aliquando Eccleſiam introire? Prima ſententia. Panormitani. Calderinus. Gordoni.

Reſpondetur circa præſentem difficultatem: tres eſſe ſententias: quarum, prima eſt Panormitani in cap. Eccleſia de Immunitat. Eccleſ. n. 5. Calderini de Interd. Eccl. num. 2. verſ. Sed quæritur, & Gordoni in ſum. tom. 2. lib. 7. q. 16. c. 8. n. 55. & 56. & aliorum dicentium. Per talem cenſuram omnem, & quemcumque ingreſſum Eccleſiæ perſonæ ita interdictæ eſſe prohibitum, eò quod nulla eſt ratio, vt à proprietate verborum diſcedamus: nam cum talis perſona ſit interdicta ſimpliciter ab ingreſſu Eccleſiæ, ita ſimpliciter eſt intelligenda, nec aliter, nec alio modo.

23 Secunda ſententia exiſtimat etiam talem cenſuram intelligẽdam eſſe ſimpliciter ab omni ingreſſu Eccleſię ad Diuina facienda, & audienda, atque in ea orandum formaliter, non autem materialiter: Dicitur autem ingreſſus Eccleſiæ formalis quandò quis eam ingreditur, vt Eccleſia eſt ad ea vtendum, tanquam loco Sacro inſtituto ad Sacra ibi facienda, atque orandum: non eſt autem per talem cenſuram inhibitus ingreſſus Eccleſiæ materialis, ideòque poterit licitè iſte talis per Eccleſiam tranſire, vel eam ingredi ad loquendum, vel diſputandum, vel concionem, ſiue lectionem audiendam, & huiuſmodi: quia tunc non vteretur Eccleſia talis perſona ſic interdicta, vt Eccleſia eſt, ſed, vt quodam communi loco: Iura autem loquuntur de Eccleſiæ ingreſſu, quò ad Sacrum vſum, non autem de ingreſſu materialiter, & non formaliter: Ita Suarez D. 35. ſect. 4. n. 33. Comitulus in reſponſ. mor. lib. 6. q. 49. Comcio in 3. p. de Interd. tr. 5. D. 2. §. 4. quæſt. 1. cum alijs.

Secunda ſententia. Diſtinguit de ingreſſu materiali, & formali. Ingreſſus formalis, quid ſit. Suarez. Comitulus. Comcio.

24 Tertia ſententia eſt Nauarrus cap. 27. num. 170. Reginald. tom. 2. lib. 32. tr. 3. c. 30. num. 41. Couar. in c. Alma p. 2. §. 1. num. 3. Coninch D. 17. d. 2. n. 59. Auilæ de cenſ. p. 5. D. 4. d. 5. concl. 6. Filliucius tr. 18. c. 4. num. 101. Bonacina tom. 1. D. 5. p. 5. de Interd. nu. 12. Villalobos in ſum. tom. 1. tr. 19. diffic. 9. nu. 4. Hurtadi tr. de Interd. diffic. 9. num. 31. & Dianæ p. 5. tr. 10. reſol. 72. aliorumque dicentium: Interdictos ab ingreſſu Eccleſiæ, dum non celebrantur ibi Diuina officia poſſe ibi licitè ingredi ad orandum oratione priuata: Nam Eccleſia propriè inſtituta eſt ad Diuina officia facienda, & audienda, & celebrandum, non autem ad priuatas orationes fundendas, niſi per accidens, & conſecutiuè, ideoque non eſt illis omnis ingreſſus Eccleſię ſimpliciter prohibitus, ſed ſolum ad Diuina officia audienda, & celebranda, & participanda.

Tertia ſententia. Nauar. Reginaldi. Couar. Coninch. Auilæ. Filliucius. Bonacina. Villalobos. Hurtadi. Dianę. Dicit ſolum ad Diuina officia eſſe interdictum, nõ autẽ ad alia.

25 Inſuper poterit abſque ſcrupulo ſic interdictus tranſire per Eccleſiam dum Diuina officia celebrãtur, & per tranſitum orare, ſic etiam ad diſputandum, aut concionem audiendam, &c. quia tunc huiuſmodi ingreſſus Eccleſiæ non eſſet formalis, ſed tantùm materialis, ideòque per talem cenſuram non intelligitur prohibitus ſecundum piam intentionem ipſius Eccleſiæ: Quare hæc ſententia videtur magis probabilis, & magis rationi conſentanea: non enim credibile eſt velle Eccleſiam priuare ſuos fideles omni, & quocumq; ingreſſu Eccleſiæ, ſed ſolũ ad Diuina facienda, & participanda, vt diximus.

Nõ eſt prohibitus ingreſſus materialis, ſed formalis. Reſolutio. Intentio Eccleſiæ.

26 Concludimus ergo, Perſonam interdictam ab ingreſſu Eccleſiæ, non poſſe in eam ingredi ad Diuina officia audienda, vel celebranda, quare ſi quis Clericus, ita interdictus celebraret intra Eccleſiam, ſiue Sacramenta adminiſtraret, vel Sacrum aliquem ordinem exerceret, non ſolùm mortaliter peccaret, verum etiam irregularitatem ipſo facto incurreret, eò quod in caſu violarent interdicti cenſuram per exercitium ordinis Sacri: pro vt patet ex cap. Is, cui de ſent. excom. in 6. poterit tamen licitè extra Eccleſiam celebrare, in aliquo tentorio, ſiuè priuato oratorio: & ratio huius eſt, quia talis eſt interdictus tantummodo ab ingreſſu Eccleſiæ, non autem ab ingreſſu cuiuſlibet loci Sacri ad Diuina facienda: Ita Suarez D. 35. ſect. 4. n. 6. Nauarrus c. 27. num. 170. Auila D. 5. c. 5. Sayrus lib. 5. c. 8. num. 21. Reginaldus lib. 32. tr. 3. nu. 39. & 40.

Concluſio. Quæ ſũt prohibita per interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ. Quando tranſgrediens fiat irregularis. C. Is, cui de ſent. excom. In quo loco poterit celebrare. Suarez. Nauarrus. Auila. Sayrus. Reginaldus.

27 Si autem taliter interdictus non exerceret aliquem actum ordinis Sacri intra Eccleſiam, ſed tantummodò ingrederetur in eam ad celebranda, vel audienda Diuina officia formaliter, tunc peccaret quidem mortaliter, faciendo contra Ordinem cenſuræ, non autem fierit irregularis, quia Diuinum officium non eſt exercitium Sacrorum Ordinum, quòd idem dicendum eſt de minoribus ordinibus: nam irregularitas tantũ contrahitur per exercitium Sacri Ordinis contra cenſuram: Ita Em. Sà Verbo Interdictum nu. 19 & Bonacina D. 5. p. 5 n. 11. cum omnibus Doctoribus, numero pręcedenti citatis.

De Irregularitate. Diuinum officium cum eſt exercitiũ Sacrorum Ordinum. De minoribus ordinibus. Em. Sa. Bonacina.

28 Inſuper dicimus, taliter interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ non poſſe poſt mortem habere ſepulturam in Eccleſia, neq; in Cæmeterio benedicto, niſi forte in mortis articulo dediſſet manifeſta ſigna pænitentiæ, & contritionis, quia tunc poſſet legitimè in loco Sacro ſepeliri, prout expreſsè dicunt in cap. Is, cui de ſent. excom. in 6. Ita Sayrus cap. 7. nu. 20. & cap. 9. num 24. Suarez D. 35. ſect. 4. & D. 38 ſect. 1. nu. 20 Auila p 5. D. 4. ſect. 3. d. 5. concl. 5. Filliucius d. tr. 18. cap. 4. num. 101. Cauarruuias in cap. Alma p. 2. §. 1. num. 3. Vgolinus de cenſ tab. 5. cap. 16. §. 4. Em. Sà Verbo. Interd. num. 19.

Nõ poteſt taliter interdictus ſepeliri in loco Sacro. C. Is, cui de ſent. excom. Sayrus. Suarez. Auila. Filliucius. Couar. Vgolinus. Em Sa.

29 Quęritur quintò: An taliter interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poterit licite Sacramenta intra Eccleſiam recipere.

Quæſtio 5. An poterit recipere Sacramenta? Prima ſententia negatiua.

Reſpondetur: Duas eſſe ſententias, vnam negatiuam, aſſerentem huiuſmodi non poſſe in ea licitè Sacramenta recipere, etiam ſi tunc in dicta Eccleſia actualiter Diuina officia non celebrentur: & ratio iſtorum, eſt quia interdictum eſt, illi, ne ingrediatur Eccleſiam: ad Diuina officia audienda per conſequens cenſetur eſſe interdictam Sacramentorum receptione in Eccleſia: Non enim eſt credibile Eccleſiam voluiſſe aliquem iudicare indignum, vt Diuinis officijs interſit, & voluiſſe permittere, vt cum alijs fidelibus in Eccleſia Sacramenta recipere poſſet: Nam Eccleſia non tantum inſtituta eſt ad Diuina officia celebranda, ſed etiam ad Sacramenta miniſtranda, & recipienda: Ita Gloſſa Can: Preſenti 5. q. 2. vbi generaliter videtur dicere, quòd, *Quando interdicta eſt Eccleſia, interdicta ſunt pariter Sacramenta in ea recipere*: Ita Suarez D. 35. ſect. 4. num. 5. Coninch. D. 17. d. 2. num. 59. Hurtadus tr. de Interdicto diffic. 9. Alterius tom. 2. D. 7. c. 1. & Gordonus tom. 2. lib. 7. q. 16. c. 8. num. 56.

Ratio iſtius ſententiæ. Gloſſa in can. Præſenti. Suarez. Coninch. Hurtadus. Alterius. Gordonus.

30 His tamen non obſtantibus eſt ſecunda ſententia affir-

Sẽcunda ſẽtẽtia affirmatiua.

Digitized by Google

affirmatiua, dicens: per interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ ſolum eſſe inhibitum vſum Diuinorum officiorum actiuè, & paſſiuè, & ſepulturæ: non autem receptionem Sacramentorum, maximè quando in ea actu Diuina officia publica non celebrantur: nam in pœnalibus non eſt facienda extenſio pluſquam par eſt: Ita Henriquez lib. 13. c. 32. nu. 2. Auila p. 5. D. 4. d. 5. concl. 6. Bonacina D. 5. p. 5. num. 12. & Diana p. 5. de Interdicto tr. 10. reſol. 37. quam etiam ſententiam valdem probabilem dicit eſſe Coninch.

Henriq. Auila. Bonacina. Diana. Coninch.

31 *Quæſtio 6.* Quæritur ſextò: An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit in Cæmeterio officia Diuina audire, & ibi Miſſam celebrare.

Prima opinio. Paludanus. Villalobos. Gloſſa.

Reſpondetur, quòd licèt ſint nonnulli Doctores, hoc negantes, vt Paludan. in 4. D. 18. quæſt. 7. A. 3. concl. 1. & Villalobos in ſum. tom. 1. tr. 19. diffic. 9. num. 5. quibus videtur facere Gloſſa in cap. Is, cui de ſent. excom. in 6. in verbo Cæmeterio, vbi dicit *talem interdictum prohibere etiam celebrationem in Cæmeterio, ſiue tale Cæmeterium ſit contiguum Eccleſiæ ſiuè non:* & ratio illorum eſt, quia ſub nomine Eccleſiæ, etiam Cæmeterium ipſius comprehenditur, tanquam acceſſorium ſub principali: vnde interdicta Eccleſia dicitur cõſequenter eſſe interdictum Cæmeterium ipſius Eccleſiæ: ideòq; ſimiliter, cum quis interdictus eſt ab ingreſſu Eccleſiæ, eadem ratione interdictus eſt ab ingreſſu Cæmeterij; nam acceſſorium comprehenditur ſub principali.

Ratio primæ opinionis.

32 *Secunda ſententia.* Et quamuis iſta ſententia ſit valde probabilis adeſt tamen oppoſita ſententia, quæ tanquam fauorabilior eſt tenenda, dicens: *Per Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, quò ad Diuina facienda, & audienda, non comprehendi Cæmeterium*, eò quod in odioſis nomine Eccleſiæ, non ſignificatur Cæmeterium, neque eſſe aliquod ius, aut rationem cogentia ad faciendam talem extenſionem, quò ad iſta duo, nempè Sacramenta recipienda, & audienda, vel facienda Sacra, maximè, quod talis locus, non eſt per ſe deputatus ad alios Sacros vſus, præterquam ad ſepulturam Eccleſiaſticam, ideoq; reſpectu illorum Diuinorum officiorum, ferè ſe habet ſicut alia loca priuata, quamuis habeat quãdam maiorem decentiã, eò quod aliquo modo locus ſit Sacer: tamen hoc non eſt ſatis, vt ſub illo interdicto comprehendatur, quantũ ad alios actus: ideòque in cap. Is, cui de ſentent. excom. in 6. tanquam non ſatis indicatum, prius nominè Eccleſiæ additur Cæmeterij, vt ad ipſum extenderetur priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ: Ita Suarez D. 35. ſect. 4. num. 12. Fillincius d. tr. 18. c. 4. nu. 103. Reginald. tom. 2. lib. 32. tr. 3. cap. 29. n. 41. Alterius tom. 2. D. 7. col. 7. cap. 2. & Bonacina D. 5. p. 5. nu. 11. & Diana p. 5. tr. 10. de Interd. reſol. 75.

c. Is, cui de ſent. excom.

Suarez. Fillincius. Reginaldus. Alterius. Bonacina. Diana.

TRACTATVS XIX.

De interdicto. Tract. II.

PROOEMIVM.

TRactatu primo huius cenſuræ, tam abſoluto, in quo quidditatem ipſius definiendo, & diuidendo explicauimus, ac inſuper enumerando ſpecies ipſius proximas, & principales, agendo de interdicto locali, & perſonali, tam generali, quam etiam ſpeciali, ac tandem de cauſis, & effectibus ipſius, quæ omnia ad generalem cognitionem talis cenſuræ erant neceſſaria: Supereſt modo, vt in hoc ſecundo in ordine tractatu nonnulla dicantur de violatione talis cenſuræ, & de peccatis, quæ committuntur à tranſgreſſoribus, & de pœnis, quæ infliguntur in iure contra huiuſmodi tranſgreſſores interdicti: deindè de relaxatione, & abſolutione talium pœnarum, & cenſuræ; ac poſtmodum de caſibus, quibus mediantibus incurritur talis cenſura interdicti ſecundum iura communia; quæ omnia breuiter in tribus capitulis perſoluentur.

Diuiſio tractatus.

DE PECCATIS, AC PŒNIS CONTRA violantes interdicti cenſuram.

CAP. I.

PRo clara notitia huius præſentis materiæ, ne in æquiuocis laboremus oportet primo diſtinguere de interdicto locali, & perſonali, tam generali, quam ſpeciali, & quodlibet, vel in ordine ad Clericos, vel ad laicos tantùm: non enim in omnibus circa omnia vertit eadem omninò ratio, ideoque loquẽdo de interdicto perſonali, tàm generali, quam etiam ſpeciali, ponimus primam concluſionem reſponſiuam, ſequendo communiorem Doctorum claſſicorum ſententiam, dicendo. 1

Introductio capituli. *Cõcluſio vniuerſalis.*

Omnes, ſinguloſq; fideles vtriuſq; ſexus, ſiuè ſint Clerici, ſiue laici, qui eſſent per cenſurã ſpecialiter interdicti, propter eorum culpam, ſiuè contumaciã, vel quia fuerunt culpabiles cauſa talis interdicti, vel quia interdicti eſſent in generali interdicto perſonarum talis communitatis, cum ſint partes illarum perſonarum, quæ ſubijciuntur interdicto, tàm Clerici, quam laici, violando cenſuram interdicti, lati in aliquo ex tribus effectibus in ſuperioribus capitulis explicatis, vel celebrando Diuina officia, vel ea audiendo, peccare mortaliter: cuius ratio eſt, quia per tale interdictum perſonale, ſiuè ſpeciale, ſiuè generale directè remouetur quælibet perſona interdicta, quæcumq; ſit illa ab adminiſtratione, & aſſiſtentia Diuinorum, ac Sacramentorum actiua, & paſſiua participatione. & Eccleſiaſtica ſepultura recipienda poſt mortem, cuius materia eſt grauis, ideòq; tale præceptum obligat omnes ad mortale: quare contrafacientes à culpa mortali, non ſunt excuſati, niſi paruitas materiæ, vel ignorantia, ſeu inaduertentia inculpabilis eſſet in cauſa, vel metus grauis ineuitabilis aliquando excuſaret: Ita D. Ant. 3. p. tit. 26. c. 4. §. 1. Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1. concl. 6. Nauar. c. 27. n. 187. Henriq. lib. 13. c. 46. §. 3. Suarez D. 34. ſect. 5. n. 4. Filliuc. tr. 18. c. 2. n. 54. & c. 3. n. 81. & 85. Coninch. D. 17. d. 3. n. 64. Auila de cenſ. p. 5. D. 5. d. 2. concl. 1. Bonac. tom. 1. D. 5. de Interd. p. 6. n. 1. 2

Violantes interdicti cenſurã mortaliter peccant. *Ratio aſſertionis.* *In quibus caſibus, datur excuſatio à pœn.* *D. Antonius. Soto. Nauarrus. Henriquez. Suarez. Fillincius. Coninch. Auila. Bonacina.*

Dixi (*ſequendo communiorem ſententiam*, quia ſunt nonnulli Doctores, vt Caietanus in ſum. verbo interdictum cũ ſuis aſſeclis exiſtimantibus laicos interdictos tantùmodò generaliter, & non ſpecialiter, quando eſt vnus de populo interdicto, ſi ipſe nõ fuit cauſa culpabilis talis interdicti, non peccare mortaliter, ſi aliquãdo cauſa deuotionis Diuinis intereſſet, ſecluſo ſcandalo, & contemptu: communis tamen ſententia contrarium exiſtimat, niſi aliquando quis eſſet excuſatus à mortali culpa ratione inaduertentiæ, ſiuè paruitatis materiæ, aut neceſſitatis ineuitabilis. 3

Opinio Caietani. *Reijcitur.*

Sed difficultas eſt: An quando laicus nõ eſſet perſonaliter interdictus, ſed tantũ localiter ratione loci ideſt tẽpore interdicti localis, ſiuè generalis, ſiuè ſpecialis, quando ſinè vi, & metu, ſcandalo, vel contemptu, ſed ſimpliciter cauſa deuotionis audiret 4

Difficultas de interdicto locali.

Diuina officia, ſiuè Miſſas, quæ in Eccleſia aliqua celebrentur peccet, & faciat contra ordinem cenſuræ? in qua quidem difficultate tres ſunt opiniones Doctorum.

5 Prima ſenten tia. Garcia. Nauar.

Prima eſt ipſius Caietani verbo interdicti, violatio circa finem, quam ſequitur Nau. c.27.nu.187. cùm alijs exiſtimantibus: Laicos audientes Diuina officia, ſiuè Miſſas in loco interdicto celebratas, non peccare, non ſolùm mortaliter, ſed neque venialiter: quorum ratio eſt: Quia præceptum interdicti localis non dirigitur ad Laicos, ſed tantummodò ad Clericos, quibus inhibetur, ne admittant Laicos, non habentes priuilegia ſpecialia ad diuina officia tempore interdicti localis, prout colligitur ex iuribus, vt ex c. Reſponſum de ſent. excom. & cap. Licèt de Priuileg. in 6. & c. Non eſt vobis de Sponſalibus vbi tantummodò præcipitur Clericis, ne tempore interdicti admittant ſæculares ad diuina officia audienda: cùm ergo præceptum non dirigatur per ſe ad ipſos Laicos, peccatum tranſgreſsionis non eſt illis imputandum: nam vbi non eſt præcepti violatio nullum poteſt eſſe peccatum, quam opinionem probabilem exiſtimat Auila, licèt ipſe teneat ſecundam opinionem tanquam probabiliorem.

Ratio iſtorũ. C. Reſpõſum. C. Licet. C. Non eſt vobis. Inclinat Auila.

6 Excipiunt quinque caſus. Primus. Secundus caſus.

Excipiunt tamen iſti Doctores quinque caſus: Primò quando ex tali aſſiſtentia diuinorum tempore interdicti reſultaret ſcandalum apud cæteros fideles, exiſtimantes illos violare interdictum: Secundò, quando talis perſona per vim, aut metum ingrediatur ad audienda diuina officia contra voluntatem Clericorum celebrantium, maximè ſi poſtquam eſt ingreſsa in templum, ſi moneatur à miniſtris Eccleſiæ, vt exeat, hoc tamen non obſtante, nolit obedire, tunc enim talis perſona à peccato non eſſet excuſata, quia cum miniſtri Eccleſiæ teneantur ſub præcepto illos excludere à diuinis tempore interdicti, ſequitur, quòd tunc tales teneantur in tali caſu obedire, alias daretur bellum iuſtum ex vtraque parte, quòd implicat.

7 Tertius caſus

Tertius caſus quando talis perſona laica ingrederetur Eccleſiam fraudulenter, cum mendacijs, dicendo ſe habere priuilegium Bullæ Cruciatæ, vel ſe eſſe Clericum, ſaltem prima tonſura ordinatum: quia in caſu tale mendacium eſſet pernicioſum, & eſſet quoddam genus violentiæ in re graui, quia ex hoc faciliter contemneretur, & vileſceret cenſura interdicti, & reſultaret in iniuriam Clericorum, quibus competit ex officio excludere Laicos, non priuilegiatos à diuinis officijs tempore interdicti: Ità Nauar. d.c.27. nu.187. §.4. & Auila p.5. D.5. d.2. concl.1. §. ſupponendum eſt.

Nauarrus. Auila.

8 Quartus caſus.

Quartus caſus eſt, quando talis perſona eſſet cauſa impulſiua, vt officia diuina celebrentur à Clericis ipſa præſente, rogando, vel præcipiendo, cùm minis, vt celebrent diuina officia tempore interdicti in loco interdicto contra ordinem cenſuræ, quia tunc talis perſona laica eſſet cauſa talis peccati, ideòque à culpa non eſſet excuſata: prout dicunt Nauar. cùm Auila loc. cit.

Nauar. Auila.

9 Quintus caſus.

Quintus caſus eſt, quando talis perſona Laica exerceret ea officia diuina in loco interdicto, quæ ſi Clericus exerceret violaret interdicti cenſuram: tunc enim non ſolum mortaliter peccaret, ſed etiam in tali caſu puniri poſſet ab Eccleſiaſtico iudice, cùm tale delictum ſit Eccleſiaſticum: Ità Henriquez lib.13. c.46. nu.3. Nauar. & Auila locis ſupracitatis. Secluſis ergo hiſce quinque caſibus, exiſtimant illi Doctores, non peccare aliquo modo Laicos, intereſsẽdo diuinis tẽpore interdicti localis.

Henriq. Nauar. Auila.

Secunda ſententia concedit quidem dictos Laicos, ſecluſis hiſce quinque caſibus, non peccare mortaliter, ſed exiſtimat non eſſe excuſatos ſaltem à culpa veniali: Quorum ratio eſt, quia licèt præceptum iuris non dirigatur directè ad Laicos, reducitur tamen ad illos quatenus faciunt dicti Laici cõtra expreſſam intentionem Clericorum, ideòq; exiſtimant iſti Doctores: in caſu non eſſe excuſatos huiuſmodi Laicos ſaltem a culpa veniali: ita Sylu. verb. Interd.6. n.7. Angel. eodem verb.7. nu.9. Reginald. tom.2. lib.32. tr.3. c.30. n.42. Valentia to.4. D.7. q.18. p.2. Layman lib.1. tr.5. de interd. p.4. c.3. n.2. Henriq. lib.13. c.46. n.3. Auila de cenſ. p.5. D.5. d.2. concl.1. §. Quamuis, & Diana p.5. tr.10. reſ.68. 10

Secunda ſententia. Ratio ſecundæ ſententiæ. Syluest. Angel. Reginald. Valentia. Layman. Henriquez. Auila. Diana.

Tertia ſententia dicit: omnes, & quoſcumque, ſiuè Clericos, ſiuè Laicos ſcienter violantes cenſuram interdicti ſiuè localis, ſiue perſonalis, aſſiſtendo diuinis officijs tempore interdicti in loco interdicto, ſiuè ſpecialiter, ſiuè generaliter, ſinè ſpeciali priuilegio Apoſtolicæ Sedis, vel in caſibus in iure non permiſsis peccare mortaliter, eo quia faciunt contra prohibitionem Eccleſiæ in materia graui, quæ eſt violatio cenſuræ, quæ violari non poteſt ſine culpa mortali. 11

Tertia ſententia.

Ratio autem, in qua fundatur iſta ſententia eſt, nam interdictum etiam locale latum eſt contra omnes in eo loco exiſtentes, ſiuè Clericos, ſiue Laicos, nam etiam laici prohibentur directè, ne in loco interdicto licitè poſſint aſſiſtere diuinis officijs: ergo tranſgrediendo tale præceptum ex ſuo genere peccant mortaliter: præceptum enim tale eſt genericum, & abſolutum comprehendens omnes fideles, ſiue Clericos, ſinè Laicos: clarum enim eſt ſecundum iura communia, non eſſe licitum Laicis intereſse diuinis in loco interdicto, ergo eſt illis, ſaltem virtualiter prohibitum, quia cum intereſſe diuinis, ſecundum ſe non ſit malum, non poteſt fieri illicitum, niſi ex prohibitione Eccleſiæ ratione cenſuræ: Ità Suarez D.34. ſect.5. nu.4. Filliuc. tr.18. c.3. nu.8. Coninch. D.17. d.3. n.68. Bonac. tom.1. D.5. p.7. nu.1. Hurtad. tr. de Interd. diffic.10. num.33. & Io. Præpoſitus in 3. p. q.4. de Interd. d.1. num.54. 12

Ratio tertiæ ſententiæ. Suarez. Filliucius. Coninch. Bonacina. Hurtadus. Io. Præpoſit.

Confirmatur iſta ſententia: ex c. Si ſententia de ſent. excom. vbi dicitur: *Ciuitate interdicta, licitum eſſe Ciuibus, qui culpa interdicto non dederunt extra ipſam intereſſe diuinis, &c.* ergo ſupponitur intra ipſam, non licere, ſed eſſe illicitum, ergo prohibitum: Quòd idem etiam colligi poteſt ex c. Licet de Priuileg. in 6. & c. Priuilegia eodem titulo, & ex alijs iuribus, quæ dicunt: *Laicos non eſſe admittendos ad diuina tempore interdicti, niſi ad hoc habeant ſpeciale priuilegium:* ergo illi, qui priuilegia non habent non poſſunt licitè intereſſe, alioquin fruſtra concederentur priuilegia, ſi ſine illis poſſint licitè aſſiſtere diuinis officijs, ideòq; iſta ſentẽtia videtur probabilior. 13

Confirmatur Concluſio. C. Si ſententia de ſent. excom. C. Licet. C. Priuilegia.

Verùm eſt tamen, quòd Laici violantes interdictum, ſiuè locale, ſiuè perſonale præter mortalem culpam nullam aliam pœnam incurrunt præcisè ex violatione interdicti, quia non eſt in iure expreſsa præter eã, quæ habetur in Clem.2. de ſent. excom. vbi excommunicantur omnes etiam laici cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, cogentes aliquem celebrare diuina officia in loco interdicto: aut vocantes alios interdictos, aut prohibentes, ne interdicti exeant poſtquam fuerunt à Clericis admoniti, vt exeant, ſicuti etiam excommunicantur ipſi interdicti, qui recuſant exire poſt huiuſmodi admonitionem: Ità Nau. c.27. n.104. Sayr. lib.5. c.14. n.14. Coninch. D.17. d.4. n.37. Bonacina D.5. p.7. n.2. & hæc quo ad Laicos. 14

Præter peccatum mortale non incurrũt alias pœnas. Niſi in quatuor caſibus ſecundũ Clementinam. Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Nauar. Sayrus. Coninch. Bonacina.

De

15 De Clericis nulla eſt controuerſia.

De Clericis autem, ſiuè ſæcularibus, ſiuè Regularibus nulla eſt dubitatio, quin violantes cenſuram interdicti, ſiue perſonalis, ſiue localis celebrando Diuina tempore interdicti, vel in caſibus non permiſſis, vel non ſeruantes conditiones poſitas in cap. Alma mater: peccare mortaliter ex ſuo genere, eò quod faciant directè contra præceptum Eccleſiæ in materia graui, niſi paruitas materiæ, ignorantia, ſeù inaduertentia inculpabilis, aliquando a mortali culpa eſſent excuſati, aut quando adſtricti eſſent propter metum grauem ineuitabilem, cadentem in cõſtantem virum, dum tamen talis metus non ſit illis incuſſus in contemptum præcepti Eccleſiaſtici, aut fidei, vel Religionis, quia tunc tenerentur etiam mortem ſuſtinere, aut quodcumq; incommodũ corporale, ne faciant contra fidẽ, Religionem, & Eccleſiam: prout dicunt omnes Canoniſtæ communiter.

In quibus caſibus eſſet aliquando excuſati à pœna.

16 Exercentes ordin. Sacros ſiunt irregulares: c. Is, cui de ſent. excom. Soto. Syluester. Caiet. Suarez. Vgolinus. Sayrus. Henriq. Filliucius. Coninch. Reginaldus. Bonacina.

Sed notandum eſt, quòd ipſi Clerici, violando Interdictum per exercitium Ordinis Sacri præter peccatum mortale incurrunt etiam irregularitatem: patet hoc ex cap. Is, cui de ſent. excom. in 6. vbi dicitur: *Per violationem interdicti in Miniſterio Sacramentorum incurri irregularitatem*: Ita Soto in 4. D. 22. quæſt. 3. A. 1. concl. 5. Syluester Verbo interdictum 6. quæſt. 3. Caietanus Verbo interdicti violatio, Suarez D. 34. ſect. 4. n. 6. Vgolin. tab. 5. c. 15. §. 1. Sayrus lib. 5. cap. 14. nu. 12. Henriq. lib. 13. cap. 43. num. 3. Auila p. 5. D. 5. d. 4. concl. 2. Filliuc. tr. 18. c. 2. num 55. Coninch. D. 17. d. 4. Reginald. lib. 32. tr. 3. nu. 48. & Bonacina tom. 1. D. 5. p. 7. n. 4.

17 Incurrũt etiã alias pœnas.

Inſuper præter irregularitatem incurrunt etiam alias pœnas: Nam ſi quis in loco interdicto publicè denuntiato celebraret, ſiuè talis locus ſit ſpecialiter, ſiuè generaliter interdictus in caſibus, & modis in iure non conceſſis, incurrit etiam pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, prout habetur ex cap. Epiſcoporum de Priuileg. in 6. & alibi, &c. quod etiam intelligitur, ſi quis miniſtraret Sacramenta non permiſſa perſonæ interdictæ denuntiatæ: ſi autem ipſe celebrans, vel miniſtrans Sacramenta eſſet etiam interdictus perſonaliter incurrit eaſdem pœnas, licet ipſe denuntiatus non ſit.

c. Epiſcoporũ

18 Aliæ pœnę.

Similiter etiam, violando aliquis Clericus interdictum locale, miniſtrando in tali loco Sacramenta, vel Diuina officia contra ordinem interdicti, non ſeruatis conditionibus pręſcriptis in c. Alma mater, incurrit ſuſpenſionem ab officio Ordinis, & iuriſdictionis imponendam: prout habetur ex cap. Tanta de exceſſib. Prælat. Imò violantes interdictum poſſunt per ſententiam Iudicis priuari etiam beneficijs, alijſque pœnis affici, prout habetur ex cap. Paſtoralis de Cleric. excommun. & ex cap. Ex auctoritate de Priuileg. in 6. Ita omnes ſupracitati.

c. Alma. c. Tãta de exceſſib. Prælat. c. Paſtoralis. c. Ex auctoritate.

19 Regulares nõ ſeruantes Interdictũ, quãdo ſeruatur a Matrice, ſunt excõmunicati.

Quæ omnia non ſolùm intelliguntur de Clericis ſæcularibus, ſed etiam de Religioſis, omnes enim iiſdem pœnis ſubijciuntur: imò contra Regulares, non ſeruantes interdictum locale, ſiuè ceſſationem à Diuinis, quando ſeruatur ab Eccleſia Cathedrali, ſiuè Parochiali, ſiuè Matrice illius Oppidi, impoſita eſt ipſo facto ſententia excommunicationis, etiam ſi re ipſa tale interdictum eſſet iniuſtè latum, ſufficit enim, quòd ſeruetur à Matrice: prout dicitur in Clementina prima de ſentent. excommun. Ita Nauarrus cap. 27. num. 146. & Syluester Verb. excommunicatio 9. Suarez ſect. 4. D. 34. num. 14. Sayrus lib. 5. cap. 14. num. 13. Auila p. 5. D. 5. d. 3. concl. 2. Em. Sa Verbo Interdictum num. 13. cum alijs ſupracitatis.

Clementina prima de ſent. excom. Nauarrus. Syluester. Suarez. Auila. Em. Sà.

20 Tribus modis poteſt à Clericis violari interdictum.

Notandum inſuper, quòd tribus modis poſſunt huiuſmodi Clerici, & Regulares violare interdictũ in executione ſuorum ordinum: primò, quando ipſi tantùm ſunt interdicti: ſecundo, quando, nec ipſi miniſtrantes, neque illi, quibus Sacramenta conferuntur ſunt interdicti, ſed tantùm locus in quo Diuina officia, vel Sacramenta celebrantur eſt interdictus: & tertio, quando neq; ipſi Clerici miniſtrantes, neq; locus ſunt interdicti, ſed tantũmodo perſonæ, quibus Sacramenta conferuntur ſunt cenſura interdicti ligatę, & publicè denuntiatæ: Quare dicimus, quod duobus primis modis incurritur irregularitas, non autem tertiò modo, quia in hoc non eſt in iure expreſſa talis pœna: nam irregularitas non incurritur niſi in caſibus in iure expreſſis: Ita Filliucius tom. 1. tr. 18. cap. 2. nu. 57. & Bonacina D. 5. p. 7. num. 16. de Interdicto.

Primo modo. Secundo modo. Tertio modo. Duobus primis modis incurritur irregularitas. Filliucius. Bonacina.

21 In diſpẽſatione irregularitatis explicãdi ſunt modi, quibus eſt incurſa irregularitas.

Quibus addi poteſt quartus modus compoſitus ex tribus Superioribus modis: quando vid. Perſona interdicta miniſtrar ex officio in loco interdicto, & perſonæ interdictæ: & tunc multo magis incurritur irregularitas ex triplici ratione: ideòq; in caſu, quãdo petitur abſolutio, ſiuè diſpenſatio irregularitatis incurſæ explicanda erit triplex cauſa, & non ſufficeret vna tantùm: prout dicunt Suarez D. 33. ſect. 3. Filliucius d. tr. 18. c. 2. num. 57. & Bonacina D. 5. p. 7. num. 16. cum alijs.

Suarez. Filliuc. Bonacina.

22 Concluſio, in quibus actionibus incurratur irregularitas.

Ex quibus ſequitur, quòd quicumq; exercet aliquem Sacrum Ordinem, vel celebrando, vel Sacramenta adminiſtrando, vel canendo Epiſtolam, ſiuè Euangelium, vel benedicendo nuptias ſolemniter, vel faciendo aquam Sanctam, faciendo aſperges cum verſiculis, & oratione in Eccleſia, vel benedicendo Calices, & corporalia, ſiuè faciendo quãcumq; benedictionem ſolemnem, vt Candelarum, Palmarum, vel celebrando Diuina officia tanquam perſona ordinata, faciendo officium hebdomadarij dicendo in Choro Dominus vobiſcum cum debitis ſolemnitatibus tempore interdicti, in caſibus non permiſſis, vltra peccatũ mortale efficitur irregularis, eò quod in his actionibus violatur cenſura interdicti per exercitium Ordinis Sacri: Ità Sayrus lib. 5. c. 14. num. 26. Suar. D. 33. ſect. 3. num. 1. Filliuc. tr. 18. c. 3. n. 86. Alterius tom. 2. D. 9. c. 1. col. 9.

Sayrus. Suarez. Filliucius. Alterius.

23 In quibus caſibus non incurritur irregularitas.

Si verò huiuſmodi Clerici violent interdictum in alijs actionibus, quæ non pertinent ad exercitiũ Sacri Ordinis, quamuis mortaliter peccent propter violationem interdicti, non efficiuntur tamẽ irregulares, ideoq; recipiendo Sacramẽta, inſeruiendo Sacerdoti celebranti, tanquam laici non ordinati, canendo Epiſtolam ſine manipulo, vel canendo officium in Choro cum alijs, vel baptizando, vel aſſiſtẽdo ad mutuum conſenſum Matrimonij, vel audiẽdo Confeſſiones, & cætera, quæ non ſunt prohibita tẽpore interdicti, vel non pertinent per ſe ad officium Ordinis Sacri, non incurrunt irregularitatem: prout dicunt omnes Doctores ſupracitati communiter.

24 In quibus caſibus incurritur irregularitas à Clericis. Pœna priuationis vtriuſq; vocis quãdo incurritur.

Verum eſt tamen quod Clerici, ſiuè Regulares perſonaliter interdicti celebrantes Diuina officia in Choro cum ſolemnitate ſecundum ordinem Eccleſiaſticum, tanquam miniſtri Eccleſſiæ efficiuntur irregulares propter violationem cenſuræ: prout patet ex cap. Is, cui de ſentent. excommunic. vbi dicitur: ſi ſe ingerat, quaſi ſuo agens officio, ſicut priùs &c. ideſt in officio Clericali &c. & inſuper incurrunt pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ in electionibus faciendis, quod non ſolùm habet locum in perſonaliter interdictis, ſed etiam in ijs, qui celebrãt Diuina officia in loco interdicto ſpecialiter; Ità Couar. in c. Alma p. 2. §. 2. nu. 1. & 2. Soto D. 22. q. 3. A. 1. concl. 5. Nauar. c. 25. n. 93. & 94. Suar. D. 34. ſect. 4. n. 28. Filliuc. d. tr. 18. c. 3. num. 89.

Couarruuias. Soto. Nauarrus. Suarez. Filliucius.

Digitized by Google

Non ſeruātes cōditiones in c. Alma mater incidunt in pœnas.

25 Similiter etiam dicendum eſt de Clericis celebrantibus Diuina officia tempore interdicti, iuxta conceſſionem factam in c.Alma, non ſeruantibus conditiones pręſcriptas in d.Canone: incidunt etiā in irregularitatē, quia quæcumq; violatio interdicti cum culpa mortali in exercitio ordinis,quacumque ratione fiat, celebrādo Diuina ex officio in loco interdicto contra formam abſolutè pręſcriptam ſufficiens eſt ad has pœnas incurrendas, eò quod tunc exercetur actio ordinis contra cenſuram interdicti: Ità Syluester verb.Interdictum 5.q.5.Tabien. nu.2. Armil. n.4.Hurtad.tr.de.Interd.diffic.10.n.32.Suar. D.34.ſect.4. n.7.Filliucius d.tr.18.c.3. n.86.niſi paruitas materiæ aliquando à peccato mortali excuſaret, & per conſequens à pœnis.

Syluester. Tabiena. Armilla. Hurtadus. Suarez. Filliucius.

An ſit prohibitum cōmunicare cū interdictis. Reſolutio.

26 Queritur: An ſi Clerici, ſiuè Regulares communicando cum interdicto publicè denūtiato peccent mortaliter, & incurrant aliquas pœnas.

Reſpondetur diſtinguendo, vel huiuſmodi communicent cū perſona interdicta publicè denuntiata in ijs, de quibus eſt ſpecialiter interdicta, vt ſi corā tali perſona ſcienter celebrent, vel illam ad Diuina officia in caſibus non conceſſis admittant, vel ad ſepulturā Eccleſiaſticam,vel ad Sacramenta,&c. tunc non ſolùm mortaliter peccant, ſed etiam incidunt in pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ſatisfaciant ad arbitrium illius, qui tulit interdicti ſententiam.

Extēditur reſolutio, etiā ad Regulares.

27 Quòd etiam intelligitur de Regularibus, alijſq, exemptis ab Epiſcopi iuriſdictione, nam eadem ratio eſt de omnibus interdicti cenſuram violantibus: cuiuſcumque ſint gradus, & conditionis: prout dicitur in c.Epiſcoporum de Priuileg. in 6. Ità Syluester verbo Interdictum 6.q.2. Tabiena loco cit. Nauar. c.25.num.94. Sayrus lib.5.c.14.n.11. Auila de cenſ. p.5. D.5.d.4. concl.4. Suarez D.37.ſect.1. num.5.& Coninch.D.17.d.4.n.72.

c. Epiſcopor. Syluester. Tabiena. Nauarrus. Sayrus. Auila. Suarez. Coninch.

28 Communicare autem in rebus alijs humanis cū interdictis, etiam publicis, & declaratis nullum eſt peccatum, non enim Eccleſia prohibet illorum cōmunicationem niſi in illis,de quibus ſunt interdicti, vid.in Sacramentis, in officijs Diuinis publicis,& in Eccleſiaſtica ſepultura, non autem in reliquis,prout dicunt Rodriquez in ſum.c.16. nu.12. Suarez D.35. ſect.3.n.10. Henriquez lib.13.c.46. num.12.

Rodriquez. Suarez. Henriquez.

De Peccato violantiū interdictum in materia ſepulturæ. Reſolutio. Peccant mortaliter.

29 Vltimò tandem Quæritur: quodnam peccatum ſit violare interdictum in materia Eccleſiaſticæ ſepulturę, & quę pœna incurratur à tranſgreſſioribus.

Reſpondetur: Peccatum eſſe mortiferum, eò quod ſit contra cenſuram interdicti in materia graui: patet hoc à pœna excommunicationis maioris, impoſita ipſo iure: in Clementina prima de Sepult. contra eos, qui in loco interdicto aliquod cadauer ſepeliunt in Eccleſiaſtica ſepultura: & ſi huiuſmodi ſepelientes ſint Clerici,& in actu ſepulturæ exercent aliquem proprium actum pertinentem ad ordinem præter excommunicationem fiunt irregulares propter exercitium Ordinis cōtra cenſuram interdicti: Ità Suarez de Cenſ.D.35. ſect. 1.nu.19.& Filliucius tr.18.c.4. num.107.

Quandoq; incurrūt irregularitatem.

Suarez. Filliucius.

Corpus defuncti ſepultum, quādo eſt exhumandū, & quando, non.

30 Aduertendum tamen eſt, quòd hæc pœna ſolùm refertur ad viuos,quia in eis tantùm eſt culpa: nam mortuus,qui ſepelitur non eſt particeps eius: ideòq; non eſt dignus participatione pœnę: vndè ſequitur, quòd ſi de facto cadauer alicuius fidelis non interdicti ſpecialiter, in loco Sacro interdicto fuiſſet ſepultum, ſiuè bona, ſiuè mala fide, non eſſet poſteà exhumandum, ſed ibi relinquendum: niſi eſſet ſpecialiter perſonaliter interdictum nominatim, quia tunc ſi ante mortem talis fidelis non fuiſſet à tali vinculo cenſuræ abſolutus, tunc eſſet exhumandus: prout dicunt Angelus verbo Interdictus 6. num.33. Suarez num.20.& Filliucius loc.cit.n.107.

Angelus. Suarez. Filliucius.

DE RELAXATIONE, SEV ABSOLVTIONE *Cenſuræ Interdicti.*

CAP. II.

Interdicti cēſura, non eſt pœna perpetua, ſed ſoluenda.

1 QVoniam interdicti cenſura eſt multorum bonorum ſpiritualiū pœna priuatiua,ideòq; perpetua eſſe non debet, quia tunc potius in ruinam, quàm in remedium fidelium animarū reſultaret: quare nullum interdictum ab Eccleſia Sancta Dei imponitur,quòd relaxari,& tolli non poſſet mediante abſolutione legitimè data: & ratio huius eſt, quia, vel tale interdictum latum eſt contra aliquorum contumaciam, & tunc tali contumacia recedente tollendum eſt: vel fuit impoſitum in pœnam delicti commiſſi, & tunc ſi tempus eſt in cenſura determinatum tempore illo elapſo, ceſſat etiā, & pœna interdicti, vel latum fuit abſolutè ſine temporis præſcriptione: & tunc etiam peracta pænitentia, talis pœna eſt relaxanda: Eccleſia enim non intendit peccatoris perditionem, ſed ſit magis conuertatur, & viuat: Ita omnes communiter, & nulla eſt controuerſia: prout doctiſſimè varijs rationibus probat Suarez D.38.ſect.1.

Ratio aſſertionis.

Suarez.

2 Ex quo ſequitur: Interdictum duobus modis imponi poſſe ab Eccleſiaſtico Iudice,vel in pœnam delicti commiſſi, vel ad comprimendam peccatoris contumaciam, vt ab ea recedat: Interdictum latū primo modo hoc eſt in vindictam, & pęnam criminis commiſſi: etiam dupliciter ferri poteſt, vel ad tempus determinatum, vt per menſem, annum,&c. vel abſolutè ſine aliqua temporis præſcriptione: quando ergo impoſitum eſt primo modo, tunc certiſſimum eſt, quòd elapſo illo tempore, ceſſat etiā, & pœna interdicti: nam cenſura lata non operatur vltra intentionem ferentis, quæ in ſententia fuit expreſſa, & explicata: patet hoc ex cap. Dilecti Filij, de Appellat. Ità Syluester Verb. Interdictum 3. q.9. Sayrus lib.5. cap.15. nu.2. Suarez D.38. ſect.1. Auila p.5.D.6.d.1. Filliucius tr.18. cap.5.nu.114. & Coninch. D.17.d.6.num.76.

Interdictū latum in pœnam delicti. dupliciter ferri ſolet,vel cū temporis determinatione vel abſolutè. Primo modo ceſſante tempore, ceſſat etiā cenſura. c.Dilecti filij. Syluester. Sayrus. Suarez. Auila. Filliucius. Conich.

3 Quando verò interdictum impoſitum fuit abſolutè ſine temporis præſcriptione: tunc auferendū eſt per abſolutionem impēdendam ab eo,qui illud tulit, vel ab eius Superiore, vel ab alio habente talem facultatem ordinariam, aut delegatam: non enim in caſu talis cenſura ceſſare poteſt,niſi ſequatur indè abſolutio à tali vinculo cenſuræ: Quando ergo aliquando interdicitur Populus abſolutè propter delictum Principis, ſiuè Clerus propter Superioris delictum: non ceſſat cenſura interdicti per mortem talis Principis, ſiuè Prælati: eò quod tale interdictum fuit abſolutè latum in populum, vel Clerum, & non ſub conditione, vel ad tempus,ideòq; oportet,vt talis populus, ſiuè Clerus à tali cenſura interdicti ſit realiter abſolutus: Ità Alterius de Cenſ. tom.2. D. 11. de Interdicto c.3.col.6.Suarez D.38. ſect.1. Filliucius tr.18. cap.5. num.113.& Bonac.tom.1.D.5. p.9. num.1. in fine.

Interdictum abſolutè latū, nō tollitur niſi mediante abſolutione.

Alterius. Suarez. Filliucius. Bonacina.

4 Quando autem Interdictum inflictum fuit propter contumaciā ſub conditione tacita, vel expreſſa: (*Donec ſatisfaciat, vel reſtituat*) controuerſia eſt inter Doctores: an facta reſtitutione, vel ſatisfactione ſimpliciter ceſſet interdictū abſq; alia abſolutione indè ſequuta? duplex enim eſt opinio: quarum.

An ceſſata cōtumacia ceſſet interdictū.

5 Prima eſt affirmatiua multorum Doctorū exiſtiman-

Prima ſentētia affirmat.

Ratio affertionis.

mantium, & dicentium, quòd facta ſatisfactione, ceſſat vinculum cenſuræ impoſitum propter contumaciam: Quorum ratio eſt, quia lex, ſiuè ſententia non operatur pluſquam verba ſignificant, ideoque adimpleta cõditione ceſſat etiam cenſura abſq; alia abſolutione, quia remota cauſa remouetur effectus: Ità Sayr.d.lib.5.de Cenſ.c.15.n.2. Silueſter vebo Interdictum 3.q.9. Panomit.in cap. Non eſt vobis de Sponſalib.Couar.in c.Alma p.1.§.11.n.8.Auila p.5. D.6.d.1.concl.1.& Bonacina tom.1.D.5.de Interd. p.9.num.1.

Sayrus. Syluester. Panorm. Couar. Auila. Bonacina.

6 Sed ante ad impletũ tẽpus neceſſaria eſt abſolutio.

Concedunt tamen iſti Doctores, quòd quando tale interdictum ſit relaxandum anteqàm adimpletum ſit tempus præſcriptum in ſententia præfixũ, tunc neceſſarium eſt, vt detur abſolutio talis cenſuræ, vel ab ipſo Prælato, qui tulit ſententiam, vel ab alio Superiore, vel a ſucceſſore in officio, vel ab alio delegato, dum enim non eſt adimpletum tempus præfixum ſine abſolutione ceſſare non poteſt.

7 Secunda ſententia. Suarez. Reginaldus. Em. Sà. Filliucius. Alterius.

Secunda ſententia eſt Suarez de Cenſ. D.38. ſect. 1. à num.5. vſq; ad octauum incluſiuè, & Reginald. tom.2.lib.32.tr.3.n.35. Em.Sà verb.Interdictum 2. Filliucius tom.1.tr.18.c.5.n.115. & Alterius tom.2. D.11.c.1. & aliorum dicẽtium, quod etiam in caſu ſatisfactione, vel reſtitutione, iam facta iuxta iudicis ſententiam requiritur, vt ſequatur abſolutio talis cenſuræ, vt vid. dignoſcatur à fidelibus tale interdictum latum propter cõtumaciam: ſatisfactum fuiſſe à delinquente, vt Iudex Eccleſiaſticus talem abſolutum eſſe declaret, & ſi opus eſſet aliqua alia pænitentia aliquando imponi poteſt ratione moræ ad ſatisfaciendum; quæ ſententia videtur valde probabilis, & ſecura, quamuis etiam prima ſententia ſua probabilitate non careat propter auctoritatem tot claſſicorum Doctorum.

Requiritur, vt ſequatur abſolutio, vt tollatur cenſura.

8 Quæſitum 2.

Quæritur ſecundò: An interdictum locale ceſſet propter deſtructionem, ſeù mutationem Dominij talis Ciuitatis, ſiuè loci interdicti.

Interdictum nõ ceſſat, deſtructa ciuitate interdicta.

Reſpondetur; Negatiuè: & ratio huius eſt, quia in caſu non ſolùm cenſentur interdicta ędificia talis Ciuitatis, ſiue Oppidi, ſiuè Eccleſiæ, &c. ſed etiam ipſum ſolùm tanquam baſis, & fundamentum talis Ciuitatis, ſiuè Eccleſiæ interdictæ alioquin poſſent faciliter ibi ædificari domus, vel parietes Eccleſiæ, & ibi fieri altaria ad celebrandum, vel ſepeliri corpora mortuorum, tanquam in Cæmeterio Sacro, quòd eſſet contra cenſuram interdicti: Quòd nõ ſolùm intelligendum eſt de Interdicto locali, ſed etiã generali: Ità Suar.D.38.ſect.1.n.12.Reginald.d.lib. 32. tr.3.n.59.Filliuc.d. tr.18. c.5. n.118. Alterius D. 11.c.2.& Bonacina D.5.p.9.0.2.de Interdicto.

Sayrus. Reginaldus. Filliucius. Alterius. Bonacina.

9 Excipitur Interdictũ ambulatorium.

Excipitur tamen locus in interdicto ambulatorio, quando vid. interdicitur locus, in quo talis perſona interdicta reperitur: tunc hoc ipſo, quòd talis perſona aliò ſe transferat tollitur interdictũ prioris loci abſq; alia relaxatione: eò quod talis cenſora interdicti lata fuit in odium talis perſonæ in tali loco, ſiuè alibi pro tempore, quo permaneat in illo loco, non autem in odium loci, ideoq; translata tali perſona, ceſſat loci interdictum: prout colligitur ex cap.Non eſt vobis de Sponſalib.& Gloſſa ibi explicat verſic.Donec: Ità Alterius D.11.c.2. circa finem. & Filliucius d.tr.18.c.5.n.118.

Tranſit cum perſona interdicta. c.Non eſt vobis. Gloſſa ibi. Alterius. Filliucius.

10 Ex quo ſequitur ſolutio illius quæſtionis: An quãdo eſt interdicta aliqua Ciuitas, ſi deindè transferatur dominium ad aliũ Principem remaneat adhuc interdicta Ciuitas ſicut prius?

Translato dominio Ciuitatis interdictæ nõ ceſſat cenſura.

Reſpondetur, quòd licèt aliquibus videatur: ceſſare tale interdictũ propter nouum poſſeſſorem: qui non eſt culpabilis in tali delicto: Probabilius tamen alij exiſtimant non eſſe ſublatum, niſi prius petatur relaxatio ab Epiſcopo, vel alio Superiore, qui tale interdictum tulit contra Ciuitatem: & ratio iſtorũ eſt, quia tale interdictum eſt tanquam onus quoddam illius loci, vel Ciuitatis interdictę, quæ etiam alienata ad aliũ Principem tranſit ad illum cum ſuo onere: prout colligitur ex c. Ex litteris de Pignoribus, & c.Paſtoralis de Decimis: Ità Sayr.lib.5. c.3.n. 26.Sylueſt. Verb. Interdictum 2.n.3. Henriq.lib.13. c.42.n.3. Suar. D.38.ſect.1.n.11. Calderin.& Geminian. in c.Si ſententia de ſent.excom.in 6.cum alijs.

Ratio affertionis. C Ex Litteris. C Paſtoralis. Sayrus. Syluester. Henriquez. Suarez. Calderin. Geminian.

11 Quæſitum 3.

Quæritur tertio: An Interdictum generale perſonale ceſſet deſtructa illa cõmunitate, ſeù Collegio?

Deſtructo ſubiecto interdicto, deſtruitur & cẽſura. Ratio affertionis.

Reſpondetur; Affirmatiuè, quia deſtructo ſubiecto, deſtruitur etiam affectio illius, ſecundum illud Axioma vulgatum: Deſtructis nobis deſtruuntur etiam ea, quæ ſunt in nobis. Nam interdictum eſt quædam affectio, cadẽs in ſubiecto interdicto, ſicut eſt, cum enim in caſu interdicta ſit Communitas, ſiuè Collegium, prout repræſentat vnum corpus politicum, conſtans ex pluribus ſimul in vnũ congregatis, ceſſante talis Congregatione, ceſſat etiam interdictum, quamuis remaneant aliquæ perſonæ ſingulares, ex quibus conficiebatur tale collegium, & faciebant vnum per ſe aggregatum: Perſonę autẽ ſingulares nõ repræſentant amplius collegium, ideóq; non remanent amplius interdictæ, eò quod interdictę fuerunt tanquam partes vnius corporis mulctici, & non vt ſingulæ perſonæ diſtinctæ: Ità Sylueſter Verb.Interdictum 2.n.10.11.& 12.Calder: tr de Interd.memb.2.Couar.lib.2. var.reſ. c.8 n.10. Suarez D.38.ſect.1.n.15.Filliucius d.tr.18. c.5.num.119.

Syluester. Calderin. Couar. Suarez. Filliucius.

12 Qui deſinit eſſe pars collegij interdicti, deſinit eſſe interdictus & è contra.

Ex quo ſequitur, quòd ſi remaneat collegium interdictum, & aliquis illius communitatis interdictę mutet domicilium, & non ſit amplius pars illius Collegij, ſiuè communitatis interdictæ, tunc deſinit talis perſona eſſe interdicta, eò quod in caſu nõ fuit interdicta, vt talis eſt, ſed tanquam pars talis communitatis; Ità, e contra ſi quis extraneus recipiatur in tali collegio interdicto, ſtatim participat illius cenſuræ: nam talis cenſura interdicti eſt tanquam lex quædam illi communitati impoſita: ideóq; non afficit niſi eius partes, nec aliter, nec alio modo, prout communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati.

Extraneus receptus in collegio interdicto, efficitur interdictus.

13 Quæſitum 4. An ſi Interdictus moriatur pænitẽs ſit ſepeliendus in Eccleſia.

Quæritur quartò; An ſi quis interdictus ſpecialiter, & perſonaliter, ſi moriatur pęnitens cum ſignis contritionis, poſſit licitè ſepeliri in loco Sacro ante abſolutionem obtentam.

Prima ſententia exiſtimat ſine alia abſolutione. Auila. Henriq. Corneio. Diana. c Is, cui de ſent.excom.

Reſpondetur; duplicem eſſe ſeotentiam; vnam affirmatiuam, quam tuentur; Auila p.5.D.4. ſect.3. concl.1.Henriquez lib.14. cap.32. nu.2. Corneio in 3.p.tr.5.de Interd. D.2.& ſequitur Diana; p.5.tr.10. reſol.74. cum alijs; quorum ratio eſt, quia eo ipſo, quòd talis perſona deceſſit è vita cum pænitentia, remanſit abſoluta a Iure: nam in cap. Is, cui de ſentent.excommun. in 6. dicitur huiuſmodi interdictum non poſſe ſepeliri in loco Sacro, niſi pæniteat, ergò a contrario ſenſu ſi pæniteat poterit licitè recipere Eccleſiaſticam ſepulturam; quia ad impleta conditione, ſublatum remanet interdictum, quò ad hunc effectum, ne tanta ignominia afficiatur poſt mortem.

14 Secunda ſententia tenet, quod requiratur abſolutio. Abſolutio indirecta poſt mortem.

Secunda ſententia eſt negatiua, dicens etiam, quod perſona interdicta in hora mortis dediſſet ſigna pęnitentiæ, nõ poteſt tamen licitè ſepeliri in loco Sacro, niſi prius ſit abſoluta a vinculo cẽſuræ, quę poterit dari à ſuo Confeſſario ante mortẽ, vel ſaltẽ poterit indirectè abſolui poſt mortem a Prælato, declarando talem perſooam non eſſe amplius in-

terdictam propter pœnitẽtiam oſtenſam ante mortem, & ita concedere, quòd tale cadauer poſſit licitè in loco Sacro ſepeliri: Nam cenſura non tollitur per ſimplicem pœnitentiam, ſed per abſolutionem: & ita ſi in vita pœnitentiam egiſſet, non propterea talis perſona eſſet omninò libera ab interdicto, ergo neq; in morte: Quare intelligentia illius Canonis ſupracitati eſt, quod ſi moriatur pœnitens poſſit ſepeliri in Eccleſia ſeruato debito ordine, hoc eſt facta relaxatione cenſuræ, vel ante, vel ſaltem poſt mortem: Ita Suarez D.38.ſect.1.n.21. Sayrus lib.5. c.7.num.20.& c.9.nu.24. Em.Sà Verb. Interdictum num.19.Filliucius tr.18.c.5.nu.121.Vgolinus tab.5. cap.16.§.4. Bonacina D.5.p.5.nu.11. Io: Andreas: Ancharan.& Philippus Francus in d. cap. Is cui de ſent.excom. & Couar, ibi §.1.verſic.Hic autem.

Ratio aſſertionis.
Intelligentia citati Canon.
Suarez. Sayrus. Em.Sà. Filliucius. Vgolinus. Bonacina. Io: Andreas. Ancharan. Francus. Couarruuias.

15 Quæritur quintò: Quis poſſit Interdictum abſoluere, aut relaxare?

Quæſitum 5. Quis poteſt Interdictum abſoluere?

Reſpondetur diſtinguendo: Vel loquimur de Interdicto perſonali, vel locali,& de quolibet,tàm generaliter, quam ſpecialiter, vel à Iure, vel ab homine: tunc dicimus primò, quod Interdictum latũ ab homine per ſententiam particularem non poteſt legitimè abſolui,vel relaxari niſi ab illo,qui illud tulit, vel à Superiore eius, vel à ſucceſſore, vel ab alio ex delegatione ipſorum: Ità communiter omnes Canoniſtæ in c.Si Ciuitas de ſent.excom. in 6. & Auila p.5.D.6.d.4. Syluester Verbo Interdictum 3.q.8.nu. 16.Suarez D.38.ſect.2.n.2.Coninch.D.17.d.6.n.76. Filliucius tr.18.c.5.nu.122. Soto D.22.quæſt.3.A.4. concl.3. & Bonac.D.5.p.9.nu.4. Alterius D.11.c.5.

Aſſertio 1. Interdictũ ab homine abſoluendum eſt à Iudice,vel Superiore ipſius c.Si Ciuitas.
Auila. Syluester. Suarez. Coninch. Filliuc. Soto. Bonacina. Alterius. 2. Aſſertio.

16 Interdictum verò latum à Iure ſi eſt locale, vel generale,vel ſpeciale non poteſt tolli niſi ab Epiſcopo illius loci, vel ab alio habente Epiſcopalem iuriſdictionem: non autem ab alio inferiori: Quare neque Confeſſarius, neq; Parochus ſine ſpeciali priuilegio poterit tale interdictum relaxare, quia cum locus non ſit materia Sacramenti pœnitentiæ non poterit à Confeſſario tale interdictum auferri, niſi ab Epiſcopo loci.

Interdictum Iuris ſoluẽdũ eſt ab Epiſcopo, quãdo eſt locale,vel generale.

17 Hoc tamen eſt intelligendum dummodò tale interdictum non eſſet Summo Pontifici reſeruatum: nam quotieſcumq; Summus Pontifex nõ reſeruauit ſibi abſolutionem cenſuræ, eo ipſo videtur talis facultas eſſe conceſſa ordinarijs iudicibus,ſed talis facultas non poteſt competere Parochis, ergo ſaltem Epiſcopis, ſiuè alijs habentibus Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem: Ita Suarez D.38. ſect.2.nu.5. Auila p.5.D.6.d.1.concl.8. Coninch D. 17.d.6.num.76.Alterius D.11.c.5.Filliucius d.tr.18. cap.5.num.124.

Limitatio. Et probatur aſſertio.
Suarez. Auila. Coninch. Alterius. Filliucius.

18 Similiter etiam dicendum eſt de Interdicto perſonali generali: nam de eo ſolus Epiſcopus eſt ordinarius Iudex,quia reſpectu communitatis, nec ſimplex Sacerdos, nec Parochus habent vllam auctoritatem: nam communitas interdicta, vt cõmunitas, non pertinet ad forum pœnitentiæ, in quo ſolùmodò iudicatur de eo particulari, quòd quis ſua voluntate ſponte ſibi ſubijcit: Tum,quia ſequeretur, poſſe communitatẽ manere interdictam, & ſingulas perſonas remanere abſolutas,quòd eſſet abſurdum: Ita Suarez D.38 ſect.2.n.6.Reginald. loco citato n.56. Alterius D.11.c.4.col.4.Filliuc.d.tr.18.c.5.n.125.

Ita etiam dicitur de Interdictu generali perſonali.
Suarez. Reginaldus. Alterius. Filliucius.

19 Quæritur ſextò: Quis poteſt abſoluere ab Interdicto perſonali ſpeciali?

Quæſitum 6. Interdictum perſonale ſpeciale à quo abſolui poteſt?

Reſpondetur, Si tale interdictum non ſit reſeruatum poſſe Parochum, ſiuè alium ſimplicem Confeſſarium abſoluere,quemadmodum poteſt etiam abſoluere ab excõmunicationibus nõ reſeruatis, quia cum præmittenda ſit abſolutio cẽſurarum ante abſolutionem Sacramentalem ſequitur poſſe Confeſſarios à cenſuris non reſeruatis abſoluere: Ità Suar. D.38.ſect.2. n.8.& 9. cum Filliuc. & alijs loci ſupracitatis:Licèt Auila cum ſuis aſſeclis in hoc diſſentire videantur: fauorabilior tamen eſt ſentẽtia Suarez, & in praxi recepta.

Suarez. Filliuc.

20 Verum eſt tamen, quòd antequàm talis interdictus abſoluatur, neceſſè eſt, vt tollatur cauſa interdicti, ideòq; debet præcedere ſufficiens ſatisfactio, vel ſaltem cautio iuratoria de obediendis Eccleſiæ mandatis, ſicut dictum eſt de excommunicatione, alijſq; cenſuris, quando latæ ſint ob contumaciam, vel pro reſtitutione facienda: Ita Suarez, Coninch, Filliucius, Reginaldus, locis ſupracitatis, quibus addo Bonacinam D.5.p.9.num.6.

Limitatio. Quando præcedere debeat cautio,vel iuramentum.
Suarez. Coninch. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

21 Quando autem abſolutio cenſuræ interdicti eſſet Summo Pontifici reſeruata, tunc etiam Epiſcopus poteſt ſuos ſubditos ab interdicto perſonali in foro conſcientię tantum abſoluere,quando cenſura eſſet occulta, & hoc virtute conceſſionis factę Epiſcopis in Concil.Trid.ſeſſ.24.c.6.Quæ facultas poſtea conceſſa fuit ab alijs Pontificibus omnibus Prælatis religionum pro ſuis ſubditis cum facultate delegandi talem facultatem alijs Confeſſarijs ordinum:ideòq; ab omni vinculo cenſurarum poſſunt abſoluere in foro conſcientiæ, tam Epiſcopi, quàm alij Prælati Religionum ſuos ſubditos: prout à nobis pleniùs probatum eſt in primo Tomo noſtræ Theologiæ Moralis in tr. de caſibus reſeruatis.

De abſolutione interdicti reſeruati Summo Pontifici.
Conc. Trid. Aliæ conceſſiones pro Prælatis Religionum.

22 Item virtute Bullæ Cruciatę,poteſt quilibet Confeſſarius abſoluere pœnitentes ſuos, talem Bullã habentes in foro conſcientiæ ab omnibus peccatis, & cenſuris etiam reſeruatis Summo Pontifici toties, quoties durante illo anno, ac etiam de reſeruatis in Bulla Cœnæ, ſed de iſtis ſemel in vita pro illo anno, & iterum in mortis articulo, prout patet ex diplomate talis Bullæ:Quod idem dicendum eſt ſi aliquis habeat quodcumq; priuilegium, concedens talem facultatem: Ita Henriquez lib.13. c.35. nu. 3. Auila p.5.de cenſ.D.6.d.2. concl.2.

De Priuilegio Bullę Cruciatæ.
De alijs Priuilegijs.
Henriquez. Auila.

23 Quæritur ſeptimò; An cenſura interdicti poſſit aliquando relaxari, vel ſuſpendi in totum, vel in partem, quò ad aliquos effectus.

Quæſitum 7.

Reſpondetur, affirmatiuè; nulla enim includitur repugnãtia,quin Superior, qui tulit interdictum, vel alius Prælatus maior poſſit aliquando ſuſpendere interdictum latum, vel in totũ,vel in partem; Nam effectus interdicti ſecundum ſe ſeparabiles ſunt, ergo poſſunt ſuſpendi, & ſeparari à Prælato, etiam ad tempus: In hoc enim differt cenſura interdicti ab excommunicatione, quia effectus excommunicationis nõ poſſunt ſuſpendi ab Epiſcopo, effectus autem interdicti poſſunt ſuſpendi cum ſint ſeparabiles. Ita Syluester Verbo Interdictum 3.q.8. Henriq. lib.13.c.51.nu.4.Couarruuias in cap.Alma p.2. §.2. num.4. Auila p.5. D.6.d.4.

Interdictum poteſt ſuſpẽdi, vel in totũ, vel in partem.
Effectus interdicti ſunt ſeparabiles.
Syluester. Henriquez. Couarruuias. Auila.

24 Verum eſt tamen, quòd quando interdictum latum eſt à Summo Pontifice,tunc non poteſt Epiſcopus illud ſuſpendere, ſi impoſitum eſt per ſententiã tanquam ab homine: nam quando impoſitum eſt à Iure communi, etiam, quod ſit reſeruatum Papæ, tunc in foro conſcientiæ etiam ab Epiſcopo abſolui poteſt virtute facultatis Concilij Trid. d. ſeſſ.24.c.6. ac etiam poteſt aliquando ad tempus ſuſpendere, quando ità in Domino expedire videbitur, prout dicit Auila p.5.D.6.d.4.concl.3.cum alijs.

Limitatio.
Concil. Trid.
Auila.

25 Quæritur octauo; An Interdictum poſſit aliquando relaxari ad cautelam?

Quæſitum 8. De relaxatione interdicti ad cautelam.

Notandum autem pro intelligentia huius quæſiti quod relaxatio ad cautelam, non eſt relaxare ſub

con-

Digitized by Google

conditione: vid. Si ſatisfecerit, abſoluo te ab interdicto, (vt aliqui exiſtimare videntur) Nam Cenſurarum relaxatio non poteſt dari ſub conditione, dependere à futuro euentu, quia tūc nulla eſſet talis relaxatio, nulliuſq; valoris; quia conditio de futuro nihil ponit in eſſe: Sed relaxare ad cautelam eſt quando prætenditur ab aliquo cenſuram contra ipſum latam fuiſſe inualidam: e.g. quando quis aſſerit, ſe poſt appellationem Cenſuræ excommunicationem, ſiuè interdictum impoſitum fuiſſe contra vxorem, familiam, ſiue terram &c. ideoque petit abſolui à talibus cenſuris ad cautelam: prout benè explicat Gloſſa in c. Præſenti de ſent. excom. in 6. verb. Ad cautelam: Hoc ſuppoſito.

Relaxatio ad cautelā, quæ ſit.

Gloſſa in c. Præſenti.

26 Reſpondetur Primò ad quæſtionem: Interdictum generale locale ad cautelam relaxari non poſſe: vndè ſi fieret talis relaxatio erit omninò nulla, ideòq; tale interdictum eſt relaxandum ſimpliciter, vel remittendum præſtita prius cautione de parendo iudicis mandatis antequam de nullitate, vel iuſtitia conſtet ad modum ſimplicis abſolutionis, prout dicitur in c. Cum contingat de officio delegati, vbi ità decernitur de cenſura excommunicationis, & eadem ratio habēda eſt de cenſura interdicti: Ità Nauar. in d. can. nu. 7. Sylueſt. verb. Interdictum 3. q. 9. num. 14. Couar. in c. Alma mater p. 2. §. 2. nu. 5. Geminian. in c. Præſenti ſupra citato in 6. Auila p. 5. D. 6. d. 5. concl. 1. & 2. Suarez D. 38. ſect. 4. n. 1. & Filliuc. d. tr. 18. c. 5. num. 127.

Interdictū generale locale nō poteſt relaxari ad cautelam.

C. Cum contingat.

Nauarrus. Syueſter. Couar. Geminian. Auila. Suarez. Filliucius.

27 Concedimus tamen: Interdictum ſpeciale locale ſiuè etiam perſonale tàm generale, quàm etiā ſpeciale relaxari poſſe ad cautelam, Et quidem de interdicto ſpeciali, ſiue locali, ſiuè perſonali nulla eſt dubitatio, cùm ſit communis ſententia omnium ferè Doctorum, eamq; expreſsè tenent Gloſſa in d. c. Præſenti in verb. Generaliter cùm Syluestro, Henriq. cùm alijs locis ſupracitatis: & ratio iſtorum eſt, quia in ſpeciali interdicto prohibentur omnia Diuina officia, & Sacramenta, ideòque pendente lite debet tale interdictum relaxari ad cautelam, præſtita cautione, vt ſupra: vt fideles ſic interdicti participare poſſent Diuina officia, & Sacramenta, donec finita lite abſoluantur totaliter, ſic etiam de interdicto locali ſpeciali: patet manifeſtè ex conſuetudine, & vſu Eccleſiæ, quæ ſolita eſt in huiuſmodi caſibus ſuſpendere ad tempus interdictum locale, donec detur ſententia diffinitiua: quia in hoc periculum eſſe poteſt, ne diu abſtinendo à diuinis in tali loco commorantes in eo detrimentum ſpirituale patiantur fideles: prout omnes communiter fatentur, & patet ex d. c. Præſenti ſupracitato in verbo Generaliter promulgatos.

Interdictum ſpeciale poteſt relaxari ad cautelam.

Gloſſa in c. Præſenti. Syluester. Henriquez.

c. Præſenti.

28 De generale autem interdicto perſonali licèt ſit aliqua controuerſia: partem tamen affirmatiuam tenent: Io. Andreas, & Philippus Francus in d. c. Præſenti n. 5. & Calderinus tr. de Interd. p. 1. n. 22. verſic. ad primum dico, Henriq. & Auila locis ſupracitatis concl. 3. & 4. Suarez D. 38. ſect. 4. n. 2. Filliuc. d. tr. 18. c. 5. n. 127. Reginal. to. 2. lib. 32. tr. 3. n. 58. Alter. D. 11. c. 6. Bonac. tom. 1. D. 5. p. 9. nu. 9. & ratio iſtorum eſt, quia ſecluſa prohibitione Iuris quodlibet interdictum poſſet ſuſpendi à Prælato, ſiuè relaxari ad cautelam, ſicut quælibet alia cenſura excommunicationis, ſiuè ſuſpenſionis: ſed ius ſolummodo hoc prohibet de interdicto locali generali, ergo cætera interdicta ad cautelam ſuſpendi quandoque poſſunt, pendente lite eo modo, vt ſupra explicatum eſt à nobis.

Interdictum perſonale etiā generale poteſt relaxari.

Io. Andr. Francus. Calderinus. Henriquez. Auila. Suarez. Filliucius. Reginaldus. Alterius. Bonacina.

Ratio aſſertionis.

Solùmodo excluditur interdictū locale generale.

29 Notandum autem, quòd quando interdictum eſt generale: Si principalis delinquens propter cuius culpam latum fuit interdictum, offerat ſatisfactionem, tunc tolli poteſt interdictum ab Epiſcopo: Si verò fuit culpabilis tanquam conſiliarius, aut auxiliator, tunc accipi poteſt cautio de ſatisfaciēdo Eccleſiæ mandantis, & iniungi poterit illi pœnitentia debita propter ſuum delictum: non tamen in caſu eſt relaxandum interdictum generale, ſi principalis delinquens adhuc in ſua pertinacia perſeueret: ſed poteſt in caſu tantummodo talis cōſiliarius abſolui ſpecialiter, præſtita cautione, vt ſupra: Ità Io: Andr. Geminian. in d. c. Præſenti ſupracitato, & Nauar. in d. c. Contingat num. 7. Qui allegant Deciſionem Rotæ: ſequitur Syluest. verb. Interdictum 3. circa finem, & Auila loc. cit. concl. 5.

Notādum de principali delinquente.

Io: Andr. Geminian. Nauar. Deciſio Rotæ. Syluest. Auila.

Quæritur nono: Quænam forma verborum ſit ſeruanda in abſolutione Interdicti? 30

Quæſitum 9.

Reſpondetur, quòd licet nulla verborum forma ſpecialis ſit præſcripta in iure pro cenſurarum abſolutione, ſicut requiritur in abſolutione Sacramentali, eſt tamen neceſsè, vt in abſolutione cenſuræ vtetur aliquibus verbis, vel ſignis externis, quibus manifeſtetur volūtas, & intentio abſoluendi à vinculo cenſuræ: non enim abſolutio cenſuræ debet eſſe incerta, ſed certa manifeſtata per verba, vel ſcripta, vel prolata, vel aliquibus ſignis externis declarantibus talem cenſuram eſſe abſolutam, vel relaxatam: Ita communiter omnes Doctores, qui de hac materia tractant.

Dāda eſt abſolutio per verba, aut ſignum.

Poterit autem Prælatus in abſolutione interdicti vti his, aut ſimilibus verbis dicendo: *Abſoluo te à vinculo cenſuræ interdicti, in quod ob hanc, vel illam cauſam incurriſti, & reſtituo te in ſtatum priſtinum In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.* vel ſimpliciter dicendo: *Abſoluo te à cenſuris*, vel alijs ſimilibus verbis vti, ſiuè in ſcripto, ſiuè in voce, ſiuè alijs ſignis, dummodò declaretur abſolutionis effectus talis vinculi, ſiue vinculorum cenſurarum. Ità Suarez D. 38. ſect. 3. Sayr. lib. 5. de Cenſ. c. 15. n. 1. Syluest. verbo Interdictum 3. q. 9. Tabiena nu. 4. D. Anton. 3. p. tit. 27. c. 5. Henriq. lib. 13. c. 47. §. 1. & c. 50. §. 4. Filliuc. d. tr. 18. c. 5. n. 127. cum alijs. 31

Forma cōmunis abſolūēdi ab interdicto.

Suarez. Sayrus. Sylueſt. Tabiena. D. Anton. Henriquez. Filliucius.

Papa autem ſolummodò poteſt abſoluere à cenſuris per actum ſimplicis voluntatis ſine verbis, aut ſignis externis, quia cùm ipſe ſit ſupra ius Canonicum non adſtringitur ad abſoluendum ſignis extrinſecis, ſufficit enim actus voluntatis ipſius Pontificis intelligentis abſoluere à tali vinculo cenſuræ: nam cenſura non ligat vltra voluntatem legiſlatoris: Si ergo Summus Pontifex non vult amplius talem perſonam eſſe ligatam tali vinculo cenſuræ remanet talis perſona ſimpliciter, quò ad Deum ſoluta à tali vinculo: vndè quando Papa dicit, Nolo, quòd interdictum latum habeat adhuc vim, ceſſabit quamuis Papa id dicat ſola locutione interna. Ita Henriq. lib. 13. c. Si n. 4. & c. 47. n. 1. & Medina in p. 2. q. 90. A. 4. & Auila p. 5. D. 6. d. 6. concl. 3. cùm alijs ſupracitatis. 32

Papa poteſt abſoluere à Cenſuris per actum volūtatis internū.

Henriquez. Medina. Auila.

Notandum eſt autem, quòd in caſu ita abſolutus per ſolùm actum voluntatis internum, ignorans talem reuocationem, & abſolutionem non excuſari à peccato ſi non ſeruet interdictum, eò quod in caſu faciat contra conſcientiam, exiſtimans adhuc durare interdictum, cuius abſolutionis nullam habet notitiam, ſed in caſu non incurreret irregularitatem, aliaſque pœnas, eò quod huiuſmodi pœnæ incurruntur tantùm à violantibus cenſuram interdicti realiter perſiſtentis, ſed cùm talis cenſura realiter ſublata ſit à Summo Pontifice per actum ſuæ voluntatis non obligat ad pœnas. Ità Sayrus de Cenſ. lib. 5. cap. 15. num. 6. Alterius D. 11. cap. 7. d. 3. 33

Notandum. Faciendo cōtra interdictū peccaret contra conſcientiam. Nō incideret tamen in pœnas.

Sayrus. Alterius.

Caiet.

Digitized by Google

Caiet. Bonacina.

Caiet. verbo Abſolutio, & Bonacina D. 5. p. 9. n. 10. cum alijs ſupracitatis numero præcedenti.

DE CASIBVS, IN QVIBVS INCVRRITVR *Interdictum ſecundum iura.*

CAP. III.

1 Introductio, & diuiſio præſentis capituli.

IN calce huius præſentis tractatus viſum eſt pro maiori notitia huius cenſuræ enumerare, & compendiare ſententias interdicti, quæ in iure latæ inueniuntur: At quoniam cenſura iſta non ita frequens in iure ferri ſolet, ſicut cæteræ cenſuræ, ideòque breuitatis cauſa ad quatuor capita principalia reducemus, ſecundum communem diuiſionem ipſius interdicti, localis, vid. & perſonalis, generalis, & ſpecialis: Quare primo loco videbimus, in quibus caſibus incurritur interdictum locale generale, ſecundo de eodem interdicto locali ſpeciali: Tertio de Interdicto perſonali generali, & quarto de eodem interdicto perſonali ſpeciali.

2 De Interdicto locali generali. Tertio tale interdictum ferri poteſt. Primo propter culpam Principis. Secundo propter delictũ Epiſcopi. Tertio propter delictũ populi.

Quærimus ergo Primo quotupliciter incurritur interdictum locale generale?

Reſpondetur, quòd tale interdictum ex triplici cauſa ferri ſolet in iure primò propter culpam, ſeù delictum Principis, aut Domini temporalis alicuius Prouinciæ, Regni, aut Ciuitatis, &c. Secundo propter delictum perſonarum Eccleſiaſticarum, & Tertio propter culpam populi, ſeù totius Ciuitatis: In Primo caſu inueniuntur tria interdicta lata in iure, In ſecundo vnum, & in Tertio alia tria, quare omnia iſta interdicta localia generalia ad ſeptennarium numerum reducuntur.

3 Primum Interdictum generale locale. C. Vbi periculoſum de elect. in 6.

Primum ergo in Ordine interdictum incurritur, quando Dominus, vel Rector alicuius loci, vel Ciuitatis, vbi Summus Pontifex deceſſit è vita, & non fecit ea, quæ præcepta ſunt in c. vbi periculum de elect. in 6. §. Ipſos inſuper: vt obſeruentur in electione facienda noui Romani Pontificis: tunc ipſo facto declaratur non ſolùm eſſe interdicta ciuitas, ſed etiam Pontificali dignitate priuata: In quo caſu non interdicitur talis Ciuitas propter delictum omnium Ciuium, ſed propter delictum officialium, ſiuè Rectorum, ad quos pertinebat, quæ in dicto Canone præſcribuntur obſeruare facere, contra quos fertur excommunicatio latæ ſententiæ, prout pleniùs in tr. 9. c. 2. n. 2. huius noſtræ ſecundæ partis Theologiæ moralis dictum eſt.

4 Secundum Interdictum.

Secundum interdictum locale generale incurritur, quando Princeps, ſiuè Dominus illius populi iniurioſè offendit quemcumque Epiſcopum, vel iniurioſè detinet, vel capit, vel capere facit, detinetque in ſua Ciuitate, vel terra, ſiuè mandat, aut conſulit, vel auxilium ad id faciendum præſtat: tunc terra ipſius Principis remanet interdicta localiter: ex Clementina prima de Pęnis §. Terra: vbi dicitur: *Terra quoque ipſius (dum tamen vltra vnam diœceſim non contineat) vſque ad condignam ſatisfactionem eiuſdem, nec non locus, aut loco, in quo captus Epiſcopus detinetur, quamdiu detentio ipſa in eiſdem durauerit, Eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto.*

Clementina prima de pœnis.

5 Aduertentia.

Vbi notandum, quòd ad incurrendum tale generale interdictum talis Ciuitatis, oportet, quod delinquens contra Epiſcopum ſit dominus temporalis, vel Rector illius Ciuitatis, ideòque ſi perſona priuata committeret tale crimen, non incurritur interdictum vniuerſale totius Ciuitatis, ſed tantummodò talis perſona delinquens cum ſuis fautoribus in excommunicationem latæ ſententiæ, & Summo Pontifici reſeruatam incidunt, prout aduertit Suarez D. 37. ſection. 1. numero 19. Suarez.

6 Aduertentia ſecunda.

Illud autem, quòd ſubditur (*Dummodò terra vltra vna Diœceſim non contineat*) denotat, quod ſi Dominus, vel Princeps taliter delinquens contra perſonam Epiſcopi haberet dominium plurium Ciuitatum alicuius Diœceſis, omnes illæ Ciuitates remanent interdictæ, ſint vnius Diœceſis: Si autem ſub tali dominio plures Ciuitates, ſeù terræ continerentur diuerſarum Diœceſum, tunc tantummodo remanent interdictæ illæ Ciuitates illius Diœceſis, in quibus talis Dominus habet ſuum principale domicilium, & duæ aliæ Ciuitates ipſius viciniores: prout notauerunt Suarez loc. cit. & Filliuc. tr. 18. c. 6. num. 136. Suarez. Filliucius.

7 Tertium Interdictum.

Tertium in ordine interdictum generale locale incurritur, quando Dominus illius Ciuitatis impedit, ne Legatus, ſiuè Nuntius Papæ exequi poſſit officium ſuum in ſuis terris: tunc in pœnam talis delicti omnes terræ illius: ſubiectæ ſunt interdicto, quamdiu ipſe in contumacia perſiſtet, prout habetur ex Extra ſuper gentes, de conſuetud. ipſe autem Dominus taliter delinquens eſt ipſo facto excommunicatus per Bullam Cœnæ Can. 16. & Ciuitas propter delictum talis Principis remanet interdicta localiter in confuſionem ipſius, & delicti vindictam, donec talis Princeps reſipiſcat, & ceſſet à ſua iniquitate contra iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

Extra ſuper gentes de conſuetud.

8 Quartum Interdictum.

Quartum in Ordine Interdictum contrahitur propter culpam perſonarum Eccleſiaſticarum in vno tantummodo caſu: quando videlicet Epiſcopus, alijque inferiores Eccleſiaſtici ſuſtinuerint per menſem excommunicationem latam in c. Vſurarum de vſuris in 6. Vbi excommunicantur concedentes domus alienigenis vſurarijs ad fęnus exercendum in terris ſuis: Quare Eccleſiaſtici hoc permittentes præter excommunicationem, elapſo menſe omnes terræ illius Diœceſis remanent interdictæ generaliter, quamdiu tales vſurarij ibi commorari permittatur, de qua excommunicatione, & Interdicto dictum eſt à nobis pleniùs ſupra d. tr. 9. cap. 2. num. 23.

C. Vſurarum de vſuris.

9 Quintum Interdictum.

Quintum Interdictum in Ordine incurritur à Ciuitate, quando delinquit ipſa Ciuitas, exigendo à perſonis Eccleſiaſticis, aut Eccleſijs pedagia, ſiuè guidaia, ſiuè alia ſimilia per ſe, vel per alios pro rebus ipſorum exportandis, ſiuè intrandis in Ciuitates ipſorum: Tunc in caſu tota ciuitas, vel terra, in qua tale delictum committitur contra libertatem Eccleſiaſticam, remanet interdicta localiter, donec totum acceptum ab Eccleſiaſticis perſonis ad plenum reſtituatur: prout habetur ex c. Quamquam de cenſibus in 6. officiales verò, & Rectores, ſiuè Domini, talia exigentes ſunt ipſo iure excommunicati per Bullam Cęnæ in can. 5. de qua dictum eſt loco ſuo: ac etiam in tr. 14. c. 5. & tr. 9. cap. 2.

C. Quamquã de cenſibus.

10 Interdictum ſextum.

Interdictum ſextum generale incurritur à Ciuitate, quando in ea offenduntur S.R.E. Cardinales, iniurioſè illos percutiendo, vel detinendo: tunc ſi talis Ciuitas, vbi tale delictum committitur, ſiuè maior pars populi, ſiuè principales officiales illius erunt conſentientes ad tale delictum perpetrandum, & infra menſem delinquentes huiuſmodi non eſſent puniti, tunc in pœnam talis delicti tota Ciuitas remanet interdicta localiter, prout habetur ex c. Fœlicis de Pœnis.

C. Fœlicis de Pœnis.

11 Notandum.

Vbi notandum, quòd tale interdictum non extenditur ad Prouinciam, vel totum dominium illius Reipublicæ, ſed quando Senatus talis Reipublicæ conſpirauit in illud delictum, tunc proxima Ciuitas, in qua talis Senatus reſidet, etiam interdicta

eſt:

Suarez. Filliucius.

eſt: Si autem aliæ Ciuitates, ſiuè ſubiectæ tali Reipublicæ, ſiuè non communi conſenſu auxilium dederunt, tunc etiam tales Ciuitates remanent interdictæ: prout notauerunt Suarez D.37.ſect.1.nu.17. & Filliuc. d. tr.18. cap.6. num.139.

12 Interdictum ſeptimum.

Interdictum ſeptimum incurritur, quando aliqua Reſpublica, ſiuè Ciuitas iniurioſe bannierit, ſiuè eiecerit Prælatum à ſuo Epiſcopatu, ſiuè Eccleſia, in qua iuriſdictionem Epiſcopalem habet, tunc tota illa Ciuitas remanet interdicta, donec reſtractet ea, quæ contra Epiſcopum iniurioſè egit, & pœnitentia facta relaxationem obtineat talis interdicti à Sede Apoſtolica: prout dicitur in Clementina prima de Pœnis §.Ciuitas: Et hæc de interdictis generalib. localibus, quæ latæ ſunt in iure.

Clementina prima de pœnis.

13 De interdicto locali ſpeciali. Octauum interdictum.

Modo ſecundò loco dicendum eſt de Interdicto locali ſpeciali, quod in tribus caſibus incurritur, quorum primum, & in ordine octauum eſt quando aliquis Epiſcopus per vim detinetur in aliquo loco, ſiuè Caſtro, ſiuè Eccleſia remota ab omni populo per modum carceris, nunc talis locus eſt ſpecialiter interdictus, ſicut Ciuitas generaliter, prout colligitur ex d.Clementina prima citata de pœnis.

Clementina prima de pœnis.

14 Interdictum nonum.

Nonum in ordine Interdictum incurritur, quando Clerici ſæculares, vel Regulares inducunt aliquẽ ad iurandum, vel vouendum, vt in eorum Eccleſijs eligat ſepulturam contra ordinem iuſtitiæ debitæ, vel electam non immutet: Si poſtea talem perſonam defunctam ſepelire præſumpſerint in eorum Eccleſijs, & infra decem dies non reſtituant funeralia illi Eccleſiæ, vbi de iure tale cadauer erat ſepeliendum, vna cùm ipſo corpore, ſi de hoc facta eſſet petitio, tunc ipſo facto Cæmeterium, ſiue locus ſepulturæ, in quo tale corpus defuncti fuit indebitè ſepultum remanent interdicta, quouſq; funeralia plenè reſtituantur illi Eccleſiæ vbi de iure erat ſepeliendum: Clerici autem, ſiuè Regulares, qui in hoc fuerunt culpabiles excommunicationem incurrunt: prout dicitur in c. Animarum de ſepulturis in 6. de qua excommunicatione plenius dictum eſt ſupra in tr.10.c.2.n.4.

C.Animarum de ſepulturis.

15 Interdictum decimum.

Decimum in ordine Interdictum incurritur, quãdo in aliquo Cæmeterio, vel Eccleſia ſepultum eſſet corpus alicuius hæretici ſcienter, tunc tale Cæmeterium eſt in perpetuum interdictum, quantum ad ſepulturam aliorum fidelium, non verò, quo ad alia, prout dicitur in c. Quamquam de Hæreticis in 6. Quod idem dicendum eſt, ſi in tali loco ſepultum ſit corpus alicuius publici excommunicati, ſiuè interdicti, ſiuè pagani, tunc enim remanet locus ſepulturæ interdictus, donec exhumatur, & alio loco non Sacro transferatur.

C. Quamquam de Hæreticis.

16 De Interdicto perſonali generali. Vndecimum Interdictum.

Tertiò loco dicendum eſt de interdicto perſonali generali, quod nouem modis incurri poteſt prout in iure inueniuntur pluribus in locis, quorum primum, quod in ordine noſtro eſt vndecimum, quod latum eſt contra vniuerſitates Ciuium concedentium vſurarijs alienigenis habitationem, & locum in Ciuitate ipſorum, & permittentes ibi, vt exerceant vſuras, & tunc non ſolùm tota Ciuitas localiter remanet interdicta, ſed etiam totus populus perſonaliter eadem cenſura eſt ligatus generaliter, prout habetur ex c.1.de vſuris in 6.

C. Primo de vſuris in 6.

17 Duodecimũ Interdictum. C. Vnico de Iniurijs in 6.

Duodecimum in ordine interdictum latum eſt in c. Vnico de Iniurijs in 6. vbi interdicuntur vniuerſitates perſonaliter concedentes repræſalia, vel extendentes contra clericos, niſi infra menſem reuocauerint, tunc prædicta vniuerſitas incidit in interdictum perſonale.

Tertiumdecimum interdictum. C.Clericis de immunit. Eccleſ.

18 Tertium decimum latum eſt in c.Clericis de Immunitate Eccleſiæ lib.6.contra vniuerſitates imponentes, vel exigentes decimas, vel tallias, ſiuè Gabellas, ſiue data ab Eccleſiaſticis, vel bona Eccleſiarum occupantes, ſed hodiè iſta facientes excommunicati ſunt per Bullam Cœnæ, de qua dictum eſt loco ſuo.

19 Quartumdecimum interdictum. Can.2. Bull. Cœn.

Quarta decima cenſura Interdicti latè eſt in Canone ſecundo Bullæ Cœnæ contra capitula, vel Collegia appellantia à ſententijs Summi Pontificis ad futurum concilium generale, de quo interdicto, excommunicatione contra ſingulares perſonas dictum eſt plenius in proprio loco.

20 Quintumdecimum interdictum. C.Saluator de præbendis.

Quinta decima cenſura interdicti lata fuit in c. Saluator de præbendis contra vniuerſitates, quæ certa ſcientia præſumpſerint reſiſtere ſtatutis ibi à Summo Pontifice circa diuiſionem Epiſcopatus Tholoſani, tunc huiuſmodi vniuerſitates ſubijciuntur interdicto perſonali generaliter contra eas lata.

21 Decimumſextum interdictum. Extra. Vnica Ne ſede vacante.

Decimum ſextum Interdictum latum fuit in Extrauag. Vnica: Ne Sede vacante: Contra capitulum, & Vniuerſitatem non obſeruantia Conſtitutionem Ioannis Papæ XXII. circa fructus beneficiorum vacantium: vbi dicitur, quòd huiuſmodi vniuerſitates in hoc delinquentes ſubiaceant interdicto ipſo facto.

22 Decimumſeptimum interdictum. Concil. Trident.

Decimum ſeptimum interdictum latum fuit in Tridentin. Concil. ſeſſ.7. c.10. contra capitulum, quòd ſede vacante infra annum à die vacationis concedit alicui Clerico dimiſſorias, ad Ordines recipiendos, præterquam in caſu, quando aliquis eſſet ordinandus ratione beneficij accepti, vel recipiendi.

23 Decimumoctauum interdictum. C. Quamquam de cenſibus.

Decimum octauum in ordine interdictum latum eſt in c. Quamquam de cenſibus contra exigentes tributa, Gabellas, & tallias à perſonis Eccleſiaſticis, vbi in dicto Canone interdicebantur vniuerſitates, vel capitula talia facientes, ſed hodiè ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ perſonæ particulares talia facientes.

24 Decimumnonum interdictum.

Decimum nonum additur ab aliquibus dicentibus, quòd quando in iure fertur interdictum locale generale propter crimen vniuerſitatis, fertur etiam perſonaliter contra illos, quia cauſam culpabilem tali interdicto locali generali dederunt: Ita Suarez D.37. ſect.3. nu. 15. Nauar. c.27. num.169. Sylueſt. verbo interdictum 4. q.2. & Filliuc. d.tr.18. cap.6. num.143. & Bonacina de Interd. D.5.p.8.num.11.

Suarez. Nauarrus. Sylueſt. Filliucius. Bonacina.

25 De interdicto perſonali ſpeciali.

Quarto tandem loco dicendum ſupereſt de caſibus, in quibus incurritur interdictum ſpeciale perſonale, qui (prout colliguntur ex iuribus) reducuntur ad decem, quorum primum, quòd in ordine noſtro erit vigeſimum, quòd latum eſt contra Iudicem Eccleſiaſticum inferentem cenſuram ſine ſcriptura, vel ſine competente monitione, vel abſque expreſſione cauſæ, qui incurrit ſuſpenſionem à diuinis officijs, & ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem: ex cap. Medecinalis de ſent. excom. in 6. & c. Sacro eodem titulo: Ità Suarez D.37. ſect.1.num.3. Filliuc. d.tr.18.c.6.num.146.

Vigeſimum interdictum. C.Medecinalis de ſent. excom. C. Sacro. Suarez. Filliucius.

26 Aduertentia pro Epiſcopis. C. Quia periculoſum. Filliucius.

Vbi notandum, quòd tale interdictum non extenditur ad Epiſcopos, eò quòd de illis non eſt facta expreſſa mentio in Canone, ideòque non includuntur in interdicto generali, niſi de illis ſit facta mentio ſpecialis, prout dicitur in cap. Quia periculoſum de ſent. excom. in 6. prout aduertit Filliuc. loco ſupracitato.

27 Vigeſimum primum interdictum. C. Si quis deinceps 16.q.7

Vigeſimum primum interdictum in ordine latum eſt in Can. Si quis deinceps 16. q.7. contra Prælatos recipientes Abbatiam, vel aliam Præla-

turam

Digitized by Google

turam de manu laici, ſine confirmatione Apoſtolicæ Sedis, qui interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ: prout explicant Suarez D.37. ſect. 1. num.9. & Bonac. D.6. p.8. nu.14.

Suarez. Bonacina.

28 *Interdictum 22.* Vigeſimum ſecundum: latum fuit in c. Præſenti de officijs ordin. in 6. contra Epiſcopos, alioſque Prælatos aliquid ſibi vſurpantes ex redditibus Eccleſiæ vacantis, aut Eccleſiarum ſibi ſubditarum, qui remanent interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, vſquequo faciant plenam reſtitutionem rerum omnium contra Ordinem iuſtitiæ vſurpatarum.

29 *Interdictum 23.* Vigeſimum tertium interdictum in ordine incurritur ab Abbate, vel Epiſcopo, alienantibus bona Eccleſiæ contra Extrauagantem ambitioſæ: de rebus Eccleſiaſticis non alienandis, qui remanent interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, quòd intelligitur, ſi hoc fecerint inconſulto Romano Pontifice, aut non ſeruata forma eiuſdem Extrauagantis ambitioſæ ſupracitatæ: vide Suarez D.37. ſect.1.nu.10.

Extrau. Ambitioſæ. Suarez.

30 *Interdictum 24. C. Epiſcoporum.* Vigeſimum quartum interdictum latum eſt in c. Epiſcoporum, de Priuilegijs in 6. contra violantes interdictum locale ab homine, vel à iure, qui interdicuntur perſonaliter ab ingreſſu Eccleſiæ.

31 *Interdictum 25. Extra Vn. de cenſib.* Vigeſimum quintum interdictum latum eſt in Extrauag. vnica de Cenſibus, contra Epiſcopos, alioſq; Prælatos, qui in viſitatione aliquid recipiunt vltra ea, quæ ijs conceditur in Extrau. de cenſib. in 6. qui interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ niſi intra duos menſes duplum eius, quòd receptum eſt reſtituant.

32 *Interdictum 26.* Vigeſimum ſextum interdictum in ordine, latum eſt contra Iudices Eccleſiaſticos, qui officiales Romanæ Curiæ, alioſque ad eam profectos pro ſuis negotijs priuant beneficijs Eccleſiaſticis, eaque conferunt alijs: prout habetur ex Extrau. 3. de Priuil.

Extra 3. de Priuileg.

33 *Interdictum 27. Extra Vn. de ſede vacante.* Vigeſimum ſeptimum in ordine interdictum latum fuit in extrauagant. Vnica Ne Sede vacante contra Epiſcopos, alioſque ſuperiores, qui bona nonnullarum Eccleſiarum vacantium ſibi vſurpant, & intra menſem, illa cum effectu non reſtituunt ijs, ad quos talia bona de iure competunt.

34 *Interdictum 28. In Bulla Pij IV in confirmat. Trid.* Vigeſimum octauum, latum eſt à Pio IV. in Bulla confirmationis Conc. Trid. contra Prælatos, alioſq; facientes commentaria in Concilium Tridentinum ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, qui remanent interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: prout in dicta Bulla dicitur.

35 *Interdictum 29. Conc. Trid.* Vigeſimum nonum interdictum latum eſt à Trident. Conc. ſeſſ.6. cap.1. de Reformat. contra Metropolitanum, qui ſuffraganeum vltra annum non reſidentem in ſua Diœceſi, non defert per nuncium, aut litteras ad Romanum Pontificem infra tres menſes: & è contra abſente Metropolitano tenetur ſuffraganeus antiquior, certiorem facere Summum Poutificem de abſentia Metropolitani eodem modo, vt ſupra ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ.

36 *Interdictum 30. Can. ſi qui ſunt D.18.* Trigeſimum Interdictum addi ſolet à quibuſdam ab ingreſſu Eccleſię contra Clericos in Sacris, qui manent in concubinatu, ſiuè crimine fornicationis publicæ; quòd elicitur ex c. Si qui ſunt D.18, ſed tale interdictum non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ: vt ſupra ſuo loco explicatum eſt.

37 *An interdictus à iure tenentur abſtinere ante Iudicis ſententiam.* Pro complemento huius præſentis tractatus vnum dubium tandem remanet ſoluendum: An interdictum iuris obliget in foro conſcientiæ antequam ſit denuntiatum.

Interdictum perſonale ſpeciale obligat in foro conſcientiæ. Reſpondetur diſtinguendo: ſi loquimur de Interdicto perſonali ſpeciali, obligat taliter incurſum, etiam in foro conſcientiæ, quando ſibi conſtet incurriſſe, maximè quando talis cenſura lata eſt in iure ipſo facto abſque iudicis declaratione, ideòq; taliter ſic incurſus tenebitur quamcitius potuerit procurare abſolutionem in foro conſcientiæ, quæ faciliter obtineri poterit ab Epiſcopo, ſiuè ab alio talem facultatem habente, & interim debet ſe abſtinere ab illis, de quibus per cenſuram eſt interdictus, ſecluſo ſcandalo aliorum: Ità Suarez D.37. ſect.1. nu.5. & Filliuc. d.tr.18.

Suarez. Filliucius.

38 *In alijs interdictis requiritur ſententia declaratoria publicata.* Si autem loquimur de alijs interdictis localibus, ſiuè vniuerſalibus, ſiuè ſpecialibus, dicimus: neminem teneri illud obſeruare, donec declaratum ſit per ſententiam, & talis ſententia ſit ſufficienter promulgata, vel affixionem in loco publico, vel alio modo conuenienti: Quod idem ſimiliter dicendum eſt de interdicto perſonali vniuerſali: Nunquam enim talis populus cenſetur interdictus, donec facta ſit declaratio talem populum per tale delictum incurriſſe cenſuram interdicti lati in iure, &c. Ità Suarez, & Filliuc. cum cæteris Theologis, & Canoniſtis: Et hæc de interdicto, & de alijs cenſuris Eccleſiaſticis propriè dictis, dicta ſufficiant.

Suarez. Filliucius.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS XX.

DE IRREGVLARITATE.

Tract. I.

PROOEMIVM.

Introductio.

TRibus cenſurarum ſpeciebus propriè dictis, quæ ſunt Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum huiuſque Diuina protegente gratia, iam peractis, reliquum eſt, vt pro complemento huius noſtræ ſecundæ partis Theologiæ moralis etiam de quibuſdam Eccleſiaſticis pœnis, quæ licèt ſecundum ſe non ſint cenſuræ propriè dictæ, ſed pœnæ, ſeu impedimenta propter Diuinorum reuerentiam legitimè inſtituta, ne à miniſtris indignis exerceantur, ideoque à quibuſdam etiam cenſuræ, lato ſumpto vocabulo dici quandoque ſolent: Quæ quidem ſunt quatuor: Irregularitas vid. Ceſſatio à Diuinis, Depoſitio, & Degradatio, quæ omnia ad totalem intelligentiam cenſurarum neceſſariò ſunt explicanda, vt Confeſſarij, & pœnitentes cognoſcant impedimenta omnia, tam ad Diuina legitimè exercenda, quàm ad Ordines ſuſcipiendos, ſeu ſuſceptos exercendos, obligationeſque ex talibus pœnis emanantes cognoſcant: inter quas prima, & principalis eſt notitia de irregularitatibus, quæ in iure Canonico ab Eccleſia inſtituta ſunt, vel in pœnam delicti commiſſi, vel pro debito Ordinum Sacrorum munere exercendo: de qua irregularitate tractant Theologi in 4. lib. ſent. D. 25. & 27. agentes de Sacramento Ordinis, & Canoniſtæ varij in locis ſub titulo de Homicidio: Couar. in Clement. Si Furioſus, & ab alijs in c. Is. qui de ſent. excom. in 6. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 5. q. 1. A. 9. Valentia 4. p. D. 7. q. 17. Suarez tom. 5. de Cenſ. à Diſp. 40. vſque ad finem diffusè de hac materia tractat. Sayrus de cenſ. lib. 6. & 7. per totum; Auila p. 7. de cenſ. Simon Maiolus in tr. de irregularit. Henriq. in ſum. lib. 14 per totum; Nauar. à c. 27. à n. 191. vſque ad 250. & Summiſtæ omnes in verbo irregularitas; Filliuc. tom. 1. tr. 19. & Bonacina tom. 1. D. 7. aliique, quàm plurimi, qui in proprijs locis citabuntur: Nos autem de iſta materia quinque tractatus faciemus: in quorum primo communem, & generalem doctrinam explicabimus, agendo de irregularitatis quiditate, triplici via ipſam indagando, etymologia vid. definitione, ac diuiſione, inſuper de cauſis, & effectibus, &c. Deindè de ſpeciebus ipſius irregularitatis: diſtinctius eſt agendum, ideòque in ſecundò tractatu de illis, quæ proueniunt ex defectu. ſiuè animæ, ſiuè corporis ordinandorum: In tertiò de illis, quæ proueniunt ex delictis: & Quartò ſpecialiter dicendum eſt de illis, quæ contrahuntur ex homicidio, ſiuè caſuali, ſiuè voluntario, tàm iuſto, quàm etiam iniuſto, ſiuè omni quocumque alio modo, & tandem quinto loco de Relaxatione, & Diſpenſatione ipſius, quæ neceſſaria ſunt dicemus.

Vtilitas, & neceſſitas huius tractatus.

Theologi Canoniſtæ quidem Irregularitate tractat. Couar. Soto. Valentia. Suarez. Sayrus. Auila. Maiolus. Henriquez. Nauar. Summiſtæ. Filliucius. Bonacina.

Diuiſio huius tractatus. Cap. 1. Cap. 2. Cap. 3. Tractatus ſecundus. Tractatus Tertius. Tractatus quartus. Tractatus Quintus.

DE NOMINE, DEFINITIONE, diuiſione, ac differentia irregularitatis à Cenſuris, cæteriſque Eccleſiaſticis pœnis.

CAP. I.

1 QVoniam (prout ſæpè dictum eſt) triplici via ad rerum omnium cognitionem perueniri poteſt, etymologia, vid. deſcriptione, ac definitione, ideòque, vt melius irregularitas de qua in præſenti loquimur percipiatur ipſam primo loco per etymologiam nominis explicare opus eſt: eſt enim irregularitas vox compoſita ex duabus dictionibus: in, & regula, quaſi extra regulam: nam ille, qui tali impedimento eſt ligatus extra regulas Sacrorum Canonum dicitur eſſe: vndè à Græcis irregularitas *ἀκανονία* appellatur, nam *κανὼν* regulam ſignificat: quare irregulare dicitur, quòd intra regulam non continetur, ex quo deindè ſumpta eſt vox abſtracta: irregularitas ſignificans impedimentum, ratione cuius homo fit incapax illius gradus, vel actionis, quæ alijs communis eſt, atque ità extra communem regulam conſtituitur.

Etymologia vocis Irregularitatis.

Quomodo appelletur à Græcis.

2 Quapropter omnes Theologi, & Canoniſtæ vocem iſtam irregularitas pro canonico impedimento accipiunt, quo prohibentur nonnulli, vel Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipere, vel in ſuſceptis miniſtrare, juxta regulas in iure Canonico præſcriptas. Regula namque Pontificij iuris ad Ordines Eccleſiaſticos pertinens omnes homines baptizatos admittit, qui ſecundum iura Pontificia impediti non ſunt: ideòque, qui tali impedimento ſunt affecti extra regulas eſſe dicuntur, & irregulares appellantur prout colligitur ex c. Primo de ſent. excom. §. fin. in 6. Ità Vgolinus tr. de Irregularit. c. 1. §. 1. nu. 2. Suarez D. 40. ſect. 1. n. 1. Auila de cenſ. p. 7. D. 1. n. 1. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 1. n. 2. Henriq. lib. 14. c. 1. §. 1. Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 1. n. 1. Sayrus de cenſ. lib. 6. c. 1 nu. 6. Bonacina tom. 1. D. 7. q. 1. n. 1. cùm alijs plurimis: Et hæc, quantum ſpectat ad etymologiam nominis.

Applicatio vocis ad iſtã pœnam.

C. Primũ de ſent. excom. in 6. Vgolinus. Suarez. Auila. Maiolus. Henriquez. Filliucius. Sayrus. Bonacina.

3 Deſcribitur autem irregularitas multipliciter à Doctoribus, nos autem colligentes ea, quæ ab ipſis ſub diuerſis vocibus, & verbis dicta ſunt, vnam definitionem totalem facimus, dicendo: *Irregularitas eſt impedimentum Canonicum ex facto, vel ex defectu proueniens, quod directè impedit Eccleſiaſticorum ordinum ſuſceptionem, vel eorum vſum ob diuinorum reuerentiam:* Hæc definitio communiter aſſignari ſolet à Theologis, & Canoniſtis, & deducitur ex c. Significaſti de Homicidio: Ità Suarez D. 40. ſect. 1. Molina tom. 4. de Iuſt. tr. 3. D. 63. n. 1. Vgolin. Auila, Filliuc. Bonac. & Henriq. cùm alijs locis ſupracitatis, & Valentia tom. 4. D. 3. q. 9. p. 1. Coninch. D. 18. d. 1. n. 2. Reginaldus tom. 2. lib. 30. tr. 2. n. 2.

Definitio Irregularitatis. C. Significaſti de Homicidio. Suarez. Molina. Vgolinus. Filliucius. Bonacina. Henriq. Valentia. Coninch. Reginaldus.

Dicitur Primò (*Impedimentum Canonicum*) Ad explicandum genus proximum: nam quælibet irregularitas ſub genere impedimenti continetur, non enim dici debet: pœna, cum irregularitas non ſemper ſit pœna: nam aliquando incurritur ſine culpa, nec propria, nec aliena; neque dici poteſt cenſura, cùm cenſura ſit pœna quædam Eccleſiaſtica, cuiuſmodi ſecundum ſe non eſt irregularitas, ſed impedimentum Canonicum, vt diximus, &c. Neque illa, quæ aliquando imponitur in pœnam delicti habet

Explicatur definitio. Impedimentũ Canonicum.

Digitized by Google

bet pro ſine emendationem, ſed vindictam, ideóque neque cenſura eſt dicenda.

5 Canonicum. Additurque (*Canonicum*) ad indicandum tale impedimentum inſtitutum eſſe ſolo Canonico iure: non enim irregularitas eſt de iure diuino, ſed humano ſecundum Canones, propterea non incurritur, niſi in caſibus in ipſo iure expreſſis; quamuis ius Canonicum inſtitutum ſit conforme iuri naturali, & Diuino, quatenus recta ratio dictat non admittendos eſſe ad ordines ſuſcipiendos, vel exercendos, qui debita integritate membrorum corporalium carent, aliuque laborant defectu, aliamque cum Ordinibus Eccleſiaſticis repugnantiam habēt: prout colligitur ex doctrina Innocentij III. in c. Ad audientiam de Homicidio: Ità Suarez D. 40. ſect. 4. n. 2. Auila, Sayrus, & Filliuc. locis ſupracitatis.

Innocentius. III. Suarez. Auila. Sayrus. Filliuc.

6 Ex facto, vel ex defectu. Dicitur tertiò (*Ex facto, vel ex defectu proueniens*) ad denotandum duplex irregularitatis genus, vnum ex facto culpabili, alterum ex defectu proueniens, propter aliquem defectum, ſiuè animæ, ſiue corporis, tam ipſius irregularis, quàm parentum, ſiuè ſignificationis, ſiuè natalium, ideſt ætatis, libertatis, lenitatis, Sacramenti, & huiuſmodi, de quibus ſuo loco eſt dicendum.

7 Directè impediens. Dicitur Quartò (*Directè impediens*) quæ particula addita eſt loco differentiæ: nam per iſtam differt irregularitas à cenſuris, licèt enim excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum impediant ſuſceptionem, vel vſum Ordinum, non tamen directè, quatenus ordines ſunt, ſed ſub alijs rationibus: ideòque Excommunicatio maior impedit quatenus ſuſceptio, & exercitium Ordinum eſt quædam communicatio cùm fidelibus: Excommunicatio minor non impedit vſum Ordinum actiuum, ſed tantùm paſſiuam Sacramentorum receptionem: ſuſpenſio priuat vſu Ordinum, quatenus Ordo eſt quædam poteſtas Eccleſiaſtica, receptione autem Ordinum non priuat directè, ſed indirectè, interdictum aliquando priuat vſu Ordinum, non, vt Ordo eſt, ſed vt eſt quoddam officium diuinum: ſolum ergo irregularitas directè priuat receptione, & vſu Ordinum, quatenus Ordo eſt, & in quantum per illum miniſtri Eccleſiæ conſecrantur.

Quomodo differt irregularitas à cenſuris.

8 Ad Eccleſiaſticos Ordines. Ideoque Quintò addita fuit particula illa declaratiua, dicendo (*tale impedimentum eſſe ad Eccleſiaſticos Ordines ſuſcipiendos, vel exercendos*) ad oſtendendum irregularitatis effectus; impedit enim aliquando, ne talis licitè poſſit Eccleſiaſticos Ordines recipere, vſum autem ſuſceptorum, non ſemper impedit: nam fieri quandoque poteſt, quòd aliquis legitimè ordinatus Sacerdos non poſſet poſtea Miſſam celebrare propter defectum corporis ſuperuenientē. e.g. ex alicuius membri amputatione, vel lepra &c. poterit tamen benedicere, & Sacramenta miniſtrare, facere officium Diaconatus, & huiuſmodi, ideòque addita fuit particula illa diſiunctiua ſuſceptionem, vel eorum vſum.

9 Ob diuinorū reuerentiam. Additumque eſt tandem (*ob diuinorum reuerentiā*) ad inſinuandam finalem cauſam, qua mota eſt Eccleſia ad tale impedimentum Canonicum inſtituendum, ne vid. Eccleſiæ miniſtri contra reuerentiam Sacramenti debitam ea adminiſtrent, ideoq; ſimili cauſa eſt diuinorum reuerentia: Ex quibus patet irregularitatem eſſe quamdam inhabilitatem Canonico iure ab Eccleſia inſtitutam ad eccleſiaſticos ordines ritè ſuſcipiendos, eoſque licitè miniſtrandos.

Deſcriptio irregularitatis.

10 De diuiſione Irregularitatis. Circa tertiam partem, quæ præpoſita fuit in titulo capituli huius de diuiſione irregularitatis dicimus, quod Irregularitas nō diuiditur ſicut diuiduntur cenſuræ: vt alia ſit ab homine, alia à iure: nam omnis irregularitas quæcumque ſit illa inſtituta eſt a iure Canonico, ideòque non inuenitur irregularitas ab homine, neque etiam diuidi poteſt in externam, & internam, eò quod nulla irregularitas contrahitur per actum mentalem purè internū, ſed per actum externum: neque inſuper diuidi poteſt in latæ ſententiæ, & ferendæ; prout diuidebantur cenſuræ, ſed omnis irregularitas inſtituta eſt ex iure Canonico, quæ contrahitur ipſo facto abſque alia iudicis ſententia, vt in ſequenti capitulo pleniùs declarabitur.

Quæ diuiſiones nō conueniant irregularitati.

Hoc ſuppoſito, dicimus nos ſequendo doctrinam Suarez, aliorumque Doctorum: irregularitatem quatrupliciter diuidi poſſe, ſumendo diuiſiones iſtas ex cauſa motiua, & quaſi finali, quæ eſt prima radix inſtitutionis irregularitatis, quare ex ordine ad finem intentum ab Eccleſia ob reuerentiam diuinorum variæ oriuntur diuiſiones ſpecificæ ipſius impedimenti irregularitatis, quarum. 11 Quatruplex diuiſio irregularitatis.

Finis irregularitatis qualis ſit.

Prima diuiſio deſumitur ex parte fundamenti, in quo fundatur: ideòq; vna irregularitas fundata eſt in ſola indecētia abſque culpa. altera in indecentia, includente culpam: vndè ſequitur, quòd quælibet irregularitas prouenit ex aliqua indecentia adminiſtrandi Ordines, & hæc eſt communis ratio omniū irregularitatum: ſi ergo eſt ſola indecentia ſic conſtituitur prima ſpecies: quando autem talis indecentia coniuncta eſt cum culpa, tunc conſtituitur ſecunda ſpecies: prout dicunt Suarez de cenſ. D. 40. ſect. 3. n. 2. & Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 1. n. 8. 12 Prima Diuiſio ex parte fundamenti Vna ex deffectu, altera ex culpa.

Suarez. Filliuc.

Secunda diuiſio deſumitur ex actu, per quem incurritur, ideòque vna ſpecies irregularitatis ſecundum iſtam diuiſionem eſt illa, quæ contrahitur per actum proprium ipſius hominis, qui irregularitatem contrahit, vt per actum homicidij, violationis cenſuræ, quo ad actum Ordinis &c. Altera eſt illa, quæ contrahitur ſine actu ipſius, vt ex defectu natalium, originis, ætatis, ſcientiæ, integritatis corporis, &c. propter quos defectus homo eſt incapax Ordinis, licitè ſuſcipiendi, diciturque irregularis ſinè proprio ipſius actu, ſed ex defectu naturæ. 13 Secunda ſpecies deſumitur ex parte actus. Vna per actū proprium, altera per actū alterius.

Tertia diuiſio deſumitur ex primo membro ſuperioris diuiſionis: nam illa irregularitas, quæ contrahitur per actum proprium ipſius hominis, qui irregularitatem incurrit: vna prouenit ex actu peccaminoſo, & illicito; altera ex actu licito, & ſine peccato: prior eſt illa, quæ contrahitur per homicidiū voluntarium, & iniuſtum, vel propter peccatum hæreſis violationis cenſurarum in exercitio Sacri Ordinis &c. poſterior ſpecies eſt illa, quæ contrahitur per actum licitum, prout eſt bigamia, homicidium iuſtum ſine peccato, mutilatio proprij membri propter neceſſitatem, quibus mediantibus homo efficitur irregularis per actum proprium, ſed ſine culpa. 14 Tertia Diuiſio vna cum peccato altera ſine peccato.

Quarta diuiſio fieri ſolet in irregularitatem totalem, & partialem: prior eſt illa, quæ priuat toto ordine Clericali, cuiuſmodi eſt irregularitas, quæ contrahitur per homicidium, bigamiam, aliaſque actiones, ſiuè peccaminoſas, ſiuè non, quæ inducunt irregularitatem perpetuam, priuantem quolibet Ordine, etiam prima tonſura recipienda, vt infra videbitur: poſterior eſt illa, quæ non priuat totaliter, ſed aliqualiter i. non in totam, ſed in partem: prout eſt illa ex defectu ætatis, ſcientiæ, &c. quæ non priuant ſimpliciter, & abſolutè, ſed perſiſtente tali impedimento, quo ſublato, ceſſat talis irregularitas, aut ex parte alicuius defectus, qui priuat ab aliquo ordine, non autem ab alijs, vt infra hæc omnia clarius explicabuntur. 15 Quarta diuiſio in Totalē, & partialem.

Circa

16 Differẽtia inter irregularitatem, & cenſuras.

Circa tandem quartam partem tituli dicendum ſuper eſt de differentia inter irregularitatem, & cẽſuras, aliaſque pœnas Eccleſiaſticas: differt enim à cenſuris, quia cenſuræ omnes ſunt pęnæ: non autem omnis irregularitas eſt pœna, & illa, quæ eſt pœna non eſt pœna medicinalis, ſed pœna quædam ex ſe perpetua, tùm, quia violans cẽſuras in exercitio Ordinum Sacrorum efficitur irregularis, violãs autem irregularitatem non contrahit nouam irregularitatem, ſed tantummodò facit peccatum ſacrilegij, præter alias differentias, quas tradidimus ſupra n. 7. præſentis capituli.

Violans irregularitatem tantùm p.m.

17 Quomodo Differt à Depoſitione, & Degradatione.

Differt etiam à depoſitione, & degradatione: nã per tales pœnas clericus deijcitur à toto Eccleſiaſtico ordine, ſiue verbaliter per depoſitionem, ſiuè realiter, & ſolemniter per publicam degradationem, vt ſuo loco videbitur: per irregularitatem tantummodò non admittitur ad Ordines, vel ad eos ante ſuſceptos ad licitè exercendos, durante irregularitate contracta: turpiùs autem eſt eijci, quàm non admitti, deindè illis duabus pœnis, vel altera ex illis clericus totaliter priuatur toto Ordine clericali in perpetuum in pœnam delicti commiſſi: in irregularitate autem tantummodo priuatur illa durante, quo ad vſque diſpenſetur, & ſæpè etiam contrahitur ſine propria culpa, quando contrahitur ex defectu.

18 Quomodo differt à Ceſſatione à Diuinis.

Differt etiam à ceſſatione à Diuinis, quia iſta tãtummodò ſuſpendit, ne tali tempore Diuina officia fieri poſſent, quò ad omnes, tàm ſæculares, quàm etiam Regulares: irregularitas autem non prohibet Diuina officia, neque receptionem Sacramentorum, ſed tantummodò exercitium, & receptionem Ordinis: quæ omnia clariùs explicabuntur infra in proprijs locis: vidè de hoc Sayrum de cenſ. lib. 7. c. 1. à n. 21. vſque ad 26.

Sayrus.

19 An irregularitas impediat receptionem primæ tonſuræ.

Sed Quæritur modo: an irregularitas contracta impediat receptionem primæ tonſuræ.

Prima ſentẽtia negatiua.

Reſpondetur: duplicem eſſe ſententiam: vnam negatiuam aſſerentem irregularitatem nõ impedire ſuſceptionem primæ tonſuræ, eò quod ſecundum Doctorum ſententiam communiter receptam: prima tonſura non eſt ordo propriè dictus, ſed modus quidem, & diſpoſitio ad recipiendos Ordines: in odioſis autem non eſt facienda extenſio ab vno caſu ad alium, ideòque prima tonſura initiatus ſimpliciter dicitur potiùs deputatus in ordine clericali, quàm ordinatus, eò quod nullum habet miniſterium deputatum ad functiones ordinum.

Rationes iſtius ſententiæ, quæ ſint.

20 Confirmatur aſſertio ſecũdę ſententiæ.

Quare irregularitas ex communi ſententia eſt impedimentum ad licitè recipiendos ordines, & ad vtẽdum ordinibus ante ſuſceptis, quatenus ordines ſunt, nõ verò impedit ſuſceptionem habitus clericalis, qui in prima tonſura confertur: deindè irregularitas non contrahitur, niſi in caſib. in iure expreſſis: de prima autẽ tonſura nullus eſt textus expreſsè, id declarãs, & prohibẽs: dicũt ergo iſti Doctores: irregularitatẽ nõ impedire ſuſceptionẽ primæ tõſurę, quã ſentẽtiã defendit, & ſequitur doctiſſimus Aloyſ. Bariola citatus à Bona. D. 7. p. 1. n. 4. cũ alijs aſſeclis.

Bariola.

21 Secunda ſententia affirmatiua.

Secunda ſententia eſt affirmatiua, abſolutè dicẽs irregularitatẽ contractam impedire nõ ſolùm licitã receptionẽ cuiuſcumq; ordinis, ſed etiam primæ tõſuræ: licèt enim iſta nõ ſit ordo, ſed diſpoſitio ad ordines, nihilominus in iure Canonico cadit ſub nomine Ordinis, latè accepto: prout colligitur ex c. cũ cõtingat de ætate, & qualit. ordin. Propterea quãdo in definitione irregularitatis dicitur: *Irregularitatem eſſe Canonicum impedimentum ſuſceptionem ordinis impediens*, ſub nomine ordinum comprehẽditur etiam prima tonſura, prout ordo communiter accipitur in iure Canonico, à quo impoſita eſt irregularitas.

c. Cùm cõtingat de ætat. & qualit. ordinand.

Nec valet dicere, quòd in pœnalibus nõ licet fieri extenſio; quia in hoc non fit extenſio ex vno caſu ad alium, vt dicebat prima opinio, cùm ſub nomine Ordinum non intelligatur tantummodo Ordo, qui eſt Sacramentum, ſed etiam illa diſpoſitio, per quã aliquis conſtituitur in ordine clericali, vt deindè promoueri poſſet ad ordines recipiẽdos: Cùm ergo irregularis non poſſit licitè ordinari, ſequitur, quòd neq; prima tonſura licitè initiari poſſet: Ita Nauar. tom. 1. conſil. de temp. ordinand. conſ. 24. n. 1. & 3. & Conſil. 34. & 35. de Homicidio, Garcia de Beneficijs p. 7. c. 12. n. 30. Suarez D. 40. ſect. 1. n. 11. & ſect. 2. n. 2. Reginald. tom. 2. lib. 30. tr. 1. n. 5. Filliuc. tr. 19. c. 3. n. 59. & 60. Auila p. 7. D. 2. d. 6. Sayrus lib. 6. c. 1. n. 19. & Bonac. D. 7. p. 1. n. 4. cùm alijs. 22

Reſpondetur ad fundamẽtum contrariæ opinionis.

Nauarrus. Garcia. Suarez. Reginaldus. Filliucius. Auila. Sayrus. Bonacina.

Ex quibus infertur, quòd ad incurrendam irregularitatẽ oportet, quòd ſubiectum ſit capax Ordinis ſecundum regulas canonum, quare, qui omninò nõ eſt ordinis capax, irregularis dici nõ poteſt, nullus. n. impeditur, niſi ad id habeat poteſtatem: quare fœmina non poteſt dici irregularis, cùm ipſa non ſit capax Ordinum: ſunt enim fœminæ de iure diuino Eccleſiaſticorũ Ordinum omninò incapaces: ſimiliter etiã infidelis, qui adhuc baptizatus non ſit, non poteſt dici irregularis, cùm non ſit capax ſubiectum Ordinum propter carentiam Baptiſmi, quòd eſt omnium Sacramentorum ianua: Ita Nauar. c. 27. n. 305. Sayr. lib. 6. c. 2. nu. 8. Auila p. 7. D. 2. d. 6. Henriq. lib. 14. c. 2. Suar. D. 40. ſect. 1. n. 3. & ſect. 7. num. 3. Coninch. D. 18. d. 1. n. 2. & Filliuc. tr. 19. c. 2. n. 52. 23

Fœmina non dicitur irregularis.

Infidelis non eſt capax irregularitatis.

Nauar. Sayrus. Auila. Henriq. Suarez. Coninch. Filliucius.

DE CAVSIS IRREGVLARITATIS.

CAP. II.

QVoniam cauſarum cognitio ad totalem, perfectamq; rerum omnium intelligentiam multum facit, vt ex ea, quæ ſæpè ſæpius in prędentibus dictum eſt clarè patet, ideoq; in pręſenti ſecundo in ordine capitulo de irregularitatis cauſis aliquid dicere opus eſt: quare primo loco agemus de cauſa efficiente, deindè de alijs. 1

De cauſa efficiente irregularitatis.

Quærimus ergo primò: quænam ſit cauſa efficiens irregularitatis, & eſt quærere, quo iure ſit inducta Diuino iure, an Eccleſiaſtico?

Quo iure ſit inducta.

Reſpondetur breuiter: nullam irregularitatem inſtitutã fuiſſe iure Diuino, neq; naturali, neq; poſitiuo, ſed omnes, ſingulaſq; irregularitates inſtitutas eſſe ab Eccleſia ex iure Pontificio; quæ eſt communis ſententia omnium Theologorum in 4. lib. ſent. D. 25. & Canoniſtarum in c. Ad audientiam de homicidio, & Summiſtarum in verb. Irregularitas prout probant Suarez D. 40. ſect. 4. n. 2. Filliuc. tr. 19. c. 2. n. 30. & Bonac. D. 7. q. 1. p. 2. n. 1.

Omnis irregularitas inſtituta eſt ex iure canonica.

Theologi, omnes, & Canoniſtæ.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

Ex quo ſequitur, cauſam irregularitatis efficientẽ eſſe Sacros Canones, ſeù potiùs Summum Põtificẽ, qui per Sacros Canones, vel Bullas Pontificias irregularitates inſtituit; & ratio huius eſt, quia poteſtas ferendi irregularitates ad eum pertinet, qui poteſt ius commune Canonicum condere; ſed hæc ſolummodò ſpectat ad Summum Pontificem, qui habet ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei militãte ergo, &c. Patet hoc ex c. Is, qui de ſent. excom. in 6. vbi dicitur: *Irregularitatem nõ incurri, niſi in caſibus in iure expreſſis*, & per ius intelligitur ius Canonicum non ſolùm, quò ad corpus iuris, verùm etiam de Bullis Pontificijs, vel Concilijs generalibus à Summo Pontifice approbatis, & confirmatis: prout dicunt Suar. D. 40. ſect. 3. n. 14. Filliuc. & Bona. locis ſupracitatis.

2 Sacri Canones ſunt cauſa efficiens irregularitatis.

c. Is, qui de ſent. excom.

Suarez. Filliuc. Bonacina.

3 Epiſcopi non poſſunt irregularitatem inſtituere.

Secundò ſequitur: non poſſe Epiſcopos, alioſque Prælatos Summo Pontifici inferiores per ſynodum Epiſcopalem, ſiuè Prouincialem irregularitatẽ ferre, eò quòd non eſt munus illorum ferendi ius commune: irregularitas autẽ non incurritur, niſi ſit in iure communi expreſſa: prout ex c. Is, qui ſupracitato conſtat: nam irregularitas inſtituta eſt ab Eccleſia, quaſi quoddam impedimentum, & per modum cõditionis neceſſariæ ad decentiam miniſtrandi Sacros ordines, illoſq; decenter exequendos, quòd ius ſolummodo à Summis Pontificibus erat inſtituendum, ideòq; rationabiliter talem inſtitutionem irregularitatis Summi Pontifices ſibi reſeruauerunt: Ità Bonac. D. 7. q. 1. p. 2. num. 2.

Bonacina.

4 Culpa maior, ſiue æqualis non inducit irregularitatem.

Tertiò ſequitur irregularitatem non incurri ob æqualem ſimilem, vel maiorẽ cauſam propter quã fuit inducta: eò quòd nulla irregularitas incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, quare iterantem confirmationis Sacramentum, aut ordinis, neq; celebrantem in irregularitate, vel ſine Sacris veſtibus, aut non ieiunum, vel ſine altari, vel Calice conſecrato, neq; violantem Eccleſiam per voluntariam, & ſacrilegam effuſionem ſanguinis, ſiue humanis ſeminis irregularitatem contrahere, quamuis in huiuſmodi actionibus ſacrilegis mortaliter peccet: & ratio huius eſt, quia nulla irregularitas incurritur niſi ſit in iure expreſſa: nulla autem irregularitas taxata eſt per huiuſmodi actiones ideò, &c. Ita Richard. in 4. D. 13. q. 12. & 13. A 4. Suar. D. 4. ſect. 4. nu. 15. & 16. Hoſtienſ. in c. Si celebret de cleric. excom. miniſt. nu. 5. Panorm. in c. vlt. de iure patronatus n. 8. Couar. in 4. decret. p. 2. c. 8. nu. 8. Caſtro: lib. 1. de legib. cap. 7. document. 7. Filliuc. tr. 19. c. 2. n. 35.

Ratio aſſertionis.

Richardus. Suarez. Hoſtienſ. Panorm. Couarruuias. Caſtro. Filliucius.

5 Irregularitas non indiget ſententia declaratoria.

Quartò ſequitur: irregularitatem, vt inducat obligationem non egere ſententia iudicis declaratoria, eò quòd lex ipſa immediatè infert irregularitatem, & profert ſententiam, qua poſita eò ipſo delinquens contra talem legem eſt inhabilis, & impeditus, tam ad ſuſceptionem, quàm ad executionem ordinum; ideoq; quando ius non imponit irregularitatem non poteſt Eccleſiaſticus iudex illam imponere, niſi eſſet Summus Pontifex: prout dicunt omnes communiter: vt Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 1. Nau. c. 27. nu. 94. Cou. in Clement. vn. de homicid. num. 3. Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 2. num. 36.

Soto. Nauarrus. Couar. Filliucius.

6 Quæſitum ſecundo. Cauſa materialis duplex remota, & ſubiectiua.

Quæritur ſecundò circa cauſam materialem: quænam ſit materialis cauſa irregularitatis?

Reſpondetur: diſtinguendum eſſe de cauſa materiali, duplex enim eſt, quarum vna dicitur remota, ſeù cauſa motiua, & circa quam, altera dicitur proxima, ſiue in qua, quæ ab alijs dicitur cauſa ſubiectiua, in qua contrahitur irregularitas, ſeù potiùs irregularitatis ſubiectum.

7 Cauſa materialis remota duplex. Ex delicto, & ex defectu.

Loquendo ergo de prima dico: quòd cauſa materialis circa quam, etiam duplex eſſe poteſt ſecundum duas genericas ſpecies irregularitatis: nam quædam contrahitur ex delicto commiſſo, quædam verò ex defectu, ſiuè animæ, ſiuè corporis, & illa irregularitas non eſt ſemper perpetua, ſed temporalis perſiſtente vid. tali defectu in ſubiecto, quo ſublato, tollitur talis irregularitas, ſeu potiùs impedimentum Canonicum ad ordines ſuſcipiendos, vt videbitur in ſequenti tractatu, in quo dicendum eſt, de irregularitatibus prouenientibus ex defectu, de irregularitatibus autem, quæ contrahuntur ex delicto, dicendum eſt in tertio, & quarto tractatu: modo autem aliqua dubiola ſunt diſcutienda in communi de hac materia.

8 Ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiritur culpa grauis.

Dicimus ergo primò, quòd ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiritur culpa mortalis, & grauis, nam pęna debet eſſe proportionata delicto, prout dicitur in c. fęlicis de Pœnis in 6. cum ergo irregularitas, quæ propter delictum contrahitur ſit pęna grauiſsima non debet eſſe impoſita pro quocumq; leui, & veniali peccato, alioquin non eſſet proportionata delicto: Ità Nau. c. 27. n. 249. d. 7. Soto de iuſt. lib. 5. q. 1. A. 1. circa finem, Auila p. 7. D 2. d. 3. concl. 3. Suar. D. 40. ſect. 3. n. 19. Filliuc. tr. 19. q. 8. n. 24. Henriq. lib. 14. c. 3. Sanchez lib. 9. D. 32. Salon. 2. 2. q. 64. A. 8. Regin. tom. 2. lib. 30. nu. 101. Coninch. D. 18. d. 4. num 27. Bonac. D. 7. p. 3. nu. 1.

C. Fœlicis de Pœnas.

Nauar. Soto. Auila. Suarez. Filliucius. Henriquez. Sanchez. Salonius. Reginald. Coninch. Bonacina.

9 Summus Põtifex poteſt inducere etiã pro p. v.

Non negamus tamen: Summum Pontificem de plenitudine poteſtatis poſſe tanquam ſupremus iudex imponere aliquando etiam pro culpa veniali irregularitatis pœnam contrahendam, quando ita in Domino videbitur expedire pro Diuinorum reuerentia: ſed hoc non conceditur alijs Prælatis Papæ inferioribus, eò quòd nullus præter eum poteſt condere leges vniuerſales, in quibus feratur irregularitatis vinculum, quòd non contrahitur niſi ſit in iure communi expreſſum: prout patet ex c. Is, qui de ſent. excom. in 6. & nos pleniùs probauimus ſupra num. 3. Ità Molina tom. 4. tr. 3. D. 77. Caietan. verbo irregularitas, & 2. 2. quæſt. 68. A. 8. Armilla verb. irregul. n. 14. Cordub. lib. 2. Quæſtionarij q. 26. Suarez, Filliucius, & Bonac. cum alijs locis ſupracit.

C. Is, qui de ſent. excom. Molina. Caiet. Armilla. Corduba. Suarez. Filliucius. Bonacina.

10 Nulla irregularitas incurritur ſine culpa mortali.

De facto autem vſq; ad tempus præſens nulla irregularitas inuenitur in iure lata niſi pro culpa mortali, ex quo ſequitur, quòd eo ipſo, quod aliquid prohibetur in iure ſub pœna irregularitatis incurrẽdę talis prohibitio obligat ſub mortali, quare ſi quis in tali actione prohibita in iure ſub pœna irregularitatis non peccaſſet mortaliter, non eſſet incurſus in talem pęnam taxatam in lege: quapropter interueniente ignorantia, ſiuè inaduertentia, ſiuè paruitate materiæ non contrahitur dicta irregularitas: nam ſicut in caſu talis excuſatur à culpa mortali, ità etiam ab irregularitate: prout dicunt Vgolin. de irreg. c. 14. §. 10. num. 9. Auila p. 7. D. 2. d. 7. concluſ. 2. Suar. D. 40. ſect. 3. nu. 18. Coninch. D. 18. d. 4. nu. 29. Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 2. num. 21.

Ignorantia, & paruitas rei quando excuſant.

Vgolinus. Auila. Suarez. Coninch. Filliucius.

11 Infantes, & amentes, ac dormientes non incidunt in irregularitatem.

Ex quo ſequitur, quòd amentes, & furioſi, & ebrij, ſiuè dormientes, ſiuè infantes non habentes vſum rationis occidendo aliquem hominem non eſſent irregulares, & ratio huius eſt, quia tales actiones huiuſmodi perſonarum vſu rationis carentium in illo actu non ſunt actiones rationales, & peccaminoſe, & conſequenter non ſunt ſufficientes ad incurrendam irregularitatem impoſitam in iure propter delictum: prout benè notauit Suarez loc. cit. nu. 14.

Suarez.

12 Quæſitum tertium.

Quæritur tertiò: an pro peccato merè præterito, quando nulla præceſsit monitio poſſit imponi irregularitatis pœna ob delictum.

Non eſt neceſſe, quòd procedat admonitio.

Reſpondetur affirmatiuè, non enim requiritur, vt procedat monitio ad irregularitatem infligendam cõtra aliquos propter delictum, ſufficit enim, quod in iure talis pœna taxata ſit pro tali delicto, licèt homines neſciant tale ius: non enim requiritur contumacia ad irregularitatem incurrendam, ſicut ad excommunicationem requiritur: quare poteſt Papa, qui habet poteſtatem ſupremam faciendi leges communes taxare irregularitatis pœnam pro tali delicto, etiam, quòd ſit præteritum, quia tunc reddit huiuſmodi inhabiles ad Ordines exequendos: Ita Auila p. 7. D. 2. d. 4. & Bonac. D. 7. q. 1. p. 3. num. 3.

Papa pro delicto commiſſo poteſt infligere irregularitatem.

Auila. Bonacina.

13 Quæſitum quartum.

Quæritur quartò: An requiratur, vt delictum pro quo incurritur irregularitas ſit conſumatum per actum externum, vel ſufficiat aliquando conſenſus voluntatis?

Reſpon-

Digitized by Google

Non ſufficit actus internus, ſed requiritur externus.

Reſpondetur: irregularitatem nunquam incurri, niſi actus peccaminoſus ſit conſumatus per actum, & operationem externam: nam actus merè internus nō eſt ſufficiens ad irregularitatem incurrendã, eò quòd Eccleſia nō iudicat de internis, quia actus purè mentales non ſubijciuntur iudicio Eccleſiæ: quare ad incurrendam irregularitatem ex homicidio, vel mutilatione membrorum,&c. non eſt ſufficiens actus ſimplicis voluntatis, niſi actio ſit per opus externum conſumata, quòd etiam dicendum eſt de hæreſi,&c. Ità Suar.D.40.ſect.3.n.13.Vgolin. de irreg.c.14.§.1.Henriq.lib.14.c.3.nu.2. Valentia to.4.D.3.q.19.p.2.Auila p.7.D.2.d.1. concl.1. & 2. Sayrus lib.6. cap.2.nu.17.

Suarez. Vgolinus. Henriq. Valentia. Auila. Sayrus.

14 Quæritur quinto: An ad incurrendã irregularitatē ſufficiat peccatũ mortale cōſumatũ, qđ omninò eſt occultũ quòd ad aliorũ notitiã nō ſit peruētum?

Quæſitum quintum. An peccatum occultum inducat irregularitatem?

Notandũ pro reſponſione huius quæſtionis,quòd duplex poteſt eſſe delictorũ genus,pro quib. cōtrahi poteſt irregularitas: vnũ eorũ,quæ ſolùm ratione enormitatis,& notorietatis incurritur irregularitas, alterum eorum,quib.in iure impoſita eſt irregularitas non requiſita hac cōditione enormitatis,vel publicitatis, ſed tãtùmodò requiritur delictũ cōmiſſũ.

15 Hoc ſuppoſito,reſpondetur primò ad quæſtionē, quòd in delictis prioris generis: nũquam incurritur irregularitas, niſi tale delictũ ſit manifeſtum,quãdo autem tale delictum ſit occultum non contrahitur irregularitas,ideòq; ſodomitici infames pro quocũque crimine occulto, ſi talis infamia nō ſit manifeſta non ſunt irregulares, niſi poſtquam conſtet talis infamia: & ratio huius eſt, quia pro talibus delictis (excepto homicidio) nunquam cōtrahitur infamia, niſi eſſent publica,non autem quando ſunt ſecreta: patet hoc ex c.fin.de temp.ordin. vbi dicitur,quòd: *Propter grauiſsima crimina, vt adulteriũ periuriũ, &c. excepto homicidio non debet quis poſt pœnitentiam à ſuſceptione, vel vſu ordinum impediri, niſi in ordine iudiciario,vel aliàs notoria fuerint:* Ità Nauar. c.27. num. 248. Henriq. lib.13. de excom. c.36. nu.2.

Regularitas propter infamiam non incurritur, niſi ſit publica.

C.fin.de tempor. ordinãd.

Nauarrus. Henriquez.

16 Secundo reſpondetur, quòd quando delictum eſt poſterioris generis, quando vid.impoſita eſt in iure irregularitas ipſo facto pro talib.criminibus,quamtumuis occultiſſima ſint, inducunt irregularitatem etiam poſt pęnitentiam peractam ſufficit enim aliquod crimen ex illis fuiſſe iam cōmiſſum per opus externum: quare ſi quis Sacerdos ſcienter rebaptizaret aliquem,vel ſi quis excommunicatus, vel alia cenſura innodatus etiam occultè celebraret, ſiuè alias actiones pertinentes ad Sacros Ordines,exerceret incideret ipſo facto in irregularitatem: Ità Panorm.in c.ex tenore de temp. ordin.Cou.in Clement.ſi furioſus p.1.lib.14.c.3.n.2.Nau.c.27.n.249. Suarez D.40. ſect.3. num.21. Coninch. D.18.d.2. num.15. Bonac.D.7.q.1.p.3.n.8.

Irregularitas ex delicto incurritur etiã ſi delictum ſit ſecretum.

Panormitan. Couarruuias. Nauarrus. Suarez. Coninch. Bonac.

17 Probatur hoc ratione manifeſta, quia ad incurrendam irregularitatis pœnam impoſitam in iure ipſo facto nō requiritur delictum publicum,ſed ſufficit eſſe factum per actum externum, quia in pęna irregularitatis intenditur punitio ipſius hominis delinquētis,quæ etiam in occultis locum habet:quare in Trid. Conc. ſeſſ.24. c.6. datur facultas generalis Epiſcopis diſpenſandi in omnib. irregularitatibus occultis ex delicto prouenientibus, excepto tamen homicidio voluntario,ideòq; clarè patet,quòd irregularitates latæ in iure incurruntur etiam in foro conſcientiæ ex delictis occultis,alioquin fruſtra data eſſet facultas in illas diſpenſandi in foro conſcientiæ: Ità Corduba in ſum. q.41. Henriq. lib.14. c.3. num.2. Auila p.7.D.2.d.2.concl.2.circa finem.

Ratio aſſertionis probatur.

Conc. Trid.

Henriquez. Corduba. Auila.

His ergo declaratis de cauſa materiali circa quam hoc eſt, mediante qua incurritur irregularitas ex delicto, dicendum ſuperſit de cauſa materiali ſubiectiua, quæ eſt materia proxima, ſeù ſubiectum in quod cadit irregularitas, tanquam pœna inflicta ab Eccleſia, ne Ordines Eccleſiaſtici ab indignis adminiſtrentur: ideòque. 18

De cauſa ſubiectiua.

Quæritur ſextò loco: quænam perſona poſſit eſſe ſubiectum irregularitatis, & eſt quærere,quinam poſſint eſſe irregulares, & contrahere hoc impedimentum ordinis? 19

Quæſitum ſextum.

Reſpondetur nullam perſonam eſſe poſſe irregularitatis capacem, quæ non ſit capax per ſe Eccleſiaſtici Ordinis, ſecundum Chriſti inſtitutionem: & ratio huius eſt, quia irregularitas eſt quædam priuatio,quę ſupponit capacitatem in eo,qui priuatur, qui autem non eſt capax talis priuationis nō poteſt eſſe talis impedimenti capax, ideòq; nec fœminæ, neq; infideles non baptizati poſſint dici irregulares, eò quòd huiuſmodi perſonæ, non poſſunt eſſe ordinis capaces:Ita Soto in 4. D.25. q.1. A.2. Maiolus lib.1.de irreg.c.28.nu.2.Tabien. verbo irregularitas n.4.Sayr.lib.6.c.2.n.3. Filliuc.tr.19.c.2. n.52. Viuald.in Candel.p.3.nu.3. tit. de irregular.num.4. Bonacina D.7.p.2. num.6.

Subiectum irregularitatis debet eſſe capax talis pœnæ.

Fœminæ. & infideles ſunt incapaces ordinis.

Soto. Maiolus. Tabien. Sayrus. Filliucius. Viualdus. Bonacina.

De fœminis autem nulla eſt dubitatio ſunt enim ratione ſexus omninò ordinis incapaces ſecundum Chriſti inſtitutionem,nam non poſſunt repræſentare Chriſti Domini perſonam, qui non aſſumpſit humanam naturam in ſexu fęmineo,ſed virili, tanquã perfectum. & ad redemptionem proportionatum, nam originale peccatum tranſit ab anima Adæ ad animas poſterum, mediante carne per concupiſcētiam genita, & ſicut per Adam amiſſa fuit originalis iuſtitia,ità per Chriſtum erat recuperanda: ideòque Chriſtus non aſſumpſit formam mulieris, ſed viri,quare mulier perſonam Chriſti repræſentare nō poteſt,imo adeò mulieres à Sacramentorum ordinum miniſterio expelluntur, vt nec in Altari liceat Sacerdotibus deſeruire,etiam tempore neceſſitatis vrgentis:prout dicunt Archidiaconus in c. hoc quoque de conſ.D.1.& in c.1.de cohabit cleric. & mulier,& Maiol. de irreg.lib.1. c.28. n.6. Sayrus lib.6. cap.2.num.5. 20

Quare fœmina ſit incapax Ordinum.

Sacerdos debet repræſentare perſonã Chriſti.

Archidiac. Maiolus. Sayrus.

Sic etiam dicendum eſt de infidelibus non baptizatis, cùm enim non adhuc ſint charactere baptiſmi inſigniti, Ordinũ Eccleſiaſticorum capaces eſſe non poſſunt, cum Baptiſmus ſit Sacramentorum omnium ianua: quare ſunt incapaces Sacramenti Ordinis, ſed non poſſunt dici propriè irregulares: vnde ſi quis Epiſcopus aliquem infidelem,ſiuè fęminam ordinare tentauerit nullum characterem ordinis illis imprimeret: & quamuis aliquis infidelis poſſit eſſe homicida, ſiuè illegitimus, ſiuè infamis, aut bigamus, non tamen dici poteſt irregularis, quamdiu Baptiſmo caret, niſi huiuſmodi impedimenta contraheret poſtquam eſt baptizatus: prout dicunt communiter omnes ſupracitati Doctores: cum Filliuc. d.tr. 19. cap.2. num.52. 21

Infidelis,quare non contrahit irregularitatem.

Filliucius.

Ex quo ſequitur, omnes homines maſculini ſexus, qui baptizati ſunt eſſe ſubiectũ irregularitatis, nam per characterē Sacramẽti Baptiſmi, & maſculini ſexus poſsũt eſſe ordinum capaces, ideòq; quãdo ſunt extra regulas Sacrorum canonum, vel propter delictũ, vel propter defectum, ſiuè animæ, ſiuè corporis,dicerentur irregulares: Ita Syluest. verbo homicidium 3.quæſt.1.ad finem, Reginaldus lib.30. num.13.Suarez D.40. ſect.7. Filliuc. & Sayrus cum alijs, locis ſupracitatis. 22

Aſſertio. Qui ſunt ſubiectum irregularitatis.

Syluester. Reginald. Suarez. Filliuc. Sayrus.

Secundò ſequitur Epiſcopos,& Cardinales,alioſque 23

Solus Summus Pontifex non poteſt fieri irregularis. que Prælatos, ſiuè Sacerdotes ſimplices, quicumq; ſint illi, præter Summum Pontificem, qui humanis legibus,& canonibus minime eſt ſubiectus, capaces eſſe irregularitatis: nam licèt Epiſcopi non ſint ampliùs aliorum Ordinum capaces, ſunt tamẽ irregularitatis capaces, eò quod poſſunt priuari, ſaltem, vſu licito ſuſceptorum Ordinum.

24 *Concluſio.* Cõcludimus ergo: omnes fideles baptizatos poſſe eſſe irregulares,quacumq; dignitate, vel præeminentia eſſent prædicti,prçter Summum Pontificem, qui nunquam affici poteſt irregularitatis pœna,etiã ſi faciat actiones, propter quas cæteri homines efficiuntur irregulares, & ſi antequam eſſet electus in Summum Põtificem fuiſſet irregularis,ſiuè quacũq; cenſura ligatus, facta electione,& adoratus non eſt ampliùs aliquo vinculo Eccleſiaſtico adſtrictus. Ità Suarez D.40.ſect.7.n.7.Fillinc. d.tr.19.c.2.num.53. Bonacina D.7.p.2.num.8.

Summus Põtifex creatus non eſt amplius irregularis. Suarez. Filliuc. Bonacina.

25 *De cauſa formali. Quæ verba ſint neceſſaria.* Tertiò dicendum venit de cauſa formali,ſub qua vid.forma verborum determinãda eſt irregularitas in Sacris Canonibus,vt habeat effectum: & reſpondendo dicimus,quòd licèt nõ ſint determinata verba,quib.irregularitas eſt imponenda,ſed varijs modis multiſq; verbis imponi poſſit in iure,debet tamẽ determinari per quædam verba legis,quibus ſignificetur induci irregularitas contra aliquas perſonas ibi denotatas, & in hoc omnes conueniunt.

26 *Quæ requiruntur in verbis legis.* Notandum autem, quòd duo requiruntur in verbis legis ad irregularitatem ſtatuendam: Primum vt verba legis ſignificent pęnam talẽ ipſo facto eſſe incurrendam:Secundum,vt ſint ità propria,vt explicent irregularitatem tanquam ſpeciem à cæteris pœnis diſtinctam: Hinc deducuntur aliquæ regulæ à Doctoribus ad cognoſcendum quando verba legis ſufficiunt, vt irregularitatem inducant ipſo facto, vel aliam pœnam incurrendam: quarum.

27 *Prima regula.* Prima,& principalis eſt: quoties homo impeditur ſimpliciter, ne ad Clericatum promoueatur, vel ne Ordines ſuſceptos ampliùs adminiſtret, etiam per acta pęnitentia delicti commiſſi, ſemper inducitur irregularitas: cùm hæc nihil aliud ſit,quàm canonicum impedimentũ,impediens ſuſceptionẽ, vel executionem Ordinũ:& ratio huius eſt,quia irregularitas debet eſſe in iure ſatis expreſſa:nam verba legis id efficiunt,quod ſignificant,ideòq; debẽt eſſe verba practica ſignificantia explicitè, & ſpecialiter, quòd intẽdũt:eò quòd effectio circa particularia verſatur.

Ratio huius regulæ.

28 *De varijs formis in Sacris Canonibus irregularitatẽ ſignificantib. C.18.Apoſtolorum. C.21. Apoſt. C.60. Apoſt. C.78. Apoſt. C. primo de clerico non ordin. miniſtrante.* Ideòq; colligere poſſumus nonnullas dicendi formulas,quę in iure inueniuntur,ſufficienter indicãtes irregularitatem, prout ſunt omnes illæ, quæ excludunt hominem ab ordinatione, vel clericatu: vt in can.18.Apoſtolorum, de eo, qui ſe ipſum mutilauit dicitur: *Non poteſt eſſe clericus:* & in can.21. de eod. etiam dicitur: *Non ſit clericus,* & can.60. vbi fit ſermo de illo, qui iuris infamiam contraxit, dicitur: *Ad clericatum non promoueatur:* & in can.78.de energumeno dicitur: *Non fiat Clericus:* & in c.primo de cleric. non ordin. miniſt. dicitur *Nunquam ordinetur,* vbi fit ſermo de omni non ordinato,qui in Ordinibus ficte adminiſtrauit, & ſimilibus alijs in locis habetur in corpore iuris.

29 *Aduertentia.* Et quamuis in aliquibus ex iſtis canonib.videantur huiuſmodi præcepta directa eſſe ad Prælatos nihiloſminus talia verba ſufficientia ſunt ad irregularitatem ferendam, eò quòd huiuſmodi verba non præcipiunt ſimpliciter impoſitionem pœnæ imponendæ,ſed executionem,ideòq; ſupponunt pęnam, iam incurſam,& idem eſt, quod pœnam illam imponere in actu exercito, prout dicunt Suar. D.40. ſect.8. n.14. cum Filliuc. & Bonac.loc.infra citand.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

30 *Secunda regula.* Secunda regula eſt: quando verba legis non ſignificant pœnam ipſo facto incurrendam,non pertinent ad irregularitatem,quia lex pęnalis non operatur per ſe ipſam, niſi per verba ſufficienter exprimatur talis pęna lata in lege:quare verba pręſentis, præteritiq; temporis ſignificant talem pœnam ſtatim imponi per ipſam legem: verba autem futuri temporis denotant pęnam ferendam,niſi ex adiunctis, vel circumſtantijs aliud intelligatur: maximè quando materia eſſet talis, pro qua irregularitas contrahatur, vt in crimine homicidij, mutilationis membrorum; Hæreſis, infamiæ, & ſimilibus, aut in defectu bigamiæ, vel defectu corporis apparente.

31 *Tertia regula.* Tertia regula eſt: quando verba legis abſolutè dicunt: *Qui hoc, vel illud fecerit, irregularis erit, vel irregularis fiet,* tunc enim nulla eſt dubitatio, quòd tales leges tranſgredientes contrahant irregularitatem, quia in ipſo nomine irregularitatis includitur aliquod ſufficienter determinans verbum illud ad talem ſignificationem: nam irregularitas ſolo iure imponitur, ideòque eo ipſo, quod nominatur in iure, per ſe ipſam determinat quodcumque verbum etiam futuri temporis, ſignificat etiam talem ſententiam latam, & non ferendam: quando ergo dicitur: *irregularis erit,vel fiet* intelligimus ex tunc,vel ipſo facto, quia iſtæ particulæ in ipſo nomine explicito irregularitatis, eam imponunt: quare concludendo dicimus,quòd quandocumq; in lege ponitur explicitè irregularitatis nomen, nulla eſt dubitatio, quin ipſo facto talem pœnam latam ſignificent: Ità Suarez D.40. ſect.8. num.3. Filliucius tract.19. cap.2. nu.58. Bonacina D.7. q.1. p.3.num.10.

Concluſio. Suarez. Filliucius. Bonacina.

32 *De cauſa finali irregularitatis.* Circa cauſam tandem finalem nihil aliud eſt dicendum præter ea,quę in definitione irregularitatis diximus: nam finis Eccleſiæ,ſiuè Summorum Pontificum ad imponendum tale impedimentum irregularitatis fuit,& eſt,ne clerici, alijq; homines indigni ordinentur, vel in Ordinibus ante ſuſceptis adminiſtrent contra reuerentiam Diuino cultui debitam, ideòq; in calce definitionis irregularitatis appoſita fuerunt verba illa: *Ob diuinorum reuerentiam:* prout in præcedenti capitulo nu.9. explicatum eſt: Et hæc de cauſis irregularitatis dicta ſufficiant.

DE EFFECTIBVS IRREGVLARITATIS.

CAP. III.

Ex effectibus peruenitur ad cognitionem cauſæ. CAuſis quatuor communibus irregularitatis iam explicatis, dicendum ſupereſt, pro complemento huius tractatus de effectibus ipſius: talis enim exacta cognitio ad totalem iſtius pœnę notitiam ſatis conducit:nam ex effectibus ipſius pendet intelligentia omnium, quæ de definitione generali irregularitatis dicta ſunt,nam cùm detur per habitudinem ad effectus ſine illorum exacta intelligentia non poterit quidditas ipſius penitùs percipi: ideòq; in hoc præſenti tertio in ordine capitulo inquirendum eſt: quinam ſint effectus irregularitatis, & quale peccatum ſit violatio talis pœnæ?

2 *Effectus primarius irregularitatis, quis ſit. C.Curandũ. C.Si quis vxorem D.34. C. vltimo de temp. ordin. Suarez.* Dicimus ergo primò: effectum primariũ irregularitatis eſſe omniũ Eccleſiaſticorũ ordinum receptionem impedire,redderecq; homines, qui tali irregularitatis vinculo ſunt adſtricti inhabiles ad illos licitè ſuſcipiendos, vel licitè exercendos: ità enim explicant verba canonum, in quibus talis irregularitatis pœna imponitur: patet hoc ex definitione ipſius in primo cap.iam explicata: ita communiter dicunt omnes canoniſtæ in can. curandum, & can. Si quis vxorem D.34. & in cap.vltimo de temp.ordin. & alibi concordant Suarez D.40. ſect.2.nu.11. & Fil-

Filliucius. Auila. Bonacina.

& Filliucius tr.19.c.3.n.59. Auila p.7.D.2.d.6 concl. 1.& Bonac.D.7.q.1.p.4. nu.1. cum cæteris Theologis, & Summiſtis in verb. Irregularitas.

Irregularitas priuatur omnibus ordinibus etiã prima tõſura.

3 Talis autem prohibitio non ſolùm intelligitur de Ordinibus maioribus, & Sacris, ſed etiam de minoribus, ac etiam ſecundum probabiliorem Doctorũ ſententiam de prima tonſura, quæ licèt non ſit Ordo, ſed diſpoſitio ad Ordines, Eccleſia tamen illam irregularibus licitè ſuſcipere prohibet, prout ſupra in primo capitulo huius tractatus num.19. ex Doctrina Suarez, Auilæ, Filliucius, & Bonacinæ, aliorumque, locis ibi citatis plenius probatum eſt: Concordat Nauar. tom.1. Conſiliorum Conſil. 25. de Homicidio, cum alijs ab ipſis citatis.

Suarez. Auilæ. Filliucius. Bonacina. Nauarrus.

Aduertentia nõ irritat Eccleſia Ordines ſuſceptos ſed prohibet.

4 Aduertendum autem irregularitatem nõ ità impedire receptionem Ordinum, vt omnino incapaces, & inhabiles reddat homines ad illos valide ſuſcipiendos, nam ſi quis de facto contra prohibitionem Eccleſiæ Ordines malè reciperet, talis receptio eſſet valida, licèt ſacrilega: non enim Eccleſia irritare intendit, ſicut neq; irritare poteſt Ordines ſuſceptos, non enim Eccleſia habet poteſtatem irritãdi Sacramenta, dum adhibentur ea in eorum adminiſtratione, quę à Chriſto Domino ordinata fuerũt, ſed tantummodò prohibet ſub pœna peccati mortiferi, ne irregulares licitè ordinentur: primã autem Tonſuram potuiſſet Eccleſia irritare, cum ipſa pendeat ex inſtitutione ipſius Eccleſiæ, de facto autem non irritat, ſed tantùm prohibet: quare ſicut Ordo ſuſceptus ab irregulari tenet, ità etiam prima tonſura, quamuis illam recipiens, eamq; ſcienter conferens irregulari mortaliter peccet: prout dicunt Suarez, Auila, Filliucius, & Bonacina, locis ſupracitatis.

Nec irritatur prima tõſura ita ſuſcepta. Suarez. Auila. Filliuc. Bonacina.

Nõ incidit in nouã irregularitatem, ſed tantum p.m.

5 Dicimus inſuper, quòd ſi irregularis contra prohibitionem Eccleſiæ ordinetur, non incurrit nouam irregularitatem, neq; aliam pœnam Eccleſiaſticã in iure taxatam, ſed tantummodò, vt dixi peccat mortaliter, remanetq; ſuſpenſus ab Ordine malè ſuſcepto faciendo contra Eccleſiæ præceptum in materia graui: poterit tamen iſte talis ſic ordinatus grauiſſimis pœnis puniri à Prælato, ſecundum qualitatem exceſſus, licèt huiuſmodi pœnæ non ſint adhuc determinatæ, & taxatæ in iure, ideòque non incurruntur ipſo facto, ſicut, neque noua irregularitas, quia hæc non incurritur niſi in caſibus in iure expreſſis: vt patet ex cap.Is, cui de ſent.excom.in 6.

c.Is, cui de ſent.excom.

6 Non negamus tamen potuiſſe Eccleſiam talem pœnam nouæ irregularitatis imponere contra talia agentes: non enim implicat contraditionem irregularem vnius reſpectus, poſſe eſſe etiam irregularem alterius reſpectus, ſiuè per aliam legem: de facto autem adhuc non eſt impoſita noua irregularitatis pœna cõtra irregularem ſuſcipientem Ordines, vel in ſuſceptis miniſtrantem: quia Eccleſia ſufficienter exiſtimauit addere nouam afflictionem afflicto, ſed ſatis eſſe ipſam irregularitatem contractam, per quam eſt, ipſam contemnens excluſus à ſtatu Clericali, quæ irregularitas continuatur in eo, remanetque ſuſpenſus ab Ordinibus in irregularitate ſuſceptis: Ita Nauar.c.27.n.193. Suarez D.40.ſect.2. num.3. & D.42. ſect.3. num. 2. Sayrus lib.6.c.2. nu.26. Henriq.lib.14.c.5.num.2. Vgolinus de Irreg. c.65.§.3. Filliucius d. tr.19. c.3. nu.60. 61. & 63. Reginaldus lib.30.c.2.n.11.& Bonacina tom. 1. D.7. q.1.p.4. num.4.

Ratio. Quare nõ eſt impoſita noua pœna irregularitatis, contra tranſgreſſores.

Nauarrus. Suarez. Sayrus. Henriq. Vgolinus. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

Effectus ſecundarius irregularitatis.

7 Secundarius effectus irregularitatis eſt priuare vſu Ordinum ſuſceptorum, adeò vt ſi quis irregularis in Sacris ordinibus ex officio miniſtrare præſumpſerit mortaliter peccet toties quoties, non incurrit autem nouam irregularitatem (vt aliqui exiſtimant,) quia hæc non eſt adhuc in iure taxata, eò quod Summi Pontifices exiſtimauerunt non eſſe expediens illam inducere propter tranſgreſſionem huiuſmodi Eccleſiaſtici præcepti, ſufficit enim, vt irregularis ſemper maneat ſuſpenſus ab Ordinibus ſuſceptis durante tali irregularitate: prout dicunt communiter omnes Doctores ſupracitati cum Filliucius ſupra num.63. & ratio huius aſſertionis deſumitur ex definitione irregularitatis ſupra aſſignata, nam primo priuat Ordine ſuſcipiendo, & ſecundo vſu Ordinis ante ſuſcepti.

Filliucius.

Limitant autem hanc aſſertionem aliqui Doctores, ne talis irregularitas aliquando procedat ex defectu aliquo corporali, mediante quo non poſſit ordinatus ſuũ munus exequi, vt ſi Diaconus ſine propriâ culpa amiſiſſet digitos manus, & tunc erit irregularis, quoad Sacerdotium ſuſcipiendum, poterit tamen in ordine Diaconatus licitè miniſtrare, quòd idem dicẽdum eſt de Sacerdote legitimè ordinato, qui poſteà amitteret oculos, ſiuè manus, &c. iſte enim poterit Confeſſiones audire, Euchariſtiã miniſtrare, &c. quia in caſu tantummodò impediretur, ne durante tali defectu Miſſam celebrare poſſet pro vt notauit Auila de cenſ.p.7. D.2.d.6. concl.3. §.ſed circa, & Henriquez lib.14. cap.5. nu.2. concordat Sayrus lib.6. cap.2.num.26. 8

Limitatio aſſertionis.

Auila. Henriq. Sayrus.

Limitant etiam ſecundo de alijs actibus, nõ pertinentibus ad Ordines Sacros: nam irregularis, quicumq; ſit ille poteſt licitè exercere omnes actus, qui à laicis non ordinatis licitè exercentur: tantũ enim irregularitas priuat in caſu illorum actuum, qui ſunt proprij ordinatorum: quare quilibet irregularis licitè percipere poteſt Sacramenta (excepto Ordinis Sacramento) poteſt etiam baptizare ſine ſolemnitate, Miſſæ inſeruire, actus iuriſdictionis exercere, qui non requirunt Sacrum Ordinem, ideòq; poteſt excommunicare, & indulgentias concedere, quãdo eſt Epiſcopus conferre beneficia, & huiuſmodi, quia tales functiones nõ prohibentur irregularibus ex vi irregularitatis: Ita Vgolinus de irreg.c.65.§.4. Nauarrus cap.27. num.191. Suarez D. 40. ſect. 2. num.8. Henriquez lib.14. cap.1. num.2. Coninch. D.18. d.1.n.7. Filliuc. tr.19.c.2. num.64.& 65. 9

Secunda limitatio.

Quæ actiones poteſt licitè facere irregularis.

Vgolinus. Nauar. Suarez. Henriq. Coninch. Filliucius.

Tertius effectus irregularitatis eſt reddere inhabilem talem perſonam ad recipiendum licitè quodcumque beneficium Eccleſiaſticum, ſiuè ſit beneficium curatum, ſiuè ſimplex: & ratio huius eſt, quia prohibito vno, conſequenter prohibitum cenſetur alterum, quòd cum illo connexum eſt: nam beneficium datur propter officium, ſed irregularis officium ſuum exequi licitè non poteſt, eò quod mediãte irregularitate redditur inhabilis ad vſum Ordinum, ideòque ex conſequenti eſt inhabilis ad beneficia Eccleſiaſtica recipienda, quæ dantur ratione Ordinum: Ità Couarru. in cap.Alma mater p.1. §.7. num.1. Nauarrus c.25.n.132. dicto 11. & c.27. n.249. dicto 6. Henriquez lib.14.c.2.n.5. Leſſius de Iuſt.lib.2.c.34. n.122. Suarez D.40. ſect.2. num. 32. & 36. Regin. lib.30.c.2.n.8. Filliuc.d.tr.19.c.3.n.83. Auila p.7.D.2. d.6.concl.3. Bonac.D.7.q.2 p.4.n.6. cum alijs ab ipſis citatis. 10

Tertius effectus irregularitatis. Fit inhabilis ad beneficia recipienda.

Couarruuias. Nauar. Henriq. Leſſius. Suarez. Reginald. Filliuc. Auila. Bonacina.

Probatur ſecundo noſtra aſſertio, quia in caſu talis collatio exiſtimatur inualida ex defectu voluntatis conferentis: nam incredibile eſt collatorẽ beneficijs voluiſſe conferre beneficiũ irregulari, cõtra diſpoſitionem Canonũ prohibentiũ talem collationẽ licitè fieri poſſe irregularibus, qui habent Canonicũ impedimentũ ad tale beneficiũ recipiendum, & licitè miniſtrandum, ergo ſupponitur Prælatum non ha- 11

Quare ſit inualida.

habuiſſe intentionem conſerendi, & per conſequens talis collatio exiſtimatur inualida: prout colligitur ex c. Paſtoralis de cler. excom. min. vbi dicitur: *Cum ea beneficia non ſint legitimè conſecuti*: & in Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de Reformat. de homicida dicitur: *Vt nullo tempore ad Sacros Ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam animarum non habeant conferre liceat*. Cùm ergo irregulari licitè beneficium conſerri non poſſit, cenſetur defeciſſe voluntatem conſerentis ideòque, &c.

c. Paſtoralis. Concil. Trid.

12 In hoc enim differt beneficium obtinendum ab obtento, quia hoc cùm ſit iam collatum legitima voluntate cõferentis nõ pendet ampliùs ab ea, illud autem pendet, ideòq; non cenſetur in caſu eſſe volũtas conferentis, quando is, cui cõferendum eſt beneficium eſt irregularitatis vinculo impeditus: Quare ſi caſu tale beneficium quandoq; collatum ſit à Prælato alteri irregulari ex inaduertentia, vel ignorãtia, ſiuè malitia, tenebitur ille, qui in irregularitate tale beneficium recepit, vel illud renuntiare, vel ſaltem procurare diſpenſationem à Pontifice, obtẽta priùs diſpenſatione ab irregularitate, maximè quando talis irregularitas contracta fuerat ex delicto: Ita Auila, Suar. Filliuc. & Bonac. cùm alijs ſupracitatis contra Syluestrum verbo excommunicatio 4. n. 4.

Differẽtia inter beneficiũ obtentum, & obtinendum.

Auila. Suarez. Filliucius. Bonacina.

13 Quod idem dicendum eſt de penſione, quę ſub titulo clericali cõfertur: nam talis collatio penſionis facta perſonæ irregulari videtur etiam eſſe inualida, prout probant Bonac. de Beneficijs. & tom. 1. D. 7. q. 2. p. 4. n. 6. Saynis de cenſ. lib. 6. c. 2. n. 22. Vgolin. de Irregularit. c. 65. §. 1. Nauar. de Simonia conſil 63. & Filliuc. tom. 1. tr. 9. c. 3. num. 92. Quod etiam à fortiori idem dicendum videtur, de dignitate, & prælaturis Regularium, ſi enim irregularis eſt, incapax eſt prælaturæ, prout colligitur ex c. in quibuſdam, de penſionib. & ibi Panormit. Maiolus lib. 1. de irreg. n. 25. & 26. Suarez D. 40. ſect. 2. n. 42. & Bonac. loc. cit. cùm Filliuc. probantes hoc de ſtylo Curiæ.

De Penſione, quæ ſub titulo clericali confertur. Bonacina. Saynus. Vgolinus. Nauarrus. Filliucius. De Prælaturis Religiosorum. c. In quibuſdam. Panorm. Maiolus. Suarez. Bonacina. Filliucius.

14 Limitatur autẽ iſta aſſertio à quibuſdam Theologis, & Canoniſtis, quod ſolùm locum habet noſtra aſſertio in beneficio requirente vſum Ordinis, non tamen in beneficio omninò ſimplici, cui non eſt annexus vſus Ordinis, quaptopter dicunt iſti: irregularem non eſſe priuatum Præſtimonijs, alijſque ſimilibus beneficijs, requirentibus ſolùm officij diuini recitationem in choro, quæ licitè præſtari poſſunt, etiam ab irregularibus, quæ limitatio non videtur improbabilis, ideòque eam ſequimur cùm Auila de cenſ. D. 7. D. 2. d. 6. concl. 3. §. ſed circa.

Limitatio aſſertionis de Præſtimonijs, &c.

Auila.

15 Secundò limitatur etiam noſtra aſſertio, ne procedat in beneficio, nõ requirente maiorẽ vſum illo, ad quem nõ eſt impeditus per irregularitatem, quia in caſu tale beneficium licitè poſſet recipere, & illi cõferri, maximè quando talis irregularitas nõ prouenit ex delicto, ſed ex defectu, ſeù carentia alicuius membri corporalis, quare illi Clericus, qui caret digito manus, ratione cuius defectus non poſſit ordinari Sacerdos, poterit tamen exercere officiũ Diaconi, ſiuè Vicarij Generalis, tunc in caſu illud beneficium, quod nõ requirit Sacerdotale munus poterit illi licitè conferri: prout dicit Auila loc. ſupracit. & Suar. de cenſ. D. 40. ſect. 2. n. 38. & Nau. c. 27. n. 252.

Secunda limitatio.

Auila. Suarez. Nauar.

16 His ergo poſitis aliqua dubiola veniunt diſcutiẽda circa præſentem materiam, quorũ primum eſt: An irregularis priuetur ipſo facto beneficio, iam obtento, antequam contrahiſſet irregularitatem?

Dubium Primum.

Reſpondetur negatiuè: non eſt enim ipſo facto priuatus beneficijs antea legitimè obtentis, ſed poteſt quandoq; priuari à Prælato, ſiuè per iudicis ſententiam, quando talis irregularitas id expoſceret: patet hoc ex Innocentio III. in c. Cum noſtris de conceſſione præbendæ circa finem: Panormit. in c. tanta de exceſſib. Prælat. n. 2. & in c. Niſi cùm pridem, de Renunt. n. 4. Felin. in c. Inquiſitionis. de Accuſat. n. 3. colligitur etiam ex c. Litteris de exceſſib. Prælat. & c. Fraternitas de cleric. excom. miniſt. in quibus iuribus præcipitur, vt irregularis factus ex aliquo delicto priuetur beneficio, ergo non eſt ipſo iure priuatus, ſed priuandus.

Solutio. Irregularis nõ eſt priuatus beneficijs obtentis, ſed poteſt priuari.

Innocẽt. III. Panormit. Felinus. c. Litteris de exceſſib. Prę. c. Fraternitas.

17 Probatur inſuper aſſertio iſta ratione, quia priuatio bonorum temporalium propiorum numquã incurritur ipſo iure per delictum commiſſum, niſi talis priuatio ſit expreſſa in iure ipſo facto abſq; alia Iudicis declaratione, alioquin lex pœnalis in dubio ſemper intelligenda eſt de pœna ferenda: hæc autẽ pœna priuationis beneficij antea obtẽti in iure nõ eſt expreſſa, ideò ſemper præcedere debet ſententia iudicis, vt irregularis priuatus ſit beneficio ante ſuſcepto: Ità Couar. 4. lib. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 2. & in C. Alma mater p. 1. §. 7. n. 1. & in Clement. Si furioſus. p. 2. §. 1. n. 5. Nauar. c. 27. n. 249. d. 5. Auila. p. 7. D. 2. d. 6. concl. 4. Henriq. lib. 14. c. 2. n. 5. Didacus Perez ad Villadiego c. 1. n. 20. Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 3. n. 68.

Probatur aſſertio.

Couar. Nauarrus. Auila. Henriquez. Didacus Perez. Filliucius.

18 Verum eſt tamen, quòd irregularis, qui antea beneficium obtinuerat tenebitur procurare ſibi diſpenſationem à Pontifice talis irregularitatis contractæ, quando ſit diſpenſabilis, vt tuta conſcientia retinere poſſit tale beneficium: ſi autem talem diſpenſationem obtinere non poteſt, vel nõ vult petere: ſi tale beneficium habeat annexam animarũ curam, quib. miniſtranda ſunt Sacramenta, tunc debet renuntiare beneficium in manu Superioris; prout communiter dicunt Suar. D. 40. ſect. 2. n. 19. Bonac. D. 7. q. 2. p. 4. n. 10. Filliuc. d. tr. 19. c. 3. n. 69. in fine, qui dicit eſſe communem ſententiam Doctorum.

Aduertentia.

Suarez. Bonacina. Filliucius.

19 Secundò Quæritur: An irregularitas priuet adminiſtratione beneficij fori contentioſi ex beneficio proueniente, iam ante obtento?

Secundũ dubium.

Reſpondetur negatiuè non enim irregularitas ex ſe priuat adminiſtratione beneficij in illis, in quibus non eſt annexa executio Ordinum, neq; etiã priuat iuriſdictione fori cõtentioſi ex beneficio prouenĩente: tãtummodò enim irregularitas priuat receptione Ordinum, & eorum executione, prout ex definitione ipſius patet: ſed poteſtas iuriſdictionis diſtincta eſt à poteſtate Ordinis, & vſu eius, ideoq; irregularis tali iuriſdictione non eſt priuatus: Quare Epiſcopus irregularis poteſt excommunicare cæteraſq; cenſuras ferre, ab illiſq; abſoluere, nam actus ferendi cenſuras pertinent ad iuriſdictionem, & per irregularitatem contractam non eſt priuatus: Ità Suarez D. 40. ſect. 2. n. 24. Filliuc. d. tr. 19. c. 3. n. 74. & Bonacina D. 7. q. 2. p. 4. n. 17.

Solutio. Irregularitas nõ priuat iuriſdictione.

Poteſt excõmunicare, & Indulgentias concedere.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

20 Similiter etiam dicimus poſſe Epiſcopum irregularem: Clericum ab officio deponere verbaliter, quia talis depoſitio per ſententiam eſt actus ſolius iuriſdictionis, & non Ordinis: non poteſt autem degradare, aut deponere realiter cùm debitis cęremonijs ab Eccleſia inſtitutis, quia tunc exerceret actus Ordinis Epiſcopalis, quo per irregularitatem contractam, vti eſt impeditus: neq; etiam irregularis eſt priuatus iure eligendi, & confirmandi electionem, etiam prouenientem ex beneficio: ſimiliter etiam poterit indulgentias concedere, diſpenſare in irregularitatib. occultis ex delicto in foro cõſcientiæ tãtùm (illa excepta, quæ prouenit ex homicidio volũtario) iuxta conceſſionem Trid. ſeſſ. 24. c. 6. ſimiliter etiam alia munera facere, quæ nõ requirunt Ordinẽ ex ſe, ſed ſolam iuriſdictionem, qua irregularis non eſt priuatus: Ità Nau. c. 27. n. 244. Suar. D. 40. ſect. 2. num. 24.

Non eſt priuatus iure eligendi, & confirmandi beneficia.

Poteſt diſpẽſare in irregularitatibus occultis.

Nauarrus. Suarez.

Digitized by Google

Filliucius. Bonacina.

num.24. & 27. Filliuc. d.tr.19. c.3. num.74. & 75. Bonac. D.7. p.4. q.2. num.17.

De Parochis.

21 Quod idem ſimiliter dicendum eſt de Parocho irregulari, poterit enim non ſolum licitè, ſed etiam validè facere ea omnia, quæ ante irregularitatem contractam agere poterat erga ſuos ſubditos, excepta Sacramentorum adminiſtratione, quam per ſe ipſum licitè exercere non poteſt: ideòq; poterit licitè aſſiſtere mutuo conſenſui Matrimonij, nam talis aſſiſtentia Parochi non eſt actus Ordinis, ſed iuriſdictionis: quia ipſe non facit Sacramentum, ſed ipſi contrahentes ſunt miniſtri, & recipientes, vt dictum eſt in primo tomo agendo de Sacramento matrimonij.

Parochus irregul. poteſt Matrimonijs aſſiſtere.

Non poteſt benedicere ſponſos.

22 Verùm eſt tamen: non poſſe licitè talem Parochum irregularem deindè ſponſos ſolemniter in Eccleſia benedicere cum Cæremonijs ab Eccleſia inſtitutis pro benedictione nuptiarum: nam huiuſmodi functio eſt actus Ordinis Sacerdotalis, debetque fieri cum celebratione Miſſæ, quam actionem irregularis licitè exercere non poteſt; prout communiter dicunt omnes ſupracitati Doctores nu.19.

Difficultas de Sacramento Pœnitentiæ.

23 Sed difficultas eſt de Sacramento Pœnitentiæ: An vid. tale Sacramentum adminiſtratum ab irregulari ſit validum?

Irregularis publicus non eſt inducendus ad Sacramentum miniſtrandum.

Reſpondetur diſtinguendo: vel enim talis Sacerdos eſt irregularis publicus denuntiatus, vel non: ſi primum non eſt licitum talem inducere ad Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum, quòd licitè exercere non poteſt, tunc enim pœnitens illum inducens ſine neceſſitate eſſet cauſa proxima illius peccati: Nam Sacerdos irregularis, irregularitate contracta ex delicto Sacramenta licitè miniſtrare non poteſt: Ideòq; ſequitur, quòd in caſu talis confeſſio, & abſolutio recepta eſſet inualida, imò Sacrilegia, eò quòd pœnitens cooperaretur peccato illius Sacerdotis taliter Sacramentum adminiſtrantis, exercendo functionem Ordinis Sacerdotalis contra præceptum Eccleſiæ, (niſi pęnitens aliquando eſſet adſtrictus ex neceſſitate ad talem abſolutionem petendam ab illo,) quia tunc pœnitens petendo talem abſolutionem non peccaret: prout dicunt Suarez D.40. ſect.2. nu.45. Filliuc. d. tract.19. c.3. nu.80. & Bonac. D.7. q.2. p.4. nu.19.

Limitatio de caſu neceſſitatis.

Suarez. Filliucius. Bonac.

Irregularis non denunciatus non eſt vitandus in Sacramentis.

24 Quando verò Sacerdos talis non fuiſſet denuntiatus publicè pro irregulari, tunc confeſsio illi facta omninò eſſet valida, & licita, eò quòd talis Sacerdos, licèt ſit irregularis, non caret tamen iuriſdictione, (vt ſupponitur, neq; pęnitens peccat communicando cum illo in Sacramentis, maximè quādo illum non induxiſſet ad tale Sacramentum miniſtrandum, eò quòd ad illud miniſtrandum erat iam paratus, vel tenebatur ex officio illud adminiſtrare: prout dicunt Auila d. p.7. D.2. d.6. concl.7. cum Suarez, & alijs numero præcedenti citatis.

Auila. Suarez.

De cauſis excuſantib. ab irregularitate incurrenda.

25 Vltimo tandem in calce huius præſentis capituli pro complemento huius primi tractatus dicendum ſupereſt de cauſis excuſantibus ab irregularitate incurrenda: quæ quidem cauſæ licèt multipliciter, varijſque modis explicentur, & enumerentur à Doctoribus agentibus varijs in locis de cauſis, quę excuſant à peccatis, & cenſuris, alijſque Eccleſiaſticis pœnis in iure taxatis: nos breuitati attendentes ad tres principales reducemus: ad ignorantiam, vid. defectum rationis vſus, & ad metum grauem cadentem in conſtantem virum, de quibus omnibus breuiter eſt dicendum.

Prima eſt ignorantia inuincibilis, quæ excuſat ab irregularitate incurrenda.

26 Prima ergo cauſa excuſans eſt ignorantia inuincibilis iuris, vel facti, quæ ſicut in omnibus excuſat tranſgreſſores legis à peccato, ità excuſat ab irregularitate impoſita in dicta lege contra tranſgreſſores, e.g. ignorat, quis inuincibiliter ſe eſſe excommunicatum, vel eſſe prohibitum in iure, quòd excommunicatus ordinetur, vel exerceat Ordines, tunc ſi durante tali ignorantia ordinetur, vel in ordinibus ſuſceptis adminiſtret non peccat, neque efficitur irregularis: & ratio huius eſt, quia ad incurrendam irregularitatem impoſitam ex delicto ſupponitur culpa grauis ad eam incurrendam: ſed, qui non peccat ex malitia, ſed ex ignorantia inculpabili, non eſt reus criminis, ideòque etiam irregularitatis eſt innoxius: patet hoc ex c. Apoſtolicæ de cler.excom.miniſt. vbi dicitur: *Si Clericus probabiliter ignorans ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum celebret non manet irregularis*: Ita Henriquez lib.14. c.3.n.6. Medin.in p.2.q.76. A.3. Soto D.22.q.1. A.2. concl. 1. caſu 4. Mart. Ledeſma 2.4.p.q.24. A.6. concl.2. Nauar.c.27. nu.80. & 272. Auila p.7.D.2.d.7.concluſ.2. & Villadiego c.2. num.19.

C. Apoſtolicæ de cleric. excom. miniſt.

Henriquez. Medina. Soto. Mart. Ledeſma. Nauarrus. Auila. Villadiego.

Ignorantia craſſa, & affectata non excuſat.

27 Verùm eſt tamen, quòd quando ignorantia eſſet craſſa, & ſupina, ſiuè affectata, quæ non excuſat à culpa mortali, tunc neque excuſat ab irregularitate impoſita pro tali peccato: Vndè quando quis probabiliter nouit ſe eſſe excommunicatum, & quòd excommunicatis inhibitum ſit recipere, vel exercere Ordines in tali ſtatu, quamuis ignoret impoſitam eſſe in iure irregularitatis pœnam: ſi talis ordinetur, vel exerceat Ordines in excommunicatione efficitur irregularis, quia talis ignorantia iuris in caſu non excuſat: prout dicunt Corduba lib.2. quæſtionarij q.25. verſ. Item ſecundo, Henriq. lib.2. de Baptiſmo c.4.n.3. Mart. Ledeſ. p.4. p.q.7. A.9. d.2. in fine Nau. c.27.n.241. Auila loc. ſupracit. cōcl.1.c.2.

Corduba. Henriquez. Mart. Ledeſma. Nauarrus. Auila.

Secundo excuſat defectus vſus rationis.

28 Secunda cauſa excuſans eſt totalis defectus vſus rationis, qualis eſt in infante, vel dormiente, ſiuè in Ebrio, aut furioſo, vel amente, qui ſi aliquam actionem, ſecundum ſe peccaminoſam agerent, cui actioni impoſita eſt irregularitatis pęna, excuſantur à tali pœna incurrenda, quia ſicut excuſantur à peccato, ità, & à pœna. Peccatum enim mortale debet eſſe conſummatum per actum liberæ voluntatis rationalis, qui autem laborant tali defectu rationis vſus, non poſſunt habere actum rationalem liberæ voluntatis rationalis, ideòque non peccant, & per conſequens non efficiuntur irregulares, eò quòd de facto nulla irregularitas ex delicto contrahitur, niſi per peccatum mortale. Ita Henriquez lib.14. c.3. nu.1.

Henriq.

Tertiò excuſat metus grauis.

29 Tertia cauſa excuſans eſt metus grauis, cadens in conſtantem virum, qui ſæpè ſæpiùs excuſat ab irregularitate incurrenda: vt ſi quis excommunicatus aliquando celebraret ad euitandam mortem, ſiuè ſcandalum, vel magnam infamiam non incideret in irregularitatem, & ſi eſſet irregularis, & celebraret non potens aliud agere ad euitandum infamiam non peccaret, quia concurrentibus duabus legibus minor cedit maiori, ſed obligatio vitandi mortem, ſiuè infamiam eſt de iure naturali diuino, & ideò præualet præcepto Eccleſiaſtico, quòd non obligat in tali caſu: prout dicunt Henriquez lib.13.c.21.num.3. Nauar. cap.27. num.239. Auila p.7. D.2.d.7.concl.4. cùm alijs communiter.

Ad euitandum ſcandalum.

Henriquez. Nauarrus. Auila.

De paruitate materiæ.

30 De cæteris autem cauſis excuſantibus nihil eſt dicendum præter eá, quæ de excommunicatione dictum eſt: clarum enim eſt, quod paruitas materiæ, & imperfectio operis excuſant à peccato mortali, & à pœnis: appellatio autem hic non habet locum, quia irregularitas non imponitur à Iudice, ſed à iure ideò, &c. Et hæc de effectibus irregularitatis dicta ſufficiant.

De Appellatione.

TRA-

TRACTATVS XXI.

De ſpeciebus irregularitatis. Tract. II.

PROOEMIVM.

Introductio.

COmmunis irregularitatis doctrina in præcedenti tractatu, iam ſufficienter explicata non ſolùm per definitionem, verùm etiam per cauſas, & effectus, quatenus omnia iſta ad totalem genericam ipſius notitiam faciebant, rectus doctrinæ petit ordo, vt conſequenter in ſequentibus de ſpeciebus irregularitatis, quæ neceſſaria ſunt dicamus, quæ licèt diuerſimodè à Doctoribus enumerentur; nos tamen breuitati, & claritati attendentes ad duas genericas ſpecies reducere exiſtimauimus, ſub quibus deindè plurimæ aliæ ſpecies intermediæ, & infimæ continentur: primum ergo genus erit eorum, quæ contrahuntur ex defectu ſubiecti ordinandi ſine culpa ſaltem ipſius: alterum earum, quæ contrahuntur ex facto, ſiuè delicto commiſſo, ratione cuius Eccleſia ob reuerentiam Sacrorum ordinum tales irregularitates inſtituit. In hoc ergo ſecundo in ordine tractatu dicendum eſt de irregularitatibus prioris generis: poſtmodum de alijs poſterioris generis: in præſenti autem ſex ſpecies, quæ proueniunt ex defectu ſubiecti ordinandi, ſiue ordinati ſine culpa ipſius veniunt explicandæ, quarum prima in ordine ex parte ſubiecti reſpectu animæ prouenit: ſecunda ex parte corporis vitiati: tertia ex defectu natiuitatis, ſiue generationis illegitimæ: quarta ex defectu libertatis: quinta ex defectu ſignificationis reſpectu Sacramenti Matrimonij, quæ communiter dicitur bigamia, ſiue bigamia: & ſexta prouenit ex defectu lenitatis, quæ contrahitur propter homicidium, ſiue mutilationem membrorum ſine peccato, nam de illa, quæ contrahitur cum peccato dicetur poſtea in proprio loco.

Tractatus diuiſio.

DE IRREGVLARITATE, PROVENIENTE ex defectu, reſpectu animæ circa perſonam ordinandam.

CAP. I.

1 PRima in ordine irregularitatis ſpecies, quæ ſecundum noſtrum ordinem ſe offert explicanda prouenit ex parte ſubiecti ordinandi ſine culpa illius dupliciter diuidi poteſt: quarum vna eſt reſpectu animæ, altera reſpectu corporis perſonæ ordinandæ, quando in tali ſubiecto inueniuntur defectus, ſiuè inhabilitates aliquæ ad ordines ritè ſuſcipiendos, vel exercendos: in hoc ergo capitulo primo in ordine dicere opus eſt de irregularitatibus illis, quæ proueniunt ex parte animæ, deindè de alijs prouenientib. ex corporibus vitiatis ordinandorum: & quamuis neceſſarium omninò non eſſet capitulum hoc diſtinctum facere à cæteris, cùm ferè omnes irregularitates, quę in hac materia enumerari ſolent à Doctoribus, vel pertinere poſſent ad alia capita, vel reduci poſſint ad defectus corporis, vel totius compoſiti, de quibus in ſequentibus capitibus eſt dicendum: his tamen non obſtantibus opere pretium exiſtimauimus à communi conſuetudine aliorum non diſcedere, vt cum alijs Doctoribus conformemur: in hoc præſenti capitulo primo in ordine aliqua de irregularitatibus prouenientibus ex defectu animæ perſonæ ordinandæ diſcutiemus.

Irregularitas ex defectu ſubiecti, duplex reſpectu animæ, & corporis.

Proteſtatio Auctoris.

2 Quarum prima, quæ in Ordine noſtro ſe offert explicanda eſt illa, quæ prouenit ex defectu characteris baptiſmalis: qui enim adhuc baptizati non ſunt incapaces, & inhabiles ad quodcumque Sacramentum ſunt, ac etiam irregulares à quibuſdam dici ſolent prout dicit Nauar. c.27. num.205. ex c. primo, & c. veniens de Presbytero non baptizato: ſed propriè loquendo huiuſmodi non baptizati non irregulares, ſed potius Ordinis Sacramenti omninò incapaces ſunt dicendi; cùm enim Baptiſmi Sacramentum ſit omnium Sacramentorum ianua, illo carentes non poſſunt validè aliud quodcumque Sacramentum recipere, omnes enim, qui charactere baptiſmi minimè ſunt inſigniti, cæterorum Sacramentorum ſunt incapaces: prout benè aduertit Suarez de cenſ. D.51. ſect.1. nu.1. & Filliuc. tom.1. tr.19. c.7. num.183.

Carentia Baptiſmi dat incapacitatem ad ordines.

Nauar.

Suarez. Filliucius.

3 Secunda irregularitas in ordine eſt illa, quæ prouenit ex defectu vetuſtæ fidei, cuiuſmodi ſunt Neophyti nouiter baptizati, qui dicuntur irregulares, ſeu potiùs non benè diſpoſiti ad licitè in Sacris ordinibus eſſe ordinandos ex defectu profeſſionis vetuſtæ fidei, prout patet ex Canonibus D.48. à principio vſque ad finem: & ex can. officia, & can. ordinato, D.59. & can. In Sacerdotibus, & can. Neophytus D.61. & alibi. Ità Nauar. d.c.27. nu.205. Couar. in cap. Alma, & in Clementina ſi furioſus p.1. §.2. nu.7. de homicidio, Maiolus de irregul. lib.1. c.31. Sayrus lib.7. c.13. nu.10. Henriquez lib.14. cap.4. §.7. Philiarchus p.1. lib.4. c.9. Valentia tom.4. D.7. q.19. p.1. §.3.

Neophyti ſunt inhabiles ad ordines ſuſcipiendos.

Can. D.48. Can. Officia. Can. Ordinato D.59. Can. In Sacerdotibus. Can. Neophytus. Nauarrus. Couar. Maiolus. Sayrus. Henriquez. Philiarchus. Valentia.

4 Dicuntur autem Neophyti, qui nouiter conuerſi ſunt ad fidem, ſiuè ex Iudæis, ſiuè ex Mahumetanis, ſiuè ex Ethnicis, alijſque infidelibus, qui dicuntur Neophyti à verbo Græco νέον, quòd ſignificat nouum, & φυτὸν, quòd ſignificat germen, ſiue planta: vnde νεόφυτος ſignificat apud latinos quodcumque nouellum; & in Sacris canonibus ſumitur pro illo, qui nouiſſime fidem Chriſti recepit mediāte Baptiſmi Sacramento, quaſi nuper inſignitus in fide Chriſtiana, qui ſecundum canones ordinandi non ſunt, niſi poſtquam facta fuerit plena probatio per experientiam de fide recepta.

Neophyti, qui ſint, & vnde dicantur. Etymologia nominis.

5 Hæc autem irregularitas, ſiuè potiùs indiſpoſitio ad Ordines Eccleſiaſticos licitè recipiendos, & cōferendos neophytis ex triplici cauſa ab Eccleſia fuit ordinata, quarum prima eſt illa cuius meminit Apoſt. Epiſt. ad Timoth. c.3. *Ne neophytus in ſuperbiam elatus in laqueum incidat Diaboli, exiſtimauit, quòd Chriſtiana Religio plurimum eo indigebat*, prout dicitur in can. Quoniam D.48. ſecunda ratio colligitur ex can. Miſerum D.61. & Innocentio III. vbi dicitur: *Miſerum eſt magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulos fecit:* Tertia ratio eſt, quia neophytus benè ſe alijs conformari non valet, qui ſtatum Eccleſiæ regendæ non eſt expertus: nam (vt ait Gloſſa in d. can. Quoniam D.48. in verbo prohibetur.) *Momentaneus Sacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere, non ieiunauit, non fleuit, non ſe correxit, non pauperibus erogauit:* Ità Nauar. c.27. nu.205. Suarez D.51. ſect.1. nu.2. Tolet. lib.1. c.59. Reginald. lib.30. num.39. Filliuc. d.tr.19. c.7. num.286. Coninch. D.18. d.2. nu.106.

Quare Neophyti non admittuntur ad Ordines? Prima cauſa. Ad Timoth. cap.3.

C. Quoniam D.48. Secunda ratio can. Miſerum D.61. Innocentius III. Tertia ratio. Gloſſ. in can. Quoniam.

Nauarrus. Suarez. Toletus. Reginaldus. Filliucius. Coninch.

6 Qui verò ab infantia Baptiſmum ſuſcepit non dicitur neophytus, quamuis deſcendat ab auo, vel Patre neophyto, ſiuè infideli ficut, neque ille, qui ab hinc decem annis, vel eo ampliùs Baptiſmi Sacramento inſignitus fuit, eo quòd iſte talis nouiter conuerſus ad fidem dici non poteſt, nam tempus annorum decem ſufficiens eſt, vt non ampliùs neophy-

Quando quis non ampliùs dicatur neophytus.

Digitized by Google

Nauarrus. Maiolus. Sayrus. Filliuc.

phytus exiſtimetur ſecundum Nauar. c.27. nu. 205. Maiolum lib.1.de irreg. c.31.n.1. & 6.Sayrus lib.7. cap.13.n.11.& Filliucius d.tr.19.c.7.nu.184.

7 Tempus remittitur iudicio prudentis viri.

7 Verum tamen eſt, non poſſe circa hoc determinatum tempus aſſignari, in quo quis neophytus ſit dicendus, vt deinde poſſit licite ad Ordines Sacros promoueri, ſed ſtandum eſt iudicio prudentis viri: non enim ſufficit diuturnitas temporis, ſi non adſint cætera neceſſaria: ſicut ex oppoſito tot ſigna fidei charitatis, & prudentiæ, aliarumq; virtutum quandóque adeſſe poſſunt, vt quis poſſet legitimè ordinari elapſo aliquo tẽpore poſt Baptiſmi ſuſceptionem: prout legitur de Sancto Ambroſio, qui poſt octauum diem fuit ordinatus Epiſcopus: & colligitur ex can. Neophytus D.61. vbi dicitur: *Neophytus ordinari prohibetur, ne extollatur in ſuperbiam, ſed ſi non deeſt humilitas competens Sacerdotio vbi cauſa non haret vitium non imputatur.* Ita Suarez D. 43. ſect. 3. num.6. Bonacina D.7.q.2.num.5.

Exemplũ de D.Ambroſio.

can. Neophytus.

Suarez. Bonacina.

8 Epiſcopus in hoc quomodo poteſt diſpenſare.

8 Ex quo ſequitur poſſe Epiſcopum aliquando diſpenſare, vt aliquis poſt aliquam temporis dilationem à die ſuſcepti Baptiſmi ad Ordines Sacros ſuſcipiendos licite promoueri poſſet, quando huiuſmodi nouiter baptizatum idoneum, & habilem cognoſceret: tunc enim in caſu Epiſcopus non diſpenſat ad irregularitatem, ſed declarat talem inhabilitatem ceſſaſſe: iura enim nullum certum, & determinatum tempus præſcribunt: neceſſaria tamen eſt aliqua temporis dilatio, ne videatur neophytum ordinare ſine Papæ diſpenſatione.

9 Si quæras autem ad quos Ordines ſuſcipiendos neophyti exiſtimentur impediti?

Ad quos Ordines neophyti promoueri non debeat.

Reſpondetur: ad omnes Eccleſiaſticos Ordines, non ſolùm maiores verum etiam minores: ſed pro maioribus ante decem annos requiritur communiter Summi Pontificis diſpenſatio, niſi aliter aliquando ex impulſu Spiritus Sancti in Domino expediri videbitur: ad minores autem ſufficit quæcumq; Epiſcopi diſpenſatio: prout colligitur ex Can. Monaſterij 19. q.3. Ità Henriquez lib.14.cap.2.§.7.Filliucius d.tr.19.c.7. num.184. Tolet.lib.1.cap.58. Bonacina loco cit. num.5.

Can. Monaſterij. Henriq. Filliucius. Toletus. Bonacina.

10 De defectu fidei parentũ.

10 Tertia irregularitas eſſet illa, quæ prouenit ex defectu fidei in Apoſtatis à fide: ſed quia huiuſmodi irregularitas prouenit ex delicto hæreſis, ideò dicetur de ea in proprio loco agendo de irregularitate prouenient ab hæreſi in ſequenti tractatu: defectus autem fidei parentum reſpectu filiorum ex illis deſcendentibus, qui non communicarunt cum illis in crimine: poſſet ad præſens capitulum huius irregularitatis ſpectare: At quoniam talis irregularitas connexionem habet cum ea, quæ procedit ex peccato hæreſis: ibi dicetur de iſta.

11 De ijs, qui carent rationis vſu.

11 Quarta Irregularitas prouenire poteſt ex ijs, qui patiuntur vſus rationis defectum mediante quo dicuntur huiuſmodi, & ſunt irregulares, cum enim vſu rationis carentes non poſſint Ordines exercere, conſequenter inhabiles ſunt ad Ordines ſuſcipiendos, & hoc non ſolùm de iure Eccleſiaſtico prohibente tales licite ordinari poſſe, ſed etiam prohibitum eſt ſecundum ius naturale Diuinum, quamuis ſi de facto aliquandò ordinentur, characterem Ordinis reciperent, licèt Epiſcopus tales ordinans Sacrilegium committeret: prout dicunt communiter omnes Doctores ſupracitati, & nos diximus in tomo primo noſtræ Theologiæ Mor.tr.31.c.6.

12 Quinq; perſonarum genera reducũtur ad hanc irregularitatem. Primũ genus eſt infantiũ.

12 Ad hanc irregularitatis ſpeciem, quæ prouenit ex defectu vſus rationis quinq; genera perſonarum reduci poſſunt, quarum primum genus eſt infantium, & puerorum tali vſu rationis ex defectu ætatis carentium, qui in tali ætatis tempore ad Ordines ſuſcipiendos ſunt inhabiles, ac etiam exequendos, quamuis ſi de facto aliquando ordinentur, reciperent quidem Ordinis characterem, quamuis illicitè, & ſacrilegè ordinentur; ſed cum ad ætatem conuenientem peruenerint ceſſabit tale impedimentum, & poſſent licite ordinari, atq; in ſuſceptis Ordinibus tempore infantiæ, miniſtrare.

Secundum perſonarum genus eſt eorum, qui omnino carent vſu rationis, prout ſunt perpetuo infani, & amentes, qui ſunt irregulares, & inhabiles ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, atq; exequendos, non ſolùm durante tempore amentiæ, ſed etiam poſtquam conualuerint, & hoc ratione ſcandali, & periculi noui lapſus in amentiam: prout habetur ex Can. Maritum: Can. Clerici, & Can. Communiter D.33. ideòq; prædicti amentes furioſi, & inſani non poſſunt Sacris Ordinibus initiari etiam poſt quam conualuerint ſine diſpenſatione Summi Pontificis, cui conſtare debet per teſtes de ſanitate mentis recuperata, etiam ſi omnino liberati eſſent ab amentia: non enim Epiſcopus cum huiuſmodi diſpenſare poteſt, quò ad Ordines ſuſcipiendos: Ità Maiolus lib.1. de Irreg.c.14. Nauarrus c.27. nu.103. Suarez D.51. num.5. Filliuc. d.tr.19.c.7. nu.187. & Bonac. D.7.q.2. p.2. num.23. 13

Secundũ genus eſt inſaniũ, & amẽtium.

Can. Maritũ. Can. Clerici. Can. Communiter.

Maiolus. Nauar. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Tertium genus eſt furioſorum, & amentium ad tempus, qui etiam ſunt irregulares: nam quando quis incidit in amentiam ſemper remanet irregularis, quò ad Ordinis receptionem, eò quia ſemel paſſus huiuſmodi ægritudinem raró præſumitur perfecte ſanus abſq; periculo reincidendi, ideóque requiritur diſpenſatio Summi Pontificis: quòd intelligitur de veris amentibus ex leſione organorum, nõ autem de ijs, qui ex vehementi febri delirium aliquando ſunt paſſi: nam huiuſmodi non ſunt irregulares, ideòque ceſſante tali ægritudine poſſunt licitè ad Ordines promoueri: & in Ordinibus ſuſceptis adminiſtrare abſq; alia diſpenſatione. 14

Tertiũ genus eſt amẽtium temporaliũ.

Limitatio de febricitantib.

In vſu autem receptorum Ordinum ante amentiam ſi deinde perfectè cõualuerint tranſacto tempore vnius anni, in quo nullum ſignum amentiæ amplius oſtenderunt, poterit Epiſcopus cum illis diſpenſare, ſeu potius declarare, ceſſaſſe iam impedimentum amentiæ: prout nos clariùs declarauimus in tom.1. noſtræ Theolog. Mor. tr. 31. cap.6. n.28. ex doctrina Reginald. lib.30. nu.33. Coninch D.20.n.107. & Bonac.D.7.q.2.p.2.n.23. 15

Cum Ordinatis poteſt Epiſcopus diſpenſare elapſo anno.

Reginaldus. Coninch. Bonacina.

Quartum genus perſonarum irregularium eſt illorum, qui patiuntur, aut paſſi ſunt morbum lunale, ſiue caducum, ſiue herculeum, ſiuè comitiale: idem enim morbus talibus nominibus appellari ſolet, qui à medicis Epileptici appellantur: tales enim ſunt irregulares, & non poſſunt ampliùs ad Sacros Ordines promoueri, quamuis actu poſteà non amplius tali morbo crucientur, nam ſæpe ſepiùs contigere ſolet, vt talis morbus iterum redeat, ideòq; ratione periculi ſine diſpenſatione Summi Pontificis ampliùs ordinari non poſſunt: prout communiter dicunt Doctores, ſtatim citandi. 16

Quartũ genus patiẽtiũ morbũ Caducum.

Si autem iam promoti eſſent ante morbum abſtineri debent à celebratione, præſertim quando talis morbus in terram eos proijcere ſolet, & ſpumam in ore efficere, quòd ſi leuior ſit, & iudicio medicorum liberi totaliter appareant, reſtitui poſſent ad Ordines miniſtrandos, dum habeant aliquem aſſiſtentem in actu celebrationis Miſſæ, prout habetur ex Can. Communiter D.33. & Can. In tuis litteris. & Can. Nupet. 7. q. 2. Ità Sylueſter Verbo corp. vitiati q.8. Nauarrus c.27.nu.283. Sayr.lib.6. cap.9. 17

De promotis ante morbũ.

Can. Communiter. Can. In tuis litteris. Can. Nuper. Syluester. Nauarrus. Sayrus.

Suarez. Filliucius. cap.9.num.11. Suarez D.51.ſect.1.nu.6.Filliuc.d.tr. 19.c.6.num.181. §.ſextum.

18 *Quintum genus eſt Energumenorum.* Quintum genus eſt eorum, qui dicuntur Arreptitij, ſiue Energumeni, ſiuè Dęmoniaci, quales ſunt illi, qui à Dęmonibus vexantur, obſidendo eorum corpora, (Deo ita permittente ad tempus,) qui à Græcis appellantur ἐνεργούμενοι: quare huiuſmodi homines ita à Dęmonibus vexati, ſunt irregulares, & non poſſunt ampliùs ad Sacros Ordines promoueri etiam poſtquam liberati fuerint, ſine Summi Pontificis diſpenſatione, eò quod tales, qui ſemel fuerũt incorporati à Dęmone faciliter in eamdem vexationem iterum incidere poſſunt, ideóq; ratione periculi, & propter indecentiam non permittuntur in poſterum ampliùs Sacris Ordinibus initiari, ſine Pontificis diſpenſatione: prout habetur determinatum in iure in can. Maritum, & can. Communiter, & can. Clerici D.33. & alibi. *Can. Maritũ. Can. Communiter. Can. clerici D.33.*

19 *De clericis ordinatis ante vexationem.* Clerici autem, qui antea fuerunt legitimè ordinati, & poſtea, (Deo ita permittente) effecti fuiſſent energumeni: ſi deinde liberati fuerint à tali vexatione poterit Epiſcopus cùm eis diſpenſare, vt in ſuſceptis Ordinibus miniſtrent, elapſo anno à tali liberatione: tunc enim Epiſcopus non propriè diſpenſare dicitur in irregularitate, ſed potiùs declarare, non adeſſe amplius tale impedimentum, prout dictum eſt ſupra de laborantibus morbo lunari, ſiuè caduco: Ita Suarez D.51. ſect.1. n.7. Nauar.c. 27. n.103. Tolet.lib.1.c.59.n.2. Vgolin. de irreg.c. 55.n.2.Bonac. D.7.q.2.p.2.n.24. *Suarez. Nauar. Tolet. Vgolinus. Bonacina.*

20 *De illis, qui ſe finguũt Energumenos.* Quod etiam intelligendum eſt de illis, qui ſe Dęmoniacos ſimulauerunt, qui quamuis verè non eſſent vexati à Dęmone, quia tamen voluntariè, & malitioſe tales eſſe ſe oſtenderunt in pœnam talis criminis, & vitioſæ fraudis ad tollendum aliorum ſcandalum, & pro reuerentia Sacrorum Ordinum effecti ſunt irregulares, ideóque ad Sacros Ordines non ſunt ampliùs promouendi, niſi obtenta ſit prius Pontificis diſpenſatio: prout determinatum fuit in ſexta Synodo Conſtantinopolitana. Can.6. Ita Sayrus de cenſ.lib.6.c.9.n.14.Filliuc.tom.1.tr.19.c.6.q. 8.num.18.Henriq.lib.14.c.8.n.8. Reginald. tom.2. lib.30.n.43.Coninch.D.18.d.13.n.107.Bonac.D.7. q.2. p.2. num.24. Nauar.& cùm Tolet. locis ſupracitatis. *Synod. Conſtantinopolit. Sayrus. Filliucius. Henriquez. Reginaldus. Coninch. Bonacina. Nauarr. Tolet.*

21 *De irregularitate ex defectu intellectus.* Quinta irregularitas prouenit ex defectu intellectus, quare, qui ſunt omninò ſtolidi, & ignorantes non habentes ſcientiam ſufficientem ad munus Eccleſiaſticum ritè exercendum, (prout requirit Trid. Concil.& Sacri Canones) ordinandi non ſunt, nam huiuſmodi illiterati habentur tanquam irregulares: prout dicitur in Can. Illitteratos D.33. vbi ſermo eſt de illis, qui Grammaticam, & latinam linguam neſciunt prout ibi explicat Gloſſa, & colligitur ex c. vltimò de temp. ordinand.in 6.prout communiter dicũt Doctores, ſtatim citandi n.ſequenti. *Can. Illiteratos. c. Vltimo de tēp. ordinãd.*

22 *Illiterati non ſunt ordinãdi.* Imò dico: talem inhabilitatem, & irregularitatẽ illitteratorum, non ſolùm inſtitutam eſſe de iure Eccleſiaſtico, ſed etiam eſſe de iure Diuino naturali: ratio enim dictat non eſſe admittendos ad Ordines eos, qui munus illud exercere neſciunt: ideóq; nec Summus Pontifex licitè diſpenſare poteſt, vt omninò illitterati ordinentur, & ſi aliquando eſſent ordinati ſuſpendendi ſunt, vt in Sacris Ordinibus non miniſtrent, niſi prius Grammaticam ſufficienter diſcant. Ita Maiolus lib.1.de irregular.c.32. n.13.Azorius tom.2.lib.6.c.6.q.4.Suarez D.51.ſect. 1.n.11. Reginald.tom.2.lib.30.n.37.Filliuc.d.tr.19. c.7.n.192.Tolet.lib.1.c.59.n.7. & Bonac. D.7. q.2. p.1.n.2. *Maiolus. Azorius. Suarez. Reginaldus. Filliucius. Toletus. Bonacina.*

Inſuper addo irregularitatem, qua quis ignorat neceſſaria ad vſum Ordinis, non ſolùm inducere inhabilitatem ad Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam ad vſum ſuſceptorum, ſiuè tales Ordines recepti fuiſſent bona fide, ſiuè mala: & ratio huius eſt, quia ſcientia ſufficiens in clerico requiritur, non propter receptionem Ordinum, ſed propter vſum illorum, ne videlicet Ordines Sacros cùm errore ignorantiæ adminiſtrent contra debitam diuinorum reuerentiam. 23 *Scientia in clericis qualis debeat eſſe.*

Concedimus tamen hanc inhabilitatem, ſiuè irregularitatem ignorantiæ tolli poſſe per oppoſitam ſcientiam: nam, quando irregularitas inducta fuit pro tali tempore, quo durat cauſa illius irregularitatis, ceſſante cauſa, ceſſat effectus: Quod idem etiã dicendum eſt de defectu ætatis conuenientis ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, iuxta determinationẽ Trident. Concil. quæ ceſſat poſtquam clericus ad ætatem conuenientem iam ſit peruentus: prout dicunt Suarez D.51. ſect.1.n.11. Filliuc.d.tr.19.c.7.n. 192.cùm alijs ſupracitatis. 24 *Defectũ ætatis, & ſcientiæ ceſſat per habitum oppoſitum.* *Suarez. Filliucius.*

Scientia autem, quæ requiritur ad Ordines legitimè ſuſcipiendos ſecundum Canones eſt illa, quæ declaratur in Trid.Concil.ſeſſ.23. c.4. de reformat. vbi dicitur: Ad primam tonſuram requiri, quòd initiandus primo ſit confirmatus, & peruentus ſit ad ſeptimum annum ſuæ ætatis, & vt calleat rudimenta fidei, ſciatq; aliqualiter legere, & ſcribere: Ad minores Ordines, vt intelligant latinam linguã: Ad Diaconatum, & ſubdiaconatum debent habere etiam inſtructionem eorum, quæ pertinent ad tales Ordines Sacros exercendos: Ad Presbyteratum, vt habeant talem ſcientiam, qua poſſent docere populum, quæ neceſſaria ſunt ad eorum ſalutem, & ritè Sacramenta adminiſtrare: Ad Epiſcopatum, vt ſit Doctor, aut ſaltem licentiatus in Sacra Theologia ſaltem morali, vel ſaltem manifeſtè conſtet talẽ eſſe ſufficienter inſtructum ad alios fideles regendos, & inſtruendos: Quæ omnia habentur ex Trid. ſeſſ.22. c.2.& 23.c.4.11.& 13. de reformat. Mat.& nos pleniùs diximus loco ſuo agendo de Sacramento Ordinis in tom.1.noſt. Theolog. mor.tr. 31.c.5.n.23. 25 *Quæ ſcientia ſit neceſſaria pro quolibet Ordine.* *Concil. Trid.*

De inhabilitate autem proueniente ex defectu ætatis ad licitè Ordines ſuſcipiendos, & miniſtrandos, nihil aliud eſt dicendum præter ea, quæ à nobis dicta fuerunt in d.tr.31.c.5.n.21.& 22. in tomo primo noſtræ Theolog. Moral. vbi explicauimus ætatẽ requiſitam ad ſingulos Ordines ritè ſuſcipiendos, & miniſtrandos, iuxta determinatione Tridẽt. Concil.ſeſſ.23.c.11.& 12. De alijs verò irregularitatibus, quæ à nonnullis Doctoribus hic enumerari ſolent, vt de Apoſtatis à fide, non eſt hic proprius locus, nã cùm huiuſmodi irregularitates contrahantur ex culpa ideóque in proprio loco de illis eſt dicendum: Et iſta ſufficiant de irregularitatibus illis, quæ proueniunt ex defectu animæ Ordinandi ſine peccato ipſius ſubiecti. 26 *De defectu ætatis.* *Concil. Trid.*

DE IRREGVLARITATIBVS, prouenientibus ex defectu corporis vitiati.

CAP. II.

CVm in præcedenti capitulo dictum ſit de illis irregularitatibus ſubiecti prouenientibus ex parte animæ, dicendum ſupereſt de illis, quæ procedere poſſunt ex parte corporis, ſiue totius compoſiti ipſius ſubiecti ordinati, vel ordinandi, licèt huiuſmodi defectus ſæpe ſæpius confundantur: non enim 1 *Introductio.* *Proteſtatio Auctoris.*

tales

tales defectus conſiderantur reſpectu animæ, vel corporis adinuicem ſeparati, ſed, vt faciunt vnum compoſitum conſtans ex anima, & corpore, diſtinctionis tamen gratia tales defectus, quibus mediantibus perſonæ fiunt irregulares, vel inhabiles ad Ordines à Doctoribus ſpecialiter, & diſtinctè conſiderantur, & explicantur, quare pro intelligentia illius præſentis capituli duę regulæ generales primo loco ſunt aſſignandæ, quarum.

2 *Prima regula generalis.*

Prima eſt: quotieſcumque aliqua perſona habet aliquem defectum corporeum apparentem, notabilem deformitatem illi inferentem, vel horrorem, vel impedit vſum, & exercitium Ordinis, ſiuè huiuſmodi vitium, contractum ſit ex culpa, ſiuè ſine culpa ſiuè ex cauſa iuſta, ſiuè iniuſta, ſiuè naturali, ſiuè accidẽtali, talis perſona dicitur, & eſt irregularis ad Ordines ſuſcipiendos, vel exequendos: nam ęquitas ipſa naturalis dictat huiuſmodi in corpore vitiatos notabiliter non eſſe ad Ordines Sacros promouendos, neque in ſuſceptis poſſe licitè miniſtrare: Ità enim colligitur ex Sacris Iuribus, vt in cap. Vltimo de corpor. vitiat. & cap. 1. de Clerico ęgrotanti, & alibi: Ità Suarez D. 50. ſect. 2. num. 6. & D. 51. ſect. 2. num. 11. Molina tom. 4. de Iuſt. tr. 3. D. 70. n. 2. Sayr. lib. 6. cap. 7. num. 6. Nauarrus c. 27. nu. 200. Auila p. 7. D. 3. d. 1. Filliuc. tr. 19. c. 6. n. 157. Toletus lib. 1. c. 63. §. 2. Reginald. lib. 30. n. 46. cum aliis.

Ratio aſſertionis.

c. Vltimo de corp. Vitiat. c. 1. de Cleric. ægrot. Suarez. Molina. Sayrus. Nauar. Auila. Filliucius. Toletus. Reginaldus.

3 *Aduertentia.*

Aduertendum eſt autem: non eſſe eamdem rationem, eamdemq; regulam ſeruandam circa Clericos ordinandos, & iam ordinatos, quare quicumq; initiandus eſt ad Ordines, ſi inhabilis ſit ad illos exercendos etiam erit inhabilis, & irregularis ad eos recipiendos, qui verò antea ritè fuiſſet ordinatus, ſi deindè ſuperuenerit defectus corporeus, quo mediante impeditur à celebratione, non impeditur exercitio aliorum munerum, quæ à tali vitio non impediuntur: quare Sacerdos effectus cæcus, ſiuè manibus illius amputatis, &c. poterit abſolutionis Sacramentum licitè adminiſtrare, benedicere, facere officium Diaconi, &c. non tamen poterit ordinari, ſi antea non fuiſſet ordinatus: Ità Nauar. c. 27. num. 200. ex D. Thom. 3. p. q. 82. A. vltimo ad 3. & Filliucius d. tr. 19. c. 6. num. 158. Tolet. lib. 1. cap. 63. regula ſecunda, & colligitur ex Can. Cùm percuſſio 7. quæſt. 1.

Nauarrus. D. Thomas. Filliucius. Toletus. Can. Cũ percuſſio.

4 *Secunda. Regula. Defectus corporis non apparentes non inducant irregularitatẽ.*

Secunda regula generalis eſt defectus corporales non apparentes, ſed occultos, ſi non impediant Ordinum executionem non efficere hominem irregularem, quare ſi quis careat digitis pedum, vel membro genitali, ſiuè teſticulis, ſiue habeat aliquam plagam, vel fiſtulam non apparentem non ſolum poterit licitè in Ordinibus ſuſceptis adminiſtrare, ſed etiam poterit licitè ad Sacros Ordines promoueri abſq; alia diſpenſatione: & ratio huius eſt, quia cum huiuſmodi defectus non ſint apparentes nullam deformitatem, nec horrorem incutiunt adſtantibus, ideòq; talis homo non eſt effectus irregularis, prout dicunt communiter Doctores, ſtatim citandi.

5 *Nõ eſt neceſſe ſecũ portare virilia deſiccata.*

Inſuper etiam dicimus: non opus eſſe, vt ille, cui virilia fuerit amputata abſq; propria culpa, illa deindè ſecum geret, vel in puluerem redacta, vel deſiccata (prout gentes vulgares exiſtimant) prout dicit Gloſſa in Can. Eunuchus D. 55. & Tolet. lib. 1. c. 63. reg. 2. Couar. in Clement. Si furioſus p. 1. nu. 5. Vgolinus de irreg. c. 39. n. 1. Molina tom. 4. de Iuſt. tr. 3. D. 70. num. 15. Filliuc. tr. 19. c. 6. nu. 199. Bonac. de cenſ. D. 7. q. 2. p. 2. num. 31.

Gloſſa in can. Eunuchus. Tolet. Couar. Vgolinus. Molina. Filliucius. Bonacina.

6 *Limitatio regulę.*

Secùs autem dicendum eſt, ſi quis culpabilitèr ſibi ipſi aliquod corporis membrum amputaſſet, vel ſi fuiſſet illi amputatum à iuſtitia in pœnam delicti commiſſi, ſiuè à marito, ſiuè à parentibus mulieris, cum qua talis fornicari volebat, quia tunc talis eſſet irregularis, & non poſſet Ordines ſuſcipere neq; ſuſceptis adminiſtrare ſinè Pontificis diſpenſatione.

7 *Amputatio teſtiũ non eſt remediũ pro caſtitate.*

Quòd idem dicendum eſt, ſi quis voluntariè ſibi fecit virilia ſiuè teſtes amputari, ſiuè pro voce cantus ſeruanda, ſiuè etiam ad exigendos humores libidinis pro colenda caſtitate huiuſmodi cum amputatio teſtium non eſt medium ad vincendas tentationes carnales: nam experientia docet, quòd Eunuchi maioribus carnis ſtimulis cruciantur, maximè in iuuentute; ideoq; tales propter tale defectum efficiuntur irregulares; prout dicunt Molina, cum Nauarrus, Suarez, Toletus, Filliucius, & Bonacina, loc. ſupracit.

Molina. Nauarrus. Suarez. Tolet. Filliucius. Bonacina.

8 *De Hermaphroditis.*

His ergo duabus regulis generalibus præpoſitis: dicendum eſt de caſibus particularibus. Quare primo quæritur de Hermaphroditis: an tales ſint irregulares, tàm ad Ordines ſuſcipiendos, quàm ad exequendos, quando antea fuiſſent ordinati? Quare pro intelligentia terminis huius quæſtionis eſt.

9 *Hermaphroditi, qui ſint, & vnde dicãtur.*

Notandum, quòd ille dicitur Hermaphroditus, qui vtrumque ſexum habere videtur, quo ad partes genitales, quæ denominatio ſumpta fuit à quodam viro ità genito, de quo ſabulantur Poetę dicentes: talem fuiſſe filium Mercurij, & Veneris, qui natus eſt cum pudendis vtriuſq; ſexus: ideòque omnes, qui deindè cum tali deformitate naturę naſcuntur Hermaphroditi appellantur: nam Mercurius apud Græcos ἑρμῆς & venus ἀφροδίτη fuerunt appellati, quare, qui deinceps ità nati ſunt vtrumque ſexum habentes, quoad partes genitales ἑρμαφρόδιτοι quaſi filij Mercurij, & Veneris per antonomaſiam denominati ſunt, quos ab Archidiacono in c. Hæc imago 33. q. 5. circa medium appellantur Androgeni: nam apud Græcos ἀνδρόγυνοι dicuntur, illi qui communiter Hermaphroditi appellantur: hoc ſuppoſito.

Etymologia nominis.

Archidiacon. Androgeni, qui dantur.

10 *Prima aſſertio. Hermaphroditus, quando eſt irregularis.*

Reſpondetur modo ad quæſitum dicendo: quotieſcumq; detur aliqua perſona hermaphrodita, quę habeat vtrumq; ſexum, quò ad genitalia, quæ æque participet, vel magis inclinet in ſexum fęmineum, non ſolùm eſt irregularis, ſed etiam omnino eſt incapax characteris Ordinis, cuius omnino fęminæ ſunt incapaces de iure Diuino: nam fęmina propter imperfectionem ſexus non poteſt perſonam Chriſti repræſentare: Quare ſi quis aliquem huiuſmodi hermaphroditum aliquando Ordinare tentauerit nihil faciet: prout nos diximus in primo tomò noſtræ Theolog. Mor. tr. 31. c. 5. num 6. agendo de Sacramento Ordinis.

11 *Quãdo habet vtrumq; ſexũ.*

Quòd non ſolùm intelligitur, quando talis magis participet ſexu fęmineo, quia tunc iudicatur pro vera fęmina, ſed etiam ſi vterque ſexus prædominet, tunc etiam, quò ad Ordines talis perſona eſt omninò irregularis, quia in caſu non reputatur vir abſolute, ſed potiùs fęmina, quæ Ordinis Sacramenti non eſt capax; prout dicit Gloſſa in can. Si teſtes 4. q. 3. §. Hermaphroditus, & Turrecrem. ibi Suar. de cenſ. D. 51. ſect. 2. n. 1. Sayrus lib. 6. c. 8. num. 24. Syluest. & Tabien. in verbo Hermaphroditus, D. Anton. 3. p. tit. 28. c. 6. §. 1. Toletus lib. 1. cap. 63. §. 6. Filliucius tom. 1. tr. 19. cap. 6. nu. 162. Bonacina de Cenſ. D. 7. q. 2. p. 2. nu. 13.

Gloſſa in Can Si teſtes. Turrecrem. Suarez. Sayrus. Syluester. Tabiena. D. Antonius. Toletus. Filliucius. Bonacina.

12

Si verò magis prædominet virilis ſexus tunc eſſet quidem Ordinis Characteris capax, quia in caſu magis reputetur maſculus, quàm fœmina: non poteſt tamen talis perſona licitè ordinari ratione monſtruoſitatis contra naturæ ordinem, quæ eſt communis Theologorum, Canoniſtarumque ſententia fundata in Can. 1. D. 36. vbi generatim corpore

Digitized by Google

Hermaphroditi ſunt mõſtruoſi. Henriquez. Nauarrus. Auila. Vgolinus. Molina. Graffius. Maiolus. Suarez. Filliuc. Bonacina. Sayrus.

pore vitiati irregulares eſſe dicuntur, talis autem ſine dubio eſt corpore vitiatus, & monſtruoſus ideòque ſine diſpenſatione Papæ ordinari licitè non poteſt: Ita Henriq. lib. 14. c. 16. Nauar. c. 27. n. 103. Auila p. 7. D. 3. d. 5. Vgolin. c. 48. nu. 1. de irreg. Molina tom. 4. de Iuſt. tr. 3. D. 70. n. 13. Graff. tom. 1. Deciſ. lib. 4. c. 27. nu. 94. Maiolus lib. 1. de Irreg. c. 27. nu. 3. Suarez, Filliucius, & Bonacina, & Sayrus, cùm alijs ſupracitatis.

13 Si caſu aliquã do fœmina, euadat maſculus. Plinius. Suarez. Filliucius. De caſu ſucceſſo in Hyſpania.

Si verò quandoque contingat, vt quis pro fœmina reputata, ſed poſtea proceſſu temporis virilia, quæ hactenus ſub fœmineis latebant pudendis foris prodeant, prout aliquando accidiſſe refert Plinius lib. 7. Hyſt. c. 4. teſte Suarez D. 51. ſect. 2. nu. 2. & Filliuc. in tom. 1. tr. 19. c. 6. n. 162. refert anno Domini 1619. Romæ quamdam ſupplicationem Sacræ Pœnitentiariæ fuiſſe præſentatam in qua petebatur diſpenſatio circa votum caſtitatis factum in Monaſterio à quadam perſona vbi poſt profeſſionem factam tanquam fœmina: deinde die quodam cùm maximè conata eſſet, vt quoddam pondus eleuaret è terra: exierunt illi extra vas ſemineum membra virilia genitalia, cuius cauſa talis monacha ſtatim reiecta fuit è Monaſterio, ideòque petebat diſpenſationem, quod caſtitatis votum emiſſum, vt licitè tanquam vir poſſit Matrimonium contrahere. Qui quidem caſus ſucceſſit Panormi temporibus noſtris.

14 Reſolutio dubij.

Reſponſumque fuiſſe talem profeſſionem fuiſſe ipſo iure nullam: quia talis perſona tanquam fœmina promiſit votum clauſuræ, & caſtitatis, vt tanquam Monacha in Monaſterio fœminarum eſſet victura: cùm ergo deindè effecta fuiſſet vir, profeſſio facta non habet ampliùs vigorem: nam profeſſio facta ſemper intelligitur ſecundum intentionem vouentis: Ità Nauar. conſ. 47. de irreg. Vgolin. c. 48. §. 1. nu. 4. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 106. Henriq. lib. 14. c. 8. n. 6. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 2. n. 17.

Nauarrus. Vgolinus. Sanchez. Henriquez. Bonacina.

15 Reſolutio caſus.

Reſpondendo modo ad propoſitum caſum dicimus, quod ſi talis perſona taliter effecta ſit maſculus, adeo, vt tantùm habeat membra virilia ſicut cęteri homines, tunc nullo modo dici poterit irregularis, non enim habet vtrumque ſexum (vt ſupponitur) ſed tantùm virilem, ideòque capax eſt Ordinis characteris recipiendi, neque indigebit diſpenſatione, niſi aliud impedimentum Canonicum habeat, & licet antea exiſtimata eſſet talis perſona pro fœmina, & modo extraordinario modo effecta ſit maſculus, nihil facit ad rem, quo ad irregularitatem, quia talis irregularitas in iure non eſt expreſſa: prout dicunt Suarez d. D. 51. ſect. 2. n. 2. Filliuc. d. tr. 19. c. 6. n. 162. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 2. n. 13.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

16 Ratio aſſertionis.

Ratio autem huius aſſertionis eſt, quia iſte talis non eſt ampliùs hermaphrodita, vt ſupponitur, nec fœmina, ſed vir, ideòque eſt Ordinis Sacramenti capax: Si verò vterque ſexus remaneat, quoad genitalia tunc eſſet verè hermaphrodita, & propter monſtruoſitatem naturæ eſſet irregularis prout ſupra iam explicatum eſt.

17 Quęſitum ſecundum de Monſtruoſis. Primũ genus monſtruoſorum.

Quæritur ſecundò: An monſtruoſi ſint irregulares, & quinam dicantur monſtruoſi?

Reſpondetur ad monſtruoſos quatuor perſonarũ genera reduci poſſe: quorũ primum eſt illorũ habẽtium plura membra contra ordinẽ naturę, vt ſi quis haberet duo capita, quatuor oculos, vel quatuor manus, aut vultũ ita diſtortum fœtidũ, aut deformẽ, ita vt intuentes prouocaret ad riſum, aut horrorem, tunc enim huiuſmodi eſſent irregulares, & non poſſent licitè ad Ordines promoueri, neque in Ordinibus ſuſceptis miniſtrarę propter deformitatem notabiliter apparentem contra reuerentiam Sacris Ordinibus debitam; prout habetur ex Sacris canonibus can. qui in aliquo D. 5. & c. vltim. de corpor. vitiat. & c. 2. de clerico ægrotante, & communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati nu. 3.

Can. qui in aliquo c. vlt. de corpor. vitiat. C. 2. de Clerico ægrotante.

18 Secundum monſtruoſorum genus.

Secundum genus eſt illorum, qui licèt debita membra habeant, quo ad numerum, eſt tamen inter ea maxima diſparitas, & quando talis diſparitas notabilem deformitatem inducat, tanquam irregulares ſunt exiſtimandi: vt ſi quis haberet crura, ſeu tibias nimis diſtortas, adeò vt inducant deriſum, aut horrorem, non poſſent huiuſmodi licitè ad Ordines ſuſcipiendos admitti, neque ſi eſſent ordinati permitti debet, vt in ſuſceptis Ordinibus adminiſtrent, cuius iudicium talis deformitatis committitur iudicio prudentis Epiſcopi, prout dicunt Maiolus lib. 1. de irregul. c. 13. nu. 2. Viuald. in candel. tr. de irreg. num. 131. Sayrus lib. 6. c. 8. num. 1. & Filliuc. tr. 19. c. 6. num. 165.

Maiolus. Viualdus. Sayrus. Filliuc.

19 Tertium mõſtruoſorum genus. Gigantes, & Pigmei.

Monſtruoſi tertij generis dicuntur illi, qui propter exceſſum debitæ quantitatis, aut defectum admirationem notabilem faciunt intuentibus, quales ſunt Gigantes ſtatura magna, aut Pigmei paruæ ſtaturæ: qui tunc irregulares ſunt exiſtimandi, quando in eis talis eſſet deformitas, vt futuri videantur occaſio ludibrij, & admirationis apud cæteros, ſi huiuſmodi in Sacris Altaribus miniſtrarent, cuius deformitas remittitur iudicanda à iudicio prudentis Epiſcopi: an ita videtur futurum, nec ne? huiuſmodi autem homines inter ſimiles non exiſtimantur deformes: inter cæteros autem diſpares ſtandum eſt iudicio Prælati illius loci: Ità communiter Doctores omnes ſupracitati.

20 Quartum monſtruoſorum genus. De Gibboſis, & hydropicis.

Monſtruoſi quarti generis poſſunt eſſe nimis gibboſi ſed communiter huiuſmodi non ſunt omninò irregulares, niſi quando talis gibboſitas eſſet coniuncta cum nimia deformitate, vel debilitate, vt accidere poteſt quando gibboſus nequit ſe erigere, aut ſtare erecto capite, &c. Quod idem dicendum eſt de illo, qui habet ventrem ita præturgidum, & nimis pinguem, ita vt deformitatem notabilem faciat in corpore taliter vitiato: tunc huiuſmodi non eſſent ordinandi in Sacris, & quando talis eſſet deformitas, prohibendi ſunt etiam, ne in ſuſceptis ordinibus miniſtrent, iuxta determinationem prudentis Epiſcopi: prout dicunt Molina to. 4. de iuſt. tr. 3. D. 70. num. 8. Reginald. tom. 2. lib. 30. cap. 5. num. 52. Maiolus lib. 1. de irreg. c. 17. Vgolin. c. 50. nu. 6. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 2. num. 9.

Molina. Reginaldus. Maiolus. Vgolinus. Bonacina.

21 Quæſitum tertium.

Quæritur tertiò de patientibus defectum in aliquo ex quinq; ſenſibus externis: an ſint irregulares?

De cæcis.

Reſpondetur primò de cæcis, qui omninò priuati ſunt oculis, ſiuè potentia viſiua: tales omninò ſunt irregulares, quo ad Ordines ſuſcipiendos, quia cum huiuſmodi non poſſint celebrare, vel ſaltem ſine manifeſto periculo, aut ſcandalo aliorum, ideòque nullo modo poſſunt licitè ad Ordines promoueri: quando autem aliquis eorum, iam antea ordinatus fuiſſet poterit alia miniſteria præter celebrationem Miſſæ exercere, vt confeſſiones audire, prædicare, aliaq; munera Sacra, quæ non requirunt potentiam viſiuam: Miſſam autem celebrare non poſſunt, niſi aliquando talibus fuiſſet facta ſpecialis conceſſio à Summo Pontefice, vt celebrare poſſint, quandòque ſecretè cum aſſiſtentia alterius Sacerdotis: ſuppoſito, quòd habeant perfectam memoriam omnium Canonum: Ità Henriq. in ſum. lib. 14. c. 8. §. 2. l. m. & Filliuc. d. tr. 19. c. 6. nu. 187. Maiol. lib. 1. de irreg. c. 30. num. 1. Sylueſt. verb. corp. vitiat. quæſt. 6.

An poſſit Sacerdos cæcus aliquando celebrare ex diſpenſatione.

Henriq. Filliucius. Maiolus. Syluest.

Qui

22 *De monoculis.* Qui verò carent tantummodo vno oculo, non ſunt ordinandi propter defectum apparentem in facie: ſi autem talis antea ordinatus fuiſſet Sacerdos, & habeat oculum ſiniſtrum, qui dicitur oculus Canonis, & non appareat nimia deformitas ex carentia alterius oculi permittitur celebrare: ſi autem *De oculo Canonis.* careat oculo Canonis, ita vt non poſſit legere Canones Miſſæ niſi conuerſa facie ad populum cum irreuerentia manifeſta actus celebrandi: tunc communiter permitti non debet, vt talis Sacerdos celebret, niſi in aliquo caſu diſpenſatus fuerit à Prælato, accommo dato Miſſali, ità vt commodè ſine indecore cum dextro oculo proſpicere poſſet ea, quæ legenda ſunt in Miſſa: ita Sayrus lib.6.c.8.n.8. Henriq. d. lib.14. c.8. Nauar. c.27. nu.199. Tolet. lib.1.c.63. reg.prima circa medium; & Filliuc. d.tr. 19. cap.6. num.168. *Sayrus. Henriquez. Nauarrus. Toletus. Filliucius.*

23 *De Lippis, & perpetuo lacrymantibus.* Qui autem habent oculos maculatos, vt ſunt: lippi, & perpetuò lacrimantes, ſi talis defectus, ſiuè infirmitas non generet notabilem deformitatem, & admirationem populi poterit Epiſcopus diſpenſare, vt celebrent: ſecus autem dicendum eſſet, quando talis defectus notabilem deformitatem, & horrorem efficeret, tunc enim huiuſmodi abſtinere debent ab actu celebrandi, niſi aliter Epiſcopus, conſideratis circumſtantijs, aliquando diſpenſauerit: ità Bonac. D.7. q.2. p.2. n.3. & Filliucius cùm alijs ſupracitatis. *Bonacina. Filliucius.*

24 *De Surdis. Can.7.Apoſt.* Surdus, qui totaliter orbatus eſt potentia auditus eſt irregularis, & non eſt ordinandus, vt patet ex can.7. Apoſtolorum, & ratio huius eſt, quia iſte talis Miſſam dicere non poteſt abſque occaſione riſus, aut ludibrij circumſtantium, qui in actu celebrandi, vel eleuaret vocem altiorem ſolito, vel reſponderet non expectato fine miniſtri, vel diù poſt quam miniſter ſuam partem pronunciaſſet, quòd erit inconueniens, & audientes prouocaret ad riſum contra reuerentiam debitam ſacræ actioni: ità Maiolus lib.1. de irregul. c.25. nu.1. & Filliuc. d. tr.19. c.6. num.169. *Maiolus. Filliucius.*

25 *De Surdaſtris.* Qui autem non eſt totaliter ſurdus, ſed eſt ſurdaſter non poteſt dici irregularis cum omninò non ſit priuatus potentia auditiua: idcòque poterit ad Ordines admitti, & celebrare ad iudicium Epiſcopi, dummodò non ſit occaſio ludibrij, & riſus circumſtantium, quando autem vitium ſurditatis eſſet inſignè, & contra debitam reuerentiam Sacri muneris, adeò vt eadem inconuenientia faciliter euitari non poſſent, tunc exiſtimandus eſt, tanquam omninò ſurdus, & non debet permitti, vt ſic celebret, ſaltem in publico: ità Comitolus in mor. reſponſ. lib.6.q.55.n.4. Sayr.lib.6.c.8.n.17.Bonac.& Filliuc. loco cit. *Comitolus. Sayrus. Bonacina. Filliucius.*

26 *Difficultas. De carentib. auriculis.* Sed difficultas eſt: an carens auriculis, ideſt illa extrema cartilagine, quæ organo auditus adhæret, ſit irregularis ratione deformitatis?

Reſolutio. Reſpondetur, quòd ſi talis deformitas non poſſet aliquo modo honeſto occultari, tunc eſſet exiſtimandus tanquam irregularis, eò quòd carentia auricularum notabilem indicat deformitatem in faciem celebrantis: verùm eſt tamen, quòd poterit faciliter dicta deformitas occultari, vel capillis, vel alio inſtrumẽto artificiosè facto ſuperpoſito, adeò, vt non videatur à cæteris talis defectus, tunc poſſet admitti, vt Miſſas celebret: prout dicunt Auila de cenſ.p.7. D.3. d.1. §.3. Nau.c.27.n.222.§.7.& lib.5. conſil.de excom.conſ.75.Henriq.lib.14.c.8.n.3.Coninch. D.18.d.13.n.103. & Bonac.D.7.q.2.p.2.n.9. *Auila. Nauarrus. Henriquez. Coninch.*

27 *De potentia odoratus.* Deſtitutus autem ſenſu odoratus non videtur eſſe irregularis, dummodò habeat membrum naſi integrum in facie, ſiuè verum, ſiuè artificiosè effectum: nam ad Ordines exercendos parùm refert potentia olfatus, quare illi, qui morbo pituitæ, qui vulgò dicitur (Catarro) ratione cuius non poſſunt ſentire odores non impediuntur ab actu celebrandi, & in hoc nulla eſt controuerſia.

Quando autem aliquis priuatus eſſet naricibus, 28 *De carentib. naricibus.* vel omninò, vel ex parte, tunc talis eſset irregularis propter deformitatem, nam carentia membri naſi eſt defectus notabilis, & generat deformitatem aſpectus huiuſmodi celebrantis, ideòque ſtante tali deformitate non debet ordinari, neque celebrare poteſt cum tali manifeſto defectu apparente.

Verùm eſt tamen, quòd talis deformitas quan- 29 doq; celari poterit, alio naſo artificiosè effecto, ſiuè ex propria carne, ſiuè alia materia colorata calore carnis propriæ: & tunc admitti poterit, vt talis Sacerdos poſſit licitè celebrare maximè quando antea fuiſſet legitimè ordinatus: quando autem habet naſum omnino diſtortum, & deformè, aut nimis magnum, vel paruum: *De habente naſum nimis diſtortum, & deformem.* tunc Epiſcopus iudicare debet: an talis deformitas poſſet inducere riſum, & ludibrium aliorum contra debitam reuerentiam Sacri miniſterij, nec ne. Et quando talis deformitas eſset notabilis non debet permitti, vt talis Sacerdos celebret ſaltem in publico, quando autem deformitas non eſset talis permitti poterit, prout in Domino videbitur expediri: ità Filliuc. d. tr.19. c.6. num.131. *Filliuc.*

De ore autem Sacerdotis idem iudicium facien- 30 *De defectu oris.* dum eſt, ſicut de alijs ſenſibus externis, ſi enim quis habeat os nimis diſtortum, & deforme, quòd incutiat horrorem, & prouocet alios ad deriſum, & contemptum Sacri miniſterij, vel habeat labra omnino corroſa, & inepta ad proferenda verba, & ad retinendum cibum, aut potum, itaut periculum ſit de retentione Sacramenti, tunc talis exiſtimandus eſt tanquam irregularis, etiam ſi antea iam ritè ordinatus fuiſſet: ſi autem talis deformitas, vel defectus non eſſet talis remittitur iudicio Epiſcopi, vt iudicet; an talis Sacerdos admitti debeat ad celebrandum nec ne?

Defectus autem dentium nullam inducit irregu- 31 *De carentib. dentibus.* laritatem, dummodo poſſet verba proferre: ſi autem non poſſet verba neceſsaria integrè proferre, vel careret lingua, vel labijs tunc certiſſimum eſt, huiuſmodi celebrare non poſſe: cum hæc ſint de eſſentia celebrantis: prout dicunt Henriq.d.lib.14. c.8. nu.2. Sayr.de cenſ.lib.6.c.8. num.16. Vgolinus tr.de irreg. c.69. Filliucius d.tr.19.c.6.nu.71. & Bonacina de cenſ.D.7. p.2. q.2. nu.6. *Henriquez. Sayrus. Vgolinus. Filliuc. Bonacina.*

Quod idem dicendum eſt de balbis, ſiuè bleſis, 32 *De Balbis, ſiue Bleſis.* qui loquelam habent impeditam, qui à Græcis ψελλοὶ ſunt appellati, eò quòd impedimento linguæ verba integrè proferre non poſſunt, niſi balbutiendo, & nimis obſcurè verba proferre poſſunt: tunc remittitur iudicio Epiſcopi, vt iudicet ſi tales licitè admitti poſſent ad celebrandum, ſi enim defectus eſſet talis, quòd excitet indecentiam, & deformitatem notabilem circa actum celebrandi, tunc non eſſent admittendi ad celebarndum: aliàs ſecus: ità Ananias in c.Expoſuiſti de corp.vitiat. & Ant.Butr. ibi, & Tolet.lib.1.c.63.in regula prima circa mediũ. *Ananias. Anton. Butr. Toletus.*

De abſtemijs autem, qui nullo modo vinum ſu- 33 *De abſtemijs.* mere poſſunt, nec retinere abſq; periculo vomitus dicimus, quòd reſpectu Sacerdotij ſunt irregulares, vel potiùs inhabiles ad Miſsam celebrandã; & ratio huius eſt, quia ſpecies vini conſecrati neceſſario ſumendæ ſunt per potum ab ipſo celebrante, ideòq; niſi aſſueſcãt ad ſaltem parũ vini potandũ nõ poſſet

cum talibus diſpenſati, ad alios autem ordines irregulares non ſunt, vt ex ſupradictis patet: & docet Gloſſ. in Can. ipſi Apoſtoli 2. q. 7. Sylu. verb. irregularitas q. 2. Maiol. lib. 1. de irreg. c 25. Reginald. lib. 30. c. 5. nu. 58. Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 6. nu. 181. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 2. nu. 26.

Gloſſ. in can. ipſi Apoſtoli. Syluester. Maiolus. Reginaldus. Filliuc. Bonacina.

34 De potentia tactus.

Circa tandem alia membra corporis pertinentia ad tactum, dicimus, quòd ille, qui vtraq; manu, vel altera careat, in quibus potiſſimum viget ſenſus tactus, vel habeat manus omnino tremulentas, vt nullo modo Hoſtiam Sacram contrectare, vel tenere poſset ſine periculo labendi è manibus, vel effundendi vinum Calicis in actu eleuationis, vel ſi aliquibus digitis manus careat, illis præcipuè, quibus ſpecies conſecratæ ſunt contrectandæ irregularis eſt, quo ad Miſſæ celebrationem.

35 De habentibus ſex digitos.

Quando verò quis haberet ſex digitos in manu non videtur irregularis, quoties digitus ille ſuperfluus non impediat vſum aliorum digitorum, ſi verò impediat eſſet irregularis, vt accidit quando index, & pollex ſub vna communi vngue exiſtunt, quia tunc magna eſſet difficultas in Hoſtia contrectanda, quando autem careret aliquo digito manus remittitur ad Epiſcopi iudicium, ſi talis defectus impediat actum celebrandi, vel propter impotentiam, vel propter deformitatem: ita Henriquez lib. 14. c. 8. nu. 3. Sayr. lib. 6. c. 8. nu. 2. Vgolin. de irreg. c. 48. §. 1. & c. 50. & 51. Reginald. lib. 30. c. 5. num. 46. & Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 6. nu. 165. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 2. n. 11.

Henriquez. Sayrus. Vgolinus. Reginaldus. Filliuc. Bonacina.

36 De claudis.

Claudus vero, qui nullo modo poteſt accedere ad altare, aut ſtare, aut ſine baculo, aut ſi habeat pedem ligneum, nullo modo permitti poteſt, vt ſic Miſſam celebret propter reuerentiam Sacri miniſterij, ideòque tali defecto corporis perſiſtente, exiſtimandus eſt tanquam ſi eſſet irregularis: prout colligitur ex can. Nullus Epiſcopus de conſecrat. D. 1. & Gloſſ. ibi explicat, & ex Can. Si quis in infirmitate D. 55. Ita Nauar. c. 27. n. 199. Si vero ſtare poſſet per ſe, & accedere ad altare licèt difficiliter pro actu celebrandi remittitur iudicio Epiſcopi, qui conſideratis circumſtantijs, quandoque diſpenſare poterit.

Can. Nullus Epiſcopus. Gloſſ. Can. Si quis in infirmitate. Nauarrus.

37 De Paralyticis, & Apoplexis.

De Paralyticis, & Apoplexis: cum enim huiuſmodi patiantur ſtupefactionem totius corporis, & priuationem ſenſus, & motus talium membrorum, vbi adeſt talis morbus exiſtimandi ſunt etiam tanquam irregulares, eò quòd mediante tali morbo inhabiles ſunt ad Sacrificium Miſſæ reuerenter celebrandum, prout colligitur ex cap. vltim. de Clerico ægrotante: ita Suarez D. 51. ſect. 2. n. 17. Maiolus lib. 2. de irreg. c. 18. & 19. Couar. in Clement. ſi furioſus p. 1. nu. 5. Nauar. c. 27. nu. 199. & ſumitur ex D. Thom. 3. p. q. 82. A. vltimo.

C. vltimo de Clerico ægrotante. Suarez. Maiolus. Couarr. Nauarrus. D. Thomas.

38 De Leproſis.

Quod idem ſimiliter dicendum eſt de leproſis, aut multa ſcabie laborantibus, nimiam inducentem deformitatem, aut manuum vſum impedientem, qui durante tali lepra, vel ſcabie non poſſunt licitè celebrare, ſaltem in publico, & ſimiliter dicendum eſt de laborantibus morbo gallico, vel peſte, vel alio morbo contagioſo, qui foris appareat, horroremque, & ſcandalum generet: omnes enim iſti, tali morbo perſiſtente, tanquam irregulares ſunt exiſtimandi, maximè propter periculum infectionis aliorum: ita Vgolin. de irreg. c. 55. §. 1. Maiol. lib. 2. c. 20. Bonac. D. 7. q. 2. p. 2. num. 19. 20. & 21. & Filliuc. tr. 19. c 6. num. 181.

De morbo contagioſo. Vgolinus. Maiolus. Bonacina. Filliucius.

39 Concluſio.

Concludimus ergo breuiter: illum eſſe irregularem, quem infirmitas reddidit inhabilem, & ineptum ad exercitium Ordinum, aut quando Ordines exercere non poſſet ſine ſcandalo, periculo, aut horrore, vel deformitate notabili, prout habetur ex c. tua nos de Clerico ægrotante, & communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati.

C. Tua nos.

40 De Sacerdote Æthiopo.

Color autem carnis in Sacerdote non eſt res tanti momenti, quare Sacerdos Æthiops, licet ſit nigri coloris non videtur eſſe irregularis, maximè quando celebret inter gentes eiuſdem coloris, vel capaces talis aſpectus nigri coloris, dum enim non reſultat ſcandalum, vel horrorem, impediri non poteſt, ne Miſſam licitè celebret, quando eſſet Sacerdos legitimè ordinatus: prout dicunt Bonacina D. 7. q. 2. p. 2. nu. 11. & Filliuc. d. tr. 19. c. 6. nu. 171. Et hæc de irregularitatibus prouenientibus ex defectu corporis, ſine culpa.

Bonacina. Filliucius.

DE IRREGVLARITATE PROVENIENTE ex parte originis, ſiuè generationis illegitimæ.

CAP. III.

1 Triplicitèr oriri poteſt iſta irregularitas.

INter defectus, qui pertinent ad perſonam abſq; culpa tertius in ordine eſt defectus natalium, qui in ipſa generatione contrahitur à parentibus, qui tripliciter euenire poteſt, primo quando quis non eſſet ortus, & generatus ex legitimo matrimonio, ſecundo quando quis eſſet filius alicuius hæretici, & tertio quando eſset filius alicuius proditoris magni Principis, ſiuè Prælati, qui omnes dicuntur eſſe irregulares, quo ad Ordines ſuſcipiendus, ijque ſine legitima diſpenſatione, ſiuè legitimatione ad Ordines promoueri non poſſunt, prout habetur ex Can. primo D. 56. & c. 1. & vltim. de filijs Presbyt. de quibus omnibus breuiter in hoc præſenti capitulo eſt dicendum.

C. Primo D. 56. C. Vlt. de filijs Presbyt.

2 Prima irregularitas illegitimorum.

Prima itaque irregularitas, quæ contrahitur ſine peccato ipſius ſubiecti eſt illa, quæ prouenit ex generatione facta inter parentes ipſius prolis, quando fit ſine legitimo matrimonio inter eos contracto, ſed effecta eſt per coitum illicitum contra Diuinum præceptum de non fornicando, quæcumque enim generatio, quæ non eſt facta ſecundum Ordinem legitimi matrimonij eſt illicita, ideòque tales filij ita generati ſunt illegitimi, & vt tales ab Eccleſia repelluntur à Sacris Ordinibus, non ſolum ſuſcipiendis, ſed etiam miniſtrandis ante legitimationem, ſiuè diſpenſationem, prout habetur ex Sacris Canonibus pluribus in locis, & præcipue in Can. primo, & vltimo de filijs presbyt. & alibi: ita Vgolin. de irreg. c. 44. §. 1. Sayrus lib. 6. c. 10. nu. 36. Henriq. lib. 14. c. 8. nu. 10. Nauar. c. 27. num. 207. Tolet. lib. 1. cap. 58. Suar. de cenſ. D. 50. ſect. 3. n. 2. Reginald. lib. 30. nu. 67. Filliuc. tom. 1. tr. 19. cap. 5. nu. 133. Coninch. D. 18. d. 12. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 3. nu. 2.

C. Primo, & vltim. de filijs presbyt. Vgolinus. Sayrus. Henriquez. Nauarrus. Tolet. Suarez. Reginald. Filliucius. Coninch. Bonac.

3 Ratio huius irregularitatis, quæ. In deteſtationem commiſſi criminis. Secunda ratio propter infamiam cõtractam.

Ratio autem, quare mota eſt Eccleſia ad inducendam hanc irregularitatem triplex à Doctoribus aſſignari ſolet, quarum prima eſt in deteſtationem delicti commiſſi à parentibus terminati ad terminum, in quo terminatur generatio, qui eſt filius productus, mediante tali generatione illicita: ſecunda propter infamiam, quam indè contrahit proles: nam parentes dant eſſe filio per turpem generationem: eſt enim generatio actio quædam in paſſum, ideſt prolem: non enim terminatur in agentibus ideſt patre, & matre, ſed in filio producto, in quo remanet defectus, ſiuè indecentia: ideòq; indecens eſt, vt filius illegitimus ad Miſſæ Sacrificiũ celebrandũ accedat, quare propter Sacramẽti Sanctiſſimi Euchariſtiæ reuerentiã inducta eſt talis irregulari-

Digitized by Google

Tertia ratio propter periculum incontinentiæ.

gulatitas: & tertia eſt propter periculum incontinentiæ, ne filius ità productus imitetur parentum incontinentiam, vt in pluribus euenire ſolet, & experientia docet: prout dicit Gloſſ. in c.vlt.de filijs Presbyt.in 6.& communiter dicunt omnes Doctores ſupracit. num.2. legite Filliuc. ſupra nu.138. & Tolet.cum Bonac. locis ſupracitatis.

Gloſſa in c. vlt. de filijs Presbyt. Filliucius. Toletus. Bonacina.

4 Illegitimi, alij ſunt naturales, alij ſpurij. Illegitimi naturales, qui ſint, & vnde dicantur.

Illegitimi ergo filij (generaliter loquendo) ſunt in duplici differentia: alij enim dicuntur naturales, & alij ſpurij: filij illegitimi naturales ſunt illi, qui generati ſunt mediante copula illicita illorum, qui non erant matrimonio legitimo coniuncti, ſed poterat inter eos contrahi ſine impedimento, qui ideò dicuntur naturales, quia ſola natura illos generauit, non autem honeſtas coniugij, ideòque dicuntur illegitimi, quia ex legitimo matrimonio non ſunt procreati: prout habetur ex c.vlt.32. q.2. & ex c.per venerabilem qui filij ſunt legittimi: Ità Suarez D.50. ſect.2.n.1.& Filliuc. tom.1.tr.19. c.5.nu.134.

Can.32. q.2. C. Per venerabilem. Suarez. Filliucius.

5 Illegitimi naturales, alij nothi, alij manzeri.

Iſti autem ſunt in duplici differentia, alij dicuntur noti, & ſunt illi, qui generati ſunt ex patre, & matre ſoluta, domi tamen retenta tanquam concubina: dicuntur autem noti, & infamia, quæ multum infamat hominem, ità natum: vt ait Hoſt. in ſum. lib.1. de filijs Presbyt. alij autem poſſunt eſse filij patris ſoluti, & matris publicè meretricis, & iſti appellantur Manzeri, de quibus ait Gloſſ. in cap.Niſi pridè de renunt. §.perſonæ verb.Mãzares: Manſerib. ſcortũ, ſed Mœcha nothis dedit ortũ, vt ſeges à ſpica.

Manzeri, qui dicuntur.

6 Hæc diſtinctio quare ſit facta.

Hæc tamen diuiſio effecta eſt à legiſtis in ordine ad quoſdam effectus iuris ciuilis, reſpectu hæreditatis, & ſucceſſionis in bonis parentum, in ordine autem ad irregularitatem parùm refert, quòd ſint nothi, ſiuè Manzeri ſufficit enim, quòd ſint illegitimi, ad hoc vt ſint irregulares ad Ordines: prout dicunt Couar.4.Decret.p.2.c.8.§.4. de ſponſalib. Sayrus lib.6.c.10.nu.8. Bonac.D.7. de cenſ.p.3.q.2.n.1. Suar. D.50. ſect.2. nu.1. Leſſius de iuſt. lib.2. c.19. d.6. Molina tom.4.de iuſt.tr.2. D.165. & Filliucius tom.1. tr.19. c.5. num.135.

Couarruuias. Sayrus. Bonacina. Suarez. Leſſius. Molina. Filliucius.

7 De ſpurijs. Quare dicant ſpurij.

Spurij autem ſunt illi, qui generati ſunt ex coitu lege damnato vid. Adulterio, inceſto, aut Sacrilegio, qui ideo dicuntur ſpurij, quia lex tale ſcelus execratur, & condemnat ad pœnas grauiſſimas: nam licet ſimplex fornicatio in foro animæ coram Deo ſit damnata, tamen humano iure permittitur, & nulla pœna temporali apud homines punitur: quapropter orti ex fornicatione damnata à lege dicuntur ſpurij ideſt execrabiles, & immundi quaſi ex ſporco ſemine concepti σπόρος enim apud Græcos immundum ſemen ex coito damnato ſignificat: ita Suar.D.50. ſect.2. nu.2.

Suarez.

8 Spurijs alij dicuntur Adulterini.

Filij autem Spurij poſſunt eſſe in triplici differentia: alij enim dicuntur ſpurij adulterini, & ſunt omnes illi, qui generati ſunt in peccato adulterij, vel ex coniugato cùm ſoluta, vel ex ſoluto cum coniugata, vel ex coniugato cum coniugata ex duplici adulterio ex vtroque capite, quæ differentia ad noſtrum propoſitum parùm refert, quamuis quandoque poſſit aliquid conducere ad facilitatem, vel difficultatem diſpenſationis obtinendæ à Pontifice pro Ordinibus licitè recipiendis, prout benè aduertit Suarez loco ſupracitato.

Suarez.

9 Alij inceſtuoſi.

Alij dicuntur ſpurij inceſtuoſi, & ſunt omnes illi, qui nati ſunt ex coitu inceſtuoſo inter cognatos, & affines intra quartum gradum, tàm conſanguinitatis, quàm etiam affinitatis, in quib. adeſt impedimẽtum, irritans matrimonium inter eos contractum ſine diſpenſatione Summi Pontificis: vndè iuxta varietatem huiuſmodi impedimenti poteſt eſſe ſimilis varietas in his illegitimis, quorum impedimentum eò maius erit, quo maior fuerit inter cognatos propinquitas, ſiuè conſanguinitatis, ſiuè affinitatis, iuxta gradus ab Eccleſia præſcriptos.

Alij deniq; dicuntur Spurij Sacrilegi, & ſunt illi, 10
qui ex illis parentibus procreati ſunt, quorum alter, ſiuè ambo habebant votum ſolemne caſtitatis, ſinè tale votum fuerit annexum Ordinibus Sacris, ſiuè ex voto ſolemne facto in profeſſione religioſa: iſti enim ſine peccato Sacrilegij copulam carnalem committere non poſſunt: ideòque in diſpenſatione obtinenda explicandum eſt: an talis illegitimus ſit nothus, ſiuè Manzerus, ſiuè ſpurius adulterinus, vel inceſtuoſus, vel Sacrilegus: prout dicunt Suar. loc. citat. cùm alijs Doctoribus citatis ſupra num.6.

Alij Sacrilegi. Suarez.

Concludimus ergo: omnes illos illegitimos, ſiuè 11
naturales, ſiuè ſpurios, quomodocumq; ſint nominati ex præcepto Eccleſiæ eſſe irregulares, & non poſſe licitè ad Ordines Eccleſiaſticos promoueri, neq; in illis adminiſtrare, niſi priùs, vel eſſent legitimati per legitimationem Canonicam, vel diſpenſati ab irregularitate illa contracta mediante generatione illicita, & hoc ſiuè ſint tales illegitimi publici, vel ſecreti, ſufficit enim, quòd realiter ſint illegitimi quomodocunque nominati.

Concluſio.

Si vero huiuſmodi illegitimi: ſiuè bona, ſiuè mala 12
fide, quandoq; ordinati fuiſsent, quamuis ordinatio facta eſſet valida, & character Ordinis illis eſſet impreſſus, cæteris neceſſarijs ad valorem Sacramẽti ſuſcepti concurrentib. ipſi tamen ſcientes ita ordinati peccatum Sacrilegij committerent, & remanerẽt ſuſpenſi ab Ordine in irregularitate ſuſcepto, vſquequo legitimã diſpenſationem obtineant a Sũmo Pontifice, non ſolùm de irregularitate illegitimationis, ſed etiam à ſuſpenſione Ordinum malè ſuſceptorum: Ità Henriq. lib.14.c.8.nu.10. Vgolin. c.44 de Irreg. §.1. Auila de cenſ.p.7.D.3.d.6.Nauar. c.27.n.96. alijque Doctores ſupracit. communiter.

De Illegitimis ordinatis. Henriq. Vgolinus. Auila. Nauarrus.

Hæc autem irregularitas, proueniens ex illegiti- 13
matione, trib. modis auferri poteſt: primo per legitimationem Canonicam, ſiuè per diſpenſationem Summi Pontificis: ad hoc enim, vt talis irregularitas tollatur, faciẽda eſt ab Eccleſiaſtica poteſtate, ideòque Summus Pontifex per legitimationem Canonicam tollit, non modo omnem irregularitatem illegitimorum, ſiuè ſint nothi, ſiuè manzeri, ſiuè ſpurij cuiuſcumque modi quatenus tales irregularitates reddunt hominem inhabilem ad Ordines, verum etiam quatenus inhabilitabant ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas recipiendas: nam talis legitimatio eſt tanquam quædam diſpenſatio totalis, facta ab habente poteſtatem ſupremam: prout dicit Filliuc.tom.1. tr.19.c.5. num.149.

Quomodo auferatur iſta irregularitas illegitimationis. Primo modo per legitimationem canonicam. Legitimatio Canonica quos effectus pariat. Filliucius.

Ex quo ſequitur, quòd legitimatus à Papa cenſe- 14
tur factus habilis ad beneficia, & dignitates, aliaq; omnia, ad quæ ſe extendit poteſtas ipſius legitimãtis, quatenus fieri poteſt abſq; præiudicio alterius, ideòq; legitimatus à Papa, licèt habilis factus ſit ad omnia Eccleſiaſtica munera: quo ad hæreditates, & ſucceſſiones non intelligitur habilitatus, niſi in territorio Romanæ Eccleſiæ, quo ad dominium tẽporale: prout colligitur ex c. per venerabilem ſub tit. qui filij ſint legitimi: Ità Sayr.lib.6 c.11.num.6. Angel.in verb.legitimatio, D.Ant.3.p.tit.29.c.4.Soto in 4.D.41. q.vn. A.4.concl.3. Henriq.de Sacram. matrim.c.20. §.2. & Bonacina D.7. q.2.p.3.nu.14.

Legitimatus à Papa non ſolum ad Ordines, ſed etiam ad beneficia intelligitur. Quo ad hereditates ſolum in dominio Eccleſiæ. C. Per venerabilem. Sayrus. Angelus. D.Anton. Henriq. Bonacina.

Legitimatus autem ab Imperatore, vel Rege, ſi- 15
uè à comite Palatino, alijſque Principibus ſæcularib. quãtumcumq; abſolutis non ſit habilis ad Ordines recipiendos, vel miniſtrandos, neque ad Præ-

Legitimatus à Rege, ſeù Imperatore quomodo intelligitur.

Digitized by Google

laturas, ſeù Eccleſiaſticas dignitates: & ratio huius eſt, quia Principes ſæculares circa munera Eccleſiaſtica minimè habent facultatem, & auctoritatem: licet enim huiuſmodi Principes poſſint legitimare ſibi ſubditos, quo ad honores, & officia ſæcularia, & hæreditates, non verò hoc facere poſſunt, quoad Eccleſiaſtica munera, prout dicunt Couar. lib.4. Decret. c.8. p.2. §.8. nu.18. & 20. Syluеſt. verb. legitimus nu.6. Maiolus lib. de Irreg. c.8. nu.1. Sayr. lib.6. c.11. n.15. Nauar. tom 2. conſil. conſ.2. num.1. Suar. D.50. ſect.1. nu.8. Filliuc. tr.19. c.5. num.149. & Reginald. lib.30. num.72.

Couar. Syluеſt. Maiolus. Sayrus. Nauarrus. Suarez. Filliucius. Reginaldus.

16 Tollitur etiā illegitimatio per diſpenſationem Summi Pōtificis.

Poteſt inſuper irregularitas iſta ex defectu legitimæ generationis tolli per diſpenſationem ſimpliciter à Summo Pontifice factam, quo ad Ordines ſuſcipiendos, & exercendos: nam ſicut irregularitas eſt ab Eccleſiæ poteſtate inducta, ità etiam per eamdem poteſtatem, mediante diſpenſatione tolli poteſt: hæc eſt autem differentia inter diſpenſationem, & legitimationem: quia legitimatio Canonica facit hominem habilem ad omnia, redditq; ſubiectum ita legitimatum, ac ſi verè eſſet legitimus: diſpenſatio verò ſolummodò illum efficit habilem ad certum aliquem actum, iuxta formam verborum, quæ in diſpenſatione ſunt poſita: quæ ſtrictè ſunt explicanda, prout verba ſonant, iuxta communem, & germanam ſignificationem, prout dicunt Panormit. in c. litteras de filijs Presbyt. in 6. Sayrus lib.6. c.11. nu.19. Couar. de Matr. c.8. p.2. §.8. Maiol. lib.1. de irreg. c.8. nu.1. Filliuc. tr.19. c.5. num.151. Regin. loc. cit. nu.75. & Bonac. loc. citat. num.14. circa finem.

Diſpenſatio eſt legitimatio quomodo differant.

Diſpenſatio ſtricte eſt interpretanda. Panormit. Sayrus. Couarruuias. Maiolus. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

17 Secundo modo fit per matrimonium indè ſequutum.

Secundo modo talis legitima diſpenſatio, ſiuè legitimatio fieri poteſt, mediante matrimonio indè ſequuto inter parentes: nam licèt ij, qui nati ſunt ex concubito illicito ſint illegitimi naturales, mediante ſubſequenti matrimonio facti ſunt, ac ſi eſſent verè legitimi ex quadam benignitate, & interpretatione Canonici iuris; ſed hoc eſt intelligendum, quando parentes tempore generationis erant habiles ad contrahendum matrimonium legitimum inter ſe, quia tunc mediante matrimonio retrotrahitur actio generalis ad legitimandam prolem ante genitam: prout habetur ex c. tanta ſub tit. qui ſunt filij legitimi: Ità Sanchez de matrim. lib.8. D.7. nu.19. Suar. D.50. ſect.1. n.3. Sayr. lib.6. c.11. nu.15. Auila p.7. D.3. d.8. Syluеſt. verb. illegitimus q.3. & alij.

Quando parentes tunc erāt habiles.

C. Tanta: qui filij ſint legitimi. Sanchez. Suarez. Sayrus. Auila. Syluеſter.

18 Quando parentes non erant habiles ad proles non legitimatur.

Quando verò parentes generationis tempore erant inhabiles ad matrimonium contrahendum inter ſe, medianre aliquo impedimento dirimente, ſi deindè obtinuiſſent diſpenſationem talis impedimenti, & contraxiſſent matrimonium inter ſe, proles ante genita non cenſetur legitimata, niſi obtineat diſpenſationem à Pontifice ad Ordines ſuſcipiendos, ideòque ſpurij nunquam per matrimonium inter parentes indè ſequutum intelliguntur eſſe legitimati: Ità Henriq. lib.13. cap.20. num.4. Couar. de matr. p.2. c.8. §.2. Filliuc. tr.19. cap.5. num.131. Reginald. lib.30. nu.69. Coninch. D.18. d.12. & Bonac. D.7. q.2. p.3. num.6.

Henriquez. Couar. Filliucius. Reginald. Coninch. Bonacina.

19 Tertio modo fit per profeſſionem in Religione.

Tertio modo hæc legitimatio acquiritur ab illegitimo, mediante profeſſione facta in aliqua Religione approbata: nam multi Summi Pontifices conceſſerunt, quòd quando aliquis illegitimus fit Religioſus in actu profeſſionis trium votorum ſolemnium habilitetur ad Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos ſine alia diſpenſatione patet hoc ex cap. primo de filijs Presbyt. Ità Soto in 4. D.25. q.1. A.3. Palud. D.41. quæſt.3. num.14. Suarez D.50. ſect.5. numer.12. Maiolus de irregular. lib.1. cap.10.

C. Primo de filijs Presbyt. Soto. Palud. Suarez. Maiolus.

20 Aduertentia. Profeſſio legitimat ad Ordines non autem ad beneficia.

Aduertendum tamen eſt, quòd licèt illegitimus, mediante profeſſione legitimetur, quo ad ordines licitè ſuſcipiendos, & miniſtrandos, non autem eſt habilitatus ad Prælaturas, & beneficia Eccleſiaſtica recipienda, niſi in hoc ſpecialiter fuerit diſpenſatus: vt conſtat ex c. tanta ſub tit. qui filij ſint legitimi. Ità Nau. c.27. nu.207. Filliuc. d. tr.19. c.5. q.9. nu.153. Sayr. lib.6. c.11. n.3. Vgol. de irreg. c.44. §.5. Quomodo autem Prælati in hoc poſſent diſpenſari, vt illegitimi poſſent ad Prælaturas Ordinis promoueri: conſulenda ſunt priuilegia Religionum, de quibus agit Rodriq. tom.1. qq. regul. q.13. A.6. vſq; ad 24. & in ſum. tom.2. c.29. n.12. Sanchez de matrim. lib.8. D.7. nu.17. & 20.

C. Tanta qui Filij. Nauarrus. Filliucius. Sayrus. Vgolinus. De Priuilegijs. Rodriquez. Sanchez.

21 Neque ad hæreditates paternas.

Neque etiam mediante profeſſione fit habilis ad ſucceſſionem paternæ hæreditatis, quia nullo iure videtur hoc conceſſum; prout dicunt Couar. 4. Decret. 2. p. c.8. §.7. nu.4. Sanchez in ſum. lib.5. c.5. nu.16. Suar. D.50. ſect.5. nu.16. & Bonac. D.7. q.2. p.3. num.14.

Couarruuias. Sanchez. Suarez. Bonacina.

22 Filij hæreticorum quomodo ſunt irregulares.

Ad hanc ſpeciem irregularitatis natalium reducitur illa, quæ prouenit ex parentibus hæreticis, quare hæreticorum filij, vſq; ad ſecundam generationem per lineam rectam virilem, & paternam, per lineam verò maternam, vſque ad primam tantùm incluſiuè, qui non poſſunt ſine diſpenſatione ſpeciali ad ordines promoueri: quòd intelligendum eſt de parentibus, qui mortui ſunt in delicto hæreſis formalis, ſiuè oſtinati, ſiuè relaxi: ſi autem ante mortem fuiſſent reconciliati, tunc ipſorum filij non eſſent irregulares: prout habetur ex c. ſtatuimus 2. de Hæreticis: ità Henriq. lib.14. c.4. nu.6. & c.5. nu.4. Sayr. lib.6. c.10. nu.4. Coninch. p.2. D.18. d.7. nu.51. & Bonac. D.7. q.3. p.7. nu.9.

C. Statuimus. Henriquez. Sayrus. Coninch. Bonacina.

23 Filij proditoris quomodo ſint irregularis.

Reducuntur etiam filij proditoris Principis magni, ſiuè Cardinalis, quando ipſorum pater fuit conuictus de tali crimine perpetrato, quia tunc etiam filij ipſius redduntur infames, & inhabiles ad Sacros Ordines ſuſcipiendos prout habetur ex c. Fœlicis de Pœnis, & in l. quiſquis C. ad leg. Iul. maieſt. Ità Bonac. de cenſ. D.7. q.3. p.3. nu.13. Filliuc. d. tr. 19. cap.8. nu.229. Suarez de cenſ. D.48. ſect.3. nu.2. De hac autem irregularitate, quæ contrahitur per infamiam ſiuè iuris, ſiuè facti dicetur pleniùs in ſequenti tractatu.

C. Felicis. C. Quiſquis. C. Ad legem Iulian. Bonacina. Filliucius. Suarez.

24 Difficultas. De filijs expoſitis.

Pro complemento tandem huius præſentis capituli vna difficultas remanet ſoluenda: an infans expoſitus ſiuè eiectus in Hoſpitalibus, ſiuè alibi, cuius parentes ignorantur, præſumendus ſit illegitimus, & per conſequens irregularis ad Ordines ritè ſuſcipiendos, poſtquam peruentus ſit ad ætatem conuenientem, vel poſſit ſine aliqua diſpenſatione initiari? in qua quidem difficultate eſt diuerſitas opinionum, quarum.

25 Prima opinio tenet non eſſe irregulares. Ratio iſtius opinionis.

Prima eſt multorum Doctorum exiſtimantium huiuſmodi filios, ita expoſitos poſt natiuitatem ipſorum, quorum parentes ignorantur exiſtimandos eſſe tanquam legitimos: nam filij legitimi ſæpè ſæpius exponi ſolent à parentibus propter eorum inopiam, & ignauiam, cùm ergo non conſtet de illegitimatione ipſorum non debent reputari illegitimi, quia quilibet præſumendus eſt legitimus, dum non probetur contrarium, & in dubijs præferenda eſt pars benignior, & melior eſt conditio poſſidētis: nulla autē irregularitas exiſtimāda eſt, niſi ſit in iure expreſſa: in iure autē non eſt expreſsè determinatū: expoſitos eſſe irregulares, tāquā illegit. Ità Ananias in c.1. de infant. expoſit. n.1. Fel. in c. cū deputatis de Iud. Gabr. Paleottus in tr. de filijs nothis c.63. nu.3.

Ananias. Felinus. Paleotus.

Meno-

Menoch. h. Sayrus. Coninch. Auila.

Menoch.conſ.69. quos ſequuntur alij Theologi; vt Sayr. de cenſ.lib.6.c.10.nu.39. Coninch.D.18.d.12. num.105. & Auila p.7. D.3. d.10.

26 Secunda opinio exiſtimat eſſe illegitimos. Rationes iſtius ſententiæ.

26 Secunda opinio affirmat huiuſmodi expoſitos exiſtimandos eſſe tanquam illegitimos, quo ad Ordines ſuſcipiendos, talis enim eſt communis præſumptio, & exiſtimatio, quòd tales filij poſt partum eiecti ſint illegitimi, cum filij ex legitimo mattimonio nati eijci non ſoleant; communiter autem exponuntur illi, qui ex turpi conceptione ſunt nati ad cælandam parentum ignominiam, & parentes exponentes filios notam infamiæ incurrunt, in obſcuris autem inſpici ſolet, quòd eſt verò ſimilius: prout colligitur ex leg.114. ff. de reg. iuris: ita Angelot. in leg. liberorum ff. de ijs, qui nota infamiæ: Iaſon in leg. nec profeſsio C. de teſtam. Alceatus in leg.3. de Præſumpt. Preſumpt. prima num.12. Couar. in Clement. Si furioſus p.1. nu.9. de homicid. Rebel. lib.1. de contract. q.2. nu.15. Maiol. lib.1. de irreg. c.11. nu.3. Viuald. in candel. de irreg. n.125. Vgol. de irreg. c.44. §.7. Suar. D.50. ſect.4. nu.3. Reginald. lib.30. nu.77. Filliuc. tr.19. c.5. n.141. Tolet. lib.1. c.58. §.2. circa finem, & Bonacina de irreg. D.7. q.2. p.3. nu.10. cum alijs ab ipſis citatis.

L.114. ff. de regul. iur. Angel. Iaſon. Alceatus. Couar. Rebellus. Maiolus. Viualdus. Vgolinus. Suarez. Reginald. Filliucius. Toletus. Bonacina.

27 Concluſio.

27 Ex quo ſequitur vtramque opinionem eſſe valdè probabilem, quælibet enim habet rationes probabiles, & plures auctores magni nominis, ſecunda tamen ſententia videtur eſſe probabilior, & ſecurior, & in praxi ſequenda maximè, quoad Ordines ſuſcipiendos, ne initiandus exponatur periculo recipiendi Ordines in irregularitate propter illegitimationem, maximè, quia in caſu huius dubij poterit Epiſcopus facta prius debita diligentia de veritate diſpenſare, quando non conſtet de illegitimatione, non quia Epiſcopus diſpenſare poſſit in irregularitate, prouenienta ex defectu, ſed in caſu talis diſpenſatio ſe habet tanquam quædam declaratio, non adeſſe tale impedimentum, & talis Epiſcopi declaratio ſufficit ad pacandam conſcientiam ordinandi, adiuncta opinione probabili, aſſerente expoſitos non eſſe exiſtimandos illegitimos: prout dicunt Suar. Filliuc. & Bonac. cùm alijs ſupracitatis, quibus addo Henriq. lib.14. c.8. nu.19.

In hoc dubio poteſt Epiſcopus diſpēſare ſequendo primam opinionem.

Suarez. Filliucius. Bonacina. Henriquez.

28 De ordinatis bona fide.

28 Concedimus tamen, quod illi, qui fuerunt bona fide ordinati, dum non conſtiterit expreſsè de illorum illegitimatione poſſunt licite in Ordinibus ritè ſuſceptis adminiſtrare, & reputare ſe tanquam legitimos, quia in caſu melior eſt conditio poſſidentis: nam cum talis legitimè, & bona fide ſit iam ordinatus habet ius ad vſum Ordinum: propter autem dubium, quod de expoſitis contrauertitur, non debet impediri, quod in ſuſceptis Ordinibus non miniſtret, niſi aliud de veritate facti deindè conſtet: prout benè dicunt Henriq. cùm alijs ſupracitatis.

Henriquez.

DE IRREGVLARITATE PROVENIENTE ex defectu libertatis.

CAP. IV.

1 Defectus libertatis facit hominem irregularem.

1 QVarta in ordine ſpecies irregularitatis, ſiuè potius inhabilitatis ad Ordines licitè recipiendos prouenire poteſt ex defectu libertatis perſonæ ordinandæ: quæ quidem libertas non impedit validitatem Ordinis ita ſuſcepti, ſed prohibet, & impedit, ne huiuſmodi ita impediti poſſint licitè ad Ordines Eccleſiaſticos promoueri, durante tali vinculo ligaminis, quo ceſſante, ceſſat etiam talis irregularitas.

2 Iſta autem impedimenta, ſiuè ligamina ad tria genera (communiter loquendo) reduci poſſunt, quorum primum eſt ſeruitus omninò deſtituta, ſecundum eſt obligatio ad ratiocinia reddenda: & tertium eſt Matrimonij vinculum antea contractum: quicumque ergo aliquo vinculo ex his enumeratis eſt adſtrictus non poteſt licitè ad Eccleſiaſticos Ordines promoueri, eò quòd tali impedimento perſiſtente, perſona non eſt ſui iuris, ſed alterius, ideòque quamdiu tali vinculo ſit talis perſona adſtricta naturali iure eſt impedita, quominus Ordinibus vti poſſit; quare rationabiliter Eccleſia per ius Canonicum ſtatuit, ne huiuſmodi ad Ordines poſſint promoueri, niſi tali vinculò ſint ſoluti patet hoc ex Sacris Canonibus in D.54. & in titulo de ſeruis non ordinandis: ita Angelus verbo ſeruitus nu.4. & Sylueſt. q.6. Nauar. c.27. num.203.

Impedimenta libertatis ſunt tria. 1 Seruitus. 2. Obligatio ad ratiocinia. 3. Matrimonium. Quare Eccleſia poſuerit hoc impedimentum.

Canon. D.54. De ſeruis nō ordinandis. Angel. Sylueſt. Nauarrus.

3 Defectus ſeruitutis in mācipijs.

3 Primum ergo ligamen, ſiuè impedimentum eſt ſeruitus omninò deſtituta, quæ impedit Eccleſiaſticam libertatem, quare rationabiliter iura prohibent, ne huiuſmodi mancipia licitè ſine conſenſu domini ſui ad Ordines Eccleſiaſticos promoueantur: in hoc autem loco, pro ſeruis intelliguntur ij, qui cuiuſuis alterius obſequijs ſubiecti ſunt, vel tanquam mancipia ita nata ex matre ancilla, vel tanquam captiua in bello capta, vel empta à ſuis dominis: prout colligitur ex D.54. per totum, & ex Can. Libertati 12. q.2. & ex toto titul. de ſeruis non ordinandis: non enim decens eſt ſeruum, ſiuè mancipium ob ſeruilem conditionem euehi, & promoueri ad Eccleſiaſticos Ordines, quia tunc clericalis, & Sacerdotalis dignitas obſcuraretur, & diminueretur auctoritas Eccleſiaſtica: Ita Nau. c.27. n.103. Maiolus lib. de Irreg. 35. Henriq. in ſum. lib.14. c.5.

Serui, qui dicantur in hoc loco.

Canon. D.54. Can. Libertati 12. q.2.

Nauarrus. Maiolus. Henriquez.

4 Ordinatus conſentiente domino, conſequitur libertatem.

4 Dixi ergo in principio Aſſertionis *(niſi ordinarentur ex conſenſu dominorum ſuorum,)* quia ſufficiens eſt quicumque conſenſus domini tacitus, vel expreſſus adhoc, vt ſeruus ordinatus conſequatur libertatem, quando videlicet initiatus fuit, ſciente domino illius, & non contradicente, quia tunc videtur tacite conſenſiſſe, prout habetur ex can. ſi ſeruus D.54. Et ſufficit quicumque ordo etiam ex minoribus, ac etiam prima tonſura: quare in ſupracitato Canone ponuntur illa verba (vbi dicitur,) *in Clericum ordinatus fuerit*, quia tunc ipſo facto euadit in genus, & liber, eò quod permittente domino, talis perſona per Clericatus Ordinem diuinis obſequijs conſecrata, & dedicata fuit.

Etiam in minoribus, & prima tonſura.

5 Ordinatus in minorib. neſciente domino non euadit liber.

5 Si verò ſeruus abſque domini ſui conſenſu fraudulenter fuiſſet ordinatus, quamuis recipiat verum Ordinis characterem, remanet tamen irregularis, ideoque ſi in minoribus fuiſſet ordinatus, non acquirit libertatem à ſeruitute, ſed remanet ſeruus, ſicut antea, & priuatus remanet ab habitu, & tonſura, quamuis gaudeat priuilegium Canonis: *ſi quis ſuadente Diabolo*; Dominus autem ipſius licitè percutere poterit tanquam mancipium ad corrigendum.

6 Ordinatus in Sacris ſciente Epiſcopo.

6 Quando autem ordinatus fuiſſet in Sacris Ordinibus fraudulenter, & ſciente Epiſcopo ordinante, tunc efficitur liber à ſeruitute, ſed in caſu tenebitur Epiſcopus compenſare domino illius duplici compenſatione, ſiue tradendo domino illius duos ſeruos loco illius fraudulenter ordinati, vel ſoluere pretium ſufficiens ad duos ſeruos emendos, quæ omnia habentur explicata in d. Can. ſi ſeruus D.54. vltra peccatum mortale, quod commiſſit contra iuſtitiæ ordinem, prout communiter dicunt omnes Doctores, ſtatim infra citand.

C. Si ſeruus.

7 Quando eſſet Ordinatus ex aliorum fraude illi tenentur ad pœnā.

7 Si autem Epiſcopus inculpabiliter, & bona fide prædictū ſeruū ad Sacros Ordines promouit, tūc nō

erit ad talem pœnam obligatus, ſed remanent obligati illi, qui culpabiliter cooperati ſunt ad faciendam talem ordinationem illius ſerui ſine conſenſu domini illius: quando verò nemo fuit culpabilis illius actionis, ſed ipſe ſeruus fraudulenter, & malitiosè hoc fecit, nullo alio ſciente illius malitiam, tunc tenebitur ipſe ordinatus ad præfatam ſatisfactionem pecuniariam faciendam domino ſuo, vel ſaltem ad ſuſtituendum loco ipſius alium ſeruum: prout habetur ex can. ex antiquis D.54. & alibi: Ita Suar. de cenſ. D.51. ſect.3. nu 13. Panorm. in c.2. de ſeruis non ordinandis: D.Ant.3.p.tit.28. c.6.§.6. Bonacina D.7. q.2. p.4. n.3.

Quando ipſe ſolus ſeruus hoc fraudulenter fecit, quid faciendum.

Can. Ex antiquis. Suarez. Panormitan. D.Anton. Bonac.

8

Quando ordinatus eſt impotens ad ſatisfaciendum.

Quando autem talis ſeruus ita fraudulenter ordinatus talem ſatisfactionem minimè per impotentiam facere valeat, tunc ſi non fuit ordinatus Sacerdos, remanet etiam ſeruus, ſicut antea, ſed in caſu talis ſeruus in penam delicti commiſſi degradandus eſt ab Ordinibus malè ſuſceptis, remanetque irregularis, omniq; priuilegio Clericali priuatus, modo dominus illius infra annum à die notitiæ talis ordinationis reclamauerit, & repetierit ſeruũ.

9

Quando ſeruus fuiſſet fraudulenter ordinatus Sacerdos, quid faciendum.

Si autem fuiſſet ordinatus Sacerdos, tunc non dirigitur in ſeruum, etiam ſi domino integra ſatisfactio fieri non poſſet, ſed cogitur ſatisfacere eo modo, & ratione conuenienti ad dignitatem Sacerdotalem, cogitur omittere peculium ſuum, & domino reddere: quod ſi peculium non baberet, tunc ſatiſfaciet eo modo, quo meliùs poterit, miniſtraudo illi tanquam Capellanus, in alijſq; miniſterijs licitis non diſconuenientibus Sacerdotali dignitati: quòd factum eſt in reuerentiam Sacerdotij, tùm, quia tale miniſterium eſt altiùs, & vtiliùs domino, ideòque in re ipſa non grauiter læditur, prout habetur ex can. ſupracitatis: can. Si ſeruus, & can. Ex antiquis D.54. Ita Tolet. lib.1.c.59. Suar. D.51. ſect.3. nu.13. circa finem: Filliuc. d. tr.19. c.7. nu.195. & Bonac. D.7. q.2. p.4. num.3.

Toletus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

10

De ſecundo impedimento de obligatis ad ratiocinia.

Secundum impedimentum eſt obligatio ad ratiocinia: qui enim tale impedimentum habent ex defectu libertatis prouenientе ex obligatione ad huiuſmodi actiones humanas, & politicas exercendas efficiuntur inhabiles, & impediti ad licitè ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, durante tali impedimento: & ratio huius eſt, quia talis obligatio eſt quoddam vinculum temporale, reddens hominem valdè impeditum ad Eccleſiaſtica miniſteria, conuenienter exercenda: prout colligitur ex Sacris Canonib. in tit. de obligat. ad ratiocinia per totum, & ex Can.3. D.54. & Canoniſtæ omnes ibi, ita explicant, concordant Summiſtæ in verb. ratiocinium, & verb. ordo, & verb. irreg. cum Theologis in 4.D.25. Suar. D.51. ſect.3. Sayr. lib.6.c.14.n.8. Regin. lib.30. n.66. Filliuc. d.tr.19.c.7. n.196. & Bonac. loc. cit. n.4.

Ratio huius impedimenti.

Canoniſtæ. Summiſtæ. Theologi. Suarez. Sayrus. Reginaldus. Filliucius. Bonacina.

11

Qui ſunt obligati ad ratiocinia.

Huiuſmodi adſtricti ad ratiocinia dicuntur ij, qui obligati ſunt ad reddendam rationem adminiſtrationis officij publici, vel priuati: publica adminiſtratio pertinet ad Theſaurarios, & depoſitarios publicos, & inſuper ad Magiſtratus, & Iudices, alioſq; ſimiles officiales regios, ſiuè Ciuitatis, &c. Ad reddẽdam rationem adminiſtrationis rei priuatæ obligantur illi, qui geſſerunt aliquã adminiſtrationem alicuius negotij perſonæ ſæcularis, vt ſunt tutores, Curatores, Procuratores, Factores, & ſimiles, qui nõ debent ad Ordines Eccleſiaſticos admitti, niſi finito officio, & reddita ratione talis adminiſtrationis: prout babetur ex c.1. & 2. Ne Clerici, vel Monachi.

C.1. & 2. Ne Clerici, vel Monachi.

12

Limitatio de adminiſtratione Eccleſiaſtica, & pauperum.

Verum tamen eſt, quòd illi, qui adminiſtrationẽ gerunt perſonæ Eccleſiaſticæ non afficiuntur hoc impedimento, quod idem dicendum eſt de illis, qui ex charitate adminiſtrant cauſas pupillorum, ac viduarum, aliarumq; perſonarum miſerabilium, quia tunc tale negotium non eſt merè ſæculare, neque etiam alienum à ſtatu clericali, & ità ſimul cùm illis, qui adminiſtrant res Eccleſiaſticas coniungi poteſt: proùt habetur ex can. p.21. q.3. & ex can. vltim. D.86. & can.1. D.88. Ita Suar. D.51. ſect.3. nu.17.

Suarez.

13

De obligatis ad ſoluenda debita.

Dicimus etiam: illos, qui debent ſoluere aliquod debitum alicui perſonę virtute alicuius contractus non eſſe impeditos à licita receptione Ordinum, dummodò tale debitum non ſit ex ratiocinijs alicuius adminiſtrationis, vel ſi antequam initientur eſſet promota lis de dolo, & perfidia illius, qui vult ſe ad ſtatum Clericalem adſcribi, niſi poſtquam talis lis fuerit determinata: prout habetur ex can. Peruenit D.86. Ita Sayr. lib.6.c.14.nu.8. Suar. loc. citat. Filliuc. d.tr.19. c.7.n.198. Reginald. d.lib.30.n.66. & Bonacina D.7.q.2. p.4. nu.4.

Can. Peruenit. Sayrus. Suarez. Filliuc. Reginaldus. Bonacina.

14

Notandum obligatio iſta conſideratur dupliciter.

Sed pro maiori intelligentia iſtius ligaminis eſt notandum, quòd duplex obligatio conſideranda eſt in talibus perſonis: quarum vna eſt reſpectu ipſius actionis, dum huiuſmodi ſunt in munere adminiſtrationis: & hæc non durat, niſi durante tali munere, quo ſublato, ceſſat tale impedimentum irregularitatis: prout habetur ex can.1.2.3. & 4. D.51. Quando autem talia officia pertinuiſſent ad cauſas criminales, tunc huiuſmodi iudices, ſiuè officiales eſſent irregulares ex defectu lenitatis, de qua dicendum eſt loco ſuo in tr.23. Si ad cauſas ciuiles, tunc durante officio, eſſent impediti ex defectu libertatis, de qua hic agitur.

15

Limitatur aſſertio. Clerici quomodo poſsint eſſe conſiliarij Principũ.

Verum tamen eſt, quòd Clerici conſiliarij Regum, ſimiliumq; Principium interuenire poſſunt in eorum tribunalibus, quando agitur de conuenienti Regni gubernatione, vel de cauſis ciuilibus extra effuſionem ſanguinis, & hoc, vel ex conceſſione Summorum Pontificum, vel ex communi conſuetudine recepta: in cauſis autem criminalib. interuenire non poſſunt ſine nota irregularitatis, niſi circa hoc ſpecialiter aliquando facta eſſet diſpenſatio Summi Pontificis: inſuper poſſent quandòq; clerici defendere cauſas pupillorum, ac viduarum, aliorumq; pauperum, ac piorum locorum ex charitate ſine impedimento irregularitatis: cùm iſta non ſit adminiſtratio prohibita in Clericis: prout dicunt Sylueſt. in verb. Curiales, & Suar. D.51. ſect.3. nu.16. Filliuc d. tr.19. c.7. num.197. cum omnibus Canoniſtis in cap. vltimo de obligatis ad ratiocinia, & cap.1. ne Clerici, vel Monachi.

Poſſunt defendere cauſas pauperũ, & pupillorũ.

Syluester. Suar. Filliuc.

16

De ſecunda obligatione, quæ remanet relicto officio.

Altera obligatio circa debitum eſt de reddendis ratiocinijs peracti muneris adminiſtrationis, quæ etiam poteſt remanere, relicto munere: demiſſo autem officio, redditiſq; ratiocinijs, & libertatis perſonis ab hac ſecunda obligatione tollitur irregularitas iſta, ſeu potiùs tale impedimentum, quantum pertinet ad iſtam obligationem: nam ſi ex alio capite orta eſſet aliqua alia irregularitas, vel ex cooperatione ad mortem alicuius, vel ad membrorum mutilationem, vel ex aliqua infamia ſiuè alio quocũq; impedimento Canonico, tunc non poſſet talis perſona ad Ordines promoueri ſine Põtificis diſpẽſatione, prout dicũt Suar. cũ alijs Doctorib. ſup. cit.

Suar.

17

Difficultas. An debitum impediat ſuſceptionem Ordinis. Reſolutio.

Sed difficultas eſt: an ſi quis finita adminiſtratione, & redditis ratiocinijs adhuc remaneat debitum ſatisfaciendum, ſi durante tali debito poſſit licitè ad Ordines promoueri?

Reſpondetur affirmatiuè, non enim debitum pecuniarium impedit receptionem Ordinis, maximè quando talis debitor præſtat ſecuritatem ſoluendi debitum: & ratio eſt, quia iura non loquuntur de debi-

Digitized by Google

debitoribus,ſed de obligatis ad ratiocinia,in materia autem pœnali non eſt facienda extenſio: tum, quia in hoc caſu ceſſat ratio, propter quam talis irregularitas fuit inducta: modo ex tali debito non timeantur lites ratione raticinorum non bene redditorum: Itá Suar. d.D.51.ſect.3. n.23.Filliuc. ſupra n.198.& Bonac.D.7.q.2.p.4.n.5.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

18 Hinc ſequitur ſolutio alterius difficultatis: An ex debito pecuniario ſimpliciter inducatur irregularitas?

Quid faciẽdũ quando quis nõ poteſt ſoluere debita omnia?

Reſpondetur negatiuè (per ſe loquendo) non enim iſta irregularitas eſt in iure inflicta, quare quando quis pro bono conſcientiæ ſuæ vult Ordines Sacros ſuſcipere, & non poteſt pro debitis, quæ habet ſatisfacere: tunc in caſu poterit cedere debitoribus ſuas facultates circa temporalia, reſeruando ſibi congruam ſuſtentationem,iuxta ea,quæ traduntur in c. Odoardus de ſolutionibus, & itá licitè Ordines ſuſcipere: prout dicunt: Marolus lib.2. de irreg. c.11. n.15. Suar.D.51.ſect.3.n.26.Filliuc.d.tr. 19.c.7.n.201.& Bonac.loc.cit.n.6.

C. Odoardus de ſolutionib. Marolus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

19 Dixi (per ſe loquendo) quia quando talia debita ſint litigioſa,& ſine litibus,& implicatione in negotijs ſæcularibus expediri non poſſint, tunc non poſſet licitè ad Ordines promoueri ex defectu obligationis ad reddenda ratrocinia: poterit tamen ex tali obligatione liberari faciendo iuxta modum ſuperius explicatum ex d.c.Odoardus.

Limitatur aſſertio.

20 Tertium tandem impedimentum prouenit reſpectu ligaminis matrimonij conſumati ante contracti, quia durante tali matrimonij vinculo, non poteſt alter coniux Religionem intrare, neque Ordines Sacros recipere ſine conſenſu vxoris, facta prius ſeparatione ex mutuo conſenſu coram Epiſcopo, & vxor Religionem ſit ingreſſa, vel ſaltem facto voto continentiæ, quando eſſet maturæ ætatis, iuxta iudicium Epiſcopi loci: vel inter eos factum ſit legitimum diuortium cauſa adulterij ab altero coniuge contra iura coniugij commiſſi: prout nos plenius explicauimus in primo tomo noſtræ Theolog. Moralis, loquendo de Sacramento Matrimonij: Et hæc de iſto impedimento ratione ligaminis dicta ſufficiant.

Tertium Impedimentum eſt vinculum Matrimonij.

DE ALIIS DVABVS SPECIEBVS irregularitatis, vna proueniente ex Bigamia, altera ex defectu Lenitatis.

CAP. V.

1 Quare bigamus nõ poteſt legitime ordinari.

QVinta in ordine irregularitatis ſpecies, quæ cauſatur ex defectu ſubiecti ordinandi ſine culpa illius, procedit ex defectu ſignificationis reſpectu Sacramenti Mattimonij iterati cum pluribus vxoribus: hæc enim iterata ſuſceptio mattimonij dicitur defectus Sacramenti, quia polygamus minus aptè repræſentat coniunctionem Chriſti cùm vna Eccleſia, quæ eſt ſignificatio perfecta Matrimonij, teſtante Apoſtolo Paulo ad Epheſ.c.5. & dicente: *Sacramentum hoc magnum eſt, dico autem inter Chriſtum, & Eccleſiam*, quare Sacerdos, qui plures duxit vxores non poteſt perſonam Chriſti repræſentare ex cuius defectu inducta eſt iſta irregularitas: prout habetur ex can.Acutius D.16.Itá Sayrus de cenſ.lib.6.c.3. Vgolin.de Irreg. c.56.n.1.Suar.D.49.ſect.1.Valent.tom.4.D.7.q.19. p.3. Filliuc.tom.1.tr.19.c.4.num.95. Bonac.D.7.q. 2.p.5.num.1.

Can. Acutius D.16. Sayrus. Vgolinus. Suarez. Valentia. Filliucius. Bonacina.

2 Sacerdos nouæ legis debet eſſe monogamus.

Sacerdos enim nouæ legis debet repræſentare Chriſti Domini perſonam,ideóq; debet eſſe monogamus, hoc eſt,vnius vxoris vir prout dicit Apoſtolus ad Timoth.c.3.non enim decens eſt, vt iſte, qui cùm pluribus vxoribus matrimonium contraxit, & conſumauit ordinetur Sacerdos propter defectum ſignificationis: dicitur enim Monogamus à verbo Græco μόνος, quod eſt vnum, & γάμος quod eſt coniugium, quare, qui duas vxores contraxit dicitur δίγαμος ſi tres τρίγαμος ſi quatuor τέτταρες γάμος ſiuè per ſyncopem τετράγαμος ſi quinque πεντάγαμος, & itá de reliquis, ſufficit enim ad hoc, vt ſit irregularis, quòd non ſit monogamus: quare communiter hæc irregularitas appellatur bigamia ad ſignificandum matrimonium multiplicatum, quamuis ſecundum matrimonium cõtractum mortua prima vxore non fuiſſet peccaminoſum, ſed honeſtum, ac licitum: quia tamen non habet ampliùs ſpiritualem ſignificationem Sacramenti matrimonij efficitur irregularis propter bigamiam.

Monogamus, quis ſit, & vnde dicatur.

Bigamus, quis ſit.

Quæ quidem bigamia poteſt eſſe triplex,quarum prima dicitur vera, & realis, ſecunda interpretatiua,& tertia ſimilitudinaria: bigamia vera eſt quando quis realiter ſucceſſiuè duas duxit vxores,& cum vtraq; matrimonium conſumauit, ſiuè antea quàm baptizatus fuiſſet, ſiuè poſtea, ſiuè ſimul ante baptiſmum, ſiuè poſt baptiſmum, ſiue ſemel antea, & ſemel poſtea ſufficit enim, quòd duabus vicibus ſit vxoratus ad hoc, vt dicatur bigamus: nam bigamia eſt defectus ex ſecundis nuptijs proueniens ex defectu ſignificationis: vt dixi.

3 Bigamia triplex vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria.

Bigamia vera quæ ſit.

Definitio veræ Bigamiæ.

Quare quicumque bigamus, ſiuè polygamus ex præcepto Eccleſiæ eſt irregularis, & non poteſt ſine diſpenſatione Summi Pontificis, quæ difficiliter cõcedi ſolet ad Sacros Ordines promoueri, & ſi aliquando, ſiuè bona fide, ſiuè mala fuiſſet ordinatus non poteſt licitè in Ordinibus ſuſceptis adminiſtrare ſine peccato mortali: Itá enim habetur ex can. Acutius D.26.& can.ſi quis viduam D.34.Itá communiter omnes Theologi, & Canoniſtæ, vt Suarez D.49.ſect.1.Sanchez de Matr.lib.7. D.87.n.8. Henriq.lib.12. c.6.n.6.Tolet.lib.1.c.70. Coninch.p.2.D. 18.d.11.n.102. Nauar.c.27.n.191. Filliuc.tom.1.tr. 19.c.4.n.98.Bonac.D.7.q.2.p.5.n.2.

4 Omnis bigamus eſt irregularis.

Can. Acutius Can. ſi quis viduam. Suarez. Sanchez. Henriquez. Toletus. Nauarrus. Filliucius. Bonacina.

Ratio autẽ huius irregularitatis eſt quatruplex, prima ob defectum perfectæ ſignificationis Sacramenti,nam bigamus non ſignificat vnicam coniunctionem Chriſti cùm Eccleſia per Incarnationis myſterium,quæ vnio cùm ſit vna,non repræſentatur per multiplex matrimonium, ſeù per bigamiam, quapropter bigamus ex præcepto Eccleſiæ fit irregularis, prout colligitur ex c.Debitum de Bigamis: Itá Sayrus lib.6.c.3.n.8.qui quam plurimos Doctores citat.

5 Quatruplex cauſa huius irregularitatis.

Prima ob defectum ſignificationis.

c. Debitum de Bigam.

Sayrus.

Secunda ratio motiua, quæ mouit Eccleſiam ad inducendam irregularitatem iſtam eſt propter ſignum incontinentiæ excedentis, & abundantis, ſi non vitioſè, ſaltem ratione indecentiæ: nam reiteratio matrimonij inducit in clericum quamdam indecentiam: ſed requiritur, quòd vtrumque matrimonium ſit conſumatum, & validum ad hoc, vt ſit contracta bigamia realis, & vera, nam ſi alterum fuiſſet inualidum, non eſſet contracta bigamia iſta vera, ſed ſimilitudinaria,vt infra videbitur: Itá Soto in 4.D.27.q.3.A.1.concl. 1. Qui enim vnius vxoris contentus non fuit ſignum incontinentiæ oſtendit, quòd in perſona Sacerdotis eſt pernicioſum.

6 Secũda ratio eſt propter ſignum incontinentiæ.

Soto.

Tertia ratio eſt propter excellentiam Sacerdotalis Ordinis, qui enim cùm ſecunda vxore coniunctus eſt, eamque cognouit amittit prærogatiuam veri Sacerdotis noui teſtamenti: prout dicit D. Ambroſius lib.10. Epiſt.82.& refertur in Sacris Canonibus

7 Tertia ratio propter prærogatiuam Sacerdotis.

D.Ambroſ.

Digitized by Google

nonibus in can. qui ſanè. D. 26. vbi dicitur: *Qui iterauit coniugium culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogatiua exuitur, Sacerdotis*: Ità Gloſſa in d. Canone, & Maiolus lib. 1. de irreg. c. 33. n. 2. Viuald. in Candel. tr. de irreg. n. 20. Sum. confeſſ. lib. 3. tit. 3. q. 2. Filliuc. tr. 19. c. 4. n. 98.

Gloſſa. Maiolus. Viualdus. Sũma cõfeſſ. Filliucius.

8 Quarta ratio, quia bigamus nõ poteſt eſſe exemplar cõtinentiæ.

Quarta ratio eſt, quia bigamus non poterit efficaciter alios adhortari ex animo ad continentiam, cum ipſe coniugia frequentauerit, prout colligitur ex can. vna. D. 26. Ità D. Ambr. lib. 1. de officijs c. vltimo, Sebaſt. de Medicis p. 2. tit. 9. q. 29. Nauar. c. 27. n. 195. Soto, & Maiolus loc. ſupracit. & Sayrus d. lib. 6. c. 3. n. 6.

D. Ambroſ. Sebaſt. de Medic. Nauar. Maiolus. Soto. Sayrus.

9 Bigamia ante baptiſmũ remanet, & quare.

Dixi autem in aſſertione noſtra num. 3, (*ſiuè ante baptiſmum, ſiuè poſt,*) quia hæc irregularitas contrahitur ex reiteratione cuiuſcumque matrimonij, & licèt ante baptiſmum nemo irregularis dici poſſit, ſed incapax, eſt tamen bigamus ratione duplicis coniugij, efficitur tamen irregularis ratione bigamiæ poſt baptiſmum: nam baptiſmi Sacramentum non irritat matrimonium antea contractum, ideòque neque irregularitatem, quæ ex illo ſequitur, & ideo irregularitas bigamiæ non habet effectum, niſi poſt baptiſmum: ita communiter Canoniſtæ omnes in c. Gaudemus de Diuortijs: Summiſtæ in verbo Bigamia, Angelus n. 6. Sylueſt. n. 5. Couar. in Clement. Si furioſus p. 1. §. 2. n. 5. D. Thom. in addit. 3. p. q. 66. A. 4.

c. Gaudemus. Angelus. Sylueſter. Couarruuias. D. Thomas.

10 De Bigamia interpretatiua.

Secunda bigamia, quæ appellatur interpretatiua, eſt quando licet aliquis non contrahat ſecundũ matrimonium poſt mortem primæ vxoris, ſed coniungitur in Matrimonium, vel cùm vxore vidua, vel ſtuprata, & cognita ab alio viro, vel eam cognouit poſtquam adulterauit, & hoc ſi fuiſſet cognita, ſiue voluntariè conſentiendo, ſiuè precibus, ac etiam metu, ſufficit enim quòd cognoſcat vxorem poſtquam fuit ab alio viro quomodolibet cognita, poſtquam notitiam habeat, quia tunc efficeretur bigamus, non realiter, ſed interpretatiuè: quia ſecundum interpretationem iuris Canonici dicitur, & eſt irregularis: prout patet ex c. Nuper de bigamis: & can. ſi cuius: & can. ſi Laici D. 34. can. Maritum D. 33. & can. Præcipimus D. 34. & alibi: Ità Filliuc. d. c. 4. n. 110. & Bonac. D. 7. q. 2. p. 5. n. 2.

Quare dicitur interpretatiua. c. Nuper. Can. ſi cuius. Can. ſi Laici. Can. Maritum. Can. Præcipimus. Filliucius. Bonacina.

11 Ratio huius irregularitatis.

Ratio autem huius eſt, quia quotieſcumque maritus cognoſcit vxorem ſuam, mediante copula carnali, fit cùm illa vna caro, quare participat conditionem ipſius vxoris, & conſequenter defectum ſignificationis, quod efficit ex parte mariti ad contrahendam irregularitatem bigamiæ interpretatiuè, prout colligitur ex can. Præcipimus, & can. Lector D. 34. Quod ſecus dicendum eſſet, ſi quis duxiſſet in vxorem mulierem, quæ ab ipſo, non autem ab alio fuiſſet corrupta ante matrimonium; tunc enim non efficeretur bigamus, quia in caſu non diuiſiſſet carnem ſuam in plures: prout dicunt Suarez D. 49. ſect. 3. n. 13. & 16. Filliuc. d. tr. 19. c. 4. num. 110. Vgolin. c. 56. §. 2. & Bonac. tom. 1. de Cenſ. D. 7. q. 2. p. 5. num. 2.

Can. Præcipimus. Can. Lector. Suarez. Filliuc. Vgolinus. Bonacina.

12 Concluſio.

Dicimus ergo, quòd quotieſcumque quis contrahat matrimonium cùm muliere quocumque modo ab alio viro cognita mediante quacumque copula carnali completa in vaſe naturali, ſiuè ſi contrahat cùm duabus virginibus, ſiuè validè, ſiuè inualidè, conſummatis tamen copulis cùm vtraq; affectu maritali, contrahit ipſo facto irregularitatem bigamię interpretatiuæ: ſiuè hoc faciat ſcienter, ſiue bona fide, ſiuè mala, ſiue per ignorantiam, ſiue precibus, ſiuè per metum: non enim ignorantia, aut bona fides, ſiuè metus poſſunt tollere indecentiam, ex publica illa exiſtimatione: indecens enim eſt eum, quis bis contraxit matrimonium in facie Eccleſiæ, vt deindè fiat clericus, & ad Ordines poſſit licitè promoueri propter defectum ſignificationis matrimonij, vti ſupra explicatum eſt.

13 Aſſignatur ratio iſtius irregularitatis.

Quare, licet iſta bigamia non ſit realis, cùm non ſit fundata in duplici matrimonio vero, & reali, fundatur tamen in duplici matrimonio realiter cõtracto in facie Eccleſiæ, & deinde conſumato animo maritali, licèt alterum, vel vtrumque non fuiſſet validum propter aliquod impedimentum dirimens celatum: ideòque appellatur bigamia interpretatiua, ſecundum iuris interpretationem: hæc eſt communis Doctorum ſententia, quam ſequuntur Suar. D. 49. ſect. 2. n. 6. Couar. in Clement. Si furioſus p. 1. §. 2. n. 2. Abbas in c. Super eo de Bigam. n. 2. Sylueſt. verb. Bigamia n. 11. Filliuc. d. tr. 19. c. 4. à n. 105. vſque ad 114. & Bonac. tom. 1. de cenſ. D. 7. q. 2. p. 5. n. 2. cùm alijs.

Suarez. Couarruuias. Abbas. Sylueſter. Filliucius. Bonacina.

14 Difficultas. De matrimonio contracto nulliter cum vidua.

Sed difficultas eſt: An ſi quis contrahat matrimonium cùm muliere vidua, ſiuè alias quomodocumque ab alio cognita: ſed matrimonium tale cùm ea contractum poſtea inueniatur nullum ratione alicuius impedimenti irritantis, quod tunc erat incognitum, talis maritus poſt copulam, cum illa habitam, tanquam cum vxore affectu maritali ſit effectus irregularis ex bigamia interpretatiua cum illa contracta?

15 Prima ſententia. Nauarri. Bonacinæ.

In qua quidem difficultate eſt diuerſitas opinionum, quarum prima fuit Nauarri in man. c. 27. nu. 195 & lib. 1. Conſil. Conſil. 1. de Bigam. Sequiturque Bonac. D. 7. q. 2. p. 5. n. 2. §. Reſpondeo cùm alijs exiſtimantibus huiuſmodi non eſſe irregularẽ, eò quod talis irregularitas non eſt in iure expreſſa, & cùm ſit materia odioſa, & pœnalis non eſt facienda extenſio: omnis enim irregularitas propter bigamiam debet eſſe, vel realis, vel interpretatiua, vel ſimilitudinaria, ſed iſta non eſt huiuſmodi: nam, quòd non ſit realis, neque ſimilitudinaria patet ex dictis, & ex his quæ inferiùs dicentur.

Ratio prima iſtius ſententiæ.

16 Confirmatur ratio iſtius ſententiæ.

Quod autem non ſit interpretatiua etiam patet, quia hæc ſolùm contrahitur, quando quis contrahit validè cum vidua, vel cùm duabus fœminis etiã inualidè, vel cùm vna validè, & cùm altera inualidè: iſte autem ſolummodò contraxit cùm vna, ſed inualidè, ideòque non contraxit bigamiam interpretatiuam, quæ non eſt in iure expreſſa: confirmat autem Nauar. ſententiam ſuam, dicens: Hoc fuiſſe approbatum in quadam deciſione Sacræ Pœnitentiariæ Romanæ Curiæ ideo, &c.

Confirmatur ratio 2.

17 Secunda ſententia.

His tamen non obſtantibus: oppoſita ſententia eſt communior, & probabilior, abſolutè dicens: in caſu talem eſſe irregularem ex bigamia interpretatiua contracta, propter tale matrimonium, licèt nulliter contractum cùm muliere corrupta: & ratio iſtius ſententiæ eſt, quia matrimonium tale fuit legitimè contractum, vt ſupponitur in facie Eccleſiæ, & deinde conſumatum animo maritali, cùm qua muliere contrahere non poterat abſque irregularitatis nota, ideoque licet poſtea inuentum ſit nullum propter impedimentum tunc incognitum non implicat, quin iſte ſit irregularis irregularitate interpretatiua bigamiæ.

Ratio iſtius ſententiæ.

18 c. Vltimo de Bigamia.

Patet hoc ex c. vltimo de bigamis vbi quidam ſubdiaconus, qui viduam duxit in vxorem fuit declaratus irregularis non ſolùm propter peccatum ſacrilegij, ſed etiam propter bigamiam interpretatiuam, quia rem habuit cùm vidua animo maritali, & tamen tale matrimonium irritum fuit ipſo iure ratione impedimenti Sacri Ordinis, ideòque nullitas

Digitized by Google

Vgolinus. Richard. Suarez. Couar. Filliucius. Deciſio Rot.

litas matrimonij in caſu non excuſat a bigamia interpretatiua: Ità Vgolin. de irreg. c.56. §.2.n.2. Richard. in 4.D.24.q.3.A.4. Suarez D.49. ſect.2. nu.6. Couar. in Clement. Si furioſus p.1.§.2.n.2. Filliuc. tr. 19.c.4.n.114. qui dicunt adeſſe deciſionem Rotæ de Bigam. Deciſ.1. innouis.

19 Soluitur fundamẽtũ prioris ſententiæ.

Ad fundamentum autem prioris opinionis: Reſpondetur negando aſſumptum prioris rationis, quòd talis irregularitas non ſit in iure lata: colligitur enim talis irregularitas interpretatiua ex d.c. vltimo de Bigam. in quo non fit abſolutè mentio de matrimonio ſpirituali in reddenda ratione irregularitatis, ſed ſpecialiter fundatur in eo, quod ſignificat bigamiam interpretatiuam: dicitur enim ibi. *Satis eſſe ad fuiſſe affectum intentionis matrimonij, & opus conſumatum ideo, &c.*

20 Soluitur 2. ratio.

Ad ſecundam rationem dicimus: non ſufficienter à Nauarro fuiſſe enumeratas ſpecies ipſius irregularitatis: nam bigamia interpretatiua plures ſub ſe ſpecies ſpecialiſſimas continet, quarum vna eſt iſta, de qua in præſenti loquimur i. de contrahente cùm vidua inualidè de facto ex interpretatione iuris.

21 Soluitur 3. ratio.

Ad tertiam tandem dicimus approbationem Sacræ Pœnitentiariæ, quam refert Nauar. nihil facere contra aſſertionem noſtram: nam in eadem pœnitentiaria Romana nouiſſimis temporibus aliter deciſum eſſe conſtat, teſte Filliucio loc. cit. n.115. cùm enim id pendeat à perſonis diuerſis intereſſentibus in Sacra Congregatione pro varietate perſonarum opiniones hominum ſæpè variantur, ideòque illa deciſio probabilior eſt cenſenda, quæ Sacris Canonibus videtur conformior, & pluribus rationibus, pluribuſque Doctoribus ſententijs probata cuiuſmodi videtur eſſe hæc ſecunda ſententia Suarez, & aliorum.

22 De Bigamia ſimilitudinaria.

Tertia bigamia appellatur ſimilitudinaria, quæ oritur quando quis poſt votum ſolemne caſtitatis in profeſſione Religionis emiſſum, vel in Sacris Ordinibus initiatus contrahit matrimonium (licèt inualide) cùm aliqua fęmina, ſiuè virgine, ſiuè corrupta, eamque carnaliter cognoſcit animo maritali, efficitur irregularis irregularitate bigamiæ: quæ dicitur ſimilitudinaria propter analogiam, & ſimilitudinem bigamiæ veræ, & interpretatiuæ.

23 Ratio iſtius irregularitatis, quæ.

Ratio autem huius eſt, quia adſtrictus voto ſolemni caſtitatis cenſetur ſpirituali quodam matrimonio coniunctus Chriſto, & Eccleſiæ: ſi ergo poſtea coniungitur carnaliter in matrimonio cùm aliqua muliere cenſetur, ac ſi celebraſſet duo matrimonia, nõ quidem vera, ſed ſimilitudinaria: & ideò iſte talis dicitur bigamus per ſimilitudinem, & analogiam: prout colligitur ex c. Nuper de Bigam. & c. Quotquot D.27. Ità Suarez de cenſ. D.49. ſect.4. Sanchez de mat. lib.7. D.85. n.11. Filliuc. tr.19.c.4. n.121. Vgolin. c.56. §.3.n.4. Sayrus lib.6.c.4.nu.22. Nauar. c.27.n.195. & Bonac. tom.1. de cenſ. D.7.q. 2.p.5.num.2.

c. Nuper. c. Quotquot. Suarez. Sanchez. Filliucius. Vgolinus. Sayrus. Nauar. Bonacina.

24 Concluſio.

His ergo poſitis, & declaratis concludendo dicimus: ex qualibet ſpecie irregularitatis ex his tribus explicatis contrahi irregularitatem, & inhabilitatem ad Ordines Eccleſiaſticos ſuſcipiendos, non ſolùm maiores, ſed etiam minores, ac etiam primam tonſuram: indecens enim eſt, quòd bigamus in clericatus Ordinem ſuſcipiatur, prout habetur ex Trident. Concil. ſeſſ.23. c.17. & ex c.1.2. & 3. de Bigamia: Ita communiter Doctores omnes ſupracitati: vt Suarez, Bonacina, & Filliucius cùm alijs.

Conc. Trid. c.1.2. & 3. de Bigam. Suarez. Bonacina. Filliucius.

25 Rationes iſtius irregularitatis bigamiæ, quæ.

Ratio autem quare Eccleſia talem prohibitionẽ, & irregularitatem inſtituit præcipia, & principalis eſt, quia bigamus non poteſt rectè ſignificare vnicam coniunctionem Chriſti cùm Eccleſia: nam Matrimonium conſumatum repræſentat coniunctionem Chriſti per incarnationis myſterium cùm Eccleſia vnica ſua ſponſa, quæ coniunctio, cùm ſit vna, & non multiplex, non poteſt repræſentari per multiplicationem matrimonij, ideòque bigamus remouetur ab Ordinibus Eccleſiaſticis, tanquam irregularis: tum quia per bigamiam derogatur prærogatiua Sacramenti Ordinis: nam indecens eſt, vt bigamus ad altare accedat: quamuis enim, qui coniugium iterauit non peccauit, exuitur tamen prærogatiua veri Sacerdotis: prout habetur ex can. Qui ſanè D.26. Tum, quia bigamus difficilè poterit caſtitatem alijs perſuadere, qua præſertim pollere debent clerici: prout habetur ex c. Præpoſuiſti D. 82. & Can. vna D.26. Ità Bonac. cùm Filliuc. locis ſupracitatis.

Matrimoniũ conſumatum ſignificat vnionẽ Chriſti cùm Eccleſia.

Alia ratio.

Can. qui Sanè.

Alia ratio.

Can. Præpoſuiſti.

Can. vna.

Bonacina.

Filliuc.

26 Quis poteſt diſpenſare in Bigamia.

In duabus ergo primis ſpeciebus bigamiæ veræ, & interpretatiuæ ſolus Summus Pontifex poteſt diſpenſare, non autem Epiſcopus: non enim Ordinarius diſpenſare poteſt in iure communi, niſi quatenus illi conceditur ab Apoſtolica Sede, ideòque tantummodò Romanus Pontifex in his duabus irregularitatibus bigamiæ diſpenſat, & non ſolum ad Sacros Ordines, vel ad vſum ſuſceptorum, verùm etiam ad minores, vt dixi, & ad primam Tonſuram, & ad quodcumque beneficium Eccleſiaſticum etiam ſimplex, quibus omnibus bigamus eſt priuatus: prout habetur ex Trident. d. ſeſſ.23. de reform. c.17. in fine: quod etiam declaratũ fuit per Sacram Congregationem Cardinalium teſte Garcia de beneſ. p.7.c.6. nu.5. Suarez D.49. ſect.6. Coninch. p.2. D.18. d.11. n.102. & Bonac. D.7.p.5.n.15.

Concil. Trid. Declaratio Cardinaliũ. Garcia. Suarez. Coninch. Bonacina.

27 Quis poteſt diſpenſare in Bigamia ſimilitudinaria.

In bigamia verò ſimilitudinaria poteſt aliquando Epiſcopus diſpenſare cùm illo, qui matrimoniũ contraxit cùm virgine, ſi ſpontè conuerſus ſit ad pęnitentiam, hoc ſibi iure concedente in c.1. Tit. Qui clerici, vel vouentes, &c. Non autem alij ſuperiores Religionum, vt Abbates, Prouinciales, &c. quia id ipſis non eſt in iure conceſſum, ſed tantùm Epiſcopis: prout dicunt Rodriq. in Sum. p.1.c.158. Suarez D.49. ſect.6. Coninch. D.18. d.11. n.10. Em. Sà verbo irregularitas n.4. & Bonac. loc. ſupracit.

Rodriq. Suarez. Coninch. Em. Sà. Bonacina.

28 Quid requiratur ad incurrendam bigamiam.

Notandum autem: ad incurrendam irregularitatem bigamiæ non ſufficere quamcumque copulã ex parte viri, ſed neceſſe eſſe, quòd talis copula ſit habita cùm vxore animo maritali facta, quando fœmina prius cognita fuerat ab alio viro, vel ipſe ſecundas nuptias contraxit, & matrimonium conſumauit eo modo, vt in præcedentibus ſatis, ſuperque declaratum eſt.

29 Multiplicitas fornicationum non inducit bigamiam in viro.

Quapropter multiplicitas fornicationis, ſiuè adulterium ex parte viri non inducunt bigamiam: nam Sacramẽtum Matrimonij eſt illud, quod ſignificat coniunctionẽ Chriſti cùm Eccleſia, quam non poteſt ſignificare fornicatio, ideòque ille nõ dicitur bigamus, qui poſt multas fornicationes cùm alijs fœminis etiam viduis, ſiuè coniugatis commiſſas matrimonium contraxit cùm vna virgine: prout dicitur in c. Quia circa de bigamis, & can. Acutius D.26. Ità Bonac. D.7.q.2.p.5.n.7.

c. Quia circa. can. Acutius. Bonacina.

30 Quare hoc factum ſit.

Si quæras autem: quare Eccleſia ſtatuerit illum eſſe bigamum, qui contrahit cùm fœmina ab alio viro cognita, non autem cùm virgine, licèt ipſe ſæpè cùm multis fornicatus ſit?

Ignominioſũ eſt ducere vxorẽ ab alio cognitam.

Reſpondetur: hoc rationabiliter ab Eccleſia fuiſſe ſtatutum, quia defectus virginitatis in Sponſa arguit maiorem indecentiam, quam in viro: eſt enim ignominioſum ducere vxorem ab alio viro cogni-

Digitized by Google

Irregularitas infamiæ.

cognitam: ſicut etiam ignominioſum eſſe videtur contrahere cùm ancilla, aut mima, ſiuè ſcurra, aut ſcenica.i. publica fabularum actrice, &c. & ob id contrahens matrimonium cùm talibus, etiam ſi aliqua ex illis eſſet virgo efficitur irregularis ratione infamiæ contractæ ex parte mulieris: Ita Suar.49. ſect.3. n.1. Filliuc.tr.19.c.4.n.108. Regin.lib.30.nu. 84. Bonac.D.7.q.2.p.5.num.7.& colligitur ex can.ſi quis viduam D.34.& can.17.Apoſtolorum.

Suarez. Filliucius. Reginald. Bonacina.

31 Aſſignatur ratio aſſertionis.

Ratio autem huius eſt, quia ſicut motus non ſpecificatur à termino à quo, ſed à termino ad quem, qui in hoc caſu eſt fœmina, cuius caro ſæpius diuiſa fuit, & ideo facta eſt bigamia, quia ratione copulæ vir fit vna caro cùm ea, ideóq; contrahit bigamiam ipſius: Quapropter ſi fœmina eſſet Ordinum capax fieret irregularis, & bigamia, ducendo virum fornicarium, ſicut ipſe vir fit bigamus contrahendo, & conſumãdo matrimonium cùm ea, quæ fuit ab alio viro cognita: prout dicunt Vgolin. lib.6. c.56.nu.1. Filliuc.tr.19.c.4.n.117. & Bonac. D.7. q.2. p.5.n.7. & hæc de quinta irregularitatis ſpecie proueniente ex bigamia.

Vgolinus. Filliuc. Bonacina.

32 De irregularitate ex defectu lenitatis.

Sexta ſpecies irregularitatis, proueniens ex defectu ſine culpa, dicitur ex defectu lenitatis, & manſuetudinis, huiuſmodi ſunt illi, qui voluntariè fuerint cauſa mortis, ſiuè abſciſſionis alicuius membri alterius, etiam ſine peccato, prout ſunt iudices, ferentes ſententias mortis, ſiuè alicuius membri abſciſſionis, eiuſque aſſeſſores, & cooperatores, atq; ſatellites comprehendentes reum, & torquentes ad veritatem dicendam: ità etiam notarij, & tabelliones, ſcribentes, vel legentes ſententias, ſecuta morte, aut mutilatione: omnes ergo iſti, & huiuſmodi de proximò conſentientes, adiuuantes, vel incitantes ad iuſtitiam, incurrunt in irregularitatem iſtam: prout dicitur in c.fin.ne clerici, vel Monachi in 6. & can. ſi quis viduam: & can. clericum D.50. Ità Nauar. c.27. n.215. Auila p.7. D.5. ſect.1. Coninch. D. 18.d.10. Filliuc.tr.19.c.9.num.231. Bonac.D.7.q.4. p.1.num.3.

c. Final. ne clerici, vel Monachi. Can. ſi quis viduam. Can. Clericũ. Nauarrus. Auila. Coninch. Filliucius. Bonacina.

33 Ratio huius irregularitatis.

Ratio autem, quare Eccleſia ſtatuit huiuſmodi eſſe irregulares eſt, quia omnes Ordines Eccleſiaſtici ordinantur ad Sacerdotium pro conficienda Euchariſtia in Miſſæ Sacrificio: cùm autem talis Sacerdos repræſentare debeat perſonam Chriſti, qui eſt auctor pacis, & manſuetudinis, quique ſuo ſanguine pretioſiſſimo pacem, & ſalutem attulit omnibus, par eſt, vt miniſtri ipſius Chriſti, & Eccleſiæ hanc manſuetudinem, & lenitatem exemplo Chriſti præſeferant, ideóque rationabiliter repelluntur ab Ordinibus recipiendis, & exercendis omnes clerici, qui fuerint cauſa mortis, ſiuè mutilationis membri alicuius, etiam ſine peccato cauſa iuſtitiæ: eò quod tales non poſſint ſatis referre Chriſti lenitatem, & manſuetudinem, qui nullius ſanguinem fudit, & non vult mortem peccatoris: prout dicunt Nauarrus cap.27. num.215. Auila p.7. D.5. ſect.1. Filliucius d.tr.19. cap.4. num.79. Coninch. D.18. d.10. & Bonacina cùm alijs locis ſupracitatis.

Nauar. Auila. Filliucius. Coninch. Bonacina.

34 At quoniam de iſta irregularitate, proueniente ex defectu lenitatis multa ſunt dicenda in tr.23. huius noſtræ Theologiæ moralis, ideóque exiſtimauimus ibi diffuſiùs de hac materia tractare, vbi eſt agendum de homicidio voluntario, tàm iuſto, quàm iniuſto, ſiuè caſuali, ſiue culpabili, ſiuè inculpabili, ideóq; iſta ſufficiant, pro complemento huius ſecundi tractatus de irregularitate.

TRACTATVS XXII.

De irregularitatibus prouenientibus ex delicto. Tract. III.

PROOEMIVM.

Introductio tractatus.

Irregularitatibus prouenientibus ex parte ſubiecti ſiuè ordinati, ſiuè ordinandi, ſine culpa ipſius, ſuperiùs iam explicatis; conſequenter in hoc tertio in ordine tractatu de irregularitatibus illis, quæ ab hominibus propter ipſorum culpam contrahuntur ſpecialiter eſt dicendum, quatenus inflictæ ſunt per Ius Canonicum contra aliqua grauiſſima crimina perpetrantes propter eorum demerita, & indignitates ad Ordines, quæ communiter ad ſex capita principalia reduci ſolent, quarum prima eſt illa, quæ contrahitur ex infamia: ſecunda ex delicto iterantium Sacramentum Baptiſmi: tertia ex indebita receptione Sacramenti Ordinis: quarta ex indebito vſu Sacrorum Ordinum in aliqua cenſura adminiſtratorum: quinta ex delicto hæreſis, ſiuè apoſtaſiæ à fide: & ſexta eſt illa, quæ contrahitur propter homicidium voluntarium, commiſſum, ſiuè mutilationem membrorum, quæ communiter denominari ſolet ex defectu lenitatis, ſiuè manſuetudinis Chriſti, quam repræſentare debet Sacerdos in Sacro Altari adminiſtrans: De quinque prioribus in hoc præſenti tractatu eſt dicendum: de vltima dicetur poſtea in ſequenti tractatu, in quo non ſolum de irregularitate contracta ex homicidio peccaminoſo, ſed etiam de illa, quæ contrahitur ratione cuiuſcumque homicidij, ſiuè liciti, ſiuè illiciti, ſiuè caſuali.

Diuiſio tractatus.

DE IRREGVLARITATE, *quæ contrahitur ex infamia.*

CAP. I.

1 Infamia aliquando prouenit ex culpa, aliquando ſine culpa.

Irregularitas illa, quæ oritur ex infamia ſubiecti, licèt quandoque prouenire poſſit ſine culpa ipſius ſubiecti ordinandi, ſiuè ordinati, cùm ipſa infamia ſecundum ſe, & per ſe non ſit delictum, tamen, vt plurimum, ex delicto commiſſo prouenire ſolet: ideóque in hoc præſenti capitulo de vtraque infamia, quatenus irregularitatem inducit agere exiſtimauimus, tàm de illa, quæ contrahitur ſine delicto, quàm de illa, quæ prouenit ex delicto: habent enim inter ſe quamdam connexionem, & parentelam, adeò vt vna plenè, ſine altera explicari non poteſt.

2 Verba negatiua percipiuntur per ſuum poſitiuũ oppoſitum.

Quare primo loco videndum eſt quid, & quotuplex ſit ipſa infamia, & quomodo contrahatur: At quoniam infamia ſecundum ſe includit negationẽ, & verba negatiua non poſſunt plenè intelligi neque explicari, niſi per ſuum poſitiuum oppoſitum, ideóque primo explicandum eſt, quid ſit bona fama, vt deindè percipere poſſimus: quid ſit ipſa infamia, quæ eſt illius priuatio.

3 Fama bona quid ſit. L. eg. cognitio nem ff.

Quapropter: dico primò, quod. *Fama bona* (prout dicitur in l. Cognitionem. ff. de varijs, & extraordinarijs criminibus) *eſt Illeſæ dignitatis ſtatus vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus*: Eſt enim bona opinio, & conceptus alicuius perſonæ, ortus ex publica notitia bonorum operum, prout explicant ibi Gloſſa: & in c. veſtra de cohabit. cleric. & mulier. in verbo Notorium: & in can. Fratres 7.q.7. in

Gloſſa in c. veſtra. Et in can. Fratres 7.q.7.

in verbo infamia § Porrò: & ità communiter omnes Doctores, & tàm Canoniſtæ, quàm Theologi infra citandi.

4 Infamia, quid ſit. Infames, qui dicantur.

Ex quo ſequitur, quòd: *Infamia eſt diminutio talis ſtatus, quæ oritur ex publica, & mala exiſtimatione de moribus, & vita talis perſonæ:* Quare infames dicuntur illi, quorum nomen, mores, & vita apud viros virtuoſos eſt reprobata, & malæ exiſtimationis, de quarum vita communitas remanet ſcandalizata: Ità Suarez de cenſ. D.48. ſect.1. Sayrus lib.7. c.11. n.2. D. Anton. 3. p. tit.29. de irregularit. c.6. & Summiſtæ in verb. infamia, Filliuc. tr.19. c.8. n.202. Bonac. tom.1. D.7. q.3. p.1. n.1. & colligitur ex doctrina D. Auguſt. lib.83. quæſt. q.31.

Suarez. Sayrus. D. Anton. Filliucius. Bonacina. D. Auguſt.

5 Materia circa quam infamiæ, quæ ſit.

Sequitur ergo, quòd materia circa quam verſatur infamia eſt vitium, ſiuè defectus perſonæ pertinens ad bonam exiſtimationem illius, ideòque quandoque oriri poteſt ex defectu, & quandoque ex delicto maculante bonum nomen, & famam ipſius ſubiecti, in quo eſt, quale poteſt eſſe crimen Hæreſis, latrocinij, ſodomiæ, furti, homicidij, & ſimilium: poterit inſuper oriri talis infamia ſine culpa propria, ex defectu maculante qualitatem perſonæ ordinandæ, vt quod ſit nata illegitimè, ſiuè ex parentibus hæreticis, ſiue ex Patre Principis proditore, ſiuè ex matrimonio contracto cùm perſona infami, ſiuè ex arte, & miniſterio infami exercito, ratione cuius talis perſona reddita eſt infamis, & indigna Ordine clericali, vt ſuo loco videbitur.

Crimina, quæ inferunt infamiam, quæ.

Infamia orta ſine culpa propria, quæ.

6 Infamia duplex iuris, & facti. Infamia iuris, quæ.

Hæc autem infamia in prima ſui diuiſione duplex eſt, vna dicitur infamia iuris, altera facti: infamia iuris eſt illa, quæ contrahitur propter delictum commiſſum, cui impoſita eſt in iure pœna infamiæ, quale eſt delictum Hæreſis, Apoſtaſiæ à fide, crimē leſæ maieſtatis, hoſtilis perſecutio Cardinalis: vitium ſodomiticum, Matrimonium actuale cùm duabus fœminis viuentibus, latrocinium: proſtitutio propriæ filiæ, ſiuè Nepotis: ſimonia, vſura, & huiuſmodi propter quæ crimina ſecundum ius cōmune inſtituta eſt pœna infamiæ contra delinquentes, & perpetrantes hæc, & huiuſmodi ſcelera, quæ reddunt tales homines infames poſtquam de talibus ſceleribus ſunt conuicti, & per ſententiam declarati, ſiuè per propriam confeſſionem in iudicio legitime factam.

Crimina quibus impoſita eſt iuris infamia.

Quando dicātur infames talia crimina perpetrantes.

7 Infamia, quæ per Canonicū non eſt abrogata cenſetur Canonica.

Quamuis autem talis pœna infamiæ taxata ſit ſecundum ius ciuile, quia tamen Eccleſia vſque modò huiuſmodi iura non reuocauit cenſetur illa acceptaſſe: nam omnis infamia, quæ per ius Canonicum reuocata non eſt, cenſetur eſſe etiam Canonica: prout habetur ex can. omnes 1. q.6. & can. Infames 6. q.1. requiruntur tamè ad talem infamiam iuris incurrendam notorietas facti, & iudicis ſententia declaratoria, declarans talem perſonam fuiſſe conuinctam de tali crimine, cui impoſita erat pœna infamiæ ipſo facto, vel ſi ipſe delinquens tale ſcelus confeſſus ſit in iudicio: ità Bonac. D.7. q.3. p.1. n.3. cùm alijs, infra ſtatim citandis.

Can. Omnes 1. q.6. Can. Infames 6. q.5.

Bonacina.

8 Infamia facti, quæ.

Infamia facti eſt illa, quæ contrahitur quando delictum huiuſmodi, quod infamè cenſetur apud viros honeſtos, & graues, ita publicè commiſſum eſt, vt nulla poſſit tergiuerſatione verſari, ideòque debet eſſe notorium cōmunitatis, vel ſaltem maiori parti ipſius conſtanti, ſaltem ex decem perſonis, adeò, vt communitas illa remaneat ſcandalizata ex tali delicto commiſſo à tali perſona: Quando autem tale delictum fuerit occultum, tunc non pariet infamiam, quæ non contrahitur niſi ex delictis publicis: prout dicunt Suarez D.48. ſect.1. n.18. & 19. Reginald. lib.30. n.195. Filliuc. d. tr.19. c.8. n.228. Coninch. D.18. d.7. n.56. & Bonac. loc. ſupracit.

Suarez. Reginald. Filliuc. Coninch. Bonacina.

9 Infamia iuris duplex ciuilis, & Canonica. Ciuilis, quæ. Infamia Canonica, quæ.

Infamia vero iuris itemm duplex eſt vna ciuilis, Canonica altera: infamia ciuilis eſt illa, quæ lata eſt per ius ciuile, ſiuè legale, quæ ex vi legis humanæ habet aliquos effectus, ratione quorum perſonæ reputantur infames propter huiuſmodi defectus ab ipſis commiſſos: infamia Canonica eſt illa, quæ vel directè ab ipſo Canonico iure fuit impoſita per Canones, vel indirectè cum Eccleſia, aut expreſsè acceptauit huiuſmodi iura, infamiam imponentia, vel ſaltem tacitè, dum illam non abſtulit: nam omnis infamia, quæ per Ius Canonicum reuocata non eſt, cenſentur Canonica: prout habetur ex can. Omnes: 1. q.6. vbi dicitur: *Omnes infames eſſe dicimus, quos leges ſæculi infames appellant:* quod etiam habetur ex Innocentio III. in c. Qualiter, & quando 2. de Accuſat. prout explicant Abbas ibi: Ita Suarez D.48. ſect.1. n.4. & Filliuc. d. tr.19. c.8. n.204.

Can. Omnes 1. q.6. Innocentius III. c. Qualiter, & quando. Abbas. Suarez. Filliucius.

10 Difficultas. An requiratur ſentētia iudicis declaratoria.

Sed difficultas eſt: an ad incurrendam infamiam, ipſo iure latam contra perpetrantes tale delictum requiratur ſententia iudicis declaratoria: vel ſufficiat euidentia facti, quod tale delictum, cui per iura taxata eſt pœna infamiæ realiter commiſſum ſit, abſque alia iudicis declaratione: circa quam difficultatem multi multa dicunt: Quare Paulus de Caſtro lib.2. de leg. Pœnali c.15. cum alijs exiſtimant omninò neceſſariam eſſe ſententiam iudicis declarantis talem eſſe infamem propter tale ſcelus commiſſum, cui impoſita erat in iure pœna infamiæ: & ratio eius eſt, quia nullus exiſtimandus eſt infamis, donec per ſententiā taliter ſit declaratus.

Prima ſententia. Paulus de Caſtro.

11 Secunda ſententia.

Alij verò dicunt, quod infamia iuris incurritur ipſo facto radicaliter, quando aliquis committit delictum, ob quod impoſita erat in iure pœna infamiæ, ſed talis executio pœnæ dependet à ſententia iudicis, à quo declarandum eſt tale crimen fuiſſe commiſſum à tali perſona, cui ſecundum iura impoſita erat pœna infamiæ ipſo facto: ita Suarez D.48. ſect.1. n.18. Azor. p.1. lib.5. c.7. q.4. Vaſquez 22. q.175. c.1. Filliuc. tr.19. c.8. n.207.

Suarez. Azorius. Vaſquez. Filliucius.

12 Concluſio.

Quare concludendo dicimus, quòd: quotieſcūq; aliquis per iudicis ſententiam damnatus eſt de graui aliquo crimine, quòd infert infamiam, ipſo iure latam, tunc talis perſona remanet actualiter infamis, & irregularis ad Ordines, & ad beneficia Eccleſiaſtica recipienda inhabilis ratione ſententiæ declaratoriæ, & talis infamia dicitur iuris: prout dicunt Tolet. lib.1. c.62. Syluest. & Angelus in verb. infamia cùm Suarez, & Vaſquez cum alijs Doctoribus ſupracitatis.

Tolet. Syluest. Angelus. Suarez. Vaſquez.

13 Confeſſio facta in iudicio quando reddat infamē.

Similiter etiam dicimus, quòd redditur quis infamis ipſo facto, quando in iudicio iuridicè confeſſus eſt ſuum delictum, cui per iura impoſita erat pœna infamiæ ipſo facto: nam in caſu talis confeſſio facta ex ore proprio efficit tale delictum publicum publicitate iuris: Quando verò delictum non eſſet tale, vt propter illud non eſſet adhuc impoſita pœna infamiæ ipſo facto, ſed imponenda: tunc non eſt ſufficiens ſimplex confeſſio rei, niſi deindè feratur ſententia à iudice, per quam imponatur infamia per tale crimen contracta radicaliter ab ipſo reo: ità Syluest. in verb. infamia, Sayrus lib.7. c.11. n.3. Suarez D.48. ſect.1. n.23. Filliuc. tr.19. c.8. n.214. & Bonac. D.7. q.3. p.1. n.2.

Sylueſter. Sayrus. Suar. Filliucius. Bonacina.

14 Aſſertio. Omnes infames infamia iuris ſunt irregulares.

His ergo poſitis, & declaratis, concludendo dicimus: omnes ſinguloſque infames, infamia iuris (dum tamen huiuſmodi infamia non ſit adhuc legitimè purgata) eſſe irregulares, & inhabiles ad Ordines non ſolùm ſuſcipiendos, ſed etiam licitè exercendos; quare infames à promotione, & Ordinum

dinum

Digitized by Google

Ca. infames. Can. Laici. Can. qui in aliquo. Can. Teſtes. Reg. Iuris in 6. Can. Admittuntur. Panormitan. Archidiac. Syluester. Nauarrus. Suarez. Maiolus. Sayrus. Filliucius. Tolet. Coninch. Bonacina.

dinum exercitio repelluntur: patet hoc ex Can. infames 6.q.1.& can. Laici D.33.& can. Qui in aliquo D.51.& can. Teſtes 2.q.7.& ex Reg. Iur. in 6. Reg. penult. vbi dicitur. *Infamibus portæ non pateant dignitatum.* Ordo autem Eccleſiaſticus honor, & dignitas eſt, prout dicitur in can. Admittuntur D.54. Ita Panormit. in c. Licèt Heli, de Simonia, Archid. in c. deindè D.26.n.5. Syluest. verb. infamia, & verb. irregularitas, Nauar. c.27.n.248. Suar. D.48. ſect.2. n.1. Maiolus lib.3. de irregular. c.1. Sayrus lib.7. c. 11. n.1. Filliuc. tr.19. c.8.n.114. Tolet. lib.1. c.62. Coninch. D.18. d.7.n.56.& Bonacina tom.1. D.7. q.3. p.1. num.4.

15 Aduertentia.

Aduertendum tamen eſt, quòd talis infamia ad hoc, vt irregularitatem inducat debet eſſe Canonica explicitè, vel implicitè eo modo, vti ſupra explicatum eſt: nam quotieſcumque pœna infamiæ inflicta eſt in iure ciuili, & ab Eccleſia non ſit reuocata, tunc etiam intelligitur eſſe tanquam Canonica .i. ab Eccleſia admiſſa, & acceptata: & ratio huius eſt, quia ad hoc, vt infamia inducat irregularitatem debet eſſe ab Eccleſia admiſſa: nulla enim irregularitas incurritur, niſi ſit lata in iure Canonico, vt ex ſupradictis clarè patet: ideo, &c.

16 Infamia facti quãdo inducit irregularitatem.

Inſuper dicimus, quòd etiam infamia facti, proueniens ex delicto, cui in iure impoſita erat pœna infamiæ, ipſo facto incurrenda, facit hominem irregularem, & inhabilem ad Ordines Eccleſiaſticos recipiendos, quamdiu delinquens non fuerit à tali infamia contracta per pœnitentiam, & emendationem legitimè purgatus: nam facta emendatione, & ceſſato ſcandalo, tollitur infamia facti, & irregularitas ex ea conſurgens: quia remota cauſa remouetur effectus, & res per quas cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur c. Cum ceſſante: de Appellat. cùm autem irregularitas facti naſcatur ex delicto ſequitur, quòd ſublato delicto, per emendationem diſſoluitur: ita Nauar. c.27. n.204. Suar. ſupra nu.8. Filliuc. tr.19. c.8 n.221. Reginald. lib.30. n.196. Bonac. D.7. q.3. p.1. n.5.

Facta emendatione ceſſat etiam irregularitas facti. c. Cùm ceſſante de Appellat. Nauarrus. Suar. Filliucius. Reginald. Bonacina.

17 Limitatio aſſertionis.

Dixi autem in aſſertione (*Ad recipiendos Ordines*) quia infamia iſta facti præcisè non impedit exercitium Ordinum ſuſceptorum, dum non eſt per iudicis ſententiam declarata, niſi quando crimen commiſſum ſit tale, vt impediat etiam exercitium Ordinum, inducendo irregularitatem ipſo facto, quale eſt peccatum homicidij, ſiuè mutilationis membrorum: hereſiæ formalis, aut ſi durante vinculo cenſuræ in Sacris adminiſtraſſet, tunc enim ipſo facto eſſet irregularis abſque alia iudicis declaratione, vt ſuo loco videbitur: ita Azorius 2.p. lib.6. c.7. q.3. Tolet. lib.1. c.69.& 74. Suarez, Filliucius, & Bonac. cùm alijs ſupracitatis.

Peccata, quæ impediunt exercitiũ Ordinum, quæ. Azorius. Tolet. Suarez. Filliucius. Bonacina.

18 Infamiæ irregularitas dupliciter tolli poteſt. Primo per diſpenſationem Pontificis.

Irregularitas iſta contracta ex infamia ſiuè iuris, ſiuè facti eo modo, vti ſupra explicatum eſt: dupliciter tolli poteſt: Primo per diſpenſationem directam Summi Pontificis, qui habet ſupremam, & abſolutam poteſtatem tollendi omnem, & quamcumque irregularitatem: nam cùm pœna irregularitatis impoſita ſit ex iure Eccleſiaſtico, ſequitur Summum Pontificem poſſe eas tollere, vel auferendo infamiam, vel in ea diſpenſando ad Ordines Eccleſiaſticos licitè recipiendos, vel exercendos; nullus autem inferior Summo Pontifici poteſt directè hoc facere, quia nemo poteſt in iure Canonico communi diſpenſare, niſi Summus Pontifex, qui habet ſupremam poteſtatem in Dei Eccleſiam militantẽ, tanquam Chriſti Domini immediate vicarius: ita Suarez. D.48. ſect.2. n.91. Sayr. lib.7. c.11. n.13. Filliuc. d.c.8. n.223. Maiol. lib.3. de Irreg. c.1. num.15. Henriq. lib.14. c.5. §.3. & Bonac. D.7. q.3. p.1. num.9.

Suarez. Sayrus. Filliucius. Maiolus. Henriquez. Bonacina.

19 Principes ſæculares quomodo tollunt infamiam.

Dixi autem (*Directè*) quia quandòque poteſt Rex, ſiuè alius ſæcularis Princeps abſolutus tollere irregularitatem procedentem ex infamia iuris ciuilis, non per diſpenſationem: ſed indirectè tollendo infamiam contractam ſecundum ius ciuile: clarum enim eſt non poſſe Principem ſæcularem aliquo modo in irregularitatem diſpenſare, aut illam tollerare directè, hoc enim ſolùmodò ſpectat ad Summum Pontificem: ſed, quia poteſt Princeps ſæcularis auferre infamiam inductam per ius ciuile, qua ſublata Eccleſia tollit irregularitatem, quæ mediante tali infamia, talis indignus fuerat effectus ad Eccleſiaſticos Ordines, ideòque Princeps ſæcularis non tollit irregularitatem directè, ſed indirectè: Eccleſia autem tollit directè, eo modo vti ſupra explicatum eſt. Ita Suarez D.48. ſect.2. n.9.& 10. Filliuc. tr.19. c.8. n.224. Bonac. D.7. q.3. p.1. n.6.

Tollendo infamiã indirectè tollunt irregularitatẽ. Suarez. Filliucius. Bonacina.

20 Infamis Canonicas à Principe ſæculari tolli non poteſt.

Verùm eſt tamen non poſſe aliquo modo ſæcularem Principem tollere infamiam, quæ immediatè per ius Canonicum fuit inducta: vt eſt infamia contracta ab hæreſi, vel infamia eius, qui ſimul cõtraxit cùm duabus vxoribus viuentibus, infamia vſurariorum, ſodomitarum, ſimoniacorum, & ſimilium; non enim talis Princeps poterit tales infamias tollere, cum tales infamiæ immediatè inductæ ſint ab Eccleſiaſtico iure; ſed ſolùm poterit tollere infamias illas, quæ ſolo iure ciuile ſunt inflictæ, quamuis ab Eccleſia permiſſæ; prout benè aduerterunt Suarez, cum alijs ſupracitatis, quibus addo Sayrum lib.7. c.11. n.14.

Suarez. Sayrus.

21 Quæ irregularitates tolluntur per Baptiſmum.

Secundo irregularitas illa, quæ procedit ex delictis commiſſis tempore infidelitatis totaliter tollitur virtute Sacramenti Baptiſmi; cùm enim tunc talis renaſcatur in nouam vitam ſpiritualem, & ex filio veteris Adæ efficiatur filius Dei virtute Sacramenti regenerationis, ſequitur, quòd nulla infamia delicti commiſſi remaneat poſt Baptiſmum; nam infamia ſequitur peccatum: ſed per Baptiſmum tolluntur omnia peccata: in renatis enim nihil odit Deus, ideòque tollitur etiam omnis infamia, quæ propter huiuſmodi peccata procedebat: quare quicumque homicidia, ſiuè fur, &c. recepto Baptiſmo non eſt ampliùs, neque infamis, neque irregularis: prout omnes communiter fatentur, vt Suarez D.48. ſect.2. n.11. Syluest. verb. Baptiſmus 6.n.2. Angelus 7.n.4. Tabiena 8. in fine Filliuc. d.c.8. n.225. & Bonac. D.7. q.3. p.1. n.6. alijque communiter.

Suarez. Syluester. Angel. Tabiena. Filliuc. Bonacina.

22 Irregularitas iuris Canonici nõ contrahitur ab infideli.

Dixi (*Irregularitatem tolli, quæ procedit ex infamia facti*) nam irregularitas illa, quæ procedit ex iure Canonico propriè, & verè nõ tollitur, eò quòd infidelis ante Baptiſmum non afficitur irregularitate inducta ex Canonico iure, neque talem infamiã contrahit, cùm iuri Canonico adhuc ſubiectus non ſit, ideòque nullam infamiam, nec irregularitatem contrahit ante Baptiſmum, neque illam contrahit ex Baptiſmo, quia Eccleſia non punit delicta ante Baptiſmum commiſſa: prout probant Suarez cùm Filliuc. & Bonac. locis ſupracitatis.

Suarez. Filliuc. Bonacina.

23 An tollatur infamia iuris ciuilis? Reſolutio.

Solum eſt difficultas de infamia iuris ciuilis: an talis infamia mediante Baptiſmo tollatur?

Reſpondetur diſtinguẽdo, vel enim talis infamia contracta eſt ſecundum leges Chriſtianorum, quibus huiuſmodi infideles, tunc erant ſubiecti, prout ſunt modo Iudæi Romæ, & alij infideles alibi exiſtentes, tanquam vaſſali alicuius Principis Chriſtiani: quare ſi aliquis ex illis aliquando publicè fuiſſet fruſtratus, aut poſitus in berlina tanquam fur, &c. ſi poſtea talis baptizetur, non remanet purgatus de

illa

Digitized by Google

illa infamia, niſi cùm eo benignè diſpenſatum eſſet de infamia poſt Baptiſmum.

24 *Bigamia non tollitur.* Similiter etiam dicendum eſt de irregularitate contracta propter bigamiam: qui enim matrimonium contraxit cùm duabus fœminis remanet etiam bigamus poſt Baptiſmum, vt in capitulo de bigamia explicatum eſt: quod idem dicendum eſt de irregularitatibus prouenientibus ex defectu, vel deformitate corporis, non enim hæc tollitur per Baptiſmum, ſed remanet eodem modo durante tali defectu, ſeù monſtruoſitate, vt in proprio loco explicatum eſt ſupra.

Defectus, & monſtruoſitas neq; tollitur.

25 *Infamiæ ſecũdum leges Gẽtiũ, nõ remanent poſt Baptiſmum.* Quando autem talis infamia proueniret ſecundum leges Gentium: tunc talis infamia non remaneret poſtquam talis eſſet baptizatus: & ratio huius eſt, quia talis perſona mediante Baptiſmi Sacramento omninò mutauit conditionem, & non remanet ampliùs infamis ſecundum leges Gentium, ideòque non exiſtimatur irregularis: prout dicunt Suarez loc.cit.n.13.in fine, & Filliuc. loc.cit. num.217.cùm alijs.

Suarez. Filliuc.

26 *Quomodo intelligẽdi ſunt Canones loquentes de infamia.* Quare, quando Canones dicunt: omnes illos eſſe infames, quos leges ciuiles infames faciunt, videntur planè loqui de legibus ciuilibus, quibus Principes, vel Reſpublicæ Chriſtianæ vtuntur, & de infamia ciuili, quæ intra ipſamet Eccleſia exiſtit: nam iſta eſt, quæ in exiſtimatione habetur, & quæ indecentiam ſecum affert ad Ordines: illa autem, quæ omninò foris eſt, & inter infideles, nec conſideratur, neque in aliqua exiſtimatione habetur poſt Baptiſmum, maximè cùm infamia inter infideles ſæpè ſit irrationabilis, & ſine ſufficienti fundamento.

27 *Omnes infames durante infamia ſunt irregulares vbicũq; ſint.* Ex dictis ſequitur, quòd omnes infames, durante tali infamia, ſunt irregulares ad omnes, & quoſcumque Ordines ſuſcipiendos, non ſolùm in loco vbi contraxerunt infamia, ſed etiam alibi, vbicumque ſe transferant: & ratio huius eſt, quia irregularitas eſt impedimentum perſonale, ſequens perſonam in quocumque loco ſit, ideòque inualida eſt collatio illi facta cuiuſcumque beneficij Eccleſiaſtici, durante tali irregularitate ex infamia: omnis enim collatio beneficij facta perſonæ irregulari ipſo iure eſt irrita, & nulla: prout dicunt Azorius 2. p.lib.6.c.7.q.35. Auila p.7.D.4.d.7.& Garcias de benef.p.7.c.8.n.38.

Collatio beneficij facta irregulari eſt inualida.

Azorius. Auila. Garcias.

28 *Infamia contracta ſine peccato.* Vltimò tandem dicimus, quòd irregularitas iſta ex infamia aliquando contrahi poteſt ſine propria culpa, vel ratione originis, prout ſunt filij illegitimi, ſiuè naturales, ſiuè ſpurij, de quibus loco ſuo iam dictum eſt, ſic etiam filij alicuius proditoris Principis, vel alicuius Cardinalis S.R.E. cui pater illius manus violentas iniecit, qui omnes dicuntur infames ob delictum parentis, etiam ſi illius filius non habuiſſet partem in crimine patris: ſic etiam filij hæreticorum, qui licet abſolutè non ſint infames, ſunt tamen irregulares, vel poſſunt dici infames tantùm ad ordinem beneficij ſecundum irregularitatem in iure expreſſam: prout dicunt Suarez D.48.ſect.3.n.2.& Filliuc.d.tr.19.c.8.n.230.

Suarez. Filliuc.

29 *Irregularitas ex arte infami contracta, quæ.* Poterit inſuper irregularitas iſta infamiæ contrahi quandoque ex vili conditione perſonæ, quæ oritur ex vſu artis infamis, & muneris ignominioſi, vt eſt ars hiſtrionis, quales ſunt illi, qui perſonati in ſcenis fabulas agunt, ſiuè per exercitium artis gladiatoris, carnificis, macellarij, tabernarij, mimi, & huiuſmodi, qui per tales artes redduntur infames, & indigni, vt ad Ordines clericales, deindè licitè ſine diſpenſatione poſſint promoueri.

30 Quod idem ſimiliter dicendum eſt de illis, qui matrimonium contraxerunt cùm aliqua meretrice publica, ſiuè publica ſcenica, & fabulatrice, aut mima, aut huiuſmodi muliere infami, quia tunc maritus illius ratione infamiæ vxoris contrahit eius infamiam, & non poteſt ad Ordines licitè promoueri, ratione irregularitatis contractæ ex infamia: ità Suarez, & Filliucius locis ſupracitatis; & hæc de irregularitate contracta ex infamia.

Irregularitas, quæ cõtrahitur ex matrimonio.

Suarez. Filliuc.

DE IRREGVLARITATE, quæ contrahitur propter Sacramenti Baptiſmi reiterationem.

CAP. II.

QVoniam Sacramenti Baptiſmi vſus dupliciter conſiderari poteſt paſſiuè videlicet, & actiuè, ideoque de vtroque vſu in hoc præſenti capitulo ſpecialiter eſt dicendum, quo ad irregularitatem incurrendam ex illicita iteratione talis Sacramenti, tàm paſſiuè recipiendo, quàm actiuè miniſtrando, nam Eccleſiæ prohibitio non ſolùm refertur ad recipientes, ſed etiam ad adminiſtrantes: quare primò loco dicendum eſt de receptione paſſiua. 1

Vſus Baptiſmi duplex actiuus, & paſſiuus.

Dico ergo primò, omnis, & quicumque, qui ſcienter, & voluntariè permittit ſe rebaptizari, poſtquam ſemel fuit legitimè baptizatus mortaliter peccat, faciendo contra ius Diuinum, & Eccleſiaſticum, reiterando Sacramentum irreiterabile, ac inſuper irregularitatem ipſo facto incurrit, in qua ſolus Papa diſpenſat, imò toties irregularitatem incurret quoties ſcienter permittit ſe rebaptizari. 2

Reiterans Baptiſmũ ſcienter fit irregularis.

Quare rationabiliter ab Eccleſia Sancta Dei per Sanctiones Canonicas cõtra huiuſmodi ſcelus perpetrantes inflicta eſt irregularitatis pœna ipſo facto incurrenda, quæ toties multiplicatur, quoties quilibet ſemel baptizatus permittit ſe iterum, atque iterum rebaptizari: & ratio huius eſt, quia quoties Sacramentum Baptiſmi paſſiuè reiteratur, toties multiplicatur culpa, propter quam impoſita fuit talis irregularitas: quare in can. Confirmandum D. 50.abſolutè dicitur. *Numquam eſt permittendum, vt rebaptizati ad clericatus Ordinem promoueantur.* Quod idem habetur ex can. Qui bis de conſ. D.4. vbi dicitur: *Qui bis eſt baptizatus ſecundum Canones ordinari non poteſt:* & in can. qui in quolibet 1.q.7. dicitur: *Baptiſmi reiterationem non ſolum impedire receptionem Ordinum, ſed etiam executionem:* Patet hoc ex c.Litterarum de Apoſt.& eſt communis ſententia: Couar.in clement.ſi furioſus p.1 n.8.Nauar. cap.27.n.246. Suarez tom.3.de Sacr.D.31.ſect.6.& tom.5.de cenſ.D.42.ſect.1. Coninch.D.18.d.5.nu. 34 Nugn.in 3.p.q.66.A.9.concluſ.4. Filliuc. tom.1. tr.20.c.6.n.164. Tolet. lib.1.c.70.& Bonac.tom.1. D.7.q.3 p.3.n.1. 3

Hæc irregularitas multiplicatur quoties reitera Baptiſmum.

Can. confirmandum.

Can qui bis.

Can. qui in quolibet.

c.Litterarũ.

Couar. Nauar. Suarez. Coninch. Nugn. Filliucius. Tolet. Bonacina.

Hæc autem irregularitas inflicta eſt ab Eccleſia propter reuerẽtiam Sacramenti Baptiſmi, quod dicitur, & eſt Regenerationis Sacramentum: vndè quemadmodum non poteſt homo corporaliter natus, iterum regenerari, & renaſci, ita nec ſpiritualiter iterum regenerari poteſt: Baptiſmi autem Sacramentum inſtitutum eſt ad delendum originale peccatum, quod ſemel tantum cõtrahitur, ideoq; dixit. Apoſt. ad Hebræos c.6 *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, hoc eſt, mediã e receptione Baptiſmi iterũ renouari ad pœnitentiam.* Qui ergo reiterat Baptiſmũ iniuriã facit Sacramento, & ita ſe gerit in tali facto, ac ſi eſſet extra Eccleſiam: ideoq; rationabiliter ab 4

Quare iſta irregularitas inflicta eſt.

Prima ratio.

Secũda ratio.

Ad Hebr. c.6.

Per reiterationẽ Baptiſmi fit iniuria Sacramento.

Eccleſia pœna irregularitatis eſt impoſita contra tale ſcelus perpetrantes, in qua ſolus Papa diſpenſat, quamuis in foro conſcientiæ tantùm, quando eſſet peccatum ſecretum poterit Epiſcopus diſpenſare virtute conceſſionis Trident. Concilij ſeſſ.24. cap.6.

In foro conſcientiæ poteſt Epiſcopus diſpenſare. Concil. Trid.

5 Quæritur ſecundò: an ignorantia aliquando excuſet ab hac irregularitate incurrenda?

Quæſitum 5. Ignorantia facti inuincibilis excuſat.

Reſpondetur diſtinguendo de ignorantia iuris, vel facti: quare quando ignorantia facti fuiſſet in cauſa, maximè quando eſt inuincibilis, tunc ex iteratione Baptiſmi non contraheretur irregularitas: & ratio huius eſt, quia cùm talis pœna contrahatur ex delicto, & culpa, à qua ignorantia facti inuincibilis excuſat, ideòque infantes ſi tempore infantiæ fuiſſent ab aliquo rebaptizati non eſſent aliquomodo irregulares, eò quia in caſu propter defectum rationis vſus non peccauerunt: quod idem dicendum eſt de adulto, qui neſciebat ſe antea fuiſſe baptizatum: Ità communiter omnes Doctores, prout dicunt Suarez d.c.3 D.31.ſect.6. de Baptiſmo, Nauar. cap.27. num.246. Syluester verb.irregularitas. quæſt.4 Sayrus lib.7 cap.8.num. 10.Auila p.7. D.7. d.2.Filliucius tom.1.tr.20.cap.6. num.165.

Infantes excuſantur.

dultus qui excuſatur.

Suarez. Nauarrus. Syluester. Sayrus. Auila. Filliuc.

6 Verum eſt tamen, quòd ſunt aliqui Doctores, qui aliud exiſtimare videntur, exiſtimantes omnes rebaptizatos eſſe irregulares, etiam ſi per ignorantiam, ſiue inaduertentiam talis rebaptizatio fuiſſet facta, & ratio iſtorum eſt, quia irregularitas etiam contrahi poteſt ſine culpa propria: ità D. Ant.3. p.tit.14. cap.13. §.12. cùm alijs: His tamen non obſtantibus communis opinio oppoſitum docet, quia ignorantia facti probabilis, ſiuè inuincibilis, ſicut excuſat a culpa, ità ab irregularitate, nam hæc non contrahitur, niſi per culpam.

Opinio D. Anton. reijcitur.

7 Quando autem ignorantia talis fuiſſet culpabilis, ſiuè vincibilis, qualis eſt ignorantia craſſa, & ſupina: tunc concedimus, quòd talis rebaptizatus eſſet effectus irregularis, quia tunc talis ignorantia, ſicuti non excuſat à culpa, ità neque ab irregularitate, quæ mediante tali culpa contrahitur: ità Scotus in 4. D.6. quæſt.8.Nauar. cap.27. num.246. Toletus lib.1. cap.70. §.2. Syluester verb. irregularitas §.6.

Ignorantia craſſa, & ſupina non excuſat.

Scotus. Nauar. Toletus. Syluester.

8 Ex quo ſequitur, quòd ille, qui iterum baptizatus eſt propter ignorantiam craſſam, quia tenebatur inquirere: an antea fuiſſe baptizatus, dum talis veritas moraliter ſciri poterat, ſed propter negligentiam noluit ſcire, ideòque non excuſatur à culpa, neque ab irregularitate: quamuis talis culpa non fuiſſet ità grauis, ſicut illius, qui ſciebat, & voluntariè ſe rebaptizari permiſit, ideòque cùm huiuſmodi faciliter diſpenſari poterit à tali irregularitate incurſa, & ita intelligenda ſunt verba illa Canonis: qui bis de conſec.D.4.prout aduertit Tolet.d.lib.1.c.70.§.2.in fine.

Senſus Canonis. Qui bis. Toletus.

9 Ignorantia autem iuris in hoc caſu non excuſat, eò quod talis ignorantia culpabilis eſt, nam quilibet adultus ſcire tenetur, ſemel tantùm Baptiſmi Sacramentum à quolibet licitè ſuſcipi poſſe, cùm ſit Sacramentum omnino irreiterabile; quare talis ignorantia ſecundum probabiliorem opinionem, non videtur excuſare poſſe, ſaltem in foro exteriori, & maximè quando talis ignorantia fuiſſet tantùm pœnæ, quando videlicet aliquis ſciuiſſet illicitam eſſe iterationem Baptiſmi, non tamen ſciuiſſet impoſitam eſſe irregularitatis pœnam, quia tunc non ſolùm in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ non eſſet aliquo modo ab irregularitate incurrenda excuſatus: quia irregularitas non eſt cenſura, ſed pœna in iure poſitiuo impoſita, conſequens talem culpam, prout dicunt Scotus in 4. D.6. q.8.Richard.A.4.q.2.Palud.q.4.A.1.concl.2.Syluest. verb.Baptiſmus 5.q.3.Sayr.lib.7.c.8.n.13.& 14.Tolet. d.lib.1.cap.70. & Filliucius tom.1. tr.20. cap.6. num.167.

Ignorātia iuris non excuſat.

Saltem in foro exteriori.

Scotus. Richard. Paludanus. Syluester. Sayrus. Tolet. Filliuc.

10 Sed difficultas eſt: an ille, qui ignoranter baptizatus fuit, ſed poſtea ratum habuit tale factum: effectus ſit irregularis?

De illo, qui poſtea ratam habeat rebaptizationem. Reſolutio eſt negatiua.

Reſpondetur negatiuè, & ratio huius eſt, quia talis in tali actione, quando fuit rebaptizatus non peccauit, eò quod neſciebat ſe antea fuiſſe baptizatum: quod autem poſtea ratam habuiſſet talem actionem, licèt ex tali complacentia peccaſſet, non tamen indè ſequitur, quod effectus ſit irregularis, quia talis conſenſus non efficit priorem actionem culpabilem, ſed tantùm eſſet tunc nouū peccatum commiſſum, cui tamen in iure non eſt impoſita irregularitas: Exemplum patet de illo, qui caſualiter, & omninò inculpabiliter aliquem occidiſſet, ſi dei..dè viſo effectu gaudeat, & ratam habeat mortem illius, non efficitur irregularis propter talem complacentiam, poſtea ſubſecutam: ſufficit enim, quòd in actu homicidij non peccaſſet: ita in caſu noſtro de Baptiſmo ſuſcepto ſine peccato: ità Suarez tom.3. de Sacr. D.31.ſect.6.& Filliuc.tom.1.tr.20.c.6.n.163.

Exemplificatur dictum.

Suarez. Filliuc.

11 Ex quo ſequitur, quòd infans, qui rebaptizatur ante vſum rationis, aut adultus, qui rebaptizatur tempore, quo dormiebat, aut non erat mente compos, non efficitur irregularis, etiam ſi poſtea, acquiſito vſu rationis, ratam habeat talem rebaptizationem, nam talis ratihabitio eſt quid poſterius facto: irregularitas autem ſolummodò impoſita eſt contra illum, qui voluntariè ſe permittit rebaptizari: ità Henriq.lib.14.cap.4. num.3.Sayrus lib.7.c.8.num.10.Suarez tom.5.D.42. ſect.1.num.5. Nauar. cap.27. num.246 Auila p.7. D.7.d.2. Filliucius d. tr.20. cap.6. num.168. & Bonacina de cenſ. D.7.q.3.p.3.num.2.

Henriquez. Sayrus. Suarez. Nauar. Auila. Filliucius. Bonacina.

12 Secundo ſequitur: eum, qui per metum, & vim rebaptizatur, ſi habet intentionem recipiendi denuo Baptiſmum effici irregularem: & ratio huius eſt, quia conſentiendo ad receptionem talis Sacramenti peccat mortaliter, nam vis, & coactio non poſſunt aliquem adſtringere ad intentionem internam, nam in caſu poterit talis internè non conſentire ad talem actionem peccaminoſam, quare quando quis per metum grauem cogatur ad exteriorem receptionem Baptiſmi, modo non ſignificet ſe exterius conſentire, non peccabit, neque efficeretur irregularis, quia Baptiſmus ſine intentione recipientis non eſt validus: prout dicunt Suarez, & Bonac.cùm omnibus ſupracitatis.

De illo, qui per vim, & metum rebaptizatur.

Suarez. Bonacina.

13 Dico ſecundò, quòd quicumque adultus, qui ſcienter, & ſine vrgentiſſima neceſſitate permittit ſe baptizari, ab hæretico, ipſo facto efficitur irregulare, quòd factum eſt in odium hæreſis, & voluntariæ ſuſceptionis Baptiſmi ab hæretico, ideòque tantùm hæc irregularitas comprehendit adultos, ſcienter ab hæreticis baptizatos: ſi autem, quis adultus fuiſſet in mortis articulo, & non eſſet alius præſens, niſi hæreticus, qui promittat ſe, velle illum baptizare, ſecundum ritum, & intentionem Eccleſiæ Catholicæ, tunc poterit licitè, ſe permitti ab illo baptizari, quia neceſſitas non habet legem: prout colligitur ex can. Placuit, & can. Qui apud. 1. quæſt.4. ità Suarez tom.5. D.42.

Adultus baptizatus ab hæretico efficitur irregularis.

Niſi neceſſitas eſſet in cauſa.

Can. Placuit. Ca. qui apud. Suar.

Digitized by Google

Reginaldus. Filliuc. Toletus. Bonacina. D.42.ſect.1.num.11.Reginald.lib.30.tr.2.num.180. Filliuc.tr.20.c.6.n.172.Tolet.lib.1.c.70. §.6. Bonac. de cenſ.D.7.q.3.p.3.n.13.

14 Quādo datur excuſatio. Verum eſt tamen, quòd ſi adultus inculpabiliter aliquando fuiſſet ab hæretico baptizatus, eò quod neſciebat talem eſſe hæreticum, aut habebat neceſſitatem recipiendi Baptiſmum ab illo, tunc non eſſet irregularis, quia tunc talis irregularitas videtur fuiſſe impoſitam in pœnam delicti, pœna autem ſupponit culpam, ideòque in caſu nulla eſſet irregularitas incurſa, vt ex ſupradictis patet, & omnes communiter Doctores ſupracitati fatentur.

15 Dubitatio. Sed hic occurrit vna difficultas: an ille, qui differt Baptiſmum vſque ad ſenectutem, vel vſque ad periculum mortis fiat irregularis ad Ordines ſuſcipiendos?

De illo, qui differt Baptiſmum vſq; ad finem vitæ. Reſpondetur, quòd talis ſecundum Canones non poterit licitè ad Ordines promoueri, ſi vixerit eò quod fides illius præſumitur non voluntaria, ſed coacta ex neceſſitate: præſumitur enim, qui potuit, & debuit ſanus baptizari, & diſtulit, poſtea verò infirmitate coactus Baptiſmum ſuſcepit deliquiſſe; ideòque in Concilio Neocaſarienſi c.12. & Can. ſi quis D.57. refertur in Sacros Canonibus. can. ſi quis D.57. vbi dicitur: *Huiuſmodi ordinari non debere, eo quod videatur non voluntariè fidem ſuſcepiſſe, ſed coactè:* quare tales non poſſunt licitè ad Ordines promoueri, niſi paruitas miniſtrorum Eccleſiæ aliquando id expoſceret, aut talium vita, & fides fuerit benè probata poſt Baptiſmum: ideòque in caſu videtur neceſſaria eſſe diſpenſatio Epiſcopi: ità Suarez D.42. ſect.1. num.5. & 6. Sayrus lib.7. cap.8. num. 30. Filliucius tr.20. cap.6.num.171. Reginaldus lib. 30.tr.2.num.179.Tolet.lib.1.cap.70. §.6. D.Anton. 3. p. tit.18. cap.6. §.2. Syluester verb. irregularitas quæſt.21. Angelus num.55. Bonacina D.7. quæſt.3. p.3.num.11.

Suar. Sayrus. Filliucius. Reginaldus. Toletus. D.Anton. Syluest. Angelus. Bonacina.

16 Limitatio aſſertionis. Hoc autem intelligendum eſt de adultis, qui ſine cauſa diſtulerunt receptionem Baptiſmi vſque ad ſenectutem, vel periculum mortis, vt liberius viuerent, non autem ſi hoc feciſſent ex neceſſitate, ſiuè rationabili cauſa, quare hæc irregularitas ad illam neophytorum videtur reduci, & non tollitur per receptionem Baptiſmi, eò quod contrahitur in ipſo actu Baptiſmi, verùm eſt tamen quòd talis irregularitas ad præſens non eſt amplius in vſu: ideo, &c. prout dicunt ſupracitati Doctores.

17 Reiterans Sacrum Confirmationis, vel Ordinis non efficitur irregularis. Notandum autem, quòd licèt per reiterationem Sacramenti Baptiſmi contrahatur irregularitas, non tamen hoc accidit per reiterationem reliquorum Sacramentorum, etiam irreiterabilium, ideòque reiterans etiam voluntariè Sacramentum confirmationis, ſiue eiuſdem Ordinis non efficitur irregularis, quamuis reiterans Sacramenta irreiterabilia mortaliter peccet toties, quoties propter irreuerentiam, & iniuriam, quam facit talibus Sacramentis irreiterabilibus, eò quod in receptione ipſorum imprimitur character indelebilis in ſuſcipientis anima, quare ſine graui culpa ſacrilegij iterari non poſſunt: non tamen propter eorum reiterationem incurritur irregularitas, quæ ſolùm propter reiterationem Baptiſmi contrahitur, prout dicunt Vgolin.de irreg. c.35.§.4. Suarez D.42. ſect.1. num.6. Auila p.7. D.7.d.5. & Bonac.de cenſ.D.7.q. 3.p.3.num.8.

Peccat tamē mort. toties, quoties.

Vgolinus. Suar. Auila. Bonacina.

18 Ratio aſſertionis. Ratio autem huius eſt, quia in iure talis pœna irregularitatis contra irreiterantes hæc Sacramenta non eſt ab Eccleſia inflicta, quæ ſolummodò per Baptiſmi reiterationem eſt impoſita: verùm tamen eſt, quod ſi quis voluntariè, & ſcienter hæc duo Sacramenta reiterauerit grauiter eſſet puniendus, & ſuſpendendus, alijſque pœnis ab Ordinario taxandis ſecundum qualitatem exceſſus: ità Filliuc. d.tom.1.tr.3.quæſt.5.num.54.& tr.9.cap.3.num.56. Reginaldus lib.30.tr.2.n.178.& Bonacina D.7.q.3. p.3.num.8.

Reiterans eſſet grauiter puniendus. Filliucius. Reginald. Bonacina.

His ergo abſolutis, & declaratis circa irregularitatem, quæ incurritur à rebaptizato ſcienter, dicendum eſt de miniſtratione actiua reſpectu miniſtri ſcienter aliquem rebaptizantis: Ideòque dicimus: non ſolùm effici irregularem ſcienter rebaptizatum, verùm etiam ipſum miniſtrum rebaptizantem, qui toties talem irregularitatem de nouo incurrit, quoties ſcienter aliquem baptizatum rebaptizare præſumit contra reuerentiam tanto Sacramento debitam, faciendo contra ius Diuinum, & Eccleſiaſticum: patet hoc ex c. Litterarum de Apoſt. & alibi: & talis eſt communis ſententia omnium Theologorum, & Summiſtarum, teſte Suarez tom.3. de Sacr. D.31. ſect.6.nu.6. & Filliuc. tom.1. tr.20. c.6.n.173. & Bonac.de cenſ.D.7. q.3. p.3.num.1.& nos pleniùs probauimus in tom.1.noſtræ Theolog.mor.tr.4.de Baptiſmo c.4.n.8.

19 De Miniſtro rebaptizāte.

Rebaptizans aliquē ſciēter efficitur irregulans.

c. Litterarū.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

Et quamuis in d.c. ſupra cit. de Apoſt.ſolummodò fiat expreſſa mentio de Accolyto miniſtrante ſcienter Sacerdoti rebaptizanti, qui in d.can.declaratur eſſe irregularis, quo ad Ordines promouendus, propter nefandum miniſterium miniſtrando ſcienter miniſtro rebaptizanti: ſi ergo Accolytus fit indignus ad Ordines propter talem cooperationem ſacrilegam: quanto magis erit irregularis ipſe miniſter principaliter agens; & rebaptizans, ideòque non eſt vlla dubitatio, quòd ipſe miniſter irregularis non efficiatur propter tale nefandum ſcelus.

20 Irregularitas de Accolyto extēditur ad miniſtrum.

Nec valet dicere, quòd argumentum à ſimili, vel à fortiori in irregularitatibus incurrendis non ſit efficax ad probandum, niſi adſit textus explicitè hoc declarans.

21 Obiectio.

Reſpondetur: tamen tale argumentum noſtræ aſſertionis, non eſſe in actionibus diſtinctis, ſed in eadem omninò actione, & in caſu fit comparatio acceſſorij ad ſuum principale, ideòque omninò vim ſuam retinet, quæ interpretatio iuris eſt, ſecundum ipſum ius, & per ſe rationi conſentanea, & verbis ipſius Pontificis: non enim indicauit ibi Pontifex: talem Accolytum eſſe dignum tali pœna irregularitatis ad Ordines propter cooperationem ſimpliciter, & per ſe, vt cooperatio eſt, neque propter miniſterium accidentale, ſed abſolutè propter tale ſcelus ab vtroque commiſſum, quòd multo magis conuenit baptizanti, quam illi inſeruienti, & adminiſtranti: quare rationabiliter communis Theologorum ſententia ità affirmat, & patet etiam ex communi vſu, & conſuetudine ità recepta, quæ optima legum eſt interpres: ità Suarez cùm alijs ſupracitatis. num.19.

Solutio.

Comparatur acceſſoriū ad ſuum principale.

Concluſio ex communi ſententia.

Suarez.

Quæritur autem: an iſta irregularitas, quæ contrahitur à rebaptizante, incurratur ipſo facto, an requiratur iudicis ſententia?

22 An incurratur ipſo facto?

Reſpondetur, quòd in foro conſcientiæ incurritur ipſo facto ante ſententiam declaratiuam iudicis, quia cùm ſit pœna priuatiua per ipſam legem potuit imponi, vt ipſo facto afficiat, & liget delinquentem ſtatim commiſſo delicto, & cùm ſit lex humana talis interpretatio ex communi Theologorum ſententia, & conſuetudine recepta, ſumenda

Reſolutio eſt affirmatiua.

Suarez. Filliucius.

da eſt : prout dicunt Suarez d.D.31.ſect.6.d.2.n.8. & Filliuc.d.tr.20.c.6.n.178.

An delictum debeat eſſe publicum? Prima opinio. Panormit.

23 Sed maius dubium eſt : an ad iſtam irregularitatem incurrendam requiratur delictum eſſe publicum, an verò ſufficiat ſecretum ?

Reſpondetur in hac difficultate, duas eſſe opiniones, quarum vna fuit Panormit. in d. c.2. cit. de Apoſt. notab.2. dicentis : hanc irregularitatem non incurri niſi quando peccatum commiſſum per actum rebaptizationis fuiſſet publicum, & notum, quando autem eſſet occultum: non incurritur, ideòque in caſu non indigere aliqua diſpenſatione ad ordines, quòd ita videtur exiſtimaſſe Syluester in verb. irregularitas num.4. ſed ſi hoc intelligant de Accolyto miniſtrante Sacerdoti rebaptizanti, poſſet talis ſententia cùm hac diſtinctione admitti, nam de miniſtrò rebaptizante ſecus eſſet dicendum ſecundum communiorem ſententiam.

Syluester. Reducitur ad bonũ ſenſum.

Secunda ſententia. Dominici à Soto Syluestri. Scotus.

24 Secunda ergo ſententia eſt Dominici à Soto in 4. D.3. A.9. Qui etiam citat pro ſe Syluester in verb. Baptiſmus 5. §.3. cùm alijs dicentibus : Miniſtros Sacramenti Baptiſmi, qui voluntariè, & ſcienter aliquem legitimè baptizatum iterum rebaptizare præſumpſerint ipſo facto effici irregulares, ſiuè delictum ſit publicum, ſiuè ſecretum, in quo ſolus Papa diſpenſat : Subtilis autem Doctor in 4. D.6. quæſt.8. cùm ſuis aſſeclis dicit vtroque modo incurri hanc irregularitatem à rebaptizante: ſed quando peccatum eſt publicum diſpenſatio ſpectat ad Summum Pontificem, quando verò eſt ſecretum, tunc in caſu poterit Epiſcopus diſpenſare ad Ordines ſuſcipiendos, quòd admittitur a Suarez in d. tom.3. D.31. ſect.6. d.3. maximè poſt Trid. Concil. ſeſſ.24. cap.6. vbi talis facultas diſpenſandi in irregularitatibus ocultis conceſſa eſt Epiſcopis, & talis videtur eſſe communis Theologorum ſententia.

Suar. Concil. Trid.

De rebaptizante intentione.

25 Dubitatur inſuper : an quis baptizat aliquem baptizatum animo non conficiendi Sacramentum incidat in irregulatitatem.

Reſpondetur,(ſequendo communiorem Theologorum ſententiam) coram Deo non incidere, eò quod talis actus non eſt conſumatus in ratione culpæ : actus enim exterior non eſt perfectus, niſi procedat ab interiori voluntate, cùm ergo in caſu deſinat intentio miniſtri non perficitur Baptiſmus, ideòque irregularitatem impoſitam contra rebaptizantes non incurrit, quia actus agentium non operantur vltra intentionem ipſorum : prout dicitur in l. Non omnis ff. de reb.crud. cùm ergo intentio rebaptizandi non ſit, talis irregularitas non contrahitur, ſaltem coram Deo, quamuis in foro Eccleſiæ poſſit exiſtimari tanquam irregularis, & puniri tanquam rebaptizator, niſi aliunde poſſet legitime probare ſuam intentionem non adiuiſſe : ita Suarez tom.3. de Sacr. D.3. ſect.6. d.4. §.10. Nauar.cap.27. num.246. & Filliuc. tom.1. tr.20.cap.6. num.79.

Actus agẽtiũ non operãtur vltra intẽtionẽ ipſorum. Leg. Nõ omnis ff.

Suarez. Nauarrus. Filliucius.

De baptizãte ſub conditione. Cõditionalis nihil ponit in eſſe.

26 Quæritur tandem : an, qui baptizat aliquem ſub conditione, ſi talis fuiſſet verè baptizatus efficiatur irregularis ?

Reſpondetur negatiuè, ſiuè talis conditio proferatur exteriùs, ſiuè tantùm fuiſſet mente concepta : nam propoſitio conditionalis nihil ponit in eſſe, quando ergo miniſter dicit : ſi non es baptizatus ego te baptizo, non intendit rebaptizare, ſi ille eſſet verè baptizatus : ita Henriquez lib.14. c. 4.num.3. Nugn.in 3.p.q.66.A.9.concl.6. Coninch. D.18. d.5.num.38. Suarez ſupra d.5.num.12. Maiolus lib.3. de irreg. cap.14. num.5. Reginald. lib.30. tr.2.n.173.Filliuc. d.tr.20.c.6.n.181. & Bonac. D.7. q.3. p.3.num.4.

Henriquez. Nugn. Coninch. Suarez. Maiolus. Reginaldus. Filliuc. Bonacina.

Si autem temerariè, nulla adhibita diligentia pro inquirenda veritate, illum ſic baptizaſſet ſub conditione : quamuis Soto in 4. D.3. A.9. exiſtimet talem non eſſe excuſatum ab irregularitate, eò quod taliter, ſic baptizans non excuſatur à peccato propter ſuam preſumptionem, & actum temerarium: alij verò probabiliùs dicunt : talem non eſſe irregularem, quia talis pœna non eſt impoſita contra peccatum temeritaris, ſed contra verè rebaptizantem, qui per appoſitam conditionem verè non eſt rebaptizator : ità Bonacina cùm alijs ſupracit. 27

De temerario baptizante. Opinio Soti. Aliorum opinio. Bonacina.

De baptizãte expoſitos.

Ex quo ſequitur : eum non eſſe irregularem, qui baptizat filios infidelium, ſiue expoſitos ſine vllo ſigno, teſtimonium perhibente de Baptiſmo talium infantium : eò quod licèt caſu aliquis illorum fuiſſet iam baptizatus adeſt tamen ignorantia facti reſpectu miniſtri, quæ excuſat à culpa : tum etiam, quia in caſu ſemper intelligitur forma data ſub tacita conditione, vt ſupra explicatum eſt. 28

De baptizãte contra conſcientiam.

Quod idem dicendum eſt, ſi quis aliquem baptizauit cùm conſcientia erronea, credens illum antea fuiſſe verè baptizatum, ſed deindè inuenitur, non fuiſſe baptizatum : tunc talis miniſter, licèt peccaſſet in actu baptizandi, faciendo contra dictamen conſcientiæ in re graui, non tamen effectus eſt irregularis : nam talis pœna inflicta eſt contra realiter rebaptizantes, & non contra facientes contra dictamen conſcientiæ: quando ergo talis baptizatus nunquam antea fuiſſet : miniſter non eſt effectus irregularis, prout benè aduertit Bonac. cùm alijs loc. ſupracitatis. 29

DE IRREGVLARITATE, quæ contrahitur in mala receptione ordinum contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum.

CAP. III.

Caſus 17. propoſiti à Doctoribus. Suarez. Filliuc.

PLurimi, varijque caſus à Doctotibus enumerari ſolent, in quibus videntur aliqui effici irregulares propter ſacrilegam, & indebitam receptionem Sacrorum Ordinum contra Canonicas ſanctiones, quapropter à Suarez de cenſ. D.42.ſect.3. & Filliuc. tom.1. tr.20.c.7. decem, & ſeptem caſus examinantur, & proponuntur : nos autem breuitati attendentes ad pauca capita principalia reducemus, eò quod multi ex illis non ad irregularitatem propriè dictam, ſed potiùs ad ſuſpenſionem pertinere videantur, quamuis poſtea taliter ordinati, & ſuſpenſione contracta, ſi ea durante miniſtrare præſumpſerint ipſo facto irregularitatem incurrent, de qua irregularitate in ſequenti capitulo eſt dicendum : ideoque. 1

Dubium Primum. Excommunicatus recipiẽs Ordines fit irregularis.

Primò quæritur : an excommunicatus maiori excommunicatione, recipiendo Sacros Ordines, dum eſt excommunicatus efficiatur irregularis ? 2

c.Cùm illorũ. Nauar. Syluester. Angel. Tabiena. Sayrus. Henriq. Maiolus.

Reſpondetur affirmatiuè (iuxta probabiliorem, & communiorem Doctorum ſententiam) quilibet enim ligatus cenſura excommunicationis maioris, ſiuè publica, ſiuè ſecreta recipiendo ſcienter, ſiuè cùm ignorantia culpabili affectata, ſiuè craſſa, & Supina Sacros Ordines irregularis efficitur ipſo facto : prout colligitur ex c. Cùm illorũ de ſent. excom. ita Nau.c.27.n.241. Sylu.verb. Irregularitas. q.2 Angel. n.22. Tabien. eodem verb.4.§.2. Sayr.lib.7.c.10. n.12. Henriq. lib.14. c.6.§.4. Maiolus. lib.4.c.34. de irreg.

Mart. Ledeſ. Valentia. Philiarchus. Toletus. Auila. Soto. Reginald. Rodriq. Alter. Sum. Cõfeſſ. Bonacina.

irreg. num.3. Mart.Ledeſm.2.4.p.q.26.A.2. Valent. tom.4. D.7. p.3. §.5. Philiarchus lib.4. c.12. num.1. Tolet. lib.1. c.71. Auila p.7. D.9.d. 6.concl.2. Soto in 4. D.25. q.1. A.3. verſic. in ordinatione: Reginald. lib.30. tr.2. num.181. Rodriq. in Sum. p.1. c. 168. concl.4. Alterius lib.2. D.1. c.1.col.8.Summa Confeſſ.tr.de irreg.c.20.& Bonac.de irreg. D.7.q.3. p.4.n.1.cùm alijs.

3 Opinio aliorum.

Dixi in aſſertione (*iuxta communiorem Doctorum ſententiam,*) quia ſunt nonnulli Doctores exiſtimantes: excommunicatos recipientes ſimpliciter Sacros Ordines, dum in illis poſtea non miniſtrent, non incidere ipſo facto in irregularitatem propriè dictam, ſed in ſuſpenſionem: quorum opinio non eſt improbabilis, nam in d.c.cùm illorum ſupra citato non ponuntur verba irregularitatis, ſed depoſitionis, quod magis videtur indentificari cùm ſuſpenſione, quàm cùm irregularitate, niſi quatenus in ſuſpenſione includatur quædam irregularitas generalis, nam, qui eſt ſuſpenſus, ſiuè depoſitus ab Ordine malè ſuſcepto non poteſt licitè in illo miniſtrare, ideòque licèt excommunicatus recipiendo Ordines mortaliter peccet, non tamen efficitur irregularis, niſi in ſuſceptis Ordinibus poſtea adminiſtret: nam irregularitas non eſt imponenda niſi ſit in iure Canonico expreſſa: ità Suarez D.42. ſect.3.num.2. Coninch.D.18. d.5.num.36. Barboſa de Poteſt.Epiſcop.p.2.allegat.47.n.2. Filliuc.tom.1. tr.20. c.7.n.192.

c.Cùm illorũ. Fundamentũ iſtius opinionis. Suarez. Coninch. Barboſa. Filliuc.

4 Concluſio. Satisfit fundamento ſuperioris ſententiæ.

His tamen non obſtantibus dicimus priorem ſententiam eſſe communiorem, & magis rationi conſentaniam: quia quamuis in Canone ſupracitato non ſit expreſſum verbum irregularitatis, ſed depoſitionis: hoc tamen nihil eſt, quia ſæpè ſæpius in iure Canonico depoſitio ſumitur pro irregularitate, quando materia eſt talis, prout explicant Doctores in prima opinione poſiti: & quamuis in textu videatur appoſitum verbum (*deponendos*) tamen ex antecedentibus, & conſequentibus conſtat, talem depoſitionem, ſeù irregularitatem eſſe latam, & non ferendam: prout explicant Henriq. d.n.4. lit.P.& Auila cùm alijs locis ſupracitatis.

Henriq. Auila.

5 Minori excõmunicatione ligatus nõ fit irregularis, ſed peccat.

Dixi inſuper: (*ligatum maiori excommunicatione,*) quia ſecundum communiorem ſententiam, ſi quis minori excommunicatione tantummodò ligatus initiaretur, non efficeretur irregularis, quamuis à peccato mortali non eſſet excuſatus, eò quod excommunicatio minor priuat licita receptione Sacramentorum abſque irregularitatis pœna: vt colligitur ex c.ſi celebret de cleric.excom.min. vbi decernitur, quòd *ſi iſte celebret, quamuis mortaliter peccet, non ſit tamen irregularis, ſi in minori excommunicatione recipiat Ordines:* ità Auila d.p.7. D.9. d.6. Concil.1.cùm alijs locis ſupracitatis.

Auila.

6 De Minorib. Ordinibus. Prima ſententia. Tabiena. Syluester. Henriq. Sayrus. Suarez. Nauar.

Addidi etiam particulam illam (*Sacros Ordines*) quia controuerſia eſt inter Doctores: an recipiens minores Ordines in excommunicatione maiori incurrat irregularitatem? quidam enim affirmant abſolutè, vt Tabiena verb. irregularitas 4. §.5. Syluest. quæſt.13. Henriquez, & Sayrus cùm quibuſdam alijs locis ſupracitatis, & Suarez tom.5. D.31. ſect.1. num.58. qui dicunt ità ſenſiſſe Nauarrus cap.25. num.72. quorum ratio eſt, quia textus ſupracitatus abſolutè loquitur de ſuſcipientibus Ordines in excommunicatione, & non diſtinguit inter maiores, & minores Ordines, ideòque exiſtimant, quòd recipientes Ordines in quacumque excommunicatione maiori,ſiuè minori cenſuram ſaltem ſuſpenſionis incurrunt.

Alij verò probabiliùs oppoſitum tenent, quò ad minores Ordines: nam ligatus excommunicatione maiori, recipiendo minores Ordines, vel primã tonſuram nõ incurrit irregularitatem, eò quod hæc irregularitas non eſt in iure expreſſa, prout dicunt Auila loc.cit. concl.3. & Rodriq.in Sum.c.168. concl.8. quòd etiam confeſſus eſt Nauarrus Conſil. 28. de ſent. excom. ad 2. q. vbi hoc eruditè probat: inclinat etiam Soto loc. cit. vbi poſtquam retulit ſententiam Syluestri dicentis eſſe irregularem eum, qui in excommunicatione etiam minori recipit Sacros Ordines, ſubiunxit dicens: ſed neſcio, quid veritatis habeat, quod etiam videtur ſentire Bonacina loc.cit.quare licèt vtraque opinio ſit probabilis, hæc ſecunda videtur probabilior, cùm non ſit eadem ratio de ordinibus maioribus, & minoribus. 7

Secunda ſententia negatiua. Auila. Rodriq. Nauar. Soto. Bonacina. Concluſio.

Secundò quæritur: an ſuſpenſus, vel interdictus, qui recipit Sacros Ordines in cenſura fiat irregularis? 8

Quæſitum 2. De alijs cenſuris. Prima ſententia.

Reſpondetur duplicem eſſe opinionem, quarum vna affirmat ſaltem de perſonaliter interdicto, quamuis de ſuſpenſione aliud ſentire videatur: dicunt enim Doctores iſtius ſententiæ, quòd ſi quis perſonaliter interdictus aliquem Sacrum Ordinem ſuſcipere præſumpſerit fit ipſo facto irregularis,quia ſicut excommunicatus priuatur licita receptione Ordinis, ità etiam, & perſonaliter interdictus: ità Auila de cenſ. p.7. D.9. d.6. concl.5. Henriquez lib. 13.c.43.n.3.& lib.14.c.6.n.4.Nauar.c.27.n.241. Syluest.verb irregularitas q.2.Couar.in c.Alma p.2.§ 2. n.3.Alterius de interd.D.9.c.1.col.11.Reginald. lib. 30.tr 2.n.182.

Auila. Henriq. Nauar. Syluest. Couar. Alterius. Reginald.

Ratio autem iſtorum eſt, quia in actu ſuſcipiendi Sacros Ordines exercetur ſolemniter actus Ordinis Sacri, quòd ſine violatione cenſuræ effici non poteſt, qui autem violat cenſuras per exercitium Ordinis incidit in irregularitatem, ideòque perſonaliter interdictus, qui durante tali cenſura ordinatur ipſo facto irregularis efficitur: hoc autem de ſuſpenſione non omnes admittunt, quamuis aliqui ex illis de vtraque cenſura affirment. 9

Fundamentũ iſtius ſententiæ.

Secunda ſententia eſt negatiua: dicit enim ſuſpenſum,vel interdictum ſimpliciter,recipiendo Sacros Ordines,licet mortaliter peccet faciendo contra præceptum Eccleſiæ,non tamen incurrit irregularitatis pœnam, niſi deindè durante tali cenſura, exerceat Sacros Ordines: & ratio iſtorum eſt, quia irregularitas incurri non poteſt, niſi ſit in iure expreſſa: nullum autem eſt ius imponens irregularitatis pœnam contra recipientes Ordines, niſi ſit excommunicatus: nam Canon ſupracitatus de cleric. excom.min. c.Cùm illorum: tantummodò loquitur de excommunicato, non autem de interdicto, ſiuè ſuſpenſo: in materia autem pœnali, & odioſa non eſt facienda extenſio: tum, quia ſuſceptio Ordinis non eſt functio Ordinis,prout Doctores prioris ſententiæ videntur ſupponere: ità Sayr. de cenſ.lib.7.c. 10.n.14. Suarez tom.5. D.31. ſect.1.nu.57.& D.42. ſect.3.n.2.Filliuc.tr.20.c.7.n.192.& Bonac.D.7.p.4. q.3.num.2. 10

Secunda ſententia. Ratio ſecundæ ſententiæ. Sayr. Suar. Filliucius. Bonac.

Notandum autem: non incurri irregularitatem ab eo, qui ſuſcipit Ordines, vel illos exercet in actu ſuſcipiendi, quando impoſita eſt excommunicationis ſententia contra illos, qui ordinantur contra Sacros Canones: nam talis excommunicatio ſupponit ſuſceptionem Ordinis, & eius functionem, cùm propter illam incurratur, & illam ſupponat tanquam cauſam, propterea delinquens eo tempore, quo ligatur excommunicatione, 11

Notandum. De illo, qui in actu ordinationis incurrit cenſuram.

Dd 3 non

non dicitur incurrere irregularitatem, quæ incurritur ab eo, qui iam excommunicatus eſt, & in excommunicatione ſuſcipit Ordines, aut ſolemniter illos exercet, ſed illam incurrit, ſi poſt illam actionem propter quam excommunicationem contraxit ſuſcipiat Ordines Sacros, vel illos exerceat: ità Leſſius lib. 2. de Iuſt. c. 13. d. 24. nu. 136. Suar. D. 31. ſect. 1. n. 17. & D. 41. ſect. 2. n. 2. Reginald. lib. 30. tr. 2. nu. 182. Coninch. D. 15. d. 1. num. 36. Filliuc. d. tr. 20. c. 8. quæſt. 23. & 4. & tr. 17. c. 10. quæſt. 8. num. 191. & Bonac. D. 7. q. 3. p. 4. n. 2. in fine.

Leſſius. Suar. Reginald. Coninch. Filliuc. Bonac.

12 Quæritur tertiò: an irregularis ſuſcipiens Ordines nouam irregularitatem incurrat?

Quæſitum 3.

Reſpondetur negatiuè: non enim talis noua irregularitas inuenitur taxata eſſe in iure Canonico, quare irregularis recipiens Ordines, vel celebrans, aut Sacramenta adminiſtrans non incurrit nouam irregularitatem, ſed remanet in eadem, qua prius erat ligatus, & toties peccat mortaliter, quoties huiuſmodi actiones Sacras facit contra præceptum Eccleſiæ: prout nos diximus ſupra in tr. 1. de irreg. c. 3. n. 5. ità Filliuc. ſupra num. 193. & Suarez D. 42. ſect. 3. n. 3.

Irregularis recipiens Ordines non incurrit nouam irregularitatem.

Filliuc. Suar.

13 Quæritur quartò: an qui furtiuè ſuſcipit Sacros Ordines fiat irregularis?

Quæſitum 4.

Reſpondetur, quod loquendo de illo, qui non admiſſus ſe ingerit cùm alijs ordinandis, ſiuè quia vſurpato nomine alterius perſonæ approbatæ eius locum fraudulenter occupat, ſiue quia ſub ſuo nomine facit alium examinare, & poſtea ipſe nomine proprio vocatus accedit ad Ordines: tunc taliter furtiuè ordinatus dicitur furari Ordines per fraudem receptos, & ſecundum iura punitur pœna irregularitatis, quam ſecundum probabiliorem ſententiam incurrit ipſo facto, prout colligitur ex c. vltimo de eo, qui furtiuè ſuſcipit Ordines, & explicat ibi Gloſſa ità Suarez D. 42. ſect. 3. num. 5. Sayrus lib. 7. cap. 10. num. 37. Henriquez lib. 14. cap. 6. §. 5. Maiol. lib. 4. de irreg. cap. 8. num. 9. Filliucius d. tr. 20. cap. 7. num. 195. Sum. Confeſſ. & Sum. Corona tr. de irreg. num. 19. & Bonacina D. 7. quæſt. 3. p. 4. num. 6.

De illo, qui furtiuè ordinatur.

Gloſſa. Suar. Sayr. Henriq. Maiol. Filliuc. Sum. confeſſ. Sum. Coron. Bonacina.

14 Verum tamen eſt, quòd diſpenſatio huius irregularitatis contractæ per talem furtiuam Ordinis ſuſceptionem commiſſa eſt Epiſcopo in d. c. vltimo de eo, qui furtiuè: ſi autem Epiſcopus ordinans ante ordinationem inceptam denunciauit excommunicationem ipſo facto incurrendam contra illos, qui furtiuè præſumant ad ordinandum accedere, ſicut communiter Epiſcopi, vt plurimùm, hoc facere conſueuerunt, & conſueſcunt conſequenter, qui talem fraudem faciunt ipſo facto excommunicationem latam incurrunt, & quia deindè in excommunicatione Ordines recipiunt, efficiuntur ipſo facto irregulares, in qua ſolus Papa diſpenſat, niſi taliter delinquens deindè fiat Religioſus, & in monaſterio laudabiliter vixerit, quia tunc poterit Ordinarius in tali irregularitate diſpenſare: prout habetur ex c. veniens de eo, qui furtiuè: ità Suarez cùm Filliucius, & Bonacina, cum alijs locis ſupracitatis: in delicto autem ſecreto in foro conſcientiæ poteſt Epiſcopus diſpenſare virtute conceſſionis: Trid. Concil. ſeſſ. 24. c. 6.

Diſpenſatio huius irregularitatis cõmiſſa eſt Epiſcopo. Quando ante ordinationẽ fulminatur excommunicatio.

Excommunicationem incurrunt furtiuè ordinantes.

c. Veniens. Suar. Filliuc. Bonac. Concil. Trid.

15 Quæritur quintò: an coniugatus in matrimonio conſumato, recipiens Sacros Ordines abſque vxoris conſenſu, & ſine legitima cauſa fiat irregularis?

Quæſitum 5. De cõiugato ſuſcipiẽte Ordines Sacros.

Reſpondetur affirmatiuè: talis enim non ſolum eſt ſuſpenſus ab Ordine malè ſuſcepto, ſed etiam remanet inhabilis, vt poſſit ad alios Ordines promoueri in pœnam delicti commiſſi: prout habetur ex c. Antiquæ concertationi de voto, & voti redempt. ideòque taliter ſic promotus ſolutus vinculo matrimonij non poteſt ad alios Ordines promoueri ſine Pontificis diſpenſatione, ideòque dicitur irregularis: ità Rebellus lib. 2. q. 12. nu. 13. Henriquez lib. 13. c. 39. n. 1. Sayrus lib. 4. c. 14. n. 28. Sanchez de mat. lib. 7. D. 42. Auila p. 7. D. 9. ſect. 1. d. 5. Bonac. loc. cit. n. 9.

c. Antiquæ.

Rebellus. Henriq. Sayr. Sanchez. Auila. Bonac.

16 Quæritur ſextò: an recipiens Sacros Ordines ab Epiſcopo hæretico, ſiuè publico excommunicato, vitando, ſiuè degradato, aut irregulari, ſiuè depoſito, & priuato totaliter à dignitate, & iuriſdictione Epiſcopali irregularitatem incurrat?

Quæſitum 6. De recipiẽte Ordines ab Epiſcopo excommunicato, &c.

Reſpondetur, quod talis ſic ordinatus, (propriè loquendo) non incidit in irregularitatem, ipſo facto, eò quod talis irregularitas non eſt adhuc in iure taxata, ſed in caſu talis ſic ordinatus peccat mortaliter, remanetque ſuſpenſus ab Ordine malè ſuſcepto, quia cùm talis Epiſcopus talibus vinculis ligatus careat executione Ordinis, quò ad ſe non poteſt talem executionem alijs conferre: ità Suarez D. 42. ſect. 3. n. 4. & Filliuc. d. c. 7. n. 199.

Suar. Filliuc.

17 Verum eſt tamen, quòd taliter ſic ſuſpenſus ab executione Ordinis, ſi in ſuſceptis Ordinibus ſolemniter miniſtrare præſumpſerit ante diſpenſationem obtentam, tunc ipſo facto efficeretur irregularis, de qua niſi a Romano Pontifice diſpenſari non poteſt, vt ex capitulo ſequenti videbitur clarius.

18 Iſti ergo ſunt caſus principales in quibus propter illicitam Ordinis ſuſceptionem videntur aliqui irregularitatem incurrere eo modo, vt in præcedentibus explicatum eſt: plurimi autem caſus proponuntur à Doctoribus, qui de hac materia tractant, in quibus nonnulli dicunt: clericos effici irregulares propter indebitam Ordinum ſuſceptionem: quare à Suarez, & Filliucius loc. infra citandi decem, & ſeptem enumerantur: inter quos ſunt ſequentes caſus vid.

De alijs caſibus ab alijs enumeratis.

Suarez. Filliuc.

19 Qui Ordinantur ante legitimam ætatem ſiuè per ſaltum vno, aut altero Ordine ſcienter dimiſſo, vel ſine litteris dimiſſorijs, vel falſificatis, vel ab Epiſcopo alieno ſine licentia proprij Epiſcopi, vel ſi quis recipiat Sacros Ordines extra tempora ſine diſpenſatione Pontificis, vel qui non adhuc confirmatus ordines ſuſcipit, & huiuſmodi, in quibus caſibus ſecundum rei veritatem non incurritur irregularitas, ſed ſuſpenſio ab Ordinibus malè ſuſceptis ipſo facto, qua durante, ſi miniſtrauerint tunc efficerentur irregulares, in qua irregularitate contracta ſolus Papa diſpenſat prout benè aduerterunt Suarez D. 42. ſect. 3. & Filliucius d. tract. 20. cap. 7. per totum.

Suarez. Filliuc.

DE IRREGVLARITATE, quæ contrahitur propter indebitum ordinum exercitium.

CAP. IV.

1 HÆc irregularitas, quæ ex indebito, illicitoque Ordinum miniſterio quandoq; contrahitur: duplici modo peruenire poteſt: primò, quando quis non ordinatus adminiſtrat in Ordine, quem non habet, ſecundò quando aliquis legitimè ordinatus, deindè aliqua cenſura ligatus miniſtrat in Ordinibus Sacris contra ordinem cenſuræ contractæ, qui per indebitum vſum, & exercitium talium Ordinum irregularis efficitur, ſecundum diſpoſitionem Sacrorum Canonum in pœnam talis delicti commiſſi, de quibus irregularitatibus in hoc præſenti capitulo

Duplici modo cõtrahitur iſta irregularitas.

Digitized by Google

capitulo eſt dicendum: quare circa primum modum de prima irregularitate.

2 *Primum quæſitum. Clericus non ordinatus miniſtrans in Sacramentis efficitur irregularis.*

Quæritur primò: an ille, qui miniſtrat in ordine, quem non habet efficiatur irregularis?

Reſpondetur affirmatiuè: quicumque enim Clericus, qui ſeriò ſcienter, ſolemniter ex officio miniſtrare præſumpſerit in Sacris Ordinibus, quos non habet, ipſo facto irregularitatem incurret, in qua quando delictum eſt publicum ſolus Papa diſpenſat, quando verò eſt occultum poterit in foro conſcientiæ Epiſcopus diſpenſare virtute conceſsionis. Trid. Concil. ſeſſ.24. c.6. patet hoc dictum noſtræ aſſertionis ex cap.1. & 2. de Cleric. non ord. min. vbi expreſsè dicitur (*Numquam talis ordinetur*) ita Suarez tom.5. de cenſ. D.11. ſect.3. nu.22. & D.42. ſect.4. nu.2. Nauar. c.27. nu.242. Sayr. lib.7. de cenſ. c.10. num.1. Mart. Ledeſm. 24. q.26. A.2. de irreg. Henriq. lib.14. c.6. §.1. Valentia tom.4. D.7. q.19. p.3. §.5. Maiolus de irreg. lib.4. c.13. Filliuc. tr.20. c.7. num.206. Reginald. lib.30. tr.2. nu.191. Tolet. lib.1. cap.72. Auila p.7. D.9. d.13. Bonacina D.7. q.3. p.6. num.1.

C.1. & 2. de clerico non ordin miniſt.

Suarez. Nauarrus. Sayrus. Mart. Ledeſma. Henriquez. Valentia. Maiolus. Filliucius. Reginaldus. Toletus. Auila. Bonacina.

Dixi in aſſertione (*Clericus,*) quia controuerſia eſt inter Doctores: an Laicus exercens officium Ordinis Sacri, quem non habet incurrat irregularitatem: quidam enim negant, quorum ratio eſt, quia talis irregularitas contra Laicos non eſt taxata in iure: nam iura tantummodò loquuntur de Clericis non ordinatis miniſtrantibus, patet hoc ex titulo dicti Canonis: cum ſimus in pœnalibus, & verſemur in materia odioſa non eſt facienda extenſio ita Angel. verbo irregularitas 1. nu.38. Sayr. lib.7. c.10. nu 6. Henriq. lib.14. c.6. nu.1. Reginald. lib.30. tr.2. nu.192. & inclinat Bonac. tom.1. D.7. q.3. p.6. nu.1. cum alijs, quos ipſi citant, quorum opinio in rigore iuris ſpeculatiuè videtur ſatis probabilis.

3 *An Laicus miniſtrans in Sacris fiat irregularis. Prima ſententia negatiua.*

Angelus. Sayrus. Henriq. Reginaldus. Bonacina.

4 *Secunda ſententia affirmatiua.*

Alij autem abſolutè affirmant de omnibus, tam Clericis, quam Laicis, nam Laici, qui miniſtrare præſumpſerint in Ordinibus Sacris, quos non habent, incurrunt irregularitatem totalem, quo ad omnes Ordines, tam ſuperiores, quam etiam inferiores, dicitur enim in Canone abſolutè (*non ordinentur,*) quæ locutio cum ſit negatiua, & indefinita æquiualet vniuerſali: ita Suarez tom.3. de Sacram. D.31. ſect.4. §. ſed quæres; & tom.5. de cenſ. D.42. ſect.4. nu.2. Sylueſt. verbo irregularitas q.12. n.14. Tabiena eodem verbo 4. nu.1. D. Ant. 3. p. de irreg. tit.29. c.1. Calderin. de Cleric. excom. min. cap.2. Palud. in 4. D.5. q.2. A.1. Nauar. cap.27. num.242. Maiol. lib.4. c.13. n.4. Valentia tom.4. D.4. q.2. p.1. Auila p.7. D.9. ſect.2. d.13. Filliuc. tom.1. tr.20. c.7. nu.208. Philiarch. lib.4. c.12. nu.6. Coninch. D.18. d.6. nu.46. cum alijs ab ipſis citatis.

Suarez. Syluester. Tabiena. D. Anton. Calderin. Palud. Nauarrus. Maiolus. Valentia. Auila. Filliuc. Philiarchus. Coninch.

5 *Reſolutio.*

At quoniam: vtraque opinio ſua probabilitate non caret illa in rigore iuris, hæc ex interpretatione eiuſdem iuris ſecundum veram intelligentiam, quam ſequuntur tot clariſſimi viri, ideòque ad quamcumque difficultatem vitandam exiſtimauimus addendam eſſe illam particulam (Clericus) non tamen per hoc intendimus abſolutè affirmare, quòd ſi Laicus Sacramentaliter aliquando abſoluere tentauerit, aliaq; Sacramenta ſolemniter, etiam Baptiſmum, niſi illud in neceſsitate ſimpliciter adminiſtraſset, irregularitatem incurreret prout dicunt Doctores ſecundæ ſententiæ quamuis prima ſententia, vt dixi ſit valdè probabilis, quam omninò reijcere non audeo.

Sacramenta adminiſtrans fit irregularis.

6 *Seriò, quid ſignificet.*

Dixi ſecundo (*Seriò*) vt innuerem, quia ad hoc, vt quis talem irregularitatem contrahat, oportet, quod talis adminiſtratio Ordinis ſic facta ſeriò, ex intentione adminiſtrandi in tali Ordine, tanquam ſi eſset miniſter ordinatus ad tale miniſterium: nam ſi ioco, vel per repræſentationem hoc faceret irregularitatem non contraheret, eò quòd in caſu non diceretur ſeriò, & verè ordinem miniſtrare: quare pueri, qui ſæpè ſæpius aliquas partes Miſſæ inter ſe cantare ſolent, non intendentes verè facere miniſterium Ordinum, non efficiuntur irregulares, quòd ſimiliter dicendum eſt de alijs ſimilibus actionibus non ſeriò factis: ita Nauar. d. c.27. nu.242. Auila d. p.7. D.9. d.13. ſect.2. Suarez, & Bonacina cum alijs ſupracitatis.

Adminiſtrans ſine intentione non eſt irregularis.

Nauar. Auila. Suar. Bonacina.

7 *Limitatur aſſertio.*

Verum eſt tamen, quòd quando quis exteriùs verè, & ſeriò operatur actionem Ordinis Sacri, fingendo exterius verè adminiſtrare, licèt non habeat intentionem tale miniſterium faciendi, tanquam miniſter ordinatus in tali caſu multi Doctores exiſtimant, talem a peccato mortali non eſſe excuſatum, neque ab irregularitate, ſaltem in foro Eccleſiæ: prout pluribus rationibus probant Suarez, d. D.42. ſect.4. num.18. & 19. & Filliuc. d. tr.20. c.7. num.213. quamuis in hoc caſu, quo ad irregularitatem non omnes Doctores conueniunt, probabilior tamen videtur ſententia Suarez, & aliorum.

Suarez. Filliuc.

8 *Scienter. Inaduertentia inculpabilis excuſat.*

Dixi tertio (*Scienter*) nam ſi quis ex inaduertentia, ſiuè per obliuionem, vel ignorantiam exiſtimans ſe talem Ordinem habere, & in Ordine, quē realiter non habet adminiſtraſſet ab irregularitate eſſet excuſatus: eò quòd in caſu non diceretur ſciēter miniſtraſſe in Ordine, quem non habebat, ſed inaduertenter, quæ ignorantia, & inaduertentia excuſat: ita Vgolinus de irreg. c.37. nu.8. Nauar. de ſentent. excom. conſil.70. Bonacina de irreg. D.7. p.4. q.3. nu.2. cum alijs.

Vgolinus. Nauar. Bonacina.

9 *Ex officio.*

Dixi quarto (*ex officio*) ideſt ſolemniter tanquam miniſter Ordinatus: nam ſi quis exerceret aliquod miniſterium ſacrum ſine ſolemnitate irregularitatem non incurreret: quare baptizans ſimpliciter ſine ſolemnitate, etiam ſi non adeſſet neceſsitas, non incidit in irregularitatem, eò quòd non miniſtrat Sacramentum ſolemniter, tanquam Sacerdos ordinatus, ſed tanquam Laicus, cui conceſſum eſt in neceſsitate ſimpliciter baptizare, ſi verò ſine neceſsitate baptizaret, peccaret quidem, ſed non efficeretur irregularis, dum non baptizat ſolemniter.

Baptizans ſimpliciter non efficitur irregularis.

10 *Cantans Epiſtolam ſine manipulo nō eſt irregularis.*

Quòd idem dicendum eſt de Clerico, ſiue Laico, qui aliquando cantat Epiſtolam in Eccleſia, etiam in Altari, ac etiam ſuperpelliceo, & tunica inductus, (dum tamen non habeat manipulum in ſiniſtra manu, quòd eſt ſignum Ordinis ſubdiaconatus) non incidit in irregularitatem, eò quòd in caſu non videtur cantare Epiſtolam ex officio, ſed tanquam cantor ſimpliciter, vt perſona non ordinata: quod idem dicendum eſt de cantantibus Euangelium ſine ſtola, vt fieri ſolet, quando cantatur Paſſio in hebdomada maiori: ita enim dicitur in c. vt quiſque presbyter de vita, & honeſt. cleric. ita Panorm. in cap.1. de cleric. non ordinato miniſt. Auila p.7. D.9. ſect.2. d.13. limit.5. Sylueſt. verb. ordo 5. q.9. Nauar. c.27. n.242. Reginald. d. lib.30. tr.2. n.183. Tolet. lib.1. c.72. §.1. Bonacina cit. ſupra num.8. cum alijs communiter.

Idem dicendum eſt de Euangelio ſine ſtola.

C. vt quiſque presbyter. Panormit. Auila. Sylueſt. Nauarr. Reginald. Tolet. Bonacina.

11 *Cantans cum manipulo, aut ſtola, efficitur irregularis.*

Ex quo ſequitur, quòd ſi quis cum manipulo, tunicella, alijſque veſtibus Sacris inductus Epiſtolam ſolemniter in Eccleſia cantaret, exercendo officium Subdiaconatus, tanquam miniſter Eccleſiæ adhoc ordinatus, ipſo facto irregularitatem incurreret, etiam ſi interiùs non habuiſſet intentionem faciendi officium Subdiaconatus, non enim intentio

Digitized by Google

tio talis excuſaret ab irregularitate, cùm opus externum ſit perfectè conſummatum; quod idem dicendum eſt de Euangelio dicto cum ſtola, & debitis cæremonijs: nam proprium ornamentum Subdiaconi eſt manipulus, Diaconi verò eſt ſtola, Sacerdotis eſt caſula: prout dicunt Tolet. Auila, & Bonacina cùm alijs ſupracitatis.

Ornamentũ Subdiaconi eſt manipulus, ſtola Diaconi, caſula Sacerdotis.

12 Dixi quinto (*in Sacris ordinibus,*) quia ſi quis ſiue Laicus, ſiue Clericus minores Ordines miniſtraret, quos non habet, non efficeretur irregularis, quia irregularitas ſolummodò contrahitur ab illis, qui miniſtrant in Sacris Ordinibus, quos non habent, non autem in minoribus: nam minores Ordines communiter exerceri ſolent etiam à laicis non ordinatis: Ita Auila d.p.7.D.9.d.13.ſect.2. D. Anton. 3.p. tit.29. cap.1. Henriq. lib.14. cap.6. nu.1. lit.F. Vgolin. de irreg. c.37. nu.13. Coninch. D.18. d.6. nu.45. Bonacina cum alijs locis ſupracitatis: quamuis Suarez, cum Filliucius aliud ſentire videantur quando miniſtrant in minoribus tanquam ſi eſſent Clerici ordinati: prima autem ſententia videtur probabilior.

In Sacris ordinibus. Miniſtrans in minorib. non efficitur irregularis.

Auila. D. Anton.

13 Ex quo ſequitur, quòd ſi quis Sacerdos miniſtrare præſumpſerit in Ordine Epiſcopali, confirmando, ordinando, conſecrando Eccleſias, ſiuè Altaria, conficiendo Chriſma, & huiuſmodi functiones Epiſcopales, ipſo facto irregularitatem incurreret: ſimiliter etiam dicendum eſt ſi aliquis non legitimè Sacerdos ordinatus Sacramentaliter abſoluere præſumpſerit, aut extremam vnctionem, aliaque Sacramenta miniſtraret, aut benedicat ſponſos ſolemniter, aut faciat aquam ſanctam, aliaque munera pertinentia ad Sacerdotem efficeretur irregularis: prout dicunt Suarez D.42. ſect.4. nu.19. Coninch. D.18. d.6. nu.49. Bonac. D.7. q.3. p.6. nu.8. Nauar. c.27. nu.242. Auila d.p.7. D.9. ſect.2. d.15.

Quæcunque miniſteria Sacra inducunt irregularitatem.

Suarez. Coninch. Bonacina. Nauarrus. Auila.

14 Circa ſecundam partem ſuperius propoſitam, dicimus hanc irregularitatem poſſe etiam contrahi à miniſtris legitimè ordinatis, quia ligati aliquo vinculo cenſuræ exercent officium Sacri ordinis contra præceptum Eccleſiæ, violando cenſuram in miniſterio ordinum: quare quicumque ligatus maiori excommunicatione, vel ſuſpenſione, vel interdicto, etiam ſi talis cenſura non ſit publica, vel adhuc talis perſona ſit tolerata, incurrit irregularitatem ipſo facto, exercendo ſolemniter ex officio actus maioris ordinis, niſi aliquando excuſaretur ratione vrgentis neceſsitatis, vel ſcandali, quando aliter euitari non poſſet, vel ignorantia, ſiuè inaduertentia, vel obliuio inculpabilis eſſet in cauſa. Patet hoc ex cap. ſi Epiſcopus 11. q.3. & c. is cui de ſent. excom. Ita Palud. in 4. D.18. q.4. Gabr. q.2. A.3. Angelus verbo irregularitas 1.§.40. Sylu. q.13. Tabien. eodem verb. 4. Nauar. c.27. num.163. & nu.248. Couar. in c. Alma p.1.§.1. nu.11. Maiolus de irreg. lib.3. c.21. Henriq. lib.14. c.7. Tolet. lib.1. c.72. Sayrus lib.7. cap.9. num.1. Bonacina D.7. p.5. q.3. num.1.

Cenſuratus miniſtrans in Sacris efficitur irregularis.

Etiam ſi cenſura ſit ſecreta.

Neceſſitas vrgens aliquando excuſat. Et obliuio. C. ſi Epiſcopus. C. is cui de ſent. excom. Paludanus. Gabriel. Angel. Syluester. Tabiena. Nauar. Couarruuias. Maiolus. Henriq. Toletus. Sayrus. Bonacina.

15 Dixi primo (ligatus maiori excommunicatione) nam ſi quis etiam in Sacris miniſtraret tantummodo ligatus minori excommunicatione non efficeretur irregularis, quia excommunicatio minor non priuat actiua miniſtratione, ſed tantummodo paſſiua receptione Sacramentorum, & beneficij, vt ſuo loco declaratum eſt, ideòque in caſu non efficeretur irregularis, quia vbi non adeſt culpa, neque etiam irregularitas contrahitur.

Minor excommunicatio non inducit irregularitatem.

16 Dixi ſecundo (exercendo actus maioris ordinis) nam excommunicatus etiam excommunicatione maiori, ſiue alia cenſura ligatus, miniſtrando in minoribus ordinibus irregularitatem non incurreret, eo quod ordines minores exerceri ſoleat quandoque etiam à Laicis non ordinatis, prout dicunt Auila d.p.7.D.9. ſect.2.d.3. concl.2. Henriq. lib.14. c.7. num.1. Rodriq. in ſum. c.168. concl.8. Nauar. c.27. nu.244. quamuis in hoc Suarez cum Filliuc. aliud ſentire videantur circa minores ordines: vt ſupra dictum eſt.

In minorib. non incurritur irregularitas.

Auila. Henriq. Nauar. Limitatio. Suarez.

17 Addita fuit inſuper limitatio illa (niſi aliquando excuſaret neceſſitas vrgens) neceſſitas enim non habet legem, quare Sacerdos excõmunicatus, &c. poterit etiam licitè Sacramentaliter abſoluere exiſtentem in mortis articulo, & Sacramentum Baptiſmi miniſtrare, quia tunc in tali caſu Eccleſia pia mater concedit poſſe huiuſmodi Sacramenta adminiſtrari etiam ab excommunicatis, alijſque vinculis cenſuræ ligatis, vt in proprijs locis declaratum eſt pleniùs.

Neceſſitas vrgens excuſat.

18 Quod idem dicendum eſt, quando quis excommunicatus, ſiuè ſuſpenſus, ſiue interdictus occultus non poſſet abſque ſcandalo, & periculo deſiſtere à non celebrando: tunc ſi talis aliquando celebraret, vel aliquod aliud Sacrum ordinem exerceret, non potens aliud agere excuſaretur non ſolùm à peccato, ſed etiam ab irregularitate incurrenda, quia concurrentibus duobus præceptis, vnum diuinum naturale, aliud Eccleſiaſticum, minus, quòd eſt præceptum Eccleſiæ ceder maiori, quòd eſt naturale diuinum ad euitandum ſcandalum, vt alias à nobis pleniùs explicatum eſt.

Celebrans in cenſura ad euitandum ſcandalum excuſatur à culpa.

19 Dixi tandem (niſi ignorantia, aut inaduertentia aliquando excuſaret) quare ſi quis inaduertenter exerceat aliquod Sacrum munus, non aduertens ſe eſſe aliqua cenſura ligatum, celebrando, vel aliud Sacrum ordinem etiam ſolemniter miniſtraret, non efficeretur irregularis, quia in caſu ratione huiuſmodi inaduertentiæ, ſiuè ignorantiæ inculpabilis excuſaretur ab irregularitate contrahenda, & à violatione cenſuræ, quia ad contrahendum peccatum mortale requiritur actus voluntatis peccaminoſus: inaduertentia autem excuſat à peccato mortali, & per conſequens ab irregularitate, ratione cuius eſt inflicta: quæ omnia ex ſupradictis ſatis ſuperque conſtant, ideo, &c.

Inaduertentia excuſat.

DE IRREGVLARITATE, QVÆ contrahitur mediante peccato hæreſis.

CAP. V.

1 Quinta irregularitas in ordine proueniens ex delicto eſt illa, quæ contrahitur propter crimen hæreſis: omnes enim hæretici, cuiuſcumque ſectæ damnatæ, quocumque nomine nuncupentur, nec non eorum fautores, & defenſores, ac inſuper omnes, ſingulique, qui à fide Catholica per Apoſtaſiam receſſerunt, ipſo facto ſunt irregulares non ſolùm dum ſunt in tali abominabili, & pernicioſo ſcelere perſeuerantes, ſed etiam poſt illorum conuerſionem, ad Ordines promoueri non poſſunt ſine ſpeciali Summi Pontificis diſpenſatione, etiam ſi tale peccatum hæreſis eorum fuiſſet occultum: ſufficit enim, quòd aliquo ſigno externo ſit manifeſtatum: patet hoc ex cap. Saluberrimum 1. q.7. & ex can. Presbyteros, & can. qui in aliquo D.50. & ex c.2. de hæret. in 6. Ità Suarez de cenſ. D.43. ſect.1. Nauar. c.27. nu.205. Syluest. verbo irregularit. q.5. Sanchez in ſum. lib.2. c.25. n.2. Filliucius tom.1. tr.20. cap.9. num.227. Vgolinus de irregularitate c.36. Coninch. D.18. d.7. Toletus lib.1.

Hæreſis etiã occulta inducit irregularitatem.

C. Saluberrimum. C. Presbyteros. Can. Qui in aliquo. C.2. de Hæreticis. Suarez. Nauarrus. Syluester. Sanchez. Filliucius. Vgolinus. Coninch. Toletus.

Digitized by Google

Auila. Bonacina.

lib.1. cap.79. Auila p.7. D.4. d.2. concl.2. & Bonacina de irreg. D.7. q.3. p.7. nu.1.

2 Fautores etiam, & defenſores ſunt irregulares. C.2. de Hæreticis.

Dixi in aſsertione (*etiam eorum fautores, & defenſores, &c.*) nam etiam iſti exiſtimantur tanquam hæretici, eò quòd videntur eorum ſectam ſequi, dum illos fauent, defendunt, & protegunt in crimine hæreſis, ne à Iuſtitia comprehendantur, & puniantur: hæc enim irregularitas, quæ propter delictum hæreſis contrahitur extenditur etiam ad fautores, receptatores, conſilium, auxilium, vel fauorem eis præbentes: prout habetur ex c.2. de hæreticis in 6. §. hæretici, vbi tales dicuntur inhabiles ad omnem beneficium, & officium Eccleſiaſticum: per officium autem intelligitur ordo, prout dicunt Sylueſt. in verbo hæreſis 1. q.7. Suarez D.43. ſect.2. num.5. Maiolus de irreg. lib.5. c.46. nu.4. Filliuc. tr.20. c.9 nu.234. Nauar. c.26. nu.205.

Syluester. Suarez. Maiolus. Filliucius. Nauarrus.

3 Suſpecti de Hæreſi ſunt irregulares.

Ex quo ſequitur, quòd iſta irregularitas non ſolùm contrahitur ab hæreticis formalibus, ſed etiam à ſuſpectis de tali crimine: nam etiam ad illos talis irregularitatis videtur extendi, prout colligitur ex c. vltimo D.30. & c. infames 6. q.5. verum tamen eſt, quòd talis irregularitas non poteſt propriè dici pœna hæreſis, ſed potiùs infamiæ, ratione cuius oritur per modum cuiuſdam indecentiæ: quare ſublata tali infamia, & purgata tali ſuſpicione, etiam ipſa irregularitas ceſsat: quæ quidem ſuſpicio infamiæ oriri poteſt ſiuè ex crimine, quòd includit cooperationem ad hæreſim, quale eſt fauere, recipere, defendere, conſiliumque præbere ipſis hæreticis: nam ſemper in iure iſti hæreticis æquiparantur, & quaſi eſsent hæretici reputantur propter violentam ſuſcipionem, quæ ex fauore illis exhibito concipitur: vel ex alia ſuſpicione eiuſdem criminis: vt ſi quis permanſerit in excommunicatione per annum: nam talis habetur tanquam de hæreſi ſuſpectus, & poterit de hoc crimine iuridicè interrogari ab Illuſtriſsimis Inquiſitoribus Sancti officij ad reſpondendum circa fidem, vt ex ſupra dictis in materia de cenſuris conſtat.

Sublata ſuſpicione, & infamia ceſſat irregularitas.

Permanens in excom. per annũ eſt ſuſpectus de hæreſi.

4 Exterius proferens hæreſim, an ſit irregularis. Reſolutio.

Secundo ſequitur deciſio illius quæſtionis de illo, qui exteriùs profert hæreſim, interiùs tamen benè ſentit de fide: an ſit verè hæreticus, & per conſequens irregularis?

Reſpondetur propriè loquendo, non eſſe hæreticum, neque irregularem, eò quòd re vera coram Deo non ſit hæreticus, neque excommunicatus, cum benè ſentiat de Catholica fide: prout nos diximus in tr.14. huius ſecundæ partis c.1. nu.23. in explicatione Bullæ Cœnæ: & per conſequens non eſt irregularis, quæ irregularitas imponitur propter hæreſim: at in foro Eccleſiæ, dum non ſit probata talis eius intentio exiſtimatur tanquam hæreticus, & per conſequens irregularis: nam Eccleſia iudicat de exterioribus, ſecundum acta, & probata; prout dicunt Suarez, & Filliuc. cum Bonacina locis ſupracitatis.

In foro Eccleſiæ non excuſentur.

Suarez. Filliucius.

5 Apoſtata à fide non excuſatur.

Secus autem dicendum eſt de illo, qui exteriùs metu tormentorum, ſiuè alia cupiditate adductus apoſtatetur à fide, adorando Idola, vel ad Paganiſmum tranſeat, interiùs tamen non intendit verè illos adorare, neque Catholicam fidem deſerere: nam iſte talis ſecundum probabiliorem ſententiam ipſo facto effectus eſt irregularis propter tale crimen idolatriæ exteriùs commiſſum, dicente Domino: *Quicumque negauerit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram Patre meo.*

6 C. Presbyt.

Quare in can. Presbyteros D.50. apertè dicitur: *eos, qui ex timore immolauerunt Idolis, aut alio ſigno extrinſeco negauerunt Catholicam fidem non poſſe ad Sacrum miniſterium accedere:* & ratio huius eſt, quia huiuſmodi propter tale opus exteriùs exhibitum exiſtimantur verè apoſtataſſe à fide, cùm re vera peccauerint in tali actione pernicioſa cõtra præceptum Diuinum negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper, dicente Domino: *Vnum cole Deum, & non adorabis Deos alienos:* ideòque tales tanquam Apoſtatæ exiſtimantur, qui pœnis hæreticorum ſubijciuntur, quorum vna eſt irregularitas: Ita Sanchez in ſum. lib.2. c.25. nu.2. & 3. Farinacius de hæreſi q.29. nu.37. Suarez D.43. ſect.2. nu.2. Filliuc. d. tr.20 c.9. nu.230. & Bonacina D.7. q.3. p.7. nu.2.

Ratio aſſertionis.

Deuteron.

Sanchez. Farinacius. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Quæritur ſecundo: an Schiſmaticus ſit irregularis quemadmodum hæreticus.

7 An Schiſmaticus ſit irregularis. Quando eſt coniunctum cum hæreſi.

Reſpondetur diſtinguendo, vel tale Schiſma eſt coniunctum cum peccato hæreſis, vel non: ſi primum, clariſſimum eſt, eſſe irregularem: nam Schiſma, (vt plurimùm) videtur eſse coniunctum cum crimine hæreſis: omnes enim hæretici formaliter ſunt Schiſmatici non tamen è contra prout dicunt D.Thom. 2.2. q.39. & Suarez D.43. ſect.2. num.7. de cenſuris.

D. Thomas. Suarez.

8 Quando non eſt coniunctũ cum hæreſi non incurritur.

Quando verò Schiſma non eſt coniunctum cum hæreſi, quemadmodum ſunt ij, qui Romanam Eccleſiam ſcindunt, conantes vſurpare talem dignitatem, vel eam transferre in aliquam perſonam, cui de iure non competat, & tunc huiuſmodi ſecundum probabiliorem ſententiam licèt ſint excommunicati per Bullam Cœnæ non tamen ſunt irregulares, (niſi in tali excommunicatione celebrauerint) cum verè per tale Schiſma non ſint hæretici, ſed ſimpliciter ſchiſmatici: in iure autem talis irregularitas contra Schiſmaticos ſimpliciter non eſt inflicta: prout dicunt Suarez d.D.43. ſect.2. num.7. Filliucius d. c.9. nu.233. & Bonac. loc. cit. num.7. contra Vgolinum, & Maiolum hoc affirmantes.

Suar. Filliuc. Bonacina.

9 De Magicis, & veneficis.

Quæritur tertiò: an illi, qui pactum inierunt cum Dœmonibus, ipſoſque colunt pro arte magica ſint irregulares?

Reſpondetur etiam diſtinguendo, quòd quando tale pactum, & adoratio Dæmonum coniuncta eſt cum hæreſi, male ſcientes de fide Catholica, tunc eſsent irregulares tanquam heretici: quando autem talis adoratio facta eſt, vt ſimpliciter artem magicam operentur auxilio Dæmonum, benè tamen ſentiunt de myſterijs fidei, tunc per huiuſmodi ſcelus non eſsent irregulares, ex hac parte, eò quòd talis irregularitas non eſt adhuc inflicta in iure Canonico, prout dicunt Suarez d.D.43. ſect.2. nu.11. & Bonacina ſupra nu.4.

Adoratio Dæmonum, quãdo irregularitatem inducat.

Suar. Bonacina.

10 Irregularitas infamiæ.

Verum eſt tamen, quòd huiuſmodi poſſunt eſse irregulares ex alio capite ratione infamiæ, vel per vehementem ſuſpicionem hæreſis, quæ ex tali facinore oritur: nam mediante tali ſcelere ſunt infames, & de hæreſi ſuſpecti, prout dicit Gloſſa, communiter recepta in c. accuſatus de hæreticis §. ſanè: quando autem talis ſuſpicio, & infamia eſſet purgata non eſsent amplius irregulares, quamuis alijs pœnis grauiſsimis eſsent huiuſmodi puniendi ab Inquiſitoribus Sancti officij, tanquam de hæreſi ſuſpecti.

Quæritur quartò: an apoſtatæ à Religione ſint irregulares? 11

De apoſtatis à Religione.

Reſpondetur, quòd ſi loquimur de apoſtatis, dum ſunt in actu apoſtaſiæ, clarum eſt eſse irregulares, & non poſse ad Ordines promoueri, neque in ſuſceptis adminiſtrare, ratione excommunicationis contractæ per apoſtaſiam, quare durante illo ſtatu, ſunt tanquam irregulares: prout habetur ex c. hi, qui D.50. vbi Summus Pontifex iubet: *Apoſtatas ad*

C. Hi, qui D.50.

Cleri-

Digitized by Google

Clericatus ordinem admitti non poſſe, & in can. finali eiuſdem Diſt. apoſtatæ *prohibentur miniſtrare in Ordinibus ſuſceptis tempore apoſtaſiæ, ideoque durante illo tempore ſunt irregulares*: ità Vgolinus de irregularit. c.36. §.4. Maiolus lib.5. c.30. Suarez de cenſ. D.31. ſect.6. nu.1. Henriq. lib.13. cap.40. nu.5. Bonacina D.7. q.3. p.9. nu.8.

Vgolinus. Maiolus. Suarez. Henriquez. Bonac.

12 Quæritur quintò: an filij hæreticorum ſint irregulares.

De filijs hæreticorum. Filij hæreticorum ſunt irregulares.

Reſpondetur affirmatiuè: hæreticorum enim filij, quorum parentes, ſiuè alter ipſorum mortuus eſſet in hæreſi, remanent irregulares vſque ad ſecundam generationem per lineam rectam virilem ideſt paternam per primam generationem intelliguntur filij talis patris, per ſecundam generationem ſunt nepotes illius patris hæretici, qui ſunt filij immediati filiorum illius, ad quos terminatur irregularitas, non enim extenditur ampliùs ad pronepotes. Per lineam verò maternam, tantummodo ſunt irregulares ipſius filij immediati, non vero nepotes, quando tantummodo mater fuiſſet hæretica: ratio autem huius differentiæ eſt, quia filij magis repræſentare videntur patrem, quam matrem: prout habetur ex c. ſtatutum 2. de hæreticis in 6. ideòque iura voluerunt punire delictum hæreſis parentum, non ſolùm in ipſis, ſed etiam in filijs, vel nepotibus eo modo, vti ſupra iam declaratum eſt: Ità Suarez D.43. ſect.3. nu.1. Filliuc. d.tr.20. c.9. num.236. & Bonacina d.D.7. q.3. p.9. nu.9. cum alijs.

Suar. Filliucius. Bonacina.

13 Hoc autem non ſolùm intelligitur de filijs legitimis ex legitimo matrimonio natis, ſed etiam de illegitimis, ſiuè ſint naturales, ſiuè manzeri, ſiuè ſpurij: non enim debent eſſe melioris conditionis aliorum per turpem generationem, qua fuerunt generati, ideòq; omnes eorum filij, ſiuè nepotes quomodocumq; fuerunt generati ſunt irregulares: nam lex non diſtinguit, ſed abſolutè dicit *Filios eorum eſſe irregulares*, vndè neque nos diſtinguere poterimus: prout communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati, vt videre eſt apud Suarez, & Filliuc.

Etiam filij illegitimi hæreticorum ſunt irregulares.

14 Sed difficultas eſt, de illis filijs, qui nati fuerunt ex parentibus, dum erant Catholici, ſed poſtea tales parentes, vel alter eorum effectus ſit hæreticus: an filij illi procreati tempore, quo parentes erant Catholici efficiantur irregulares propter hæreſim parentum, ſiuè alterius eorum ſuperuenientem: & ratio difficultatis eſt, quia controuerſia eſt circa hoc inter Doctores, alij enim affirmant, alij negant.

Difficultas. De filijs procreati ante hæreſim.

15 Prima ergo ſententia fuit Couar. lib.2. variar. reſol. c.8. nu.5. Anton. Gomez tom.3. variar. c.2. n.16. Greg. Lopez p. lib.2. tit.2. q.1. quos ſequuntur Suar. D.43. ſect.3. nu.2. & Filliuc. ſupra num.238. & alij: dicunt enim iſti Doctores: filios natos ante hæreſim parentum cenſendos eſſe irregulares, quia indecens eſt, vt filij hæreticorum ad clericatum, & ordines admittantur, quare c. ſtatutum ſupracitatum abſolutè loquitur de filijs hæreticorum, & nullam facit diſtinctionem de eorum natiuitate ante hæreſim, vel poſtea, & rationabiliter iura ità decernunt; nam ratio propter quam talis irregularitas deriuatur in filios, nō eſt quia parentes iam erant infecti, quando genuerunt filios, vt poſtea ſcelus in illos tranſtuliſſent, ſicut transfunditur peccatum originale ad filios Adæ: ſed eſt ad puniendum grauius ipſos parentes hæreticos non ſolùm ipſos, ſed etiam ipſorum filios ad deteſtandam eorum hæreſim: parumque refert, quod tales filij eſſent nati ante eorum hæreſim, ſiuè poſtea.

Prima ſententia. Couar. Gomez. Lopez. Suarez. Filliucius. C. Statutum. Ratio iſtius ſententiæ.

16 Secunda ſententia contrarium exiſtimat, dicit enim tantummodò filios hæreticorum, qui nati ſunt poſt eorum hæreſim eſſe irregulares, non autem illos, qui iam nati fuerant tempore, quo tales parentes erant Catholici: nam filij non contrahunt iniquitates parentum deinde perpetratas, tum quia verſamur in materia odioſa, quæ benignè eſt interpretanda: tum quia argumentum ſumi poteſt à crimine læſæ maieſtatis: quo crimine mediante, non puniuntur eorum filij nati ante delictum parentum, ſed ſolum illi, qui poſt tale delictum procreantur ab illis ergo idem videtur dicendum de crimine hæreſis, prout colligitur ex c. Vergentis extra de hæreticis: ità Nauar. conſ.27. de hæreticis, Vgolin. de Irreg. c.36. §.1. num.6. Simmancha de Cathol. inſtitut. tit.23. Leſſius de Iuſt. c.34. n.121. Henriq. lib.14. c.5. nu.4. Sanchez in ſumm. lib.2. c.27. n.14. Coninch. D.18. d.7. n.10. & Bonac. D.7. q.3. p.7. n.10.

Secunda ſententia. Rationes ſecundæ ſententiæ. Argumentū à crimine læſæ maieſtatis. C. Vergentius. Nauar. Vgolinus. Simmancha. Leſſius. Henriq. Sanchez. Coninch. Bonacina.

17 Ad rationes autem Doctorum prioris ſententiæ reſponderi poteſt: non eſſe ità inconueniens, quòd filij hæreticorum, qui ante hæreſim parentum fuerunt nati ad Ordines admittantur, ſicut illi, qui poſt illorum hæreſim nati ſunt, tales enim exiſtimantur infames, non autem illi omninò innocentes: ad textum in c. ſtatutum ſupracitatum: reſpondetur adeſſe ſufficientem rationem diſtinguendi inter tales filios, & textus intelligendus eſt de filijs hæreticorum natis poſt eorum hæreſim: prout dicunt Doctores ſecundæ ſententiæ: quamuis prima ſententia non videatur omninò improbabilis, ſed iſta videtur magis probabilior.

Satisfit rationibus prioris ſententiæ. Ad c. ſtatutum Reſp.

18 Verum eſt tamen, quòd ſi aliquis filius illorum, qui deindè in hæreſim ſunt lapſi, iam anteà ordinatus fuiſſet non eſſet priuatus vſu Ordinum antea legitimè ſuſceptorum, eò quòd in caſu iam habuit ius acquiſitum: prout docet Gloſſa in c. Satis peruerſum D.56. & colligitur ex c.2. de hæreſ. in 6. verbo admittuntur: dicitur enim ibi *huiuſmodi Clericos non eſſe priuandos beneficijs, neque Ordinibus ante ſuſceptis*, & in hoc omnes conueniunt, tàm illi, prioris ſententiæ, quàm ſecundæ ſententiæ Doctores.

De illis, qui antea fuerunt iam ordinati. Gloſſa c.2. de hæreticis.

19 Quæritur ſextò: quis poſſit diſpenſare in hac irregularitate, contracta ob delictum hæreſis?

Quis poterit in hac irregularitate diſpenſare?

Reſpondetur: in hac irregularitate, proueniente propter delictum hæreſis, (communiter loquendo) ſolummodò Summum Pontificem poſſe diſpenſare, quo ad Ordines recipiendos: nam abſolutio hæreſis ipſi tantummodò Romano Pontifici eſt reſeruata, & per conſequens diſpenſatio irregularitatis mediante tali hæreſi contracta, ſiuè propter peccatum proprium, ſiuè parentum: prout colligitur ex cap. cum illorum de ſent. excommun. vbi dicatur: *Epiſcopum non poſſe diſpenſare in illis caſibus, in quibus abſolutio talis criminis eſt illis prohibita; nam maiora illis intelliguntur inhibita, quibus minora non conceduntur*: cum ergo Epiſcopis prohibita ſit poteſtas abſoluendi ab hæreſi, prohibita etiam cenſetur irregularitatis diſpenſatio, prouenientis ex hæreſi: ita Maiolus de irreg. lib.5. c.46. Nauar. c.27. num.205. Franciſcus Penna in Direct. Inquiſit. p.3. ad q.113. coment.162. Ermericus q.126. 3. p. in Direct. Inquiſit. Zacchinus tr. de hæreſi cap.38. Suarez D.43. ſect.1. nu.5. Fillincius d.tr.20. c.9. num 242. Tolet. lib.1. c.69. §. vltimo Bonacina D.7. q.3. p.7. nu.12.

C. cum illorum. Maiolus. Nauarrus. Penna. Ermericus. Zacchinus. Suarez. Filliucius. Tolet. Bonacina.

20 Sed difficultas eſt: an Epiſcopus in foro conſcientiæ diſpenſare poſſit in hac irregularitate proueniente ab hæreſi, quando eſt occulta: & ratio dubitandi eſt, quia per Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.6. conceſſa eſt facultas Epiſcopis diſpenſandi cum ſuis ſubditis in omnibus irregularitatibus occultis, proue-

An Epiſcopus poſſit diſpenſare in hac irregularitate in foro conſcientiæ? Conc. Trid.

Digitized by Google

prouenientibus ex delicto, excepta illa, quæ prouenit ex homicidio voluntario, & mutilatione membrorum, quæ ſolummodò reſeruata eſt Summo Pontifici, etiam in foro conſcientiæ: hoc tamen non obſtante ſunt nonnulli Doctores oppoſitum exiſtimantes.

21 Prima ſententia negatiua.

Quare circa hanc difficultatem eſt prima ſententia exiſtimans Epiſcopos non poſſe hoc tempore diſpenſare etiam in foro conſcientiæ, quo ad Ordines ſuſcipiendos, quorum ratio eſt, quia facultas illa conceſſa in Trident. Concil. videtur reuocata, quo ad hoc per Bullam Cœnæ, vbi abſolutio ab hæreſi etiam occulta reſeruata eſt Summo Pontifici cum reuocatione omnium priuilegiorum, quorumcumque conciliorum, etiam generalium: cum enim ſublata ſit poteſtas abſoluendi ab hæreſi, cenſetur etiam reuocata eſſe diſpenſatio irregularitatis propter hæreſim contracta.

22 Fundamentum illius ſententiæ. C. cum illorum.

Colligitur hoc ex c. cum illorum de ſent. excom. vbi generaliter dicitur: *Epiſcopos non habere diſpenſandi facultatem in illis caſibus, in quibus abſolutio eſt illis interdicta, eò quòd maiora intelliguntur prohibita illis, quibus inhibentur minora*: diſpenſatio autem irregularitatis maior eſt, quàm abſolutio delicti, mediante, quo talis irregularitas fuit contracta: ideòque prohibita abſolutione ab hæreſi occulta cenſetur etiam prohibita diſpenſatio eiuſdem irregularitatis: ità Maiolus lib. 5. de irreg. c. 46. nu. 6. cuius opinionis videntur eſſe Suar. D. 43. ſect. 1. n. 7. in fine, & Bonacina D. 7. q. 3. p. 7. nu. 15. in fine, qui dicunt hanc ſententiam eſſe magis rationi conſentaneam.

Maiol. Suarez. Bonacina.

23 Secunda ſententia affirmatiua.

His tamen non obſtantibus, eſt ſecunda ſententia affirmatiua, dicens: probabilius eſſe poſſe etiam nunc poſt Bullam Cœnæ Epiſcopos cum ſuis ſubditis diſpenſare in irregularitate occulta, proueniente ex delicto hæreſis, non ſolùm, quo ad vſum Ordinis, verum etiam, quo ad receptionem, quamdiu delictum eſt occultum: & ratio iſtorum eſt, quia Trident. Concil. hoc conceſſit generaliter Epiſcopis, & ſolummodò exceptionem fecit circa irregularitatem homicidij voluntarij: facta autem exceptione vnius, intelliguntur alia conceſſa: & per Bullam Cœnæ non eſt reuocata conceſſio circa diſpenſationem irregularitatis, cum in ea ſolummodò facta ſit mentio de abſolutione ab hæreſi, abſolutio autem ſolummodò cadit ſuper cenſuras, non autem ſupra diſpenſationem, ideòque reuocatio poteſtatis abſoluendi à cenſura excommunicationis ab hæreſi, non eſt extendenda ad diſpenſationem irregularitatis, eò quòd ſunt res diſtinctæ, & diuerſæ rationis, ideòque non eſt facienda extenſio ab vna ad alteram: ità Sanchez in ſum. lib. 2. c. 25. num. 16. Viualdus in Candel. tr. de irreg. nu. 80. & 89. Tolet. lib. 1. c. 69. §. vltimo in fine, Vgolin. de irregul. c. 36. §. 5. Filliucius d. tr. 20. c. 9. num. 246. & hanc ſententiam non reijciuntur Suar. cum Bonacina, imò ipſam valdè probabilem exiſtimant.

Ratio ſecundæ ſententiæ. Conc. Trid.

Reſp. ad Bullam Cœnæ.

Abſolutio cadit ſuper cenſuras.

Sanchez. Viualdus. Toletus. Vgolinus. Filliuc.

24 Cum ordinatis poteſt Epiſcopus diſpenſare.

Notandum tandem: poſſe Epiſcopum diſpenſare cum Clerico conuerſo ab hæreſi circa vſum Ordinum ante ſuſceptorum, vſque ad Diaconatum incluſiuè, non autem ad celebrandum, quia talis diſpenſatio in caſu ſolummodò eſt reſeruata Summo Pontifici: prout habetur ex c. Saluberrimum 1. q. 7. vbi dicitur: *Clericum conuerſum ab hæreſi poſſe recipi ad Ordines exequendos, quos prius habebat, vſque ad Diaconatum incluſiuè, non autem vltra*. Ità Suarez D. 43. ſect. 1. nu. 6. & Filliucius d. tr. 20. c. 9. nu. 243. & Bonac. D. 7. q. 3. p. 7. num. 13. cum alijs: & hæc de iſta irregularitate dicta ſufficiant.

Suarez. Filliuc. Bonacina.

TRACTATUS XXIII.

De irregularitate. Tract. IV.

PROOEMIVM.

QVoniam inter irregularitates, quæ contrahuntur ex delicto, præcipua, & principalis eſt illa; quæ contrahitur ex homicidio, ſeu mutilatione membrorum, cuius diſpenſatio denegata eſt Epiſcopis, etiam in conſcientiæ foro, & ſolummodò in ea, quando delictum fuit voluntarium, Summus Pontifex diſpenſare poteſt, qui difficiliter in tali delicto diſpenſare ſolet propter horrorem tanti ſceleris; indecens enim eſt, vt Sacerdos homicidiarius ad Sacerdotium promoueatur ex defectu lenitatis, & manſuetudinis Chriſti, cuius perſonam Sacerdos in Altari repræſentare debet: at quia in hac irregularitatis ſpecie multa veniunt explicanda, & diſcutienda: ideò operæ pretium eſſe duxi ſpecialem tractatum de ipſa irregularitate facere: vbi non ſolùm de illa, quæ contrahitur propter homicidium iniuſtum, & peccaminoſum, ſed etiam de caſuali, & iuſto propter connexionem, quam habent inter ſe eſt agendum: quare rem totam in quatuor partes, ſiuè capitula diuidemus, in quorum primo in ordine dicendum eſt de irregularitate illa, quæ contrahitur propter homicidium peccaminoſum, & mutilationem membrorum voluntariam: in ſecundo de homicidio caſuali: in tertio de homicidio facto cauſa defenſionis, quod appellari ſolet: homicidium defenſiuum; & in quarto tandem de homicidio iuſto, quod dici ſolet homicidium punitiuum, ratione cuius etiam contrahitur irregularitas à iudicibus, & miniſtris iuſtitiæ propter defectum lenitatis, de quibus omnibus in hoc præſenti tractatu breuiter quantum ſat erit dicendum eſt.

Introductio.
Cauſa huius irregularitatis.
Diuiſio tractatus in quatuor partes. Primum cap.
Secundum. Tertium.
Quartum.

DE IRREGVLARITATE ex homicidio voluntario, & mutilatione membrorum.

CAP. I.

NE per ignota procedamus; oportet primo videre, quid ſit homicidium mediante quo irregularitas iſta contrahitur, & de quo homicidio agitur, ideòque ſciendum eſt, quòd in præſenti non loquimur de homicidijs ſpiritualibus, quibus mediantibus occiditur rationalis anima, ſiuè propria, ſiuè aliorum propter peccatum mortale commiſſum, quòd occidit animam peccantis, neque loquimur de eo, qui occidere dicitur fratrem ſuum mediante odio, vel detrahit famam eius, de quo genere homicidij ſit mentio in Sacris Canonibus: Can. homicidiorum, & can. nolite putare: de Pœnit. D. 1. quia iſta homicidia non inducunt irregularitatem, de qua nunc agere intendimus: ſed agimus de homicidio corporali, mediante, quo homo vita hac ſenſibili priuatur: diciturque homicidium, quaſi hominis cæſio, id eſt occiſio: eſt enim homicidium corpus animati occiſio prout definitur ex D. Auguſtino lib. 19. contra fauſtum c. 23. & refertur a Gratiano in can. homicidium de Pœnit. D. 1. & Can. ſi homicidium 23. q. 5. & alibi, quare pro intelligentia ponimus hanc concluſionem dicentes. 1

De quo homicidio hic agitur.
Can. Homicidiorum. Can. Nolite putare.
Etymologia vocis. Homicidij definitio. D. Auguſt. Can. Homicidium. Can. Si homicidium.

Quicumque baptizatus, & doli capax, qui voluntariè perſonam aliquam rationalem occidit, priuando illam vita corporali, vel mutilando aliquod membrum ipſius 2

Aſſertio.

ipſius peccaminoſè, ipſo facto efficitur irregularis, etiam ſi talis occiſio fuiſſet ſecreta: ſufficit enim, quòd mors illius, vel membri mutilatio realiter ſit ſecuta, mediante actione peccaminoſa ipſius occidentis, ſiuè mutilantis: patet hoc ex can. ſi quis viduam D.50. & Can. aliquantos D.51. & ex titulo de homicidio per multa capitula: ita Couar. in Clement. ſi furioſus p.2. de homicidio nu.1. Sayrus de cenſ. lib.7. cap.1. num.1. Suarez D.44. ſect.2. Maiol. de irreg. lib.5. cap.48. num.5. Tolet. lib.1. c.75. Tabiena verbo irregular. 3. §. vltimo, Filliucius tr.20. c.1. Bonac. D.7. q.4. p.8. num.4. alijque communiter.

C. Si quis viduam. C. Aliquantos. Couarruuias. Sayrus. Suarez. Maiolus. Toletus. Tabien. Filliuc. Bonacina.

3 Infidelis homicida non eſt irregularis.

Dixi in aſſertione (*baptizatum,*) quia vir infidelis non baptizatus, ſi ante baptiſmum aliquem occidiſſet non eſſet effectus irregularis, quia non erat capax irregularitatis tempore delicti commiſſi, neque ipſam contrahit in actu, quo Baptiſmi Sacramentum recipit, quia virtute talis Sacramenti homo renaſcitur in ſpirituali vita, & fit nouus homo, liberq; remanet ab omni peccato ante Baptiſmum commiſſo: iura autem loquuntur de homicidio commiſſo ab homine baptizato: prout patet ex d. can. cit. ſi quis viduam D.50. vbi dicitur; *ſi homicidij poſt Baptiſmum, &c.* quare ibi gloſſa infert ergo: ſi ante Baptiſmum fuiſſet homicida, non eſt effectus irregularis, eò quòd iura non imponunt hanc pœnam irregularitatis, niſi propter homicidium patratum poſt Baptiſmum: ita Suarez D.44. ſect.3. nu.2. Nau. c.27. nu.209. Sayrus lib.6. c.15. nu.10. Auila p.7. D.5. ſect.1. nu.1. Reginald. lib.30. n.94. Bonacina loc. cit.

Can. ſi quis viduam. Gloſſa. Suarez. Nauarrus. Sayrus. Auila. Reginaldus. Bonacina.

4 Carentes vſu rationis non efficiuntur irregulares.

Dixi ſecundo (*doli capax,*) quia ad hoc, vt homicidium inducat irregularitatem debet eſſe factum à perſona culpæ capaci; ideòque ſi quis furioſus, vel amens, aut dormiens, aut puer ante vſum rationis caſu aliquem occidiſſet, non eſſet effectus irregularis, quia huiuſmodi perſonæ in tali ſtatu propter defectum vſus rationis non poſſunt eſſe culpæ capaces, ideòque hanc irregularitatem non incurrerent, prout colligitur ex Clementina ſi furioſus de homicidio, & Couar. ibi explicat cum omnibus Doctoribus ſupracitatis.

Clementina ſi furioſus. Couarruuias.

5 Homicidium inuoluntariũ non facit irregularem.

Dixi tertiò (*Voluntariè,*) quia ſi quis caſu aliquem occidiſſet præter voluntatem: tale non diceretur homicidium voluntarium, ſed caſuale, ideòq; hanc irregularitatem non incurreret, quæ non contrahitur, niſi mediante peccato mortali, quòd ſine actu voluntatis committi non poteſt: ideoque iſte talis in caſu non diceretur homicidiarius voluntarius, ſed caſualis, & præter intentionem agentis, de quo dicendum eſt in ſequenti capitulo, vbi de homicidio caſuali eſt agendum, quare pro intelligentia iſtius aſſertionis.

6 Notandum Homicidium duplex voluntarium, & caſuale. Voluntarium duplex directè, & indirectè. Indirectè volitum.

Notandum eſt, quòd homicidium duplex eſt, vnum voluntarium, caſuale alterum: & præter voluntatem ipſius occidentis: homicidium autem voluntarium, iterum etiam duplex eſt vnum per ſe immediatè, & directè volitum, vt cum quis occidit aliquam perſonam, volens directè illam occidere, ideoque lethaliter vulnerat, inferendo illi necem immediatè: alterum dicitur etiam voluntarium non directè, ſed indirectè, & eſt quando aliquis vult aliquem occidere, mediante aliqua cauſa proxima, illam applicando ex qua deindè ſequatur mors: vt ſi applicet venenum, vel ignem ad domum illius, ex quo ſequatur combuſtio illius domus, cum morte illius hominis, &c. tunc enim tale homicidium eſt voluntarium licèt non directè, eſt tamen indirectè volitum, applicando cauſam proximam ad mortem inferendam: ita D. Thom. in 1.2. q.6. A.1. Suarez D.44. ſect.2. nu.5. Filliucius d. tr.20. c.1. n.2. Tolet. lib.1. c.75. Bonac. D.7. q.4. p.8. nu.1.

D. Thomas. Suarez. Filliucius. Tolet. Bonacina.

7 Homicidium caſuale.

Homicidium caſuale, ſiuè inuoluntarium eſt quando ex aliqua actione alicuius perſonæ licitè facta, caſu ſequitur mors alicuius hominis præter intentionem agentis, qui neque directè, neque indirectè hominem interficere intendebat, vt quando quis intendebat occidere feram, & miſit ſagittam ad illam occidendam, ſed caſu percuſſit hominem, illumque occidit, tunc enim tale homicidium non diceretur voluntarium, ſed caſuale, de quo dicetur pleniùs in ſequenti capitulo huius præſentis tractatus his ergo poſitis, & declaratis.

8 Quæſitum primum.

Quæritur primo: an ſi quis aliquem hominem animo illum occidendi, lethaliter vulnerauit, ſed deinde mors illius non fuit ſecuta, eò quod, vel mediante curatione, vel miraculo conualeat à vulnere, effectus ſit irregularis?

Mors non ſecuta non contrahitur irregularitas.

Reſpondetur negatiuè, & ratio huius eſt, quia ad irregularitatem incurrendam requiritur, vt mors corporalis talis perſonæ vulneratæ fuiſſet ſecuta, aut mutilatio alicuius membri, quare vulnera inflicta animo occidendi, non ſunt ſufficientia ad irregularitatem incurrendam, quia talis pœna non eſt impoſita, niſi per actum conſummatum, non eſt autem actus mortis, neque mutilationis conſummatus, vt ſupponitur, ideòque actus inceptus cum voluntate peccantis non eſt ſufficiens ad irregularitatem contrahendam: ita Couar. in Clement. ſi furioſus p.2. nu.5. & Panorm. in c.1. de eo, qui mittit in poſſeſſionem nu.13. & in c.1. qui Clerici, vel vulnerantes: Io. Andr. de reg. iur. in 6. regula: in pœnis, ita Syluest. verbo homicidium 3. nu.2. D. Anton. 3. p. tit.28. c.2. Nauar. c.27. nu.223. Suarez D.42. ſect.2. num.2. Soto de iuſt. q.1. c.4. & in 4. D.25. q.1. A.3. Filliuc. d. tr.20. cap.1. n.7. Armilla verbo irregularitas nu.2. cum alijs.

Couarruuias. Panormitan. Io: Andreas. Syluester. D. Anton. Nauarrus. Suarez. Soto. Filliucius. Armilla.

9 Quæſitum ſecundum. Mutilans membrum efficitur irregularis.

Quæritur ſecundo: an mutilans membrum alicuius perſonæ viuentis efficiatur irregularis?

Reſpondetur affirmatiuè: iura enim extendunt hanc irregularitatis pœnam ad mutilantes membrum alicuius hominis, quando talis membri abſciſſio fuit voluntaria, & peccaminoſa, prout patet ex c. in Epiſcopatu de raptoribus, & ex Clementina vnica de homicid. vndè gloſſa ibi in verbo mutilat dicit, quòd *iſta irregularitas contrahitur ſimpliciter propter delictum perpetratum ex mutilatione, licèt non ſit ibi intentum, vel ſecutum homicidium, quia iura æquiparant tale delictum, ad homicidium, quoad pœnam irregularitatis, licet differant inter ſe tanquam imperfectum, & perfectum*: ita Suarez cum Filliuc. aliiſque Doctoribus numero præcedenti citatis.

C. in Epiſcopatu Clementina. Gloſſa. Suarez. Filliuc.

10 Quæſitum tertium. Quid intelligatur per membrum præciſum.

Quæritur tertiò: quæ, & qualis membri præciſio requiratur ad talem irregularitatem incurrendam, & quid intelligatur per membrum præciſum?

De mamillis mulieris, & viri.

Reſpondetur: quòd membrum perſonæ viuentis (propriè loquendo) intelligitur pars illa corporis humani, quæ proprium habet officium diſtinctum ab alijs partibus corporis, vt manus, brachium, pes, oculus, lingua, membrum virile, ſiuè teſtes, ſiuè mamilla in fœminis, quæ habent proprium officium nutriendi infantulos, quare mamillæ virorum non veniunt ſub nomine membri propriè dicti, eò quod non habent proprium officium, & tantummodo deſeruiunt ad ornatum: quare ſi quis mamillam viri abſtuliſſet, non eſſet effectus irregularis, niſi mors fuiſſet indè ſecuta: ita Bart. in leg.2. ff. de publ. iudicijs; Couar. in d. Clement. p.3. Molina tom.4. de iuſt. D.69. nu.2. Suarez D.44. ſect.2. n.6. Vgolin. de irreg. c.4. §.5. Sayrus lib.6. c.15. n.18. Reginald. lib.39.

Bartolus. Couarruuias. Molina. Suarez. Vgolinus. Sayrus. Reginald.

Digitized by Google

Filliuc. Auila. Tolet. Bonac.

lib.39.n.91. Filliuc.d.tr.19.c.9.n.235. Auila lib.7.D. 5.ſect.2.d.1. Tolet.lib.1.c.76.§.2. Bonacin.D.7.q.4. p.8.num.3.

11 De mutilãte digitum.

Ex quo ſequitur, quòd mutilans digitum alicuius perſonæ etiam, quòd ſit pollex, ſiue index, ſiuè articulus digitorum, ſiuè manus, ſiue pedum non eſſet effectus irregularis, quamuis in caſu taliter mutilatus propter defectum corporis effectus ſit irregularis: & ratio huius eſt, quia digitus non eſt propriè membrum habens proprium officium diſtinctum à cæteris, ſed ſimul cocurrit cùm alijs digitis, vel cùm tota manu, vt patet ex actu pulſandi, in quo nõ vnus digitus, ſed plures concurrunt: ita Molina d.tom.4. D.69. & Bon.loc.cit.n.8. & Filliuc.d.tr.19.c.9.n.235.

Ratio aſſertionis.

Molina. Bonacina. Filliucius.

12 Quòd ſecus dicendum eſt de illo, qui abſciderit totam manum, vel partem principalẽ illius, ſiuè alterius membri alicuius perſonæ viuentis, maximè quando pars, quæ remanſit ſit exigua, & inutilis, vt quaſi nihil reputetur ad miniſterium, reſpectu talis membri, quia tunc iſte talis huiuſmodi membri mutilator effectus eſſet irregularis, & in hoc conueniunt omnes: vt Suarez d.D.44.ſect.1.n.8. Filliuc.d. tr.19.c.9. n.236. Molina, & Bonac.cùm alijs, ſupracitatis.

Suarez. Filliuc. Molina. Bonacina.

13 Ex quo ſequitur, quòd ſi quis amputaſſet alicui dentes, vngues, articulos digitorum, auriculas .i. cartilaginem illam extremam, quæ tuetur autem, extremitatem mannum, aliquã partem carnis cùm magna ſanguinis effuſione, ſiuè capillos capitis, ſiuè barbam, &c. que magis deſeruiunt ad ornatum, quã ad peculiare officium corporis, ideòq; non cadunt ſub nomine membri propriè dicti, vt ſupra dictum eſt, non eſſet effectus irregularis; prout communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati.

14 Quæſitum 4. An debilitãs membra alicuius efficiatur irregularis?

Quæritur quartò: an ſi quis non mutilet realiter alicuius membrum, ſed illud debilitet, & mortificet, adeò, vt reddatur inutile ad munus exequendum efficiatur irregularis?

Reſolutio eſt negatiua.

Reſpondetur negatiuè: & ratio huius eſt, quia debilitatio ſimpliciter membri, non eſt mutilatio membri, ſed res valde diuerſa, ideòque cùm iura tantùm explicent homicidium, & membrorum mutilationem, nullamq; mentionem faciant de debilitatione: colligitur noluiſſe comprehendere: eſt autem debilitatio, quando membrum corporis ita læditur, vt reddatur inutile ad ſuum miniſterium.

Debilitatio, quid ſit.

15 Aſſertio.

Quare: qui brachium, ſiue manum, aut pedem alicuius hominis debilitat, & mortificat, dummodo illud non ſeparet à corpore: non dicitur mutilare, neq; occidere, ideòq; irregularitatem non incurret, eò quia leges ſolũmodò de homicidio, & mutilatione membrorũ loquuntur, non autẽ de debilitatione; & non eſt facienda extenſio vnius ad alterum: nec valet dicere, quòd mortificare membrũ alicuius, & inutile reddere pro eodem ſunt reputata in iure, & apud homines: nam reſponderi poteſt, quòd licèt videantur paria, quo ad exiſtimationem, nõ verò ſunt paria, quo ad effectũ irregularitatis incurrẽdæ, & in materia odioſa nõ eſt facienda extẽſio vltra caſus in iure expreſſos: & deinde non eſt æquale nocumentũ cum non ſit æqualis deformitas. Ita Panorm.in c.1. qui clerici, vel vouentes n.9. Felin.in c.cùm illorũ.de ſent. excom.n.11. Nauar.c.27.n.206.& 209.& 223. Suar.D.44.ſect.2.n.5. Sayr.li.6.c.15.n.5. Soto de iuſt. lib.5.q.2.A.1.cõcl.3. Hẽriq.li.14.c.8.§.4. Filliuc.d.tr. 20.c.1.n.11. Tol.lib.1.c.76.§.5. Bon.D.7.q.4.p.8.n.6.

Reſpondetur tacitæ obiectioni.

Panormitan. Felinus. Nauarrus. Suarez. Sayrus. Soto. Henriq. Filliuc. Tolet. Bonacina.

16 Aliorum opinio.

Quidquid in contrarium videantur dicere aliqui alij Doctores, exiſtimantes, quòd quando membrũ aliquod ita debilitetur, vt omnino ſit inutile ad operandum, taliter debilitans voluntariè operatione peccaminoſa, efficiatur irregularis: prout dicunt Sylu.verbo homicidium 3.q.3. Maiol.de irreg.lib.5. c.50.n.7.& Graff.lib.2.Deciſ.c.26.n.3. prima tamen ſententia eſt communior, & magis rationi conſentanea, ideòque illam ſequimur.

Syluester. Maiolus. Graffius. Reijcitur.

17 De excæcante.

Ex quo infertur, quòd ſi quis excæcaret aliquem viſu eum priuando, non tamen oculum extrahendo, non eſſet effectus irregularis, eò quod non diceretur membri mutilator, quia realiter tale membrũ non eruit, &c. Quod idem dicendum eſt de illo, qui aliquo vulnere notabili aliquam perſonam deformaſſet in facie, vel effeciſſet claudam, adeo, vt nequeat in poſterum ſine baculo ambulare, quod idem eſt dicendum de manib. & brachijs, quomodocunq; enim effecta ſint huiuſmodi membra inutilia, & debilitata, dummodo nõ ſint amputata per tale crimen non incurritur irregularitatis pœna.

De deformãte.

18 De dantibus venena ſterilitatis.

Similiter etiam dicendum eſt de illo, qui dedit mulieri venenum ſterilitatis, vt priuetur potentia generatiua, ſi talis mulier non eſſet actu grauida, ex qua potione creatura animata fuiſſet diſperſa, non eſſet effectus irregularis, eò quod in caſu non occidit hominem genitum, neq; mutilanit, (vt ſupponitur,) ſed tantummodò impediuit generationem poſſibilem faciendam, quę irregularitas non eſt adhuc in iure expreſſa, prout dicit Gloſſa in c. ſi aliquis de homicidio, & Tolet. d.lib.1.c.76.§.6. cum omnibus Doctoribus, ſupracitatis.

Gloſſa. Tolet.

19 Quæſitum 5.

Quæritur quintò: an ſi quis amputet ſibi proprium membrum, vel illud faciat ſibi amputari ab aliquo ſine neceſſitate, irregularitatem incurrat?

Amputans ſibi membrũ efficitur irregularis.

Reſpondetur affirmatiuè: & ratio huius eſt, quia talis verè diceretur mutilator membri corporis humani viuentis: non enim eſt minus delictum, imò grauiùs deformare ſe ipſum per mutilationem proprij membri, quam alterius, eò quòd nemo eſt dominus membrorum ſuorum: ideoq; ipſo facto irregularitatem iſtam incurret: nam iura non diſtinguunt de mutilatione membri proprij, & aliorum, ſed abſolutè loquuntur de mutilatione membrorum: quare concludendo dicimus, quòd in quocumque caſu quis efficeretur irregularis mutilando mẽbra alterius perſonæ: fit etiam irregularis mutilando propria membra ſui corporis, vel per ſe, vel per alium: ita Suarez D.44. ſect.2. num.10. & Filliuc. d.tr.20. cap.1. num.13.

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.

Suarez. Filliucius.

20 Limitatio de neceſſitate.

Verum tamen eſt, quòd ſi quis adſtrictus neceſſitate, cauſa infirmitatis, pro vita conſeruanda, ſecaret proprium aliquod membrum ſui corporis, vel alterius perſonæ, ne reliqua membra inficerẽtur, nõ efficeretur irregularis ex hoc capite, quia talis mẽbri ſecatio non eſt peccaminoſa, & illicita, imò licita, & permiſſa, cum ordinetur ad vitã totius corporis pręſeruandã: neceſſitas enim nõ habet legẽ, prout omnes Doctores ſupracit. communiter aſſerunt.

21 Non licet ratione vocis, ſiuè caſtitatis fieri Eunuchus.

Secus autem dicendum eſſet: ſi quis ſine tali neceſſitate hoc faceret, vel permitteret ſcienter: quare ſi quis pro conſeruanda voce cantus ſcienter caſtrari ſe permittat, aut pro caſtitate ſeruanda propria virilia, ſiuè teſtes amputaret irregularis eſſet effectus propter actum peccaminoſum mutilationis dicti membri, non enim adeſt talis neceſſitas, ſine qua non, quia huiuſmodi ſecti, & eunuchi, vt plurimum, maioribus ſtimulis carnis, & impreſſionib. immundis opprimi ſolent, maximè iuuentutis tempore, prout à nobis ſupra pleniùs declaratum eſt in tr.2. de irreg. c.2.nu.9 & habetur ex can. ſi quis abſcidit, & Can. His, qui D.55. ita Sylu.verbo homicidium 1.q.1. Nauar. c.27. n.191. Filliuc. & Bonacina cum alijs, locis ſupracitatis.

Can. Si quis abſcidit. Syluester. Nauar. Filliuc. Bonacina.

22 Quæſitum 6. Difficultas. De illo, quod fuit cauſa vt deinde ſequatur membri amputatio.

Quæritur ſextò: an ſi quis arte, ſiuè inſtrumento membrum alicuius hominis ità lædit, vt ſit cauſa phyſica, quòd tale membrum deſinat animari, vt poſtea neceſſaria ſit ſecatio talis membri mortui pro vita conſeruanda efficiatur irregularis, tanquam ſi eſſet mutilator talis membri, quamuis realiter ille non mutilaſſet, ſed fuiſſet cauſa talis mutilationis poſtea faciendæ.

23 Solutio difficultatis.

Reſpondetur, quòd ſtando in rigore iuris, huiuſmodi non poſſet dici verè mutilator membri, ſed tantummodò mortificator, eò quod ipſe verè non mutilauit, vt ſupponitur, quamuis ex tali leſione tale membrum deindè areſcat, & mortificetur, hoc enim conſequitur per accidens: iura autem ſolummodò imponunt hanc irregularitatis pœnam cõtra realiter mutilantes: nihilominus in caſu, attentè cõſiderandæ ſunt circumſtantiæ, & qualitates facti, & ſecundum iudicium prudentis Epiſcopi iudicandum eſt: an talis propter tale opus effectus ſit irregularis, nec ne; prout notauit Filliuc. d. tr. 20. c. 1. n. 18.

Aduertentia. Filliuc.

24 Mutilans membra cadaueris non eſt irregularis.

Ex quo infertur, quòd ſi quis inueniens cadauer alicuius ſui inimici, & pro vindicta ex odio percutiat grauiter tale corpus mortuum, abſcindendo caput, aliaque membra etiam minutatim faciendo, &c. quamuis in caſu peccaret mortaliter ratione iniuriæ, & impietatis, non tamen per huiuſmodi ſcelus eſt effectus irregularis, quia in caſu non mutilat membra corporis viuentis, ſed mortui, talis autem irregularitas non eſt in iure expreſſa: ita Nau. c. 27. nu. 119. Archidiac. in c. ſi quis q. 1. Suar. D. 44. ſect. 2. n. 11. & Bonac. de irreg. D. 7. q. 4. p. 8. num. 10.

Nauar. Archidiac. Suarez. Bonacina.

25 Quæſitum 7. De abortu.

Quæritur ſeptimò: an dans cauſam alicui mulieri grauidę, vt diſpergatur fœtus conceptus in ventre poſt animationem fiat irregularis.

Reſpondetur affirmatiuè, talis enim eſt verè homicida voluntarius, cum enim fętus ſit iam animatus, (vt ſupponitur) eſt verus homo, conſtans ex anima, & corpore, & in hoc nulla eſt dubitatio: quando verò creatura non eſt iam animata rationali anima: tunc per huiuſmodi ſcelus non eſſet effectus irregularis, cum non poſſit dici verè homicida, licèt impediatur hominis conceptio, fit autem animatio creaturæ in maternis poſt quadraginta dies à puncto cõceptionis in maſculis, in fœminis autem poſt dies octuaginta: prout communiter dicunt Philoſophi, aliiq; Doctores, colligentes hoc ex can. quod verò, & can. Moyſes 32. q. 2. & ex c. 1. ſicut ex litterarum de homicidio, & explicat ibi Gloſſa: & in c. ſi quis eod. tit. ita Suarez d. D. 44. ſect. 2. num. 13. Sayrus lib. 7. c. 1. nu. 2. Filliucius d. tr. 20. c. 1. nu. 19. & Toletus lib. 1. c. 76. §. 6. verſic. quinto, & alij.

Quando non eſt animata creatura.

Quo tempore animatur.

Can. Quod verò. Can. Moyſes. C. Sicut ex litteris. Gloſſa. C. Si quis. Suarez. Sayrus. Filliucius. Toletus.

26 Quæſitum 8. De mandantibus.

Quæritur octauo: an mãdans alicui fieri homicidiũ, ſiuè mutilationẽ mẽbri alicuius perſonę, ſecuto effectu à mãdatario; mãdans efficiatur irregularis?

Reſpondetur affirmatiuè, qui enim per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, niſi ante executionem talis ſceleris talis perſona mandans reuocaſſet mandatum ſuum, & talis reuocatio expreſſa mandatario eſſet nota: ita Sylu. in verbo homicidium 1. q. 7. Nau. c. 27. nu. 233. Suarez D. 44. ſect. 3. nu. 7. Vgolin. de irreg. c. 15. §. 4. Azotius tom. 3. lib. 2. c. 8. Regin. lib. 30. num. 124.

Syluester. Nauarrus. Suarez. Vgolinus. Azorius. Reginald.

27 Limitatio de reuocatione facta.

Quando verò mandans ante executionem dicti mandati expreſsè reuocauit ſuum mandatum, dicens mandatario: ſe nolle, quòd tale ſcelus committatur: ſi hoc non obſtante, mandatarius ex propria malitia faceret homicidium, ſiuè membrorum detruncationem, tunc mandans excuſaretur ab irregularitate, eò quod contra ſuam voluntatem expreſſam tale delictum fuit commiſſum: ita Innocent. III. in c. Ad audientiam de homicidio: & Nau. c. 27. n. 233. & Suar. D. 44. ſect. 3. num. 7. cum Filliuc. d. tr. 20. c. 1. n. 28 omneſque communiter.

Innoc. III. C. Ad audientiam. Nauar. Suarez. Filliuc.

28 Dubitatio ſoluitur.

Quando verò, quis mandauit alicui, vt inimicum ſuum grauiter offendat, illum percutiendo, & vulnerando, quamuis expreſsè ſe fuiſſet proteſtatus nolle, quòd inducatur ad mortem, ſi mandatarius pro executione talis mandati talem perſonam grauiter percutiat, & grauib. vulneribus percuſſum illũ relinquat, ſi talis perſona ita vulnerata moriatur propter vulnera inflicta, tunc in caſu vterq; efficeretur irregularis, tàm mandans, quàm mandatarius, & ratio huius eſt, quia mandans mandauit actiones periculoſas ad mortem, ex quib. actionib. mors indè ſecuta eſt, & mãdatarius per ſe mortem inflixit mediantib. talib. vulnerib. prout habetur ex c. vlt. de homicidio. ita Suar. D. 45. ſect. 2. n. 2. Filliuc. d. tr. 20. c. 4. nu. 94. & Bonac. d. D. 7. q. 4. p. 8. num. 18.

C. Vlt. de homicidio. Suarez. Filliucius. Bonacina.

29 Quæſitum 9. De conſulentibus.

Quæritur nono: an conſulens homicidium, ſiuè mutilationem membrorum alicuius perſonæ faciendæ efficiatur irregularis, ſimul cum homicida?

Reſpondetur: diſtinguendo: vel talis conſulens fuit cauſa efficax talis ſceleris, mediante quo perpetratum eſt tanquam cauſa impulſiua, & motiua tunc ſecuto effectu homicidij, ſiue mutilationis mẽbrorum, vterq; incidit in irregularitatem, eò quod in caſu conſulens fuit cauſa efficax, ſiuè inductiua ad opus peruerſum faciendum: agentes autem, & conſentientes pari pœna puniuntur: dicitur autem: conſulens, qui rationib. ſuadet rem, de qua conſulitur: & non eſt neceſsè, vt conſulens ſit cauſa principalis delicti, ſed ſatis eſt ſi ſuo cõſilio confirmet, vel augeat animum, & voluntatem conſilium petentis, ſeù recipientis, vt exiſtimetur cooperatur ad malum: prout colligitur ex c. Perniciosè: D. 1. & can. ſi quis viduam D. 50. & ex c. Sicut dignum: de homicid. § qui verò, & alibi, ita Suar. D. 44. ſect. 3. n. 10.

Quis dicatur conſulens.

C. Perniciosè. C. Si quis viduam. C. Sicut dignum. Suarez.

30 Sufficit conſilium indirectè datum.

Sufficit autem, quòd tale conſilium detur indirectè, quia ad moralem influxum, & motionem conſilium indirectum eandem vim habet, ſicut conſilium directum: quare quando quis amicus, vel dominus dicat iniuriam paſſo: fac vindictam de inimico tuo illum occidendo, vel mutilando, vel petenti conſilium: an in rixa ſecuta remanſerit oneratus, reſpondeat conſulens: remanere, quo conſilio talis excitatur ad vindictam tũc ſecuto homicidio, vel mutilatione, talis conſulens, ſiuè directè, ſiuè indirectè efficitur irregularis, prout habetur ex c. litteris de exceſib. Prælat. & explicat ibi Abbas nu. 3. ità Couar. in Clement. ſi furioſus de homicidio p. 2. §. 1. nu. 3. Nau. c. 27. n. 231. Tabien. verb. irreg. 2. n. 3. Armilla n. 17. Suar. D. 44. ſect. 3. n. 14. Filliuc. tr. 20. c. 2. num. 31.

C. Litteris. Abbas. Gouarruuias. Nauar. Tabiena. Armilla. Suarez. Filliucius.

31 Quando non eſt cauſa efficax non incurrit.

Quando verò conſulens non fuit cauſa efficax, & impulſiua, ſeù incitatiua ad tale ſcelus perpetrandum, eò quòd perſona conſulta, iam parata erat, & omninò intendebat facere tale delictum: tunc conſentiens, ſiuè conſulens, ſecuto effectu, non eſſet effectus irregularis, eò quod in caſu non fuit cauſa efficax talis ſceleris, quamuis à peccato mortali nõ eſſet immunis, ratione conſenſus: ità Henriquez lib. 14. c. 14. n. 3. Auila p. 7. D. 6. ſect. 2. d. 3. concl. 4. Suar. D. 44. ſect. 3. n. 10. & Bonacina D. 7. q. 4. p. 8. n. 19.

Henriq. Auila. Suarez. Bonacina.

32 Quando conſulens excitauit incurrit irregularitatẽ.

Verum eſt tamen, quòd ſi in caſu talis conſulens voluntatẽ occidendi augeat mediante ſuo conſilio, ità vt cõſultus faciliùs, vel citiùs, vel crudeliùs excitetur ad ſuã peruerſam voluntatẽ exequẽdam, tunc ſecuto effectu homicidij, vel mutilationis mẽbrorũ factę: talis cõſulens etiam irregularitatẽ incurreret,

quam-

quamuis is, cui datum fuit conſilium fuiſſet alias occiſurus, quia iam erat determinatus ad occidendum, quia tamen talis conſulens auxit voluntatem illius, & quaſi excitauit: ita Couar. in d. Clem. ſi furioſus de homicid. p.2. nu.2. Vgolin. de irreg. c.16. §.1. n.1. Auila p.7. D.6. ſect.2. d.3. concl.3. Toletus lib.1. c.86. §.2. Bonac. D.7. q.4. p.8. nu.19.

Couarruuias. Vgolinus. Auila. Toletus. Bonacina.

33 Conſulens minus malũ non incurrit.

Secus autem dicendum videtur, quando talis cõſulens non auxit voluntatẽ, ſed tantũ exigue mouit, eò quòd ſine tali conſilio, iam facere erat paratus: vel quando parato facere maius malũ, quis ſuadet, vt faciat minus, vt ſi quis habeat voluntatẽ peruerſam occidẽdi inimicum, amicus illi conſulet, vt non occidat, ſed grauiter percutiat, aut ad Summum aliquod membrũ illi cõputet, tunc iſte talis, ità conſulẽs, non peccauit, neq; irregularitatem incurrit, quia non auxit voluntatem, ſed illam minuit, ad euitandũ maius malum: ita Nau. c.27. & c.14. n.40. Henriq. lib.14. c.16. n.4. Rodriq. in ſum. c.168. n.21. Coninch. D.18. d.8. nu 69. Sayrus lib.7. cap.3. num.13. & Bonac. D.7. q.4. p.8. num.19.

Nauarrus. Henriq. Rodriq. Coninch. Sayrus. Bonacina.

34 De auxiliantibus, & cooperantibus.

Quod idem ſimiliter dicendũ eſt de auxiliantib. & cooperantibus ad homicidiũ, ſeu mutilationem membrorum alicuius perſonæ faciendã: tunc enim ſecuta morte, vel mutilatione omnes adiuuantes, & cooperantes effecti ſunt irregulares, eò quòd tales verè, & efficaciter influunt in effectũ homicidij, vel mutilationis: prout colligitur ex c. ſicut dignum de homicidio §. illi, vbi dicitur: *Conſtat ab homicidy reatu immunes non eſſe, qui occiſorib. opem contra alios præſtare venerunt:* & ex c. Significaſti 2. eod. tit. vbi dicitur. *Studio, conſilio, vel mandato, &c.* quib. verbis omne genus cooperationis ſignificatum eſt: ita omnes Doctores communiter ex Suar. D.44. ſect.3. n.31. Bonacina loc. cit. n.28.

C. Sicut dignum. C. Significaſti. Suarez. Bonacina.

35 De comitantibus, & conſentientibus.

Ex quo ſequitur, quòd quando plures ex communi conſenſu aggrediũtur aliquam perſonam, ſi talis perſona inuaſa tantummodo lethaliter ab vno illarum fuiſſet vulnerata, ex quo vulnere deceſſiſſet è vita, tunc in caſu omnes cooperatores, & ſocij dictæ rixæ factæ ex conſilio effecti ſunt irregulares: prout dicunt Vgolin. de irreg. c.14. num.5. Molina tom.4. D.33. memb 7. Sayrus lib.7. c.4. n.12. Reginald. lib.30 c.12. n.160. Filliuc. d. tr.20. c.4. n.109.

Vgolinus. Molina. Sayrus. Reginaldus. Filliucius.

36 Limitatio aſſertionis.

Verum tamen eſt, quòd quando huiuſmodi nõ ſe concitauerunt ad inuicẽ, neq; inter ſe præmiſerunt conſiliũ: ſed ſubita quadã rixa, & vnus tãtum illorũ lethaliter vulnerauit, ex quo vulnere talis perſona interijt iſte tãtummodò effectus fuiſſet irregularis, dummodò conſtet, quiſnam tale vulnus inflixiſſet, conſtetque alios non inflixiſſe alia vulnera: prout dicunt Hoſtienſ. in d. c. Significaſti 2. de homicid. Sayr. d. lib.7. c.4. nu.13. & Bonac. cum alijs, ſupr. cit.

Hoſtienſis. Sayrus. Bonacina.

37 In dubijs, quid faciendum.

Quando verò in tali euentu ſciri verè non poſſet, quiſnam ex illis occidiſſet inimicum, ſiuè membrũ amputaſset, tunc omnes, qui dubitant ſe fuiſſe cauſam talis mortis, ſiuè mutilationis ſecutæ debent ſe tanquã irregulares reputari, & petere diſpenſationẽ ſaltem ad cautelã: quia verſamur in dubio facti homicidij; in quo dubitans cenſendus eſt irregularis: prout colligitur ex c. Ad audientiã, &c. Significaſti de homicid. ita Couar. in Clem. ſi furioſus p.2. § 2. n.4. Azor. 3. p. lib.2. c.8. Vgolin. c.14. §.1. n.1. Auila p.7. D.6. ſect.3. Bonac. D.7. q.4. p.8. n.31. cum alijs.

C. Ad audientiam. C. Significaſti. Couarruuias. Azorius. Vgolinus. Auila. Bonacina.

38 Quæſitum decimum. De præſtantibus arma, & inſtrumenta.

Quæritur decimo: an præſtans alicui arma, vt enſem, ſclopum, pugionem, aliaq; inſtrumenta offenſiua, quib. inſtrumentis, deindè quis fuiſſet occiſus: an ille, qui dicta arma contulit effectus ſit irregularis?

Reſpondetur: diſtinguendo: vel enim talis habebat ſciẽtiam, ſiue notitiam, vel ſaltem ſuſpicionẽ de voluntate peruerſa illius, cui talia inſtrumenta accommodauit, tũc ſecuto effectu mortis, ſiue mutilationis non excuſabitur ab irregularitate, tanquã auxiliator, & cooperãs ad tale ſcelus perpetrandũ: mediante ſua accõmodatione armorum, ſine quib. talis effectus nõ fuiſſet ſecutus: qui. n. cauſam dãni dat, damnũ dediſſe videtur: vt patet de reg. iur. in 6.

Si habebat ſuſpicionem delicti incurrit. De Reg. iuris in 6.

39 Accommodans ſimpliciter non incurrit.

Quando verò talis accõmodatio armorum, fuit facta ſimpliciter, abſq; notitia, vel ſuſpicione delicti perpetrandi, tunc talis eſſet excuſatus à peccato, & per conſequens ab irregularitate: eò quod vbi non adeſt malitia, non poteſt eſſe culpa, cũ accõmodatio armorum ſit indifferens, nã deſeruire poterat ad defendendum, & non ad offendendum: ita Molina d. tom.4. D.34. memb.6. nu.8. Suarez D.44. ſect.3. num.31. Vgolin. c.17. num.3. cum alijs, ſupracitatis.

Molina. Suarez. Vgolinus.

40 Quæſitum vndecimum. De ratihabitione homicidij. Ratio aſſertionis.

Quæritur tandem vndecimo: an ratum habens homicidium nomine ſuo factum ſit irregularis?

Reſpondetur negatiue: non enim ratihabitio in hoc caſu irregularitatem inducit: & ratio huius eſt, quia talis ratihabitio poſt effectum ſecutum non influxit in homicidium ante commiſſum, (vt ſupponitur) nam talis complacentia, & delectatio de cõmiſſo delicto non eſt homicidium reale, ſed tãtummodo mentale, quo ad effectum, licèt enim talis ratihabitio, & complacentia delicti cõmiſſi talis perſonæ cõtra inimicũ ſuum ſit peccaminoſa, nõ tamẽ irregularitatẽ inducit, prout cõmuniter dicunt omnes Doctores cũ Suar. d. D.44. ſect.3. nu.29. Henriq. lib.14. c.12. n 10. Filliuc. tr.20. c.2. nu.39. Nau. c.27. num.233. & Bonac. D.7. q.4. p.8. num.42. & alij.

Suarez. Henriq. Filliuc. Nauarrus. Bonacina.

DE HOMICIDIO, SEV MVTILATIONE membrorum caſuali.

CAP. II.

1 Homicidium caſuale duplex ſimpliciter, & ſecũdum quid.

PRo intelligentia huius materiæ, de qua agimus in præſenti capitulo breuiter venit notandum, quòd homicidium caſuale dupliciter conſiderari poteſt: vno modo ſimpliciter, tam in ſe, quam in ſua cauſa, quando vid. ſimpliciter accidit abſque vllo conſenſu voluntatis agentis, neq; directè, neq; indirectè, eò quòd nullo modo fuerit præuiſum ab agẽte, ſed caſu accidit præter ipſius voluntatem, & intentionem: ſecundo modo poteſt eſſe caſuale non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & tale poteſt dici aliquo modo volitum, ſaltẽ indirectè, quando vid. accidit propter incautionem, & negligẽtiam ipſius, vel in ſe, vel in ſua cauſa, ideòq; dicitur aliquo modo volitum, ſaltem indirectè, & aliquam culpam includit, prout explicant Theologi cum D. Thom. 2.2. q.64. A.8. cum Caiet. & Salonio eod. loco: ita etiam Sayrus de cenſ. lib.7. c.5. nu.2. Suarez D.45. ſect.6. n.1. Filliucius tomo 1. tr.20. c.3. n.52. & Bonacina de irreg. D.7. q.4. p.7. n.1. cum alijs: quo ſuppoſito.

D. Thomas. Sayrus. Suarez. Filliucius. Bonacina.

2 Aſſertio prima. Homicidium caſuale ſimpliciter non inducit irregularitatem.

Dico primò homicidium primo modo ſumptũ, quòd eſt omninò caſuale ſimpliciter, quando vid. nullo modo eſt culpabile, eò quod nullo modo dicitur volitum, neq; in ſe, neq; in ſua cauſa, neq; directè, neq; indirectè, nullo modo inducere irregularitatem aliquam; eò quòd non eſt culpabile, cum non poſſit aliquo modo dici volitum, omninò præter intentionem agentis accidiſſet caſualiter, nec poterat euitari (moraliter loquendo) vbi autem non eſt culpa, non poteſt eſſe peccatum, ideòq; irregularitatem non inducit, quæ non contrahitur in hoc caſu, niſi mediante aliqua culpa graui: ita Molina tomo 4. tr.3. D.71. c.77. n.2. Henriq. lib.14. c.10. nu.2. Valentia to.4. D.7. q.19. p.3. Suar. D.45. ſect.5. nu.1. Auila p.7. D.6. ſect.1. Salon. 2.2. q.64. A.8. concl.4.

Molina. Henriq. Valentia. Suarez. Auila. Salonius.

Filliuc. Bonacina.

Filliuc. tr.20.c.3.num.54. Bonac. D. 7. q.4.p.7.n.2.

3 Amentes, & infantes non efficiuntur irregulares.

Ex quo ſequitur, quòd homicidium factum ab amente,vel furioſo,fatuo,ſiuè inſano,vel ab infante antequam ad vſum rationis ſit peruentus, non inducit irregularitatem, eò quod nullo modo poteſt dici voluntarium, & culpabile: cum enim huiuſmodi in tali ſtatu defectu rationis apertè laborent ab omni culpa redduntur immunes,& per conſequens à pœna irregularitatis incurrendæ, quæ non eſt inflicta in iure, niſi mediante culpa ipſius agentis, loquimur enim de irregularitate, quæ mediante delicto contrahitur.

4 Limitatio de amentibus,& ebrioſis.

Hoc autem eſt intelligendum, dummodò huiuſmodi amentes non habuiſſent lucida interualla, quando tale homicidiũ fecerunt,aut ante ebrietatẽ præuidiſsẽt delictũ committendũ ebrietatis tẽpore, & noluiſsẽt præcauere, ne illud ſequeretur maximè cum eſſent ſoliti ſimilia facere,tũc enim tenerentur adhibere omnẽ diligentiã poſſibilẽ ad tale homicidiũ præcauẽdũ,dicẽdo alijs, vt aſſiſtant eis, ne tẽpore ebrietatis tale delictũ cõmittere poſſit, vel auferendo arma,vel eos à cæteris hominib. ſequeſtrãdo.

5 De pueris poſt ſeptennium.

De pueris autem dicimus, quòd ſi iam compleuerint ſeptennium,& dubiũ ſit,an verè in illa ætate habuiſſent perfectum vſum rationis, & cognouiſsẽt bonum, & malũ, eſsentq; verè doli capaces: aliqui

Prima ſententia.

Doctores exiſtimãt probabiliter huiuſmodi pueros non eſſe exiſtimandos irregulares,quia in dubijs fauendũ eſt puero poſſidenti ſuã libertatem: ita Henriq. lib. 14.c.3.n.4. & Didacus Perez ad Villadiego c.6. n.68. & Gloſſ. in Clement. ſi furioſus de homicidio,& auila de cenſ. p.6. D.6.ſect.1.d.13.concl.3.

Henriq. Perez. Gloſſa. Auila.

6 Secunda ſententia.

Contrarium tamen alij probabiliùs exiſtimant, dicentes, quòd pueri poſtquam, iam ſeptennium à natiuitate compleuerint,vt plurimùm videntur eſſe doli capaces,ideòq; niſi in caſu aliud expreſsè cõſtiterit exiſtimãdi eſſent tanquã irregulares, ideòq; ſi debeant ad ordines promoueri petenda eſt diſpenſatio, ne exponantur periculo recipiendi ordines in irregularitate: nã in dubijs ſecurior pars eſt eligẽda in his, quæ ad conſcientiam pertinent, & pro ſalute animæ: ita Couar.in d.Clem. p.3.n.5.verſ.de infante,qui citat Io.Andr.alioſq; Canoniſtas,& Villadiego c.6.n.58.Em.Rodriq.in ſum.c.176.concl.1.verb. irreg.& Nauar. c.27. nu.130. Sanchez in ſum.lib.1. c.12. nu.8. & Bonac. D.7. q.4. p.7. num.5.

Couar. Io.Andr. Villadiego. Rodriquez. Nauar. Sanchez. Bonacina.

7 Aſſertio ſecunda. Homicidium caſuale ſecũdum quid non excuſat ab irregularitate.

Dico ſecundo homicidium caſuale, non ſimpliciter,ſed ſecundũ quid, quando vid.non eſt omninò inculpabile, eò quod nõ fuit appoſita poſſibilis diligentia ad illud euitandũ: nõ excuſare ab irregularitate,ſaltẽ homicidij caſualis, & ratio huius eſt,quia tale homicidiũ exiſtimatur indirectè volitũ ex volũtate ſaltem implicita,& interpretatiua, ideòq; eſt culpabile,ſi nõ in ſe,ſaltẽ in ſua cauſa:eo quod propter negligentiã voluntariã, & culpabilem poterat impediri,auferẽdo occaſionẽ,& periculũ, ideòq; nõ excuſat ab irregularitate: indecens enim eſt, vt vir homicida ad ſacrũ miniſteriũ Altaris accedat ſine diſpenſatione Pontificis:patet hoc ex c.Significaſti: & c.dilectus de homicidio, & ex can.Clerico D.50. ita communiter Theol. D.Th.2.2.q.64.A.8. Caiet. & Salon.ibi, Suar. D.45.ſect.1.Henriq. lib.14.c.13. n.4.& Filliuc.d.tr.20.c.3. nu.53. & Bonac. D.7. q.4. p.6.n.7.omneſque Summiſtæ in verb.Homicidium, & verbo irregularitas cum Canoniſtis, locis ſup.cit.

Ratio aſſertionis.

C. Significaſti. C. Dilectus. C. Clerico. D. Thom. Caiet. Salonius. Suarez. Henriq. Filliucius. Bonacina.

8 Primum quæſitum. De faciente opere perïculoſo.

Sed quæritur modo primo: an quando quis facit aliquod opus periculoſum,ex quo poſſet aliquando ſequi mors alicuius hominis, ſiuè mẽbrorum mutilatio: ſi ex tali opere ab illo perpetrato caſualiter ſequatur homicidium, ſiuè mutilatio membrorum, tale agens irregularitatem incurrat ratione homicidij,vel mutilationis mẽbrorũ ratione culpæ ipſius operãtis,eò quod expoſuit ſe periculo talis ſceleris.

9 Solutio. Quando adhibetur diligentia moralis excuſatur.

Reſpondetur: diſtinguendo: vel enim tale agens adhibuit diligentiã moralẽ,& poſſibilẽ ad euitandũ tale periculũ,vel non: ſi primum tunc excuſatus eſſet ab irregularitate incurrenda: nam faciens,quod in ſe eſt excuſatur à culpa, & per conſequens ab irregularitate:ſi verò non adhibuit diligentiam poſſibilem, ſufficientem, & moralem ad tale periculum præcauendum, ſi ex tali opere periculoſo, imprudenter facto ſequeretur mors, vel mutilatio membrorũ aliquorũ hominũ non eſſet excuſatus:& ratio huius eſt,quia tale homicidiũ,ſiuè membrorũ mutilatio exiſtimatur culpabilis, ſequens ex opere periculoſo facto ſine debitis cautelis ad euitãdum tale periculũ:patet hoc ex c.Presbyterum de homicidio vbi declaratur irregularis Presbyter, qui cauſa diſciplinæ puerum percuſsit grauiter in capite,ex qua percuſſione puer diſceſſit e vita:nam talis percuſſio non fuit facta cum debito modo, & moderamine prudentiæ: quod idem ſimiliter habetur in c. continebatur eod.tit. Ita Suar.D.45.ſect.6.n.12 Sayr.lib. 7.c.5.n.3.Molina tom.4.D.77.tr.3.nu.5.Vgolin. de irreg.c.18.§.1.nu.9.Nau.c.27.num.233.Tolet.lib.1. c.81. Auila p.7.D.6. ſect.1. d.1. Filliuc.d.c.3.nu.55.

Quando non eſt adhibita diligentia nõ excuſatur.

Ratio aſſertionis.

C. Presbyterum.

C. Continebatur. Suarez. Sayrus. Molina. Vgolinus. Nauarrus. Tolet. Auila. Filliucius.

10 Difficultas. De opere illicito, & periculoſo. Reſolutio.

Sed maior difficultas eſt; quando quis facit aliquod opus illicitum ſecundum ſe ex quocumq; capite, adhibetq; diligentiam moralem,ne periculum immineat aliquorum, ſi tamen hoc non obſtante cauſetur aliquorum mors, mediante tali opere illicito perpetrato, effectus ſit irregularis.

Reſpondetur, quòd quotieſcumq; quis adhibet omnem diligentiam poſſibilem ad cauendum periculum mortis aliorum maximè,quando talis mors non ſemper ſequatur,ſed raró,tunc ſi contingẽter, & præter omnẽ intẽtionem agentis cauſetur mors aliquorũ,tunc tale agẽs excuſatur ab irregularitate incurrenda,parùm enim refert,quòd opus ſit licitũ, vel illicitum, dum tamen tale opus non ſit expreſſum in iure ſub pœna irregularitatis vetitum.

11 Limitatio.

Secus autem dicendum eſt,quando quis dat operã rei periculoſę, ex qua opera talis mors aliorum, vt plurimùm ſequi ſolet, tunc enim niſi adhibeatur omnis diligentia poſſibilis ad cauendum periculũ, ſi mors indè ſequatur mediante tali opere imprudenter facto in tali caſu tale agens ab irregularitate non eſſet excuſatus: qui enim amat periculũ peribit in illo,& in hoc omnes conueniunt, ſiuè tale opus ſit licitum, ſecundũ ſe,ſiuè illicitũ ex alio capite:quare in c.tua nos de Homicidio declaratus fuit irregularis quidam monachus, qui aperuit apoſtema in gutture cuiuſdam fęminæ, pro qua aperitione talis fęmina deceſſit è vita, licet talis Monachus ſecundum regulas artis chirurgiæ talem aperitionem feciſset: ita Suar.cum Sayro, & Filliucius cum alijs, locis ſupracitatis.

C. Tua nos de homicidio. De Monacho, qui aperuit apoſtema in gutture. Suarez. Sayrus. Filliuc.

12 Secundum quæſitum. Qualis negligentia dicitur culpabilis.

Quæritur ſecundo: quæ, & qualis negligentia eſt illa, quæ non excuſat ab irregularitate incurrenda facientem talem actionem periculoſam?

Culpa lata non excuſat.

Reſpondetur: talem negligentiã tripliciter poſſe conſiderari,aliquãdo enim eſt lata,aliquando leuis, aliquando leuiſſima: quando autẽ negligentia fuit culpabilis ex lata culpa,eo quòd agens nõ adhibuit diligentiã moralẽ, & imprudẽter tale opus periculoſum fecit ſine debitis circũſtãtijs, & circũſpectionib. procurãdo, ne indè poſſit ſequi mors aliquorũ, tũc illa ſecuta,irregularis effectus eſt propter culpã ex negligẽtia craſſa,& ſupina, ſiuè pótius affectata: tenebatur.n.aduertere circũſtantes,vt cauerẽt à periculo

riculo illius actionis periculoſæ, ideoq; propter talẽ culpã latã ab irregularitate nõ poterit excuſari.

13 *Culpa leuis, vel leuiſſima excuſant.*

Quando autem fecit diligentiam moralem, ſed cum aliqua negligentia leuiſſima, vel leui, tunc ſi caſualiter ſequatur mors alicuius, excuſatur tale agens ab irregularitate, eò quod propter negligentiam leuem non peccauit mortaliter, & per conſequens irregularitatem non incurrit, quæ non contrahitur, niſi pro culpa graui, vt pœna ſit proportionata delicto: ità Soto lib. 5. de iuſt. q. 1. A. 9. Salon. 2.2. q. 64. A. 8. Suarez D. 41. ſect. 5. n. 8. Filliuc. d. tr. 20. c. 3. nu. 59. & 61.

Soto. Salonius. Suarez. Filliucius.

14 *Quæſitum 3.*

Quæritur tertiò: in quib. caſibus ex opere illicito perpetrato, ſi indè ſequatur mors alicuius tale agens efficiatur irregularis?

In quibus actionib. prohibitis incurratur irregularitas.

Reſpondetur, quòd talis irregularitas cõtrahitur in caſib. ſpecialiter in iure expreſſis: quare quotieſcumq; ex actione prohibita, & periculoſa ſequatur mors alicuius hominis, quamuis tale homicidium fuiſſet omninò caſuale, in hoc caſu non excuſat diligentia operantis, quando tale opus prohibitũ erat in iure ſpecialiter ratione periculi homicidij faciliter contingentis, vel ratione perſonæ operantis, vt patet de Monacho illo, qui exercuit artẽ chirurgiæ contra prohibitionem Canonum prohibentium talem artem exerceri à clericis, &c. vel ratione operis omninò periculoſi, ex quo (vt plurimùm) cauſantur homicidia, &c. in alijs verò actionib. prohibitis propter alium finem, quę non ſunt ità periculoſę, quando agens adhibuiſſet moralem diligentiam ad cauendũ periculũ, non incurritur irregularitas: niſi ius prohibeat tale opus ſpecialiter propter homicidij periculũ: ita Filliuc. d. tr. 20. c. 3. n. 78. cũ alijs, ſup. cit.

Filliuc.

15 *Quæſitum 4. De reuoluente infirmum, & dante illi potionem.*

Quæritur quartò: an reuoluẽs infirmum grauiter laborantem, vel illi det aliquã potionẽ, ſiuè cibum extraordinariũ, ſi talis infirmus mediãte tali actione acceleretur morti, talis effectus ſit irregularis?

Reſpondetur diſtinguendo, vel talis potio, ſiuè cibus, ſiuè medicina detur illi contra medici mandatũ, vel temerè ſine medici conſilio, ex qua potione infirmus mortuus ſit, ſiuè acceleratus ſit ad mortẽ; tunc iſte talis ab irregularitate non eſſet excuſatus, eò quòd temerè fecit opus, quòd facere nõ debebat contra regulas medicinę: ita Nau. c. 27. n. 248. Sayr. lib. 7. c. 6. n. 13. Henriq. lib. 14. c. 15. n. 5. Vgolin. de irreg. c. 11. §. 3. n. 4. Bonac. D. 7. q. 4. p. 8. num. 12.

Nauar. Sayrus. Henriq. Vgolinus. Bonacina.

16 Si verò talis potio, ſiuè cib. datus ſit infirmo bona fide ex charitate, dum non eſſet facta talis inhibitio à medicis, ſi caſu propter talem cibum accelerata fuiſſet mors talis infirmi propter aggrauationem infirmitatis mediãte illo cibo, non eſt talis effectus irregularis, cũ nulla ibi erit culpa: quod idem dicendũ eſt de illo, qui reuoluit infirmum, iacentem in lecto ex charitate, vt faciliùs quieſcere poſſit, vel ſomnum capere, vel, vt cibum ſumat, ſi ex tali reuolutione, & motu infirmus moriatur, vel mors illius acceleretur præter intentionem reuoluentis, non efficeretur irregularis, maximè quando in tali actione adhibita fuiſſet diligentia moralis, quam communiter adhibere ſolent homines illius profeſſionis: ita Caiet. 2.2. q. 64. A. 8. Soto lib. 5. de iuſt. q. 1. A. 9. Nau. c. 27. n. 29. Tabien. verb. irreg. 3. n. 12. Sylu. q. 11. Maiol. lib. 5. c. 49. §. 1. Suar. D. 47. ſect. 3. num. 3. Filliuc. tr. 19. c. 10. n. 278. Reginald. to. 2. lib. 30. tr. 2. c. 9. n. 102. Diana p. 3. tr. 5. miſcel. reſol. 79. verſ. non grauabor.

De reuoluentibus.

Caietanus. Nauar. Tabiena. Syluester. Maiolus. Suarez. Filliucius. Reginaldus. Diana.

17 *Quæſitum 5. De mandante occidere aliquem, ſi caſu occidatur mandatarius. An fiat irregularis.*

Quæritur quintò: an ſi quis mandet, ſiuè conſulet alicui, vt pergat ad occidendum Petrum, ſed caſu accidit, vt ipſe inuaſor occidatur à Petro, an ille, qui conſulit, ſeu mandauit talem actionem periculoſam, ex qua ſecuta ſit mors effectus ſit irregularis?

Prima ſententia Henriquez.

Reſpondetur, quòd licet aliqui Doctores, quos ſequitur Henriq. lib. 14. c. 16. n. 1. probabiliter ſuſtineant, talem ita mandantem non eſſe effectum irregularem, eò quòd mors illius inuaſoris occidiſſet præter intentionem præcipientis, aut conſulentis, maximè quando nõ præuidebat, hoc fore ſecuturũ.

18 *Secunda ſententia.*

His tamen non obſtantib. oppoſita ſententia videtur eſſe communior, & probabilior, dicens: talem ita conſulentem, vel præcipientem effectum eſſe irregularem: eò quòd in caſu mandauit opus illicitũ, & periculoſum mortis, vt experientia docet, quòd huiuſmodi inuaſores ſæpè ſæpius occidantur ab inuaſo: quare dans conſilium alteri, vt ſe exponat periculo mortis abſq; iuſta cauſa, illa ſecutã, non excuſatur ab irregularitate, ſaltem caſuali, eò quòd fuit culpabiliter ſaltem indirectè volita: ita Couar. in Clem. ſi furioſus de homicid. p. 2. §. 4. n. 10. Nau. c. 27. nu. 221. Sayr. lib. 7. c. 5. n. 12. Vgolin. c. 16. nu. 8. Suar. D. 44. ſect. 3. n. 18. & D. 45. ſect. 2. n. 6. Molina tom. 4. D. 32. num. 2. Auila p. 7. D. 3. ſect. 2. d. 5. concluſ. 4. Filliuc. tr. 20. c. 2. n. 35. Regin. lib. 30. n. 126.

Couar. Nauarrus. Sayrus. Vgolinus. Suarez. Molina. Auila. Filliuc. Reginald.

19 *Quæſitum ſextum. De mittente ſagitta animo occidendi Petrum.*

Quæritur ſexto: an ſi quis emittat ſagittam, ſiuè lapidem animo occidendi Petrum inimicum ſuum, ſed Petro declinãte ſagitta emiſſa occidit Paulum, qui non intendebatur occidi ab illo, an effectus ſit irregularis reſpectu mortis Pauli caſu ſecutæ?

Reſolutio.

Reſpondetur affirmatiuè: & ratio aſſertionis noſtræ eſt, quia in caſu mittens ſagittam habebat intentionem occidendi hominem, & verè realiter hominem occidit, licèt autem non intendebat occidere Paulum, ſed Petrum, nõ ideò excuſatur ab homicidio, quia fecit actionem iniquam, & periculoſam animo peruerſo faciendi homicidium: verum eſt tamen, quòd in caſu mors Pauli dicitur caſualis, non tamen excuſatur à culpa, & per conſequens ab irregularitate homicidij facti, licèt caſualis reſpectu Pauli: ità Molina tom. 4. D. 32. n. 3. Vgolin. c. 16. §. 2. n. 2. Sayr. lib. 7. c. 6. nu. 30. Reginald. lib. 30. n. 156. & n. 158. Nau. c. 27. n. 236. Bonac. D. 7. q. 4. p. 7. n. 19.

Molina. Vgolinus. Sayrus. Reginald. Nauarr. Bonacina.

20 *Limitatio aſſertionis.*

Verum eſt tamen, quòd ſi in caſu talis emittens ſagittam debitam cautelam ſeruaſſet, adhibendo diligentiam poſſibilẽ, ne aliũ occideret, niſi Petrum, ſed omninò caſualiter, & præter intentionem occidiſſet Paulum, quem ille exiſtimabat probabiliter accidere non poſſe, neq; aliã perſonã humanã occidi poſſe à ſagitta emiſſa niſi Petrũ, tũc poſſet dari aliqua excuſatio ab iſta irregularitate incurrenda: prout dicunt: Suar. D. 45 ſect. 6. n. 18. Filliuc. d. tr. 20. cap. 3. num. 81. & Bonac. probabiliter exiſtimat in hoc caſu loco ſupracitato.

Suarez. Filliuc. Bonacina.

21 *Quæſitum ſeptimum. Declamante contra latronem.*

Quæritur ſeptimo: An, qui clamat, dicens: adeſſe latronem, vt comprehendatur, fiat irregularis ſi deindè ille captus à iuſtitia morte puniatur?

Reſolutio.

Reſpondetur negatiuè, etiã ſi talis clamaſſet, vel pulſaſſet campanã, vel feciſſet aliquod ſignum cum tuba, aliove inſtrumento ad conuocandum populũ ad ſe defendendum, vel res ſuas, ne à tali latrone detrimentum patiatur, vel ad ſedãdam ſeditionem in aliquo oppido: & ratio huius eſt, quia in tali caſu licitum eſt clamare pro defenſione perſonæ, & facultatum: quare, qui clamat, petitq; auxilium, rem licitam petit, poteritque rationabiliter præſumere: nõ eſſe indè ſecuturam mortem alicuius, maximè proteſtando, ſe nõ petere interẽptionẽ, ſed ſolã defenſionem: quare licèt deindè ſequeretur mors illius latronis, talis mors non cenſetur intenta per ſe, ſed per accidẽs, ideòq; in caſu excuſatus eſſe videtur ab irregularitatis pœna incurrenda: ita Suar. D. 7. ſect. 2. nu. 21. Auila p. 7. D. 5. ſect. 2. d. 15. Couar. in d. Clemen-

Ratio aſſertionis.

Suarez. Auila. Couarr.

Filliucius. Vgolinus. Nauarrus. Bonacina.

mentina p.2. §.5.nu.1.Filliuc.d.tr.20.c.5. num.152. Vgolin.de irreg. c.11.§.6.Nauar.c.27. num.217. & Bonac. d.D.7. q.4. p.7.nu.18.

22 Quæſitum octauum. De currente cum æquo in domito.

Quæritur octauò: an currens cum equo, ſi caſu oppreſſerit puerum in via, qui conculcatus ab equo moriatur effectus ſit irregularis?

Reſolutio.

Reſpondetur negatiuè, dum tamen ipſe equitans non habuit aliquam culpam in tali morte accidentaliter ſecuta, talis enim mors fuit omninò accidẽtalis præter intentionem ipſius equirantis, maximè quando equum currentem refrenare non potuiſſet, eò quia, vel erat duro ore, & indomitus, vel, quia fractis habenis, retinere non potuiſset equum currentem: etiam ſi talis equitans fuiſset Franciſcanus, cui per regulam profeſſionis prohibitum eſt equitare: ita enim colligitur ex c.dilectus de homicidio: & ex Molina tom.4.D.32.n.7. Sayr.lib.7. c.6. nu.1. Vgolin. c.18. §.1. & Bonacina D.7. q.4 p.7. nu.23.

C.Dilectus. Molina. Sayrus. Vgolinus. Bonacina.

23 Quæſitum nonum. De promulgante adulterio alicuius fœminæ.

Quæritur tandem nonò: an ſi quis imprudenter dixerit: talem mulierem fuiſſe adulteram coram hominibus alienis, ſi deindè ab aliquo ex illis tale adulterium fuiſset promulgatum marito, ſiuè fratri illius mulieris adulteræ, à quib. conſanguineis talis mulier fuiſſet occiſa propter tale adulterium commiſſum: an primus, qui tale adulterium promulgauit effectus ſit irregularis ratione mortis illius mulieris adulteræ?

24 Reſolutio.

Reſpondetur etiam negatiuè: eò quod talis primus propalator adulterij non fuit cauſa immediata illius mortis, indè ſecutæ, ſed ſecundus; qui reuelauit marito, ſiuè alij conſanguineo illius: primus enim ſimpliciter tale verbum dixit, non præuidens talem reuelationem perniciosam ab aliquo eſſe facturam: quare talis reuelatio adulterij facta non exiſtimabatur periculoſa facta coram extraneis, ideòque talis mors adulteræ non imputabitur primo reuelanti, ſed ſecundo: ita omnes Doctores ſupracitati communiter.

DE HOMICIDIO IMPVNE, FACTO ob defenſionem propriam, vel aliorum, rerumvè ſuarum.

CAP. III.

1 Homicidium defenſiuum eſt licitum.

IN hoc præſenti tertio in ordine capitulo huius præſentis tractatus dicendum venit de homicidio defenſiuo, quod fit neceſsitate vrgente ad defendendam vitam, ſiuè mutilationem membrorum proprij corporis, ſiuè aliorum, quando aliter tueri non poſset, quòd dici ſolet homicidium inculpatæ tutelę: nam vim vi repellere licet, & ſe defendere ab inuaſione hoſtis, etiam vſq; ad mortem talis inuaſoris, ſeruato tamen debito modo inculpatæ tutelæ cum debitis circumſtantijs, quando vid. inuaſio nõ poſſit aliter impediri moraliter, & tanta eſſet, vt cum tanto nocumento inuaſoris iuſtè poſset propulſari: in quo caſu ſi quis occidat, vel mutilet mẽbra iniuſtè inuaſoris ad ſe licitè defendendum cum moderamine inculpatæ tutelæ non peccat, neq; vllam irregulatitatis pœnam incurrit: patet hoc ex Clement. ſi furioſus de homicidio, & ibi Couar. p.3. §.1. Nau.c.27.nu.211. Soto lib.5.de iuſt.q.1.A.8. Caiet.2.2.q.64.A.7. Salon. ibi A.8. Maiol. de irreg. lib. 5.c.48.n.6. Sylu. verb. homicidium 3.q.4. Henriquez lib.14. c.10. §.2. Suarez D.46. ſect.1.n.4. Sayr.lib.6. c.17.num.1. Filliuc.tr.20.c.5.nu.131. Auila p.7.D.5. ſect.3.concl.1. Bonac. de irreg. D.7. q.4. p.6.nu. 3.

Vim vi repellere licèt cũ moderamine, &c.

Clement. de homicid. Couar. Nauar. Soto. Caiet. Salonius. Maiolus. Sylueſter. Henriq. Suarez. Sayrus. Filliuc. Auila. Bonacina.

2 Quomodo intelligendi ſunt alij contrarium exiſtimantes.

Quando autem aliqua iura, alij Doctores aliud ſentire videantur, intelligendi ſunt de homicidio facto cum defenſione immoderata, & culpabili: qui enim excedunt modum inculpatæ tutelæ circa modum defenſionis ſicut tunc non excuſantur à peccato homicidij ità, & per conſequens ab irregularitate: prout notauerunt Nauar. conſ.63. de homicidio, & Suarez cum Filliuc. locis ſupracitatis.

Nauarrus. Suarez. Filliucius.

3 Limitatur aſſertio.

Quare quando, quis poſſet aliter ſe defendere, vt clamando, vel fugiendo (fuga tamen non ignominoſa,) vel aliquo alio honeſto, & conuenienti modo, tunc non licebit inuaſorem occidere, quòd ſolùm permittitur impunè, quando neceſsitas vrget, & non poſſit alio modo inuaſus ſe moraliter defendere à tali periculo: prout dicunt Vgolin. de irreg. c.29.§.13. Molina tom.4.tr.3.D.11.n.2. Suar.D.46. ſect.1. nu.7. & Reginald. lib.30.n.115. cum alijs.

Vgolinus. Molina. Suarez. Reginaldus.

4 Prima regula ſeruanda.

Quapropter concludendo dicimus: vt tale homicidium dicatur inculpabile aliquæ regulæ ſunt notandæ, quarum prima eſt, quòd talis occiſio, ſiuè mutilatio inuaſoris facta ſit in continenti in ipſo actu aggreſsionis, quando talis inimicus aliquem inuadit ad occidendum, ſiuè ad mutilandum, & nullo modo ſe defendere poſſet à tali inuaſione niſi ipſum inuaſorem occidat, aut mutilet, ideòque non debet illum præuenire, quando adhuc inuaſor vim contra ipſum inferre non cœpiſſet: neq; poterit licitè occidi poſtquam ceſſauit totaliter ab aggreſſione, eò quod tunc vis illi non adhuc infertur.

Non poteſt præueniri.

5 Secunda Regula.

Secunda conditio, ſeu regula eſt, vt inuaſus probabiliter, & moraliter exiſtimet ſe occidendum, vel vulnerandum eſſe, aut graue damnum inferendum fore à tali inuaſore niſi illum occidat, aut grauiter percutiat vulnerando, aut debilitando, &c. ſi enim alia via poſſet ſe à tali periculo liberari, non licebit illum occidere, nam tale homicidium non eſſet factum cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſed perniciosum, ideòque in caſu ab irregularitate minimè eſt excuſatus.

6 Tertia Regula. Satellites iuſtitiæ impone occidi non poſſunt.

Tertia conditio eſt, quòd talis inuaſio facta ſit iniuſtè: quare ſi quis occidat ſatellites, & miniſtros iuſtitiæ, à quibus talis pro delictis commiſſis aggreditur, vt ponatur in carcere, tunc ſi talis, vt liberaret ſe e manibus eorum, vim faciendo illos occideret, non eſset excuſatus à peccato homicidij, iniuſte facti, & per conſequens efficeretur irregularis, eò quod talis occiſio in hoc caſu eſſet iniuſta: nõ enim miniſtri iuſtitiæ inferunt contra illum vim iniuſtè, ideòque non poſſet in caſu vim vi repellere: vt patet, prout communiter dicunt Doctores ſupracitati cum Sayro d.lib.6. cap.17. num.7. & Bonacina D.7. q.4 p.6. num.1. cum alijs.

Sayrus. Bonacina.

7 Difficultas prima. An poſſit licitè præueniri inuaſor.

Sed difficultas eſt: an poſſit aliquando quis licitè præuenire aggreſsorem, quem præuidet contra ſe venientem à longe, illumque occidere: an verò debeat expectare, vt ille realiter incipiat aggreſſionẽ, adhoc vt non excedat moderamẽ inculpatæ tutelę?

Reſolutio difficultatis.

Reſpondetur, quòd: quando quis præuidet inimicum venientẽ contra ſe, & exiſtimat poſt aggreſſionem non poſſe ſe liberari è manib. illius, tunc ſi prępeniat mittendo ſagittam contra inimicum, illumque occidat, antequam occidatur ab illo, dum non poſſit aliter, (moraliter) tale periculum euadere: non peccaret, neq; efficeretur irregularis, licet illum occidat: nam vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ: non enim in caſu debet expectare, vt actu ſit inuaſus, eò quod iam inuaſio ex circumſtantijs, & indicijs manifeſtis exiſtimetur fuiſſe incepta: prout dicũt Doctores infr. ſtatim cit.

8 Exemplum de muliere occidente virum.

Exemplificant Doctores de muliere inueniente pugionem ſub puluinari paratũ à marito, vt illam in ſomnis occidat: ſi talis mulier non potens aliud

agere

Digitized by Google

agere antequam occidatur à marito præueniat defenſionem ſuam, & occidat maritum parantem ſe ad eam interficiendam, excuſata eſſet à peccato homicidij: nam vim vi repellere licet, dum manifeſte cognoſcit ſe fore occiſuram, niſi præueniat: nam poſtea non erit ampliùs locus defenſionis propriæ vitæ: ita ſimiliter dicendum eſt in propoſito: prout dicunt Panormit. in Clement. olim prima de Reſtit. ſpoliat. in fine Gloſſa in l. ſi ex pelagijs §. Tabernarius ff. ad legem Aquilam, & Bart. ibi Soto lib. 5. de iuſt. q. 1. A. 8. Nauar. c. 15. n. 3. Henriq. lib. 14. c. 10. §. 4. Graff. lib. 2. Deciſ. c. 65. n. 6. & Viuald. de irreg. n. 215. Saytus lib. 6. c. 17. n. 8. & Pet. Nauar. lib. 2. de reſt. c. 3. n. 348.

Applicatur ad propoſitū. Panormitan. Gloſſa. Bartolus. Soto. Nauarrus. Henriquez. Graffius. Viualdus. Saytus. Pet. Nauar.

9 Quæritur ſecundò: an quando quis vitare poſſet periculum, fugiendo ab inuaſore, ſi illum occidat, eò quod fugam capere nollet fiat irregularis?

Quæſitum 2. An vir nobilis teneatur fugere ab inuaſore.

Reſpondetur, quòd quando huiuſmodi inuaſus eſſet vir nobilis, & honoratus, & ſine graui nota, & amiſſione honoris fugere non poteſt, tunc in caſu non tenebitur cum tanto diſpendio honoris fugam capere: quare ſi talis ſe defendat, & pro tali defenſione occidat, vel mutilet inimicum contra ſe venientem non peccat, neque irregularis efficitur: & ratio huius eſt, quia, quod vitari non poteſt ſine dedecore, & nota, moraliter cenſetur ineuitabile, ideòque in caſu non tenetur fugere inuaſorem, ſed poterit vim vi repellere: quare iſte caſus intelligitur tacitè comprehenſus in d. Clementina de Homicidio: prout dicunt Suarez ſect. 46. ſect. 1. num. 6. Coninch. D. 17. d. 9. n. 90. Filliuc. tr. 20. c. 5. n. 134. Bon. to. 1. D. 7. q. 4. p. 6. n. 4. & Diana p. 2. tr. 15. Miſcel. reſ. 16.

Reſolutio. Ratio aſſertionis. Suarez. Coninch. Filliuc. Bonacina. Diana.

10 Limitanda eſt autem hæc aſſertio dupliciter primò niſi in caſu præceſſiſſet culpa ex parte ipſius, qui fugere cogitur: e. g. ſi talis dediſſet primo inuaſori alapam, vel iniurioſum verbum, & contumeliam contra inuaſorem intuliſſet, vel cùm eius conſanguinea, ſiuè vxore fuiſſet inuentus, aut pallium tollere voluiſſet, cuius cauſa talis contra illum fuiſſet inuaſus, vt vindicaret ſibi iniuriam illatam: tunc ſi talis poſſet ſe abſcondere, & fugere, non debet illum occidere, eò quod ipſe fuit cauſa talis aggreſſionis: quare ſi fugiendo amitteret reputationem propriam imputetur ſibi, non enim poterit licitè talem inuaſorem occidere: cùm poſſit alia via periculum vitæ euadere.

Limitatio prima niſi præceſſiſſet culpa ipſius inuaſi.

11 Quòd maximè eſt intelligendum quando incontinenti, ſeu in ipſa actuali iniuria hoc totum contingit: quando verò iniuria iam diu præceſſiſſet, & qui illam eſt paſſus poſtea aggreditur ad ſe vindicandum de iniuria illi facta: talis limitatio in caſu non haberet locum; poterit enim in caſu licitè ſe defendere, etiam ſi in tali actu defenſionis inuaſorem occidat, quando aliter defendere ſe non poſſet, tunc excuſaretur à pœna irregularitatis ratione talis homicidij facti pro defenſione vitæ propriæ: ita Suarez, & Filliuc. cùm Diana, locis ſupracitatis.

Limitatio limitationis. Suarez. Filliuc. Diana.

12 Secundò limitatur aſſertio, quò ad Regulares, & Clericos, nam huiuſmodi perſonæ Eccleſiaſticæ tenerentur (per ſe loquendo) ſe cuſtodire, abſcondendo, vel fugiendo à facie inuaſoris, nam perſonis Eccleſiaſticis, Deo dicatis non eſt ignominioſum in tali caſu fugam capere ad euitandum periculum, quòd idem dicendum eſt de perſona infimæ conditionis, peregrinis, & ignotis, non enim talibus perſonis communiter reputatur talis fuga ignominioſa, maximè quando inuaduntur à viris nobilibus, vel tempore noctis, quia tunc talis fuga non eſſet nota alijs: in his enim caſibus, & ſimilibus non liceret inuaſorem occidere, cùm poſſint euitare periculum fugiendo honeſto modo: prout dicit Gloſſa in c. Suſcepimus de homicidio, & ibi Panormit. num. 4. & in c. ſignificaſti 2. n. 9. eodem titulo, & c. 2. de vita, & honeſt. cleric. Couar. in Clement. ſi furioſus p. 3. §. vnico num. 4. Soto de iuſt. lib. 5. q. 1. A. 9. Saytus lib. 6. n. 17. Valent. tom. 3. D. 5. q. 8. p. 4. Suarez, cum Filliucio, locis citatis.

Secũda limitatio de perſonis religioſis. Infimæ cõditionis & ignotis. Gloſſa. Couarruuias. Soto. Saytus. Valentia. Suarez. Filliuc.

Dixi (*per ſe loquendo*) quia in aliquo caſu talis fuga poterit eſſe ignominioſa etiam perſonis Eccleſiaſticis reſpectu ſtatus Religionis, vt quia talis religioſus inuentus ſit in flagranti in aliquo delicto occulto ſcandaloſo, & fugiens tranſiendo per vicos, & plateas tota Ciuitas remaneret ſcandalizata de religione: ideoque in caſu non teneretur fugere cùm tanta amiſſione honoris, ideoque ſi poſſet incognitus occidere inuaſorem, adhoc, vt non eſſet cognitus ad cauendum ſcandalum, non eſſet irregularis: prout aduertunt Viualdus de irreg. n. 221. & Sayr. d. lib. 6. c. 17. n. 17. 13

Limitatur limitatio ſecũda. Viualdus. Saytus.

Quod etiam ſimiliter dicendum erit, quando talis fuga eſſet periculoſa ipſi Religioſo fugienti, vt ſi fugiendo incideret in manus inimicorum, vel ex eo quod alij inimici aſtarent à tergo, vel, quia ipſe aggreſſor videns fugam, maiorem audaciam, & animum caperet contra fugientem, ipſumque ſequens occidere poſſet: tunc in his, & ſimilibus periculis, ſi talis religioſus, omiſſa fuga inuaderet contra ipſum inuaſorem eumque pro ſua defenſione occideret, non incideret in irregularitatem, quia in tali caſu cum vi repellere licet, prout dicunt Felinus in c. Suſcepimus de homicidio: Couar. in d. Clementina Si furioſus p. 3. §. vnico n. 4. Syluest. in verbo homicidium 3. q. 4. Henriq. lib. 14. c. 10. §. 4. Io. de Lignano tr. de Iuſto bello. 14

Alia limitatio. Felinus. Couar. Syluest. Henriq. Io. de Lignano.

Imo dicunt nonnulli Doctores, quòd ſi Sacerdos celebrans inuadatur ab hoſtibus, & non poſſet aliter ſe defendere, niſi fugiendo, poterit in caſu licitè Sacrificium incompletum relinquere, & periculum mortis fugere, & quando fugere non poſſet, ſi accipiendo arma occidat inuaſorem non peccat, neque irregularitatem contrahit, eò quod tale homicidiũ factum eſt cauſa defenſionis propriæ vitæ cùm moderamine inculpatæ tutelæ, ideoque facta occiſione inimicorum poterit ſtatim reddere ad perficiendum Miſſæ Sacrificium inchoatum: ita Sylueſter verbo Bellum 2. n. 5. q. 3. Graff. tom. 2. Deciſ. c. 65. n. 9. Henriq. Io. de Lignano cùm Sayro, locis ſuptacit. 15

Caſus de Sacerdote celebrante. Sylueſter. Graffius. Henriq. Io. de Lignano. Saytus.

Quæritur tertiò: an liceat ſine irregularitatis pœna ſequi inuaſorem fugientem, qui illi alapam dedit, eumque occidere ad honorem recuperandum. 16

Quæſitum 3. An liceat inuaſorē ſequi.

Reſpondetur: in hac re duas eſſe opiniones, quarum vna abſolutè affirmat hoc non licere: nam ille, qui talem iniuriam intulit eo ipſo, quod ab iniuria ceſſat, ſiuè per fugam, ſiuè quouis alio modo ceſſet, vim non ampliùs illi infert, ideòq; illum ſequẽs & repercutiens vim illatam non repellit, ſed potiùs punit, & vindictam ſumit contra inimicum, neque honorem defendit, cùm iam per iniuriam amiſit, & quamuis talem honorem, ſecundum leges mundanas aliquo modo recuperaret, faciendo vindictã contra inimicum, talis tamen honoris recuperatio potiùs pertinet ad vindictam, quàm ad defenſionẽ: ideòque ſi talem fugientem vulneraret, & occideret non eſſet excuſatus à peccato, & irregularitate: ita Turrianus 2. 2. diſp. 27. d. 3. n. 9. Salonius q. 64. A. 7. cont. 2. concl. 1. & Malderus ibi tr. 3. c. 1. d. 14. Io. à Cruce in Direct. Confeſſ. p. 1. Præcept. 5. d. 6. concl. 1. Tolet. lib. 1. c. 79. §. 9. Quam opinionem Leſſius lib. 5. de iuſt. c. 9. d. 12. n. 80. Filliuc. tom. 2. tr. 29. c. 3. n. 51. Bonac. de contract. D. 2. q. vltima ſect. 1. p. 10. nu. 8.

Prima ſententia. Turrianus. Salonius. Malderus. Io. à Cruce. Toletus. Leſſius. Filliucius. Bonacina.

& Regi-

Reginaldus.

& Reginald. tom.2. lib.21.c.5.n.63.ſpeculatiuè valdè probabilem exiſtimant.

17 Secunda ſententia.

17 Altera ſententia exiſtimat, quòd quando vir nobilis recipit contumeliam ab aliquo, ſi eum inſequitur, non quidem, vt malum pro malo reddat, ſed, vt recuperet honorem ſuum, ſibi ab illo ablatum per contumeliam illatam: ſi proſequendo illum ſtatim vulneret, & occidat non eſſet effectus irregularis per mortem illius, dummodo hoc feciſſet in continenti, cùm adhuc res eſſet calida, non autem ſi tranſacto aliquo temporis ſpatio poſtquā talis inuaſor domum reuerſus eſt, ſiuè alia negotia gerit; quia tunc illum occidendo ab irregularitate non excuſaretur.

Ratio ſecundæ ſententiæ.

18 Ratio autem iſtius ſecundæ ſententiæ eſt, quia talis vir nobilis affectus tali iniuria magnam honoris iacturam acquireret, ſi fugientem inuaſorē non ſequeretur,& in caſu poſſet licitè illum tantùm percutere, quantum ad ſui honoris defenſionē eſſet neceſſarium, vel etiam occidendo quādo id opus eſſet ad ſuum honorem recuperandum: ſi enim poterit quis iurē perſequi, & illata vi, ſi id opus eſſet, etiā illius mortis damno recuperare bona illi furata: quāto maiori ratione poterit hoc vir nobilis pro recuperando honore ſibi ſublato: ita Henriq.lib.14.c.10. n.3. in Gloſſa lit. T. citans Cordubam Martium, & Pennā, aliosq; plurimos: concordat Nauar.in man. c.15.n.4. in fine; Pet.Nauar.de reſt.lib.2.c.3.n.383. Victoria de iure belli q.2.n.5.Fernandez in ſum.p.1. c.9.§.1.n.16.Lopez p.1.Inſtit.c.62.ſequiturque Diana q.2.tr.15.de Miſcell.reſolut.15.

Henriq. Corduba. Martius. Penna. Nauar. Pet.Nauar. Victoria. Fernandez. Lopez. Diana.

Quæſitum 4. De illo, qui dedit cauſam ad inuaſionē.

19 Quæritur quartò: an ex iniuria proximè antecedente reddatur tutela culpabilis: e.g. quis commiſit adulterium cùm aliqua fœmina inuentus inflagranti crimine à marito, qui vult illum occidere: an talis inſurgens contra talem maritum occidat illum, vt liberet ſe à morte efficiatur irregularis?

Prima ſententia.

Reſpondetur controuerſiam eſſe inter Doctores circa hunc caſum, aliqui enim affirmant, alij negāt: prima ergo ſententia dicit: in tali caſu ſi quis inſurgat cōtra maritum adulteræ illumq; occidat peccare mortaliter,& irregularitatem incurrere, eò quod ille dedit cauſam marito talis aggreſſionis cōtra eū ad faciendam vindictam de iniuria ſibi facta cōtra ſuum honorem: ideòq; occidēdo illam facit contra iuſtitiam: ità Nau.conſ.32.33.& 34. de homicidio, & in man. c.15.n.7. & c.27. n.238. D.Ant.3.p.tit.5. c.8. §.1. Sum.Aſtenſis tit.35. Maiolus de irregul.lib. 5. c.48. n.7. & 8.Molina tom.4. tr.3. D.72.n.5.& D. 77.n.9. Vgolin.c.29. §.3.

Nauar. D.Anton. Aſtenſis. Maiolus. Molina. Vgolinus.

Secunda ſententia.

20 Secunda ſententia exiſtimat in hoc caſu, defendendo vitam propriam, & adulteræ, ne occidatur à marito illius, non potens aliud agere pro ſui defenſione, ſi inſurgat in actu aggreſſionis cōtra talē perſonam illamq; occidat, nō incurrere irregularitatis pœnam, quia defenſio vitæ eſt de iure naturæ, quāuis mediāte adulterio cōmiſſo fuiſſet cauſa culpabilis talis inuaſionis: talis tamē cauſa in caſu exiſtimatur remota: non enim tale adulteriū fuit tali animo factū: vt ſupponitur, ſed cauſa ſenſualitatis,& illiciti amoris libidinoſi, ſed inuaſio mariti ſequitur per accidens, ideòq; defenſio vitæ non eſt illi prohibita.

Confirmatur ratio ſecundæ ſententiæ.

21 Quòd autem irregularitatem non incurrat patet ex hoc, quia in caſu maritus adulteræ occidēs adulterum peccat mortaliter, quamuis ſecundū ius ciuile tale delictum homicidij reddatur impune, quādo factum eſt inflagranti crimine: in foro autem Dei non excuſatur à peccato, cùm poſſit illos accuſare apud iudices ad puniendos, ſecundum iura: ſi ergo maritus occidit iniuſtè, conſequenter ſequitur adulterum non amiſiſſe ius ſuum ad ſe defendendum cùm moderamine inculpatæ tutelæ: alioquin maritus occidendo adulterū non peccaret, quòd eſt falſum, prout nos probauimus in tr. de matrimonio in tom.1.noſtræ Theolog.moral.ita Syluest.verbo homicidium 3. q.4. Armilla verb. irregularitas nu.42. Tabiena verb. [illegible] 24.Soto de iuſt.lib.5.q 2.A.9.Leſſius lib.2. de iuſt. c.9. d.22.n.81.Pet.Nauar.lib.2.direct. p.3.d.4. n.263. Bonac.p.7.q.4.p.6.n.3.Auila p. 7.D.5.d.3.concl.1.Medina 12.q.73.A.8.

Syluest. Armilla. Tabiena. Soto. Leſſius. Pet.Nauar. Bonacina. Auila. Medina.

Et hanc ſentētiam ſecundam in praxi valdè probabilem exiſtimant: Suarez tom.5.D.46. ſect.1.nu. 11. Henriq. lib.14. c.10.n.3.& Regin.tom.2.lib.30. n.100.cùm enim defenſio propriæ vitæ ſit naturalis, ideòq; non eſt putandum Eccleſiam piam matrem in tali caſu voluiſſe adſtringere ad irregularitatis pœnam: quando aliter mortem euadere non potuiſſet, & cùm res ſit fauorabilis potiùs videtur amplianda, quam reſtringenda: vel ſaltem ſimpliciter eſt iudicanda, &c. 22

Suarez. Henriquez. Reginaldus.

Quæritur quintò: an fiat irregularis, qui alium occidit, vt defendat ſe à membri mutilatione, ſeù graui vulneratione vultus facienda ab inuaſore. 23

Quæſitum 6. De defenſione à mutilatione mēbri. Reſolutio.

Reſpondetur negatiuè: qui enim occidit inuaſorem cùm moderamine inculpatæ tutelæ ad defendendum ſe etiam à ſola membri mutilatione, ſiuè brachij debilitatione, vel à graui percuſſione cōtra ſe intenta, non peccat, & per conſequens, neque irregularitatē incurrit: eò quod quilibet tenetur defendere membra ſui proprij corporis, quod idē dicendum eſt de deformitate vultus: homo enim tāti facit, & exiſtimat formationem proprij vultus, quāti facit diuitiarum iacturam: ſed pro defenſione diuitiarum, rerumque temporalium non incurritur irregularitas, vt infra videbitur, ergo neque ad vitandam proprij vultus deformationē, quæ maiori exiſtimatione cuſtoditur: ita Sayrus lib.6.c.17.num.4. Henriq.lib.14.c.10.n.3.& Bon.D.7.q.4.p.6.n.4.& 8.

De deformitate vultus.

Sayrus. Henriq. Bonacina.

Quæritur ſextò: an occidens iudicem, ſibi iniuſtè parantem mortem inferre, fiat irregularis? 24

Quæſitum 6.

Reſpondetur negatiuè: & ratio huius eſt, quia in iure abſolutè dicitur de occidente ob ſui defenſionē cùm moderamine inculpatæ tutelæ: ſed talis iudex iniuſtè vult illum occidere (vt ſupponitur) contra ordinem rectæ iuſtitiæ, & in caſu non facit officium veri iudicis, ſed inimici, ergo occidendo illum ad ſui defenſionem iuſtam, non peccat, neq; irregularitatē incurrit, quia vim iniuſtam vi repellere licet, vt patet ex dicta Clementina ſi furioſus de Homicidio.

Reſolutio.

Clemētina ſi furioſus.

Quod idem intelligendum eſt de illo, qui captus ab hoſtibus, ideòq; detinent in cuſtodiam, vt poſſint interficere contra iuſtitiæ ordinem, tunc ſi talis, vt effugiat è manibus inimicorum occidat cuſtodem carceris vbi iniuſtè detinetur, ad effugiendam mortem, ſibi proximè inferendam non incidit in irregularitatem, quia in caſu vim vi repellere licet, & in caſu cēſetur iam actus iniuſtè inuaſionis inchoatus: ita Vgolin.de irreg c.39.§.8.Couar.in Clemēt. ſi furioſus p. vltima §. vltimo, Bon.p.7. q 4. p.6.n.4.& 6. 25

De illo, qui iniuſte detinetur in cuſtodia.

Vgolinus. Couar. Bonacina.

Quæritur ſeptimò: an quando quis non poſſet ſe ipſum defendere ab inuaſione, ſi tradat arma alteri ad ſui defenſionem ſi talis acceptis armis occidat talem inimicum, vel occidatur ab illo: is, qui mandauit talem actionem periculoſam fieri effectus ſit irregularis ratione mortis alterius ſecutæ. 26

Quæſitum 7. De illo, qui tradit arma alteri pro ſui defenſione.

Reſpondetur negatiuè, quia ſicut ille poterat ſibi licitè defendere ab inuaſore, etiam illum occidēdo, ita poterit etiam alium conuocare ad ſui defenſionem, illiq; arma ſua præbere ad ſe defendendum.

Reſolutio.

Quòd idem dicendum eſt, ſi caſualiter talis defenſor 27

Etiam ſi ami-
us caſus fe-
ciſſet occiſus.

fenſor occideretur ab inuaſoribus, talis enim mors contingit per accidens, & non per ſe, non enim intendebat ille, vt talis ſuus defenſor interficeretur, ſed, vt defenderetur ab illo, ideòque mediante tali morte præter intentionem ipſius ſecuta, non eſt effectus irregularis, quia poterat licite ad ſuā defenſionem amicum conuocare, illiq; ſua arma tribuere: ita Nauar. c.27. n.212. Vgolinus de irreg. c.39. §. 6. Reginald. lib.30. tr.2. num.109. Filliuc. d. tr.20. c.5. num.161. Molina tom.4. tr.3. D.72. num.7.

Nauarrus.
Vgolinus.
Reginald.
Filliuc.
Molina.

28
Quæſitum 8.
An pro defen
ſione hono-
ris, & rerum
temporaliū?

Quæritur octauò: an ſi quis occidat aliquem ob defenſionem ſui honoris, vel rerum ſuarum temporalium efficiatur irregularis?

Prima ſen-
tentia affir-
matiua.
Ratio iſtius
ſententiæ.

Reſpondetur: in hac re duas eſſe ſententias, quarum prima affirmat, dicens: talem occidentem aliquem pro defenſione rerum temporalium non eſſe immunem ab irregularitate, ſaltem ex defectu lenitatis: & ratio eſt, quia iura ſolum excipiunt defenſionem propriæ vitæ, quæ eſt maxime neceſſaria, ſecundum ius naturæ: neceſſitas autem rerum tēporalium nō eſt talis: & licèt talis neceſſitas excuſaret aliquando à peccato homicidij, non tamen excuſat à defectu lenitatis: eò quod talis potius voluit ſanguinem proximi effundere vſque ad mortem, quam amittere res temporales: ita Panorm. in c.2. de homicidio: Soncinnus in c. ad audientiam eodem titulo: Villadiego tr. de irreg. Nauar. c.15. n.2.3. & 4. & c.27. n.209. & 213. Tolet. lib.1. c.80. §.21. & colligitur ex c. Suſcepimus de homicidio, vbi dicitur: *Expediebat potius poſt tunicam relinquere pallium, & verum ſuſtinere iacturam, quam pro conſeruandis rebus vilibus, & tranſitorijs in alios tam acriter exardeſcere.*

Panormitan.
Soncinnus.
Villadiego.
Nauar.
Toletus.
c. Suſcepimus
de homici-
dio.

29
Secunda ſen-
tentia.

His tamen non obſtantibus eſt ſecunda ſentētia dicens: *Occidentem inuaſorem ob defenſionem honoris, rerumq; ſuarum temporalium non fieri irregularem, ſeruato tamen moderamine inculpatæ tutelæ*: & ratio huius eſt, quia occidens aliquem ſine culpa non peccat, neq; fit irregularis: ſed occidens furem pro defenſione rerum ſuarum occidit ſine culpa, ergo non incurrit irregularitatem, quæ cōtrahitur ex delicto: nam ſicut irregularitas non contrahitur occidendo aliquem ob defenſionem vitæ, ità neq; ob defenſionem bonorum externorum, quæ modo ſuo ſunt neceſſaria ad vitam degendam: ideòq; talis irregularitas non eſt in iure expreſſa: ità Couar. in d. Clem. ſi furioſus p.3. in fine Caſtro lib.2. de leg. pœnal. c.14. Soto lib.5 de iuſt. q.1. A.8. Suar. D.46. ſect.2. n.4. Petr. Nauar. lib.2. de reſt. c.3. n.419 & Henriq. lib.14. c.11. §.3. Sayr. lib.6. c.17. n.22. Graff. lib.2. deciſ. c.65. n.15. Filliuc. tr.20. c.3. n.112. Coninch. D.18. d.9. n.50. & Bonac. D.7. q.4. p.6. n.10. Molina tom.4. tr.3. D.72. n.3. Reginald. lib.30. n.107.

Ratio ſecūdæ
ſententiæ.

Couar.
Caſtro.
Soto.
Suarez.
Pet. Nauar.
Henriquez.
Sayrus.
Graffius.
Filliuc.
Coninch.
Bonacina.
Molina.
Reginaldus.

Ad illud, quod dicunt aliqui ex Doctoribus prioris ſententiæ, quod ſaltem in caſu talis incurrat irregularitatem ex defectu lenitatis.

30
Reſp. ad limi
tationem pri
mæ ſentētiæ.
De Irregulari
tate ex defe-
ctu lenitatis.

Reſpondetur talem irregularitatem incurri quādo, quis occidit aliquē publica auctoritate, vel tāquam iudex, vel tanquam miniſter iuſtitiæ, (vt in ſequenti Capitulo videbitur) in hoc autem caſu non ita occidit, ſed priuata auctoritate pro defenſione rerum ſuarum, quando aliter defendere non poſſet, quæ actio nō eſt illicita quando fit cùm debito moderamine inculpatæ tutelæ, ideòque in caſu, ſecundum probabiliorem rationem ſecundæ ſententiæ nullam irregularitem incurret.

31
Quæſitum 9.
An pro defen
ſione vitæ
proximi.

Quæritur nonò: ān occidens inuaſorem proximi ad eum defendendum fiat irregularis?

Reſolutio.
Prima ſenten
tia.

Reſpondetur, quòd licèt etiam de hac re ſit aliqua controuerſia inter Doctores: quidam enim exiſtimant: non poſſe quis ſine irregularitatis pœna occidere inuaſorem proximi, eò quod tale homicidiū non eſt licitum, nec permittitur, ſecundum ius Canonicum, cum æque diligenda ſit vita vnius, ac alterius proximi: ideòq; in d. Clement. de homicidio ſolūmodò fit mentio defenſionis propriæ vitæ: ideo, &c. ita Sylu. verbo homicidium 1. q.3. Armilla verb. irregularitas n.4 Nauar. c.27. n.213. Maiolus lib.5. de irreg. c.48. n.9. Vgolin. de irreg lib.6 c.30. Aula p.7. D.5. ſect.3. d.4. Salonius 2.2. q.64. A.8.

Syluester.
Armilla.
Nauar.
Maiol.
Vgolinus.
Aula.
Salonius.

32
Secunda ſen-
tentia.

His tamen non obſtantibus alij Doctores cōtrarium exiſtimant, dicentes: poſſe quis licite defendere vitam proximi, etiam occidendo iniuſtum inuaſorem, quando aliter defendi non poſſet, maxime quando fit cum moderamine inculpatæ tutelæ abſque nota irregularitatis: & ratio huius eſt, quia ad incurrendam irregularitatem iſtam illius homicidij requiritur culpa ipſius agentis: in hoc autem caſu nulla interuenit culpa, cum licitum ſit vim vi repellere, non ſolum ob propriam defenſionem, verum etiam pro defenſione vitæ alterius proximi, nō ſolùm intrinſeci, prout eſt pater, mater, filius, alijq; conſanguinei, ſed etiam extranei, eſt enim Diuinum præceptum, vt vnuſquiſque diligat proximum ſuum, ſicut ſe ipſum, ideòque defendendo innocentem ab inuaſore iniquo non incurritur irregularitas etiam morte illius ſecuta.

Ratio ſecun-
dæ ſententiæ.

33
Confirmatur
ratio ſecun-
dæ ſententiæ.

Argumentum deſumitur à ſimili, ſiuè à minori ad maius: ſi enim quis percutiens, ſiuè interficiens clericum pro defenſione vitæ alterius proximi, quādo aliter defendi non poterat non eſt excommunicatus, cùm talis percuſſio non ſit facta ſuadente Diabolo, ſed iuſta cauſa, vt omnes communiter fatentur, ergo neq; fit irregularis occidendo iniuſtum inuaſorem proximi pro iuſta defenſione illius vitæ: licitum enim eſt in hoc caſu argumentari à ſimili: ità Couar. in d. Clement. ſi furioſus p.3. §. vnico n.5. Molina tom.4. tr.3. c.77. n.7. Leſſius lib.2. de iuſt. c.9. d.11. n.73. Cardinal in d. Clement. de homicid. Em. Sà verb. irregularitas n.2. Filliuc. tr.20. c.5. n.158. Reginald. tom.2. lib.30. c.5. n.60. Coninch. D.18. d.9. n.88. Bonac. D.7. q.4. p.6. n.11. Caſtro de leg. pœnal. lib. c.14. & iſta opinio videtur magis communis, & probabilior.

Couar.
Molina.
Leſſius.
Cardinal.
Em Sà.
Filliucius.
Reginald.
Coninch.
Bonacina.
Caſtro.

DE IRREGVLARITATE ex defectu lenitatis contracta mediante homicidio punitiuo.

CAP. IV.

1 QVoniam omnes Eccleſiaſtici Ordines ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſunt ordinati, in quo Chriſtus Dominus, qui pacis, & manſuetudinis fuit, & eſt verè pacis auctor, & amator, quique ſuo pretioſiſſimo ſanguine pacē attulit mundo, par eſt, vt miniſtri ipſius ſponſæ Eccleſiæ hanc pacem, & manſuetudinem præſeferant: ideòque quicumq; voluntariè fuerunt cauſa mutilationis alicuius membri, vel priuationis vitæ humani corporis, Chriſti Domini manſuetudinem repræſentare minimè poſſunt: quare rationabiliter Eccleſia Sācta Dei per Sacros Canones omnes; ſingulosq; homicidas, ſiuè membri mutilatores ab Ordinibus Eccleſiaſticis, tàm ſuſceptis, quàm recipiendis reprobat, & expellit: non enim huiuſmodi homines Carnifices Chriſti Domini perſonam repræſentare poſſunt, potiuſq; quandam crudelitatē ipſius Chriſti Crucifixorum repræſentant, ideòque omnes huiuſmodi homines tāquam irregulares ex defectu lenitatis reputantur, prout cōmuniter dicunt omnes ſingu-

Quare iſta ir-
regularitas in
ſtituta eſt.

Paludanus. Richardus. D. Thom. Suarez. Maiolus.

ſingulique Theologi, vt Palud.in 4. ſent. D.25.q.3. A.2.Richard.q.3.A.5.cùm D.Thom.in addit.3.p.q. 34.A.4.Suarez D.47.ſect.1.Maiol.lib.2.de irreg.c.6. alijque communiter.

2 Irregularitas ex defectu lenitatis, quæ. Quæ perſonæ cõtrahãt hanc irregularitatem.

Agimus ergo in hoc præſenti capitulo de irregularitate, quæ cõtrahitur ex defectu lenitatis propter homicidium, ſiuè membri mutilationem, iuſtè factam ſine peccato ſecundum iura, quæ multipliciter à plurimis, diuerſiſque perſonis contrahi poteſt, ſiuè à iudicibus, ſiuè à ducibus, alijſque miniſtris iuſtitiæ in cauſa ſanguinis, ſiuè ab accuſatoribus, & teſtibus, ſiuè aduocatis, & procuratoribus, cauſas criminales exercentibus, ſiuè à militibus chirurgis, & medicis, alijſque hominibus, qui alicuius perſonæ viuentis cauſa mortis, ſiuè membri mutilationes fuerunt cauſa voluntaria, etiam ſecundum iuſtitiæ ordinem, de quibus omnibus, quæ neceſſaria ſunt circa irregularitatẽ contractã breuiter eſt dicendũ.

3 Quæſitum 1. De iudicibus etiã miniſtris iuſtitiæ. Aſſertio.

Quæritur ergo primò: an iudices, alijq; miniſtri iuſtitiæ, ſecuta morte delinquẽtis, ſiuè membri mutilatione efficiantur irregulares?

Reſpondetur affirmatiuè, clarum enim eſt (ſecundũ ius Canonicum) omnes, ſinguliq; Chriſti fideles baptizati, dummodo ſint doli capaces, ſiuè clerici, ſiue laici (præter Summum Pontificem, qui humanis legibus non ſubijcitur) ſiuè ſint ipſi iudices, ſiuè duces, commq; aſſeſſores, conſultores, & cooperatores, alijque miniſtri iuſtitiæ, qui ſunt cauſa alicuius mortis, ſiue alicuius membri amputationis, ſiuè ſint ſatellites comprehendentes reum, ſiuè torquentes ad veritatem criminis extorquendam; inſuper notarij, & tabelliones, ſiuè dictantes, & ſcribentes, vel legentes ſententias, ſecuta morte, aut mutilatione, ſunt ipſo facto irregulares, adeò, vt ſecundum Canones non poſſint deindè ſine Summi Pontificis diſpenſatione ad Eccleſiaſticos Ordines admitti: patet hoc ex c. ſententiam ſanguinis: ne Clerici, vel Monachi in 6. & ex c. Clericis, eodem titulo, & ex Can. ſi quis viduam, & Can. Clericus D.50. & Can. 1. D.51. & ex c. in Archiepiſcopatu de Raptorib. & Can. quæſitum 23.q.4. & Can. ſæpè, & Can. his quibus 23.q.8. & ex Clement. vnica de homic. ex multiſq; alijs iuribus, quæ paſſim citãtur à Doctoribus.

Iudices. Duces. Aſſeſſores. Conſultores. Miniſtri iuſtitiæ. Satellites. Notarij. Tabelliones legentes, ſiuè dictantes ſententiam mortis. C. ſentẽtiam ſanguinis. C. clerici. Can. ſi quis viduam. Can. clericus. C. In Archiepiſcopatu. Can. quæſitũ. Can. ſæpè. Can. his quibus. Clement. de homicid.

4 Limitatur aſſertio. Trãſcribẽtes, & legentes ſimpliciter.

Verum tamen eſt, quòd ſcriptores, tranſcribentes ſimpliciter tales ſententias, vel ipſas legentes cauſa curioſitatis non efficiuntur irregulares, mediantib. huiuſmodi actionibus, dũmodò non ſint cauſæ proximæ accelerationis mortis, vel mutilationis faciendæ: quod idem dicendum eſt de illis, qui leuia, vel valdè remota exhibent ſigna, ſiuè indicia talis iuſtitiæ faciendæ: quare ſi quis det ſignum campanæ, vel clamet contra latrones, vt capiantur à iuſtitia, ne furtum faciant, vel ſublatum reſtituant, quamuis talis latro captus à iuſtitia, deindè condemnetur ad mortem non eſſet effectus irregularis, qui tale ſignũ fecit, eò quod tale ſignum non fuit cauſa proxima talis mortis, ſed valdè remota: vt patet ex c. tua nos de homicid. ità Couar. in Clement. ſi furioſus de homicid. p.2.§.5.n.1. Suar. de cenſ. D.47.ſect.2. nu.8. Auila p.7.D.5.ſect.2.d.15.Bonac. D.7.q.4.p.1.n.5.

De dante ſignũ cãpanæ.

C. tua nos. Couarruuias. Suarez. Auila. Bonacina.

5 Quæſitum 2. De conſultore. Reſolutio.

Quæritur ſecundò: an quando iudex petit conſiliũ à Doctore in cauſis criminalibus: conſultor talis, ſecuta morte delinquentis, efficiatur irregularis?

Reſpondetur, quòd quando iudex cõſulit Doctorem in his, quæ pertinent in cauſa ſanguinis, tunc ſi talis conſultor generaliter reſpondeat abſtrahendo à particulari, & dicendo: *Homicidas, ſecundum leges eſſe reos mortis, fures ſuſpendendos, ſodomiticos comburendos, &c.* dummodò non expreſsè dicat, talẽ propter tale crimen commiſſum eſſe condemnandum ad mortem, ſiuè mutilandum, &c. non eſſet effectus irregularis, eò quod in caſu tantummodò adaperit veritatem, dicendo ſimpliciter, quid leges circa talia crimina determinent, non deſcendẽdo ad caſum particularem alicuius rei condemnandi: ità Maiol. de irreg. lib.2.c.10. Molina tom.4.tr.3.D.74.num.4. Vaſquez 22. tom.1.D.93.d.2. Turrianus de cenſ. lib. 9.D.66.d.4.& Diana p.3.tr.5.Miſcell.reſ.80.

Maiolus. Molina. Vaſquez. Turrianus. Diana.

6 Aduertentia.

Caueat autem Sacerdos, ſiuè alius vir doctus, ne in huiuſmodi conſilijs dicat expreſsè: talem eſſe condemnandum ad mortem, ſiuè ad mutilationem manus, &c. quia tunc ſi iudex, iuxta tale conſilium Doctoris illum ad tale ſupplicium cõdemnaret, ſecuta morte, vel mutilatione, talis conſultor efficeretur irregularis, eò quod tunc fuit cauſa motiua iudicis condemnantis, &c. quando verò conſilium talis Doctoris non fuit efficax, & cauſa motiua talis ſententiæ, quia iudex iam erat paratus ad talem pœnam condemnandum, etiam abſque tali conſilio, ſed ſolummodò petijt tale votum ad pacandã ſuam conſcientiam, ne fortè facerent cõtra iuſtitiæ ordinem, tunc talis conſultor excuſari poſſet ab irregularitate: prout dicunt Say. lib.6.c.16.n.11. Vgolin. de irreg. c.9.§.2.n.7. Bonac. D.7.q.4.p.1.n.6.

De conſilio inefficaci.

Sayr. Vgolinus. Bonacina.

7 Quæſitum 3. De Aſſiſtentibus, & comitantibus. Reſolutio. Quando ſiũt irregulares.

Quæritur tertiò: an aſſiſtentes executioni ſententiæ, vel reum comitantes ad ſupplicium incidant in irregularitatem?

Reſpondetur, quòd quando huiuſmodi comitantes reum ad mortem, vel aſſiſtunt executioni talis iuſtitiæ, tanquam miniſtri, ſiuè officiales, qui aliquo modo mediante tali aſſociatione, ſeù præſentia cooperantur ad mortem, vel tanquam officiales, vel tanquam ſatellites, ideòq; comitantur reum ad ſupplicium, nè fortè fugiat, tunc certiſſimum eſt omnes huiuſmodi perſonæ effici irregulares, tanquam cooperatrices ad mortem, ſiuè mutilationem delinquentis: quod idem pariter dicendum eſt de Cuſtodibus carceris, offerentibus claues ad aperiendum Carcerem, vt indè reus ad mortem ducatur: ita Nauar. c.27. num.214. Maiolus lib. de irreg. lib. 2.c.10. Vgolin. c.5. §.2. Reginald. lib.30. num.134. cùm alijs communiter.

De Cuſtode carceris.

Nauarrus. Maiolus. Vgolinus. Reginald.

8 Quãdo excuſantur ab irregularitate.

Secus autem dicendũ eſt: quando aliquæ perſonæ comitentur reum ad ſupplicium, vel ad eũ conſortandũ, vel cauſa curioſitatis aſſiſtunt executioni talis iuſtitiæ, non eam auctorizando, ſed ſimpliciter, vt videant modũ talis executionis ſententiæ cauſa curioſitatis: in his enim caſibus nulla irregularitas incurritur, eò quod talis aſſocietas, ſeù præſentia nullã auctoritatẽ, ſeù cooperationẽ præbeat ad ſuppliciũ faciendũ: ita Maiol. d. lib.2.c.10. Filliuc. d. tr.19.c. 10.n.258. & Bon. tom.1. de irreg. D.7.q.4. p.1.n.16.

Maiolus. Filliuc. Bonacina.

9 Quæſitum 4.

Quæritur quartò: an quando Sacerdos, ſociando reum ad ſupplicium inaduertenter dicat, aſcende gradum ſcalæ: ſeu ſuppone caput, &c. incurrat irregularitatem?

Sacerdos dicens aſcende gradum ſcalæ non eſt irregularis.

Reſpondetur negatiuè: non enim talis Sacerdos per hæc, aut ſimilia verba intẽdit accelerare mortẽ condemnati, ſed dicuntur talia verba inaduertẽter, & ad bonum finem, ne reus grauius tormentum recipiendo iſtum patiatur, ideoque ratione paruitatis materiæ, & inaduertentiæ non inducunt irregularitatem; quod idem dicendum eſt de illo Sacerdote, qui dum vehitur ſimul cùm reo ſuper currum inaduertenter infligit iumentum, aut dicat: Eia pergamus, quia hora eſt iam tarda, & populus multus detinetur, vel conſulat pro tali fine, vt miniſtri iuſtitiæ arripiant viam breuiorem: quia non intendebat accelerare mortem, ſed pro bono fine, vel cauſa inaduertentiæ: ita Henriq. lib.14 c.12.n.7. Auila p.7. D.5.

Henriq. Auila.

Molina. Reginaldus. Layman. Vaſquez. Turrianus. Villalob. Diana.

D 5. ſect.2.d.1. §.8. Molina tom.4.de iuſt.tr.3. D.5. n.4. Reginald.tom.2.lib.30.tr.2.c.9. n.103. Layman in Theolog. mor.lib.3. ſect.5. p.3. c.7.n.2. Vaſquez 22.tom.1. D.93.d.2.Turrian. de cenſ.lib. 9. D.66. d. 3. Villalob.in ſum.tom.1.tr.21.diffic.27.num.13. & Diana: p.3.tr.5. miſcell.reſol.79.

10 Quæſitum 5. De fabricantibus furcã.

Quæritur quinto: an fabricantes furcam, vel ſcalas, ſiuè funes, aliaque ſimilia inſtrumenta, quibus mediantibus deindè ſuſpenditur reus, efficiantur irregulares, morte illius ſecuta?

Reſolutio. Fabricantes ſimpliciter non incurrũt.

Reſpondetur diſtinguendo, quòd quando huiuſmodi fabri parant furcam, ſiue ſcalas, aut funes, ſiuè gladios, cum huiuſmodi inſtrumenta ſint indiferentia, non videntur eſſe huiuſmodi fabri cauſa proxima mortis illius iuſtitiati mediãtibus talib. inſtrumentis, ſed valde remota eo quod talia inſtrumenta ſimpliciter fabricata fuerunt à fabro indifferẽter pro quocumque vſu in genere: ſi autem deindè deſeruiant ad mortem alicuius rei, nòn imputatur fabro, ideòq; irregularitatem non incurrit: ſecus autẽ dicendum eſt de illo, qui ſcienter fabricauit talem furcam ad ſuſpendeudum talem reum, quia tunc videretur fuiſſe cauſa proxima mortis illius: ita Sylu. verb.homicidiũ 3. n.3.Molin.d.to.4.tr.3. D.74.n.2. Vgolin. c.11.§.4. Henriquez, & Reginald. & Auila loc.ſupracit. Nauar.c.27.n.212.Graff.p.1.Deciſ.lib. 4 c.27.n.68.Bonac.d.p.7.q.4.p.1. n.13.

Quando incurrunt.

Syluest. Molina. Vgolinus. Henriq. Reginaldus. Nauar. Graff. Bonac.

11 Quæſitum 6.

Quæritur ſextò: an, qui intercedit apud iudicem, ne reus ducatur ad ſupplicium per talem viam, vel ne conducatur per totam Ciuitatem, ſed conducatur alia via breuiori, incurrat irregularitatem propter accelerationem mortis?

Reſpondetur negatiuè: ſupponitur enim fuiſſe factam talem interceſſionem recta intentione, nõ vt mors rei accelerar etur, ſed ad effugiendũ dedecus, & infamiam, vel dolorem conſaguineorum, ne trãſeundo per talem vicum ſit cauſa maioris afflictionis parentum, licèt fortè mediante tali interceſſione mors illius fuiſſet accelerata: quia hoc non intẽdebat talis interceſſor, & talis acceleratio euenit per accidens, & non per ſe, ideòq; irregularitatis nota talis non eſt affectus: prout dicunt Henriq.lib.14. c.12.n.7.Auila d.p.7.D.5.ſect.2.d.1.§.8.in fine; Bonac d.D.7.q.4 p.1.n.15.

Henriquez. Auila. Bonac.

12 Alius caſus.

Quòd etiam idem ſimiliter dicendum eſt de illo Sacerdote, qui audita confeſſione rei, dicat Carnifici: *Functus ſum officio meo, nemo te impedit*, licèt carnifex talib. verbis auditis exequatur munus ſuũ, infligendo mortem reo, non ideò talis Sacerdos effectus eſt irregularis, eò quod talia verba fuerunt indifferentia ad oſtendendam confeſſionem fuiſſe factã, & nõ habuit intentionẽ, vt mors illius acceleraretur, prout dicunt communiter Doctores ſupracit.

13 Quæſitum 7.

Quæritur ſeptimò: An Sacerdos, ſiuè alius clericus, qui dicit Principi, vt faciat iuſtitiam cõtra fures, & homicidas, illoſque acriter puniat, efficiatur irregularis, ſecuta morte talium delinquentium?

Reſolutio.

Reſpondetur, quod quãdo huiuſmodi exhortatio facta fuiſſet ſimpliciter, & generaliter, nõ deſcendẽdo ad aliquam perſonam particularẽ excuſari poſſet à nota irregularitatis, eò quod huiuſmodi locutiones, non important cooperationem ad mortem alicuius perſonæ particularis, ſed indifferenter ſunt ad quoſcumque reos talis criminis, vt Ciuitas à talibus facinoroſis purgetur: quod ſecus dicendum eſſet, ſi talis expreſsè dicat, vt Princeps talem furem ſuſpendat, ſeu, vt faciat, quàm citius exequi ſententiam contra talem latam: tunc enim ſecuta morte, vel mutilatione illius perſonæ efficeretur irregularis: prout dicunt Vgolinus, Sayrus, & Auila, locis ſupracitatis, concordant Filliuc. d.tr.19.c.10.q.2.n. 268.cum Bonac.de irreg D 7.q.4 p.1 n.21.

Vgolinus. Sayr. Auila.

Filliuc. Bonac.

14 Quæſitum 8. De Epiſcopo conſtituente iudicem.

Quæritur octauo: an Epiſcopus, ſiue alius Clericus habens dominium temporale alicuis Ciuitatis, ſiue Prouinciæ poſſit conſtituere iudices, alioſq; officiales ad puniendos delinquentes ſecundum leges, ſi ſecuta morte alicuius delinquentis effectus ſit irregularis?

Reſolutio. Nõ incidit in irregularitatem.

Reſpõdetur negatiuè, aliàs enim talis iuriſdictio tẽporalis perſonis Eccleſiaſticis non permitteretur, ideòq; licite, & ſine nota irregularitatis poſſunt huiuſmodi Domini temporales non ſolùm cõſtituere iudices, alioſq; officiales pro cauſis criminalibus definiendis ſecundum leges; verùm etiam quandoq; poſſunt in aliquo delicto ſpeciali mãdare illis, vt inquirant diligenter de tali delicto commiſſo faciantque debitam iuſtitiam ſecundum leges, &c.

Aduertentia.

15 Limitatio.

Modo tamen ſpecialiter non mandet, vt talẽ perſonam ſpecialem condemnent ad mortem, ſiue ad amputationem alicuius mẽbri, quia tunc ſecuta tali morte efficeretur irregularis (niſi habeat circa hoc ſpecialem conceſſionem Summi Pontificis) ſed in caſu poterit indifferenter dicere, vt attendãt ad inquirendam, & examinandam cauſam, faciantq; deinde ſecundum iura, prout in Domino videbitur expedire: quare ſi poſtea iudices delegati inueniãt reũ dignum morte, eumq; condemnent, ſiuè iuſte, ſiuè iniuſte, talis Epiſcopus non eſt effectus irregularis. Ita enim habetur ex c. vltimo ne clerici, vel Monachi in 6. & communiter dicunt Couar. in Clement, de homicid.p 2 §.5.n.8.Syluest verb.homicidium 3. n.7.Tabiena verb.irregularitas 2.n.5.§.4.Vgolin.de irreg c.5.§.5.Auila p.7. D.5. ſect.2. d.4.& 5. Suarez D.47.ſect.1.n.5.& Filliuc.d.tr.19.c.9.n.241.

C. ne Clerici, vel Monachi. Couar. Syluest. Tabiena. Vgolinus. Auila. Suarez. Filliuc.

16 Quomodo poterit reſpõdere iudicib. interrogãtib.

Ex quo ſequitur, quòd quando huiuſmodi Prælatus quæſitus fuerit à ſuis officialibus, quid faciendũ ſit in tali cauſa criminali alicuius delinquẽtis in particulari reſpondere poterit his, aut ſimilibus verbis, dicendo: *Facite, quòd leges ſtatuunt: conſulite peritos, ego enim circa hoc conſilium dare non poſſum:* vel poterit dicere in genere: *Homicidæ pæna mortis puniuntur: Graſſatores viarum ſuſpenduntur*, ſecundum leges, &c.in his enim, aut ſimilibus modis talis Prælatus generaliter reſpondens non incurrit irregularitatis notam, eò quia talis reſponſio nõ eſt determinata ad talem occidendum, vel mutilandum, cùm tantummodò generaliter declaret id, quòd ſecundũ leges faciendum ſit, abſtrahendo à caſu particulari: ita Bonac. D.7.q.4.p.1. n.30.cùm alijs ſupracitatis.

Bonacina.

17 Quæſitum 9.

Quæritur nonò: an ſi quis perſuadeat Principi, vt legem ferat, quòd fures ſuſpendantur, efficiatur irregularis, ſi tali lege condita, aliquis fur deindè ſuſpendatur?

Reſolutio.

Reſpondetur negatiuè: & ratio huius eſt, quia tale cõſilium eſt licitum, & nullam inducit irregularitatis notam: ſicut enim quilibet Princeps, ſiue ſæcularis, ſiuè Eccleſiaſticus poteſt libere ſine vllo irregularitatis periculo huiuſmodi leges condere: ità etiam poterit quæcumq; alia perſona, ſiuè ſæcularis, ſiuè Eccleſiaſtica huiuſmodi leges faciendas conſulere pro communi bono Reipublicæ: Si autẽ deindè mediãte tali lege mors alicuius furis ſequatur, hoc eſt per accidens, talis enim conſulens fuit omninò cauſa remota, & non per ſe talis mortis: prout dicitur in Can.Delatori 5.q.6.ità Suarez D.47. ſect.1. n.7. Vgolin.c.9. §.2.Filliuc.tr.19.c.9.n.142.Henriq. lib.14.c.16.n.4.Bonac.ſupra n.31.

Can. Delatori. Suarez. Vgolin. Filliuc. Henriq. Bonac.

18 De concionatoribus.

Ex quo ſequitur Concionatores poſſe licitè ſine alicuius nota irregularitatis reprehendere vitia, publicoſq; peccatores, blaſphæmos, ſiue vſurarios, fures,

res,&c. & hortari iudices ad ſeruādas leges, atq; ad puniendos delinquentes debitis pœnis pro purganda Republica, dummodò non deſcendat ad perſonā aliquam particularem: ita Henriq.d lib.14.c.12.n.6. Say.lib.6.c.18.n.18. Auila p.7.D.5.ſect.2.d.6.cōcl.6. *Henriq. Sayrus. Auila.*

19 *Quæſitū 10. De conſulēte fateri veritatē in iudicio.* Quæritur decimo: an Confeſſarius, qui conſulit pœnitentem ad confitendum delictum, quando iuridicè ſit interrogatus, dicendo, quòd tenetur in cōſcientia veritatē fateri: an ſi facta tali cōfeſſione talis ſit ſuſpenſus, confeſſarius effectus ſit irregularis?

Reſolutio. Reſpondetur negatiuè: non.n. in tali caſu Confeſſarius intendit mortem pœnitentis, ſed tantummodò conſulere animæ illius, dicendo ſimpliciter, quid expediat ſaluti ipſius animæ: ſi verò deindè ex tali confeſſione facta in iudicio ſequatur mors, hoc eſt per accidens, & præter intentionē conſulentis: quòd idem dicendum eſt, ſi conſulat reo conſentire ſententiæ mortis iuſtè contra ipſum latæ, & ne iniuſtè appellet à ſententia iuſte lata, quia aliter faciens non eſſet excuſatus à peccato: ita Henriq.lib.14.c.16.n.4. Auil.loc.cit.d.7.cōcl.1.& Bon.d.D.7.q.4.p.1.n.33. *Henriquez. Auila. Bonacina.*

20 *Quæſitū 11. De multiplicatione actus.* Quæritur vndecimo: an iudex, qui plures actus exercet in eadem ſententia ſanguinis, tot irregularitates incurrat, quot fuerunt actus diſtincti in eadem condemnatione mortis?

Reſolutio. Reſpondetur: vnam tantùm irregularitatem incurrere: irregularitas enim nō eſt impoſita pro ſingulis actibus præciſe, ſed pro morte, vel mutilatione, quæ cùm ſemel tantùm ſequatur vnam tantummodò inducit irregularitatē: ex quo ſequitur, quòd iudex, ſiuè eius miniſtri condemnantes, ſiuè effodiētes oculos, & manus alicuius hominis condemnati per vnicam ſententiam nō incurrunt plures irregularitates, quot fuerunt membra illius hominis amputata, ſed ſolùm vnam, eò quod omnia talia membra virtute vnius ſententiæ amputata fuerunt.

21 *Quæſitū 12.* Quæritur duodecimo: an condemnans plures homines ad mortem vnica ſententia, plures irregularitates incurrat?

Reſolutio. Plures condē nans ſimul, quot irregularitates incurrit. Reſpondetur: in tali caſu vnicam irregularitatem contrahere, & non plures, eò quod tales homines vnica actione, ſeu ſententia fuerunt ad mortem cōdemnati: exemplum patet de illo, qui vnica actione plures ſimul Clericos percutit, qui non plures, ſed vnam tantùm excommunicationem incurrit: ita ſimiliter dicendū eſt in propoſito: nam in caſu iudex vnica ſententia condemnauit tot reos ad mortem, ſiuè ad mutilationem: quòd ſecus dicendum eſſet, ſi diuerſis ſentētijs plures homines condemnaſſet, tūc enim plures irregularitates fuiſſet incurſus, quia plures actus diſtinctos contra lenitatem exercuit prout notauit Bonac.loc.cit.n.24. *Bonacina.*

22 *Quæſitū 13. De gradante.* Quæritur tertiodecimò: an quādo Epiſcopus aliquē degradat ab Ordinibus, traditq; illū brachio ſæculari fiat irregularis ſecuta morte illius degradati?

Actus degradationis non cooperatur ad mortem. Reſpondetur negatiuè: & ratio huius eſt; quia actus degradationis non cooperatur ad mortē, ſed ſolùm per degradationē Epiſcopus oſtendit ſe functum eſſe munere ſuo, & conſequēter, præmiſſa proteſtatione non efficitur irregularis tradendo illum brachio ſeculari, quamuis iudex talē degradatū, & ſibi conſignatum poſtea condemnet ad mortē: quare Inquiſitores Sancti Officij, qui per ſententiā tradunt hæreticos, ſiuè relaxos brachio Curiæ ſæcularis, vt ſecundum leges condemnentur ad mortem, non incidunt in irregularitate, eò quod ipſi non eos condemnant ad mortem, ſed tantummodò declarant eſſe hæreticos: nam ſecundum Canones talis declaratio non eſt illis prohibita, ſufficit enim, quòd per ſe immediate non condemnent ad mortis ſupplicium: ita Sayr.lib.6.c.18.n.15.Suar.D.47.ſect.12.n.11. Auil.p.7.D.5.ſect.2.d.2. Filliuc.tr.19.c.9.n.244. Medina in ſum.lib.1.c.11.§.11.Regin.lib.30.n.135. *De inquiſitoribus tradētibus reos brachiu ſeculari. Sayrus. Suarez. Auila. Filliuc. Medina. Reginald.*

23 *De teſtibus, & denūciātibus in tribunali Sancti officij.* Quòd idem ſimiliter dicēdum eſt de officialibus denuntiantibus, & teſtibus, alijſque miniſtris tribunalis Sancti officij: etiam ſi nullam præmittant proteſtationem: nam inquiſitores, & iudices Eccleſiaſtici non infligunt pœnam ſanguinis cōtra reos, nec procedunt ad eos condemnandum ad mortem, vel mutilationē alicuius membri, ideòq; officiales eiuſdem tribunalis, teſtes examinati, & denunciantes in tali tribunali nullam incurrūt irregularitatis notam, quamuis poſtea tales rei propter eorum delicta traditi ſint brachio ſæculari, & pœna mortis punientur à iudicibus ſæcularibus, prout communiter dicunt omnes Doctores ſupracitati.

24 *Quæſitū 14.* Quæritur quartodecimo: an accuſans aliquem in cauſa ſanguinis efficiatur irregularis, ſecuta morte, vel mutilatione talis accuſati?

Reſolutio. Reſpondetur affirmatiuè, & ratio huius eſt, quia accuſans aliquem apud iudicem ſæcularem in cauſa ſanguinis, ſecuta morte, ſeu mutilatione mēbri perſonæ accuſatæ exiſtimatur tāquam cauſa proxima operatiua talis ſententiæ, ideòq; ipſo facto irregularis efficitur, vel ex defectu lenitatis, quando accuſatio fuit iuſta, & ſine peccato, vel ex delicto, quando talis accuſatio facta fuiſſet cùm peccato, ſiuè odij, ſiuè iniuſtitiæ, &c. in hoc enim omnes conueniunt: nam omnes, & ſinguli, qui operantur ad mortem alicuius, & ſunt cauſa talis mortis, ſunt irregulares, etiam ſi proteſtentur ſe non intendere mortem accuſati, ſufficit enim, quòd talis accuſatio facta fuerit ad vindictam: nam eo ipſo, quòd in cauſa ſanguinis petitur vindicta implicitè, peti intelligitur pœna mortis, ſiuè mutilationis, quæ propter tale delictum in lege eſt taxata.

25 *Limitatio aſſertionis. Denūciās pro ſatisfactione, facta proteſtatione non incurrit.* Verum eſt tamen, quòd quando talis denunciās, vel accuſans non petit vindictam, ſed ſatisfactionē, vel intereſſe ſibi datum cùm expreſſa proteſtatione, dicendo: *Se non intendere pœnam ſanguinis, mutilationis, vel mortis talis denunciati*: tunc talis denunciator excuſatur à pœna irregularitatis incurrenda: quamuis deindè talis denunciatus à iudice, non obſtante proteſtatione condemnentur ad mortem, non imputatur talis mors ipſi denuncianti, licèt talē ſententiam fore ſequuturam fuiſſet præuiſum: ſufficit enim, quòd facta fuerit debita proteſtatio: prout habetur expreſſum in c.Prælatis de homicidio, vbi hoc cōceſſum eſt pro Clericis, ne laici ſcientes: Clericos non poſſe abſque nota irregularitatis illos accuſare coram iudice ſæculari audaciores fierent ad inferendas illis iniurias: ita Vgolinus de irreg.c.6.n.2. Suar.D.47.ſect.2.n.2.Molina tom.1.tr.3.D.8.n.3. & tom.4.tr.3.D.74.Henriq.lib.14. c.10.n.4. Filliuc. d.tr.19.c.9.n.247. Coninch.D.18.d.10.num.92.Bonac. D.7.q.4.p.3.n.3. *c.Prælatis. Vgolinus. Suarez. Molina. Henriq. Filliuc. Coninch. Bonacina.*

26 *Canon extēditur etiam ad laicos.* Hęc autem permiſſio facta Clericis in c.Pręlatis, extenditur etiam ad laicos: debēt enim etiam laici in accuſationibus criminalibus faciendis, ſi velint effugere periculum incidendi in irregularitatem facere ſimilem proteſtationem, ſicut Clerici: & quamuis in d. c. Prælatis tantummodò facta ſit expreſſa mentio clericorum, quod factum eſt propter maius ipſorum periculum, eò quod clerici in Sacris accuſando peccāt mortaliter, ingerendo ſe in cauſa ſanguinis; violando præceptum Eccleſiæ in re graui prout dicitur in c. ſententiam ſanguinis, ne Clerici, vel Monachi, & ſecuta morte, ſiue mutilatione efficiuntur ipſo facto irregulares, niſi ante ſententiam feciſſent talem expreſſam proteſtationem. *c.Prælatis.*

Non

Digitized by Google

27 Laici debent etiam facere talem proteſtationem.

Non tamen indè ſequitur laicos non poſſe hoc vti priuilegio, ne irregularitatem incidant, ius enim tale remediū inuenit pro irregularitate vitāda, quæ mediāte tali accuſatione cōtrahi poterat, & mediāte tali proteſtatione euaditur, & impeditur, quātum fieri moraliter poteſt talis concurſus, declarando; ſe non intendere mortē accuſati: cùm ergo accuſatio facta à Clerico ita ſit moralis occaſio mortis, ſicut à laico ſequitur laicum, vt irregularitatem effugiat, etiam talem proteſtationem præmittere debere: prout dicunt Nau.c.27.n.213.& 226. Couar.in Clemeot.Si furioſus p.2.§.5.Soto lib.5.de iuſt. q.1. A.9. Mart. Ledeſm.2. p.4.q.26.A.2. Suarez D.47.ſect.2. n.6. Vgolin.c.6. §.4.Filliuc.tr.19. c.9.n.248. Molina tom.4. D 74.n.9.Bonac.D.7.q.4.p.1.n.12.

Nauar. Couar. Soto. Mart. Ledeſma. Suarez. Vgolinus. Filliuc. Molina. Bonac.

28 Sufficit proteſtatio externa.

Notandum inſuper, quòd talis proteſtatio facta impedit irregularitatem contrahendā, etiam ſi talis accuſans poſſet res ſuas alia via recuperare, quāuis præuideat talem accuſatum mediante ſua accuſatione poſſe condemnari ad mortem, & etiam, quod ipſe intendat, & deſiderat interiùs, quòd talis accuſatus morte puniatur: ſufficit enim, quòd exteriùs faciat veram, & expreſſam proteſtationē corā iudice, dicendo ſe non intēdere pœnam mortis, vel ſanguinis: ſed ſimpliciter ſuum intereſſe, quo facto liber erit ab irregularitate incurrenda: & ratio huius eſt, quia Eccleſia non infligit irregularitatis pœnā propter actus internos, ſed propter omiſſionem dictæ proteſtationis: nam ficta proteſtatio tantùm valet apud iudicem ignorantem talem fictionem internam, quantum valeret, ſi ex animo eſſet facta: ita Henriq. lib.14. c.3.Suarez D.47. ſect.2.n.3. Molina tom.1.tr.3. D.8.n.4. Coninch.D.18.n.93.

Ratio aſſertionis.

Henriq. Suarez. Molina. Coninch.

29 Quæſitū 15.

Quæritur quintodecimò: quomodo, & quibus verbis facienda ſit talis proteſtatio?

Quomodo facieda ſit proteſtatio.

Reſpōdetur faciendam eſſe à perſona accuſante coram iudice, apud quem fit quærela his, vel ſimilibus verbis, dicendo: *Domine peto, vt cures mihi ſatisfactionem exhiberi à tali perſona e.g. Petro, qui mihi tale damnum intulit: & proteſtor me nulla ratione intendere pœnam mortis, vel mutilationis, vel ſanguinis,* qua proteſtatione facta, ab irregularitate incurrenda erit innoxius, aliàs ſecus, ſi mors indè ſequatur.

30 Quando proteſtatio non eſt ſufficiens.

Ex quo ſequitur, quòd talis accuſator in cauſa ſanguinis ſi ſimpliciter petat vindictam contra malefactorem, dicendo: Peto meū intereſſe, nihil aliud addendo, non excuſatur ab irregularitate, ſecuta morte: nam ſempre requiritur expreſſa proteſtatio, eo modo vti dictum eſt, ſi taliſq; proteſtatio facienda eſt verbis externis coram iudice, ante prolationem ſententiæ: non eſt tamen neceſſarius, vt talis proteſtatio detur in ſcriptis, cùm ſufficiat, vt ſaltem ſit proprio ore facta: prout dicunt Vgolinus de irregularit.c.6.§.7.Bonac.D.7.q.4 p.2.n.9.

Nō eſt neceſſe, vt fiat ſcripto.

Vgolinus. Bonacina.

31 Quæſitū 16. An pro aliorū intereſſe? Reſolutio.

Quæritur decimo ſextò: An Clericus poſſit accuſare aliquem ad recuperandum aliorum intereſſe?

Reſpondetur negatiuè: hoc enim ſolummodo permiſſum eſt in iure, & Clericus poſſit licitè accuſare illos, qui ſibi damnum fecerunt ad recuperandum intereſſe: non autem poterit accuſare illos, qui damnificarunt alijs, etiam ſi ſint conſanguinei ipſius Clerici, & in hoc caſu non excuſat proteſtatio facta à Clerico, quæ ſolummodò permittitur in cauſa propria non autem aliena: itā Nauar. c.27.n.213. Sayr.lib.6. c.18. n.10. & Vgolinus c.6. §.9. & Reginald. lib.30. n.29. cum Suarez D.47. ſect.2. n.11.& Filliuc.d.tr.19 c.9.n.249.cùm alijs.

Nauarrus. Sayrus. Vgolinus. Reginald. Suarez. Filliuc.

32 De cōſanguineis intimis in primo gradu.

Imo ſecundum valdè probabilem ſententiam aliquorum Doctorum: poterit Clericus quandoq; licitè hoc facere ad inquirendam ſatisfactionem de damno facto ſuis intimis propinquis, vt parentibus, filijs, vel fratribus, alijſque ſub ſua protectione, & cura exiſtentibus: eò quod in caſu tale damnum reputatur quaſi proprium, & iniuriam illis illatam in ipſum Clericum videtur redundare (præmiſſa tamen ſemper debita proteſtatione) ſimiliter etiam poterit Clericus beneficiarius licitè petere in iudicio ſatisfactionem damni facti ſuæ Eccleſiæ: nam bona talis Eccleſiæ ad ipſum ſpectare videntur: ita Auila D.7.D.5. ſect.2.d.11.Henriq.lib.14.c.11.n.5. Filliucius d.tr.19.c.9.n.251.Bonac.D.7.q.4.p.2.n.5. cùm alijs.

Auila. Henriq. Filliuc. Bonacina.

33 Quæſitū 17. De teſtib. in cauſa ſanguinis.

Quæritur decimo ſeptimo: an teſtificans in cauſa ſanguinis ſecuta morte, vel mutilatione talis delinquentis efficiatur irregularis?

Reſolutio. De teſtib. in cauſa ſanguinis.

Reſpondetur affirmatiuè, & ratio aſſertionis eſt, quia quicumq; aliquis, & quocumq; modo eſt cooperator mortis, vel mutilationis membri alicuius hominis, ſecuta morte, vel mutilatione per executionē iuſtitiæ efficitur irregularis: ſed teſtis deponens eſt cauſa ſanguinis, & huiuſmodi; cùm ex teſtimonijs principaliter pendeat ſententia cōtra reū, nam iudex ſemper procedit ſecundum acta, & probata verificata ex teſtibus, idcòq; teſtis deponens contra reum, ſecuta morte, vel mutilatione effectus eſt irregularis, etiam ſi talis ante teſtificationē præmiſiſſet proteſtationem, ne pro ſua depoſitione procedatur ad pœnam ſanguinis: hoc enim nō eſt conceſſum teſtibus, ſed ſolùm principali denuntianti pro intereſſe proprio: quòd etiam procedit, licet talis depoſitio ſolummodo præbuiſſet indicium ad inquirendum, vel carcerandum reum, & mors illius poſtea fuerit comprobata ex teſtimonio aliorum, vel ſua propria confeſſione facta in iudicio: prout dicunt Maiolus de irreg.c.8.lib.2.Suarez D.47.ſect. 3.n.2.Nauar.c.27.n.212. Syluest. verb.homicidium 3.q.7.Tabiena verb.irregularitas n.22.Filliuc.tr.19. c.9.n.253.Vgolin.c.7.n.2.Bonac.D.7.q.4.p.3.n.1.

Proteſtatio non eſt conceſſa pro teſtibus.

Maiolus. Suarez. Nauar. Syluest. Tabiena. Filliucius. Vgolinus. Bonacina.

34 Clericus non poteſt cogi ad teſtificādū in cauſa ſanguinis.

Ex quo ſequitur: Clericum non poſſe cogi ad ferendum teſtimonium contra reum in cauſa ſanguinis coram iudice ſæculari, eò quod nō licet Clericis eſſe cooperatores ad mortem, vel mutilationem mediante ſua aſſertione ſine irregularitatis nota: ergo Clericus non tenetur in hoc obedire, cùm non poſſit ſine graui peccato hoc facere: Dixi (contra reum) quia ad defendendū reum poterit quandoq; teſtificari de licentia ſui ſuperioris, quamuis deindè ſequatur mors iniuſti accuſatoris, eò quod prætenſus reus inuentus ſit innocens, & accuſator iniuſtus mediante tali teſtimonio cōuictus ſit, tamquā iniuſtus calumniatur: quia in caſu talis mors accuſatoris reſpectu Clerici teſtantis in fauorem proſecuti innocentis cenſetur ſequi per accidens, nam dictum Clerici teſtificantis ſolummodò ordinatum fuit ad manifeſtandam innocētiam indebitè proſecuti pro defenſione illius, &c. ita Vgolinus de irreg. c.7.n.7. Auila p.7. D.5. ſect.2.d.13. Sayrus lib.6.c.18. n.11. Suarez D.47.ſect.4.n.9.Filliucius tr.19.c.9.n.255.

In fauorē rei accuſati poterit teſtificari.

Vgolinus. Auila. Sayrus. Suarez. Filliucius.

35 Quæſitū 18. De Aduocatis, & Procuratoribus. Reſolutio.

Quæritur decimo octauo: an Aduocati, & Procuratores contra reum in cauſa ſanguinis efficiantur irregulares? ſecuta morte proſecuti?

Reſpōdetur affirmatiuè, ſunt enim cooperatores ad mortem, quia non ſolùm accuſator, & teſtis, verū etiā agentes, & conſentiēres, quales ſunt Aduocati, & Procuratores, qui omnes, ſecuta morte, perſonæ proſecutæ efficiuntur irregulares, nec ſufficit fuiſſe proteſtationē, quia hæc ſolùm conceditur principali agenti pro recuperādo intereſſe nō verò alijs: patet hoc ex c.Prelatis de homicidio: ita Cou.p.2.§.2.Henriq.lib.14.c.12.n.8.Vgolin.c.6.§.9.Filliuc.d.tr.19.c.9. n.257.

c.Prælatis. Couarruuias. Henriq. Vgolinus. Filliuc.

Suarez. Auila. Reginald.

n.257.Suarez D.47.ſect.4.n.3.Auila p.7.D.5.ſect.2. d.12.Reginald.lib.30.n.133.

36 In quibus caſibus excuſantur.

Verũ tamen eſt,quòd quando Aduocatus,& procurator defendit ſimpliciter cauſam ſui crientuli accuſatoris,ne ipſe accuſator aliquod damnum patiatur,dummodo talisdefenſio non reſultet contra accuſatũ: talis defenſio non eſſet illicita: ſimiliter etiã licitũ eſt aduocatis, & procuratorib. defendere reũ accuſatũ in cauſa ſanguinis:& quãuis mediante tali defenſione ſequeretur deindè mors iniuſtè accuſantis, qui inuentus fuerit calumniator,nõ efficerentur irregulares tales defenſores prætenſi rei : nã in caſu talis mors , ſiuè mutilatio mẽbri iniuſti accuſatoris in pœnã talionis exiſtimatur per accidens,& nõ per ſe,reſpectu defendentiũ, per ſe autẽ prouenit ex calumnia ipſius calumniantis, prout dicunt Molina tom.4.tr.3.D.74.n.11.Suarez D.47.ſect.4.n.6.Vgolin.c. 9.§.1.Bonac.de irreg.D.7.q 4.p.3.n.5.

Molina. Suarez. Vgolin. Bonacina.

37 Quæſitũ 19. De imperitia, & negligẽtia procuratorũ.

Quæritur decimono : an aduocatus, & procurator efficiantur irregulares, quando reus propter negligentiam , vel imperitiam ipſorum fuit condemnatus ad mortem , quam euaſiſſet , ſi aduocatus munus ſuum fideliter, ac rectè exigiſſet ?

Reſolutio.

Reſpondetur affirmatiuè, quando talis negligentia ſiue imperitia fuit culpabilis:quotieſcumq; enim proſecutus venit condemnatus ad mortem propter iniuriam defendentium , qui nõ fecerunt debitũ ſuũ pro defenſione ſui crientuli proſecuti efficiũtur irregulares,morte illius ſecuta,propter eorũ negligẽtiã: nam culpa reſultat in defectus ipſorum:prout patet a ſimili de morte ægroti ſecuta ex imperitia,vel negligẽtia medicorũ:ita Vgol c.9.§.1.n 4. Suar.D.47. ſect.4.n.6. Nau.c.27.n.228. Hoſtiẽſ.in c.1. de Poſtulãdo n.6 Filliu.tr.19.n.157.& Bon.D.7.q.4. p.3.n.6.

Vgolinus. Suarez. Nauar. Hoſtienſis. Filliuc. Bonacina.

38 Quæſitũ 20. De militibus pugnantibus.

Quæritur vigeſimo: An milites euntes ad bellum,occidendo ibi homines in actu pugnæ efficiantur irregulares?

Reſolutio. Quando efficiuntur irregulares.

Reſpondetur diſtinguẽdo de bello iuſto, vel iniuſto,defenſiuo,vel offenſiuo,tunc dicimus,quòd quotieſcumq; aliquis pergit ad bellum animo pugnandi ibi contra hoſtes,ſiuè tale bellum ſit iuſtũ, ſiue iniuſtum,occidendo aliquã perſonam efficitur irregularis ipſo facto, eò quod voluntariè ad pugnandũ acceſſit: cùm hac tamen differentia, quod quãdo tale bellum erat iuſtum, ſecuta morte alicuius hoſtis efficitur irregularis ex defectu lenitatis, quando autẽ erat bellum iniuſtum contrahit irregularitatem ex delicto:& ratio aſſertionis eſt,quia talis proceſſit ad bellum intentione pugnandi, & voluntariè ſe expoſuit periculo occidendi homines, & ſaltem in cauſa voluit homicidium,ideòq; ſecuto effectu, nõ eſt excuſatus ab irregularitate,quæ in iure inflicta eſt cõtra homicidas,ſiue iuſtos,ſiuè iniuſtos: patet hoc ex c.petitio tua, de homicidio: ita Henriq.lib.14.c.13. n.1.Suar.D.47.ſect.5.Rodriq.in ſum.p.1.c.172.Filli. tr.19 c.10.n.163.& Bon.de irregul. D.7.q.4.p.4.n.2.

c.Petitio tua. Henriq. Suarez. Rodriq. Filliuc. Bonac.

39 Quando excuſantur ab irregularitate.

Dixi in aſſertione (*occidendo realiter aliquem*) quia quando bellum eſt iuſtum , ſi milites proprijs manibus non occidant , vel mutilant aliquam perſonam non efficiuntur irregulares,quamuis alij ſocij diuiſo exercitu in duas partes, altera pars occidat,vel mutilet : illi, qui non effuderunt humanum ſanguinem non cenſentur irregulares,& ratio huius eſt, qui huiuſmodi milites in bello licito, & iuſto dãt opera rei licitæ,& nõ intẽdebant effudere humanũ ſanguinẽ, nec realiter effuderũt,vt ſupponitur,quãuis videãtur eſſe cooperatores illius pugnæ , animando illos ad pugnandum fortiter, non ſunt veri cooperatores proximi homicidij ab alijs facti , ſed cauſa remota.

40 Secus tamen dicendum eſſet , ſi tales milites in caſu incitent illos ad occidendam aliquam perſonã particularem dicendo: *Occide, occide, &c.* vel impediant actualiter , ne inimici fugientes liberentur à morte, illos detinendo, vt occidentur, quia tunc ſecuta morte illorum non eſſent innoxij ab irregularitate ex defectu lenitatis , quia tunc eſſent cauſa proxima cooperatiua homicidij : ita Sylueſt. verb. Bellum 3. q.3. Tabiena verb. irregularitas 3.nu.20. Nauar.c.27.n.215.Suarez D.47.ſect.6.n.4.Couar.p. 2.§.3.n.2.Maiol.lib.5.de irreg.c.49.in fine; Filliuc.d. tr.19.c.10.n.169.cum alijs ſupracitatis.

Limitatio aſſertionis ſuperioris.

Sylueſt. Tabien. Nauarrus. Suarez. Couarruuias. Maiolus. Filliuc.

41 Controuerſia de bello iniuſto.

Dixi inſuper. (*Quando bellum erat iuſtum*) nam quando bellum erat iniuſtum non omnes Doctores conueniunt in aſſertione: circa illud de alijs militib. alterius partis exercitus , qui actu non occiderunt : quare aliqui Doctores,vt Suarez D.45.ſect.3. n.10. & D.47. ſect.5.n.5. & Filliuc.d.tr. 19.c.10.n.263. cũ ſuis aſſeclis exiſtimant , quòd tales milites alterius partis animantes reliquos ad pugnandũ actualiter contra hoſtes eſſe cooperatores mortis illorum ,qui actu occidũtur ab illis in bello iniuſto,ideòq; peccãt mortaliter,& efficiũtur irregulares ex delicto homicidij facti ab illis, cuius ipſi ſunt actu cooperatores.

Prima ſententia.

42 Secunda ſententia.

Alij autem Doctores etiã probabiliter exiſtimãt, quòd etiam in bello iniuſto, illi,qui proprijs manib. non occidunt aliquem,nõ eſſe irregulares cùm irregularitas tãtummodo inflicta ſit cõtra homicidas, huiuſmodi autem nõ ſunt homicidę,(vt ſupponitur) nec poſſunt dici cooperatores proximi,ſed remoti: ita Vgolin. de irreg. c.13. §.1. n.3.& Henriq.lib.14. c.13.n.3 & Bonac.de irreg.D.7.q 4.p.4.n.3.vtraque ergo opinio eſt probabilis , ſed prior videtur ſecurior , & probabilior .

Vgolinus. Henriq. Bonacina.

43 Pro defenſione non incidunt.

Verum tamẽ eſt, quòd quando aliqui pro defenſione propriæ vitæ,vel Patriæ pugnãdo cõtra hoſtes illos inuadentes, eos occidũt cùm moderamine inculpatæ tutelæ nõ incidunt in irregularitatem,quia vim vi defendere licet : eò quia de iure naturali defenſio propriæ vitæ eſt licita, ac etiam pro defenſione Reipublicæ,&c. maximè quando tales non perexerunt ad bellum animo pugnandi , vel occidendi, ſed alio fine licito : tunc excuſantur ab irregularitate,non ſolùm laici,ſed etiã Clerici : patet hoc ex ijs, quæ in pręcedenti capitulo dicta ſunt de homicidio defenſiuo:ita Suar.D.47.ſect.6.n.1. & 2. Auila D.7. D.5.ſect.3.d.3.Couar.p.3. §.vnico n.5.Molina tom. 1.de iuſt.tr.2.D.109.concl.3.Nauar.c.27.n.212. Filliuc.tr 19.c.10.n.266.cùm alijs, ſupracitatis.

Suarez. Auila. Couar. Molina. Nauarrus. Filliuc.

44 Quæſitu 21. De hortantibus ad fortiter pugnãdũ.

Quæritur vigeſimo primo: an hortantes milites, illoſque animantes ad viriliter pugnandum contra hoſtes pro defenſione Reipublicæ,ſecuta morte alicuius perſonæ in tali pugna , qui talem exhortationem fecerunt, effecti ſint irregulares?

Reſolutio.

Reſp. negatiuè:non enim talis exhortatio fuit ad occidendã aliquã perſonã particularẽ,ſed in genere ad fideliter decertãdũ pro fide Chriſti,& Republica Chriſtiana defendenda, quæ exhortatio licita eſt,& iuſta:ideòq; tã laici,quã Clerici,etiã Sacerdotes poſſunt licitè intereſſe bello iuſto, ibiq; poſſunt ſine vlla irregularitatis nota hortari,& animare milites,vt fideliter dimicent cõtra hoſtes pro fide Chriſti,& defendẽda Republica Chriſtiana:quare Duces exercitus,cõſultores militię,tubicines,pulſantes tympana, accomodãtes arma,& inſtruentes milites, cæteraq; exercitia faciẽtes pro ſeruitio belli nõ efficiũtur irregulares , quãuis poſtea ſecuta ſit mors multarum perſonarũ ex vtraq; parte,dummodò tales proprijs manib.ſanguinẽ nõ effudant,pugnãdo cũ alijs:colligitur hoc ex c.Petitio tua,de homicidio, vbi hoc innuitur in fauorẽ iuſti belli, & vt ne innumera homi-

Duces exercitus cõſultores tubicines. Pulſantes tympana accomodantes, & inſtruẽtes.

C. Petitio tua.

num

Nauarrus. Sayrus. Henriquez. Vgolinus. Suarez. Molina. Filliuc. Reginald.

num multitudo vinculo irregularitatis ligaretur:ita Nau.c.27.n.215. Say.li.6.c.19.n.3. Hēriq.lib.14.c.3. Vgolin.de irreg.c.12.§.2. Suar.D.47.ſect.6.n.8.Molina tom.4. D.72. n.2.Filliuc.tr.19. c.10.n.269.& n.274.Reginald.lib.30.tr.2.n.165.

45 Quæſitū 22. De Clericis, & Sacerdotibus.

Quæritur vigeſimo ſecundo: An Clerici, & Sacerdotes, qui mittuntur à Summo Pontifice ad pugnãdum in bello contra hoſtes pro defenſione Eccleſiaſtici ſtatus efficiantur irregulares ibi occidendo, aut mutilando in actu pugnæ?

Reſolutio.

Reſpondetur negatiuè:non enim credibile eſt voluiſſe, & permiſiſſe Summum Pontificem Eccleſiaſticos poſſe licitè pugnare contra hoſtes, & eſſe ſubiectos ad incurrendam irregularitatem pro tali actione: nam quotieſcumq; dat illis talem facultatem implicitè intelligitur factam eſſe diſpenſationem, ne irregularitatem incurrant:ita Molina tom.4.de iuſt.tr.3. D.73.n.1.Henriq.lib.14.c.11.n.3. Say. Suarez,& Filliucius, locis ſtatim citandis.

Molina. Henriquez. Sayrus. Suarez. Filliuc.

46 Quæ licitè poſſunt facere Clerici in bello.

Ex quo ſequitur:poſſe licitè clericos,quandoq; ire ad bellum,etiam ſine licentia expreſſa Summi Põtificis pro curãdis vulneratis,illiſq; ad Sacramẽta administranda,illoſq; animando ad fideliter dimicandum: poſſunt inſuper, quandòq; in exercitu armati incedere, & cùm vexillo Crucis præire,& occurrẽte neceſſitate, poſſunt quandoq; pugnare,vel ad ſe defendendũ, vel alios milites exercitus Chriſtiani, vel ad conſequendã inſignem victoriam,ex qua Reſpublica Chriſtiana relatura ſit magnum cõmodũ,quãdo neceſſitas ita expoſceret: non enim credibile eſt velle Eccleſiã pœna irregularitatis efficere Clericos tunc tẽporis,quo tenentur iure naturæ pugnare: ita Sayr.lib.6.c.19.n.12.Suar.D.47.ſect.6.n.11.Hẽriq.li.14.c.12. Filliuc.tr.19.c.10.n.267.Regin.li.30.n.250.

Sayrus. Suarez. Henriquez. Filliuc. Reginald.

47 Quæſitũ 23. De Medicis, & chirurgicis.

Quæritur vigeſimo tertiò: An Medici,& Chirurgici, exercendo artem magnam medicinæ,vel chirurgiæ irregularitatem incurrant?

Reſolutio.

Reſpondetur, quòd quotieſcumq; medici, & chirurgi diligenter ſecundũ regulas artis exercent munus ſuũ,applicando infirmis debita medicamina tẽporib.ſuis,iuxta Doctorũ dicta, & experientia,ſi caſu aliqui infirmi moriãtur,vel acceleretur ad mortẽ, vel ex morbo ſuperueniẽte, vel ex incuria ſeruiẽtiũ, vel ipſorum infirmorũ,&c.tunc tales medici nõ ſunt effecti aliquo modo irregulares, quia mors taliũ infirmorũ non imputatur Medicis,vt patet, quòd etiã dicendũ eſt,ſi aliquando chirurgicus,ſecundũ artem chirurgiæ ſecet, vel mutilet aliquod mẽbrũ putridũ, ne reliqua mẽbra inficiantur ab illo non efficitur irregularis, quia in caſu talis mẽbri ſecatio eſt neceſſaria pro vita infirmi conſeruanda: ita Nau.c.27.n.209.Sylu.verb.homicidiũ 3.q.5.Suar.D.47.ſect.7.n.2.Auil.p.7.D.6.ſect.1.d.10.Filliu.d.tr.19.c.10.n.277.

De chirurgico ſecante mẽbrũ putridũ.

Nauarrus. Syluest. Suarez. Auila. Filliuc.

48 Quãdo incurrunt irregularitatem.

Quando vero infirmus moritur, ſiue acceleratur ad mortẽ propter imperitiã,& negligentiã Medicorũ, qui aliquando fuerũt cauſa mortis alicuius infirmi,nõ applicãdo medicamina neceſſaria,vel periculoſa,vel mortifera applicãdo:tunc nõ ſunt immunes ab irregularitate,quæ prouenit ex delicto, mediãte malitia,vel negligentia, ſiuè imperitia culpabili, eo quod talis medicus non rectè, & fideliter exercuit munus ſuũ in materia graui:ita Maiol.li.5.de irreg. c.48.n.11.Sayr.lib.7.c.6.n.13.Nau.c.27.n.228.Henriq.lib.14.c.15.n.5.Vgolin.de irreg.c.11.§.3.n 4.Bonac.tom.1.D.7.q.4.p.5.n.1.cùm alijs,locis ſupracit.

Maiolus. Sayrus. Nauar. Henriq. Vgolinus. Bonacina.

49 Quæ prohibita ſint Clericis in Sacris. C. ſententiã ſanguinis. c. Tua nos.

Notandum autem, quòd Clerici in Sacris non poſſunt licitè exercere artẽ chirurgiæ,adurendo, vel ſecando mẽbra alicuius perſonæ:nã hoc eſt illis prohibitum in iure Canonico:vt patet ex c.ſententiam ſanguinis:ne Clerici,vel Monachi,& ex c.tua nos de homicidio,ideòq; talia munera exercendo nõ excuſantur à peccato, & ſecuta morte alicuius infirmi, mediãte tali actione ab alijs contra Canones exercita efficiũtur irregulares,niſi aliquando excuſarentur, ſi ſecundum regulas artis hoc feciſſent neceſſitatis tempore, quando alius chirurgicus non adeſſet, vt contigere ſolet tempore peſtis,vel alterius ſimilis neceſſitatis vrgentis: nam in tali caſu, in quo obligat ius naturale ceſſat prohibitio iuris poſitiui: ita Rodriq. in ſum.c.177. Molina tom.4. D.75.n 6. Henriq.lib.14.c.11.n.3. Sayrus lib.7. c.6.n.11.

Quãdo excuſantur à peccato.

Rodriq. Molina. Henriq. Sayrus.

50 Limitatio pro clericis.

Verũ tamen eſt,quòd huiuſmodi Clerici in Sacris exercentes arte chirurgiæ,vel medicinæ,dummodo non ſecent, aut adurant contra prohibitionem Canonũ,non peccant,dũmodo faciãt huiuſmodi actiones diligenter, & ſecũdum regulas artis,etiã ſi infirmus caſu deindè moriatur non efficerentur irregulares, quia mors talis infirmi non prouenit ex eorũ culpa,vt ſupponitur: ita Molina d.tom.4.D.75.n.6. Bon. D.7.q.4.p.5.n.5.Vgolin.de irreg.c.19.§.2.cùm alijs:Et hęc de ſpecieb.irregularitatis dicta ſufficiãt.

Molina. Bonacina. Vgolinus.

TRACTATVS XXIV.

De Irregularitate. Tract. V.

PROOEMIVM.

Diuiſio tractatus. Prima pars.

HActenus de irregularitatis ſpeciebus,tàm ex defectu, quam ex delicto prouenientibus ea, quæ videbantur neceſſaria fuerunt explicata: Reliquum eſt, vt pro complemento huius præſentis materiæ de ipſius relaxatione, quæ,vel mediante diſpenſatione à Prælato talem facultatem habente, alijſq; modis iuxta Canones fieri poteſt: ideoq; totum præſentem tractatum in duas partes ſecabitur, in quarum prima de cauſa abſoluente,ſeu potius relaxante vid.de perſonis, quæ facultatem à iure habent irregularitatem relaxandi eſt dicendum: In ſecunda de multis, varijſq; modis,quibus nonnulla irregularitates tolluntur, ac de conditionibus requiſitis pro obtinenda, & concedenda diſpenſatione talis vinculi dicere opus eſt: quare breuiſſimè præſens tractatus duobus capitulis perficietur: ſuppoſitis enim ijs, quæ in præcedentibus in proprijs locis ſpecialiter fuerunt explicata: facilitate faciliùs, hæc doctrina de diſpenſanda irregularitate in communi percipi poteſt.

Secũda pars.

DE ILLIS, QVI FACVLTATEM habent à iure, tollendi, & diſpenſandi irregularitatem.

CAP. I.

1 Introductio materiæ tractandæ.

SVpponimus primò tamquam rem ſatis certam, atq; indubitatam:irregularitatis vinculum,non eſſe omnino indiſſolubile,ſed amouibile,cũ tale impedimentum ad Eccleſiaſticos Ordines à ſolo iure Canonico ſit inſtitutũ,ideòq; talis poteſtas diſpẽſandi in omnibus ſinguliſq; irregularitatib.tantũmodò reſidet in Eccleſiæ Prælatis,qui habent talem facultatem de iure, vel immediatè à Chriſto Domino quails eſt Summus Pontifex, qui habet plenam poteſtatẽ à Chriſto ſibi immediatè conceſſam,tanquã ipſius vicario in terris,vel talem facultatem habent alij Prælati,ſiuè alij mediatè conceſſam ab ipſo iure Canonico, vel per ſpecialem conceſſionem ipſius Summi Pontificis, qui, cùm habeat plenam,abſolu-

Digitized by Google

tam:q; facultatem diſpenſandi in iure communi, poterit talem facultatem alijs committere, vel ſecundum totum, vel ſecundum partem, prout in Domino videbitur expedire: quo ſuppoſito.

2 Quæritur primò: an Summus Pontifex habeat plenam, abſolutamq; poteſtatem tollendi omnem irregularitatem, in eamq; diſpenſandi?

Quæſitum 1.

Summus Pōtifex poteſt tollere omnē irregularitatem.

Reſpondetur affirmatiuè: hoc enim certiſſimum eſt, & in confeſſo apud omnes Catholicos: omnes enim cōueniunt vnanimiter dicētes: poſſe Summū Pontificē de plenitudine poteſtatis tollere omnē irregularitatē, vel in ea diſpenſare ſecundum totū, vel ſecundū partem: verū tamen eſt, quòd vt talis diſpēſatio rectè, & licitè fiat nō debet hoc facere ſine ſufficiēti, & rationabili cauſa, quæ ſufficit eſſe illi nota: nō enim conueniens eſt, quòd Sūmus Pontifex abſq; vlla cauſa diſpēſet in iure cōmuni, cùm poteſtas data ſit illi in ædificationem, nō autē in deſtructionē: ſi tamen Sūmus Pontifex aliquādo abſq; vlla cauſa in hoc diſpēſaret, talis diſpēſatio omninò eſſet valida: eò quod de iure Diuino talem facultatē habeat: nā Chriſti Domini Vicarius, ſicut potuit ius cōmune cōdere, ita poterit in illo diſpenſare, prout dicūt cōiter omnes Theologi, vt Suar. de cēſ. D. 41. ſect. 1. n. 2. & Filliuc. d. tr. 20. c. 10. n. 266. Bon. to. 1. D. 7. q. 5. p. 1. n. 1. & colligitur ex c. Propoſuiſti de cōceſſ. prębend. & c. ſignificaſti de electione, & Can. ſunt quidem 25. q. 1.

Ad licitè diſpēſandū requiritur cognitio cauſæ.

Si diſpēſaret ſine cauſa valeret.

Suarez. Filliuc. Bonac. c. Propoſuiſti c. Significaſti. Can. ſunt quidem.

Sed difficultas eſt: an ſi aliquādo Sūmus Pontifex
3 abrogaret legē, quæ imponebat pęnā alicuius irregularitatis, cēſeantur tūc ſublatæ oēs irregularitates illius ſpeciei non ſolū cōtrahendæ, ſed etiā cōtractæ?

Difficultas.

Reſpōdetur affirmatiuè: nā ſublata lege, inducēte irregularitatē, cēſetur etiā ſublata irregularitas ante talem abrogationē eiuſdē legis cōtracta: cū enim irregularitas fundata ſit in lege, quæ talē irregularitatē imponebat propter indecentiā miniſterij Sacri Ordinis, ſequitur, quòd ſublata tali lege ſublata etiā ſit talis irregularitas: quare abrogata lege, declarante illegitimos eſſe irregulares, cenſentur eſſe habiles ad Ordines, non ſolùm, qui ita tales deindè naſcantur, ſed etiam illi, qui ante talē legis abrogationem nati fuerant ex coito illicito, quòd idem militat de homicidis, bigamis, filijs hæreticorum, & alijs, &c. ita Suarez D. 41. ſect. 1. n. 7. Filliuc. ſupra n. 164. & Bonac. ſupra n. 2. cum alijs.

Reſolutio. Sublata lege, ſublata eſt talis irregularitas etiam præcedens.

Suarez. Filliucius. Bonacina.

4 Verum tamen eſt: aſſertionem noſtrā dupliciter eſſe limitandā: primò quando talis abrogatio facta ſit abſolutè ſine aliqua reſtrictione declarante, quò ad irregularitates in poſterū contrahendas, quia tūc de illis tantummodò intelligeretur facta talis abrogatio, & non de alijs: non enim talis abrogatio operatur pluſquam verba ſunt ſonant, ideo, &c.

Prima limitatio aſſertionis.

Secunda limitatio eſt: quando Summus Pontifex
5 non immediatè auferet legē, imponentē irregularitatem, ſed tantūmodò auferet legē, ferentē cenſurā pro cuius violatione talis irregularitas fuit contracta: quare is, qui celebrauit in excōmunicatione cōtracta ob clerici percuſſionē, contraxit ipſo facto irregularitatē, ſi deindè Sūmus Pōtifex auferet excōmunicationē, quæ cōtrahitur mediante percuſſione clericorū, nō intelligitur ſublata irregularitas cōtracta à celebrāte excōmunicato; nā in caſu ſolūmodò ſublata eſt excōmunicatio contrahēda per talē percuſſionē in poſterū faciendā, non tamen ſublata fuit excōmunicatio ante contracta, neq; irregularitas, quæ cōtracta fuit à celebrāte in excōmunicatione:
6 eſt .n. diuerſa vtriuſq; ratio, & à diuerſis nō eſt faciēda illatio, prout aduerterunt omnes Doct. ſupracit.

Secunda limitatio.

Quæritur ſecundò: an alij præter Summum Pontificem poſſint in irregularitatibus diſpenſare?

Quæſitum 2. Qui poſſunt præter Sūmū Pontificem diſpenſare.

Reſpondetur, quòd ſi loquimur de irregularitatibus illis, quæ ex defectu ſubiecti, ſiuè corporis, ſiuè animę proueniunt: nemo in illis pōt diſpēſare, niſi ſolus Papa, quādiu talis defectus perſiſtit, ideoq; cū energumenis, & amētibus, vel cū illis, qui paſſi ſunt morbū caducum, & cùm mōſtruoſis, & ſimilibus: ſimiliter etiam cùm infamibus, illegitimis, bigamis, & filijs hæreticorū nemo poteſt cùm talibus diſpēſare ſaltem, quò ad Ordines ſuſcipiendos, niſi Summus Pontifex: prout dictum eſt in proprijs locis, & in primo tomo noſtræ Theologiæ moralis: tr. 26. c. 2. n. 25. agendo de caſib. Summo Pontifici reſeruatis.

In illis, ex defectu prouenientib. ſolus Papa diſpēſat.

Ratio autē huius eſt, quia nullus Pręlatus inferior 7
Summo Pontifici poteſt diſpenſare in iure cōmuni, & lege ſuperiori, niſi id ei ſpecialiter concedatur, ſed nō inuenitur talis conceſſio facta Epiſcopis in talib. irregularitatibus, prouenientibus ex defectu, niſi in aliquibus (caſibus particularibus, ergo Epiſcopi nō poſſunt diſpenſare in talib. irregularitatibus prouenientib. ex defectu: prout colligitur ex c. at ſi Clerici, & ex c. cùm illorum de ſent. excom. & Innocent. III. in c. Significauit de corporib. vit. & ibi Panormit. n. 2. Nauar. c. 27. n. 200. Suar. D. 41. ſect. 2. n. 3. Angelus verb. Diſpenſatio n. 5. Syluest. ibi q. 9. 10. & 11. Filliuc. tr. 20. c. 10. num. 267. Auila p. 7. D. 3. d. 3. concl. 1. Bonacina de irreg. D. 7. q. 5. p. 1. n. 5.

Ratio aſſertionis.

c. At ſi Clerici. c. Cū illorū. Innocentius. Panormitan. Nauarrus. Suarez. Angelus. Syluester. Filliuc. Auila. Bonac.

Secundo: Reſpondetur poſſe Epiſcopos cùm ſuis 8
ſubditis diſpenſare in foro cōſcientiæ tantum ſuper irregularitates occultas prouenientes ex delicto occulto, excepta tamen irregularitate illa, quæ contrahitur per homicidiū voluntariū, etiā occultū, & illis, quæ productę ſunt ad forū cōtētioſum, in quib. ſolus Papa diſpenſat: in homicidio autem caſuali poterit Epiſcopus diſpenſare: patet hoc ex decreto Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. vbi talis facultas cōceſſa eſt Epiſcopis eodē modo, vt explicatū eſt ſupra: ita Suar. de cēſ. D. 41. ſect. 1. n. 6. Sāch. in ſum. lib. 2. c. 11. n. 2. Tol. lib. 1. c. 89. §. 3. Auila p. 7. D. 10. Filliuc. d. tr. 20. c. 10. q. 6. n. 267. & Reginald. lib. 30. tr. 2. n. 26.

Epiſcopus, in quib. irregularitatib. poteſt diſpenſare.

Concil. Trid.

Suarez. Sanchez. Tolet. Auila. Filliuc. Reginald.

Notandum autē, quòd quatuor cōditiones requi- 9
runtur, vt Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitatibus occultis ex delicto occulto prouenientibus excepta illa de homicidio voluntario: quarū prima eſt, quòd perſona diſpenſanda ſit ſubdita illius Epiſcopi, à quo faciēda eſt talis diſpēſatio: ſecūda, quòd talis diſpenſatio faciēda eſt in propria Diœceſi Epiſcopi diſpenſantis: tertia, quòd delictum, mediante quo fuit contracta irregularitas ſit occultū; & quarta, quòd non ſit deductum ad forum contentioſum: quæ omnes conditiones poſitæ ſunt in dicto Decreto Concilij: ita Auila de cenſ. p. 7. D. 10. d. 6. concl. 1. de quib. omnib. conditionib. eſt ſpecialiter dicendū.

Conditiones quatuor requiruntur, vt Epiſcopus poſſit diſpenſare. Prima conditio. Secunda. Tertia. Quarta.

Auila.

Prima ergo conditio, ſeu limitatio eſt, quòd Epi- 10
ſcopus nō poſſit diſpenſare in irregularitatib. occultis, niſi cùm ſibi ſubditis, nō autē cùm extraneis, ita enim expreſsè ait Concilium Trid. dicit enim (*cùm ſuis ſubditis*) quare, neq; Archiepiſcopus diſpenſare poteſt cùm extraneis, vel cùm ſubditis Epiſcoporū ſuffraganeorū, præter quā in actu appellationis, vel viſitationis Prouinciæ: nam iſta facultas nō cōceditur Archiepiſcopo, vt Archiepiſcopus eſt, ſed, vt Epiſcopus; in actu verò viſitationis diſpēſare poteſt nō ſolùm cùm ſubditis Epiſcoporū ſuffraganeorum, verū etiā cùm ipſiſmet Epiſcopis ſuffraganeis, quia tunc in caſu ſe gerit, vt Epiſcopus: ita Henriq. lib. 14. c. 18. n. 4. Suarez D. 41. ſect. 2. num. 12. Auila p. 7. D. 10. d. 6. concl. 1. Bonac. de irreg. D. 7. q. 5. p. 1. n. 3.

De prima cōditione. Nō poteſt diſpenſare cum extraneis.

Archiepiſcopus quomodo poteſt diſpenſare.

Henriq. Suarez. Auila. Bonac.

Si quæras autem: quid veniat ſub nomine ſubdi- 11
torum Epiſcopi, vt ab eo poſſint diſpenſari in talibus irregularitatibus?

Quid veniat ſub nomine ſubditorum.

Reſpon-

Aſſertio reſponſiua.

Reſpondetur: intelligi omnes, & ſingulos ſuper quos iuriſdictionem Ordinariam habet, ſiuè tales actu ſint, in ſua Diœceſi commorantes, ſiuè per aliquod tempus ſint extra illam: ſufficit enim, quòd ſit oriundus, vel habeat domiciliū, vel beneficiū in tali Diœceſi, nam in caſu poterit tali Epiſcopus diſpenſare cùm tali perſona pertinente ad ſuam Diœceſim, licèt tunc actu inueniatur extra illam pro aliquo negotio perficiendo, tunc .n. vel poterit committere talem facultatem diſpenſandi alteri nomine ſuo, vel per ſe ipſum, ſiuè per litteras.

12 De Aduenis, & peregrinis.

Inſuper quandoq; poterit diſpēſare cùm alijs aduenis, quò ad irregularitates occultas in foro conſcietię tantū, dū tamen tales aduenæ per aliquod tēpus ibi cōmorentur, habentes ibi domiciliū pro negotijs ſuis expediendis: quia tunc omnes huiuſmodi dici poſſunt ſubditi in ſpiritualib. illius Epiſcopi, vbi actu cōmorantur, prout dicūt Doct. ſtatim cit. §. ſeq.

13 Quomodo poteſt diſpēſare cùm regularibus.

Inſuper ampliādo dicimus: poſſe quādoq; Epiſcopos in hoc diſpēſare cū Regularibus, alijſq; exēptis in tali Diœceſi commorātib. de domo, & familia, ſi tales volūtariè in hoc voluerint ſe ſubijcere tali Epiſcopo pro tali diſpēſatione obtinenda: nam Regulares de licentia ſuorum Prælatorum in fauorabilibus, quò ad hos actus poſſunt voluntariè ſe illi ſubijcere: quod etiam poſſunt facere alij Prælati inferiores etiam exempti, habētes iuriſdictionē quaſi Epiſcopalē, prout ſunt Abbates, Priores, &c. qui poſſunt ſe, quò ad hoc ſubijcere, vt ab illo diſpenſationē huiuſmodi irregularitatis cōtractæ obtineāt: ita Suar. D. 41. ſect. 1. n. 12. Henriq. d. lib. 14. c. 20. Filliucius d. tr. 20. c. 10. num. 271. Reginaldus lib. 30. num. 29. & Bonacina de irreg. D. 7. q. 5. p. 1. n. 4. & alibi.

Cū alijs Prælatis exēptis.

Suarez. Henriq. Filliuc. Reginald. Bonacina.

14 De ſecundā conditione. Epiſcopus debet eſſe in ſua Diœceſi, vt diſpenſare poſſit.

Secūda cōditio eſt, vt talis diſpēſatio fiat ab Epiſcopo, dum actu exiſtit in ſua Diœceſi: nā talis facultas diſpenſandi in irregularitatibus occultis non eſt conceſſa Epiſcopis extra ſuam Diœceſim cōmorātibus: quia quāuis Epiſcopus extra ſuam Diœceſim, exiſtens poſſit quandòq; abſoluere ſuos ſubditos extra iudicialiter ab excommunicationib. nō reſeruatis, à reſeruatis tamen non poteſt, niſi quando exiſtit in ſua Diœceſi, prout expreſſis verbis dicitur in d. ſeſſ. 24. c. 6. Tridentini Concilij: vbi dicitur (*in Diœceſi ſua, &c.*) Quod idem intelligitur circa diſpenſationem irregularitatis in foro conſcientiæ, nam de vtraque eadem eſt habenda ratio, prout dicunt Auila d. p. 7. D. 10. d. 6. concl. 1. & Bonac. D. 7. q. 5. p. 1. n. 3. cùm alijs, ſupracitatis.

Auila. Bonac.

15 De tertia cōditione. Delictū debet eſſe occultum.

Tertia conditio eſt, quòd delictum mediante, quo contracta fuit irregularitas ſit occultū: nā ſi delictū fuiſſet publicū, vel notorium, tunc Epiſcopus nō haberet facultatē diſpēſandi in tali irregularitate contracta: nam Trid. hoc ſolùm concedit in delictis occultis, nō autem in publicis, ſaltem formaliter: tunc enim delictum dicitur formaliter publicum, quando cōſtat pluribus hominib. talem irregularitatē fuiſſe contractam ab illo, mediante tali delicto cōmiſſo, de quo orta eſt infamia: quādo autem actio peccaminoſa fuiſſet tantùm materialiter publica, ſed delictum eſſet occultū formaliter, tūc Epiſcopus poterit cū huiuſmodi in foro conſcietię diſpenſare: vid. quādo quis excōmunicatus occultus publicè celebrauit, ideòq; cōtraxit irregularitatē: tūc talis irregularitas cēſetur occulta formaliter, quāuis actio celebrationis fuiſſet publica materialiter, ideòq; poterit Epiſcopus in foro cōſciētiæ diſpēſare: ita Hēriq. d. lib. 14. c. 20. n. 4. Rodriq. in ſum. p. 1. c. 176. n. 3. Em. Sà verb. Epiſcop. n. 75. Say. lib. 7. c. 13. n. 13. Sanch. de mat. lib. 8. D. 74. n. 56. & Bonac. de irreg. D. 7. q. 5. p. 1. n. 5. §. 5.

Quādo delictum dicitur formaliter publicum.

Quādo materialiter tātū, & non formaliter.

Henriq. Rodriq. Em. Sà. Sayrus. Sanchez. Bonac.

16 De quarta conditione.

Quarta cōditio eſt, quòd tale delictū nō ſit deductum ad forum contentioſum: nā quando delinquēs fuit iudicialiter accuſatus de tali crimine, pendente cauſa, dum non ſe purgauit, & fuit per ſententiā iudicis abſolutus, & liberatus à tali infamia tanquam innocens, nō poterit Epiſcopus in tali irregularitate aliquo modo diſpenſare: patet hoc ex verbis ipſius Concilij expreſsè exceptuantis: & dicentis: (*Niſi tale crimen ſit deductum ad forum contentioſum:*) ita Auila p. 7. D. 10. d. 6. cōcl. 1. Suarez D. 41. ſect. 2. n. 6. Filliuc. d. tr. 20. c. 10. n. 269. Bonac. ſupra num. 6. cùm alijs.

Nō debet eſſe deductum ad forum cōtentioſum.

Auila. Suarez. Filliuc. Bonac.

17 Quādo delinquēs de infamia ſe purgauit poterit diſpenſari.

Verum eſt tamen, quòd quando taliter accuſatus ſe purgauit iuridicè, ſiuè veris, ſiuè falſis teſtibus pro eo deponentibus, vel ex defectu probationis de accuſatione contra eū facta, quæ non potuit legitimè probari, ideòq; per ſententiam iudicis fuit abſolutus tanquā innocens, tunc Epiſcopus poterit cùm tali diſpenſare in foro conſcientiæ circa irregularitatē contractā, quia tūc ceſſat ratio deductionis ad forū contentioſum: nā tunc per talē ſententiā liberatoriā cenſetur redacta talis perſona ad priorem ſtatum: exceptio autem iſta Tridentini eſt intelligēda, effectu ſecuto: ita Molina tom. 4. tr. 3. D. 79. n. 8. Sayrus lib. 4. c. 17. n. 23. & lib. 7. c. 7. n. 14. Sanchez de mat. lib. 2. D. 37. n. 12. & lib. 8. D 34 n. 57. & in ſum. lib. 2. c. 11. n. 21. Rodriq. p. 1. c. 167. n. 4. Suarez D. 41. ſect. 2. n. 6. in fine: Filliuc. loc. cit. n. 269. & Bonac. cùm alijs.

Molina. Sayrus. Sanchez. Rodriq. Suarez. Filliuc. Bonacina.

18 Quæſitum 3.

Quæritur tertiò: An Epiſcopus, qui aliquando irregularitatem aliquam occultam contraxit, poſſet committere facultatem ſuam alicui Sacerdoti, vt ſecum diſpenſet circa talem irregularitatem in foro conſcientiæ?

Epiſcopus poteſt cōmittere facultatē alteri, vt ſibi diſpenſet in irregularitate occulta.

Reſpondetur affirmatiuè: non enim peioris conditionis debet eſſe Epiſcopus, quàm alij Clerici inferiores circa talem diſpenſationem obtinendā: nā talis facultas non eſt conceſſa Epiſcopis tanquā facultas delegata ſimpliciter, ſed tāquā facultas ordinaria ex vi ſui muneris, ideòq; poſſunt talē facultatē alijs quandòq; delegare, tàm pro alijs, quàm pro ſe ipſis: fauores enim nō ſunt reſtringēdi, ſed ampliādi, prout colligitur ex quadā declaratione Sacræ Congregationis Cardinalium in ſimili de abſolutione à cenſuris reſeruatis Summo Pontifici, quò ad cōſciētiæ forum, vbi determinatum fuit. *Poſſe Epiſcopū eligere ſibi confeſſarium, qui ipſum abſoluat cùm eadem poteſtate, conceſſa Epiſcopis per Trident. Concilium*, quare idē ſimiliter dicendum eſt de poteſtate diſpenſandi in irregularitatibus occultis, cùm vtraq; delegabilis ſit eodē modo: fauores enim ſunt ampliandi, & non reſtringendi pluſquam ratio requirit: ita Suarez D. 41. ſect. 2. n. 9. Sanchez de mat. lib. 8. D. 3. nu. 3. & in ſum. lib. 2. c. 11. n. 11. Henriq. lib. 14. c. 18. Maiolus de irreg. li. 2. c. 2. in fin. Palud. in 4. D. 38. q. 4. A. 4 Filliuc. d. tr. 20. c. 10. q. 7. n. 272. Auila p. 7. D. 10. d. vltim. Regin. lib. 30. tr. 2. n. 21. & Bon. de irreg. D. 7. q. 5. p. 1. n. 8.

Declaratio Congregationis Cardinalium.

Suarez. Sanchez. Henriq. Maiolus. Paludanus. Filliuc. Auila. Reginald. Bonac.

Quæritur quartò: quid ſub nomine Epiſcopi circa hanc facultatem diſpenſandi veniat?

19 Quæſitum 4. Epiſcopus cōfirmatus poteſt diſpēſare in irregularitate.

Reſpondetur omnem, & quemcunq; Epiſcopum electum, & cōfirmatum a Summo Pontifice eſſe intelligendum: nam eò ipſo, quòd Epiſcopus electus, eſt confirmatus a Pontifice, collata eſt illi iuriſdictio in ſuos ſubditos Diœceſanos, etiā ſi adhuc talis conſecratus non ſit: quare Epiſcopus poſt confirmationem poteſt in conſcientiæ foro cùm ſuis ſubditis in irregularitatib. occultis præter homicidium volūtarium diſpenſare: non enim talis diſpēſatio eſt actus Ordinis, ſed iuriſdictionis dignitatis Epiſcopalis: ita Suarez, Filliuc. & Bonac. cùm alijs ſupracitatis.

Suarez. Filliuc. Bonac.

20 Quæſitum 5.

Quæritur quintò: an alij Prælati habentes iuriſdictionē quaſi Epiſcopalē, inferiores tamen Epiſcopo Diœceſano habeant talē facultatem diſpenſandi?

Prælati inferiores Epiſcopi nõ poſſunt diſpenſare.
Declaratio Cardinaliũ.

Reſpondetur negatiuè: ita enim declaratum fuit Romæ in Sacra Cardinalium Congregatione conſtituta ſuper dubia Trid. Concilij vbi declaratum fuit: *Prælatos inferiores Epiſcopis, quamuis ſint exempti, prout ſunt Abbates, Priores, cæteriſque inferiores Prælati, quomodocunque nominati, non poſſe in talibus irregularitatibus aliquo modo diſpenſare: eo quia tales Prælati inferiores non comprehenduntur ſub nomine Epiſcoporum in hoc Decreto, ſed tantummodo talis facultas conceſſa fuit Epiſcopis priuatiuè, ſiuè excluſiuè, quoad alios inferiores Prælatos, &c.* ità Suar. D. 41. ſect. 2. n. 7. Tolet. lib. 1. c. 89. §. penultimo circa finem, Garcia p. 7. de Beneſ. c. 11. num. 17. Filliucius d. tr. 20. cap. 10. n. 205. & Bonacina loc. cit. num. 7.

Suarez. Toletus. Garcia. Filliuc. Bonacina.

21 Quæſitum 6.

Quæritur ſextò: An ſuperiores Religioſorum poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitatibus occultis, ſicut Epiſcopi?

An Prælati Regularium poſſint diſpẽſare cum ſuis ſubditis.

Reſpondetur, quod ex vi Trident. Concilij hoc eis non eſt conceſſum, nam Concilium hoc tãtum conceſſit Epiſcopis, non autem alijs Prælatis, quare Prælati Regularium ex vi iuris cõmunis nõ poſſunt diſpẽſare cum ſuis ſubditis in quacumq; irregularitate prout bene notauerunt Suar. D. 45. ſect. 1. in fine, & Bon. de irreg. D. 7. q. p. 1. n. 7. niſi circa hoc habeãt ſpecialia priuilegia illis cõceſſa, quæ ſpecialiter ſunt cõſiderãda, & iuxta facultatẽ ſibi cõceſſam poterũt in hoc diſpenſare, iuxta cõceſſiones Põtificias.

Suarez. Bonacina.

22 Conceſſiones factæ Prælatis Religionum.

Quare ſciendum eſt, quod multi varijq; Põtifices hanc facultatẽ conceſſerunt Miniſtris Generalibus, & Prouincialibus Religionum, & illis quib. ipſi Prælati hanc facultatẽ conceſſerint, vt poſſint abſoluere omnes ſinguloſque fratres, ac ſorores, & Moniales ſuę obediẽtię ſubiectas ab omni, & quocũq; vinculo excommunicationum, & cenſurarum, & quibuſcũq; alijs peccatis, & exceſſibus, & diſpenſare cum illis in foro conſcientiæ in omnib. irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, exceptis illis deductis ad forũ contentioſum, omnemq; in illis inhabilitatẽ infamiæ purgare, & abſoluere, & in quibuſcunq; occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & in quibus Epiſcopi poſſunt cum ſuis ſubditis vigore Trid. Concilij, exceptis dumtaxat cõtentis in Bulla Cœnę antequã obtineatur facultas pro illis, quæ quolibet anno impetrãda eſt per Reuerendiſſimũ Patrẽ Procuratorẽ Ordinis à Sede Apoſtolica poſt promulgationẽ dictæ Bullæ Cœnæ: vt patet ex Priuilegio Pij V. conceſſo fratribus Ordinis Prædicatorũ, & refertur in compendio Priuilegiorum mendicantium à Sorbo: in reſolutione materiæ abſolutionis, Capuccini adnotatio: prout nos alibi diximus in primo tomo noſtræ Theolog. Mor. tr. 26. c. 2. n. 20.

Pius V.
Sorbo in cõpend. Priuil.

23 Ampliatio priuilegij Martini V.

Notandum inſuper, quòd ipſi ſuperiores Religionum ex conceſſione Martini V. prout in Priuilegijs Monachorum D. Benedicti habetur, refertur que in compendio Sorbi verbo Abſolutio, quoad fratres §. 40. poſſunt Pręlati Ordinis cum ſuis ſubditis diſpenſare in omni irregularitate, etiam in illis, in quibus Papa ſibi reſeruauit vicem, vt in homicidio, & mẽbrorum mutilatione, & enormis ſanguinis effuſione, dummodò tamen aliquod illorum non ſit notorium, & hoc ad euitanda ſcandala.

Etiã, quoad homicidium occultum.

24 Communicatio priuilegij.

Et quamuis talis facultas fuerit conceſſa Priori, ſiuè Abbati Sancti Benedicti Vallis oleti: poſtea tamen extenſa, & communicata fuit omnibus Abbatibus, & Prioribus aliorum Monaſteriorum: vt habetur in verb. cõmunicatio priuilegiorum §. 34. prout refert Sorbo, loco ſupracitato: imo Sixtus V. deindè dedit hãc facultatẽ Generalibus, ac Prouincialibus fratrum Minorũ, vt in homicidio fortuito, & nõ voluntario, non ſolum in foro conſcientiæ, verùm etiã in foro externo poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis, prout refertur in compendio à Sorbo loco ſupracit.

Sixtus V.
Sorbo.

Quare ex his, quæ dicta ſunt conſtat: plus poſse diſpẽſare Prouinciales Regularium cum ſuis ſubditis circa irregularitates, quam Epiſcopi cum ſuis ouibus: nam Prælati Regularium in foro conſcientiæ poſsunt diſpenſare etiam in irregularitate contracta ex homicidio voluntario occulto, quòd Epiſcopis per Tridentinum Concilium non eſt conceſſum: & ratio talis conceſſionis eſt, quia Regulares non poſsunt ità facile ire Romam pro diſpenſatione obtinenda ſine eorum nota, ideòque hoc illis ſpecialiter conceſsum eſt. 25

Quare Prælati Regulariũ habent hanc facultatem diſpenſandi.

Quæritur ſeptimo: an Capitulum tempore, quo vacat Sedes Epiſcopalis poſſit diſpenſare in irregularitatibus occultis cum clericis Diœceſanis? 26

Quæſitum 7. Capitulũ Sede vacante non poteſt diſpenſare.

Reſpondetur negatiuè, nã conceſſio iſta Concilij Tridẽtini ſolũmodo facta fuit Epiſcopis, vt Epiſcopi ſunt, & priuatiuè, quò ad alios: vt ex ipſo Decreto colligitur, ideoq; non eſt conceſſa vicarijs Generalibus, neq; capitulo Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante: nam Capitulum non ſuccedit, niſi in ordinaria iuriſdictione Epiſcopi, & in ijs, quæ iure reperiuntur ipſi conceſsa: hæc autem facultas pertinet ad extraordinariam iuriſdictionem Epiſcopi, & non inuenitur in aliquo iure conceſsa capitulo tempore vacantis Sedis: prout explicauit Sacra Congregatio Cardinalium teſte Suar. D. 41. ſect. 2. n. 14. & Filliuc. tom. 1. tr. 20. c. 10. n. 277.

Declaratio Cardinaliũ. Suarez. Filliuc.

DE PLVRIBVS MODIS, QVIBVS irregularitas tolli poteſt, & de conditionibus requiſitis in obtinenda, & concedenda diſpenſatione ipſius.

CAP. II.

Præter ea, quæ in præcedenti capitulo de diſpenſatione irregularitatis mediante facultate Prelatorum dicta ſunt, ſuperſunt nonnulla dicenda de alijs, varijſq; modis, quib. irregularitatis vinculũ, ſiuè impedimẽtũ ad Eccleſiaſticos Ordines ritè ſuſcipiẽdos, aut miniſtrandos tolli poteſt: communiter autẽ a Doctoribus tres, aut quatuor modi aſſignari ſolent: vid. mediante receptione Sacramenti Baptiſmi, vel mediante profeſſione trium votorum in aliqua Religione approbata: vel tertio mediante ceſſatione cauſę: & quarto mediante diſpenſatione facta ab eo, qui talem habet facultatem, de quibus omnib. ea, quæ neceſsaria ſunt dicere aliquid opus eſt pro totali intelligentia huius præſentis materiæ. 1

Quatuor modi, quibus irregularitates tolluntur.

Quæritur ergo primò: an irregularitates omnes per receptionem Sacramenti Baptiſmi tollantur? 2

Quæſitum 1.

Reſpondetur, quòd propriè, & abſolutè loquẽdo: nulla irregularitas propriè dicta mediãte Sacramẽto Baptiſmi tollitur: & ratio noſtræ aſſertionis eſt, quia nulla irregularitas contrahi poteſt à nõ baptizato: non enim infidelis, durante tali ſtatu, capax eſt Sacramẽti Ordinis, ideòq; irregularis dici non põtuit, quia omnis irregularitas inducta eſt à iure Canonico, cui infidelis nõ baptizatus minimè eſt ſubiectus, cum non ſit membrũ Eccleſiæ, quare pęnis Eccleſiaſticis affici nõ poteſt pro delictis cõmiſſis ante receptionem Baptiſmi, & cõſequenter nõ remanet irregularis recepto Baptiſmo, niſi aliter expreſſum ſit in iure, aut perſiſtente aliquando aliquo defectu, quòd per Baptiſmũ tolli nõ poteſt: in hoc enim omnes cõueniunt, vt Suar. D. 41. ſect. 1. n. 2. Vgolin. de irreg. c. 63. §. 1. Sayr. lib. 7. c. 13. n. 2. Auila p. 7. D. 10. d. 2. Tolet. lib. 1. c. 89. Filliuc. tr. 20. c. 10. n. 255. Coninch. D. 18. d. 14. n. 109. Reginald. lib. 30. tr. 2. n. 17.

An tollatur per receptionẽ Baptiſmi? Aſſertio. Infidelis propriè irregularis non efficitur.

Suarez. Vgolinus. Sayrus. Auila. Toletus. Filliuc. Coninch. Reginald.

Digitized by Google

3 Dixi in aſſertione, (*niſi aliter expreſſum ſit in iure*) vt inſinuarem, quòd ius Canonicum, quando aliud determinet, ſecus eſſet dicendum, ideòq; quando remanet in Baptizato aliquis defectus, vel reſpectu ſignificationis, vel reſpectu corporis vitiati, ratione, quorũ talis perſona non poſſet ad Ordines promoueri ſine indecentia talis miniſterij ad Ordines promoueri non poſſet: quare bigamus, qui ante Baptiſmum contraxit matrimoniũ cùm duabus fœminis, ſiuè cùm vna ab alio viro cognita, talis defectus bigamiæ non tollitur per receptionem Baptiſmi: nam Baptiſmus, quãuis tollat omnia peccata, quò ad culpã, ac etiã quò ad pęnas, non tamen tollit cõiugia, & cõſequenter, neq; tollit bigamiã ex cõiugijs prouenientem: nam licet pluralitas vxorum nõ inducat peccatum, quando ſecundũ matrimonium non fuit contractum viuente altera, inducit tamẽ defectum perfectæ ſignificationis vnionis Chriſti cũ Eccleſia vnica eius ſpõſa: ergo licèt per Baptiſmum tollatur omne peccatũ, nõ tamẽ tollitur talis defectus ſignificationis, qui in Sacerdote noui teſtamẽti adeſſe nõ debet: prout dixit D. Auguſt. lib. de Bono Coniugali c. 18. & refertur in Can. Acutius D. 26. idemque dixit Innocentius III. prout refertur in Can. deindè eadẽ Diſt. ità Couar. in Clement. ſi furioſus p. 1. §. 2. n. 5. D. Thom. in addit. 3. p. q. 66. A. 4. Suarez D. 41. ſect. 1. n. 2. Auila p. 7. D. 10. d. 2. concl. 1. Sayrus, & Filliuc. cùm Bonacina, locis ſupracitatis.

Bigamia non tollitur per Baptiſmum.

Bigamia inducit defectũ reſpectu ſignificationis.

D. Auguſt. Can. Acutius. Innocẽt. III. Can. Deindè. Couaruuias. D. Thomas. Suarez. Auila. Sayrus. Filliuc. Bonacina.

4 Nec valet dicere, quòd infidelis, nõdũ adhuc baptizatus, nõ eſt ſubiectus Eccleſiaſticis legibus, ergo nõ poteſt incurrere bigamiã, & irregularitatẽ ipſius.

Obiectio.

Reſpondetur; quòd in caſu licèt non cadat ſuper infidelẽ pro illo tempore, quo nõ eſt baptizatus, remanet tamẽ defectus ſignificationis poſt Baptiſmũ: nã Eccleſia per ius Canonicũ ſtatuit: nullũ bigamũ poſſe promoueri ad Ordines, niſi in hoc à Summo Pontifice aliquãdo fuiſſet diſpẽſatus, ideòq; poſt Baptiſmũ dicitur eſſe irregularis: non enim talis defectus tollitur per Baptiſmum: ità Suarez D. 49. ſect. 6. n. 14. Filliuc. tr. 19. c. 4. n. 102. Reginald. lib. 30. tr. 2. n. 90. Bonac. de irreg. D. 7. q. 2. p. 5. n. 13.

Solutio.

Suarez. Filliucius. Reginaldus. Bonacina.

5 Quòd idem dicendũ eſt de alijs defectibus, quib. perſiſtentibus, non poteſt aliquis licitè ad Ordines promoueri, qualis eſt defectus natalium, ideòq; nati illegitimi, etiam tempore infidelitatis, non efficiuntur legitimi per Baptiſmũ, neq; monſtruoſi, neq; alij habentes aliquẽ defectũ impedientẽ vſum Ordinũ, vel incutientẽ horrorem externũ reſpectu circũſtãtiũ: nã huiuſmodi etiã poſt Baptiſmũ remanent irregulares, & inhabiles ad Ordines perſiſtẽte tali defectu, ideòq; cæci, muti, ſurdi, carentes manibus, alioq; mẽbro apparẽte, habẽtes nimiã deformitatẽ, vel defectũ notabilẽ, impedientẽ debitã executione miniſterij Sacerdotalis nõ poſsũt promoueri ad Ordines, licet poſtea ſint baptizati, eò quod Baptiſmus non tollit huiuſmodi defectus, prout omnes cõiter dicũt.

Illegitimi remanẽt irregulares etiã poſt Baptiſmum.

Corpore vitiati etiam poſt Baptiſmũ sũt irregulares.

6 Verum tamẽ eſt, quòd omnis, & quæcũq; alia irregularitas, cõſurgẽs ex infamia facti, ratione cuiuſcũq; delicti commiſſi ante Baptiſmum, virtute talis Sacramenti deindè ſuſcepti totaliter tollitur, & expiatur: nam, qui ſunt baptizati, de nouo ſpiritualiter regenerãtur, fiuntq; quaſi noui homines, exuti veterem hominem cùm actibus ſuis, & induti nouũ hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, ſanctitate, & veritate, ideòq; omnis macula, & indecẽtia inducta per peccatum ab illis aufertur præter bigamiam, & illegitimationẽ, alioſq; defectus corporales incompoſſibiles ad Sacerdotale miniſteriũ.

Omnis defectus infamiæ proueniẽs ex delicto per Baptiſmũ totaliter aufertur.

7 Ex quo ſequitur omnes, & quoſcunq; homicidas ſiuè ex homicidio peccaminoſo, ſiuè non, vt caſuali, vel tanquam facto ſecundum leges iuſtitiæ (quando talis fuiſset iudex, ſiuè Princeps, vel miles) ſiuè fures, ſiuè ſodomitas, ſiuè infames recepto Baptiſmi Sacramẽto nõ remanere ampliùs tales, cùm omnis, & quæcumq; macula peccatorum virtute Sacramẽti Baptiſmi ſit ſublata: ità communiter omnes Doctores ſupracitati: vt Suar. D. 41. ſect. 1. n. 2. Sylueſt. verb. Baptiſmus 6. q. 2. Tabiena eodem verbo 8. §. 8. Henriq. lib. 14. c. 17. §. 3. Angelus verb. irregularitas 2. in principio; Maiolus de irreg. lib. 5. c. 51. nu. 11. Sayrus lib. 7. c. 13. num. 2. Filliucius ſupra num. 255. Bonac. p. 2. n. 1.

Concluſio.

Suarez. Syluester. Tabiena. Henriq. Angelus. Maiol. Sayrus. Filliuc. Bonacina.

8 Quæritur ſecundò: an irregularitas tollatur per profeſſionem factam in Religione.

Quæſitum 2. Profeſſio Religionis qualẽm irregularitatem auferat.

Reſpondetur, quòd quotieſcunq; aliquis, relinquendo ſæculum, aliquam ingreditur Religionẽ ab Eccleſia approbatam, in eaq; emittat profeſſionem trium votorum poſt annum probationis completũ, tũc aufertur ab illo omnis illa irregularitas, quę prouenit ex defectu originis, ſiuè natiuitatis: quare omnes illegitimi nati ex concubitu illicito, ſiue ſint manzeri, ſiuè ſpurij adulterini, inceſtuoſi, vel ſacrilegi, ipſo facto efficiuntur habiles ad Ordines ritè ſuſcipiendos, non autem ad Prælaturas, niſi in hoc deindè fuerint gratioſè diſpẽſati, vel à Sũmo Põtifice, vel in Generali Capitulo, iuxta priuilegia, quę habẽt Regulares circa hoc ſpecialiter cõceſſa, quæ diligẽter ſunt cõſideranda: nam priuilegia tantum valẽt, quantum ſonant: videatur Rodriq. tom. 1. qq. Reg. q. 13. A. 21. qui de hoc ſpecialiter tractat: ità etiam habetur ex c. fin. de filijs Presbyt. ità Suar. D. 41. ſect. 1. n. 3. Angelus, & Syluest. in verb. irregularitas circa finem; Armilla n. 88. Henriquez lib. 14. c. 17. §. 2. Panormit. in c. 2. de Apoſtat. Auila p. 7. D. 10. d. 3. Filliuc. d. tr. 20. c. 10. num. 258.

Per profeſſionẽ religioſã legitimantur illegitimi ad Ordines. Non ad Prælaturas.

Conſiderãda ſunt priuilegia Religionum.

Rodriq. C. Finale de filijs Presbyt. Suarez. Angelus. Syluest. Armilla. Panormitan. Auila. Filliuc.

9 Verum tamen eſt, quòd ſunt nonnulli Doctores, aſſerentes omnem irregularitatẽ ex quocunq; delicto prouenientem tolli mediante tali profeſſione religioſa præter illam, quæ fuit cõtracta ex homicidio voluntario, & bigamia, ſiuè hoc ſit religionibus conceſſum ex iure communi, ſiuè priuilegijs particularibus, ſiuè ex conſuetudine: ità Soto in 4. D. 25. q. 1. A. 3. concordat Suarez in parte: D. 41. ſect. 1. num. 3. circa finem.

Opinio aliquorum.

Soto. Saurez.

10 Hoc autem dictum ſimpliciter, & abſolutè intelligi non poteſt: non enim profeſſio religioſa immediatè tollit omnes huiuſmodi irregularitates ſecundum ſe, ſed mediatè, hoc eſt mediante diſpẽſatione faciẽda, deindè à Prælatis ſuis iuxta eorũ priuilegia, quæ habẽt diſpenſandi cũ ſuis ſubditis, iam profeſſis in omnib. irregularitatibus occultis ex delicto prouenientibus, eoſq; abſoluendi ab omni, & quocunq; vinculo cenſurarũ, illoſq; habilitandi ad Ordines ſuſcipiendos: tantũmodo illis exceptis, quæ ſunt reductę ad forum contentioſum, vel ex defectu lenitatis, vel Sacramenti matrimonij mediante bigamia.

Limitatur, & reducitur ad bonum finẽ, ſeu ſenſum.

11 Quæritur tertiò: an irregularitas ceſſet, ceſſante irregularitatis cauſa reſpectu cuius fuit inducta?

Quæſitum 3. An ceſſet ceſſante cauſa?

Reſpondetur diſtinguẽdo: vel enim talis irregularitatis pœna fuit taxata ſimpliciter, & abſolutè, vel nõ: ſi primũ non ceſſat, ſed remanet vſquequo in ea fuerit diſpenſata: quare quando irregularitas lata fuit ſimpliciter in iure propter tale delictũ: tunc non tollitur per pœnitentiam delinquentis, poſtea peractam, ſed requiritur legitima diſpenſatio Pontificis, vel alterius Prælati talẽ facultatem habẽtis: ideòq; irregularitas illa, quæ contrahitur mediãte homicidio, vel membrorũ mutilatione, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta non tollitur per pœnitentiam, ſiuè per ablationẽ cauſæ; etiam ſi taliter interfectus per miraculum,

Reſolutio. Irregularitas abſolutè lata nõ ceſſat ceſſante cauſa.

deindè fuiſſet reſuſcitatus non ideò talis homicida, vel mutilator ceſſat eſſe irregularis: quòd idem dicendum eſt de bigamis, & alijs ſimilibus: prout dicunt Doctores ſtatim citandi.

12 *Irregularitas lata reſpectiuè ceſſat.*

Quando autem talis pœna irregularitatis nõ fuit lata ſimpliciter, & abſolutè, ſed reſpectiuè ſolũ pro illo tempore, quo perſiſtit tale impedimẽtũ, ſiue defectus: & tũc ceſſante tali defectu, ſiue impedimẽto, ceſſat talis irregularitas, quia ceſſante cauſa ceſſat talis effectus: quare irregularitas illa, quæ prouenit ex defectu ætatis, tollitur adueniẽte tẽpore legitimę ætatis, ſimiliter dicendũ eſt de illa, quæ prouenit reſpectu infamiæ facti, tollitur facta purgatione talis infamiæ: ſimiliter dicendum eſt de ignorãtia, & imperitia debitæ ſcientiæ, quæ tollitur adueniente tali ſcientia: & ità de cæteris.

13 *De leproſis debilibus, & infirmis.*

Quòd idem dicendum eſt de leproſis, alioq; morbo laborãtibus, & de illis, qui habent debilitatẽ notabilem alicuius mẽbri, impedientẽ exercitiũ Ordinum: nam tali morbo ceſſante, & reſtituta tali perſona ad priſtinã ſanitatem, ceſſat talis irregularitas abſq; alia diſpẽſatione iuxta illud D. Ambroſij Epiſt. 81. dicentis: *Vbi cauſa non erit, vitium non amplius imputatur:* & habetur in c. Poſt tranſlationem de Renunciat. in verb. ceſſante: & ex c. ſuper eo de electione. & can. Neophytus D. 61. ità Suar. D. 41. ſect. 1. n. 6. & D. 5. ſect. 2. n. 11. Sayr. lib. 7. c. 14. Vgolin. c. 62. §. 2. Henriq. lib. 14. c. 17. n. 3. Valentia tom. 4. D. 7. p. 3. q. 19. & Reginald. lib. 30. tr. 2. n. 16.

D. Ambroſ. — c. Poſt tranſlationem. — c. Super eo. — Can. Neophytus. — Suarez. — Sayrus. — Vgolinus. — Henriq. — Valentia. — Reginaldus.

Quæritur quartò: an irregularitas tollatur, mediante abſolutione, ſiuè per diſpenſationem?

14 *Quæſitum 4. De diſpenſatione.*

Reſpondetur omnem, & quamcunq; irregularitatem eſſe amouibilem, ideòq; tolli poſſe per diſpẽſationem faciendam a Prælato, habente talẽ facultatem, ſiue ordinariam, ſiue delegatam: quare Summus Põtifex ordinario iure habet pleniſſimam poteſtatem omnem, & quamcunq; irregularitatẽ tollendi: Epiſcopi verò ſecundum facultatem illis tributam a Trident. ſeſſ. 24 c. 6. de Reformat. eo modo, vt in præcedenti capitulo declaratum eſt.

Summus Põtifex. — Epiſcopus.

15 *Prælati Religionum cum ſuis ſubditis.*

Similiter etiam dicendum eſt de Prælatis Religionum, qui poſſunt diſpenſare cùm ſuis ſubditis in irregularitatibus occultis ex delicto prouenientibus in foro cõſciẽtiæ tantum, iuxta facultates ſibi cõceſſas a Summis Pontificibus, prout in proprijs locis dictũ eſt: quod idẽ dicendũ eſſet, ſi quis haberet facultatẽ ſpecialẽ, ſibi à Põtifice delegatã poterit eodẽ modo diſpenſare in irregularitatibus, iuxta formã delegationis, ſibi factã: rã ordinarius iudex poteſt, quando voluerit vices ſuas alijs cõmittere: prout dicũt Sayr. lib. 7. c. 13. n. 11. Suar. D. 41. ſect. 1. n. 4. Filliuc. d. tr. 20. c. 10. n. 260. & Bon. de irreg. D. 7. q. 5. p. 2. n. 6. cũ alijs.

De alijs habẽtib. facultatẽ delegatam. — Sayr. — Suarez. — Filliuc. — Bonacina.

16 *Quæſitum 5. De Iubilæo, & Bulla Cruciatæ.*

Quæritur quintò: an quando in Iubilæis, ſiue in Bulla Cruciatæ conceditur ampliſſima facultas cõfeſſarijs abſoluendi ſuos pęnitentes ab omnibus, & quibuſcunq; cenſuris, & pœnis, ſententijſq; Eccleſiaſticis, etiã Summo Pontifici reſeruatis, etiã in Bulla Cœnæ intelligatur etiã cõceſſa facultas abſoluẽdi à vinculis irregularitatũ cõtractis ex quocũq; delicto.

17 *Irregularitas non abſoluitur, ſed diſpẽſatur.*

Reſpõdetur negatiuè: & ratio aſſertionis eſt, quia irregularitas (propriè loquendo) non abſoluitur, ſed ſolummodò per diſpenſationem tollitur, ſeu relaxatur: ideòq; in Iubilæis conceditur facultas abſoluẽdi à cenſuris, alijſq; pœnis Eccleſiaſticis, vt fideles ſine aliquo impedimento cõſequi poſſint Iubilæũ, cuius cõſecutio impediri poſſet per cenſuras: irregularitas autem nullum præſtat impedimẽtum ad conſequẽdũ Iubilæum, ideòq; talis facultas ibi non cõceditur cùm non ſit neceſſaria: in Bullis autem nomine pœnarũ non veniunt irregularitates, ſed pęnæ illæ, quæ impedire poſſent cõſecutionem Iubilæi: nunquã autem intelligitur conceſſa facultas diſpenſandi in irregularitatẽ, niſi de ea expreſſa mentio facta ſit in diplomatibus; communiter autẽ nunquã talis facultas concedi ſolet, vt patet ex ſtylo Curiæ Romanæ: ità Nauar. c. 27. n. 250. Molina tom. 4. tr. 3. D. 8. Henriq. lib. 7. c. 13. n. 6. & lib. 14. c. 17. §. 4. Sayr. lib. 7. c. 14. n. 2. Auila p. 7. D. 10. d. 4. Rodriq. in Bulla Cruc. §. 9. Bonac. D. 7. q. 5. p. 2. n. 8. & 9.

Irregularitas non impedit conſecutionẽ Iubilæi.

Nauarrus. — Molina. — Henriq. — Sayrus. — Auila. — Rodriquez. — Bonacina.

18 *Quæſitum 6. De conditionibus requiſitis.*

Quæritur ſextò: quænam conditiones requirantur pro obtinenda, vel concedenda diſpenſatione circa irregularitates contractas?

Prima conditio.

Reſpondetur tria eſſe obſeruanda, vt talis diſpenſatio legitimè fiat: primò debet Prælatus talem diſpenſationem facere verbis expreſſis, vel ſcripto, vel ſaltem ſigno aliquo extrinſeco, ſufficienter declarãte intentionem, & voluntatem ſuam diſpenſandi, & tollendi talem irregularitatem: non enim voluntas hominis poteſt cognoſci, niſi aliquo ſigno externo manifeſtetur, ideoq; talis diſpẽſatio nullum habebit effectum, niſi ſigno aliquo extrinſeco manifeſtetur: ità Suar. D. 41. ſect. 3. n. 2 Nauar. c. 26. n. 13. Maiol. de irregularit. lib. 5. c. 51. n. 6. & Bonac. D. 7. q. 5. p. 3. n. 1.

Suarez. — Nauarrus. — Maiolus. — Bonacina.

19 *Secunda conditio. Cauſa diſpẽſandi requiritur.*

Secũdò requiritur, vt talis diſpenſatio nõ fiat ſine aliqua rationabili cauſa ipſi ſuperiori, diſpẽſanti cognita: non enim ſine vlla cauſa debet ſuperior in irregularitatibus contractis diſpenſare, cum nõ ſit illi data facultas à iure in deſtructionem, ſed in ædificationem, quare ait D. Thomas in p. 2. q. 97. A. 4 *Diſpenſationem in quacunq; lege, ſi fiat ſine cauſa eſſe illicitam:* ità Henriq lib. 14. c. 17. n 4. Auila p. 7. D. 10. d. 1. concl. 1. & Bonac. loc. cit. cùm alijs, & colligitur ex doctrina Trid. Concilij ſeſſ. 23. c. 14. de Reform. vbi dicitur: *Cum promotis per ſaltum, ſi non miniſtrauerint Epiſcopus ex legitima cauſa poterit diſpenſare*, & ex Can. Dominus noſter D. 56. & ex can. vnico D. 57.

D. Thom. — Henriq. — Auila. — Bonac. — Conc. Trid. — Can. Dominus noſter. — Can. vnic. D. 57.

20 *Summus Põtifex poteſt etiã ſine cauſa valide diſpenſare.*

Verum tamen eſt: quòd quando talis diſpenſatio facta ſit à Pontifice maximo in quacunq; irregularitate, etiam homicidij voluntarij, aut bigamiæ in quibus difficiliter diſpenſari ſolet, ſi talis diſpenſatio facta fuerit ſine cauſæ cognitione eſt valida, eò quod Papa habet ſupremam poteſtatem in quocũq; iure Eccleſiaſtico diſpenſandi, quando ita voluerit: nam Chriſti Domini Vicarius non eſt merus, & ſimplex diſpenſator, ſed etiam legiſlator, & dominus, quare taliter diſpenſatus à Papa remanet tutus in vtroque foro, prout nos diximus ſupra in præcedenti capitulo huius tractatus n. 2. ex doctrina Suarez D. 45. ſect. 1. n. 2. Filliuc. d. tr. 20. c. 10. n. 266. & Bonac. D. 7. q. 5. p. 1. n. 1. cùm alijs.

Suarez. — Filliuc. — Bonac.

21 *Tertia conditio.*

Tertiò, quòd in petitione diſpenſationis facienda eſt expreſſa mentio omnium ſpecierum irregularitatum, de quibus obtinenda eſt diſpenſatio: nam ſi aliquis eſſet adſtrictus pluribus vinculis ſpecierum irregularitatum, & peteret diſpenſationem ab irregularitate confusè, & indefinitè, non remaneret diſpenſatus ab illis omnibus, cùm non cõſtaret à qua fuerit diſpenſatus, niſi Prælatus in caſu habuiſſet expreſſam voluntatem diſpenſandi in omnibus, & quibuſcunque irregularitatibus in quos talis perſona fuiſſet incurſa, quæ intentio expreſſis verbis, ſiuè ſignis fuiſſet oſtenta.

22 *De irregularitate multiplicata in eadem ſpecie.*

Notandũ eſt autẽ, quòd nõ eſt neceſsè, vt in petitione exprimatur numerus delictorũ, quib. mediãtibus petens talem diſpenſationem irregularitatẽ cõtraxit modo delicta nõ ſunt diuerſæ rationis: quare quando, quis excommunicatus pluries celebrauit, quamuis toties incurſus eſſet plures irregularitates eiuſdem ſpeciei, quoties in tali excommunicatione celebrauit, non tenetur tamen in petitione

Digitized by Google

ne diſpenſationis obtinendæ explicare, ſe toties in excommunicatione illa celebraſſe, ſed ſufficit in hoc caſu dicere ſimpliciter, ſe eſſe irregularem propter actum celebrandi in excommunicatione maiori: ita Sanchez de matr. lib. 8. D. 24. num. 7. Em. Sà verb. irregular. Maiol. lib. 5. c. 5. Coninch. D. 18 n. 12.

Sanchez. Em. Sà. Maiolus. Coninch.

23 Quæſitum ſeptimum. De Irregularitatib. diuerſarum ſpecierum.

Quæritur ſeptimò: an quando quis contraxit irregularitatem propter plura peccata diuerſarum ſpecierum: teneatur in petitione omnes ſpecies illarum tranſgreſsionum explicare?

Aſſertio.

Reſpondetur affirmatiuè: oportet enim in caſu, vt in petitione omnes tales cauſæ diuerſarum rationum explicentur, quare quando quis excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus celebrauit, tenetur in petitione explicare omnes ſpecies cenſurarum, propter quarum tranſgreſsiones talis effectus fuit irregularis, eo quod in caſu talem irregularitatem contraxit tranſgrediendo plura præcepta diuerſarum ſpecierum eſſentialiter diſtinctarum: niſi ſuperior in actu diſpenſandi haberet expreſſam intentionē generaliter diſpenſandi à tali irregularitate, licèt fuiſſet contracta ex varijs, & quibuſcunq; cauſis: ita Suar. D. 41. ſect. 3. n. 3. Vgolin. de irreg. c. 62. Saytus lib. 7. c. 14. nu. 20.

Suarez. Vgolinus. Saytus.

24 Grauiora crimina ſequiunt maiorē cauſam.

Notandum inſuper, quòd ſuperior diſpēſans debet attentè conſiderare grauitatem illius irregularitatis, de qua petitio diſpenſationis ſit facta: nam difficiliùs diſpenſare debet in irregularitatibus grauioribus, quàm in alijs, ideòq; Summus Pontifex rariſſimè diſpenſare ſolet in irregularitate bigamiæ, quia ad diſpenſandum in bigamia requiritur magna cauſa, eo quòd talis irregularitas inducta eſt à tempore Apoſtolorum, & eſt quædam imitatio Diuini iuris: ſimiliter etiam difficiliùs diſpenſatur in homicidio voluntario, quàm caſuali, vel ratione iuſtitiæ exequendæ, & faciliùs conceditur diſpenſatio ad adminiſtrandum in ſuſceptis, quàm in ſuſcipiendis Ordinibus: prout dicūt Henriq. lib. 14. c. 8. n. 10. & c. 17. nu. 5. & 6. Auila p 7. D. 10. d. 1. concl. 2. & 3.

Henriq. Auila.

25 Quæſitum 8. De modo, & forma diſpenſandi.

Quæritur octauò: quānā forma verborū ſeruāda ſit in concedenda diſpenſatione ab irregularitate?

Reſpondetur: non eſſe determinatam quandam verborum formam ſpecialē, quæ neceſſariò facienda ſit in concedenda tali diſpenſatione, non enim eſt abſolutio Sacramentalis, ideòq; ſufficiunt quæcunq; verba declarantia talem diſpenſationem: ſiuè talem irregularitatem eſſe ſublatam: communiter autem adhiberi poteſt talis forma, vel alia ſimilis, dicendo: *Diſpenſo tecum in irregularitate, vel irregularitatibus, quas ob talem, vel talem cauſam contraxiſti, teq; habilem efficio ad ſuſceptionem, & exercitium Ordinum, & officiorum tuorum, quantum poſſum in nomine Patris, &c.* Vel breuiùs dicendo: *Diſpenſo tecum ſuper irregularitatem, quam contraxiſti propter tales cauſas, &c.* Si verò irregularitas non ſit certa tunc dici poteſt: *Diſpenſo tecum in irregularitate ſi fortè incurriſti*: ita Suar. D. 4. ſect 3. n. 2. Henriq. lib. 14. c. 17. n. 4. Sayr. lib. 7. c. 14. n. 18. Fillinc. tr. 20. c. 10. nu. 280. Reginald. lib. 30. tr. 2. nu. 31. & Bonac. de irreg. D. 7. q. 5. p. 2. num. 9.

Forma diſpēſandi in irregularitatib.

Alia forma breuior.

Forma ad cautelam. Suarez. Henriq. Saytus. Filliucius. Reginald. Bonacina.

26 Verbum abſoluo eſſet ſufficiens, ſed in proprium.

Si autem quis pro verbo diſpenſo vteretur verbo abſoluo, etiam valida eſſet talis diſpenſatio, dummodo habeat veram intentionem verè tollendi illam, licet verbum abſoluo potiùs ad auferendas cenſuras, quàm irregularitates ſit magis proprium, & accommodatum: prout omnes Doctores ſupracitati fatentur. Et hæc de irregularitate dicta ſufficiant.

TRACTATVS XXV.

DE CÆTERIS ECCLESIASTICIS POENIS.

Tract. Vnic.

PROOEMIVM.

Materia huius tractatus, quæ.

EXplicatis explicandis, declaratiſque declarandis ijs, quæ ad cenſurarum notitiam faciebant, ac inſuper ad irregularitatis pœnam, cuius exacta cognitio perſonis Eccleſiaſticis eſt valdè neceſſaria, ne aliquando tali irregularitatis nexu adſtricti Ordines Eccleſiaſticos fortè ſuſcipiant, vel in ſuſceptis contra præceptum Eccleſiæ adminiſtrent in præiudicium propriæ ſalutis: quibus omnibus Diuina protegente gratia, iam explicatis; ſupereſt dicendum breuiter pro complemento huius ſecundæ partis noſtræ Theologiæ Moralis de cæteris pœnis, quibus Prælati, aliiq; Eccleſiaſtici Iudices quandoq; vti ſolent ad coarcendam peccatorum contumaciam, & audaciam infligere, vt talibus pœnis afflicti reſipiſcant, aliiq; fideles tali timore concuſſi à talibus, & ſimilibus delictis committendis ſe abſtineant: quæ quidem pœnæ præter irregularitatem ſunt ceſſatio à Diuinis, depoſitio, & degradatio, de quibus omnibus in hoc præſenti vltimo in ordine tractatu breuiter eſt dicendum: ſuppoſitis enim ijs, quæ in ſuperioribus dicta ſunt in tractatibus de ſuſpenſione, & interdicto facilitate faciliùs ea, quæ ad præſens materiam ſpectant percipi poſſunt: nam ceſſatio à Diuinis quoadmodò reducitur ad interdictum: depoſitio, & degradatio ad ſuſpenſionem: quamuis tales cenſuræ propriè dictæ non ſint, ſed pœnæ; in multis tamen conueniunt, ac differunt, vt videbitur.

Quæ ſunt iſtæ pœnæ explicandæ.

DE POENA CESSATIONIS A DIVINIS.

CAP. I.

1

Ceſſatio à Diuinis comprehenditur ſub interdicto.

IN hoc primo in ordine capitulo præſentis tractatus quatuor principalia veniunt nobis conſideranda circa iſtam Eccleſiaſticam pœnam, quæ communiter: ceſſatio à Diuinis dici ſolet, quæ licèt ſecundum ſe cenſura non ſit, comprehenditur tamē quodammodò ſub interdicto propter maximam affinitatem, & ſimilitudinem, quam cum illo habet, adeò, vt nonnulli viri docti exiſtimare videntur ceſſationem à Diuinis idem eſſe, quod interdictū ſtrictiſſimum, in quo nullum Diuinū officium celebrare permittitur etiam tempore cuiuſcunq; ſolemnitatis, ſed tantummodò conceditur poſſe eo tempore aliqua Sacramenta miniſtrari, quæ ſunt maximè neceſſitatis, vt Baptiſmus, Pœnitentia, & Euchariſtia per modum viatici in extremis laborantibus: ideòque primo videndum eſt: quid, & quotuplex ſit talis pœna, & quomodo differat ab interdicto, aliiſque pœnis, & cenſuris, ac de cauſis, & effectibus, & de relaxatione talis pœnæ.

Diuiſio capituli.

2 Quæſitum 1.

Quæritur ergo primò, quid, & quotuplex ſit ceſſatio à Diuinis?

Re-

Digitized by Google

Etymologia nominis.

Reſpondetur ceſſationem à Diuinis ita eſſe appellatam ab effectu, eò quod tempore talis pœnæ inflictę, miniſtri Eccleſię ſtrictiſſime prohibentur ne Diuina officia celebrent, & Sacramēta adminiſtrēt, & omninò ceſſent à publica celebratione diuinorū, quod fit in ſignum afflictionis, quam Eccleſia patitur, & paſſa eſt propter iniurias ſibi factas a fidelib.

Ceſſatio duplex Generalis, & particularis.

hæc autem duplex eſt vna generalis, qua prohibentur diuina officia celebrari in aliquo Regno, Prouincia, Ciuitate, vel Caſtro, &c. Altera ſpecialis, qua ſolummodò prohibentur diuina fieri in loco aliquo particulari, vt in vna, vel altera Eccleſia, iuxta formam edicti facti à Prælato: ita Suar. D.39. ſect.1. n.1. & 5. Nau. c.27. n.188. Henriq. lib.13. c.52. nu.1. Sayr. lib.5. c.17. n.2. Alter. tom.2. de interd. D.2. c.1. Filliuc. tr.18. c.7. n.149. Auila p.6. D.1. d.2. Syluest. verbo ceſſatio, alijque Summiſtæ ibi.

Suarez. Nauar. Henriq. Sayr. Alterius. Filliucius. Auila. Syluester.

3 Definitio ceſſationis à diuinis.

Definiri autem poteſt ita vid. *ceſſatio à diuinis eſt ſimplex, & abſoluta prohibitio diuinorum in aliquo loco, vel Eccleſia impoſita a Prælato in ſignum afflictionis Eccleſiæ, & vt generale quoddam grauamen ipſius:* priuat enim totaliter talis pœna inflicta à publica diuinorum officiorum celebratione, Sacramētorumque adminiſtratione, quibuſdam tamen exceptis: ita enim definitur a Theologis, & Canoniſtis, vt videre eſt apud Suar. d.39. ſect.1. Soto in 4. D.22. q.3. A.1. Nau. c.27. nu.164. & n.188. Sylu. verb. interdictum 1. q.1. Auila p.6. D.1. Reginald. lib.30. n.70. Bonacina de ceſsat. D.6. p.1.

Suarez. Soto. Nauar. Syluest. Auila. Regnaldus. Bonac.

4 Explicatur definitio. Primo ſimplex, & abſoluta, prohibitio.

Dicitur primo (*Simplex, & abſoluta prohibitio*) pro explicanda grauitate talis pœnæ, quæ ſimpliciter, & abſolutè prohibet quamcumq; diuinorum celebrationem, etiam tempore cuiuſcumq; ſolennitatis, durante tali prohibitione: ad diſtinctionem cenſuræ interdicti, quę eſt moralis quædam affectio iuris, inhærens perſonę per modum pęnæ: ceſſatio autem non fertur in perſonas per ſe, nec eas afficit, ſed in locum vbi talis facta eſt prohibitio: nec eſt propriè pęna medecinalis, ſed vindicatiua, ideòque non eſt cenſura: quare eam violantes non efficiuntur irregulares, ſed tantummodò mortaliter peccant, alijſque pœnis propter talem tranſgreſſionem puniri poſſunt ad arbitrium Prælati, vt ſuo loco videbitur.

5 Secundo Diuinorum.

Dicitur ſecundo (*Prohibitio diuinorum*) ad declarandum effectum proprium, & immediatum talis pœnæ: nam tempore interdicti prohibita eſt quæcumque diuinorum celebratio, ſiuè officiorum, ſiuè Sacramentorum, ſiuè celebrationis Miſſarum, quæ omnia totaliter inhibentur, ne licitè fieri poſſint, durante tali inhibitione: additurque (*in aliquo loco,*)

In aliquo loco.

quia omnis ceſsatio eſt localis etiam ſi propriè non interdicat locum, nec eum afficiat: quare ſi quis celebret in loco, in quo inflicta eſt talis pœna ceſſationis à diuinis non efficitur irregularis.

6 Tertiò in ſignum afflictionis Eccleſiæ.

Dicitur tandem tertio (*in ſignum afflictionis Eccleſiæ,*) ad inſinuādam cauſam finalem, & rationem formalem motiuam, propter quam effecta fuit talis inhibitio: non enim eſt per ſe, & directa pœna, cum ęqualiter comprehendat omnes delinquentes, ac etiam innocentes, quo ad proximam ſuam obligationem, ideòq; non afficit ſolummodò perſonas culpabiles, ſed omnes, & quaſcumque perſonas in tali loco, vel Eccleſia, ne ibi poſſint licitè aliquo modo, durante tali inhibitione diuina facere.

7 Quæſitum 2. Differt ab interdicto tripliciter. Prima differentia.

Quæritur ſecundo: quomodo differat ceſſatio à Diuinis ab interdicto, cæteriſq; pœnis, & cenſuris?

Reſpondetur primo ab interdicto triplici modo differre, primo, quia violātes interdictum in officijs Ordinum efficiuntur irregulares, violantes autē ceſſationem à diuinis non efficiuntur irregulares, ſed mortaliter peccant; non enim faciunt contra cenſuram: quare hoc præceptum ſolum inducit prohibitionem huius facti, quæ eſt celebratio diuinorum: non eſt autem, quid iuris, quia non inducit effectus iuris, quales ſunt irregularitas, ſimileſq; pœnæ, ſicut facit interdictum:

Ceſſatio eſt quid facti, interdictum eſt quid iuris.

Secunda differentia.

ſecundo, quia præceptum ceſſandi à diuinis ſtrictius eſt, quàm pręceptum interdicti: nam priuilegium audiendi Miſsam tempore interdicti quibuſdam perſonis conceſſum, non intelligitur pro tempore ceſsationis à diuinis, neq; tali tēpore poſſunt licitè diuina officia celebrari in quatuor illis ſolennitatib. anni, iuxta conceſſionem factam in c. Alma mater:

Tertia differentia.

tertiò differt, quia ceſſatio nunquam incurritur ipſo iure, ſed tantum comminatoriè fertur: interdictū verò ſæpè ſæpius ipſo facto incurritur: ita Panorm. in c. Dilectis de appellat. nu.18. Couar. in c. Alma p.2. §.2. Nau. c.27. n.164. & n.188. Suar. D.39. ſect.1. nu.4. Filliuc. tr.18. c.7. nu.152. Bonacina D.6. p.1. num.4.

Abbas. Couarruuias. Nauar. Suarez. Filliucius. Bonacina.

8 Quomodo differat à cenſuris. Primo. Secundo.

Inſuper differt à cæteris cenſuris, quia cēſurę ſunt pœnæ medicinales, quæ feruntur contra contumaces, vt reſipiſcant: ceſſatio autem eſt pœna vindicatiua in pœnam delicti commiſſi: ſecundo ceſsatio fertur per modum ſimplicis prohibitionis: cenſuræ verò ſunt veluti quædam accidētia moralia afficiētia, & quaſi ligantia ſubiectum in quod cadunt:

Tertiò.

tertiò ceſſatio à diuinis propriè verſatur ſupra, quid facti idest ſuper ipſam ceſſationem diuinorum: cenſuræ autem ſunt, quid iuris, ideòq; violantes pręceptū ceſſationis non efficiuntur irregulares, neq; incurrūt aliam pœnam (communiter loquēdo) violantes autem cēſuras incurrūt, vt ſuo loco dictū eſt: ita Henriq. lib.13. c.54. n.3. Sayr lib.5. c.17. n.8. Valent. to.4. D.7. q.19. p.4. Rodriq. in ſum. p.1. c.117. Alter. de interd. D.2. c.1. col.5. & c.8. col.2. Bonac. D.6. p.1. n.4.

Henriq. Sayrus. Valentia. Rodriq. Alterius. Bonacina.

Quæritur tertio: quænam ſunt cauſæ ceſſationis à diuinis?

9 Quæſitum 3. de cauſis. Cauſa efficiens. Summus Pōtifex. Epiſcopus. Capitulum.

Reſpondetur diſtinguendo de cauſis quatuor. n. ſunt cauſę: ideòq; loquendo de cauſa efficiente, quę poteſt talem pęnam ceſſationis infligere: reſpondēdo dicimus: eſſe Summum Pontificē, qui habet auctoritatem vniuerſalem ſupra totam Eccleſiā: Epiſcopum ſupra ſuam dięceſim, & Capitulū ipſius Eccleſiæ tempore ſedis vacantis, quod ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi defuncti: viuente verò Epiſcopo non habet talem facultatem: item concilium Prouinciale: ſimiliter etiam talem pęnā imponere poſſunt alij Prælati, habentes eādem facultatem quaſi Epiſcopalem: ita Soto in 4. D.22. q.3. A.4. Couar. in c. Alma p.2. §.2. n.6. Henriq. lib.13. c.54. n.1. Syluest. verb. ceſsatio, Auila p.6. D.2. d.1. concl.1. Sayr. lib.5. c.18. num.3. Filliuc. tr.18. cap.7. nu.155. Reginald. lib.32. tr.3. nu.72. Alterius de interdicto D.2. c.8.

Concilium Prouinciale. Alij Prælati.

Soto. Couarr. Henriquez. Syluest. Auila. Sayrus. Filliucius. Reginald. Alterius.

10 Cauſa materialis ſubiectiua. An imponi poſſet in tota Eccleſia.

Cauſa verò materialis ſubiectiua, in quam cadit talis pœna eſt locus, vel homines in ordine ad locū, in quo prohibentur diuina fieri à Clericis: non eſt autem expediens, vt ponatur ceſſatio à Diuinis in tota Eccleſia, quia, neq; vnquā ſubeſſe poterit cauſa iuſta (moraliter loquendo) faciendi tam amplam prohibitionem, ex qua multa inconuenientia, & damna ſpiritualia oriri poſſent: quamuis Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis poſſet quandoq; (ſi cauſa talis occurreret imponēdi talem ceſsationē à diuinis ſeruādam per totā vniuerſalē Eccleſiā,) quæ difficiliter, aut nunquam contingere poteſt.

11 Cauſa materialis circa quam.

Cauſa autē materialis proxima propterquā talis pęna imponitur eſt peccatū graue, & ſcandaloſum, reſultans contra Eccleſiaſticam iuriſdictionē: cūm. n. ſit pœna grauis debet eſſe proportionata delicto, ideoq; delictū, ſinè culpa ſufficiens ad imponēdam talē pęnam ceſſationis à diuinis eſſe poteſt edictio alicuius ſtatuti cōtra libertatē Eccleſiaſticā: detentio

Peccata quæ, & qualia debeant eſſe.

Cler-

Digitized by Google

Clerici in carcere per iudicē ſecularē, aliaq; ſimilia, quę redundāt contra immunitatē, & libertatē Eccleſiaſticā, quæ talia eſſe ab Eccleſiaſtico iudice exiſtimētur, quamquā poſtea ad Summū Pontifice ſpectet recognoſcere: an cauſa, vel culpa eſſēt huiuſmodi ad talē pęnā imponendā, quādo ad ipſum recurritur via grauaminis: ideóq; debet Epiſcopus, qui talem pęnā impoſuit elapſo menſe certiorē facere Summū Pontificem de cauſa, propterquam impoſita fuit talis pęna ceſſationis à diuinis.

12 Culpa debet eſſe grauis publica, & perniciosa.

12 Debet inſuper talis culpa, ſeu cauſa, propterquā eſt infligenda talis pęna nō ſolū eſſe grauis, ſed etiā publica, & manifeſta, & expreſſa in litteris, in quib. talis ſententia cōtinetur, vt rectores illius Eccleſiæ, ſiue ciuitatis vbi inflicta eſt talis pęna ceſſationis à diuinis poſſent recognoſcere ſuā culpā, & facere debitā ſatiſfactionem, vel recurrere ad Apoſtolicam Sedē quando cognoſcerent eſſe ſine ſufficienti cauſa aggrauatos, & ratio huius eſt, quia pœna ceſſationis à diuinis eſt pœna valdè grauis, quæ ſine graui, & publica cauſa infligi nō debet: prout colligitur ex c. irrefragabilis de offic. ord. & docet ibi gloſſ. & ex c. Si Canonici eodem tit. in 6. & Geminian. & Ancharan. ibi docent: ita Alter. de interd. c. 6. col. 2. & 6. ſequiturque Bonacina de ceſſat. D. 6. p. 2. nu. 5. & alij.

C. Irrefragabilis. Gloſſa. C. Si Canonici. Geminian. Anchar. Alterius. Bonacina.

13 Cauſa formalis ſubſtantialis. Non ſunt verba ſpecialia ſtatuta.

Cauſa formalis dupliciter poteſt conſiderari: vid. ſubſtātialiter, vel accidētaliter: ideóq; dicimus, quòd
13 forma ſubſtantialis circa verba, quib. talis pœna eſt imponēda nihil habet proprium diſtinctum à formis, & modis, quib. aliæ ſimiles pęnæ Eccleſiaſticæ infligi ſolent, non .n. requiruntur verba formæ ſpecialia, ſicut in Sacramentis, ſed ſufficiunt, quæcunq; verba ſiuè ſcripta, ſignificantia talem pęnā eſſe inflictā cōtra talē locū, ſiue Eccleſiam cū expreſsione cauſæ: communiter autē Prælati vti ſolēt his, aut ſimilib. verbis, dicendo: *Nos N. propter talem cauſam, aut culpam cōmiſſam præcipimus abſtinere à Diuinis officijs celebrādis, Sacramentiſq; adminiſtrandis: talē Eccleſiā, Ciuitatē, vel locū.* ita Sayr. lib. 5. c. 18 nu. 11. Alter. loc. cit. c. 6. col. 3. Reginald. lib. 32. tr. 3. n. 72. Bonacina D. 6. p. 2. num. 2.

Sayrus. Alterius. Reginald. Bonacina.

14 Forma accidentalis.

Forma autē accidētalis conſideranda eſt reſpectu
14 conditionū, quæ requiruntur ad talem pęnā legitimè ferendā. quæ conditiones varijs, pluribuſque modis à Doctorib. enumerari ſolēt, nos autē ad quatuor principales reducemus: in quib. reliquæ omnes cōtinētur: quarū prima eſt: quando talis pęna ceſſationis imponenda eſt à capit. Cathedralis Eccleſiæ tēpore Sedis vacantis conuocentur omnes Canonici capitulares, etiā abſentes, prout ſeruatur in electionib. faciendis, ita vt duę partes conſentiant, & dent votū ad faciendā talē ſententiā: prout dicitur in c. quamuis de offic. ord. in 6. §. 2. verū eſt tamē, quòd iſta conditio nō habet locum, quando talis pœna ceſſationis imponēda eſt ab Epiſcopo ipſe enim Prælatus poterit ſine voto capituli talem pœnam infligere, quando ita in Domino videbitur expediri: prout aduerterunt Suarez D. 39. ſect. 3. nu. 7. & Filliuc. tom. 1. tr. 19. c. 7. n. 161.

Prima conditio. C. Quamuis. Limitatio huius conditionis. Suarez. Filliuc.

15 Secunda conditio. Cauſa debet eſſe Canonica.

Secunda conditio eſt: vt cauſa ob quā imponenda
15 ſit tali pęna ceſſationis ſit canonica i. ſit publica, & manifeſta, & contra iuriſdictionē Eccleſiaſticā: nam pœna ceſſationis à diuinis eſt pœna grauis, & valdè publica, & in magnū damnū rerū ſpiritualiū reſultat, quæ tali tēpore omittuntur, ideóq; non debet paſſim fieri, ſed magna vrgente publica cauſa, quod ita verū eſt, vt nulla cōſuetudo in contrariū præualere poſſet: nā talis conſuetudo eſſet valdè oneroſa, & pernicioſa Eccleſię: prout habetur ex c. irrefragabilis de offic. ordinar. §. cæterum: ita Suar. loc. cit. Syluest. verbo ceſſatio: & Angelus ibi nu. 3. Sayrus lib. 5. c. 18. n. 12. Soto in 4. D. 22. q. 3. A. 2. concl. 3. Henriq. lib. 13. c. 52. §. 1. & Bonac. tom. 1. D. 6. de interd. p. 2. nu. 3.

C. Irrefragabilis. Suarez. Syluester. Angel. Sayrus. Soto. Henriq. Bonacina.

Tertia cōditio eſt, vt admoneatur is, ob cuius cul- 16
pam infligenda eſt pęna ceſſationis à diuinis, vt talis delinquēs antequā feratur ſententia habeat tempus reſipiſcendi, & ceſſandi à contumacia: ſicut .n. admonito requiritur inferēdis cēſuris, ita etiā neceſſaria videtur inferēda ceſſatione, quæ eſt pęna grauiſſima, & fertur cōtra contumaces, & inobedientes, vt ceſſent à cōtumacia, ideóq; antequam feratur talis ſentētia ſcribēda eſt cauſa, & inſtrumēto publico ſcripta notificanda eſt delinquenti, ob cuius crimen talis pœna ceſſationis eſt infligenda: prout habetur ex c. ſi Canonici de offic. ordinar. in 6. ita Suar. Filliucius, & Bonacina cum alijs locis ſupracitatis.

Tertia conditio. Debet præcedere admonitio facta delinquenti. C. ſi Canonici. Suarez. Filliucius. Bonacina.

Quarta conditio eſt, vt iudex ferens talem ſenten-
tiā, & ille contra quē lata eſt infra menſem certiorē 17
faciant Summū Pontificē de tali ſentētia ceſſationis inflicta ſaltē per procuratorem, niſi intra menſem ſe componāt, ne Eccleſia taliter reb. ſpiritualib. careat in grauē damnū animarū fideliū: quod ſi talis Prælatus intra menſem hoc non faciat, elapſo menſe ceſſat obligatio ſeruandi tale mādatum: prout habetur ex c. quamuis de off. ord. §. fin. ita Suar. D. 39. ſect. 3. n. 13. Coninch. D. 17. d. 7. n. 187. Alter. de interd. c. 6. D. 2. Filliuc. tr. 18. c. 7. nu. 160. & Bonac. D. 6. p. 2. nu. 2.

Quarta conditio. Infra mēſem facienda eſt notificatio Summo Pontifici. C. Quamuis. Suarez. Coninch. Alterius. Filliuc. Bonacina.

Cauſa tandem finalis, mouens Prælatum ad feren-
dā ceſſationem à diuinis debet eſſe, vt delinquens ſe 18
reſipiſcat, & emendetur à delicto, & contumacia, ratione, quorū talis pęna fuit inflicta cōtra talē locum, vel Eccleſiā, vel ciuitatem: ideò enim mouetur Eccleſiaſticus iudex ad tales pęnas infligēdas, quâ emēdatione facta, debet abrogare ſentētiā latā, cōcedēdo, vt iterum diuina officia, vt prius, celebrētur, & Sacramēta fidelib. adminiſtrētur, ne fideles tale grauamen amplius patiātur: ita Soto in 4. D. 22. q. 2. A. 2. concl. 2. Filliuc. d. tr. 18. c. 7. nu. 157. Regin. lib. 32 tr. 3. nu. 73.

Cauſa finalis. Soto. Filliucius. Reginald.

Quæritur quarto: quinam ſint effectus ceſſationis 19
à diuinis.

Quæſitum 4. De effectibus tres effectus producit.

Reſp. quòd communiter à Doctorib. tres effectus communes, & principales enumerari ſolēt, quos producit ceſſatio à Diuinis: vid. priuatio omniū officiorū diuinorum, adminiſtratio, & receptio Sacramētorū Eccleſiæ, quibuſdam tamen exceptis; & ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſaltē pro Laicis, & cum ſolitis officijs: & tales effectus ſecūdum cōmuniorē, & probabiliorē ſententiā multorū Theologorū reſtringi non poſſunt ab Epiſcopis, vel ab alijs, imponentib. talem pęnam ceſſationis, eo quod iſti effectus ſunt de intrinſeca ratione talis pœnæ: in iure autem cōi non poteſt Epiſcopus diſpenſare, niſi ſolus Summus Pontifex: quamuis .n. Epiſcopus poſſet quandóq; tollere talem pęnā ceſſationis à diuinis, quò ad omnes effectus, non poteſt tamē ſuſpendere, quò ad vnum, vel alterū effectū tantū, permanentib. alijs, cū ſint de intrinſeca ratione ipſius: ſicut excōicationis effectus, qui non poſſunt ſuſpendi ab Epiſcopo, perſiſtēte excōicationis vinculo: prout colligitur ex c. Non eſt vobis, de ſponſalibus; vbi dicitur: *Nulla diuina officia permittatis aliquoties celebrari, durāte ceſſatione à Diuinis:* ita Henriq. lib. 13. c. 54. n. 2. Sayr. lib. 5. c. 18. n. 8. Auila p. 6. D. 3. d. 4. Bonac. D. 6. p. 3. n. 8. Alterius D. 2. c. 5. ad finem, & Filliuc. tr. 18. c. 7. n. 172. quamuis Suarez D. 39. ſect. 2. n. 15. & ſect. 4. nu. 4. in hoc diſſentire videant.

An poſſint tales effectus ſuſpendi ab Epiſcopo. C. Non eſt vobis. Henriq. Sayrus. Auila. Bonacina. Alterius. Filliuc.

Primus ergo effectus eſt, vt tēpore ceſſationis, tam 20
generalis, quām ſpecialis nullo modo in tali loco officia diuina publica, & cōmunia licitè celebrari poſſint, neque poſſunt Miſſę celebrari, etiam ianuis clauſis: nā in ceſſatione à diuinis non habet locū conceſſio facta à Bonifac. VIII. in c. Alma, quod tēpore interdicti generalis poſſint celebrari officia ſubmiſſa voce, & Miſſæ ianuis Eccleſiæ clauſis, & quod in quatuor ſolemnitatib. anni poſsēt eadem officia publicè cele-

Primus effectus non poſſunt celebrari, neq; diuina offi. neque Miſſæ. Conceſſio c. Alma non habet locum.

Digitized by Google

celebrari: tantūmodò .n. ibi ſit mentio de tēpore interdicti generalis, non aūt de tēpore ceſſationis à diuinis nō .n. eſt eadem ratio, & ita in praxi, & cōi vſu, & Doctorū cōſenſu receptū eſt: ita Suar. D.39. ſect.2. n.13. Soto in 4. D.22. q.3. A.2. Regin. lib.32. tr. 3. nu. 75. Filliuc. d. tr.18. c.7. n.168. Coninch. D.17. d.6. n.85. Hēriq. li.13. c.53. Alter. D.2. c.3. d.4. Bon. D.6. p.3. n.1.

Suarez. Soto. Reginald. Filliucius. Coninch. Henriq. Alterius. Bonacina.

21 Quæſitum 5. De pulſatione campanarum. Non eſt prohibita pulſatio campanarum tempore ceſſationis.

Quæritur quintò: an tempore ceſſationis à diuinis poſſent licitè pulſari campanæ Eccleſiæ ſicut in alijs temporibus anni?

Reſp. (per ſe loquendo) nō eſſe prohibitā in tali tēpore pulſationē cāpanarum, ideòq; licitè pulſari poſſunt, vel ad conuocādū populū ad concionem audiēdā, ſiuè ad lectionē Sacræ ſcripturæ, vel ad ſalutationē Angelicā recitandā, & ad alia, quæ nō ſunt diuina officia publica: ſolūmodo .n. eſt illicita talis pulſatio cāpanarū ad conuocandū populū ad audiēda diuina officia, vel Miſſam, quæ tali tēpore licitè celebrari nō poſſunt: ita Suar. loc. cit. n.7. Henriq. d. lib.13. c.53. n.3. Filliuc. ſupra nu.173. Regin. nu.77. Alter. D.2. c.3. d.4.

Suarez. Henriq. Filliuc. Reginald. Alterius.

22 Quæſitum 6. Prohibitio ſe extendit ad omnes tam Clericos, quā Laicos.

Quæritur ſexto: an Laici tēpore ceſſationis poſsēt licitè audire diuina officia, & Miſsā, quādo aliquis Sacerdos haberet conceſsionē ea celebrādi tali tēpore?

Reſp. negatiuè: nā tēpore ceſſationis talis prohibitio ad omnes ſe extendit, tā Clericos, quam Laicos, & ſicut Clerici prohibentur ea celebrare, ita ēt prohibētur Laici ea audire: quamuis .n. talis prohibitio directè dirigatur ad Clericos, conſequēter etiam deriuatur ad Laicos: nā prohibita celebratione, indirectè etiā intelligitur priuata auditio diuinorū: quare ſi aliquando aliquis Clericus celebraret ex priuilegio Summi Pontificis, ſibi ſpecialiter cōceſſo, alij fideles, non habentes tale priuilegiū ſpeciale, non poſſent ea audire, nam talis facultas, & priuilegiū nō extenditur ad illos, de quib. non eſt facta ſpecialis mentio in tali priuilegio cōtra ius cōmune: ita Suar. D.39. ſect.2. nu.2. & Filliuc. loc. cit. n.166. cum alijs ſupracitatis.

Suarez. Filliuc.

23 Quæſitum 7. Quæ licitè poſſunt fieri tempore ceſſationis.

Quæritur ſeptimo: quænam poſſunt fieri licitè circa diuina officia tempore ceſſationis ſine violatione præcepti Eccleſiaſtici?

Vna Miſſa pro renouatione Sanctiſſimi Sacramenti. Officium priuatum.

Reſp. tempore ceſſationis à diuinis permittitur in Eccleſijs collegiatis, & Parochialib. vt licitè celebrari poſſit vna Miſſa pro qualibet hebdomada ad renouandū Sanctiſſimū Euchariſtiæ Sacramentū, quòd ibi ſeruatur pro communicandis infirmis, ne ſpecies conſecratæ corrūpantur: inſuper licitum eſt recitare preces priuatas, etiam in Eccleſia, ideòq; poſſunt licitè tā Clerici, quā Sæculares bini, aut terni priuatim recitare horas Canonicas ſubmiſſa voce, & ſine cantu: nam huiuſmodi actiones non cadunt ſub ratione officij publici, ſed priuati, ſicut hoc fieri poteſt extra Eccleſiam: ita Sayr. lib.5. c.19. nu.4. Henriq. lib.13. c.53. nu.2. Auila p.6. D.1. d.4. circa finem; Em. Sà verb. interdictum n.16. Suar. D.39. ſect.2. n.14. Hoſtienſ. in c. quod in te de Pœn. & remiſſ. Filliuc. d. tr.18. c.7. nu.167. Alterius D.2. c.3. cum alijs ſupracitatis.

Sayrus. Henriq. Auila. Em. Sà. Suarez. Hoſtienſ. Filliuc. Alterius.

24 Quæſitum 8. Secundus effectus. Sacramenta, quæ licitè, & quæ illicitè celebrari non poſſunt.

Quæritur octauo de ſecundo effectu: an Sacramēta tali tempore licitè adminiſtrari, & recipi poſſint?

Baptiſmus pro omnibus etiam cum ſolemnitate licet. Confici oleū Sanctum. Confirmationis Sacramētum.

Reſp. negatiuè: non .n. ſolum tempore ceſſationis prohibentur diuina officia, & celebrationes Miſſarū, verū etiam Sacramentorū adminiſtratio, quibuſdam tamen exceptis propter eorū maximam neceſſitatē: quare tēpore ceſsationis poteſt adminiſtrari Sacramentum Baptiſmi, non ſolū pro paruulis, ſed etiā pro adultis cum cæteris cæremonijs, & ſolemnitatib. quæ inſtitutæ ſunt ab Eccleſia pro Sacramenti reuerētia, ideòq; etiam licitè poterit ab Epiſcopo temporibus ſuis cōfici oleū Sanctū Catechuminorū, & Chriſmatis cū debitis cæremonijs, ianuis tamē Eccleſiæ clauſis, vti dictum eſt in tr. de interd. loco ſuo: ſimiliter etiam dicendum eſt de Sacramento Confirmationis, quod cenſetur complementum Baptiſmi.

25 Sacramentū Pœnitentiæ.

Quod etiam idem dicendū eſt de Sacramento Pœnitentiæ, quòd miniſtrari licitè poteſt quocūq; tēpore ex benigna interpretatione iuris, cum ſit ſecunda tabula poſt naufragiū, & Sacramentum maximè neceſſariū pro animarū ſalute neceſſitate medij, ſuppoſito peccato mortali commiſſo: idemq; ſimiliter dicendū eſt de viatico in articulo mortis; nam eo tempore receptio talis Sacramēti eſt de iure Diuino, in quo Eccleſia diſpenſare non poteſt, quare quando non adſit Sacramentū Euchariſtiæ poterit licitè vna Miſſa celebrari ad conficiendam Euchariſtiam pro communicando infirmo: reliqua autē Sacramenta miniſtrari licitè minime poſſunt, tēpore ceſſationis à Diuinis: ita Suarez D.39. ſect.2. Henriq. lib.13. c.59. n.4. Sayr. lib.5. c.19. à nu.7. vſq; ad 11. Filliuc. loc. cit. à n.175. vſque ad 178. Coninch. D.17. num.82. cum alijs.

Viaticum pro infirmis.

Reliqua Sacramēta ſunt prohibita. Suarez. Henriq. Sayrus. Filliuc. Coninch.

26 De Eccleſiaſtica ſepultura.

Quæritur nono: an tempore ceſſationis à diuinis priuentur fideles Eccleſiaſtica ſepultura?

Reſp. quod cū tali tēpore facta ſit prohibitio perſoluendi quæcumq; diuina officia ſequitur, quòd non poſſint corpora defunctorū ſepeliri cum debitis officijs, & cæremonijs ab Eccleſia præſcriptis: patet hoc ex d. c. Non eſt vobis de ſponſalib. vbi prohibētur abſolutè omnia, & quæcūq; Eccleſiaſtica officia: ideòq; neq; poterit licitè tali tēpore fieri officium ſepulturæ, nec in hoc valent priuilegia conceſſa aliquib. perſonis, vt poſſint licitè ſepeliri in Eccleſia, vel Cœmeterio tēpore interdicti, nam licet huiuſmodi priuilegia concedāt Eccleſiaſticā ſepulturam, non cōcedunt tamē, quod fiat cū pompa, & Eccleſiaſtico officio, ſed cum ſilentio prout dictū eſt loco ſuo in tr. de interd. & in hoc omnes DD cōueniunt teſte Suar. D.39. ſect. 2. n.28. cum Henriq. lib.13. c.52. nu.4. Auila p.6. D.1. d.10. cōcl.2. §. ſed notādum; Alter. to.2. D.2. c.5. col.2. & 4. & Filliuc. d. tr.18. c.7. n.79. & Bon. D.7. p.3. nu.8.

C. Non eſt vobis. Cum diuino officio eſt illicita.

Suarez. Henriq. Auila. Alterius. Bonacina. Filliucius.

27 Difficultas. An poſſint ſepeliri cum ſilentio.

Sed difficultas eſt; an tali tempore poſſint ſepeliri cadauera fidelium ſine officio?

Prima opinio negatiua pro Laicis.

Reſp. in hac re duas eſſe opiniones, quarum vna eſt, quòd tēpore ceſsationis à diuinis non eſt concedenda ſepultura Eccleſiaſtica Laicis, quia talis prohibitio priuat omnib. quib. priuat interdictum, & maiora, ſed tale interdictū locale ſpeciale priuat Laicos Eccleſiaſtica ſepultura: ergo idē dicendū eſt de ceſſatione, quæ ſtrictior eſt pœna: verū tamen eſt, quod cōcedunt iſti Doctores, quòd Clerici, & Regulares poſſint ſepeliri in Eccleſia ex interpretatione iuris ſine officio ſepulturæ: ita Henriq. d. lib.13. c.52. n.4. Ang. in verb. interd. 5. n.32. Arm. n.48. Tab. n.12. circa mediu, Cou. in c. Alma p.2. §.2. Auila p.6. D.1. d.10. concl.2.

Concedit pro Clericis.

Henriq. Angel. Armilla. Tabiena. Couarruuias. Auila.

28 Secunda opinio affirmatiua pro omnibus. Ratio affectionis.

Altera ſentētia exiſtimat Eccleſiaſticā ſepulturam non eſſe prohibitā tēpore ceſſationis à diuinis, dummodò fiat ſine aliquo officio, ſed cū ſilentio, quæ cōcedi poteſt non ſolū Clericis, ſed etiā Laicis: & ratio eſt, quia nullo iure probari poteſt talē prohibitionem factam fuiſſe tēpore ceſsationis à diuinis, in quo tātummodò prohibētur diuina officia: traditio autem ſepulturæ Eccleſiaſticæ non eſt perſolutio diuini officij (propriè, & per ſe loquendo) nam interdictum afficit locū ipſum, eūq; reddit quaſi inhabilem ad talia munia, inter quæ eſt Eccleſiaſtica ſepultura: ceſſatio autem non afficit primo, & per ſe locū, ſed perſonas in ordine ad locum, ideòq; ex qualitate loci non ſequitur talis effectus, nec etiam ſequitur ex prohibitione impoſita perſonis, cum illa limitetur ad Eccleſiaſtica officia: ita Suarez D.39. ſect.2. nu.31. & 32. Reginaldus lib.32. tr.3. n.28. Filliuc. tr.18. c.7. n.180. Coninch. D.17. d.7. nu.84. Bonacina D.6. p.3. num.8.

Ceſſatio non afficit locum abſolutè, ſed perſonas in ordine ad locum.

Suarez. Reginaldus. Filliuc. Coninch. Bonac.

29 Quæſitum 10. De Pœnis.

Quæritur decimo: qualnam pœnas incurrant violantes præceptum ceſſationis à diuinis?

Reſp. omnes, & quoſcumq; non ſeruantes præceptum

contra violantes præceptum ceſſationis.

ptum Eccleſiæ ceſſandi à diuinis peccare mortaliter toties, quoties, non tamen incurrere irregularitatem aliquam, ſiuè alias pœnas Eccleſiaſticas ipſo facto: nam irregularitas non incurritur niſi in caſib. in iure expreſſis, quæ non eſt impoſita contra violantes præceptum ceſſationis: verũ tamen eſt, quòd regulares non ſeruantes ceſſationem generalem, quæ ſeruatur ab Eccleſia Cathedrali, aut Parochiali, ſiuè matrice incurrunt excommunicationem latã in Clement. prima de ſent. excom. ſiue talis ceſſatio lata ſit à Papa, ſiuè ab Epiſcopo, vel Capitulo tempore ſedis vacantis, ſiuè ab alio Prælato, habente talem facultatem, ſiuè ex priuilegio, ſiue conſuetudine præſcripta: ita Sylu. verbo excommunicatio 9. nu. 90. Couar. in c. Alma p. 2. §. 2. nu. 3. Nau. c. 27. num. 145. & 187. Henriq. lib. 13. c. 54. num. 3. Auila p. 6. D. 3. d. 2. concl. 2. Sayr. lib. 5. c. 19. nu. 20. Suarez D. 39. ſect. 2. nu. 36. Filliuc. tr. 18. c. 7. nu. 184. & Bonacina D. 6. p. 3. nu. 9.

Regulares non ſeruantes, quando ſint excommunicati.

Clementina prima.

Syluest. Couar. Nauar. Henriq. Auila. Sayr. Suarez. Filliucius. Bonac.

30 Quæritur vndecimo: an ſeruanda ſit ceſſatio à diuinis, quando non ſeruatur ab eo propter quem talis pœna fuit impoſita, vel non ſeruetur à Prælato, qui talem pœnam impoſuit?

Quæſitum 11.

Reſp. affirmatiue: non .n. debent cæteri commodum reportare ex alterius delicto: nam præceptum latum omnes afficit, cum ſit vniuerſaliter latũ pro omnib. quod idem dicendum eſt quãdo Epiſcopus, qui talem ceſſationem tulit non ſeruauerit, quia nulla ſufficienti ratione probari poteſt ceſſationem à diuinis, ſiuè interdictum per hoc eſſe ſublatum: nã licet ſuperior talem ceſſationem non ſeruando malè faciat, & non excuſetur à peccato, non tamen indè ſequitur inferiores excuſari à culpa tranſgreſſionis præcepti, lati contra omnes cõiter: ita Calderin. de interd. p. 1. n. 58. Alterius D. 10. c. 6. ad finem, & D. 11. c. 6. Sayr. lib. 5. c. 15. nu. 5. & Bonacina D. 6. p. 3. nu. 11. & D. 5. p. 9. num. 8.

Seruandum eſt præceptũ etiam, quod non ſeruetur ab aliquib.

Calderin. Alterius. Sayrus. Bonacina.

31 Quæritur duodecimo: quomodo, & à quo auferetur talis inhibitio ceſſationis à diuinis.

Quæſitum 12. De relaxatione præcepti.

Reſp. talem inhibitionem ſolummodò tolli, & relaxari poſſe ab eo, qui illam tulit, vel ab eius ſucceſſore, vel ſuperiore, vel ab alio habente facultatem delegatam ab illis: cum enim talis pœna non ſit inflicta à iure, ſed ab homine, ſolummodò tolli poteſt ab eo, qui eam tulit, vel ſaltẽ habeat poteſtatẽ eã tollendi: nõ tollitur aũt cõditione adimpleta, vel tẽpore elapſo, ſed indiget propria relaxatione.

32 Quo ad formamve eam relaxandi dicimus: non eſſe præſcriptam vllam formam verborum ad eam tollendam: ſed ſatis eſſe quodcumq; verbum, ſiuè ſignum ſufficienter declarans ſuperioris voluntatem relaxandi talem inhibitionem quomodocumque, & quibuſcumq; verbis, ſiuè ſignis declaretur: ita Suar. D. 39. ſect. 4. n. 2. Henriq. lib. 13. c. 52. Sayr. lib. 5. c. 18. n. 7. Filliuc. d. tr. 18. c. 7. n. 186. Reginald. lib. 32. tr. 3. n. 84. & Bonac. de ceſſat. D. 6. p. 2. n. 12.

De forma relaxandi.

Suarez. Henriq. Sayrus. Filliucius. Regnaldus. Bonacina.

DE DEPOSITIONE, ET DEGRADATIONE.

CAP. II.

1 QVoniam duæ iſtæ Eccleſiaſticæ pœnæ, quæ ſuperſunt declarandæ pro determinatione, & complemento huius præſentis libri, maximam habeant connexionem ad inuicem, adeò vt vt vna cum altera venit declaranda, vtraque enim communi, & generico nomine depoſitio dici ſolet, cum hac tamen differentia, quia depoſitio propriè dicta non priuat Clericum depoſitum habitu Clericali, & priuilegio fori; altera verò priuat ſimpliciter ab omnib. quæ illi competebant ratione Clericatus, ideóq; illa dicitur depoſitio verbalis, hæc verò realis, ſiue actualis: in illa .n. ſolummodò deponitur Clericus ab officio, vel beneficio, vel ab vtroque ſimul ſine ſpe remiſſionis, & in hoc differt à ſuſpenſione, quæ eſt remiſſibilis, ablata cenſura ſuſpenſionis: in depoſitione, autem reali Clericus totaliter eſt depoſitus, tam ab officio, quam à beneficio, quam ab habitu, & priuilegio fori, ideóq; pro executione talis ſententiæ ſequitur deindè degradatio, & traditur brachio ſæculari, vt ab illo puniatur vltimo ſupplicio, iuxta leges.

Depoſitio duplex verbalis, & actualis.

Quomodo differunt à ſuſpenſione

2 Ratio autem, quare Eccleſiaſticus iudex his pœnis Clericos punire quandoque ſolet, quia Eccleſia non intendit priuilegijs ſuis Clericos protectos, & incorrigibiles fauere, & defendere, ideòque Celeſtinus Papa III. in c. cum ab homine de iudicijs: ſtatuit Clericos incorrigibiles ab Eccleſiaſtico iudice primò verbaliter deponendos eſſe ab officio, & beneficio, deinde perſiſtente pertinacia deponatur totaliter, & realiter etiam ab habitu, & priuilegio Clericali illum degradando ab Ordinibus ſibi collatis: cum .n. Eccleſia non poſſet auferre totaliter Ordinis characterem ſemel impreſſum indelebiliter, vtitur hac cæremonia, mediante qua priuat illum omni vſu Ordinum, & priuilegio Clericali, prout habetur ex c. ſi quis Sacerdos 11. q. 1. & Can. ſi quis Laicus 22. q. 5. & c. 1. de homicidio, & alibi: ita Syluest. verbo Degradatio: Tolet. lib. 1. c. 50. Sayrus lib. 5. cap. 22. num. 1. alijque communiter.

Quare Eccleſia iſtas pœnas infligat. Celeſtin. III. C. Cum ab homine.

Character impreſſus ab Eccleſia auferri non poteſt.

Can. ſi quis Sacerdos. Can. ſi quis Laicus. C. Primo de homicidio. Sylueſter. Toletus. Sayrus.

Quæritur ergo primo pro maiori, & clariori notitia, quid ſit depoſitio verbalis propriè dicta, & quomodo, & à quo fieri poteſt?

3 Reſp. *Depoſitionem verbalem eſſe pœnam Eccleſiaſticam, qua Clericus per ſententiam priuatur officio, vel beneficio, vel vtroq; ſimul non verò habitu, & priuilegio fori, & abſque ſpe remiſſionis*: qua ſententia lata talis Clericus remanet priuatus omni legitima executione Ordinum, & graduum Eccleſiaſticorũ, ac beneficiorum ſibi antea collatorum, & talis pęna proprio vocabulo depoſitio verbalis dici ſolet abſque ſpe reſtitutionis, quia taliter per ſententiam ita depoſitus reſtitui ampliùs cõiter non ſolet, niſi à Romano Pontifice, qui etiam cum talib. difficiliter diſpenſare ſolet, vt ad priorem ſtatum redeat, prout dicunt Maiol. lib. 3. de irreg. c. 21. n. 1. Henriq. lib. 13. c. 55. Suar. D. 30. ſect. 2. n. 9. Sayr. li. 5. c. 20. n. 10. Auila p. 4. D. vn. d. 1. concl. 1. Tolet. lib. 1. c. 50. Filliuc. to. 1. tr. 18. c. 8. n. 189. & Bon. to. 1. D. 4. de degrad. p. 1. n. 1.

Quæſitum 1. Depoſitio verbalis, quid ſit.

Maiolus. Henriq. Suarez. Sayrus. Auila. Toletus. Filliucius. Bonacina.

4 *Degradatio autem actualis, ſiue realis eſt eadem pœna, qua vir Eccleſiaſticus totaliter priuatur, non ſolùm ab officio, ſed etiam omni habitu Clericali, & dignitate Ordinum, ſibi collatorum, remanetq; omni priuilegio, & foro Eccleſiæ priuatus abſque vlla ſpe remiſſionis*: cum talib. .n. nullus poteſt diſpenſare niſi Romanus Pontifex, qui nunquam, aut difficillimè hoc facere conſueuit, maximè, quia communiter, lata tali ſententia, ſequi ſolet degradatio Ordinum, cum debitis cæremonijs, & ſolemnitatib. ab Eccleſia præſcriptis, traditurq; talis ſic degradatus iudici ſæculari, qui vltimo ſupplicio omnes taliter ſic degradatos condẽnare ſolet, prout colligitur ex c. degradatio de Pœnis in 6. & docent omnes Doctores ſupracit. cõiter.

Degradatio, ſeu depoſitio actualis, quid ſit.

C. Degradatio de Pœnis in 6.

5 Dicitur ergo in vtraq; definitione (*eſt pœna Eccleſiaſtica*) quia tales pœnæ à ſolis Eccleſiaſticis iudicibus imponi poſſunt, non dicitur autem cẽſura, quia huiuſmodi pęnæ non ſunt medecinales, ſed vindicatiuę, quę abſq; ſpe remiſſionis infliguntur à Prælato, cum hac tamen differentia, quòd quando eſt depoſitio verbalis ſufficit, quòd talis Prælatus ſit electus,

Explicantur verba definitionum. Prima pœna Eccleſiaſtica.

&

Digitized by Google

& confirmatus, licet adhuc non ſit conſecratus: degradatio autem fieri non poteſt niſi ab Epiſcopo conſecrato, nam ſicut Clerici ab ipſis Sacris ordinibus initiantur, ita à talibus deordinantur, ſiuè degradantur cum debitis cęremonijs, & ſolemnitatib.

6 Secundo vir Clericus.

Additur ſecundo (*vir Clericus*) ad inſinuandum ſubiectum in quod tales pœnæ cadere poſſunt: debet enim eſſe Clericus, nam ſęcularis non eſt capax talium pœnarum, nam quæcumq; depoſitio ſit, vel ab Ordine, vel officio Eccleſiaſtico, quæ non pertinent ad Laicos, ſed ad Clericos, dixi autem Clericus abſolutè, ad inſinuandum non ſolum Clericos in Sacris conſtitutos, ſed etiam in minorib. eſſe capaces talium pœnarum, quia quamuis Clericus in minorib. non ſit de neceſsitate degradandus, eſt tamen capax ſecundum ſe depoſitionis, & degradationis realis, prout patet ex Pontificali Romano, vbi pro ſingulis Ordinibus ponitur forma propria degradationis cuiuſcumque ordinis, vſque ad primam tonſuram incluſiuè, vt ſuo loco videbitur.

Clericus etiã in minoribus degradari poteſt.

7 Tertio omninò.

Additurq; tertiò particula illa (*omninò*) in definitione depoſitionis realis, & actualis, quia Clericus taliter depoſitus, ſiue degradatus priuatur totaliter omni Clericali munere dignitate, & priuilegio, tam fori, quam Canonis, & in hoc declaratur effectus ſpecialis degradationis, mediante qua talis Clericus totaliter eſt priuatus: licèt .n. Eccleſia non poſſit delere Ordinis characterem, priuat tamen mediante illa cæremonia extrinſeca omni vſu Ordinum, & priuilegio, quantum poteſt, ideòq; declarat talem non eſſe amplius fori Clericalis, ſed ſęcularis.

Effectus degradationis.

8 Quarto ſine ſpe veniæ, & remiſſionis.

Additur tandem (*ſine ſpe remiſſionis*,) quia tales pœnæ ſunt perpetuæ ſine ſpe remiſſionis: nam depoſitus per ſententiam, ſiue verbaliter, ſiuè actualiter, non eſt amplius rehabilitandus ad priſtinum officium, ſiue dignitatem, niſi in hoc aliquando Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis diſpenſauerit, quæ difficillimè concedi ſolet.

9 In quibus conueniant iſtæ pœnæ, cum ſuſpenſione.

Ex quo ſequitur, quòd duæ iſtæ pœnæ Eccleſiaſticę continentur aliquo modo ſub cenſura ſuſpenſionis; habent enim quamdam analogiam, & connexionem inter ſe: nam tàm depoſitio, ſiuè verbalis, ſiuè actualis, quàm ſuſpenſio, omnes ſunt Eccleſiaſticæ pœnæ priuatiuæ: priuant .n. Eccleſiaſtica functione, & vtraque tantummodò conuenit Clericis, qui ſuſpendi, vel deponi poſſunt ab officijs Ordinũ, & neutra priuat charactere Clericali, & conſequenter, neq; valore actus facti à depoſito, vel degradato ratione Ordinis tantùm, neq; priuat onerib. quæ propria ſunt characteris Ordinis ex vſu Eccleſiæ, quare remanet obligatio ſeruandi caſtitatem in ordinatis in Sacris, & recitandi horas Canonicas in ijſdem, & inhabilitas ad matrimonium eodem modo, neutraq; fertur a iure ipſo facto incurrenda, ſed fertur per ſententiam Iudicis, vtraq; reddit homines depoſitos, vel degradatos infames: prout dicunt Suarez D.30. ſect.2.n.2.& 3. Syluest. & Angel. in verbo Degradatio, & Filliuc. tr.18.c.8.n.191.

Depoſitus ſiue degradatus remanet obligatus ſicut prius ad ligamina Ordinis.

Suarez. Sylueſter. Angel. Filliuc.

10 In quo differant à ſuſpenſione.

His tamen non obſtantib. differunt inter ſe multipliciter, quia ſuſpenſio eſt cenſura propriè dicta: depoſitio autem, & degradatio non ſunt cenſuræ, ſed pœnæ ſimpliciter, ideòq; huiuſmodi pęnæ violantes, non incurrunt irregularitatem, licet grauiſſimè peccent: ſuſpenſio ordinariè eſt faciliter remiſſibilis, non autem depoſitio, & degradatio, quæ ſunt pœnæ perpetuæ abſq; ſpe remiſſionis, niſi maxima cum difficultate: ita .n. colligitur ex Can. ſi Leproſus, & Can. qui ſemel D.50. prout dicunt Suar. D.30. ſect.1. nu.4. Sayrus lib.5. cap.20. num.4. Filliucius tr.18. c.8.n.196. & Bonac. de degrad. D.4.p.1.nu.4.

Depoſitio, & degradatio non ſunt cenſuræ, ſed pœnæ.

Can. Si Leproſus. Can. qui ſemel. Suarez. Sayrus. Filliuc. Bonacina.

11 In quo differt depoſitio à degradatione.

Quæritur ſecundo: quomodo differunt inter ſe duæ iſtæ pœnæ, depoſitio verbalis, & actualis?

Reſp. differre tripliciter: primo, quia depoſitio verbalis poteſt fieri in abſentem contumacem per iudicis ſententiam declarantem talẽ Clericum eſſe depoſitum ab officio, & beneficio: degradatio autẽ actualis omninò requirit præſentiam, tàm Epiſcopi degradantis, quam Clerici degradandi: illa enim fieri poteſt ſimpliciter per ſententiam iudicis, abſq; alia cæremonia Sacra, hæc autem facienda eſt cum debitis cæremonijs, & verbis oppoſitis, quæ fuerunt prolata in collatione ordinum, vt infra videbitur loco ſuo: differunt etiam per effectum, quia illa non priuat priuilegio Clericali, hæc autem priuat habitu, & dignitate: ideòq; degradatio eſt maxima pęna Eccleſiaſtica, & idem videtur valere, quod in foro ſæculari ſeparatio animæ à corpore: prout dicunt Io. Andr. in c. vt Inquiſitionis officium de hæret. in 6. col.1. Maiol. lib.3. de irreg. c.22. n.2. Viuald. in Candel. p.3.tr. de degradat. n.7. Sayr. lib.5. c.20. num.11. Filliuc. tr.18. c.8. nu.1. q.2. Bonacina D.4. de degradat. p.1. nu.3.

Secunda differentia.

Io: Andreas. Maiol. Viualdus. Sayrus. Filliuc. Bonacina.

12 Tertia differentia.

Differunt inſuper in ſolemnitate, quia depoſitio verbalis fieri poteſt ſimpliciter per iudicis Eccleſiaſtici ſententiam, declarantem talem Clericum eſſe depoſitum ab officio, vel beneficio: actualis autem facienda eſt cum maiori ſolemnitate, & diſcuſſione: quare ſecundum ius antiquum ad deponendum Epiſcopum à dignitate, & munere debebat Metropolitanus congregare duodecim Epiſcopos, tanquã iudices acceſſores, & propoſita cauſa, danda erat ſententia, concurrente ſaltem maiori parte Epiſcoporum congregatorum: ad deponẽdum ſimplicem Sacerdotem requirebantur ſex alij Epiſcopi eodem modo, ad Diaconum, vel Subdiaconum ſufficiebant tres: ad deponendum autem Clericum in minorib. ſatis erat ſolus Epiſcopus cum aſſenſu capituli, & lata ſententia depoſitionis realis faciendæ: tunc poterat ſolus Epiſcopus Ordinarius talem ſic ſententiatum degradare cum debitis cæremonijs, & ſolemnitatibus in Pontificali Romano præſcriptis, ſiuè alius Epiſcopus conſecratus ex commiſſione Ordinarij Epiſcopi.

Quæ requirebantur ad deponendum realiter ſecundum ius antiquum. Ad deponendum Epiſcopum. Ad Sacerdotem deponendum. Ad Diaconũ, vel Subdiaconum. Ad Clericum in minorib. Ad degradandum.

13 In iure nouo aliter determinatum eſt. Conc. Trid. Talis cauſa reſeruata eſt Summo Pontifici contra Epiſcopos.

In iure autem nouo in Conc. Trid. ſeſſ.13.c.4. de reform. & ſeſſ.24.c.5. ſtatutum fuit, quòd Metropolitanus non poſſit deponere Epiſcopum, ſed talis cauſa reſeruata eſt ſolummodo Summo Pontifici ad quem ſpectat talem ſententiã depoſitionis contra Epiſcopum ferre: poterit tamen Metropolitanus ex delegatione cum aſſenſu ſuffraganeorum ſumere informationes, & remittere cauſam ad Summum Pontificem determinandam per ſententiam: aliorum autem Sacerdotum, & Clericnrum poterit Epiſcopus per ſe, vel per ſuum Vicarium Generalem cognoſcere cauſas, eoſque deponere verbaliter per ſententiam: actualiter autem per ſe ipſum conuocatis duodecim Abbatibus infulatis, ideſt habentibus priuilegium vſus Mitræ, & baculi paſtoralis: vel ſi talis numerus Abbatum non poſſet congregari, ſufficiunt aliæ perſonæ doctæ in aliqua dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, prudentia, & charitate prædictæ, quæ attenta qualitate negotij, & delicti ſententiã degradationis faciendæ ferant: prout in d. Conc. Trid. loc. ſupracit. expreſsè determinatũ fuit.

Actuali depoſitionis ſentẽtia quomodo ſit ferenda.

14 Degradatio Ordinũ quomodo facienda eſt, & quibus cæremonijs.

Degradatio autem Ordinum deindè fieri poteſt à ſolo Epiſcopo loci conſecrato, qui Pontificalibus veſtimentis indutus exiſtens in Eccleſia, vel alio loco Sacro deordinat Clericum degradandum, indutum Sacris veſtibus, portantem vaſa Sacra in manibus, pertinentia ad illum Ordinem à quo, vel à quibus

bus talis Clericus eſt degradandus, tanquam ſi in tali Ordine eſſet miniſtraturus: tunc ab Epiſcopo Sedente pro tribunali aufertur Calix cum patena è manibus illius, dicendo: *Aufero a te poteſtatem offerendi Sacrificium in Eccleſia Sancta Dei, quoniam indignus tali munere effectus es*: deindè exuitur veſtibus Sacris incipiendo ab vltimo gradatim vſq; ad primam tonſuram, ideòque tunc raditur, vel tonditur caput illius, ne tonſuræ, vel Clericatus veſtigium in tali degradato remaneat: prout dicitur in c. degradatio de Pœnis in 6. & habetur per extenſum in Pontificali Romano.

Forma verborum in degradatione facienda.

C. Degradatio de Pœnis. in 6. Pontificale Rom.

15 Modus degradandi in ſingulis Ordinibus.

Quare Epiſcopus in actu degradationis expoliando degradandum profert quædam verba ſpecialia pro ſingulis veſtimentis ad incutiendum terrorem, & ignominiam, & confuſionem Clerici delinquentis, qui propter ſua ſcelera commiſſa Sacris veſtibus, & Ordinibus degradatur, ideòq; auferendo caſulam dicit: *Auferimus tibi veſtem Sacerdotalem, teque Sacerdotali honore priuamus*, & ſic ſimiliter expoliat aliis veſtib. Sacris, dicens pro ſingulis propria verba ſpecialia oppoſita illis, quæ in collatione Ordinum prolata fuerunt, pro vt in Pontificali Romano pro ſingulis veſtibus ſunt aſſignata.

Pontificale Rom.

16 Vltima exremonia auferens priuilegium Clericale.

In oblatione verò vltimi veſtimenti, quod in collatione Ordinum fuit primum, quando Clericus fuit prima tonſura initiatus, tunc Epiſcopus dicit: *Auferimus tibi habitum Clericalem, teque degradamus, & deponimus, ſpoliamuſque, & exuimus omni Ordine, & beneficio, & priuilegio Clericali auctoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; ac noſtra*: prout dicitur in c. Degradatio de Pœnis in 6. ità Sylu. in verbo degradatio, Sayrus lib.5.c.22.n.12. Tolet. lib.1. c.50. §.2. Filliuc.tr.18.c.8.n.193. Alter. tom.2.D.2.c.2.& 4. Barboſa de poteſt.Epiſcop.p.3. alleg. 100. nu.5. & Bonacina D.4. p.1.num.3.

C. Degradatio. Syluest. Sayrus. Toletus. Filliucius. Alterius. Barboſa. Bonacina.

17 Quomodo traditur brachio ſeculari. Interceſſio Prælati. C. Nouimus. Panormit. Hoſtienſis. Sayrus.

Deindè Epiſcopus declarat talem Clericum ſic degradatum non pertinere ampliùs ad forum, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ideòq; tanquam incorrigibilem, & relaxum tradit illum iudici ſæculari, vt ſecundum leges puniatur, intercedendo tamen apud Iudicem, vt mitis ſe exhibeat in puniendo talem delinquentem, liberando illum (ſi fieri poſſet à ſententia mortis,) & ſic remanet in poteſtate ſæcularis Iudicis: prout dicitur in c. Nouimus de verb. ſignif. & ibi Panorm. n.8. Hoſtienſ. in ſum. lib.5.tit.de hæret.§.quia pęnæ; Sayr.lib.5.c.22.n.13.

18 Obiectio.

Nec valet dicere: talem proteſtationem, & interceſſionem eſſe tantummodò verbalem, & coloratam; nam talis Prælatus benè nouit: talem condemnandum eſſe ad mortem ſecundum leges, ideòque tradendo illi poteſtati Iudicis ſæcularis videtur conſentire ad pœnam mortis imponendam.

Solutio.

Reſp. quòd licèt Eccleſia punire poſſet talem pęna mitiori, non tradendo illum poteſtati iudicis ſęcularis, quia tamen delictum eſt ità graue, & ſcandaloſum, ideòque Eccleſia non vult ampliùs eum retinere in ſuo foro, ne delicta remaneant impunita, quapropter talem degradat, & omni dignitate, & habitu Clericali totaliter priuat ad peccati commiſſi vindictam, & aliorum terrorem: quia verò, facta tali degradatione, talis non eſt ampliùs de foro Eccleſiæ, & ad ipſam Eccleſiam non ſpectat ampliùs illum punire, ideòq; tradit illum iudici ſæculari, intercedendo pro eo, & ſic videtur excuſatus ab irregularitate incurrenda: ità Hoſtienſ. & Panormit. cum Sayro, locis ſupracitatis, & colligitur, ex d. c. Nouimus de verb. ſignific. & ita Epiſcopus eſt immunis ab irregularitate, quamuis poſtea talis degradatus condemnatus ſit ad mortem.

Hoſtienſ. Panorm. Sayrus. C. Nouimus.

Quæſitum 3. 19 De cauſis depoſitionis, & Degradationis.

Quæritur tertio: quænam ſint cauſæ, quibus mediantib. fieri poteſt talis depoſitio, & degradatio?

Cauſa efficiens, quæ.

Reſp. Diſtinguendo de cauſis quatuor enim ſunt: quare circa cauſam efficientem dicimus: nihil ampliùs eſſe dicendum præter ea, quæ in antecedentibus dicta ſunt: clarum enim eſt faciendam eſſe à Prælato ordinario in dignitate Epiſcopali conſtituto, & quò ad depoſitionem ſufficere, vt talis Epiſcopus ſit confirmatus à Summo Pontifice, quo verò ad faciendam degradationem debet eſſe conſecratus, eſt enim talis actus non ſolùm iuriſdictionis, ſed etiam Ordinis, ſicut enim Epiſcopus non adhuc conſecratus, non poteſt Ordines conferre, ità neque illos per degradationem auferre: ità Geminianus C. Degradatio de Pœnis in 6.& Anchar. ibi nu.3. Abbas in c. Tranſmiſſam de elect.num.4. Sayrus lib.5. c.20. nu.22. Henriq. lib.13. c.55.nu.2. Molina tom.4. tr.3. D.49. nu.12. Alterius tom.2. D.2. cap.7. col.3. & 16. Filliucius tr.18.c.8.n.208.

Geminianus. Ancharan. Panorm. Sayrus. Hoſtienſ. Molina. Alterius. Filliuc.

20 Cauſa materialis ſubiectiua, quæ.

Cauſa materialis ſubiectiua ſupra quam cadit talis depoſitio, aut degradatio eſt tantummodo Clericus, ſiuè alia perſona Eccleſiaſtica ordinata, eò quod perſonæ ſæculares non ſunt capaces huiuſmodi pœnæ, quæ tantummodò pertinent ad Clericos ordinatos ſiuè in maioribus, ſiuè etiam in minoribus Ordinibus tantùm: nam licèt Clericus conſtitutus in minoribus tantùm non ſit de neceſſitate, vt degradetur, nihilominus tamen capax eſt depoſitionis ſententiæ, ac etiam degradationis: prout dicunt Panormit. in c. ſi quis Presbyter de cleric. excom. miniſt. nu.1. Bernard. Diaz in pract. crim. c.132. Maiol. lib.3.de irreg. c.22. nu.4. Henriquez lib.13. c.53. §.2. & 3. Sayr. lib.5. cap.20. num.9.

An Clericus in minoribus poſſet degradari? Panorm. Diaz. Maiolus. Henriq. Sayrus.

21 Cauſa materialis circa quam.

Cauſa vero materialis remota, circa quam verſatur talis pœna ratione cuius imponitur: ſunt crimina commiſſa à dicto Clerico, quæ debent eſſe grauia, publica, atrocia, & ſcandaloſa, quæ ſecundum iura ſunt digna pœna mortis: at quoniam Epiſcopus non poteſt ſine irregularitate talem pęnam mortis infligere, ideòq; ne talia crimina impunita remaneant, non potens aliud agere, talem Clericum per ſententiam realiter deponit, & degradat, traditque brachio ſæculari, vt ſecundum iura debitis pœnis condemnetur: prout dicitur in c.2. de Pęnis in 6. & c. Nouimus de verb. ſignificat. Nauar. cap.27. num.248. Sayrus lib.5. c.21. nu.33.

Quare Eccleſia degradat Clericos Ordinatos. C. Nouimus. Nauar. Sayrus.

22 Crimina, pro quibus fit degradatio, quæ. Crimen hæreſis relaxi.

Crimina autem, propter quæ Clericus eſt degradandus, & curiæ ſæculari tradendus: communiter à Doctoribus ad tria capita reduci ſolent: quorum primum eſt crimen hæreſis formalis quando in eo crimine eſſet obſtinatus, & pertinax, vel eſſet relaxus, & incorrigibilis, maximè quando antea abiuraſſet in tribunali Sancti officij de vehementi, & poſtea contra tale iuramentum iterum fuiſſet relaxus: prout habetur ex c. ad abolendam de hæret. Secundum eſt crimen falſi, quando Clericus ſcienter, & malitioſè litteras Apoſtolicas feciſset falſificatas: tunc pro tali crimine deponendus, & degradandus eſt, & Curiæ ſæculari tradendus: prout dicitur in c. falſariorum de crimine falſi. Tertium eſt crimen contumeliæ grauis, & calumniæ contra proprium Epiſcopum paratum, & inflictum: prout dicitur in c. ſi quis Sacerdotem 11. q.1. ſed hoc intelligendum eſt, quando eſſet contumax, & incorrigibilis, prout explicant ibi Doctores, vt Iulius Clarus lib.5. §. vltimo q.36. nu.33. Diaz in Pract.crim. c.130. & 140. Filliuc. tr.18.c.8.n.207. Tolet.lib.1. c.50. §.5. & Syluest. verbo Degradatio q.3. & 4.

C. Ad abolendam. Crimen falſificationis litterarum Apoſtolicarum. Contumelia grauis contra Epiſcopum. Can. ſi quis Sacerdotem. Iul. Clarus. Diaz. Filliuc. Toletus. Syluest.

23 Vitium Sodomiticum exercentes.

Addunt autem nonnulli Doctores alia crimina grauiſſima, quæ merentur talem pœnam, vt vitium Sodo-

Sodo-

Pius V.

Sodomiticum, iuxta conſtitutionem S. Pij V. quæ incipit: cum primum, vbi dicitur: *Contra committentes tale crimen: ſi Laici fuerint Curiæ ſæculari puniendos tradi: ſi vero Clerici fuerint omnibus Ordinibus degradandos, ſimilique pœna coercendos ſtatuit:* & in conſtit. 70. quæ incipit: horrendum ſcelus, &c. de Clericis tale crimen exercentib. agens inter alia hæc habet: *Omnes, & quoſcumque Presbyteros, alioſq; Clericos ſæculares, vel Regulares, cuiuſcumque gradus, & dignitatis, tàm dirum nefas exercentes, omni priuilegio Clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico præſentis Canonis auctoritate priuamus: ita quod per Iudicem Eccleſiaſticum degradati poteſtati ſtatim ſæculari tradantur, qui de iiſdem illud capiat ſupplicium, quod in Laicos hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum:* Alij verò idem dicunt de alijs grauiſſimis criminibus, vt de Parricidij crimine, Aſſaſſinij, aliarumque ſimilium: prout dicunt Diaz in pract. crim. c. 80. Syluest. in verbo Degradatio nu. 4. Sayrus lib. 5. c. 22. nu. 27. Toletus lib. 1. c. 50. §. 5. in fine, Graſſius lib. 2. Deciſ. c. 90.

Horrendum ſcelus.

Crimen parricidij. Aſſaſſinij. Diaz. Syluest. Sayrus. Toletus. Graſſius.

24 Cauſa finalis.

Cauſa tandem finalis eſt priuare omninò talem Clericum criminoſum, & incorrigibilem omni dignitate, officio, & beneficio Eccleſiaſtico, illumque tradere ſæculari iudici, vt ab eo licitè puniri poſſit, iuxta qualitates ſceleris commiſſi, ne huiuſmodi crimina impunè relinquatur mediante Eccleſiaſtico foro, ideoque Prælatus, tales deponit, ac degradat, vt iuxta leges pœnis illis debitis puniantur, alijque Clerici tali timore perterriti à talibus, & ſimilibus criminibus perpetrandis ſe abſtineant: de forma autem, & modo deponendi, aut degradandi nihil aliud reſtat dicendum præter ea, quæ in ſuperioribus dicta ſunt.

De cauſa formali.

Quæritur quartò: quinam ſint effectus depoſitionis verbalis, & realis, ſiuè actualis.

25 De effectibus depoſitionis, & degradationis. Degradationis effectus, qui.

Reſpondetur, quòd ſi loquimur de Depoſitione reali facta cum degradatione Ordinum, tunc talis Clericus ſic degradatus non ſolùm amittit officium, & beneficium quodcumque Eccleſiaſticum, ſed etiam habitum Clericalem, omnemque prærogatiuam, & dignitatem Ordinum, ideòq; priuatus exiſtit omni priuilegio fori Eccleſiaſtici, & Canonis, quapropter ſi quis deindè talem percuſſerit non incidit in excommunicationem Canonis 17. q. 4. & Iudex ſæcularis poteſt licitè illum detinere in carcere, & punire ſecundum leges etiam vltimo ſupplicio, ideòq; talis depoſitio, & degradatio fit abſque ſpe remiſsionis, cum traditus ſit poteſtati ſæculari iudicis: ſolus enim Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis poterit talem ad priſtinum gradũ reſtituere: ita enim colligitur ex c. ſi lapſis, & c. qui ſemel D. 50. Bonac. D. 4. de degrad. p. vn. n. 20.

C. ſi lapſis. C. qui ſemel. Bonacina.

26 Summus Pontifex ſolo verbo poteſt reſtituere.

Quare quando huiuſmodi reſtitutio facienda eſt à Summo Pontifice, dicimus: nullum modum dè neceſſitate ab illo ſeruandum eſſe: cum ipſe non ligetur poſitiuo iure, ideòque poterit ſolo verbo reſtituere, & gradus amiſſos conferre: quamquam etiam ipſe in reſtitutione ad maiores dignitates, Epiſcopatus vid. ſiuè Cardinalatus cum ſolemnitate ſeruare ſolet, quæ ſeruata fuerat in prima collatione dignitatis: prout dicit Burgaſius de diſpenſat. p. 6. tit. de Chriſmat. in fin. Maiol. lib. 3. de irregularit. c. 22. nu. 5.

Burgaſius. Maiolus.

27 Epiſcopus quomodo debeat reſtituere degradatum. Can. Epiſcopus.

Si verò reſtitutio degradati aliquando facienda ſit ab Epiſcopo in aliquo caſu particulari tunc ſeruanda eſt ſolemnitas præſcripta in c. Epiſcopus Presbyter 11. q. 3. vbi dicitur. Epiſcopum depoſitum debere coram altari de manibus Epiſcoporum recipere orarium, ſeu ſtolam, annulum, baculum, & alia inſigna Pontificia: Presbyterum verò debere recipere orarium, & planetam, ſiuè caſulam, Diaconum debere recipere orarium, & albam ſiuè dalmaticam: Subdiaconum debere recipere, Calicem, & patenam: reliquos verò debere recipere, dum reſtituuntur ea, quę perceperant, cum ordinarentur: hæc omnia habentur ex can. ſupracitatis.

Si autem loquimur de ſimplici depoſitione verbali rantùm, quando adhuc non eſt effecta degradatio realis, tunc talis Clericus ſolummodò cenſetur depoſitus, vel ab officio, vel à beneficio, vel ab vtroque ſimul, iuxta verba ſententiæ depoſitionis contra eum latæ: non tamen cenſetur depoſitus ab habitu Clericali, & tonſura, & per conſequens non eſt priuatus priuilegio fori Eccleſiaſtici, & Canonis, ideòque non poteſt Iudex ſæcularis contra talem agere, niſi declaratus ſit incorrigibilis per ſententiam Eccleſiaſtici iudicis: prout dicunt Felinus in c. cum ab homine de Iudicijs, & Panorm. ibi num. 28. Auila p. 4. D. vn. §. 6. neque amittit priuilegium Canonis, ideòq; Clericum ſimpliciter depoſitum percutiens non excuſatur ab excommunicatione, quia dum adhuc non eſt degradatus gaudet priuilegio Canonis 17. q. 4. ità Nau. c. 27. n. 81. Henriq. lib. 13. c. 55. nu. 3. Sayr. lib. 5. c. 20. n. 12. Auila p. 4. D. vn. §. 7. & 8. & Bonac. D. 4. de degradat. p. vn. num. 3. §. 3. Suarez D. 30. ſect. 2. n. 18. Valent. to. D. 7. q. 19. p. 4. Filliuc. tr. 18. c. 8. n. 193. Alterius to. 2. D. 2. c. 3.

28 Effectus depoſitionis verbalis.

Gaudet priuilegio fori.

Felin. Panorm. Auila.

Gaudet priuilegio Canonis.

Nauar. Henriq. Sayrus. Auila. Bonac. Suarez. Valentia. Filliucius. Alterius.

Ex quo ſequitur, quòd talis Clericus, licèt ſit depoſitus, ac etiam degradatus: ſi erat in Sacris Ordinibus ordinatus tenetur, dum viuit portare habitum Clericalem, & recitare hòras Canonicas, ſicut priùs, & obſeruare caſtitatem, non enim deindè poterit matrimonium contrahere, cum non debeat de ſua iniquitate commodum reportare prout dicunt Syluest. verb. degradatio q. 8. Angelus nu. 4. Tabien. §. 2. Nau. de orat. c. 7. n. 17. & c. 21. num. 17. Sayr. lib. 5. c. 22. n. 25. Filliuc. tr. 18. c. 8. n. 191. Tolet. lib. 1. c. 50. Auila d. p. 4 d. 1. concl. 2. Bon. D. 4. p. 1. n. 5.

29 Tenetur recitare horas Canonicas. Et caſtitatem ſeruare.

Sylueſt. Angel. Tabiena. Nauar. Sayrus. Filliucius. Tolet. Auila. Bonac.

Quæritur quintò: an Sacerdos degradatus, ſi deindè proferat verba cõſecrationis ſuper debitã materiã cũ intentione cõſecrandi efficiat Euchariſtiã.

30 Poteſt degradatus validè conſecrare non autem licitè.

Reſp. affirmatiuè, non enim per depoſitionem, aut degradationem amiſit characterem Ordinis, nam character impreſſus in collatione Ordinum eſt indelebilis, nec poteſt per quamcumq; degradationem auferri, licet exercendo officium ordinis, à quo eſt depoſitus mortaliter peccet toties quoties: ità communiter dicunt omnes Doctores, vt videre eſt apud Sayrum lib. 5. c. 22. n. 25. & apud Lazarium verb. Degradatio; Alterium tom. 2. D. 2. c. 2. & 4. Barboſam de poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 100. nu. 5. concordant, Tolet. lib. 1. cap. 50. Filliucius d. tr. 18. c. 8. num. 191. & Bonac. D. 4. p. vn. nu. 5. cum alijs.

Sayrus. Lazarius. Alterius. Barboſa. Tolet. Filliuc. Bonacina.

31 Cenſura, ſeu proteſtatio.

Et hæc de pœnis Eccleſiaſticis, ac de cenſuris, cæteriſq; quæ ad Secundum tomum noſtræ Theol. moralis faciebant, dicta ſufficiant: omnia ſemper correptioni, & cenſuræ S. R. E. noſq; ipſos totaliter ſemper ſubijciendo, ac Doctorum Catholicorum cenſuris: ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac Beatæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ac Seraphici Patris noſtri Franciſci, totiuſque Curiæ triumphantis, & vtilitatem militantis Eccleſiæ. Amen.

Finis Secundæ Partis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

6-1

Digitized by Google